S. THOMAE AQVINATIS

In Duodecim Metaphysicorum libros ARISTOTELIS,

COMMENTARIA CELEBERRIMA.

CVM DVPLICI TEXTVS TRALATIONE antiqua & noua Bessarionis Cardinalis:

Fr. BARTHOLOMAEI SPINAE ORDINIS PRAEDICATORVM Disertissimae defensiones locorum ab Ant. Andrea impugnatorum.

Cum Argumentis singularum Lectionum, & Indice copioso.

QVAE OMNIA IAM DILIGENTIVS RECOGNITA, à multis quoque mendis & erroribus fuisse purgata Lector gaudebit.



VENETIIS, Apud Haeredem Hieronymi Scoti. 1588.

INDEX SENTENTIARVM,
AC DICTORVM NOTABILIVM
Contentorum in Commentarijs Sancti Thomæ super xij. lib. Metaphysic.

A

ABSTRACTIO secundum aliquos duplex existit, fol. 58.c.1
Accidens quid sit, & quot modis dicatur. fol. 191.c.2
Accidentia duplicia reperiuntur, quædā scilicet simplicia, quædam autem copulata. 218.c.2
Accidens quomodo à subiecto depēdeat fol. 217 c.1
Accidentia speciei rationem habent 303.c.1
Actiones circa singularia existunt, singularium vero omnes generationes sunt 5.c.1
Actio & passio cum sint idem secundum substantiā, an diuersa prædicamenta sint 386 c.1
Actiua virtus quæ in spermate existit, sicut ab animalis anima folio. 236.c.1
Actiua virtus quæ in spermate existit, & si actu anima non sit est tamen anima in virtute ibid.
Actus simpliciter quo pacto potentia sit, & quo pacto non. folio 86.c.1
Actus quid proprie sit, & de quibus dicatur 308.c.2
Actus quid sit, & quantum ad potentiam se habeat 311 c.2
Actus proprie est quando res existit, tamen ita est, sicut quando est in potentia 308.c.2
Actus per diffinitionem quid sit 312.c.1
Actus diuersimode dicitur 312.c.2
Actus diuersis modis prior potentia est, scilicet ratione, tempore, & aliter 315.c.1
Actus & potentiæ ordo 315.c.2
Actus prior potentia est, substantia scilicet ratione, forma & fine & alijs modis 316.c.2
Actus in bonis melior potentia est, secus in malis, quæ sunt potentia posteriora 320.c.1
Actus secundum intelligentiam, veritatem & falsitatem, prior potentia existit 320.c.2
Actus an simpliciter prior potentia sit, & ex consequenti vtrum sempiterna substantia actus existat 415.c.1
Actus intellectus, idest ipsum intelligere vita quædam est perfectissimum quod est in vita existit cum actus ipsa potentia perfectior sit 422.c.2
Ad aliquid eorū, quæ dicitur, triplex modus reperitur 175.c.1
Ad aliquid quemadmodum aliqua dicuntur, non secundum se sed secundum aliud tripliciter 178.c.2
Agens animatum ab inanimato quo distinguatur 11
Agens sicut generando materiam, vel generationis subiectum folio. 231.c.1
Agens primum quod semper agit similiter, & eodem modo folio. 418.c.1
Agere & facere in quo differant, & quæ scientiæ actiuæ, & factiuæ dicantur 194.c.2
Alcmeon crotoniates vnde dictus sit 22.c.2
Analoga quo pacto eandem rationem & diuersam habere dicantur 368.c.1
Analogum quid sit 88.c.1
Anaximenes philosophus à Talete tertius, cuius discipulus fuerit. fol. 14.c.2
Anaxagoras qui fuerit, & cuius discipulus fuerit 33.c.2
Angulus acutus quonam pacto recto prius esse dicatur 2;8.c.1
Angulus rectus, aut circulus, & animal, quomodo partib. priora esse dicantur 248.c.2
Anima humana corpori vnita impossibile est quod apprehendat substantias separatas 46.c.2
Anima animalium cum animati forma sit corpus organicum nisi per animam diffiniri nequit 241.c.
Anima dupliciter dicitur, scilicet in vniuersali & in particular vt anima, & hæc anima 245.c.2
Animæ intellectiuæ opinio secundum Thomam de mente philosophi quæ fuerit 407.c.2
Anima corporis cœlestis, si animatum sit, non habet alias animæ partes 10.c 2
Animalia omnia in quo inter se communicent. 3 c.1
Animalia omnia ex semine & fine, vt Auicen. ponit, generari non possunt 236.c.1
Animal, siue homo, ut compositum, dupliciter sumi potest, vel sicut vniuersale, vel singulare 241 c.2
Animalia quæ ex putrefactione generantur casu fieri videntur folio. 406.c.2
A, præpositione græci vtuntur in ipsis compositionibus, ad priuationes & negationes designandas 182 c 2
Apes carent auditu 3.c.1
Apparens omne quod non sit verum 111.c.2
Appositio augmentum faciens dupliciter intelligi pōt 133.c.2
Aqua secundum Thaletem cur rerum omnium principium existat 14.c.1
Architector quis sit, & vnde dicatur, & quæ ars principalior nuncupetur 5.c.2
Ars & scientia tribus præeminentijs ab experimento differunt folio. 5.c.1
Artes liberales quæ dicantur, & quæ mechanicæ 10.c.2
Arte tantum fiunt, quorū species in anima factiua est 228.c.1
Ars medicinalis, quæ principium sanationis est, quid sit 228.c.2
Artis in actionis principium, quo pacto multipliciter sumatur. fol. 229.c.1
Arte an quædam quandoque proueniant 229.c.2
Ars à natura differt, quia ars est principiū agēdi in alio 406.c.2
astra errantia, planetæ dicuntur, non quia irregulariter moueātur. fol. 428.c.1
astrologia sola inter mathematicas de substantia sensibili, & æterna speculatur 428.c 1
auditus sensus disciplinæ est, & quæ animalia indisciplinabilia dicantur 3.c.2
Auerrois peccatum indeclinatione rationis Philosophi text. com.2. secundo huius, & doctoris sancti impugnatio 48.c.2
augmentum à specie motus, quæ augmentum dicitur, qua id nata mouetur, quomodo differat 133.c.2
augmentum continue non fit, ita quod in qualibet temporis parte aliquid crescat 375.c.1
autem ata quasi per se accidentia dicuntur 11.c.2

B

Bene agere & male operari animatorum tantum differentiæ sunt non autem brutorum, quoniam in ipsis omne opus naturæ est opus intelligentiæ 875.c.1
Benignum ad bona particularia pertinet, quæ platonici bona per participationem dicebāt, bonum autem ad ipsam ideam boni 221.c.2
Bonum tanquam causam finalem, quemadmodum antiqui philosophi posuerunt 30.c.1
Bonum dupliciter intelligi potest, vno modo sicut causa finalis. fol. 30.c.1
Bonum quoniam est quod omnia appetunt 30.c.2
Bonum licet non semper finis sit, est tamen saltem apparens fol. 126.c.2
Bonum & malum quod non est sicut innominatum remanet fol. 346.c.2
Bonum quod non est, neque malum, an medium inter bonum & malum poni debeat 347.c.1
Bonum & malum in rebus 418.c.2

Bonum incommutabile bonum se simile excedit, sicut bonum im mobile & vniuersale bonū mutabile & particulare 422.c.1
Bonum secundum quod est alicuius finis, duplex existit scilicet extrinsecus & intrinsecus 438.c.1

C

Callippus Aristotelis contemporaneus & ipsius familiaris Eudoxi astrologi inuenta correxit, & suppleuit. 431.c.1
Calor in motu est causa caloris in corpore 235.c.1
Causæ quotuplices sint, & quid per finalem causam notificatur. fol. 12.c.1
Causam materialem & efficientem quonam modo prisci philosophantes commenti sunt 15.c.2
Causam materialem antiqui philosophi ponentes 10.c.1
Causam finalem tanquam causam boni, quomodo antiqui philosophi à veritate coacti imaginati fuerint 12.c.1
Causam mundi & totius ordinis vniuersi primus Hermotimus clazomenius posuit 17.c.1
Causam primam, seu principium primum deorum amorem in reb. Parmenides excogitauit Ibid
Causam malorum malum, & bonorum causam bonum Empedocles finxit in rebus contrarietatem ponens 15.c.1
Causas duas materiam scilicet. & causam motus in physicis tractat 15.c.2
Causæ nomine quid intelligere. Et est ad quam necessario sequitur effectus 22.c.2
Causæ quomodo assignandæ omnes 298 c.1
Causæ proximæ assignandæ, non remotæ ibi.
Causarum duobus generibus Plato vsus, materiali scilicet, & formali 28.c.2
Causæ quæ ab antiquis philosophis inuentæ fuere 29.c.1
Causas qualiter antiqui non perfecte inuenerunt 23.c.2
Causas materiales quonam pacto 24.c.2
Causam efficientem præter materialem ponentes amorem, & odium, & intellectum causas rerum, vel ignem sicut causam agentem confinxere 16.c.2
Causam formalem nullus antiquorum præter ponentes species, & aliquo modo Empedocl. rebus manifeste attribuit fol. 29.c.2
Causam finalem quomodo antiqui commenti fuerint. folio. [illegible]
Causam finalem, formalem, & aliquo modo mouentē primus philosophus considerare habet 30.c.2
Causarum genera existentium non infinita sunt 50.c.1
Causis in materialibus & mouentibus in infinitum procedendum non est 51.c.1
Causa in finali in infinitum etiā procedendum non est 51.c.2
Causis alijs in finalibus etiam in infinitum procedendum non est 53.c.2
Causarum quatuor secundum quatuor genera consideratio vtrum ad vnam scientiam pertineat, vel ad multas & diuersas 57.c.2
Causa finalis boni rationem habet 60.c.2
Causæ diuersæ si à pluribus scientijs considerantur, quæ illarum scientiarum dici debeat 61.c.1
Causa quadruplex sit, & quot causatum species existant, & alia multa de simili materia 124.c.2
Causa formalis ad rem dupliciter comparatur Ibid.
Causæ multæ quonammodo vni rei sint, nō secundum accidens sed secundum se 125.c.2
Causæ adinuicem quo pacto aliqua duo sibi existant ibid.
Causæ quatuor quonam modo sibi adinuicem respondēt ibid.
Causæ omnes quo pacto ad quatuor tantum causas reducantur 126.c.1
Causarum distinctio per species & modos 127.c.1
Causæ multis modis dicuntur, non solum quantum ad diuersas species causæ 127.c.2
Causa duplex existit, per se scilicet & per accidens Ibid.
Causa per accidens alterius aliquid dupliciter esse pōt 127.c.2
Causarum aliquæ in potentia dicuntur 128.c.1
Causa duplex, simplex, scilicet & composita, & alia multa de hoc 125.c.2
Causarum gradus in rebus triplex 125.c.2
Causarum primarum & secundarum, quæ cognitio habeatur 298 c.2
Causam finalem in omnib. forsan assignare nō est ea enim quæ ad defectum pertinent 299.c.1
Causæ & principia omnium secundum analogiam sunt quatuor 410.c.1
Cœli & horum inferiorum eadem materia est 55.c.2
Cœlestia corpora, vt solem & lunam &c. antiqui animata corpora esse dicebant 186.c.2
Cœlestia corpora in quibus est alteratio secundum illuminationem & obscurationem, non sunt in potentia ad corruptionem 434.c.1
Cœlum secundum opinionem Aristotelis est animatum anima intelligente & desiderante 421.c.2
Cœlo non est virtus infinita, & si in infinito tempore esse habeat, quoniam in eo non est virtus actiua sui esse 419.c.2
Cœlum an vnum tantum sit, vel plures 433.c.1
Circularis linea perfecta 146 c.1
Cognitio duplex existit diffinitiua & demonstratiua 63.c.2
Cognitio qualibet quomodo perficiatur 11.c.2
Cognoscere substantias separatas naturaliter secundum substātiam 48.c.1
Cognoscendi aliquid, duplex difficultas. Altera ex rebus altera ex nobis 48.c.2
Colobon siue diminutum quid sit, & quot modis dicatur. folio. 188.c.1
Colobi siue diminuti conditiones quot sint 188.c.2
Comparatio multorum ad vnum quomodo fiat 88.c.2
Composita autem & confusa prius in sensum cadunt, simplicia autē quæ sunt priora & notiora naturæ posterius 337.c.1
Communia quæ in omnium conceptionem cadunt, sunt ens non ens, totū & pars, æquale & inæquale, idem & diuersum & similia quæ in primi philos. cōsiderationē veniūt 370.c.2
Concupiscibile bonum non est, nisi quod secundum rationis dictamen desideratur 418.c.2
Consequens si est impossibile, antecedens est impossibile, non tamen econtra 310.c.1
Consuetudo circa veritatis inquisitionem, quantam vim & efficaciam habeat 54.c.2
Consuetudo Aristotel in modo procedendi qualis fuerit, & quamobrem in metaphysica, alio modo quam in alijs libris suis processerit 157
Contigua esse non sunt diuersarum specierum corpora, sicut ignis, & aer, aqua 389.c.1
Continuum qui sit 143.c.2
Continua secundum se quæ proprie dicātur 143.c.2
Continuum in illis est, in quibus natum est, fieri vnum secundum contactum 402.c.2
Continuum secundum naturam dupliciter dicitur 329.c.1
Contradictoria non esse simul vera 317.c.1
Contradictoria non habere medium, sed necesse esse alteram partem tantum esse veram 342.c.1
Contrarium priuationem includit, & priuatio quædam negatio est 117.c.1
Contrariorum quonam modo contingat causam esse 126.c.1
Contraria quomodo aliqua dicuntur, modi principales 158.c.1
Contraria in tribus conueniunt, in eodem genere, in eodem subiecto, & in eodem potestate 158.c.1
Contraria secundo modo qualiter aliqua dicantur, & quamobrem multipliciter 160.c.1
Contrarium vnum quomodo in alterius contrarij compositionem cadere possit 337.c.1
Contrariorum quatuor diffinitiones 341.c.2
Contrariorum vnum quo pacto alterius priuatio sit 341.c.2
Contrariorum vnum verum vni contrariorum existat 354.c.1
Contrariorum media quæ dicantur 352.c.2
Contraria quomodo se habeant ad hoc quod genere & specie differant 354.c.2
Contraria sola specie differre faciunt 355.c.2
Contraria omnia in eadem prædicamentali ordinatione reperiuntur 356.c.1
Contraria duplicia existunt, nam quædam in his sunt 357.c.2
Contraria omnia quo pacto etiam specie differre faciant, si cōtrariorum comparatio ad aliquod, determinatum genus fiat 359.c.2
Contraria omnia per quam scientiam considerentur 362.c.2
Contraria simul de eodem verificari non possunt, quoniam omnis contrarietas secundum priuationem dicitur 376.c.1
Contraria nō sunt ea inuicem, idem nec est subiectum contrariorum 33.c.1
Contraria, & contradictoria simul esse circa idem est impossibile. Contrariorum enim vnum est priuatio alterius 117.c.1

Contrarietas quid sit, & an maxima differentia existat, folio 340 c.1
Contrarietas an perfecta differentia sit, & an vni conueniant plura esse contraria 340.c.2
Contrarietatis principium an priuatio, an habitus existat, & alia omnia de ista materia necessaria 341.c.1
Contrarietas an contradictio sit 342.col.1
Contrarietas quędam quare differre specie faciat 356.c.2
Contrarietas quæ ex parte formæ, facit differre specie 317.c.2
Contrarietatum reductio quomodo ad vnam primam existat fol.341.c.1
Contrarietate prima quæ est habitus & priuatio, an aliæ contrarietates deriuentur 341.c.1
Cor an primo fiat in homine, vel cerebrum, & alia multa de tali materia 123.c.1
Corpora corruptibilia corpora incorruptibilia imitantur in eo quod semper agunt, sicut ignis semper calefacit &c. 319.c.2
Corruptibilium & incorruptibilium vtrum eadem principia sint, aut diuersa 75.c.2
Corruptibilia omnia præter elementa, quonam modo Empedocles probare potuerit 77.c.2
Corruptibile & incorruptibile sunt diuersa genere 359.c.1
Corruptibilium & incorruptibilium una materia esse non potest 360.c.1
Corruptibile & incorruptibile idem secundum naturam esse nō potest, licet secus secundum diuinam potentiam ibid.

D

DElectatio consequitur operationem naturalem alicuius intelligentis & desiderantis 421.c.2
Democritus & Leucippus in quibus cum antiquis philosophis conueniebant, quia vnam tantum materiam ponebant 19.c.1
Dæmonia sunt quædam animalia rationabilia secundum Platonicos 154.c.1
Dæmonia sunt animalia corpore aërea, mente rationalia, animo passiua, tempore æterna secundum Apuleium 154.c.1
Demonstrationes quæ per causam finalem fiunt Aristippus sophista, qui de secta Epicureorum fuit omnino neglexit 61.c.1
Demonstrationis principia, quę omnium communes conceptiones sunt 63.c.1
Demonstratio necessariorum esse dicitur, & ex quibus demonstratio perficiatur 141.col 2
Demonstrationibus cum præmissæ causæ conclusionis sint, & vtræque necessariæ sint Ibid.
Demonstrationes impossibile est esse de omnibus 63.c.2
Demonstratiuas rationes, & distinctiones quomodo sophistæ accipere volunt 115.c.2
Denominatiua prædicatio quænam sit, & quomodo triplex fol.314.c.1
Desiderium eius est, quod nondum habetur, amor autem est etiam habiti 419.c.1
Deum gloriosum non esse causam substantiæ cœli, sed solum motus eius, falsum est 196.c.1
Deum per negationem cognoscimus, inquantum dicimus, Deum incorporeum esse, immobilem & infinitum. folio 337.c.1
Deus gloriosus est ipse actus, intellectus enim eius est ipsum suum intelligere, alioquin compararetur ad ipsum vt potentia ad actum 422.c.2
Dei substantia cum vita sit, & actus ipsius sit vita ipsius optima & sempiterna, est ergo deus animal optimum & sempiternū fol.ibid.
Dei gloriosi quare multa figmenta ab antiquis ficta fuere ad multitudinis continendæ in officio persuasionem 434.c.2
Deus de mente Philosophi non intelligit aliud præter seipsum. fol 436.c.2
Dialectica duplex, quædam docens, & quædam vtens 94 c.1
Dialecticæ principia destruentes ex eorum positionibus, quomodo à Philosopho refellantur 119.c.2
Dialectica quæ est scientia communis, quædam entibus accidentia considerat, sicut intentiones & rationes generis, & speciei, & alia huiusmodi 369.c.2
Dialecticus & sophista in quo cum philosopho similitudinem habeant, & in quo ab eo differant 93.c.2
Dictio se vtrum semper in oppositis teneat 344.c.2
Dictio distributiua singularibus minime adiungitur 151.c.1
Differens quot modis dicatur 156.c.1
Differens esse quibus conueniat 156.co.1
Differunt omnia, quæ conueniunt 156.c.2
Differentijs pluribus vnum fieri non potest 248 c.1
Differentiæ quo pacto in diffinitionibus diuidantur 251.co.2
Differentia ultima quo pacto sit tota rei substantia, & tota diffinitio 249.c.1
Differentiæ rerum secundum Democriti opinionem quæ sunt fol. 34.c.2
Differentiatum rerum proprietas 285.c.2
Differentiæ rerum quomodo sumantur, & quonam modo prædicentur. 285.c.2
Differentia maxima an sit 586.c.1
Differentiæ mediæ ex differentijs componuntur 353.c.1
Diffiniendi modus proprius naturalis philosophiæ 195.c.1
Diffiniendi modus proprius mathematicæ quis sit 195.c.2
Diffiniendi modus metaphysicæ scientiæ quis 195.c.2
Diffiniens si quis bene cuiuscunque animalis partem, non potest eā diffinire, nisi per propriam eius operationem 241.c.2
Diffiniri an possit singulare aliquod in his inferioribus per aliquas proprietas 267.c.1
Diffinitiones nominum hoc pacto formantur, quoniam quædā per simum diffiniuntur, quædam autem sicut continuum. Ibidem.
Diffinitio aliqua ex additione quo pacto formari possit, & quibus fiat 218 c.1
Diffinitio & diffinitum vnum sunt, non re tantum sed etiam ratione 222.c.1
Diffinitio omnis est quædam ratio, id est quædam nominum compositio 227.co.2
Diffinitio verum, sicut ad rem se habet, ita se habeant diffinitionis partes ad partes rei ibid.
Diffinitionis partes an toto priores esse videantur 238.c.1
Diffinitionibus rerum, ex earum essentijs duplex est opinio fol.238.c.2
Diffinitionibus in quorundam rationalium partium ratio ponitur, in quorundam vero non 239.c.2
Diffinitiones mathematicæ an per materiam sensibilem, vel intelligibilem fieri debeant 245.c.2
Diffinitionis partes quomodo se habent, vtrum scilicet sint substantiæ in actu existentes 246.c.1
Diffinitio ex partibus existens quo modo vna dici, & esse possit 247.c.2
Diffinitio est ratio significans quodquidest ibid.
Diffinitio perfecta dicitur, quæ per naturam, & formam fit 286.c.2
Diffinitiones rerum sicut numeri 289.c 1
Diogenes qui fuerit, & cuius discipulus 14.c.2
Disgregatiuum, & congregatiuum visus non sunt differentiæ constitutiuæ albi & nigri, sed magis eorum effectus 353.c.2
Dispositio quæ sit, & quot modis dicatur 181.c.2
Disputandum quomodo contra contradicentes 120.c.1
Diuersitas generis in speciei diuersitate includitur continuitatis vero diuersitas in diuersitate materiæ 156.c.2
Diuersitas & differentia in quo differant 339.c.2
Diuersum quot modis dicatur, & quod aliqua diuersa tripliciter dicantur 156.c.2
Diuisio formalis non solum est secundum quod genus in differentias diuiditur, sed secundum quod etiam diffinitum in diffinitionis partes 53.c.2
Dualitatem esse numerum, quæ est alia natura à speciebus fol.28 c.1
Dubitatio est mentis vinculum 56.c.2
Dubitandi & errandi prima radix, est necessarium soluere rationes contra uerum syllogizatas 125
Duo in actu existentia nunquam vnum faciunt 264.c.2

E

EAdem per accidens aliqua tribus modis dicuntur. folio 155.c.2
Eadem dicuntur aliqua secundum se eisdem modis quibus vnum per se dicitur 155.c.1
Effectus & omnia alia, quæ sunt per se accidentalia vnius effectus, an ea eadem causa dependeant 203.c.1
Effectus proprius primæ causæ est ipsum tantum esse 202.c.1

Elementum quid sit, & quonam modo ad elementi descriptionem quatuor requiruntur 128.c.2
Elementum quòd non diuidatur in diuersa secundum speciē, quomodo intelligatur 129.c.1
Elementum transumptiue quomodo sumatur 132.c.1
Elementum quid magis sit vtrum genus vel species, & vtrum genus magis quàm differentia ibi.
Elementum aut ex elementis an sit omne, quod est 280.c.2
Elementa rerum secundum analogia, i. proportionem, & tria sunt scilicet materia, forma, & priuatio elementum 410.c.1
Empedoclis determinatio de particularibus naturis, in quo deficiat, & in quo ipse Anaxagoras 15.c.1
Empedocles præ alijs philosophis causam unde motus & materialem in plures partes diuisit ibid.
Epilogus de antiquorum philosophorum opinionib. 24.c.4
Ens tantum qui posuerunt, causarum genera inuenire non potuerunt, secus tamen illi, qui ex vno multa generarunt, fol. 23 colum. 2.
Ens vnumquodque sicut se habet ad cognosci, ita se habet ad veritatem 50.c.1
Ens & vnum vtrum ipsam rerum substantiam significet. folio 19.colum. 1.
Ens & vnum vtrum substantiæ rerum existant, & quo pacto. fol.80.c.1
Ens separatum quòd in rerum natura sit remissiue. 81.c.1
Ens & vnum non re, sed ratione differunt 90.c.1
Ens & vnum non significant rei substantiam, sed aliquid additum secundum Auic. 90.c.2
Entis diuisio non est eadem cum illa diuisione, qua ens in substantiam & accidens diuiditur 151.c.2
Ens per accidens tribus modis dicitur 152.c.1
Entis modus secundum compositionem cui comparatur. folio 153.col.2
Ens, est subiectum metaph. 87.c.1
Ens in actum & potentiam quomodo distinguatur 152.c.1
Ens non solum in actum & potentiam diuiditur, sed etiam in decem prædicamenta 172.c.1
Ens simpliciter, & vniuersaliter dictum multipliciter dicitur. fol.196.& seq.
Ens per accidens an metaphysicus consideret 197.c.1
Ens per accidens solo nomine dicitur ibid.c.2
Entis per accidens quomodo consideratio, & determinatio possibiles sint 199.c.2
Entis per accidens natura per multa exempla declarata. folio 199.colum 1
Ens per accidens qualiter in pluribus esse dicatur 199.c.1
Entis per accidens non est scientia ibi.c.2
Ens per accidens nunquid in rebus dare sit, vel omnia quæ eueniunt de necessitate eueniunt 200
Entis per accidens reductio ad aliquod principium, quod per se in aliquam causam non reducitur 201.c.1
Ens per acciden. ad quale principium reducatur ibi.c.2
Ens quod veritatem propositionis significat, quale sit. 203.c.2
Ens verum & ens per accidens, quomodo a principali metaphysici consideratione excludantur 205.c.1
Ens quomodo multipliciter dicatur, & quod inter omnia entia primum est, quod substantiam significat 206.c.1.2
Ens & vnum an substantiæ sint 272.c.2
Ens dupliciter diuiditur, vno modo secundum quod dicitur quid, s. substantia, aut quantitas, aut qualitas, quod est diuidere per decem prædicamenta, alio modo diuiditur per potentiam & actum 303.c.1
Ens quod propositiuis compositionem significat 325.c.1
Entia vel principia omnia rerum an ad aliquid vnum, vel non reducantur. 369.c.2
Entis multiplicitas quo pacto aliquid cōmune habeat, ad quod reductio fiat 370.c.1
Entium omnium reductio ad quod commune fiat 368.c.2
Entis omnia contraria ad primam entis considerationem reducuntur 370.c.1
Ens per accidens quid proprie sit 379.c.2
Ens per accidens, sicut album esse musicum, nulla scientia considerat ibid.c.2
Ens per accidens dicitur, neque quod est maiori parte, neque quod est semper. 380.c.2
Ens per accidens scientia esse non potest, cum omnis scientia ex principijs & causis sit ibid.
Ens per accidens si causas per se habeat ibid.
Ens per accidens quod propositionis veritatem significat, à metaphysico prætermittitur. 381.c.2
Entis diuisio quonam modo per actum & potentiam fiat, necnon per decem prædicamenta 382.c.2
Ens negatiue, seu illud quod est non ens, multipliciter dicitur. fol.392.c.1
Ens vnde dicatur, & quomodo accidentia entia esse dicantur. fol.403.c.1
Ente in potentia quo pacto aliquid per se fiat 405.c.1
Ens negatiue siue non ens tripliciter dicitur, & ex quo non ente generatio fiat 405.c.2
Aequale quomodo magno & paruo opponatur 345.c.2
Esse hominem vel esse homini siue hominis, quomodo capiatur 100.c.2
Esse secundum se illa dicuntur, quæcunque prædicationis figuras significant 152.c.2
Esse & est quomodo compositionem intellectu mediante significat 153.c.1
Experimentum quid sit 4.c.2
Experimentum in hominibus ea quibus causetur 4.c.2
Experimento in hominibus ars & scientia fit, & circa quæ experimentum & ars consistant 5.c.1
Experimentum quantum ad actum pertinet, quonam pacto ab arte differat 5.c.1
Expertus efficacius operatur non experto 5.co.1

F

FAcilitas animi considerandi veritatem, quænam sit. col. fol.47.c.2
Factionis nomine, quæ græce praxis dicitur, quid veniat fol.229.c.1
Factionis principium vltimum est in intelligendo, primum vero in exequendo 229.c.1
Factum aliquid esse est impossibile, nisi aliquid præexistat, cum omne quod generatur, e materia generetur 229.co.2
Fallacia accidentis efficacissima est ad decipiendum etiam sapientem 380.c.1
Falsum quot modis dicatur 190.c.1
Falsum in diffinitionibus quomodo existat 190.c.2
Falsus homo dupliciter dicitur 191.c.1
Fantasia quid proprie sit 113.c.1
Fatū & prouidentia an de mente philosophi ponantur 201.c.2
Fatum à rebus contingentium quonam pacto tollere non possit 202.c.2
Fatum & prouidentia simul contingentiam in rebus an tollere valeant 202.co.2
Felicitas in felice est sicut vita in viuente, cum in rem exteriorē non transeat, nisi in intelligendo & volendo 317.c.2
Fiat quomodo aliquid ex non ente in actu, & ente in actu per accidens, ex materia autem quæ in potentia est, aliquid per se fit 374.c.1
Fit aliquid ex aliquo proprie & per se duobus modis 51.c.2
Fieri aliquid ex aliquo dupliciter dicitur, scilicet ex priuatione & ex subiecto 230.c.1
Fieri aliquid dupliciter dicitur, vel, scilicet per compositionem, vel per resolutionem 297.c.2
Finis cum illud sit, quod non est propter alia, sed alia propter ipsum 55.co.2
Finis, quomodo in rebus immobilibus esse non potest 61.c.1
Finis & efficiens quomodo seinuicem causent 125.c.1
Finis & forma quo pacto idem numero sint, & quo pacto non. fol.198.c.2
Finis alterius aliquid dupliciter esse potest 419.c.2
Finis est, extra quem non est, & est vltimum in omni, & continet. 340.c.2
Forma est illud quod vnumquodque in specie constituit. folio 53.c.1
Formas quasdam separatas esse Plato posuit 59.c.1
Forma omnium m/vna specie existentium, puta hominum, non quid imaginandum sit. 74.c.1
Forma quare species & exemplum dicatur 124 c.2.
Formam ad ponendum esse naturam, qua ratione philosophantes inducebantur 133.c.1
Forma prior materia est, actus autem potentia 210.c.2
Forma quæ est in anima procedit a forma, quæ est in materia in artificialibus, in materialibus autem secus 228.c.1.2
Forma quæ in anima, quo pacto a forma, quæ est in materia differat ib.
Forma & materia quonā pacto generati partes existās 229..2

Forma non fit nisi per accidens 230.co.2
Formę licet in materia fieri dicatur, non proprie tamen fit fol.231.c.1
Forma vniuersalis præter singularia, vtrum in rerum natura existat 232.col c
Formę omnes secundum antiquorum opiniones, ab ea creatio ne fiant 235.c.2
Forma generantis ad formam geniti, quatuor modis assimilari potest 234.co.2
Formas in istis generatis non esse a generantibus materialib. sed a formis, quæ sine materia sunt 236.co.1
Formæ non generantur neque substantiales neque accidentales, sed tantum compositum 236.c.1
Forma ipsa tota essentia speciei, sicut tota essentia hominis est ipsa anima 238 c.2
Forma totius quæ est ipsa speciei quidditas, differt à forma partis, sicut totum à parte secundum Auice. 239.c.2
Forma vna, in tantum in composito existat 239.c.2
Forma separabilis est ratione, quia potest intelligi sine materia sensibili, indiuiduante, secus materia cum in potentia est stat 287.co.2
Formas rerum esse species & numeros Plato imaginatus est, ponendo tantum principium formale 287.c.1
Forma an aliquid existentis sit præter materiæ partes, etiam secundum Platonem 288.co.1
Formæ secundum Platonicos sempiternæ existunt. & quomodo ipsa forma corrumpatur 288.co.1
Formæ substantiales, & accidentales numquid à materia separatæ existant 288.co.2
Formæ secundum comparationem ad species secundum Platonem quatuor ponuntur 287.c.1
Formæ substantiales & accidentales, sicut puncta & album, per se fieri non possunt, sed composita & simplicia 299.c.2
Formæ substantiales pro materia habent substantiam in quo sunt non quod eorum materia sit ex qua sint ibid.
Formas separatas Plato ponebat, quas maxime scientias esse dicebat, sicut ponere scientiam esse separatam, quam per se scientiam vocabat 319.c.2
Formas res agunt ex similibus agentibus, licet non sit similitudo secundum speciem 406.c.2
Formæ, aliquæ non sunt præter, substantiam compositam fol.407.c.1
Formæ vniuersales Platonis quod non sint præter substantiam compositam 407.c.2
Forma est actus à composito separabilis secundum Platonicos fol.411.c.1
Fortuna in his est quæ ab intellectu agunt, casus autem in alijs 223.col.1
Fortuna quid sit & in quibus sit, & an ab infinitis causis proueniat, & qualiter bona vel mala dicatur, & alia multa de hoc 381.c.1
Fortuna cum sit intellectus agens præter intentionem, & casus natura agens præter intentionem quæ à casu & fortuna fuerunt suis agentibus non assimilantur 382.co.1

G

Generans quot modis generato assimilari contingat, fol. 234.co.2
Generata animalia sine semine, sed putrefactione, an casu fiant, vel ex determinato agente 227.c.2
Generatur vel corrumpitur nihil in entibus secundum antiquorum opinionem 13.c.2
Generatur quicquid ab aliquo, aut generatur per se aut generatur ab eo per accidens 235.c.1
Generetur quonammodo aliquid, & quonam modo corrumpatur 118.co.1
Generationis finis quis sit, & quis etiam ipsius motus finis. fol.22.c.2
Generationis, & corruptionis causa secundum Empedoclem, & alia multa de Xenophanis, & Epicureorum opinione. fol.77.c.2
Generatio & corruptio quid proprie sit 118.co.1
Generatio in animantibus ab inanimatorum generatione, quomodo differat 133.c.2
Generationes causa quoniam aut est per se, aut per accidens. fol.223.c.2
Generationes quæ fiunt, quędam fiũt ab aliquo agente 226.c c
Generationes naturales quæ ibid.
Generatione in omni naturali quæ concurrant 226.col.2
Generationi in omni re tã naturali quàm artificiali quod principium requiratur 227.c.2
Generatione in omni omnia tria, quæ concurrunt, sunt quodammodo ipsa natura 227.col.1
Generationes, quæ aliæ à naturalibus sunt, factiones dicuntur 227.c.2
Generationis modus cuiuslibet rei naturalis an determinatus sit ibid.
Generationes casuales quomodo fiant ibid.
Generatione in omni naturali an aliquod principium actiuũ in materia existat 234.c.1
Generationis victus actiua, quæ est in semine in animalibus. fol.236.c.1
Generationis principia aliqua actiua non inueniuntur, nisi calidum & frigidum Ibid.
Generatio & corruptio substantialis sunt principium veniendi in cognitionem primæ materiæ 284.c.1
Generatio quomodo fiat, & quod tripliciter censetur 390.c.2
Generationem circularem quo pacto Aristoteles in speciebus imaginetur per vaporum resolutionem 416.c.2
Generatio & corruptio omnium quæ generantur & corrumpuntur 417.c.1
Generatio est medium inter esse & non esse 52.co.1
Generatio vnius corruptio est alterius 52.colu.1
Generatio omnium causarum vel earum aliquas 44.c.1
Genera an rerum principia & elementa sint aut in quæ, sicut in vltima diuiditur quodcunque singulare existens 58.c 2
Genera cum rerum principia sint, vtrum sint principia vniuersalia dicta de indiuiduis Ibid.
Genera quæ de pluribus prædicantur, vtrum rerum principia & elementa sint 69.c.2
Genera prima vel alia vtrum principia secunda sint Ibid.
Genus licet materia non sit, quia de specie non prædicatur fol.144.c.2
Genus omne in contrarias differentias diuiditur, non autem in contrarias species 156.c.2
Genus quid sit, & quot modis dicatur 189.co.1
Genere diuersa quot modis aliqua dicantur 189.c.2
Genere & differentia quomodo unum fiat 248.c.2
Genus & materia licet idem secundum nomen esse possit, non tamen idem eodem nomine acceptum 249 co.1
Genus quod in speciebus diuersificetur, etiam in speciebus diuersis, aliter anima sensibilis in homine & equo specie non differret 355.c.
Genere diuersa sunt physice loquendo, quæ in materia communicant 360.c.1
Gradus cognitionis in brutis animalibus quot sint, & quæ animalia pendentia sint, & quæ non 3.c.2

H

Habere quot modis dicatur. fol. 184.c.1
Habitus quid sit & quot modis dicatur 182.c.1
Habitui quæ opponantur, & quot modis opposita habitui dicantur 182.co.1
Habitus, dispositio, & passio, genus prædicamenti non significant, nisi secundum vnum modum significationis 182.c.2
Harmoniarum passiones & earum proportiones ex numero cum ordine 20.c.2
Hesiodus qui fuerit, & quo tempore 17 c.2
Hesiodus, Orpheus, Plato, & quidam alij quemadmodum sub ęnigmate veritatem occultauerint, ponentes nectar & manna, & alia quædam nomina obscura 71.c.2
Hesiodus chaos primum omnium excogitauit, amorem ipsum subingens 17.c.1
Homines liberi qui proprie dicantur, & serui 11.c.1
Homo falsus quomodo multipliciter dicatur 190.191
Homo turpia volens quomodo melior eo, qui nolens facit, dicatur 191.c.1
Hominem vniuersalem præter carnes & ossa, ex quibus particulares homines constituuntur, vtrum imaginandum sit. fol.232.c.1
Homo licet præter singularia in rerum natura non existat, est tamen in ratione quod ad logicam considerationem pertinet 247.c.2
Hominem & animal Platonici in sua vniuersalitate substantias esse posuerunt 261.c.2
Hominem esse omniũ rerũ mensuram Pythago. dixit 332.c.2
Humidorum omnium siue humiditatum radix aqua vel aer fundamentum est 144.co.2

I

IDentitas quonam modo vnitas, vel vnio existat. 156.c.1
Idearum omnium diuisiones vide inf. in Y.
Ignem vt omnium rerum materiam & principium Hippasus & Heraclitus posuerunt 15.c.1
Ignis elementum Pythagorici separatum ponebant & elementum omnium 330.c.2
Imaginatio seu phantasia quonammõ intellectus dicat 242.c.1
Immobilibus quo pacto deceptio contingat, & quonam pacto in contingentibus 328 c.1
Immobile quot modis dicatur 401.c.2
Impossibilium distinctio, & eorum diffinitiones 171.c.1
Ignorantia est caula deceptionis in omnibus 57.c.1
Impossibile est cuius contrarium necessarium verũ est 171.c.1
Impotentia potentiæ priuatio est 170.c.1
Impotentiæ modi quomodo dicuntur intelligi 171.c.1
Impotentia & impossibile, potentiæ & possibili opposita quæ sine 306.co.1.
Incontinẽs secundũ rõnẽ ab intelligibili bono mouetur 418.c.1
Indiuisibile in genere accidentis, & si ipsum non sit compositum 145.c.1
Indiuisibilia quæcunque sunt maxime vnum dicuntur 145.c.1
Indiuiduum omne sicut per naturam indiuiduatur. 143.co. 1.
Infiniti alicuius si plures partes mediæ sint. 50.c.2
Infinita quomodo accidere possunt 102.co.1
Infinitum non totius, sed partis rationem habet 186.c.1.
Infinitum quid sit, & quot modis dicatur 386.c.1
Infinitum secundum naturales in rebus sensibilib. est 386.c.2
Infinitum secundum Platonicos inquisitũ vniuersale est. ibidẽ.
Infinitum in actu quod in sensibilibus non existat. 387.c.1
Infinitum simpliciter corpus esse non potest. 388.c.1
Infinitum in potẽtia quomodo in diuersis inueniatur 390.c.1
Intellectus & sensus secundum antiquos idem est, neque iudicium sensus de sensibilibus falli potest 109.c.2
Intellectus duas habet operationes, s. indiuisibilium intelligentiam, & eius operationem 204.co.1
Intellectus circa quodquidest, tam in substãtijs quam in compositis non decipitur 322.c.2
Intellectus humanus potest pertingere ad intelligendum substantias separatas simplices 328.c.1
Intellectus & sensus in actu ad sensum & intellectum in potẽtia se habet sicut vigilia ad somnum 421.c.2
Intellectus ad intelligibile, sicut potentia ad actum 422.c.1
Intellectus, cum intelligibilis fiat concipiendo aliquod intelligibile, postquam ipsum concepit, intellectus & intelligibile, idem sunt ibid.
Intellectus primi mobilis ad substantiam primã mouentẽ ibid.
Intellectus primi mouentis quomõ ad suũ intelligibile 435.c.1
Intellectus ad suũ intelligere tripliciter se habere põt 435. c.2
Intellectus diuinus an seipsum tantum intelligat, vel aliquid aliud extra se 431.c.2
Intellectus ad nobilitatem vel perfectionem an aliquid 435.c.2
Intellectui diuino, an vnica tantum intelligentia sit 437.c.1
Intellectus diuinus an seipsum per modum simplicis, aut compositi intelligat. 437.c.2
Intelligitur aliquid dupliciter, aut s. per modum simplicis intellectus. 437.c.2
Intelligentiarũ ordo an secundũ orbiũ ordinẽ existat 425.c.1
Intelligibilia maxime tripliciter accipi possunt 1
Intelligibilia singularia q̃ dicatur, s. circuli ærei & lignei. 245.c.1
Intelligibile & desiderabile in primo mouente simul sũt 418.c.1
Intelligibile simplex prius est quam compositus, nam simplicia in intellectu compositorum causantur 418.c.2
Intelligibile primum est prima substantia quæ est actus, ibidẽ.
Intelligibilia actu sunt secundum quod sunt in intellectu, appetibilia aut secundum quod in rebus existunt ibidem
Intelligibili in primo quo pacto est perfectior intelligentia, & delectatio, quam in intelligẽte, & desiderante ipsum 422.c.1

L

LEucipus seu Pseusippus fuit Platonis nepos ex sorore. fol. 209.c.1
Lineæ quæ reflexæ continuantur ad vnum communem terminum. 144.c.1
Linea recta in omnibus suis partibus vnum tantum motum habere potest ibid.
Lineæ partes curuæ angulum non continentes, quomodo moueantur & quiescant. ibid.
Linea circularis linea linearũ est, & maxime vna dicitur 146.c.1
Linea quid sit, & quid punctus, & quid superficies 142.c.1
Lineæ passio per se rectitudo est. Læuitas autem superficiei, linea vero naturaliter superficie prior est 163.c.1
Linea quonã modo secundũ Platonicos ideas ponentes 144.c.1
Locus & tactus mathematicis corporibus non attribuitur, nisi per similitudinem quandam 388.c.2
Logicus prædicandi modum considerat, non autem existentiam rei 275.c.2.
Logicæ aliqua impossibilia esse dicuntur 304.c.1
Logica duplex, communis & propria, quæ in singularum scientiarum principijs traditur 58.c.2

M

MAsculus & fœmina animalis passiones propriæ sunt, ideo ex parte formæ non differunt. col 356.c.2
Mathematica separata quare Plato & alij confixere, fol. 282.c.2
Mathematicæ artes quæ maxime speculatiuæ sunt, circa Aegyptum à sacerdotibus inuentæ fuere 6.c.2
Mathematicæ substantiæ secundum Platonem quæ sint, & quo pacto eas supra sensibilia, & infra species collocauerit 26.c.2
Mathematica quod possint esse media à sensibilibus separata 68.c.1.
Mathematica supra, an alia principia sint 84.c.2
Mathematica à motu abstrahunt 173.c.2
Mathematica an species separatæ sint 364.c.1
Mathematica secundum se non sunt à sensibilibus separata, sed solum secundum rationem 362.c.2
Mathematicus abstrahit à materia sensibili, sicut frigido, calido, raro, & denso &c. non autem ab intelligibili, sicut continuo &c. 301.c.2
Materia secundum antiquorum opinionem est elementum & principium omnium eorum quæ sunt 13 c.1
Materia vna omnium prima 297.c.2
Quæcunque non habent materiam nec intelligibilem neque sensibilem, seipsis statim sunt vnum 302.c.1
Materia excepta vtrum aliquid sit causa secundum se, aut non 58.c.2
Materia excepta supposito quod aliquid causa sit 59.c.1
Materia dato quod aliquid separabile sit, vtrum vnum tãtum sit ibid.
Materia & forma in compositis, an separatum aliquid inueniatur 72.c.2
Materia an substantia sit 210.c.2
Materiam esse rerum substantiam antiqui credentes propter eorum intellectus debilitatẽ, decepti fuerant. 211.c.1
Materia secundum rei veritatem quid proprie sit 211 c.2
Materia prout substantia, dicitur quomodo prædicetur Ibid.
Materiam solam esse substantiam, vel maxime substantiam est impossibile, & quomõ circa eius diuisionẽ procedatur 212.c.1
Materia nulla nec communis nec indiuiduata secundum se, se habet ad speciem prout sumitur forma, sed secundum species pro vniuersali sumitur 239.c.2
Materia communiter sumpta cum sit speciei pars, hæc materia autem determinata pars indiuidui solum illæ partes rationis sunt 242.co.1
Materia quæ est indiuiduationis principium secundum se ignota est Ibid.
Materia non solum est indiuiduationis principium in singularibus sensibilibus, sed etiam in mathematicis 242.c.1
Materia multiplex, alia sensibilis, alia intelligibilis, & quæ vtraque dicatur ibid.
Materiarum sensibilium vtrum aliqua substantia sit præter materiam 246.c.1
Materia indiuidualis cum quid finitum existat, & indeterminatũ, nisi per formã non finitur, & alia multa de hoc 246. c.2
Materia quid sit, & quid forma, & quomodo rerum sensibiliũ substantia esse dicatur 283.c.2
Materiæ primæ in cognitionẽ quonam pacto deuenire possumus 284.c.1
Materia in omnibus substantijs sensibilibus non eodem modo reperitur. Ibid.
Materiæ species an omnium vna vel plures sit 297.c.2
Materiæ diuersitas ex causa mouente sit 297 c.2
Materia in substantijs naturalibus & perpetuis an sit 298.c.2
Materia in accidentibus quomodo tribuatur 299.c.1
Materia quomodo ad contraria se habeat 299.c.2
Materia & forma quomodo adinuicem vniuntur 300.c.2

Materia excepta aliquid est, non tamen rerum sensibilium forma 286 c.2
Materia quod ens existit 404.c.2
Materia in substantijs sensibilibus quibusdam ad omnes formas & priuationes in potentia est 405.c.2.
Materia prima licet in potentia sit ad omnes formas, tamen quodam ordine suscipit eas, nam per prius est in substantia ad formas elementares, & eis mediantibus secundum diuersas permixtioonum proportiones ad diuersas formas in potentia existit. 406 c.1
Materia & forma tria genera sunt, & materia vltima & forma vltima non generantur 406. c.2
Media prima inter duo extrema si fuerint, necesse est quod primum posterioris causa sit, scilicet medij & vltimi 50.c.2
Medium inter contradictionem esse non potest 117.c.2
Medium inter aliqua dupliciter accipi potest, participatione, scilicet vtriusque extremi, vel ab negatione. 117.c.2
Media sunt in quæ prius necesse est mutari qd mutatur 352.c 2
Media sunt in eodem genere cum his, quorum sunt media Ib.
Media necesse est inter opposita esse, non autem in contradictione Ibid.
Media ex contrarijs quomodo componantur 353.c 1
Media ex genere & differentijs constituuntur 354.c 1
Medium inter contraria est habens priuationem vtriusque extremorum, siue sit nominatum vno nomine, siue pluribus, siue innominatum 375.c.2.
Mensuratio quæ est in qualitatibus continuis, vnde deriuetur 176.c.1
Mensura nihil aliud est quam id quo rei qualitas cognoscitur 331.co.1
Mensura est quod minimum in vnoquoque genere 332.c.1
Mensuræ ratio in qua quantitate inueniatur, & an in alias quantitatis species deriuetur, & quomodo 331.c.1.& 2,
Mensuræ circa rationes quæ consideranda sint 338.c.2.
Mensura secundum quandam similitudinem quomodo transferatur. 337.c.1
Metaphysica scientia quænam sit, & circa qualia considerari potest 1,
Metaphsicæ triplex consideratio quot scientijs attribuantur 1
Metaphysica quot nomina sortiatur 1
Metaphysicam ad scientiam vtrum prima substantiæ principia cognoscere pertineat 57. co.1
Metaphysica vtrum vna scientia sit omnes substantias considerans 57.c.2
Metaphysicæ scientiæ speculatio vtrum tantum circa substantias sit Ibid.
Metaphysica scientia de quibus considerat Ibid.
Metaphysicam ad scientiam aut circa vnumquodque pertinear considerare quia est 58.c.1
Metaphysica scientia vtrum consideret de substantijs & accidentibus simul. 88.c.1
Metaphysicæ scientiæ, vtrum sit, considerare vnum, & multa 89.c.2
Metaphysica scientia quonam pacto de oppositis consideret 97.c.2
Metaphysicā ad scientiā an vniuersaliter considerare spectet de omnibus principijs demonstrationis 95.c.2
Metaphysicæ scientiæ an intersit considerare de primo principio demonstrationis 97.c.1
Metaphysica in scientia quæ considerantur, omnibus communia sunt 125 c.2
Metaphysica scientia quomodo in principiorum consideratione cum alijs conueniat 193.c.2
Metaphysicæ scientia circa principiorum consideration: quo modo cum alijs particularibus scientijs differat 194.c.1
Metaphysicæ consideratio ad quæ extendatur 195.c.1
Metaphysica quæ entia separabilia considerat, debet vocari
Metaphysica scientia an vniuersalis sit, quasi ens vniuersale cōsiderans 196.c.2
Metaphysica causas principia & elementa substantiarum considerat 282.c.1
Metaphysicæ consideratio est de omnibus entibus reductis ad vnum, vt in exemplis Philosophi 369.c.1
Metaphysica scientia considerat entis accidentia, inquantum ens. 369.c.2
Metaphysica considerat demonstrationis prima principia, tam ex parte mathematicæ quam naturalis scientiæ 370.c.1
Metaphysica quo pacto ad alias particulares scientias comparetur. 377.c.1
scientia diuina & scientia de primis principijs 378.c.2
Metaphysici consideratio circa ens in communi, & dignitates versatur 64.c.1
Metaphysici consideratio vtrum solum circa substantiam sit, aut circa ea quæ substantijs accidunt. 65.c.1
Metaphysicus contra negantes principia singularium substantiarum quomodo disputet 119.c.2
Metaphysicus seu primus Philosophus de quibus consideret, & de quibus physicus seu secundus Philosophus. 246.c.1
Mistum quomodo denominetur à tali materia quæ ad actum in potentia est 314.c.1
Mobilium ordine tria inueniuntur, vltimum quod mouetur tantum, supremum autem quod est mouens 417.c.2
Mobile primum quo pacto intelligat & desideret ipsum mouens primum 421.c.2
Modi essendi ad quatuor reduci possunt 88.c.2
Modi in quibus accipitur accidens cum subiecto compositum. 155.c.2
Modi quibus aliqua vnum per se dicuntur, reducuntur ad duos 156.c.1
Modi eius quod dicitur secundum se quot sunt 180.c.2
Modi dicendi per se quatuor reperiuntur 181.c.1
Modi essendi ex aliquo quot sint, & ad quos cōsequātur 187.c.1
Modi secundum quod dicitur aliquid ex aliquo fieri. quot sint 185.c.1
Modi quibus aliquid pars esse dicitur 186.c.1
Motus causam necesse est ponere illi, qui de motu determina-
Motus quid proprie sit 62.c.2
re habet. 33.c.1
Motus continui indiuisibilis secundum tempus, vt euitetur cōtrarietas 143.c.2
Motus diuisione cū omne moueri motū esse præcedat 346. c.1
Motus sempiternus ad motus, siue moueri potentia, non est 319.c.1
Motus primi cœli, scilicet motus diurnus, qui est regularis, & velocissimus. 332.c.1
Motus quid sit, & quo pacto tot sunt species mutationis motus, quot sunt entis species 374.co.2
Motus diffinitio secundum antiquorum opinionem, quænam sit. 384.c.2
Motus quare in genere actus, sed imperfecti ponatur 385.c.1
Motus vnus secundum substantiam est actus mouentis & mobilis 385.c.2
Motus sine mutatio tribus modis fit. 391.co.1
Motus in quibus prædicamentis esse possit, & in quibus non 393.c.1
Motum localem quæ circunstent 401.c.2
Motum esse sempiternum & similiter tempus 414.c.2
Motus perpetuitas ex agentis perpetuitate causatur 416.c.2
Motus duplex naturalis & voluntarius vel secundum appetitum 418.c.1
Motus primi necessitas an diuinæ voluntati subiacere habeat 419 col.2
Motus astrorum plures esse ex tribus deprehenditur 429
Motibus cœlestibus Plato indefectibiliter circularitatem & ordinationem attribuens Ibid.
Motus planetarum esse in sphæris eccentricis & epicyclis Ibid.
Motus Planetarum de mente Eudoxi quomodo fiant Ibid.
Motus planetarum de mente Callipi quomodo causentur, & quot motus existant 431.c.1
Motus seu mutationes in omnibus quinque inueniuntur 391 c.1
Motus siue mutatio quæ non est secundum accidens in quib. existat 391.c.2
Motus secundus, scilicet zodiaci quodammodo secundum se, id est virtute propria agit 417.c.1
Motus perpetuitas, & diuersitas ex motu primi, & secundi fol. 417.co.1
Mouens primum mouet, sicut desiderabile, & intelligibile fol. 418.co.1
Mouens primum mouere dicitur sicut appetibile, quoniam motus cœli est propter seipsum 418.c.1
Mouens primum quod est mobile, & semper actu ens nullo modo potest aliter & aliter se habere secundum substantiam fol. 418.c.2
Mouentis primi necessitas in mobili est ipsum bene se habere 419.c.2
Mouente primo sicut fine cœlum dependet, & quantum ad perpetuitatem substantiæ suæ 419.c.2
Mouente primo primi mobilis quid Aristot senserit. 421.c.2
Mutationis termini quadrupliciter variari possunt 391.c.2

Mutatio

Mutatio qui motur dicatur 392.c.2.
Mutatio omnis ex oppositis,aut ex medijs 404. c.2
Mutationes quatuor sunt. 404.c.2
Multa tot modis dicuntur quot dicitur unum, & quotient vnum oppositorum dicitur,tot modis dicitur, & reliquum fol. 143 c.1
Multa dupliciter dicuntur.uno modo ut significat pluralitatem excedentē,vel simpliciter, uel respectu ad aliquid, alio modo absolute. 348 c.1
Multitudo quid sit,& quot magnitudinis species 172.c.2
Multitudo siue pluralitas absoluta quæ vni opponitur, quod cum ente conuertitur,est quasi genus numeri 349.c.1
Multitudo seu pluralitas absoluta non opponuntur pauco fol. 352.c.1
Mundi ad generationem Anaxa.intellectu vtebatur 15.co.1
Mundi æternitatem quo medio Philosophus saluare nitatur fol.434.c.2
Mutatio omnis est uel in contraria,uel media 1,7.c.2

N

Natura quonam modo ministra esse dicatur 10.c.2
Naturam rerum quonam modo Pythagorici,Platonici & alij naturales commenti sint 80.c.c
Naturæ principia destruentes,scilicet motum & quietem,quo modo,à philosopho refellantur 121.c.1
Natura quomodo quintupliciter dicatur, & multiplici significato sumatur,& tota ipsius distinctio 133.c.1
Natura quonam modo materia, duobus modis dicebatur fol.137.c 1
Natura secundum Boethium est unumquodque in formans specifica differentia 137.co.1
Natura est principium motus in eo in quo est,ars autem nō est in artificiato quod fit per artem,sed in alio 223.c.1
Natura quicquid fit,non est fortuitum neque casuale, licet aliquando præter artis intentionem eueniat 281.1.2
Natura totius vniuersi verum bonū & optimū habeat 438.c.1
Natura uniuscuiusque est quædam inclinatio inclinata ei à primo mouente ipsam in debitum finem ordinant 438.c.2
Naturalium consideratio circa principia 27.c.1
Naturaliter desideratum ad sciendum quamobrem omnibus insit,triplex est ratio 2.c.1
Necessarium quid sit,& proprie,& impropie dicatur 139.c.1
Necessarium absolutum quid sit, & necessarium secundum quid 140.c.1
Necessarij omnes modi quo pacto ad vnum reducuntur, & quod necessarium in demonstratione accipitur 141.c.2
Necessaria quoniam duplicia sunt,fallitur Democritus qui dixit quòd necessariorum non sunt quærendæ causæ 141.c.2
Necessariu[m] cum unum primum actu esse operteat Ibid.
Necessaria semper in actu sunt, puta hominem esse animal fol.318.c.2
Necessarium tribus modis dicitur 419.c.3
Necessitas quędam violētia est secundum Sophoclem 139.c.2
Necessitas quod sit inculpabilis & irreprehensibilis recte dicitur Ibid.
Necessitas in rebus secundum Auicen. quonam modo concedatur 198.c.1.2
Necessitate per commistionem aliquam causarum omnia contingebant secundum antiquorum opinionem 307.c.1
Negatio duplex, quædam simplex, quædam autem in genere fo.91. col.a
Negatiua conclusio nulla infertur,nisi in præmissis aliqua affirmatiua sit 105.c.1
Negatiua non, quandoque non est negatio simpliciter,sed ex necessitate priuatio est. 346.c.1
Nihil quo pacto de infiniti ratione existat 54.co.1
Nihilo nihil fit secundum commune Philosophorum dogma. Item non omnes eadem iudicant de eisdem,& horum solutio 373.c.2
Nomen cuius signum est ratio,diffinitio est 119.c.1
Nomen sapientiæ quamobrem in nomine Philosophiæ translatum fuerit 9.c.2
Nomina septem sapientum græciæ quæ fuere,& quo tempore sapientes fuerint 13.c.2
Nomen homo à quidditate,seu ab hominis natura imponitur ens vero ab actu.vnum autem à nomine,vel diuisione 90.c.1
Nomen speciei non æquiuoce prædicatur de indiuiduo secundum quod de eo prædicat cōmunē speciei naturam 140.c.1
Numerus est multitudo mensurabilis vno 349.c.1
Numeros & mathematica principia Pythagorici Philosophi rerum substantias asserebant 21.col.1.
Numeri,longitudines,figuræ,& puncta 59.c.2
Numerorum aliquorum inter se proportiones 64.c.2.
Numeros & magnitudines rerum esse substantias, quomodo antiqui Philosophi senserunt 82.c.1

O

Operationes artificium quonam modo distinguantur fol. 5.c.2.
Operatio est actus quidam,propter quod & actus nomen ab operatione dicitur 317.c.2
Operatio seu opus est finis operantis 317.c.2
Opinio Anaxagoræ quæ posuit duo principia, scilicet materiā, & causam agentem 33. co.2
Opinio Anaxagoræ,quæ dicebat omnes res simul esse,& quod quolibet,est in quolibet rerumque generationem 103.c.2
Opinio Anax. quæ ponebat quod omne quod fit ex aliquo fit fol.376.co.2
Opinio Anaxagoræ quæ ponebat vnam esse omnium materiā secundum positionem 406.co.1
Opinio Anaxagoræ conclusiue dixit, primum principium mouentem esse intellectum 416.c.1
Opinio Anaxagoræ commenta est,bonum esse principium quasi mouens 440.c.2
Opinio Anaximandri imaginata est, quod in vno confuso omnia contraria præextiterant 405 c.2
Opinio Anaximenis & Diogenis aerem aqua priorem dixit. fol. 14.c.2
Opinio Anthistenis contra Platonem 289.co.1
Opinio Democriti circa rerum principia qualis fuerit 19.c.1
Opinio Democriti quæ posuit magnitudines indiuisibiles esse rerum substantias 264.c.1
Opinio Democriti de differentijs rerum,& ipsius impugnatio. fol.284 c.2
Opinio Democriti quæ dixit quod omnia quæ fiunt, prius erant in potentia,sed non in actu 405.c.2
Opinio Diogenis quæ aerem omnium rerum principium finxit,an dixerit aerem esse id quod est vnum 334.c.1
Opinio Empedoclis quæ posuit quatuor corpora esse materiā fol.79.c 1
Opinio Empedoclis poetica de toto mundo, quem vnius animalis instar confinxit,& ipsius impugnatio 78 c.1
Opinio Empedoclis quæ posuit quatuor materialia principia scilicet quatuor elementa Opin.Emped & Democriti ponit substantias & principium rerum esse particularia, vt ignem & terram 403.c.2
Opi. Empedoclis,quæ affirmauit à principio omnia mixta & confusa per amicitiam fuisse 405.c.2
Opinio Eped.quæ bonum tanquam amorem commenta est fol.440.c.1
Opinio Empedoclis quæ aquam,aerem,ignem,& terram rerum esse principia confessa est 15.c.1
Opinio Epicharmi, quæ tenuit omnia mobilia necessaria esse & per certitudinem fieri 111.c.1
Opinio Heracliti.Cratili,& sequacium 111.c.1
Opinio Heracliti falsa quæ ponebat duo,scilicet quod affirmatio,& negatio sit simul vera 372.c.2
Opinio Heracliti videns aliquid augeri,longo tempore, puta ver,vel annum secundum aliquam determinatam quantitatem met 375.c.2
Opinio Hipponis,aquam rerum omnium principium confinxit 14.co.2
Opinio Leucippi,Democriti,& Platonis quæ dixit motum ante mundum semper fuisse in hoc diuersa fuit 415.c.2
Opinio Lycophronis,& aliorum multorum circa vnionem materiæ cum forma. 302.col.2.
Opinio melissi, quæ posuit unum ens infinitum & mobile fol.334.c.1
Opinio Orphei,& aliorum antiquorum theologorum, quæ tenuit mundum ex nocte esse generatum 415.co.2
Opinio Orphei, Musei,& Lini aquam generationis principiū dixit 14.co.2
Opinio Parmenidis & Melissi quę affirmauit omnia esse vnum fol.441.c.1
Opinio Pythagoræ ponentis finitum & infinitum, & ipsa res sensibiles numeros 20.c.1

Opinio Pythagoræ ab opinione Platonis quamobrem diuersa fuerit Ibid.
Opinio Pythagoræ circa quæ defectiua fit, & quo pacto con fundatur 22.c.2
Opinio Pythagoræ quæ erat,quod quicquid alteri videtur hoctotum verum est 103.c.1
Opinio Pythagoræ,Empedocl.Democriti,Parmenidis, Anaxagore,quæ dicebat quod omnia quæ videtur alicui esse vera, forent vera,quomodo confutatur 107.c.2
Opinio pythagoræ & platonis , quæ tenuit hoc ipsum , quod vnum dicitur esse substantiam aliquam,& per se subsistentē fol.314.c.t
Opinio pythagoræ,quæ attribueat inæqualitatem & alteritatem dualitatibus & numero pari 345.c.2
Opinio pythagoræ , quæ dicebat quod scientia sit mensura fol.345.c.2
Opinio pythagoræ quæ dicebat quod homo est mensura omnium rerum secundum sensum 3 3.c.t
Opin. pythagoræ & Leucippi,quæ tenebat optimum nobilissimum in primo principio non inueniri 413.c.t
Opi. pythagoreorum circa principia cum naturalibus in vno conueniebat,in alio autem differebat 34.c.2
Opinio pytagoricorum quę erat quod res sunt 384.c.1
Opinio pythagoricorum,quæ ponebat duos motus,in quorū vno quem duorum dicebat 385.c.t
Opinio pythagoricorum species separatas,non autem mathematica fingebat 404.c.t
Opinio Pythagoricorum primum in rebus mathematicis numerum esse posuit 442
Opinio Platonis de ideis quæ fuerit,& quid secundum ipsum idea sit 442.c.2
Opinio platonis ab opinione pythagoricæ,quantum ad rerum principia in quo conueniebat 25.c.1
Opinio platonis de ideis ex septem Validissimis rationibus confunditur 35.c.t
Opinio Platonis de principijs rerum essendi quomodo confundatur 44.c.t
Opinio Platonis de materialitate naturalium specierum parabola est 245.c.1
Opinio platonis de formis accidentalibus,an,sit materia separata existant 288.c.2
Opinio platonis circa vnionem materiæ cum forma 302.c.2
Opinio platonis dicentis commune vnum & idem per se existere 355.c.t
Opinio plato.de ideis sine de speciebus separatis 360.c.1
Opinio platonis quæ posuit infinitum à sensibilibus separatū fol.386.c.2
Opinio platonis quæ ponit quod punctus est vnitas positionē habens 401.c.2
Opinio platonis quę dicit vniuersalia magis esse substantias quam particularia & hoc quonia logice de reb. inquirebat. fol.407.c.t
Opinio platonis substantiam separabilem à sensibilib. in duo genera diuidebat 404.c.t
Opinio platonis quomodo saluetur, quando dixit quod species idest formæ separatæ sunt formæ quæ secundum naturā sunt 407.c.1
Opinio platonis circa mundi generationem ponebat principium motus esse aliquid mouens seipsum 416.c t
Opinio platonis quæ tenet species intelligibiles rerum materialium per se subsistentes 422.c.t
Opinio platonis ponens principia contraria attribuebat inæ- & multitudinem materiæ,æqualitatem & vnitatem , folio 439.c.2
Opinio platonis quæ posuit substantias sempiternas ad sempiternitatem motus sustinendam,est insufficiens. 414.c.t
Opinio platonicorum volentium rerum substantias ad mathematicas magnitudines reducere, quomō fundatur 42.co.2
Opinio platonicorum quę tenet quod dualitas & quilibet alio rū numerorum,qui ex multis vnitatibus compositi sunt,vni sunt 365.c.2
Opinio Thaletis inter omnes naturales prima , aquam rerum omnium principium imaginata est t 3.c.2
Opinio philosophorum corporea principia tantum ponentiū fol 31 c.1
Opinio philosophorum elementum esse quodlibet simplicium corporum præter terram,quomodo confundatur 31.c.2
Opinio philosophorum antiquorum naturalium generationē dixit nihil aliud esse nisi alterationem quandam 405.c.2
Opinio philosophorum antiquorum quæ habet quod tempus & motus idem sint 414.c.1
Opinio philosophorum antiquorum quæ omnia esse ex principijs contrarijs asserebat,an vera sit 439 c.t
Opinio philosophorum antiquorum non ponebat , aliquod principium vniuersale primum præter principia particularia & sensibilia 91.c.1
Opinio theologorum antiquorum ponentium infinito tempore prius simplicem rerū priuationem fuisse quàm res actu inciperent 416.c.1.2
Opinio theologorum antiquorum,quæ omnia ex non ente eō hnait 441.c.t
Opposita quatuor modis dicuntur scilicet contradictoria, contraria,priuatio,habitus, & ad aliquid 157.c.t
Opposita quod aliqua sint,dupliciter cognosci possunt 157.c.2
Ordo in motu ordinem in quantitate sequitur 161.c.1
Ordo duo requirit,ordinatorum,scilicet distinctionem & communicantiam distinctorum ad totum 439.co t
Orpheus , Museus, & Linus , qui fuerunt , & quo tempore fol 14.c.2

P

Parmenidis opinio de principijs,quæ dixit omnia esse vnū secundum rationem. fol. 23.c.2
Pars quomodo multipliciter dicitur 239.c.t
Partes corporis sunt priores composito quodammodo, quodammodo vero non 241.c.2
Partes ex quibus substantię componuntur,an sint substantiæ in actu existentes,vel in potentia 272.c.t
perfectio duabus causis attribuitur,s. formæ & fini 326.c.2
perfectum quid sit,& quotupliciter dicatur 179.c.1
perfectum est cuius non est possibile aliquid extra sumere , & cui nihil deest 340.c.2
philoso,hia prima seu scientia vniuersalis, quonam modo veritatem cōsideret,& quonā modo scientia particularis 49.c.2
philosophia secundum humanam possibilitatem quare sępe inuenta & corrupta fuit 439.c.t
philosophorum genera Ionici,& Italici fuerunt,& vbi locorū philosophati sint,ac vnde dicti 20.c.t
philosophantes antiqui quonam modo puerorum instar balbutientes,causas quærere conati sint,nec aliquam declarare potuerunt 46.c.2
philosophi quamobrem poetis comparantur 11.c.2
planetarum effectus quonam pacto ad vniuersalia loca & tempora coaptentur 425.c.t
plato qui fuerit , quorum discipulus , & vbi locorum philosophatus sit 26.c.1
plato Socrates iunior ab Aristotele appellatur 245.c.1
Platonici in quibus media ponebant,& in quibus non 361.c.1
Plura aliqua quandocunque ad vnum ordinantur t
Possibilia tot modi quot actiuæ potentiæ 169.c.2
Possibile impossibili oppositum tripliciter dicitur 171.c.1
Possibilia an omnia fint 309.c.t
possibile aliquid iudicatur ex hoc,quod ex ipso impossibile nō sequitur Ibid.
possibile dupliciter dicitur ibid.
possibile duplex,cum ratione scilicet & sine 310.c.2
possibilia in ratione quę considerare oporteat ibid.
possibilis rationalis & irrationalis rationes 310.c.t
potentia naturalis quonam modo magis cognoscitiua 2.c.2
potentiæ vel potestatis quatuor modi 164.c.t
potentiæ actiua nunquam vt talia in motu est 164.c.t
potentiæ diffinitio 171.c.2
potentia metaphorice quomodo sumatur ibid.
potentia multiplex scilicet æquiuoca analogica,actiua & passiua,& alia multa de hoc 304.c.t
potentiarum multiplicitas non est secundum æquiuocationē , sed secundum analogiam 304.c.2
potentia agendi & patiendi quodam modo vna & eadem potentia est 305.c.t
potentiarum differentiæ quę & quot 306.c.t
potentiam bene faciendi,ut patiendi sequitur potentia faciendi sed non econtra 306.& seq.
potentia & actus in eodem subiecto,quomodo habent 308.c.t
potentiarum quomodo quædam actu præcedant quædam autem non 310.c.t
Potentia rationalis per quid in actum reducatur 314.c.2
potentia ad actum,quando & in quali dispositione existens aliquid esse dicatur 31.c.2

Potentiarum multarum actiuarum vltimus finis est solus potētiæ vsus, sicut vltimus finis potentiæ visiuæ est ipsa visio. folio. 317.c.a
Potētia omnis passiua simul contradictionis est. possibile enim est eam esse, vel simpliciter, vel secundum quid 318.c.a
potentiæ irrationales ad opposita non sunt ibid.
potentiæ irrationales licet contradictionis non existant 319.c.a
Potestate actiua aliquid dicitur agere dupliciter 169.c.a
Prædicatum vniuersale quid sit, & quot modis accidentalis prędicatio complectatur 103.c.1
Prædicatum ad subiectū tripliciter se habere potest vbi est prædicatorum sufficientia 153.c.1
prædicatur aliquod de diuersis multipliciter 88.c.1
præpositio ex significat ordinem cum dicitur ex vino fit acetum 300.co.1
principia materialia infinita præter quatuor elementa, scilicet corpora cōsimilium partium Anaxagora posuit, & in quibus cum ipso Empedocl. conueniat 15.c.1
principia omnium rerum, plenum, & inane, Democritus & Leucippus posuerunt, & de eorum opinionibus multa 17.co.2
principia entium & eorum passiones, sicut numerorum pythagorici asserebāt, & alia multa de numero pari, & impari 21.c.1
principia contraria decem secundum coelementationem, nōnulli pythago. posuere, & quæ talia principia fuerint 21.c.a
principia plurima contraria Alcmeon crotoniates pythagoricus posuit, & in quo ab alijs pythagoricis differat. folio 22. c.2
Principia esse contraria ex Alcmeone & pythagoricis eliri pōt, & an circa materialem, vel efficientem causam intelligantur 22.co.2
principia duo contraria pythagorici, sicut Empedocles ponebat, uerum Emped. in specie causæ mouentis, pythag. vero in specie causæ materialis 25.c.1
principia eorum quæ semper sunt, vt corporum cœlestium, necesse est esse verissima 49.c.a
principia an secundum numerum determinata sint aut secundum speciem 59.c.1
principia rerum vtrum sicut quædam vniuersalia sint 59.c.a
principia an secundum potentiam sint, vel secundum actum fol. 59.c.a
principia an sint rerum causæ solum secundum motū 59.c.a
principia rerum utrum eadem numero sint, vel eadem specie, & numero diuersa 74.c.a
principia prima vtrum sint in potentia, vel in actu 85.c.a
principia prima vtrum sint vniuersalia, vel singularia 86.c.1
principium primum negantes quomodo confundentur 99.c.a
principium, quo modo dicitur, quomodo diuersimode à Commentatore, & à beato Thoma sumatur 122.c.a
principium & causa licet idem substantia sint, ratio tamen differunt 101.c.a
principium temporis, ad quem motum pertineat, & alia multa de principio 123.c.1
principia prima rerum non diffiniuntur nisi per posteriorem negationem, sicut dicimus quod punctum est, cuius pars non est 337.c.1
principium omnium primum est incorruptibile 365.c.1
principia extrinseca vnum numero sunt 366.c.1
principium, quoddam demonstratiuum est in entibus 371.c.1
principia plura demonstrari non possunt, sed de ipsis ad hominem demonstratio fieri potest, 371.c.1
principia & causæ substantiarum sunt entium prima principia fol. 402.c.a
principia prima omnium simpliciter proportionaliter an eadē sint 410.c.2
principia, prima in genere substantiarum secundum Aristotelē sunt substantiæ viuentes animatæ, quoniam de mente ipsius corpora cœlestia animata sunt 410.c.a
principia omnium an eadem vniuersaliter sint 411.c.a
principij primi firmissimi & certissimi conditiones 97.c.1
principium maxime paruum est. Idem simul & non esse impossibile 98.c.1
principia omnia an ex contrarijs sint 439.c.1
prioris significatio vnde dependeat, & quod prius dicatur fol. 160 c.a
prioris & posterioris modi diuersi quot sint 161.c.1
priora & posteriora in rebus discretis quomō dicantur 162.c.a
prius altero in cognitione quomodo aliquid dicatur, & an prius accidens quam totum sit, & quæ priora dicantur secundum passionis rationem 163.c.1
priorum secundū ordinem in essendo modus triplex 163.c.1.a
priorum & posteriorum reductio quomodo fiat 163.c.a
priora secundum naturam, & magis nota sunt posteriora, & minus nota quo ad nos, quoniam rerum notitiam per sensum accipimus 337.c.1
prius quo pacto aliquid altero dicatur ratione, & ecōtra 337.c.a
priuatio quomodo vt habitus significari possit 170.c.1
priuationis ad rationem duo requiruntur 170.c.a
priuationis modi ex parte aptitudinis quot 183.c.1
priuatione non fit reditus ad habitum, nisi per resolutionem in primam materiam 300.c.a
priuatione ad quam materiam immediate ad formam ordinatur reditus fieri potest ibid.
priuatio multipliciter dicitur 305.c.1
priuatio ad contradictionem qualiter se habeat, & qualiter conueniant & differant 342.c.1
priuatio an quædam contradictio sit ibid.
priuatio omnis non est contrarietas 342.c.a
priuatio duplex, quædam quæ habet immediatum ordinem ad subiectum formæ ibid.
Proportionum fere omnium diuisio 176.c.a
Propositiones quædam notæ sapientibus sunt, quæ per se omnibus notæ non sunt 97.c.a
propositiones quo pacto conclusionis materia esse dicantur fol. 126.c.a
propositiones oppositæ de eodem non verificantur secundum vnum & idem tempus 376.c.1
prudentia quo pacto in hominib. dicatur, & quonam pacto in animalib. brutis 3.c.a
prudentia sine sapientia vel scientia, secundum antiquos, non est nisi sensus 209.c.a
prudentiæ partes quænam sint 3.c.a
putrefacta an eiusdem speciei cum generatis ex semine sint. fol. 227.c.a
putrefacta an casu eueniant 228.c.1

Q

Quadratum autem dicitur figura ex quatuor lateribus æqualibus constans, cuius anguli quatuor recti sunt. 22.c.1
Qualitatis modi qui sint 173.c.a
Qualitatis modorum reductio 174.c.a
Qualitates actiuæ licet actiuæ sint, non tamen agunt solum in virtute propria, sed in virtute formarum substantialium, ad quas sicut instrumenta se habent 236.c.1
Qualitas & quantitas in substantia fundatur, ita quod vbi, est substantiæ vnitas, est vnitas quantitatis & qualitatis, non tamē vnitas à quātitate nominatur, sed à principali substātia 338.c.a
Quantitas dicitur quod est diuisibile in ea quæ sunt, & alia multa de quantitate 172.c.1
Quantitatis species duæ primariæ sunt, scilicet multitudo, siue pluralitas, & magnitudo siue mensura 172.c.a
Quātitas inter alia accidentia propinquior est substātiæ 173.c.1
Quantitatis per accidens duo modi 173 c.1
Quantitas quandoque per accidens quomodo sumatur Ibid.
Quantitas est mensura substantiæ, qualitas autem dispositio fol. 303.c.1.a
Quantitas rei per vnum, aut numerum cognoscitur, numerus autem per vnum siue vnitates 303.c.1
Quantitate in qua mensuræ ratio non inuenitur, & an in alias quantitatis species deriuetur 331 c.a
Quantum per se duplex est 172.c.a
Quærere illud, quod est prius in vno & eodem, & illud quod est prius simpliciter, quomodo differat 32.c.1
Quæstiones tantum quatuor sunt, scilicet an est, quia est, & propter quid est 275.c.1
Quæstio quid propter quid in idem quodammodo incidunt fol. 276.c.1
Quæstio propter quid an quærit aliud de alio 276.c.1
Quidditas quæ est totius forma inquantum est principium subsistendi 31.c.1
Quidditas vel essentia superficiei albæ, & quare non est quidditas vel essentia superficiei 214.c.1
Quodquideratesse quid apud philosophū intelligatur 213.c.a
Quodquidest secundum se prædicatur, sicut passiones de subiectis 214.c.1
Quodquideratesse in quibus reperiatur, & quomodo 214.c.a
Quodquideratesse non est, omnium, quæ habent qualēcunque ratio

rari autem n[illegible] in[illegible]ficant[illegible],sed eorum solum, quorum ratio diffinitio est 215.c.2
Quodquidest.& diffinitio an substantiarum, vel accidentium sint,& quomodo 215 c.2
Quodquidest,sic etiam diffinitio multipliciter dicitur ibid.
Quodquidest & diffinitio praedicatur de eo,quod in substantijs & accidentibus inuenitur 227 c.1
Quodquideratesse primo & simpliciter substantiarum est,& postea accidentium 217.c.2
Quodquideratesse siue diffinitio,quomodo etiam in accidentibus existat 218.co.1
Quodquideratesse cuiuscunque, & vnumquodque cuius est, quodquideratesse,vtrum idem sit,vel diuersum 219.c.2
Quodquideratesse quare non sit aliud ab eo cuius est 220.c.1
Quodquideratesse & id cuius est in illis quae per se dicuntur. semper necesse est idem esse 220.c.2
Quodquideratesse propter duplex significare, & ipsum cuius quodquideratesse,non est idem 221.c.1
Quodquiderat rei,& ipsa res sunt vnum quocunque modo etiã secundum ratione 222.c.2
Quodquidest est: est id quod diffinitio significat ibid.
Quodquidest licet idem sit cum vnoquoque cuius est, duo tamen excluduntur 247.c.1

R

RAtione alia & alia,laterna,medicus,& consiliator,& vniuersaliter omne faciens esse dicuntur, fol. 126.c.2
Ratio causandi est secundum quod aliqua dicuntur causa per modum finis & b[illegible] tetum [illegible] ibid.
Ratio vnius quid proprie sit,scilicet quod sit principium alicuius numeri, & de hoc multa 142.c.2
Ratio vnius propria secundum quod est principium numeri, est mensura esse ibid.
Rationis in actibus est inconueniens in infinitum procedere fol.156.c.2
Ratio vniuersalium est, sensus autem non nisi singularium fol.163.c.1
Ratio declarans quid nomen significet dupliciter contingit fol.251.c.2
Rationis partes omnes,& in quas ratio diuiditur, vel omnes, vel quaedam priores ipso diffinito sunt 240.c.2
Recapitulatio multorum dictorum à philosopho circa quidditatum materiam,& aliarum multarum quaestionum 46.c.2
Reductio aliorum modorum ad vnum primum dupliciter fieri potest 13.c.2
Reductio omnium modorum substantiae,scilicet quod substantia duobus modis dicitur 154.c.2
Reductio modorum possibilium, & impossibilium ad vnum fol.171.c.2
Relatiuorum modorum sufficientia 175.c.1
Relatiuorum primus modus quomodo distinguatur, & alia multa de hoc 176.c.1
Relatiua quae sumuntur secundum vnitatem,& non secundum comparationem 177.c.1
Relatiua sunt relatiua dupliciter 177.c.2
Relatiuorum eorum quae dicuntur secundum potentiam actiuam & passiuam, diuersitas secundum tempora attenditur. 177.c.2
Relatiuorum tertius modus quomodo ab alijs differat 177 c.2
Relatiua dupliciter dicuntur,quaedam ex quo, sicut dominus & seruus,pater & filius,magnũ & paruum,quaedam vero tanquã aliqua ad ipsa referantur,sicut scientia in scibili 348.c.2
Rei intellectae modus in suo esse secundum platonẽ est 26.c.2
Res vna quandoque simpliciter est alicuius materia,sicut argẽtum phialae,quandoque autem plures,& alia multa de similimateria 26.c.2
Res per sua principia cognoscitur ibid.
Res ad hoc quod sint scitae & entes quid requiratur 221.c.2
Res naturales per formas sibi inhaerentes operantur,neque formae contrariae eis inesse possunt 306.c.2
Rerum in natura nihil est praeter singularia existens 363.c.2
Res omnes existimabat Heraclitus & Pythago.esse in continuo fluxu 374.c.2
Res naturales agunt propter finem,licet finem non cognoscãt quia à primo intelligente inclinatio oem in ipsum finẽ assequuntur 439.c.1
Rerum naturalium motus magis ex forma quam ex materia, causatur 133 c.2

S

SAnitas quae est in anima quomodo sanitatis principium sit,quae per artem fit.fol. 128.c.2
Sapientia,scientia, & intellectus circa animi partem speculatiuam versantur,& quo pacto inter se & à prudentia & arte differant 6.c.2
Sapientia circa maxime vniuersales & primas causas versari debet,non autem circa singularia,quae infinita sunt 7.c.1
Sapientia quae proprie dicatur 7 c.1
Sapientia scientiae gratia volita est,& famulante scientia dignior 7.c.2
Sapientia non, ob aliquam vtilitatem, sed per seipsam quaeritur 10.c.1
Sapientia cum sit causarum speculatrix,à causis rerum incipere debet 12.c.1
Sapientia quae dicitur,vtrum illa quae causam formalẽ consideret vel quae causalem,vel aliarum causarum 61.c.1
Sapientia scientia quaedam est circa principia,& considerat causas altissimas, & maxime vniuersales 360.c.2
Sapientia est vna scientia,quae principaliter principia demonstratiua considerat ibid.
Sapientia de omnibus substantijs est, licet de quibusdam principalius,scilicet de substantijs separatis inquantũ omnes in vno genere conueniunt,quod est ens per se Ibid.
Sapientia substantias & accidentia considerat, inquantum in ente conueniunt quod est eius subiectum,sed substãtias principaliter, sicut per se prima entia 361.c.1
Sapientia considerat quatuor genera causarum, & praecipue causam formalem & finalẽ,& vlterius finis, qui est primum mouens est omnino immobile 361.c.2
Sapientia de substantijs sensibilibus determinat inquantum substantiae sunt 362.c.2
Sapientia ea considerat,de quibus mathematicae scientiae tractant 362.c.2
Sapientia intrinseca rerum principia considerat, sicut materiã, & formam 363.c.1
Scibile relatiue dicitur,non quia ipsum ad scientiam referatur sed quoniam scientia ad ipsum refertur 349.c.2
Scientis signum est posse alios docere 6.c.1
Scientes per causam,seu à priori scientiores sunt scientibus ab effectu,seu à posteriori 7.c.2
Scientiae siue artes vnde dignius nomen sortiantur, & maxime honorabiles dicantur 8.c.1
Scientia illa quae sapientia denominatur, circa altissimas causas versari dicitur 8.c.2
Scientiae quanto priores naturaliter sunt, tanto sunt certiores. ibid.
Scientia quae magis causas considerat, magis doctrinalis esse dicitur ibid.
Scientiae de maxime scibilib. sui gratia desiderantur. 10.c.1
Scientia prima omnium aliarum architectonica dicitur. 9.c.2
Scientia maxime libera naturae ministra esse nequit 19.c.1
Scientia maxime diuina, honorabilior maxime esse debet, & quonam modo dupliciter diuinum capiatur. 11.c.1
Scientia nulla in qua ipsum scire propter seipsum quaeritur, actiua,sed potius speculatiua 9.c.2
Scientia prima cum omnes causas speculetur, effectus admirari non debet, quoniam ad contrarium determinatur.
Scientia metaphysicae est scientia vniuersalis, quae de omnibus entib.considerat,tam sensibilibus, quãm insensibilib. 34.c.2
Scientiarum omnium vtrum vna scientia sit,aut plures scientiae,quae diuersas substantias consideret 64.c.1
Scientia aliqua non solum subiectum speculari debet, sed etiã subiecto per se accidentia, neque aliqua particularium sciẽtiarum est 87.c.1
Scientia quomodo ad scientem & scibile referatur 178.c.1
Scientia naturalis circa quae versetur, & in quo à metaphysica differat 194.c.2
Scientias diuersas circa diuersa subiecta plato non male ordinauit 197.c.2
Scientiae particulares quomodo adinuicem comparentur, folio.377 c.2
Scientiarum speculatiuarum tria genera sunt 378.c.2
Scientiam simul & modum sciendi quaerere, est absurdum. folio.55.c.2.
Scire cupiens aliquid,bene prius sciat dubitare & inuestigare quod quaerit 56.c.1
Scientiam de mobilibus tunc habitis,quando scitur principium motus 62.c.2

Scien-

Scientis vna tantum est vnius generis ibid.
Scientia vna oppositorum est 87.c.t
Sempiterna licet inquantú huiusmodi semper in actu sint 318.a
Sempiterna secundum quid corruptibilia sunt, puta secũdum vbi, aut aliquid huiusmodi 319.c.a
Sensibilium circa propria quomodo error cadat 113 c.t
Sensibilis circa communia magis sensus decipitur quam circá sensibilia propria 114.c.i
Sensus est singularium. intellectus vniuersalium 6.c.t
Sensus cum ad duo nobis deseruiant, quamobrem à nobis dilĩgantur & quid ad vitam conferant 1.e.a
Sensibus remota difficilia ad cognoscendum sunt 8.c.t
Sensus impeditur à cognitione alicuius sensibilis duplic. 48.c.a
Sensus circa propria obiecta sicut semper verus est ita intellectus circa quod quidest, quasi circa proprium obiectũ 323.e.t
Separatum à materia secundũ esse & rationẽ dupliciter r.e.t
Simile triplex, seu similitudinis tres modi, & quid maxime simile dicatur 157.c.t
Simile quot modis dicatur 338.e a
Similitudo philosophi posita in secundo huius tex. comm. primi, quonam pacto conueniens sit 48.c.a
Singularia sunt priora secundum sensum, vniuersalia secundũ intellectum 161.c.t
Singularia sensibilia sunt sicut circuli ærei, & lignei. Intelligibilia vero singularia sunt, sicut circuli mathematici, 242.e.t
Simonidis poetæ error ponentis Deum gloriosum inuidere, cũ tamen ab eo omnis inuidia releganda sit 10.c.a
Socrates qui fuerit, cuius discipulus, & quamobrem de rerum naturis perscrutari noluit 36.c.t
Sol & astra, & totum cœlum semper agunt, quoniam semper mouentur & etiam per motum suum agunt 319 e.t.
Solutiones fundamenti antiquorum, quo inducebantur ad dicendum contradictoria esse vera 108.e.t
Somnus autem est quies operationis sensibilis, quomodo autẽ causetur videtur dubium 299.r.a
Somnus dictus dimidium vitæ, quonam differt felix ab infelici. 435.c.a
Species separatas omnibus alijs entibus esse causas plato imaginatus est, & quo pacto eas ex magno & paruo constituebat 27.co.a
Species separatæ quantum ad eorum fieri nihil sensibilibus cõferunt licet Plato in Phedone contrarium tenuerit 40 e.a
Species separatas minime numeros esse posse, licet pytagorici & Platonici contrarium tenuerint 41.c.t
Specie diuersa quinque modis aliqua dicuntur 160.c.a
Speciei partes indiuidui in naturalib. & mathematicis 243.c.t
Species rerum ad numeros, vel vnitatem seducere, & totaliter auferre materiam sensibilem, & intelligibilem, sicut Platonici faciebant, parabola est 244.c.a
Speciei nomen quid significet 287.c.t
specie differe non est proprie in his quæ alterius generis sunt, fol. 356.c.a
sempiterna ad corruptibilia comparantur, sicut actus ad potentiam, quoniam corruptibilibus priora sunt substantia & perfectione 318.e.a
sperma ad generationẽ operatur sicut in his 235.e.a
stellarum fixarum motus in contrarium primi motus post Aristotel. ab astrologis deprehensus est 454.e.a
stultum est non solum falsa credere, sed etiam credentibus assentire 374.c.t
subiectum metaphysicæ quod sit, & quæ secundum esse & rationem à materia saparata sint 5
subiectum libri metaphysicæ quomodo sumatur 142 c.t
subiectum indifferens quod dicatur 144.c.t
substantia quatuor modis dicitur 154.c.t
subiectum commune in omni alteratione, necesse est esse 33.e a
subiectum est illud de quo alia dicuntur, ipsum vero de nullo fol. 209.c.a
substantijs de pluribus si plures scientiæ sint, vtrum omnes cognatæ sint, necne 57.c.a
substantiæ tãtum sensibiles an sint, vt antiqui naturales posuerunt, vel vltra sensibiles, aliæ immateriales, & intelligibiles existant, vt Plato posuit 58 e.t
substantiæ separatæ á sensibili, si quę sint, vtrum sint vnius generis tantum, aut talium substantiarum plura genera sint 58.c.t
substantiæ sensibiles solæ vtrum in uniuersitate rerum inueniãtur, sicut antiqui naturales dixerunt aut quædam alia præter sensibilia, sicut platonici posuerunt 6, .c.a
substantiæ si sint prætes sensibiles, vtrum vnius generis sint aut magis harum substantiarum plura genera sint 65.c.a
substantia secundum platonem, & phytahogoram, & eorum sequaces quid sit 154.c.a
substantia vniuersalis à particulari quibus differat 155.c.t
substantia quæ est opposita, vt subiectum metaphysicæ, vnum solum prædicamẽtum est, non diuisum in multa prædicamẽta. fol. 155.e.t
substãtia de sola entia secundum parmenidem Melissum, Empedoclem, Anaxagoram, Democr. & antiquos omnes à metaphysico agendum est 231.e.a
substantiæ manifestæ quæ sint, & quæ immanifestæ, etiam secundum opinionem Pythagoræ, Platonis, Leucippi, & aliorum antiquorum 209.r t
substantia vt est de metaphsiyci consideratione, quatuor modis dicitur 209.e.a
substantia prima particularis, quod est subiectum, in tria diuiditur scilicet in materiam formam, & compositum 209.e.a
substantijs de sensibilibus quonam modo determinandum sit, & quod de essentijs substantiarum sensibilium prius determinandum est 206.c.t
substantia ab accidentibus in quo differat 236.r.a
substantia quot modis dicatur 261.e.t
substãtia quare & quomõ de subiecto minime dicatur 262.c.a
substantia quo pacto ex substantijs & non substantija componatur. fol. 264.r.a
substantia quæ est quodquideratesse, quid secundum veritatẽ sit, & vtrũ sit forma vel materia vel aliquid huiusmo. 274.e.t
substantiæ separatæ, licet non sint eiusdem speciei cum substantijs sensiblibus 274.c.t
substantia quæ est quodquideratesse, quomodo principium & causa sit 274.c.a
substantia quæ est quodquideratesse, cuius causa & principium existat 275.c.t
substantiarum quædam sensibiles, quędam insensibiles dicuntur 283.c.t
substantia quotuplex dicatur 282.c.a
substantia rerum sensibilium quid sit, an, scilicet sit materia & forma 284.c.t
substantijs in simplicibus idem est res, & quodquidest esse eius idõ nõ decipitur intellectus circa eas nisi per accidens 322.c.a
substantia dupliciter dicitur, vno modo suppositum in genere substantiæ 336.c.t
substantia aliqua separata à sensibilibus existit, non quidem species rerum sensibilium, vt platonici posuerunt, sed primi motoria 364 r.a
substantiæ an aliquid contrarium sit 398.c.a
substantia an omnibus entibus prior esse dicatur 403.e.t
substantia duplex, sensibilis & insensibilis 404.c.t
substantiarum & eorum quæ sunt ad aliquid, & similiter aliorum prædicamentorum vtrum eadem principia sint, aut alia, & alia 408.c.t
substantiæ cum tres sint, duæ naturales cum motu, vna, scilicet sempiterna, vt cœlum, alia corruptibilis, vt plantæ, & animalia 414.c.t
substantia quæ est motus sempiterni principium etiam sine materia 424 c.t
substantiæ sempiternæ immobilis & immaterialis substantiæ est actu scilicet qui semper mouet & non mouetur ibi.
substantiæ materiales non sunt intelligibiles actu, sed potentia. fol. 422.c.t
substantia prima incorporea & impartibilis est, neque habet magnitudinem finitam nec infinitam 423.e.a
substantiæ primæ virtus non dicitur infinita priuatiue secundũ quod infinitum quantitati congruit ibid.
substantia vna sola sempiterna & immaterialis post primum principium an ponenda sit, vel plures 424.c.t
substantiæ materiales secundum numerum motuum astrorũ & earum ordo est, secundum ordinẽ eorundẽ motuũ 424.a
substantiarum immaterialium numerus ex numero motuum cœlestium comprehenditur 432.c.t
substantiæ immateriales, non omnes sunt finis alicuius motus sed sunt propter finem altiorem 432.r.a
substantiæ materiales an propter corpora cœlestia sint, vel ecõtra 432.e.a
suppositiones antiquorum philosophantium quod sit aliquod primum principium materiale 52.c.a

Tactus

T

TActus ideo animalib. neceſſarius eſt, quòd ea cognoſcit, ex quibus ipſum animal eſt 3.c.1
Theologiæ nomen cur metaphyſicæ aſcribatur 196.c.1
Theorica vel ſpeculatiua in quo à practica differat, & quis vtriuſque finis 49.c.2
Theoricæ, ſeu ſpeculatiuæ cum multæ ſint, quæ veritatem conſiderare habent ibid.
Theoricarum ſcientiarum numerus, ſ. mathematica, phyſica, & theologia. 196.c.1
Terra maxime elementum, ex antiquorum ſuppoſitis oſtenditur 32.c.2
Terminus dicitur quod eſt cuiuslibet rei vltimum 180.c.1
Terminus quadrupliciter dicitur ibid.
Terminus toties dicitur, quoties principium 180.c.2
Totius communis ratio in duobus conſiſtit 188 c.2
Totum duobus modis dicitur, & quonam pacto exponantur, & intelligatur. ibid.
Totius partes in toto dupliciter eſſe poſſunt. ibid.
Totius ſecundo modo dicti diuerſitates 187.c.1
Totum ad partium poſitiones quomodo ſe habeat 189.c.2
Tranquillitas eſt quies maris & aeris ſerenitas 147.c.1
Tricoſtata qui dicatur, & qui paraſtrata, & paranite 162.c.2
Triangulus quonam modo plures differentias ſub ſe contineat 244. col. 2
Trianguli non differunt per differentias, quib. figura diuiditur, ſed alio modo. ibid.

V

VEritatis in conſideratione difficultas 48.c.1.
Veritatis ad cognitionem duplex procedendi via, vna per modum reſolutionis, altera per modum compoſitionis. ibid.
Veritatis cognoſcendæ difficultas duplex exiſtit, ex parte, ſ. rerum, & ex parte noſtra. ibid.
Veritatis ad cognitionem quonam pacto homines dupliciter adiuuantur, directe, ſ. & indirecte 47.c.1
Veritatis circa conſiderationem quo pacto, tum conſuetudine, tum etiam alijs de cauſis, multiplex hominum genus habile inhabileve ſit. 55.c.1
Veritatis circa inquiſitionem quis modis conueniens ſit, nam abſurdum eſt, quærere ſimul ſcientiam, & modum ſciendi. ibidem, c.1
Veritatis circa inquiſitionem modus qui ſimpliciter optimus eſt, in omnibus inquiri non debet. ibid.
Veritas de primis principijs antequàm determinetur, quid agẽdum ſit, & quàmobrem multa dubitabilia contingant. folio 56. col. 1.
Verum & falſum in rebus nihil aliud eſt quam componi, & diuidi. fol. 312.c.1
Verum & falſum quo pacto in ſimplicibus & compoſitis eſſe poſſit 323.c.1
Verum quomodo eſt magis actu quàm potentia, quo pacto ſe habeat ad compoſita & ſimplicia 327.c.2
Verum & falſum in quo primo & principaliter conſiſtant. folio 204.c.1
Verum venari debet ex his, quæ ſemper ſe habeant eodem modo, & non patiuntur aliquam permutationem quantum ad ſubſtantiam ſuam, licet in eis motus ſecundum locum appareat 374.c.2
Violentiam aliquam quonam modo ſempiterna pati non poſſunt. 141.c.2
Viſus quapropter nobis immaterialior exiſtat, & plura nobis demonſtret 2.c.2
Viuere bifariam accipitur: pro eſſe viuentis, & ipſius viuentis actione 4.c.1
Vita animalium quibus potentijs regatur, & quomodo homines ratione vniuerſali à brutis differant 1.c.2
Viuere quo pacto improprie capiatur. 4.c.2.
Vniuerſalia ſciens etiam vniuerſalibus ſubiecta quoquo modo ſcire poteſt 8.c.1
Vniuerſalia magis an primo nobis nota ſint. 8.c.1
Vniuerſalia nunquid à ſingularibus ſeparata ſint 71.c.2
Vniuerſale naturaliter eſt prius, particulare autem poſterius. 127.1
Vniuerſale eſt quod natum eſt ineſſe pluribus 261.c.2
Vniuerſale dupliciter accipi poteſt ibid.c.1
Vniuerſale quare natum eſt in pluribus eſſe, non autem in pluribus ineſt. 262.c.1
Vniuerſale quonam modo ſubſtantiam eſſe contingat. 262 c.2
Vniuerſalibus ſi ſunt quædam res præter ſingularia, non poſſunt ſingularia componi, quæ hoc aliquid ſunt 263.c.1
Vniuerſalia ſi res quædam ſint, ſicut Platonici ponebant, oportebit dicere, quod non ſolum qualitatem ſubſtantialem, ſed accidentalem ſignificent 263.c.1
Vniuerſale nullum eſt ſubſtantia, & nullum eorum, quæ communiter prędicantur, ſignificant hoc aliquid, ſed quale. fol. 263 col. 2.
Vniuerſalium nullum poteſt eſſe ſubſtantia, quæ per ſe ſubſiſtens exiſtat, quia omne vniuerſale multis cõe eſt 334.c.2
Vniuerſalia ſecundum Platonis opinionem, cum res ſubſiſtentes ſint, ſignificant ſubſtantiam, non ſolum ſecundo modo ſed primo 336.c.1
Vniuerſalia ſunt principia, ſcilicet in cognoſcendo, & ſic genera magis ſunt principia quam ſimpliciora & plura in potentia continens ſpecies autem actu 363.c.2
Vniuerſalia licet non per ſe exiſtant, attamen eorum naturas quæ per ſe ſubſiſtunt, eſt vniuerſaliter conſiderari 369.c.1
Vniuerſalia quædam per ſe exiſtentia principia ſunt 369.c.1
Vniuerſalia principia per ſe non ſubſiſtunt, vt Plato dixit, quoniam ſingulare aliquod principium eſſe non poteſt 411.c.2
Vniuerſum totum quirumam naturam, vel vnum ens enunciauerunt, quomodo diuerſificati ſint, non naturaliter loquendo. fol. 23.c.1
Vniuerſi partes qualiter in ordine ſe habeant 438.c.2
Vnitatem ex parte formæ quemadmodum Parmenides tangere videbatur, licet diuerſitatem rebus auferret 13.c.1
Vniuocum quonam pacto de alijs prædicatur 49.c.2
Vniuoca, æquiuoca, & analogica quomodo prædicentur 368.c.1
Vnumquodque de mente Platonis, ſecundum recipientis menſuram in aliquo recipitur, propter quod vnitatem ex parte ſpeciei dualitatem ex parte materiæ Plato commentus eſt 28.c.2
Vnum dupliciter dicitur etiam ſecundum antiquorum opiniones. fol. 82.c.1
Vnum quod eſt numeri principium an idem vnum ſit, quod cum ente conuertitur 90 c.1
Vnum licet priuationem implicatam importet, non tamen multitudinis priuationem 91.c.2
Vnum non refertur niſi ad vnum, & non ad vnumquodque vnum, ſed ad vnum determinatum 116.c.2
Vnum dupliciter, ſcilicet per ſe & per accidens, & quonam modo in terminis ſingularibus ſumatur 142.c.2
Vnum quando accidens comparatur, quomodo ſumatur. folio. 142.c.1
Vnius quinque modi ſunt & dicuntur 143.c.1
Vnum generis ratione multipliciter dicitur 145.c.1
Vnius modorum numerus & diuerſitas. 144.c 2
Vnum quonam modo improprie multa dicuntur 144 c.2
Vnum numerò dicuntur quædam genere, quędam ſpecie, quędam autem analogia, & alia multa de hoc 147.c.1
Vnum cum multipliciter dicatur, principales tamen eius modi ſunt quattuor 319.c.1
Vnum & continuum dicitur, quoniam motus eius eſt vnus, & loco & tempore indiuiſibilis 319 c.2
Vnum quomodo de his, quæ vnum dicuntur, prædicetur. fol. 330 c.1
Vnius proprietas, quænam ſit, & quotuplex 331.c.1
Vnum an ipſa rei ſubſtantia ſit 334.c.2
Vnum non poteſt eſſe genus, quia nec ens, nec vniuoce prædicatur, ſed vnum ent æqualiter de omnibus prædicatur. folio. 335.c.2
Vnum & ens an aliqualiter ſignificant ibid.
Vnum an dicit naturam ſuperadditam illi, quod eſt vnum ſecundum Auicennam, vel alio modo 336 c 1
Vnum quod cum ente conuertitur omnia entia circuit, nequa naturam determinatam ad aliquod genus ſignificat ibid.
Vnum & multa principaliter quomodo opponantur, an, ſcilicet penes diuiſibile, & indiuiſibile, & multa alia de hoc. fol. 336.c.2
Vnum & multa non ponuntur ſecundum priuationem puram & habitum purum 336.c.2
Vnius, de ratione eſt eſſe indiuiſibile, vel indiuiſum 336.c.1
Vnum an multitudine poſterius exiſtat 337.c.1
Vnum & multa an vt contraria opponantur ibid.
Vnum & multa quomodo cenſentur, & quot modis eſſe dicantur 337.c.2
Vna & multa quo pacto inter ſe opponantur 347.c 1
Vnum relatiue multis opponitur 348.c.1

Vnum multis vt mensurabili eppponitur 343.c.2
Vnum & ens non sunt genera, sed analogice omnibus communia sunt 363.c.1
Vnum, nec lineæ, nec superficies quonam pacto principia non sunt 363.c.2
Vnum, est principium numeri & mensura 172.c.1
Vnum sunt, quorum est substantia vna 261.c.2
Voluntas in intellectu est, & non in appetitu concupiscentiæ tantum 418.c.1
Vox secundum quod est genus, sine speciebus esse non potest fol. 349.c.2
Vsus, est vltimum quarundã potentiarũ, vt visus, visio 317.c.2

X

Xenophanes primus commentus est omnia esse vnum cutus Parmenides discipulus fuit, & ideo ad totum cęlum respiciens dixit ipsum esse vnum Deum, quoniam antiqui mundum esse Deum commiscebantur. fol. 34. colum. 1

Y

Ydea quid sit, & quemadmodum entia vltima sunt à reb. sensibilibus separata, de quibus à Platone diffinitiones tantum assignantur 26.c.1
Ydearum Platonis positio ex quibus confundatur 36.c.1
Ydeæ Platonis, quod nihil sensibilibus conferant, neque scientijs, neque etiam vt exemplaria prosunt 39.c.2
Ydeæ Platonis, seu exemplaria separata, licet ab Aristotel. rationibus destruantur, non tamen secundum beatum Thom. remouent diuinam scientiam esse rerum omnium exemplarem 40.c.1
Ydeæ quod non sint principia scientæ, siue cognoscendi in nobis. fol. 45.c.2
Ydeas abstractas quonam modo Platonici substantias appellabant 220.c.2
Ydeas siue species non propter aliud Platonici ponebant, nisi vt per eas de istis sensibilibus scientia haberetur 221.c.2
Ydeas Platonici dicebant esse substantias, & non esse de subiecto aliquo 231.c.2
Ydeas siue species separatas propter tria Plato posuit 113.c.1
Ydeas seu species esse generationis causas Platonici dupliciter ponebant 232.c.1
Ydeæ seu species separatæ quòd per modum exemplaris generationis causæ esse nequeant 233.c.1
Ydeæ seu species rerum naturalium secundum Platonem. folio. 239.c.1
Ydeæ Platonis triplici via ab Aristotele refellontur ibid.
Ydeæ an substantiæ separabiles sint, quæ species vniuersales esse dicantur 265.c.1
Ydeas particularium solas species esse Platonici ponebant, generu veru & differentias species ydearum non esse 266.c.1
Ydeæ quæ separatæ à Platonicis ponuntur 267.c.1
Ydeam esse quoddam per se existens ab omnibus alijs separatum Platonici ponebant 268.c.1
Ydea est quoddam singulare sempiternum secundum Platonicos 168.c.1
Ydearum Platonis positio, in quo recta & in quò non recta fuerit 173.c.1
Ydeas rerum artificialium Platonici posuerunt, quia formæ artificialium rerum actus sunt, quæ per se existere non possunt 366.c.1
Ydeas separatas Platonici ponebant esse necessarias 408.c.1

Z

Zenonis suppositum, quod illud quod additum non facit maius, & ablatum non facit minus, aliquid existentium non sit, & ipsius impugnatio. 81.c.2

IACOBVS ROSSETTVS, LECTORI S.

A Multis eruditis hominibus, hac nostra ætate, elaboratum est, vt à libris litterarum humaniorum ita maculas abstergerent, & vitia sermonis purgarent, vt & sensus veriores aperirentur, & verborum munditia elegantiaque constaret. Quorum sedulitas & doctrina cum maiori ex parte profuerit studijs puerorum, magnam sibi tamen laudem ex ea re comparasse videntur. Fuerunt autem perpauci ac vix aliqui, sibi qui aliquam curam ponendam censuerint, in prodendis, adimendisq. eorum librorum erratis, quorum vsus maioribus disciplinis, studysq. grauioribus inseruit: Cum tamen homines, qui voluissent in hoc elaborare negotio, eò maiorem quàm priores laudem consequi debuissent, quò puerilibus studys prestant virorum inquisitiones. Ex quo factum est, vt scientiarum libri ferè omnes, pluribus corrupti mendis, & inquinati sint: eoque progrediatur hęc negligentia, vt in annos magis augeatur quàm imminuatur errorum copia. Quod vitium damnumque Scoti prudentia quum prospexisset, cuius pręcipua impenditur opera in ÿs edendis libris, qui ad Philosophica studia pertinent, iam ille sumptu curaque non mediocri se ad suos libros purgandos, poliendos, exornandosq. conuertit. Itaque eius gratia & ego ipse, cuius hac in re nunc vtitur ille quotidiana opera, quantum valeo diligentia, quantum ingenio, quantum doctrina, quę tamen in me perexigua sunt, quantumque mihi per domesticas molestias licet, in quas me quidam mea benignitate abusi improbè coniecerunt, ita enim, ita in hac quotidiana extemporalique corrigendi facultate laboro, vt iam videantur, sub veteri illo & nobili nomine Scoti, emendatiores, castigatiores, illustrationesq. libri apparere. Quare hęc D. Thomę in Metaphysica Aristotelis commentaria, quę absurdis quidem erant modis corrupta, quot qualibusq. erratis fuerint à nobis purgata, Lector pluribus in locis, tuo cum fructu non obscuro, & voluptate percipies. Sic anno superiori eiusdem Sancti Viri Expositiones in Aristotelis de anima libros, & in Physica, in multis perbelle correximus. sic Ioannis Ianduni Philosophicas in Arist. libros Quęstiones in pluribus locis nostra correctione perfecimus. Quare illis tibi Lector quasi obsidibus datis, pollicemur, quos deinceps dabimus in tua studia libros, eos emendatiores è Scoti ædibus, castigatioresque, & probatiores exituros. Vale.

S. THOMÆ AQVINATIS ORDINIS PRAEDICATORVM IN OMNES LIBROS Metaphyſicorum Ariſtotelis.

PROOEMIVM.

In quo hanc Scientiam omnium ſcientiarum communiſſimam circa maxime vniuerſalia intelligibilia verſari oſtendit: ex quo tribus nominibus eam iure appellari concludit, Theologiam ſcilicet, Metaphyſicam, ac Primam Philoſophiam.

Lib. 1. Lect. 3.

SICVT docet Philoſophus in Politicis ſuis, Quando aliqua plura ordinantur ad vnũ, oportet vnum eorum eſſe regulans, ſiue regens, & alia regulata, ſiue recta. Quod quidem patet in vnione animæ & corporis. nam anima naturaliter imperat, & corpus obedit. Similiter etiam inter animæ vires: iraſcibilis enim & concupiſcibilis naturali ordine per rationem reguntur. Omnes autem ſcientiæ & artes ordinantur in vnum, ſcilicet ad hominis perfectionem, quæ eſt eius beatitudo. Vnde neceſſe eſt, quòd vna earum ſit aliarum omnium rectrix, quæ nomen Sapientiæ rectè vendicat. Nam ſapientis eſt alios ordinare. Quæ autem ſit hæc ſcientia, & circa qualia, conſiderari poteſt, ſi diligenter reſpiciatur quomodo eſt aliquis idoneus ad regendum. Sicut enim (vt in libro prædicto Philoſophus dicit) homines intellectu vigentes, naturaliter aliorum rectores & domini ſunt: homines vero, qui ſunt robuſti corpore, intellectu vero deficientes, ſunt naturaliter ſerui; ita ſcientia debet eſſe naturaliter aliarum regulatrix, quæ maxime intellectualis eſt. Hæc autem eſt, quæ circa maxime intelligibilia verſatur. Maxime autem intelligibilia tripliciter accipere poſſumus. Primo quidem ex ordine intelligendi. Nam ex quibus intellectus certitudinem accipit, videntur eſſe intelligibilia magis. Vnde, cum certitudo ſcientiæ per intellectum acquiratur ex cauſis, cauſarum cognitio maxime intellectualis eſſe videtur. Vnde & illa ſcientia, quæ primas cauſas conſiderat, videtur eſſe maxime aliarum regulatrix. Secundo ex comparatione intellectus ad ſenſum. Nam, cum ſenſus ſit cognitio particularium, intellectus per hoc ab ipſo differre videtur, quòd vniuerſalia cõprehendit. Vnde & illa ſcientia maxime eſt intellectualis, quæ circa principia maxime vniuerſalia verſatur. Quæ quidẽ ſunt ens, & ea, quæ conſequuntur ens, vt vnum & multa, potentia & actus. Huiuſmodi autem non debent omnino indeterminata remanere, cum ſine his completa cognitio de his, quæ ſunt propria alicui generi vel ſpeciei, haberi non poſsit. Nec iterum in vna aliqua particulari ſcientia tractari debent: quia, cum his vnumquodque genus entium ad ſui cognitionẽ indigeat, pari ratione in qualibet particulari ſcientia tractarentur. Vnde reſtat quòd in vna communi ſcientia huiuſmodi tractentur, quæ cum maxime intellectualis ſit, eſt aliarum regulatrix. Tertio ex ipſa cognitione intellectus. Nã cum vnaquæque res ex hoc ipſo vim intellectiuam habeat, quòd eſt à materia immunis, oportet illa eſſe maxime intelligibilia, quæ ſunt maxime à materia ſeparata. Intelligibile enim & intellectum oportet proportionata eſſe, & vnius generis, cum intellectus & intelligibile in actu ſint vnum. Ea vero ſunt maxime à materia ſeparata, quæ non tantum à ſignata materia abſtrahunt (ſicut formæ naturales in vniuerſali acceptæ, de quibus tractat Sciẽtia Naturalis) ſed omnino à materia ſenſibili. Et non ſolum ſecundum rationem, ſicut mathematica, ſed etiam ſecũdum eſſe, ſicut Deus & intelligentiæ. Vnde ſcientia, quæ de iſtis rebus conſiderat, maxime videtur eſſe intellectualis, & aliarum princeps ſiue domina. Hæc autem triplex conſideratio, non diuerſis, ſed vni ſcientiæ attribui debet. Nam prædictæ ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt vniuerſales, & primæ cauſæ eſſendi. Eiuſdem autem ſcientiæ eſt conſiderare cauſas proprias alicuius generis & genus ipſum: ſicut Naturalis conſiderat principia corporis naturalis. Vnde oportet, quòd ad eandem ſcientiam pertineat conſiderare ſubſtantias ſeparatas, & ens commune, quod eſt genus, cuius ſunt prædictæ ſubſtantiæ cõmunes & vniuerſales cauſæ. Ex quo apparet, quòd quamuis iſta ſcientia prædicta tria conſideret, non tamen conſiderat quodlibet eorum vt ſubiectum, ſed ipſum ſolum ens commune. Hoc enim eſt ſubiectum in ſcientia, cuius cauſas & paſsiones quærimus, nõ autem ipſæ cauſæ alicuius generis quæſiti. Nam cognitio cauſarum alicuius generis, eſt finis ad quem conſideratio ſcientiæ pertingit. Quamuis autem ſubiectũ huius ſcientiæ ſit ens commune, dicitur tamen tota de his quæ ſunt ſeparata à materia ſecundum eſſe & rationem. Quia ſecundum eſſe & rationem ſeparari dicuntur, non ſolum illa quæ nunquam in materia eſſe poſſunt, ſicut Deus & intellectuales ſubſtantiæ, ſed etiam illa quæ poſſunt ſine materia eſſe, ſicut ens commune. Hoc tamen non contingeret, ſi à materia ſecundum eſſe dependerent. Secundum igitur tria prædicta, ex quibus perfectio huius ſcientiæ attenditur, ſortitur tria nomina. Dicitur enim ſcientia diuina ſiue theologia, inquantum prædictas ſubſtantias conſiderat. Metaphyſica, inquantum conſiderat ens & ea quæ cõſequuntur ipſum. Hæc enim tranſphyſica inueniuntur in via reſolutionis, ſicut magis communia poſt minus communia. Dicitur autem Prima Philoſophia, inquantum primas rerum cauſas cõſiderat. Sic igitur patet quid ſit ſubiectum huius ſcientiæ, & qualiter ſe habeat ad alias ſcientias, & quo nomine nominetur.

Lect. 1. & 3.

Maxime intelligibilia quæ.

1.

2.

3.

Eſſe à materia ſeparatum ſecundum eſſe & rationẽ dupliciter.

Prooemij c. primum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS METAPHYSICORVM.

LIBER PRIMVS.

CVM SANCTI THOMAE CLARISSIMA EXPOSITIONE.

LECTIO I.

Ex nonnullis suppositis principijs, videlicet huius scientiæ dignitate, cum ab omnibus desideretur, & humanæ cognitionis gradibus, ad illius generationem conferentibus, scientiam hanc circa causas versari concludit.

Bessarionis interpretatio.

*cognoscere.

OMNES homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio. nam & absque vsu propter seipsos amantur. Præ cæteris autem, qui per oculos fit. non enim vt agamus solum, verum etiam nil acturi, ipsum videre præ omnibus alijs (vt ita dicam) eligimus. causa autem est, quòd sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquam facit, multasque differentias* manifestat.*

*4. c. addit rerum.

Antiqua translatio.

OMNES homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio. Præter enim vtilitatem, propter seipsos diliguntur, & maxime aliorum, qui est per oculos. Non enim solum vt agamus, sed & nihil agere debentes, ipsum videre præ omnibus (vt dicam) alijs eligimus. Causa autem est, quòd hic maxime sensuum nos cognoscere facit, & multas differentias demonstrat.

Lect. 3. Par. prima. Lect. 2. Par. prima. Lect princ. par. vltima. Lect princ. par. secũda. part. prima.

Huic aũt scientiæ Arist. proœmium pmittit, in quo duo tradit. Primo quidẽ ostendit circa qd hæc scientia versetur. Scd̃o qualis sit ista sciã, ibi: {Quia vero nõ actiua.} Circa primũ duo facit. Primo oñdit, q huius sciæ, q̃ sapientia dr̃, est cõsiderare cãs. Scd̃o quales vel quas cãs cõsiderat, ibi: {Qm aũt sciam hãc.} Circa primum præmittit quædam ex quibus ad propositum arguit. Secundo ex prædictis rationem sumit, ibi: {Cuius autem gratia nunc.} Circa primum duo facit. Primo ostendit in cõi scientiæ dignitatem. Secũdo ostendit cognitionis ordinem, ibi: {Animalia quidem igitur &c.} Scientiæ autem dignitatem ostendit per hoc q naturaliter desideratur ab omnibus tanquam finis. Vnde circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat, ib {Signum autem.} Proponit igitur primo q omnibus hominibus naturaliter desiderium inest ad sciendum. Cuius ratio potest esse triplex. Primo quidem, quia vnaquæque res naturaliter appetit perfectionem sui. Vnde & materia dicit̃ appetere formam, sicut imperfectum appetit suam perfectionem. Cum igitur intellectus, à quo homo est id quod est, in se consideratus sit in potentia omnia, nec in actum eorum reducatur nisi per scientiam, quia nihil est eorum, quæ sunt, ante intelligere, vt dicitur in 3. de Anima. Sic naturaliter vnusquisque desiderat scientiam sicut materia formam. Secundo, quia quælibet res naturalem inclinationem habet ad suam propriam operationem: sicut calidum ad calefaciendum, & graue

Hæ ratio se extendit ad scientiã prout est actus primus, sequens vero tendit ad secũdum, tertia in obiectum, quia omnis forma liter sũt distincta.

vt deorsum moueatur. Propria autem operatio hominis inquantum homo, est intelligere. Per hoc enim ab omnibus alijs differt. Vnde naturaliter desiderium hominis inclinatur ad intelligendum, & per cõsequẽs ad sciendum. Tertio, quia vnicuique rei desiderabile est, vt suo principio coniungatur, in hoc enim vniuscuiusque perfectio consistit. Vnde & motus circularis est perfectissimus, vt probatur. 8. Phy. quia finem coniungit principio. Substantijs autẽ separatis, quæ sunt principia intellectus humani, & ad quæ intellectus humanus se habet vt imperfectum ad perfectum, nõ cõiungitur homo nisi per intellectum. vnde & in hoc vltima hominis felicitas consistit. Et ideo naturaliter homo desiderat scientiam. Nec obstat si aliqui homines scientiæ huic studium non impendant, cum frequenter qui finem aliquem desiderant, à prosecutione finis ex aliqua causa retrahantur, vel propter difficultatem perueniendi, vel propter alias occupationes. Sic etiam licet omnes homines scientiam desiderent, nõ tamen omnes scientiæ studium impendunt, quia ab alijs detinentur, vel à voluptatibus, vel à necessitatibus vitæ præsentis, vel etiam propter pigritiam vitant laborem addiscendi. Hæc autem proponit Aristo. vt ostendat, quòd quærere scientiam non propter aliud vtilem, qualis est hæc scientia, non est vanum. cum naturale desiderium vanum esse non possit. Deinde ostendit quod proposuerat, per signum, quia cum sensus ad duo nobis deseruiant scilicet ad cognitionem rerum, & ad vtilitatem vitæ, diliguntur à nobis propter seipsos, inquãtum cognoscitiui sunt, & etiam propter hoc, quòd vtilitatem ad vitam conferunt. Et hoc patet ex hoc, quòd ille sensus maxime ab omnibus diligitur, qui magis cognoscitiuus est, qui est visus, quem diligimus non solum ad agendum aliquid, sed etiam si nihil agere deberemus. Cuius causa est, quia iste sensus, scilicet visus, inter omnes magis facit nos cognoscere, & plures differentias rerum nobis demonstrat. In quo manifestum est quòd duas præeminentias visus in cognoscendo ad alios sensus ponit. Vnam quidem quia perfectius cognoscit. Quod quidem visui accidit, eo quòd spiritualior est inter omnes sensus. Quanto enim aliqua vis cognoscitiua est immaterialior, tanto est perfectior in cognoscendo. Quod autem visus sit immaterialior, patet si consideretur eius immutatio, qua ab obiecto immutatur. Nam, cum omnia alia sensibilia immutent organum, & medium sensus secundum aliquam materialem immutationem, sicut tactus obiectum calefaciendo & infrigidando, obiectum vero gustus, afficiendo sapore aliquo organum gustus mediante saliua, obiectum aũt auditus per motum corporalem, obiectum aũt odoratus per fumalẽ euaporationẽ, solũ obiectũ visus non immutat nec organũ, nec mediũ nisi spũali immutatione. Non. n. pupilla, nec aer coloratur, sed solum speciẽ coloris recipiunt s̃m esse spũale. Quia igit̃ sensus in actu cõsistit in actuali immutatione sensus ab obiecto, manifestũ est illũ sensum spiritualiorem esse in sua operatione, qui immaterialius, & spiritualius

Lib. 1. de histo. Animalium.

Tex. c. 71.

Sensus ad duo nobis deseruiunt.

Visus præfertur alijs sensibus in duobus.

Potẽtia immaterialior magis cognoscitiua est.

lius

Lib. de Sen. & Sensa. Lect. 2.

hus immutatur. Et iō visus certius & pfectius iudicat de sensibilibus inter alios sensus. Aliā aūt praeminentiā ponit, qa nobis plura demonstrat. Qđ quidē accidit ex rōne sui obiecti. Tactus.n.& gustus, & similiter odoratus & auditus sunt cognoscitiui illorū accidentiū, in quibus distinguuntur inferiora corpora à superioribus. Visus aūt est cognoscitiuus illorū accidētiū, in quibus cōicant inferiora corpora cū superioribus. Nā visibile actu est aliquid per lucē, in qua cōicāt inferiora corpora cū superioribus, vt dr̄.2.de aīa.& iō corpora cœlestia solo visu sunt sensibilia. Est aūt alia rō, quia visus plures drias rerum demonstrat, quia sensibilia corpora præcipue per visum & tactū cognoscere videmur: & adhuc magis p visum. Cuius rō ex hoc sumi pōt, q alij tres sensus sunt cognoscitiui eorum, q à corpore sensibili quodāmodo effluūt, & nō in ipso cōsistūt: sicut sonus est à corpore sensibili, vt ab eo fluēs & nō in eo manens: & similiter fumalis euaporatio cū qua & ex qua odor diffunditur. Visus aūt & tactus percipiunt illa accidētia q rebus ipsis immanent, sicut color & calidū & frigidum. Vñ iudicium tactus & visus extenditur ad res ipsas, indicium aūt auditus & odoratus ad ea, q à rebus ipsis pcedunt, non ad res ipsas. Et inde est q figura & magnitudo & huiusmodi, quibus ipsa res sensibilis disponitur, magis percipitur visu & tactu, q alijs sensibus. Et adhuc amplius magis visu q tactu, tum pp hoc q visus hēt maiorem efficaciam ad cognoscendum, vt dictum est, tum pp hoc, q quantitas & ea, q ad ipsam sequuntur, q vr̄ esse sensibilia cōia, proximius se habent ad obiectum visus quàm ad obiectum tactus. Quod ex hoc patet, q obiectum visus oē corpus hñs aliquam quantitatē aliquo mō consequitur, nō aūt obiectum tactus. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 68.

Lib. de sen. & sen. Lect. 2.

Vide cōtra di. Zimare super isto loco.

Natura itaque animalia sensum habentia fiunt.

Animalia quidē igitur natura sensum habētia fiunt.

Gradus cognitionis vt sapiens dcā niat.

Prosequitur de ordine cognitionis, & primo quantum ad bruta aīalia. Scđo q̄tum ad hoīes, ibi: [Alia g. dem igitur &c.] Circa vero bruta aīalia tangit primo quidē id, in quo oīa aīalia cōicāt. Scđo id in quo aīalia differunt, & seinuicem excedunt, ibi: [Ex sensibus.] Cōicāt aūt oīa aīalia in hoc q naturaliter sensus hñt. Nā ex hoc aīal est aīal, q hēt animā sensitiuā, q natura est aīalis, sicut forma vniuscuiusq; ppria est natura eius. Quāuis aūt oīa aīalia sensum habeāt naturaliter, non tñ oīa hñt oēs sensus, sed solum perfecta. Oīa vero hñt sensum tactus. Ipse.n.est quodāmodo fundamentum oīum aliorem sensuum. Nō aūt hñt oīa sensum visus, quia sensus visus est oibus alijs pfectior in cognoscēdo, sed tactus magis necessarius. Est.n.cognoscitiuus eorum, ex quibus aīal cōstat, s. calidi, frigidi, humidi & sicci. Vñ sicut visus inter oēs est pfectior in cognoscendo, ita tactus est magis necessarius, vtpote primus existēs in via generationis. Ea.n.q sunt perfectiora, scđm hāc viā, sūt posteriora respectu illius indiuidui, qđ de imperfecto ad pfectionē mouetur. Deinde cum dicit.

Lib. de sen. & sen. Lect. 2.

Tertio de anima. Tex. 160.

Tactus iō necessarius, quia ea agit ex quibus ipsum animam.

A sensu vero quibusdā eorū nō innascitur memoria, quibusdā vero innascitur. & ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt, quàm illa, quæ memorare nō possunt. Prudentia quidē absq; eo, quod discant, quæcunque, s. audire sonos non possunt, vt apes, & si quod aliud animalium genus simile est. Discunt autem quæcunque vna cum memoria, hunc quoque sensum habent.

Apes auditu carent.

Ex sensibus aūt quibusdā quidē ipsorū memoria non fit, quibusdā vero fit. Et propter hoc alia quidē prudentia sunt, alia vero disciplinabiliora non possibilibus memorari. Prudentia quidem sunt sine addiscere, quæcunque sonos audire non potentia sunt, vt apes, & vtique si aliquod aliud huiusmodi est animaliū genus. Addiscunt autem quæcunque cum memoria & hunc habēt sensum.

Ponit diuersitatē cognitionis, q est in brutis, & tangit ēt tres gradus cognitionis in hmōi aīalibus. Quædā.n.sunt, q licet sensum habeāt, nō tñ hñt memoriā, q ex sensu fit. Memoria.n.sequitur phantasiā, q est motus factus à sensu scđm actū, vt hr̄ in 3.de Aīa. In quibusdā vero aīalibus ex sensu nō fit phantasia, & sic in eis nō pōt esse memoria: & hmōi sunt aīalia imperfecta, q sunt immobilia scđm locū, vt conchilia. Cum.n. aīalibus cognitio sensitiua sit prouisiua ad vitæ necessitatē & ppriā operationem, aīalia illa memoriā hēre debēt, q mouentur ad distans motu pgressiuo. nisi.n. apud ea remaneret per memoriā intentio præconcepta, ex qua ad mutum inducuntur, motū continuare non possent quousq; finem intentum cōsequerentur. Aīalibus vero immobilibus sufficit ad pprias operationes, psentis sensibilis acceptio, cum ad distans non moueantur. & iō sola imaginatione confusa hñt aliquē motū indeterminatū, vt dr̄.3.de Aīa. Ex hoc aūt, q quædā aīalia memoriā hñt, & quædā nō hñt, sequitur q quædā sunt prudentia, & quædā nō. Cum.n.prudenta ex pteritorum memoria de futuris prouideat, (vnde scđm Tullium in Scđo Rhetoricæ, partes eius ponuntur memoria, intelligentia, & prouidentia) in illis aīalibus prudentia esse non pōt, q memoria carent. Illa vero aīalia, q memoriā habent, aliquid prudentiæ hēre possunt. Dr̄ aūt prudentia aliter in brutis aīalibus, & aliter hoībus inesse. In hoībus quidē est prudentia scđm q ex rōne deliberant quid eos oporteat agere. vnde dr̄.6. Ethic. q prudentia est recta rō agibilium. Iudicium aūt de rebus agendis non ex rōnis deliberatione, sed ex quodam naturæ instinctu, prudentia in alijs aīalibus dr̄. Vnde prudentia in alijs aīalibus est naturalis æstimatio de conuenientibus prosequendis, & fugiendis nociuis, sicut agnus sequitur matrem & fugit lupum. Inter ea vero, quæ memoriam habent, quædam habent auditum, & quędam non. Quæcunq; autem auditum nō habent, vt apes, vel si quod aliud hmōi aīal est, licet prudentiā hēre possint, non tamen sunt disciplinabilia, vt s. per alterius instructionē possint assuescere ad aliquid faciendū, vel vitādū. hmōi.n. instructio pręcipue recipitur per auditum: vnde dicitur in Lib. de Sensu & Sensa. q auditus est sensus disciplinæ. Quod autem dr̄ apes auditum nō habere, non repugnat ei, quod videntur ex quibusdam sonis exterreri. Nā sicut sonus vehemens occidit aīal, & scindit lignum, vt in tonitruo patet, nō propter sonum, sed pp cōmotionem aeris vehementem in quo est sonus: ita aīalia quæ auditu carent, iudicium de sonis non habendo possunt per sonos aereos exterreri. Illa vero animalia, quæ memoriam & auditum habent, & disciplinabilia & prudentia esse possunt. Patet igitur tres esse gradus cognitionis in animalibus. Primus est eorum, quæ nec auditum nec memoriam habent: vnde nec disciplinabilia sunt, nec prudentia. Secundus est eorum quæ habent memoriam, sed non auditum, vnde sunt prudentia, & non disciplinabilia. Tertius est eorum, quæ vtrunque habent, & sunt prudentia & disciplinabilia. Quartus autem modus esse non potest, vt scilicet sit aliquod animal, quod habeat auditum, & non habeat memoriam. Sensus enim, qui per exterius medium suum sensibile apprehendunt, inter quos est auditus, non sunt nisi in animalibus, quę mouentur motu progressiuo, quibus memoria deesse non potest, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Secundo de Anima. Tex. c. 160. Lect. 6.

Tex. cō. 56

Partes prudentiæ tres.

Cap. 6. Lect. 4.

Lect. 7.

Triplex in brutis cognitionis gradus.

Cætera igitur imaginationibus ac memorijs viuunt: experientia vero parum participant. Humanum autem genus, arte etiam ac ratiocinationibus.

Alia quidem igitur imaginationibus & memorijs viuunt, experimenti autem parum participant: hominum autem genus arte & rationibus.

Ostendit gradus cognitionis humanæ,& circa hoc duo facit. Primo nãq; ostēdit in quo cognitio humana excedit pdictorū cognitionē. Scd'o oñdit quõ humana cognitio per diuersos gradus distribuatur, ibi: {Fit autē ex memoria.} Dicit ergo in prima parte, q vita aīalium regitur imaginatione & memoria:imaginatione quidē,quãtū ad animalia imperfecta,memoria vero quantū ad animalia perfecta. Licet.n.& hæc imaginationē hēant, tñ vnūquodq; regi dr ab eo qd' est principalius in ipso. Viuere aūt hic nō accipitur se cundū q est esse viuentis, sicut accipitur in 2.de Aīa: cū dr, Viuere viuētibus est esse. Nā hmōi viuere aīalis nō est ex memoria & imaginatione, sed pcedit vtrunque. Accipitur aūt viuere pro actione vitæ, sicut & cōuersationē hominū vitā dicere solemus. In hoc vero, q cognitionē aīaliū determinat per cōparationē ad regimen vitę, datur intelligi q cognitio inest ipsis animalibus nō pp ipsum cognoscere, sed pp necessitatē actionis. Supra memoriā aūt in hominibus, (vt infra dicetur) proximū est experimētū, qd' quędā aīalia nō participant nisi parū. Experimētū.n.est ex collatione plurīū singulariū in memoria receptorū. Huiusmodi aūt collatio est homini propria, & pertinet ad vim co gitatiuā, q rō particularis dr: q est collatiua intentionū indiuidualium, sicut rō vniuersalis intentionū vniuersalium. Et,qa ex multis sensibus & memoria aīalia ad aliquid cōsuescunt prosequendū, uel vitandū, inde est q aliquid experimenti; licet parū participare vīr. Hoīes aūt supra experimētū, qd' pertinet ad rōnē particularē, hñt rōnem vniuersalē, per quā viuunt, sicut p id, qd' est principale in eis. Sicut aūt se hēt experimentum ad rōnem particularē, & cōsuetudo ad memoriā in aīalibus, ita se hēt ars ad rōnē vniuersalē. Ideo sicut perfectum vitæ regimen est aīalibus per memoriam, adiuncta assue factione ex disciplina, vel quomodolibet aliter, ita perfectum hominis regimen est per rationem arte perfectam. Quidā tñ rōne sine arte regun tur, sed hoc est regimen imperfectū. Deinde cū dicit.

Par. seq.

Viuere dupliciter.
Tex.c. 37.

Viuere quādoq; ipsum esse viuentis,quod est à forma, substātiali, quandoque verò pro ssgno vitæ, q sūt ipsi motus extrinseci.

Fit aūt ex memoria experiētia hominibus: multæ etenim eiusdē rei memoriæ vnius experiētiæ vim efficiūt. Quare experientia pene simile quid scientiæ ac arti esse videtur.

Fit autem ex memoria hominibus experimentum. Eiusdem nanque rei multæ memoriæ vnius experientiæ potentiam faciunt. Et fere videtur scientiæ simile experimentum esse,& arti.

Ostendit diuersos gradus humanæ cognitionis, & circa hoc duo facit. Primo cōparat experimētum ad artem quidē. Scd'o cōparat artem speculatiuā ad actiuā, ibi: {Primum igitur conueniens &c.} Circa primū duo facit. Primo ostendit generationē artis & experimēti. Scd'o præeminentiā vnius ad alterū, ibi: {Ad agere quidē igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit vtriusq; pdictorum generationē. Secundo manifestat per exemplū, ibi: {Acceptionē quidem.n. &c.} Circa primū duo facit. Primo ponit generationē experimenti. Secundo artis generationē, ibi: {Hominibus aūt &c.} Dicit ergo primo, q ex memoria in hominibus experimētum cātur. Modus aūt causandi est iste, quia ex multis memorijs vnius rei accipit homo experimentum de aliquo, quo experimento potēs est ad facile & recte operādum. Et iō quia potentiā recte, & faciliter operādi præbet experimentum, vī fere esse simile arti & scientiæ. Est.n.similitudo eo, q vtrobiq; ex multis vna acceptio alicuius rei sumitur. Dissimilitudo aūt qa p artē accipiūtur vniuersalia, p experimētum singularia, vt postea dicetur. Deinde cum dicit.

Par.7. h.
Par.seq.

Par. seq.

Per experientiam autem ars, & scientia hominibus efficitur. experientia enim (vt recte ait Polus) artem effecit, inexperientia vero casum. Fit autem ars, cum è multis experimentalibus conceptibus, vna de similibus vniuersalis opinio fiat. opinari etenim, quod Calliæ hoc morbo laborāti hoc conduxit, similiter Socrati, ac sigillatim alijs multis, experientiæ. quod autem omnibus huiuscemodi secundum vnā speciē determinātis hoc morbo laborātibus conduxit, vtpote phlegmaticis, aut cholericis, aut æstu febricitantibus, hoc artis proprium est.

*fortunam *febre aduRente.

Hominibus autem scientia & ars per experientiam euenit. Experientia quidem enim artem fecit, sicut ait Polus recte dicens, sed inexperientia casum. Fit autem ars cum ex multis experimentalibus cōceptionibus vna fit vniuersalis, velut de similibus acceptio. Acceptionē quidem enim habere, quòd Calliæ & Socrati hac ægritudine laborantibus hoc contulit, & ita multis singularium, experimenti est: quòd autem omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis, hac ægritudine laborantibus cōtulit, vt phlegmaticis, aut cholericis, aut æstu febricitantibus, artis est.

Ponit generationē artis: & dicit, quòd ex experientia in hominibus fit scientia & ars, & pbat per authoritatē Poli, qui dicit, quòd experientia facit artē, sed inexperiētia casum. Qñ.n. aliquis inexpertus recte operatur, à casu est. Modus aūt, quo ars fit ex experimēto, est idē cum mō pdicto, quo experimentum fit ex memoria. Nā sicut ex multis memorijs fit vna experimentalis scientia, ita ex multis experimentis apprehensis fit vniuersalis acceptio de oībus similibus. Vñ plus hēt hoc ars q experimentum: quia experimentum tm circa singularia versatur, ars aūt circa vniuersalia. Quod cōsequenter per exēpla exponit cum dicit: (Acceptionem quidē &c.) quia cum homo accepit in sua cognitione quòd hæc medicina contulit Socrati & Platoni tali infirmitate laborantibus, & multis alijs singularibus, quidquid sit illud, hoc ad experiētiā pertinet: sed, cum aliquis accipit, quòd hoc oībus conferat in tali specie ægritudinis determinata, & secundū talē cōplexionē, sicut quòd cōtulit febricitātibus & phlegmaticis & cholericis, id iā ad artē ptinet. Deinde cū dicit.

Ad agendum itaque, nil videtur experientia differre ab arte, quinimmo videmus expertos magis id, quod intendunt, consequi quàm illos, qui rationem absq; experientia tenent. Causa vero est, quod experientia singularium, ars autem vniuersaliū cognitio est. actiones autem, ac generationes omnes, circa singulare sunt. non enim hominem nisi per accidens, sanat qui medetur, sed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui sic dicuntur, cui accidit hominem esse. Si quis itaque rationem absq; experiētia teneat, & vniuersale quidē cognoscat, quod aūt sub eo particulare est ignoret, sępenumero errabit à sanādo. id.n. magis sanabile est, quod singulare est.

Ad agere quidē igitur experientia quidē nihil ab arte differre videtur. Sed expertos magis proficere videmus, sine experiētia rōnē habētibus. Cā aūt est, quia experiētia quidē singulariū est cognitio: ars vero vniuersalium. Actus aūt et generationes oēs circa singularia sunt. Nō enim medicus sanat hominē nisi secundū accidēs: sed Calliā, aut Socratē, aut aliquē sic dictorū, cui esse hominē accidit. Si igit̃ sine experimēto qs rōnē hēat, & vniuersale quidē cognoscat, in hoc aūt singulare ignoret, multotiens quidem peccabit. Singulare nanque magis curabile est.

Comparat artem ad experimentum per modum præeminentiæ, & secundū hoc duo facit. Primo cōparat quātum ad actionē. Secundo quātum ad cognitionē, ibi: (Sed tñ scire &c.) Dicit ergo, quòd quantū ad actum pertinet, experiētia nihil vī differre ab arte. Cū enim ad actionē venitur, tollitur dr̃ia, q inter experimentum & artem erat per vniuersale, & singulare, qa sicut

sicut experimentũ circa singularia operatur, ita & ars. vñ prædicta dña erat in cognoscendo tñ. Sed q̃uis in mõ operãdi ars & experimentũ nõ differat, q̃a vtraq; circa singularia operatur, differunt tñ in efficacia operandi. Nã experti magis proficiunt in operãdo illis, qui hñt rõnem vniuersalẽ artis sine experimento. Cuius cã est, q̃a actiones sunt circa singularia, & singulariũ sũt oẽs generationes. Vniuersalia.n.non generantur nec mouentur nisi per accidens, inquantum hoc singularibus competit. Homo.n.generatur hoc homine generato. Vnde medicus non sanat hominem nisi per accidens, sed per se sanat Platonem, aut Socratem, aut aliquẽ hoĩem singulariter dictũ, cui conuenit esse hominem, vel accidit inquantum est curatus. Quãuis.n.esse hoĩem per se cõueniat Socrati, tñ curato & medicato per accidens cõuenit, hæc est.n.per se. Socrates est homo, q̃a si Socra. diffiniretur poneretur homo in eius diffinitione, (vt in quarto dicetur) sed hæc est per accidens, curatus vel sanatus est homo. Vnde cum ars sit vniuersalium, experiẽtia singulariũ, si aliquis hẽt rõnẽ artis sine experiẽtia, erit quidẽ perfectus in hoc q̃ vniuersale cognoscat: sed q̃a ignorat singulare cũ experimẽto careat, multotiẽs in curãdo peccabit: q̃a curatio magis ptinet ad singulare q̃ ad vniuersale, cũ ad hoc pertineat p se, ad illud per accidens. Deinde cũ dicit.

Expertus efficacius operatur nõ experto.

Tex. c. 34.

Nihilominus scire, & cognoscere magis arti, quàm experiẽtiæ arbitramur inesse: ac eos, q artẽ tenẽt, quàm eos, q experientiã habent, sapientiores esse putamus: eo quod sapientia propter scientiã, magis omnes sequitur.

Sed tamen scire & obuiare, magis arte quàm experimento esse arbitramur: artifices expertis sapientiores esse opinamur: tanquam magis sit scire secundum sapientiam omnia sequentem.

Comparat experimentum ad artẽ quantũ ad cognitionẽ, & circa hoc duo facit. Primo ponit præeminentiam artis ad experimentũ. Scdo probat, ibi. {Hoc aũt est q̃a hi quidẽ &c.} Proponit aũt præeminentiã artis & scientiæ quantũ ad tria, s. quantũ ad scire, qđ quidẽ magis arbitramur esse per artẽ q̃ per experimentũ. Itẽ quantũ ad obuiare, qđ in disputationibus accidit. Nã hñs artem põt disputando obuiare his q̃ contra artem dñr, non aũt hñs experimentũ. Item quantum ad hoc q̃ artifices plus accedunt ad finẽ sapientiæ q̃ experti. {Tanquã magis sit}. i. contingant. {Scire sapientiã sequentẽ oĩa}. i. q̃ sequitur vniuersalia. Ex hoc.n. artifex sapientior iudicatur, q̃a vniuersalia cõsiderat q̃ expertus. Vel aliter. {Tanquã magis sit scire scdm sapientiã oĩa sequentẽ}. i. vniuersalia. Alia litera. {Tanq̃ magis scdm scire sapientia oĩa sequente.} quasi dicat {Tanq̃ sapientia sequẽte oĩa}. i. cõsequente ad vnumquodq;. {Magis sit scdm scire, q̃ scdm operari: vt, s. dicantur sapientes magis qui magis sciunt, non qui magis sunt operatiui. Vnde alia litera hunc sensum hẽt planiorẽ, q̃ sic dicit. [Tanquã scdm illud quod est scire magis omnes sequuntur sapientiam.] Cõsequenter cũ dicit.

Par. sequẽ. Præeminentia artis ad experimentum in tribus.

Hoc aut, quoniã illi quide sciunt cam, hi vero minime, experti etenim sciunt quidẽ quod est, propter quid aũt nesciunt: illi uero, propter quid, et cãm cognoscũt. Quarè & eos, qui in quaque re architecti sunt, honorabiliores & doctiores, ac eis qui manibus operantur, sapientiores putamus: quoniam causas eorum, quæ fiunt, sciunt, illi vero, sicut & quædam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quæ faciunt; vt ignis comburit. sed inanimata natura quadam, horum singula faciunt: manibus laborantes, propter consuetudinem. Tanquam sapientiores sint, non prout actiui sunt, sed prout rationem habent, causasque cognoscunt.

Hoc aũt est, quia hi quidẽ cãm sciunt, illi vero non. Experti quidem ipsum sciunt quia, sed propter quid nesciunt, hi aũt propter quid, & cãm cognoscunt. Vnde & architectores circa quodlibet quidẽ huiusmodi honorabiliores, & magis scire manu artificibus putamus, & sapientiores, quia factorũ cãs sciunt. Illi vero sicut quædã inanimatorũ faciũt quidẽ, nõ scientia aũt faciũt quæ faciunt, vt ignis quidẽ exurit. Inanimata quidẽ igitur natura quadam vnumquodque faciunt horum, sed manu artifices propter consuetudinem faciunt. tanquam non secundum practicos esse sapientiores sint, sed secundum quòd rationes habent ipsi, & causas cognoscunt.

Probat prædictam præeminentiam tripliciter. Prima probatio talis est, Illi, qui sciunt cãm & pp quid, scientiores sunt & sapientiores illis, qui ignorãt cãm, sed solũ sciũt quia. Experti aũt sciunt q̃a, sed nesciũt pp quid: Artifices vero sciunt cãm, & pp quid, & non solũ quia: ergo sapiẽtiores & scientiores sunt artifices expertis. Primo primã probat cũ dicit. {Vnde & architectores &c.} Probatio talis est. Illi qui sciunt cãm & propter quid cõparantur ad scientes tñ quia, sicut architectonicæ artes ad artes artificum manu operãtiũ. Sed architectonicæ artes sunt nobiliores: ergo & illi qui sciunt cãs & pp quid, sunt sapientiores & sapientiores sciẽtibus tñ quia. Huius probationis prima ex hoc apparet, quia architectores sciunt cãs factorũ. Ad cuius intellectũ sciendum est, q̃ architector dr̃ quasi principalis artifex: ab ἀρχὴ quod est princeps, & τέχνη quod est ars. Dr̃ aũt ars principalior illa, q̃ principaliorẽ operationem hẽt: operationes aũt artificũ hoc mõ distinguuntur, quia quædã sunt ad disponendũ materiã artificij, sicut carpentarij secando ligna, & complanando disponũt materiã ad formã nauis. Alia est operatio ad inductionẽ formæ, sicut, cũ aliquis ex lignis dispositis & præparatis nauẽ cõpaginat. Alia est operatio in vsum rei iã cõstitutæ, & illa est principalissima. Prima aũt est infima, q̃a prima ordinatur ad secũdã, & secunda ad tertiã. Vñ nauisfactor est architector respectu eius, qui præparat ligna, Gubernator aũt, qui vtitur naui iam facta, est architector respectu nauis factoris. Et, quia materia est propter formã, & talis dẽt esse materia q̃ formæ cõpetat, iõ nauifactor scit cãm, quare ligna debeant esse sic disposita, quod nesciunt illi, q̃ præparãt ligna. Similiter, cũ tota nauis sit propter vsum ipsius, ille, qui naui vtitur, scit quare talis forma dẽat esse. ad hoc.n. dẽt talis esse, vt tali vsui conueniens sit. Et sic patet, q̃ ex forma artificij sumitur cã operationũ, q̃ sunt circa dispositionẽ materiæ. Et ex vsu sumitur cã operationũ, q̃ sunt circa formã artificiati. Et sic manifestũ est, q̃ architectores factorũ cãs sciunt. Illos vero, s. manu artifices iudicamus vel denominamus, sicut quædã inanimatorũ. Et hoc non ideo, quia faciũt operationes artificiales, sed quia q̃ faciũt, incognita faciunt. Sciunt.n. quia, sed cãs nõ cognoscunt, sicut ẽt ignis exurit absq; aliqua cognitione. Est igitur quantũ ad hoc similitudo inter inanimata, & manu artifices, q̃ sicut absq; cãæ cognitione inanimata operãtur vt ordinata ab aliquo superiori intellectu in propriũ finem, ita & manu artifices. Sed in hoc est differẽtia, quia inanimata faciũt vnumquodq; suorũ operũ per naturã, sed manu artifices per consuetudinẽ, q̃ licet vim naturæ hẽat inquãtũ ad vnũ inclinat determinate, tñ à natura differt in hoc, q̃ est circa ea, q̃ sũt ad vtrũlibet scdm humanã cognitionẽ. Naturalia.n. non consuescimus, sicut dr̃ in Scdo Ethicorum. Nec ẽt cognitione carentiũ est consuescere. Hęc aũt quę dicta sunt, sic sunt cõsideranda tanq̃ ex eis appareat, quòd aliqui non sunt sapientiores secundũ quòd est. {Practicos.} id est operatores esse, quod cõuenit expertis, sed secũdũ quòd aliqui habent rationẽ de agendis, & cognoscunt cãs agendorum, ex quibus rõnes sumuntur: qđ conuenit architectoribus. Deinde cum dicit.

Architector quis & vnde dicatur.

Horũ exempla sume ab Arist. in Primo Ethico.

Cap. 1.

Et prorſus ſignum ſcientis eſt, poſſe docere. Quamobrem magis artem quàm experientiam, ſcientiam eſſe putamus. illi.n. poſſunt, hi vero minime poſſunt docere.

Signũ ſcientis eſt poſſe docere.

Et omnino ſignum ſcientis eſt poſſe docere, & ob hoc magis artem experimento ſcientiam eſſe exiſtimamus. Poſſunt enim hi docere, hi autem docere non poſſunt.

Ponit ſecundam rationẽ quæ talis eſt. Signũ ſcientis eſt poſſe docere: qđ ideo eſt, quia vnũquodq; tunc eſt perfectũm in actu ſuo, qñ põt facere alterum ſibi ſimile, ut dicitur. 4. Metheororum. Sicut igitur ſignũ caliditatis eſt, ꝙ poſsit aliquid calefacere, ita ſignum ſcientis eſt, ꝙ poſsit docere, qđ eſt ſcientiã in alio cauſare. Artifices autem docere poſſunt, quia cum cauſas cognoſcãt, ex eis poſſunt demonſtrare: demonſtratio aũt eſt Syllogiſmus faciens ſcire, vt dĩ Primo Poſte. Experti aũt non poſſunt docere, quia non poſſunt ad ſcientiam perducere cum cauſam ignorent. Et ſi ea quæ experimento cognoſcunt alijs tradant, non recipientur per modum ſcientiæ, ſed per modum opinionis, uel credulitatis. Vnde patet quòd artifices sũt magis ſapientes & ſcientes expertis. Deinde cum dicit.

Tex. 19. Non loquitur Philoſophus de generatione, ſed de ſecundo actu, quem entia producẽtes perfectionẽ nanciſcuntur.

Tex. c. 5. Lect. 4.

Præterea ſenſum nullum putamus ſapientiam eſſe. tametſi ſingularium hæ maxime propriẹ cognitiones ſunt, de nullo tamen dicunt propter quid, vt propter quid calidus ignis, ſed ſolum quòd calidus.

Amplius autem ſenſuum, nec vnum ſapientiam eſſe ponimus, cum & his ſingulorum cognitiones maxime ſint propriæ. Sed propter quid de nullo dicunt: vt propter quid ignis calidus, ſed quia calidus ſolum ſit.

Senſus eſt ſingularium, intellectus autem uniuerſalium: immo ſenſus fertur in ſingulare vt in conditionem ſine qua non in vniuerſale, vt in obiectum.

Ponit tertiam rationem quæ talis eſt. Cognitiones ſingularium magis ſunt propriẹ ſenſibus quam alicui alteri cognitioni, cum omnis cognitio ſingularium à ſenſu oriatur. Sed tñ. {Nec vnum.} ideſt nullũ ſenſum dicimus ſapientiam, ſ. pp hoc ꝙ licet aliquis ſenſus cognoſcat quia, tñ non pp quid cognoſcit Tactus.n. iudicat quòd ignis calidus eſt, nõ tñ apprehẽdit pp qd: ergo experti qui hñt ſingulariũ cognitionẽ cãm ignorantes, ſapientes dici non poſſunt. Deinde cum dicit.

Primum itaque cuiuſcunque artis ſupra communis ſenſus inuentorem, non ſolum quoniam vtile eſſet, quod inuentum erat, uerum etiam vt ſapientem, & cæteris præſtantem (vt veriſimile eſt) homines admirabantur. Cum autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad neceſſaria, aliæ ad degendum eſſent, ſemper tales ſapientiores illis eſſe putamus, quod eorum ſcientiæ non ad vtilitatem eſſent. Quo fit, vt huiuſmodi iam omnibus inſtitutis, illæ ſapientiarum, quẹ neque ad degendum voluptatem, neque ad neceſſaria conducunt, inuentæ ſint. & in illis locis primo, vbi vacabant. quare circa Aegyptum, mathematicẹ artes conſtitutẹ ſunt. illic enim gens ſacerdotum vacare permiſſa eſt. Dictum autem in moralibus eſt, quęnam ſit artis & ſcientiẹ differentia, ac cęterorum, quæ eiuſdem generis ſunt.*

* ad vitam

Primum quidem igitur conueniens eſt quamlibet artem inuenientem vltra communes ſenſus, ab hominibus mirari, non ſolum propter aliquam inuentorum vtilitatem, ſed ſicut ſapientem, & ab alijs diſtinguentem. Pluribus autem repertis artibus, & alijs quidem ad neceſſaria, alijs vero [a] ad introductionem exiſtentibus: ſemper tales illis ſapientiores eſſe arbitrandum eſt propter id, quòd illorum ſcientiẹ ad vſum non ſunt. Vnde omnibus talibus rebus iam partis, quẹ non ad voluptatem, nec ad neceſſitatem ſcientiarum repertẹ ſunt. Et primum in his locis vbi vacabant. Vnde circa Aegyptum Mathematicẹ artes primum ſubſtiterunt. Ibi nanque gens Sacerdotum vacare dimiſſa eſt. In moralibus quidem igitur, quẹ ſit artis & ſcientiæ differentia & ſimilium generum, dictum eſt.

[a] rectius interpretatum fuiſſet ad vitæ oblectamentũ quãdoquidem, artes omnes sũt propter hæc duo tantũ.

Comparat artem actiuã ſpeculatiuæ, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ars ſpeculatiua magis eſt ſapientia q̃ actiua. Secundo reſpondet cuidam obiectioni, ibi: {In moralibus} Oſtendit autem, quod primo dictum eſt, tali ratione. In quibuſcunq; ſcientijs vel artibus inuenitur id pp quod homines ſciẽtes præ alijs hominibus in admiratione vel honore habẽtur, illæ ſcientiæ ſunt magis honorabiles, & magis dignæ nomine ſapientiæ. Quilibet autem inuentor artis habetur in admiratione, pp hoc quòd habet ſenſum & iudiciũ & diſcretionẽ cauſæ ultra aliorum hoĩum ſenſum, & non pp utilitatem illorũ, quæ inuenit, ſed magis admiramur {Sicut ſapientẽ & ab alijs diſtinguentem.} ſapientem quidem, quantũ ad ſubtilem inquiſitionem cauſarũ rei inuentæ: diſtinguentẽ vero, quantum ad inueſtigationẽ differẽtiarũ vnius rei ad aliam. Vel aliter. {Ab alijs diſtinguẽtem.} vt paſsiue legatur, quaſi in hoc ab alijs diſtinguatur. Vnde alia litera habet. {Differentem} ergo ſcientiæ aliquẹ ſunt magis admirabiles & magis dignæ nomine ſapientiæ pp eminentiorem ſenſum, & non pp vtilitatem. Cum igitur plures artes ſint repertẹ quantũ ad utilitatem, quarũ quædam ſunt ad vitẹ neceſsitatem, ſicut mechanicæ, quẹdã uero ad introductionem in alijs ſcientijs, ſicut ſcientiæ logicales, illi artifices dicendi ſunt ſapientiores, quorum ſcientiæ non ſunt ad vtilitatem inuentẹ, ſed pp ipſum ſcire, cuiuſmodi ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ. Et ꝙ ſpeculatiuẹ ſcientiæ non ſint inuentæ ad vtilitatem, patet per hoc ſignum: quia {Iam partis.} id eſt acquiſitis uel repertis omnibus huiuſmodi, q̃ poſſunt eſſe ad introductionẽ in ſcientijs, vel ad neceſsitatem vitẹ, vel ad voluptatem, ſicut artes, quẹ ſunt ordinatæ ad hominum delectationẽ: ſpeculatiuæ non ſunt pp huiuſmodi reperte, ſed pp ſeipſas. Et quòd non ſint ad vtilitatem inuentẹ patet ex loco quo inuentæ ſunt. In locis enim illis primo repertæ ſunt, vbi primo homines ſtuduerunt circa talia. Alia litera habet. {Et primum his locis ubi vacabant} id eſt ab alijs occupationibus quieſcentes ſtudio vacabant quaſi neceſſarijs abundantes. Vnde & circa Aegyptum primo inuẽtæ ſunt artes mathematicæ, quæ ſunt maxime ſpeculatiuæ, à ſacerdotibus, qui ſunt conceſsi ſtudio uacare: & de publico expenſas habebant, ſicut & legitur in Geneſi. Sed quia vſus nomine artis fuerat & ſapientiæ & ſcientiæ quaſi indifferenter, ne aliquis putet hæc oĩa eſſe nomina ſynonyma idem penitus ſignificantia, hãc opinionem remouet & remittit ad librum moralium, i. ad Sextum Ethicorum, ubi dictum eſt, in quo differant ſcientia, & ars, & ſapientia, & prudentia, & intellectus. Et vt breuiter dicatur ſapientia & ſcientia & intellectus ſunt circa partem animæ ſpeculatiuam, quam ibi ſcientificum animæ appellat. Differunt autem, qa intellectus eſt habitus principiorũ primorũ demonſtrationis. Scientia vero eſt concluſionis ex cauſis inferioribus. Sapientia vero conſiderat cauſas primas. Vnde ibidẽ dr̃ caput ſcientiarum. Prudentia uero, & ars eſt circa animẹ partem practicam, quẹ eſt ratiocinatiua de cõtingentibus operabilibus à nobis. Et differunt. Nã prudentia dirigit in actionibus q̃ non tranſeunt ad exteriorem materiã, ſed sũt perfectiones agentis: vnde dr̃ ibi quòd prudentia eſt recta rõ agibilium. Ars uero dirigit in factionibus, quæ in materiã exteriorem tranſeunt, ſicut ædificare & ſecare: vnde dr̃ quòd ars eſt recta ratio factibiliũ. Deinde cũ dicit.

Lib. 6. Ethi. Cap. 3.

Licet vera ſit hæc concluſio, verbis tamen textus accomodari nõ poteſt: potior eſt poſitio Alex.

Vbi ſint primo inuente mathematicæ artes & à quibus.

Lect. 4. Cap. 4. & in 3.

Lect. 4.

Lect. 4.

Cuius autem gratia nũc ſermonem facimus, illud eſt quo appellatam ſapiẽtiam circa primas cauſas, & principia, omnes arbitrantur verſari. Quare (vt dictum eſt prius) expertus quidem ſenſuum quemcũque habẽtibus

ſapientior

ſapientior eſſe videtur: artifex uero expertis: architector is etiam manibus laborante: ſpeculatiui autẽ factiuis. Quod igitur ſapiẽtia circa aliquas cauſas, & principia, ſcientia ſit, patet.

Lect. 3.

Cuius autem gratia nunc ſermonem facimus, hoc eſt, quia denominatam ſapientiam circa primas cauſas, & principia exiſtimant omnes. Quare ſicut dictũ eſt prius expertus quidem quemcunque ſenſum habentibus ſapiẽtior eſſe videtur: Artifex autem expertis, architector autem manu artifice, ſpeculatiui autem magis actiuis. Quod quidem igitur ſapientia & circa quaſdam cauſas & principia ſit ſcientia, manifeſtum eſt.

Sapiẽtia eſt circa cauſas.

Oſtendit ex præhabitis principale propoſitum, quod, ſ. ſapientia ſit circa cauſas. Vnde dicit quod hoc eſt cuius gratia. {Nunc ſermonem facimus.} idest ratiocinationem prædictam, quia ſcientia illa quæ denominatur ſapientia, videtur eſſe circa primas cauſas, & circa prima principia. Quod quidẽ patet ex præhabitis. Vnuſquiſque enim tanto ſapientior eſt, quanto magis accedit ad cauſæ cognitionem: quod ex præhabitis patet, quia expertus eſt ſapientior eo, qui ſolum habet ſenſum ſine experimento. Et artifex eſt ſapientior experto quocunque, & inter artifices architector eſt ſapientior manu artifice. et inter artes etiam & ſcientias, ſpeculatiuæ ſunt magis ſciẽtiæ, quam actiuæ. & hæc omnia ex prædictis patent. Vñ relinquitur quod illa ſcientia, quæ ſimpliciter eſt ſapientia, eſt circa cauſas. & eſt ſimilis modus arguendi ſicut ſi diceremus. Illud quod eſt magis calidum, eſt magis igneum: vnde quod ſimpliciter eſt ignis, calidum ſimpliciter.

LECTIO II.

Ex ſex ſapientis conditionibus, ſapientiam ipſam circa cauſas, maxime vniuerſales & primas, & prima Principia eſſe, ratiocinatur.

Quoniam autem hanc ſcientiam quærimus, hoc vtique fuerit conſiderandum circa quales cauſas, & qualia principia ſcientia, ſapientia eſt. Si ita repetat quiſpiam quas de ſapiente opiniones habemus, fortaſis ex hoc magis appareat. Primo igit opinamur, ſapientem maxime omnia vt poſsibile eſt, ſcire; non habentem ſingulariter eorum ſcientiam.*

* habuimus

Cap. 2. proœ.

Quoniam autem ſcientiam hanc quærimus circa quales cauſas, & circa qualia principia ſapientia & ſciẽtia ſit, hoc vtique conſiderandum erit. Si itaque accipiat aliquis exiſtimationes, quas de ſapiente habemus, fortaſſis ex his manifeſtum erit. Primum itaque ſapientem ſcire omnia maxime, ſit ut decet, accipimus non ſingularẽ ſcientiam eorum habentem.

Poſtquã Philoſophus oſtendit quod ſapientia ſit quædam ſciẽtia circa cauſas exiſtens, hic uult oſtẽdere circa quales cauſas & circa qualia principia ſit. Oſtendit autem quòd eſt circa cauſas maxime vniuerſales & primas, & argumentatur à diffinitione ſapientię. Vnde circa hoc tria facit. Primo colligit diffinitionem ſapientiæ ex his, quæ homines de hoĩe ſapiente, & ſapientia opinantur. Secundo oſtendit quod omnia iſta cõueniunt vniuerſali ſciẽtię, quæ cõſiderat cauſas prima & vniuerſales. ibi: {Iſtotum autem &c.} Tertio concludit ꝓpoſitũ ibi. {Ex oĩbus, ergo &c.} Circa primũ ponit ſex opiniones hominũ cões quæ de ſapiẽtia habent. Primã ibi. {Primũ itaq; &c.} quæ talis eſt, quod cõis omnes accipimus ſapientẽ maxime ſcire omnia, ſicut eum decet, nõ quod habeat notitiam de omnibus ſingularibus. Hoc enim eſt impoſsibile, cum ſingularia ſint infinita, & infinita intellectu comprehendi non poſſint. Deinde cum dicit.

Per. 7. h. le.

Sex conditiones ſapiẽtis, prima.

Deinde illum, qui difficiliora, neque ſcitu facilia homini cognoſcere poſſit, ſapientem exiſtimamus, ſentire. n. omnibus commune eſt. quamobrem facile, & neutiquam ſapiens eſt.

Cõditiones requiſite ad ſapientem.

Poſtea difficilia cognoſcere potentem, nec leuia homini noſcere, hunc ſapientem dicimus. Sentire enim omnium eſt commune, quare facile & non ſophon.

Secunda.

Secundam ponit, & eſt iſta, quod illum ſapiẽtem ponimus eſſe, qui eſt potens ex virtute ſui intellectus cognoſcere difficilia, & illa, quæ nõ ſunt leuia cõiter hominibus ad ſciendum, quia commune eſt omnibus ſentire, i. ſenſibilia cognoſcere. Vnde hoc facile, & nõ eſt ſophon, i. aliquid ſapientis & ad ſapientẽ pertinẽs. et ſic patet, quod id, quod proprie ad ſapientẽ pertinet, non leuiter ab omnibus cognoſcitur. Deinde cum dicit.

2.

Item illum, qui certior.

Adhuc certiorem.

Exacte is cognoſcit quod ſubito cognoſcit.

Tertiam ponit, & eſt, quod nos dicimus illum ſapientẽ eſſe qui de his quæ ſcit, habet certitudinem magis quam alij communiter habeant. Deinde cum dicit.

Tertia. 3.

Ac magis docere ualens cauſas reddat, ſapientem in omni ſcientia eſſe.

Et magis cauſas docentem, ſapiẽtiorem circa omnem eſſe ſcientiam.

Quartã ponit, & eſt talis. Illũ dicimus magis ſapientem in omni ſciã, qui poteſt aſsignare cauſas cuiuſlibet quæſiti, & per hoc docere. Deinde cum dicit.

Quarta.

Scientiarum quoque illam, quæ gratia ſuiipſius, & propter ipſum ſcire, quam illam, quæ aliorum gratia eligenda, ſit magis ſapientiam eſſe.

Sed & hanc ſcientiarum quæ ſuiipſius cauſa eſt, & ſciendi gratia eligibilis eſt, magis eſt ſapiẽtia, quàm quæ contingentium gratia.

Quintam ponit, & eſt, quod illa de numero ſciarum eſt ſapiẽtia, quæ per ſe eſt magis eligibilis & volũtaria .i. volita gratia ſcię, & ꝓp ipſum ſcire, q̃ illa ſciã, quæ eſt tã quorũcunq; aliorũ contingentiũ, quę poſſunt ex ſcientia generari, cuiuſmodi eſt neceſsitas vitæ, delectatio, & huiuſmodi alia. Deinde cum dicit.

Quinta.

Et principaliorem quam ei ſubminiſtrantem, potius ſapientiam eſſe. non enim ut ſapienti præcipiatur, ſed vt ille præcipiat: nec vt ille ab altero, ſed vt ab eo minus ſapienti ſuadeatur, det ei. Opiniones itaque tales, ac tot de ſapientia & ſapientibus habemus.

Et hanc ſapientiam magis famulante antiquiorem eſſe. Non enim ordinare, ſed ſapientem ordinare oportet neque hunc ab altero, ſed ab hoc minus ſapientem ſuaderi. Tales quidem igitur æſtimationes, & tot de ſapientia & ſapientibus, habemus.

Sexta.

Alia litera. Et principaliorem ſubleruiẽte magis eſſe ſapientem.

Lect. 1.

Sextã ponit, & eſt talis, quod iſtã ſapientiã, de qua facta eſt mentio oportet eſſe vel dicimus eſſe, {Magis antiquiorẽ} .i. digniorẽ {Famulante ſcia.} Quod quidẽ ex præhabitis intelligi põt. Nã in artibus mechanicis famulantes ſunt illæ, quæ exequunẽ manu operãdo præcepta ſuperiorũ artificũ, quos ſupra architectores & ſapiẽtes nominauit. et quod magis conueniat rõ ſapientiæ ſcientijs imperantibus quam famulantibus probat per duo. Primo, quia ſciæ famulantes ordinant à ſuperioribus ſcientijs. Artes. n. famulãtes ordinantur in finẽ ſuperioris artis, ſicut ars equeſtris ad finẽ militaris. Sed ſapientẽ ſm oẽm opinionẽ non decet ordinari ab alio, ſed ipſum potius alios ordinare. Item inferiores architectores perſuadentur à ſuperioribus, inquantum credunt ſuperioribus artificibus circa operanda vel fienda. Credit enim nauifactor gubernatori docenti qualis debet eſſe forma nauis. Sapienti autẽ non conuenit ut ab alio perſuadeatur, ſed quod ipſe alijs

Sapiẽtię deſcriptio.

persuadeat suam insam. Istæ igitur sint tales opiniones, quas homines accipiunt de sapientia & sapiente. Ex quibus omnibus potest quædam sapientiæ descriptio formari, vt ille sapiens dicatur, qui scit omnia etiam difficilia per certitudinem & causam, ipsum scire propter se quærens, alios ordinans & persuadēs. & sic patet quasi maior syllogismi. Nam omnem sapientem oportet talem esse, & econuerso, quicunque est talis, sapiens est. Deinde cum dicit.

Horum autem hoc quidem, omnia (inquam) scire, illi, qui maxime vniuersalem scientiam habeat, necesse est inest: hic enim quodammodo omnia subiecta sint.

Istorum autem, hæc quidem omnia scire, vniuersalē scientiā maxime habenti inesse necesse est: hic autem nouit omnia aliqualiter subiecta.

Met. cognoscit abstracta in vniuersali, & in par. sensibili vero i vniuersali tantum.

Ostendit ꝙ omnia prædicta conueniūt ei qui cognoscit primas causas & vniuersales, & eo ordine prosequitur quo supra posuit. Vnde primo posuit ꝙ habenti scientiā vniuersalem maxime inest omnia scire, quod erat primum. Quod sic patet. Quicūque enim scit vniuersalia, aliquo modo scit ea, quæ sunt subiecta vniuersalibus, quia scit ea in prima, sed his quæ sunt maxime vniuersalia sunt omnia subiecta. ergo ille, qui scit maxime vniuersalia, scit quodammodo omnia. Deinde cum dicit.

Vide cōtra di. Zimarræ super isto loco.

Hominibus difficilima sunt, nō autem simpliciter.

Fere autem & difficillima hominibus cognitu sunt ea, quæ maxime vniuersalia sunt, siquidem remotissima sunt à sensibus.

Sed fere autem & difficilima sunt ea hominibus ad cognoscendum, quæ maxime sunt vniuersalia. Nā à sensibus sunt remotissima.

Ostendit eidem inesse secundum, tali ratione. Illa quę sunt maxime à sensibilibus remota, difficilia sunt hominibus ad cognoscendum. nam sensitiua cognitio est omnibus communis, cū ex ea omnis humana cognitio initium sumat. Sed illa quæ sunt maxime vniuersalia, sunt sensibilibus remotissima, eo sensus singularium sunt: ergo vniuersalia sunt: ergo difficillima hominibus ad cognoscendum. Et sic patet ꝙ illa scientia est difficilima, quæ est maxime de vniuersalibus. Sed contra hoc videtur esse ꝙ habetur Primo physi. Ibi enim dicitur ꝙ magis sunt nobis primo nota. Illa autem quæ sunt primo nota, sunt magis facilia. Sed dicendum ꝙ magis uniuersalia secūdum simplicem apprehensionem sunt primo nota. nam primo in intellectu cadit ens, ut Auicena dicit, & prius in intellectu cadit animal quam homo. Sicut enim inesse naturæ quod de potentia in actum procedit prius est animal quam homo, ita in generatione scientiæ prius in intellectu concipitur animal quam homo. Sed quantum ad inuestigationem naturalium proprietatum & causarum, prius sunt nota minus communia, eo quòd per causas particulares, quæ sunt vnius generis, vel speciei peruenimus in causas vniuersales. Ea autem quæ sunt vniuersalia in causando, sunt posterius nota quo ad nos, licet sint prius nota secundum naturam, quamuis vniuersalia per prædicationem sint aliquo modo prius quo ad nos nota, quam minus vniuersalia, licet non prius nota quam singularia. nam cognitio sensus qui est cogniscitiuus singularium, in nobis præcedit cognitionem intellectiuam quæ est vniuersalium. Facienda est etiam uis in hoc ꝙ maxime vniuersalia non dicit simpliciter esse difficillima {Sed fere.} Illa enim quæ sunt à materia penitus separata secundum esse, sicut substātiæ immateriales, sunt magis difficilia nobis ad cognoscendum, quā etiam vniuersalia: & ideo ista scientia quæ sapientia dicitur, quamuis sit prima in dignitate, est tamen ultima in addiscendo. Deinde cum dicit.

Text. cō. 4. Vniuersalia sunt primo nota quia sensus.

Vide contradictiōes Zimare in prologo. & Alexan.

Vniuersalia sunt primo cognita quo ad cōfusam cognitionē, non autem distinctam.

Scientiarum autem illæ certiores sunt, quæ maxime primorum. nam quę sunt ex paucioribus certiores iis sunt, quæ ex additione dicuntur. vt Arithmetica quam Geometria.

Scientiarum vero certissimę sunt, quę maxime primorum sunt. Nam quæ sunt ex paucioribus, certiores sunt ex additione dictis vt: Arithmetica Geometria.

1. Poste. Lect. 41. Scientia vnde certior.

Ostendit tertium eidem inesse tali ratione. Quanto aliquæ scientiæ sunt priores naturaliter, tanto sunt certiores: quod ex hoc patet, quia illæ scientiæ, quæ dicuntur ex additione ad alias, sunt minus certę sciētijs, quæ pauciora in sua consideratione comprehendunt vt Arithmetica certior est Geometria. nam ea, quæ Geometria, sunt ex additione ad ea, quæ sunt in sunt in Arithmetica. Quod patet si consideremus qđ vtraque scientia cōsiderat, vt primum principium. s. vnitatem & punctum. Punctus enim addit supra unitatem situm, nam ens indiuisibile rationem vnitatis constituit: & hæc secundum ꝙ habet rationem mensuræ fit principium numeri. Pūctus autem supra hoc addit situm. Sed scientię particulares sunt posteriores secundum naturam uniuersalibus sciētijs, quia subiecta earum addunt ad subiecta scientiarum uniuersalium: sicut patet, ꝙ ens mobile de quo est naturalis philosophia, addit supra ens simpliciter, de quo est Metaphysica, & supra ens quantum de quo est Mathematica: ergo scientia illa, quæ est, de ente, & maxime vniuersalibus, est certissima. Nec est contrarium, quia dicitur esse ex paucioribus, cum supra dictū sit, ꝙ sciat omnia. Nam vniuersale quidem comprehēdit pauciora in actu, sed plura in potentia. Et tanto aliqua scientia est certior, quanto ad sui subiecti consideratione pauciora actu cōsideranda requirūtur. Vnde scientię operatiuæ sunt incertissimæ, quia oportet ꝙ considerent multas singularium operabilium circunstantias. Deinde cum dicit.

Nam instātiam.

At vero illa magis docet, quæ causas speculatur. i. n. docent, qui causas singulorum dicunt.

Est & doctrinalis quæ causarum est speculatrix magis. Hi namque docent qui causas de singulis dicunt.

Ostendit quartum eidem inesse tali ratione. Illa scientia est magis doctrix uel doctrinalis, quæ magis considerat causas. illi enim soli docent, qui causas de singulis dicunt, quia scire per causam est, & docere est scientiam in aliquo causare. Sed illa scientia, quæ vniuersalia cōsiderat, causas primas omnium causarum considerat, vnde patet quod ipsa est maxime doctrix. Deinde cum dicit.

Intelligere autem, & scire eorum ipsorum gratia, illi præcipue scientiæ inest, quę eius est, quod maxime scibile est. qui enim scire eius ipsius gratia eligit, eam, quæ maxime scientia est, pręcipue eligit. talis autem est eius, quod maxime scibile. maxime autem scibilia sunt ipsa prima et causæ: propter hęc enim, & ex iis cætera cognoscuntur, sed non hęc per subiecta.

Et noscere, & scire sui gratia maxime inest ei, quæ maxime scibilis scientia. nam qui quidem scire propter se desiderat, ipsam maxime scientiam maxime desiderabit. talis autem est, quæ maxime scibilis. Maxime autē scibilia prima principia & causæ. Nam propter hæc & ex his alia dignoscuntur, sed non hæc per subiecta.

Ostendit quintum eidem inesse tali ratione. Illarum scientiarum maxime est scire & cognoscere earum causa, idest propter seipsas, & non propter alias, quę sunt de maxime scibilibus: sed illæ sciæ, quæ sunt de primis

de primis causis, sunt de maxime scibilibus: igitur illę scientiæ maxime sui gratia desiderantur. Primam sic probat. Qui desiderat scire propter scire, magis desiderat scientiam: sed maxima scientia est de maxime scibilibus: ergo illæ scientiæ sunt magis desideratæ propter seipsas, quæ sunt de magis scibilibus. Secundam probat sic. Illa, ex quibus & propter quæ alia cognoscuntur, sunt magis scibilia his, quę per ea cognoscuntur: sed per causas & principia alia cognoscuntur & non econuerso, &c. Deinde cum dicit.

Principalissima autem scientiarum, & principalior subministrante est, quæ cognoscit id, ob quod quodque agendum sit. hoc autem est bonum cuiusque, & vniuersaliter quod in omni natura optimum est.

Maxime vero principalis sciētiarū, & maxime principalis superueniente, quæ cognoscit cuius causa sunt agenda singula: hoc autem est bonum vniuscuiusque, totaliter aut em optimum in natura omni.

Ostendit sextum inesse eidem, & est ratio talis. Illa scia se habet ad alias vt principalis, siue vt architectonica ad serualem siue ad famulantem, quæ considerat causam finalem, cuius causa agenda sunt singula, sicut apparet in his, quæ supra diximus. Nā gubernator, ad quē pertinet vsus nauis, qui est finis nauis, ē quasi architector respectu nauifactoris, q ei famulatur. sed prædicta scientia maxime considerat causam finalem rerū omnium. Quod ex hoc patet, quia hoc, cuius causa agenda sunt singula: est bonū vniuscuiusque, idest particulare bonum. Finis autem bonum est in vnoquoque genere. Id vero, quod est finis omnium, i. ipsi vniuerso, est hoc, quod est optimum in tota natura, & hoc pertinet ad considerationem prędictę sciæ: ergo prędicta est principalis, siue architectonica omnium aliarum. Deinde cum dicit.

Lect. 2. [margin]

Ex omnibus itaque dictis, in eandem scientiā cadit, quod quæritur nomen. oportet et enim primorum principiorum, & causarum eam speculatiuam esse. Nam & bonum, & cuius gratia, vna de causis est.

Ex omnibus ergo quæ dicta sunt, in eandem cadit scientiam quæsitum nomen. Oportet enim hanc primorum principiorum & causarum esse speculatiuam: etenim bonum & quod cuius gratia vna causarum est.

Concludit ex prædictis conclusionem intentā dicēs, q ex omnibus prædictis is apparet, q in eandē sciētiam cadit nomen sapientiæ, quod quærimus, s. in illam scientiam, quæ est theorica, idest speculatiua primorum principiorū & causarum. Hoc aūt manifestū est quantum ad sex primas conditiones, quæ manifeste pertinent consideranti vniuersales causas. Sed, quia sexta conditio tangebat finis consideratione, quę apud antiquos non manifeste ponebatur esse causa, vt infra dicetur, ideo specialiter ostendit, quòd hæc conditio est eiusdem scientiæ, quæ, s. est consideratiua primarum causarum, quia videlicet ipse finis, qui est bonum, & cuius causa fiunt alia, est vna de numero causarum. Vnde scientia, quæ considerat primas & vniuersales causas, oportet etiam, quòd consideret vniuersalem finem omnium, quod est optimum in tota natura.

LECTIO III.

Metaphysicam esse sci entiam speculatiuam, liberam, & non humanā possessionem, ac omnium honorabilissimam ostendit: quis item finis eius & terminus sit declarat.

QVod autem non factiua, etiam ex primis philosophantibus patet. propter admirationē n. & nunc & primo inceperunt homines philosophari. à principio quidē, admirando ea, quæ de dubitandis faciliora erant: deinde paulatim vlterius procedens, et de maioribus dubitādo, vt de passionibus Lunæ, & eorum, quę circa Solem, & stellas sunt, ac de generatione vniuersi. Qui vero dubitat & ad miratur, putat se ignorare, quare philosophus, amator fabularum quodā modo est, eo quòd fabula ex mirandis cōstat. Quare si propter fugam ignorantiæ philosophati sunt, patet quòd causa cognoscendi, & nullius vsus gratia ipsum scire prosequabantur.

propter admirari ho- [margin]

homines & nunc & primo cęperūt philosophari. [margin]

Cap. 3. [margin]

Quia vero non actiua, palam ex primis Philosophātibus. Nam propter admirari homines nunc & primū inceperunt philosophari: à principio quidem pauciora dubitabilium mirantes, deinde paulatim procedētes, & de maioribus dubitantes, vt de Lunæ passionibus, & de his quæ circa Solem & astra, etiam de vniuersi generatione Qui vero dubitat & admiratur, ignorare videtur. Quare & Philomythes, philosophus aliqualiter est. Fabula nāque ex miris cōstituitur. Quare, si ad ignorātiam effugiendā philosophati sunt, palā quia propter scire, studere persecuti sunt, & nō vsus alicuius causa.

Horum passiones lege in Alex. [margin]

Ostenso circa quę versatur cōsideratio huius sciētiæ, ostendit qualis sit scientia ista. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit dignitatem huius scientiæ, Secundo ostendit ad quem terminum ista scientia per uenire conetur. ibi: Oportet vero aliqualiter &c. Circa primum facit quatuor. Primo ostendit q non est sciētia actiua, sed speculatiua. Secundo q ipsa est libera maxime. ibi: Sed vt dicimus &c. Tertio q nō est humana. ibi: Propter quod & iuste. Quarto q est honorabilissima. ibi: Nec ea aliam. Primū ostēdit dupliciter. Primo per rationē, secundo per signū. ibi: Testatur autem hoc &c. Primo ergo ponit talē rationem. Nulla scientia, in qua quæritur ipsum scire propter seipsum, est scientia actiua sed speculatiua: sed illa scientia, quæ sapientia est, vel philosophia dicitur, est propter ipsum scire: ergo est speculatiua & non actiua. Minorem hoc modo manifestat. Quicūque quærit fugere ignorantiam sicut finem, tēdit ad ipsum scire propter seipsum: sed illi, qui philosophantur, quærunt fugere ignorantiam sicut finem: ergo tendūt in ipsum scire propter seipsum. Quod autem ignorantiam fugere quærant, patet ex hoc, quia illi, qui primo philosophati sunt, & qui nūc philosophantur, incipiunt philosophari propter admirationem alicuius causæ, aliter tamē à principio, & modo: quia à principio admirabantur dubitabilia pauciora, quę magis erant in promptu, vt eorum causæ cognoscerentur, sed postea ex cognitione manifestorum ad inquisitionem occultorum paulatim procedentes incœperunt dubitare de maioribus & occultioribus sicut de passionibus Lunæ, videlicet de eclipsi eius, & mutatione figuræ eius, quæ variari videtur, fm q diuersimode se habet ad Solem. Et similiter dubitauerunt de his, quæ sunt circa Solem, vt de eclipsi eius, & motu ipsius, & magn tudine eius. Et de his, quæ sunt circa Astra, sicut de quantitate ipsorum, & ordine, & alijs huiusmodi, & de tutius vniuersi generatione. Quod quidam dicebāt esse generatum casu, quidam intellectu, quidam amore. Constat autem, q dubitatio & admiratio ex ignorantia prouenit. Cum enim aliquos manifestos effectus videamus, quorum causa nos latet, eorum tunc causam admiramur. Et ex quo admiratio fuit causa inducēs ad philosophiam, patet q philosophus est aliqualiter philomythes, i. amator fabulæ, quod proprium est poetarum. Vnde primi, qui per modum quendam fabularem de principijs rerum tractauerunt, dicti sunt poetæ theologizantes, sicut fuit Perseus, & quidam alij, qui fuerunt septem sapientes. Causa autem, quare Philosophus com-

Parte vlt. [margin]

Parte 3. [margin]

Parte 4. [margin]

Parte penultima. [margin]

Hæc sciētia est speculatiua. [margin]

Dubitabilia facilia quæ magis sensibilia erant, vide Alex. [margin]

Perseus, Linius. [margin]

Muleus, alij que cóplures: nam alij Demogorgonem omnium principẽ, alij Iouẽ colebãt: his sẽsibilia iudicantes.

phus comparatur poetæ, est ista, quia vterque circa miranda versatur. Nam fabulæ, circa quas versantur poetæ, ex quibusdam mirabilibus constituuntur. Ipsi etiã philosophi ex admiratione moti sunt ad philosophandum. Et quia admiratio ex ignorantia prouenit, patet ꝙ ad hoc moti sunt ad philosophãdum vt ignorantiã effugarent. Et sic deinde patet, ꝙ sciẽtiam {perſecuti sunt} idest studiose quæsierunt, solũ ad cognoscendum, & non causa alicuius {Vsus} idest vtilitatis. Notandum est autem, ꝙ cum prius nomine sapientiæ vteretur, nunc ad nomen philosophiæ se transfert. Nam pro eodem accipiũtur. Cum enim antiqui studio sapientiæ insistentes sophistæ, i. sapiẽtes vocarentur.

Pytagoras.

Pythagoras interrogatus quid se esse profiteretur, noluit se sapientem nominare, sicut sui antecessores, quia hoc præsumptuosum videbatur esse, sed vocauit se philosophum, idest amatorem sapientiæ. Et exinde nomen sapientis immutatum est in nomen philosophi, & nomen sapientiæ in nomen philosophiæ. Quod etiam nomen ad propositum aliquid facit. Nam ille videtur sapientiæ amator, qui sapientiã non propter aliud, sed propter seipsam quærit. Qui enim aliquid propter alterum quęrit, magis hoc amat propter quod quærit, quàm quod quærit. Deinde cum dicit.

Vñ primo nomen Philosophiæ.

Testatur autem idipsum, quod contingit. fere enim omnibus inuentis, quæ ad necessaria, & facilitatem, ac ad degendum conducant, huiusmodi prudentia quęri cœpta est. Patet itaq; quod ob aliam nullam vtilitatem quærimus.

Testatur aũt hęc accidens. Nam fere cũctis existentibus, quæ sunt necessariorum, & ad pigritiam & eruditionem, talis prudentia inquirit capit. Palam igitur, quia propter nullam ipsam quęrimus aliam necessitatẽ.

Probat idem per signum dicens, ꝙ hoc; quod dictum est, scilicet ꝙ sapientia vel philosophia non sit propter aliquam vtilitatem quæsita, sed propter ipsam scientiam testatur. {Accidens} i. euentus, qui circa inquisitores philosophiæ prouenit. Nam cum eis cuncta fere existerent, quę sunt ad necessitatem vitę, & quæ sunt {Ad pigritiam} i. ad voluptatem, quæ in quadam vitę quiete consistit, & quę sunt etiam ad eruditionem necessaria, sicut scientiæ logicales, quæ non ꝑꝑ se quæruntur, sed vt introductoriæ ad alias artes, tunc primo incæpit quæri talis prudentia, i. sapientia. Ex quo patet, ꝙ non quęritur propter aliquã necessitatem aliam à se, sed propter seipsam. nullus enim quærit hoc quod habetur. Vnde, quia omnibus alijs habitis ipsa quæsita est, patet quod non propter aliquid aliud ipsa quæsita est, sed propter seipsam. Deinde cum dicit.

Mechanicæ ad necessaria: sermocinales ad vtile: comicę Tragicæ & Histrionicę artes ad voluptatẽ tendunt.

Sed quemadmodũ dicimus, liber homo de eo, qui suiipsius, & non alterius gratia est, ita & hæc sola scientiarum libera est: siquidem sola hæc suiipsius gratia est.

Sed, vt dicimus homo liber, qui suimet, & non alterius causa est, sic & hæc sola libera est sciẽtiarum: sola nanque hæc suimet causa est.

Libera est hæc à subiectione, & ab ordine: qđ est perfecta libertas.

Hic probat secundum, s. ꝙ ipsa sit libera, & vtitur tali ratione. Ille homo proprie dicitur liber, qui non est alterius causa, sed est causa suiipsius. Serui enim dominorum sunt, & propter dominos operantur, & eis acquirunt, quicquid acquirunt. Liberi autem homines sunt suiipsorum, vtpote sibi acquirẽtes & operantes. Sola autem hæc scientia est propter seipsam, ergo ipsa sola est libera inter scientias. Et notandũ, ꝙ hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ hoc quod {Dicitur hæc sola.} demonstret in genere omnem scientiam speculatiuam. Et tunc verum est ꝙ solum hoc genus scientiarum propter seipsum quæritur. Vnde & illæ solæ artes liberales dicuntur, quæ ad sciendum ordinantur, illæ vero, quæ ordinantur ad aliquam vtilitatem per actionem habendam, dicũtur mechanicæ siue seruiles. Alio modo, vt demõstret specialiter istam philosophiam, siue sapiẽtiam, quæ est circa altissimas causas, quia inter causas altissimas etiam est finalis causa, vt supra dictum est. Vnde oportet, ꝙ hæc scientia consideret vltimum & vniuersalem finem omnium. Et sic omnes aliæ scientiæ in eam ordinantur sicut in finem. vnde sola ista maxime propter se est.

Sola hæc scientia est libera, quis sensus.

Lectio 2.

Quare merito non humana eius possessio putatur. natura etenim hominum in plerisque serua est.

Propter quod & iuste non humana eius putetur possessio. Multipliciter enim hominum natura serua est.

Quod natura humana possessio vide 1. Retoricorum.

Hoc probat tertium, s. ꝙ non sit humana. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum, secundo excludit quorundam errorem. ibi: {Quare ſm Simonidem &c.} Ostendit autem propositum suum tali ratione. Scientia, quæ est maxime libera, nõ potest esse vt possessio naturæ illius, quæ multipliciter est ministra vel ancilla. humana autem natura. {In multis}, idest quantum ad multa est ministra. ergo prędicta scientia non est humana possessio. Dicitur autem humana natura ministra, inquantum multipliciter necessitatibus subditur. Ex quo prouenit, ꝙ quandoque prætermittit id, quod est ſm se quærendum, propter ea quæ sunt necessaria vitę, sicut dicit in. 3. Topicorũ, ꝙ philosophari melius est quam ditari, licet ditari quandoque sit magis eligendum, puta indigẽti necessarijs. Ex quo patet, ꝙ illa sapientia tantum propter seipsam quæritur, quæ non competit homini vt possessio. Illud .n. habetur ab homine vt possessio, quod ad nutum hr̃e põt, & quo libere põt vti. Ea autem scientia, quæ propter se tantum quæritur, homo non potest libere vti, cum frequenter ab ea impediatur propter vitæ necessitatẽ. Nec etiam ad nutũ subest homini, cum ad eam perfecte homo peruenire nõ possit. Illud tamen modicum quod ex ea habetur, prępon derat omnibus quæ per alias scientias cognoscuntur.

Par. sequens Hæc sapientia non est humana possessio.

Cap. 4.

Cum intellectus humanꝰ ab ipsis rebus scientiã sumat ab ipsis quoque terminatur Dieius aũt est causa rerum cognitione ad libitum vtiſ.

Quapropter secũdum Simonidem, Deus utique solus hanc habet dignitatem. Hominem vero indignum non quærere illam, quæ sibi cõuenit, scientiam. Quod si quid Poetæ dicunt, & natura comparatum est, vt diuinitas inuideat, in hoc maxime id verisimile est contingere, & infelices omnes esse, qui altiora se quærunt. Sed nec diuinam naturam inuidam esse conuenit. Poetæque (secũdum prouerbium) multa mentiuntur.

Hominum natura multipliciter serua est.

Qui in diuina conãtur in superflua oriri videntur in artiora

Quare secundum Simonidem, solus quidem Deus hũc habet honorem. Virum vero non dignum quærere quę secundum se est scientiam. Sic autem dicũt aliquid poeta, quia diuinum natum est inuidere: & in hoc contingere maxime verisimile, & infortunatos omnes imperfectos esse. Sed nec diuinum inuidum esse conuenit: sed secundum prouerbium. Multa mentiuntur poetæ.*

* a.l. non quęrere, sicut exponit doctor

Hic excludit errorem cuiusdam Simonidis poetæ qui dicebat, ꝙ soli Deo competit hunc honorem habere, ꝙ velit illam sciẽtiam, quæ est propter seipsam quærenda, & non propter aliud. Sed non est dignum viro, ꝙ non quærat illam scientiam, quæ est secundũ suam conditionem, quæ scilicet ordinatur ad necessaria vitæ, quibus homo indiget. Iste autem error Simonidis proueniebat ex aliquorum poetarum errore, qui dicebant, ꝙ res diuina inuidet, & ex inuidia ea, quæ ad honorem suum pertinent, non vult Deus ab omnibus acceptari. Et si in alijs Deus hominibus inuidet, multo magis est iustum in hoc, scilicet in scientia pro·

Simonides poeta.

tia propter se quæsita, quæ est honorabilissima inter omnia. Et secundum eorum opinionem sequitur, quod omnes imperfecti sunt infortunati. Fortunatos enim esse homines dicebant ex prouidentia deorum, qui eis bona sua communicabant. Vnde ex inuidia deorum sua bona communicare nolentium, sequitur, quod homines extra perfectionem huius scientiæ remanentes sunt infortunati. Sed radix huius opinionis est falsissima, quia non est conueniens, quod aliqua res diuina inuideat. Quod ex hoc patet, quia inuidia est tristitia de prosperitate alicuius. Quodquidem accidere non potest, nisi quia bonum alterius æstimatur ab inuido, vt proprij boni diminutio. Deo autem non conuenit esse tristem, cum non sit alicui malo subiectus. Nec etiam per bonum alterius eius bonum diminui pot. quia ex eius bonitate, sicut ex indeficienti fonte oia bona effluunt. Vnde & Plato dixit, quod à Deo est ois relegata inuidia. Sed poetæ non solum in hoc, sed in multis alijs mentiuntur, sicut dicitur in prouerbio vulgari.

A Deo omnis relegata inuidia.

Prouerbiũ contra poetas.

Nec aliam quàm huiuscemodi decet honorabiliorem putare. quæ enim diuinissima, eadem etiã honorabilissima est. Talis vero bifariam duntaxat vtique fuerit. nã & illa, quam maxime Deus habeat, diuina scientiarum est, & siqua est, quę diuinorum sit. hęc autem sola, vtrunque consecuta est. Deus etenim tum causa omnibus esse videtur, tum quoddam principium, & talem aut solus, aut præcipue Deus habet. Cęterę itaque omnes magis ea necessariæ sunt, nulla uero melior.

Nec ea aliam bonorabiliorem oportet existimare. Nam maxime diuina, & maxime bonoranda. Talis autem dupliciter vtique erit solum. Quam enim maxime Deus habet, dea scientiarum est: & vtique siqua sit diuinorum. Sola autem ista, ambo hæc sortita est. Deus autem videtur causa omnibus esse, & principium quoddam: & talem aut solus, aut maxime Deus habet. Necessariores quidem igitur omnes ipsa, dignior vero nulla.

Hanc scientiã iure Teologiam appellari voluit Alex.

Ostendit quartum, scilicet quod hæc scientia sit honorabilis, quæ est maxime diuina, sicut etiam Deus honorabilior est rebus omnibus: sed ista scientia est maxime diuina: ergo est honorabilissima. Minor sic probatur. Aliqua scientia dicitur esse diuina dupliciter, & hęc sola scientia vtroque modo diuina dicitur. Vno modo sciẽtia diuina dicitur quam Deus habet. Alio modo, quia est de rebus diuinis. Quod autem hæc sola habeat vtrumque, est manifestum, quia, cum hæc sciẽtia sit de primis causis, & principijs, oportet quod sit de Deo, quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus, vt de numero causarum existens, & vt quoddã principium rerum. Item talem scientiam, quæ est de Deo, & de primis causis, aut solus Deus habet, aut si non solus, ipse tamen maxime habet. Solus quidem habet secundum perfectam comprehensionem. Maxime vero habet inquantum suo modo etiam ab hominibus habetur, licet ab eis non vt possessio habeat, sed sicut aliquid ab eo mutuatum. Ex his autem vlterius concludit, quod omnes aliæ scientiæ sunt necessarię magis quàm ista ad aliquam vitę vtilitatem: minus.n. sunt propter se quæsitæ. Sed nulla aliarum dignior ista potest esse.

Hæc sapientia est honorabilissima.

*Oportet autem quodammodo eius ordinem, in contrarium nobis inquisitionum, quæ à principio fiebant, constitui. incipiunt etenim omnes (vt diximus) ab admiratione, an sic se habeat. sicut de præstigiosis, quæ per se ipsa mouentur, illis, qui nondum speculati sunt causam. aut de solstitijs, aut de diametri incommẽsurabilitate. admirabile enim omnibus videtur, si quid, cum non sit minimum, non mensuretur. decet autem in contrarium, & in melius (secundum prouerbium) consumare. quemadmodum in his fit, cum discant. nil enim magis vir geometricus admiraretur, quàm si diameter commensurabilis fieret. Quęnam igitur natura eius scientiæ, quę quęritur, & quæ intẽtio, quam debet quæstio, & totus *tractatus consequi, dictum est.*

Oportet vero aliqualiter cõstituere ordinem ipsius ad contrarium nobis earum, quæ à principio quæstionũ. Incipiunt quidem homines, vt diximus, omnes ab admirari, si ita habent quemadmodum mirabilium a automata, nondum speculantibus causam, aut circa Solis conuersiones, aut diametri non commensurationem. Mirum enim videtur esse omnibus, si quid numerorum non mensuratur: Oportet autem in contrarium, & ad dignius, iuxta prouerbium, proficere, quemadmodũ & in his cũ didicerint. nihil enim ita mirabitur vir geometricus, quàm si diameter commensurabilis fiat. Quæ quidem igitur natura scientiæ quæsitæ dictum est, & quæ sit intentio, quam oportet adipisci quæstionem & totã methodũ.

*tota methodus.

Pegmata, idest miranda corpora artificiosa, quæ moueri videntur, potius interpretandum Alex.

Hic ponit terminum, in quem proficit ista sciẽtia & dicit, quod ordo eius consistit vel terminatur ad contrarium eius, quod erat in illis, qui prius istam scientiam quærebant. Sicut etiam in generationibus naturalibus & motibus accidit. Nam vnusquisque motus terminatur ad contrarium eius, à quo motus incipit. Vnde, cum inquisitio sit motus quidam ad sciẽtiam, oportet quod terminetur ad contrarium eius à quo incipit. Initiata est autem (vt prędictum est) inquisitio huius scientiæ ab admiratione de omnibus: quia primi admirabantur pauciora, posteriores vero occultiora. Quæ quidem admiratio erat, si res ita se haberet, sicut automata mirabilia.i. quæ videntur mirabiliter a casu accidere. Automata enim dicuntur quasi per se accidentia. Admirantur enim homines præcipue quando aliqua a casu eueniunt hoc modo, ac si essent præuisa vel ex aliqua causa determinata. Casualia enim non à causa sunt determinata, & admiratio est propter ignorantiam causæ. Et ideo cum homines nondum poterant speculari causas rerum, admirabantur omnia quasi quædam casualia. Sicut admirentur circa conuersiones Solis, quæ sunt duæ.s. duos tropicos hyemalem & ęstiualem. Nam in tropico æstiuali incipit Sol conuerti versus meridiem, cum prius versus septemtrionem tenderet. In tropico autem hyemali econuerso. Et etiam circa hoc quod diameter non est cõmensurabilis lateri quadrati. Cum.n. non mensurari videat esse solius indiuisibilis, sicut sola vnitas est quæ non mensuratur a numero, sed ipsa omnes numeros mensurat, mirum videtur si aliquid quod non est indiuisibile non mensuratur, ac per hoc id quod nõ est minimum non mensuratur. Constat autem, quod diametrum quadrati & latus eius non sunt indiuisibilia, siue minima. Vnde mirum videtur si non sunt cõmensurabilia. Cum ergo philosophiæ inquisitio ab admiratione incipiat, oportet ad contrarium finire vel proficere, & ad id proficere quod est dignius, vt prouerbum vulgare concordat, quo dicitur, quod semper proficere est in melius. Quid enim sit illud contrarium & dignius, patet in prædictis mirabilibus, quia quãdo iam homines discunt causas prædictorum, non mirantur. Vt geometer non admiratur si diameter sit incommensurabilis lateri. Scit.n. causam huius, quia .s. proportio quadrati diametri ad quadratum lateris non est sicut proportio numeri quadrati ad numerũ quadratum, sed sicut proportio duorum ad vnum. Vnde relinquitur, quòd proportio lateris ad diametrum non sit sicut proportio numeri ad numerum. Et ex hoc patet quod commensurari non possunt. Illæ.n. solæ lineæ sunt commensurabiles, quarum proportio ad inuicem est sicut proportio numeri ad numerum.

Forte Alex. voluit hanc sciam terminari ad admirationẽ, put Philosoph⁹ habita cã effectus adhuc admirari an possit effectus appositus esse, ei quem admirabatur.

Quis termi nus huius scientiæ.

rum. Erit ergo finis huius scientiæ in quem proficere debemus, vt causas cognoscentes, non admiremur de earum effectibus. Patet igitur ex prædictis quæ sit natura huius scientię, quia est speculatiua libera, non humana, sed diuina: & quę est eius intentio, qua oportet habere quæstionem & totam methodum & totam hanc artem. Intendit enim circa primas & vniuersales rerum causas, de quibus etiã inquirit & determinat. Et propter harum cognitionem ad prędictum terminũ peruenit, vt scilicet non admiretur cognitis causis.

LECTIO IIII.

Eorum opiniones exponit, qui de materiali principio loquuti fuerunt.

Cap. 3.

CVm autem manifestum sit, quod primarum causarum oportet scientiam accipere. (tum enim scire vnumquodque dicimus, cum primam causam nosse arbitramur) causæ vero quadrifariam dicantur, quarum Vnam quidem causam dicimus esse substãtiam, & ipsum quid erat esse: nam ipsum quare primum refertur ad rationem vltimam, causa autem & principium, ipsum quare primum: Vnam vero materiam, & subiectum. Tertiam autem vnde principium motus: Quartam vero oppositam ei causam, & cuius gratia, & bonũ. hoc enim finis totius motus, & generationis est. de his autem omnibus & si satis in de Naturalibus speculãtum sit.

Quoniam autem manifestum est, quòd earum, quæ à principio causarum oportet sumere scientiam: tũc enim scire dicimur vnũquodque, quando primam causam cognscere putamus. Causę vero quaduplic iter dicũtur, quarum quidem vnam causam dicimus esse substantiam, & quod quid erat esse. reducitur enim ipsum quare primũ, ad rationem vltimam. Causa autem & principiũ, ipsum quare primum. Vnam vero materiam & subiectum. Tertiam autem vnde principium motus. Quartam vero causam ei oppositam, & quod est cuius causa & bonum. Finis igitur generationis & motus omnis hic. Sufficiẽter quidẽ igitur de his speculatum est in his, quę de natura.

2. Phy. text. co. 8.

Posito procemio, in quo ostendit intentionem huius scientiæ, & dignitatem, & terminum, incipit prosequi scientiam præfatam, & diuiditur in duas partes. Primo ostendit quid priores philosophi de causis rerum tradiderunt. Secundo veritatem huius sciẽtiæ incipit prosequi in. a. lib. ibi {De veritate quidem theoria &c.} Prima autem pars diuiditur in duas. Primo ponit opi. philosophorum de causis rerum. Secundo improbat eas quantum ad hoc ꝙ male dixerunt. ibi: {Ergo quicunque &c.} Circa primum duo facit. Primo resumit enumerationẽ causarum, quã in .2. Phy. diffusius fuerat prosecutus. Secundo prosequitur opinionem philosophorum. ibi: {Accipiemus tñ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ, quia hoc manifestum est, scilicet ꝙ sapientia est causarum speculatrix, debemus incipere à causis rerum scientiam sumendo. Quod etiam ex ratione scientiæ congruum videtur, quia tunc vnumquodque scire dicimus aliquem, quando putamus nõ ignorare causam. Causæ autem quadrupliciter dicuntur, quarum vna est ipsa causa formalis, quæ est ipsa substantia rei, per quam scitur quid est vna queq; res. Constat enim, (vt dictum est .2. Phy.) ꝙ non dicimus aliquid esse alicuius naturæ priusquam acceperit formam. Et ꝙ forma sit causa, patet, quia quæstionem qua dicitur quare est aliquid, reducimus, ad rationẽ vltimam ad causam formalem, incipiendo à formis proximis & procedendo vsque ad vltimam. Patet autem, ꝙ quare quærit de causa & principio. Vnde patet ꝙ forma est causa. Alia vero causa est materialis. Tertia vero causa est efficiens, quæ est vnde principium motus. Quarta causa est finalis, quæ opponitur causæ efficienti secundum oppositionem principij & finis. Nam motus incipit a causa efficiente, & terminatur ad causam finalem. Et hoc est etiam cuius causa fit aliquid, & quæ est bonum vniuscuiusque naturæ. Sic igitur causam finalem per tria notificat, scilicet quia est terminus motus, & per hoc opponitur principio motus, quod est causa efficiens: & quia est primum in intentione, ratione cuius dicitur cuius causa: & quia est per se appetibile, ratione cuius dicitur bonum. Nam bonũ est quod omnia appetunt. Vnde exponens quomõ causa finalis efficienti opponatur, dicit ꝙ est finis generationis & motus, quorum principium est causa efficiẽs. Per quæ duo videtur duplicem finem insinuare. Nam finis generationis est forma ipsa, quæ est pars rei. Finis autem motus est aliquid quæsitum extra rẽ quæ mouetur. De his dicit sufficienter se tractasse in. lib. Phy. ne ab eo ad præsens diffusio expositior causarum quæreretur.

Lec. prima. parte. 1.

Lect. 15. par. prima.

Text. cõ. 77.

Lect. pñ. parte 2.

Causæ quadrupliciter.

Text. cõ. 11.

Lib. 1. Ethi. prin.

Nihilominus tamen illos quoque, qui ante nos ad entium perscrutationem venerunt, & de veritate philosophati sunt, resciscamus. Patet etenim, quòd illi etiã principia aliqua, & causas dicunt. Proderit itaque profectò huic tractatui nunc, si illa breuiter repetemus. aut enim aliud causę genus inueniemus, aut certe magis illis credemus, quæ nunc dictæ sunt.

Accipiemus tamen & nobis priores ad entium perscrutationem venientes, & de veritate philosophantes: palam enim, quia dicũt illi principia quędam & causas. Superuenientibus igitur, erit aliquid prę opere methodo, quę nũc. Aut enim aliud aliquod commune genus inueniemus, aut modo dictis magis credemus.

Hic ponit opinionem philosophorum de causis, & circa hoc duo facit. Primo assignat rationem, quare hoc faciendum sit. Secundo incipit prosequi suam intentionem. ibi: {Primũ igitur &c.} Dicit ergo, ꝙ quãuis de causis tractatum sit in physicis, tamen nunc accipiendum est opiniones philosophorum, qui prius venerũt ad perscrutãdum naturã entiũ, qui prius philosophati sunt de veritate quàm Arist. quia & ipsi causas & principium posuunt. Nobis igitur, qui eis superuenimus considerare eorum opiniones, erit aliquid {prius} idest aliquod præambulum {methodo} idest in arte, quę nunc a nobis quæritur. Vnde & litera Boetij habet. {Accedentibus igitur ad opus scientiæ præoperæ viæ quę nunc est aliquid erit.} alia litera habet. {Superuenientibus igitur quæ nunc est aliquid erit vitæ opus via.} & legenda est sic {nobis igitur superuenientibus ei, quæ nũc est via}, idest in præsenti methodo & arte, consideranda erit horum opinio {quasi aliquod vitæ opus}, idest necessariũ sicut opera quę sunt ad vitæ conseruationem, vt intelligatur quasi quadã metaphora vti in loquendo, per vitæ opus, quodlibet necessarium accipiens. Vtilitas autem est illa, quia aut ex prædictis eorum inueniemus aliud genus a causis prenumeratis, aut magis credemus his, quæ modo diximus de causis, quòd, scilicet sint quatuor.

Opiniones circa causã materialẽ.

Plurimi igitur eorum, qui primo philosophati sunt, solas illas existimarunt omnium esse principia, quæ in materię specie sunt. ex quo enim oĩa entia sunt, & ex quo primo fiunt, & ad vltimũ corrumpunt, substantia quidem permanent, mutata vero passionibus, hoc elementum. & hoc omnium entium esse principium aiunt.

Primum igitur philosophantium plurimi sola ea, quę in materię specie, putauerut omniũ esse principia. Nã ex quo sunt oĩa entia, & ex quo fiunt primo, & in quod corrũpunt ultimo suba quidẽ manẽte, in passionib' uero mutata, hoc elemẽtũ & id principiũ dicũt esse eorũ q̃ sunt.

Hic

Hic incipit antiquorum philosophorũ opiniones prosequi, & circa hoc duo facit. Primo recitat aliorũ opiniones. Secundo reprobat. ibi:(Ergo quicunque.) Circa primum duo facit. Primo recitat singulorum opinionem de causis. Secundo colligit in summa quæ dicta sunt. ibi:(Breuiter igitur &c.) Prima pars diuiditur in duas. Prima ponit opiniones prætermittẽtium causam formalem.

Lect. 12. parte. 1.

Lect. 11. par. prima.

Lect. 10. par. prima.

Secundo ponit opinionem Platonis, qui primo causam formalẽ posuit. ibi:(Post dictas vero philosophias &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit opinionẽ illorum, qui posuerunt principia aliquas res manifestas. Secũdo illorum, qui adinuenerũt extrinseca principia. ibi:(Leucippus &c.) Circa primum duo facit. Primo tangit opiniones antiquorum de causa materiali. Secundo de causa efficiente. ibi:(Procedentibus autem sic.(Circa primũ duo facit. Primo ponit quid senserunt de causa materiali opiniones ponentium causam materialem in generali. Secundo prosequitur eorũ opiniones in speciali. ibi: (Thales &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit quid senserunt de causa materiali. Secundo quid senserunt de rerum generatione, quod ex primo sequebatur. ibi:(Et propter hoc nec generari &c.) Dicit ergo primo, ꝙ plurimi eorũ qui primo philosophati sunt de rerum naturis, posuerunt principia omnium esse sola illa, quæ reducuntur ad speciem causæ materialis. Et ad hoc dicendum accipiebant quatuor conditiones materiæ, quæ ad rationem principij pertinere videntur. Nam id ex quo res est, principium rei esse videtur: huiusmodi aũt est materia. nam ex materia dicimus materiatum esse, vt ex ferro cultellum. Item illud ex quo fit aliquid, cum sit & principium generationis rei, videtur esse causa rei, quia res per generationem procedit in esse. Ex materia autem primo res fit, quia materia rerum factioni præexistit. Et ex ipsa etiam non per accidens aliquid fit. Nam ex contrario vel priuatione aliquid per accidens dicitur fieri, sicut dicimus, quod ex nigro fit album. Tertio illud videtur esse rerum principium, in quod finaliter omnia per corruptionem resoluuntur. Nam sicut principia sunt prima in generatione, ita sunt vltima in resolutione. Et hoc etiam materiæ manifeste contingit. Quarto cum principia oportet manere, id videtur esse principium, quod in generatione & corruptione manet. Materia autem quam dicebant esse substantiam rei, manet in omni transmutatione. Sed passiones mutãtur, vt forma, & omnia, quæ adueniunt supra substantiam materię. Et ex his omnibus concludebant, quod materia est elementum & principium omnium, eorum, quæ sunt.

Lectio 7. par. prima.

Lect. 5. par. prima.

Lectio. pñ. par. quinta

Lectio. 4. par. præsen.

Quatuor materię cõditiones.

Et ob hoc nihil fieri, neque corrumpi opinantur, tanquam huiusmodi natura semper conseruata. quemadmodum neque Socratem, quando formosus, aut musicus efficitur, simpliciter fieri dicimus, neque cum istos habitus amittat, corrumpi: eo quod subiectum ipsum Socrates permanet. ita & cæterorum, nihil; oportet enim aliquã naturam aut vnam, aut plures esse, e quibus cætera fiũt, illa conseruata. Pluralitatem tamen, & speciem huius principij non eandem omnes dicunt.

Et propter hoc nec generari nihil putant, nec corrũpi, quasi tali natura semper cõseruata: sicut nec dicimus Socratem nec generari simpliciter, quãdo fit bonus aut musicus, nec corrumpi, quando deponit habitus istos, propterea quod subiectum maneat Socrates ipse: sic nec aliorum nihil: oportet enim esse aliquam materiam, aut vnã, aut plures vna, ex quibus fiunt alia, illa conseruata. Pluralitatem tamen & speciem talis principij, non idem omnes dicunt.

Hic ponit secũdarium quod ponebat quasi ex præcedentibus sequens, scilicet nihil simpliciter generari vel corrumpi in entibus. Nam quando fit aliqua mutatio circa passiones substantia manente, non dicimus aliquid esse generatum vel corruptum simpliciter, sed solum secundum quid: sicut cum Socrates fit bonus aut musicus, non dicitur fieri simpliciter, sed fieri hoc. Et similiter quando deponit huiusmodi habitum, non dicitur corrumpi simpliciter, sed secundum quid. Materia autem quæ est rerum substantia secundum eos, semper manet. Omnis autem mutatio fit circa aliqua, quæ adueniunt ei vt passiones. Et ex hoc concludebant ꝙ nihil generatur vel corrumpitur simpliciter, sed solum secundum quid. Quamuis autem hic conuenirent in ponendo causam materiã, tamẽ differebant in eius positione quantum ad duo, scilicet quantum ad pluralitatem; quia quidam ponebant vnam, quidam plures: & quantum ad speciem, quia quidam ponebant ignem, quidam aquam &c. Similiter ponentium plura, quidam hæc, quidam illa principia materialia rebus attribuebant.

Sed Thales quidem huiusmodi philosophiæ princeps aquam ait esse. Quare terram quoque, super aquam asserebat esse.

Thaletis opinio ponẽtis aquam principium.

Thales quidem talis philosophiæ princeps, aquam ait esse. Vnde & terram esse super aquam asserebat.

Hic incipit recitare opĩones singulorum, de causa materiali. Et primo ponit opinionem ponẽtium vnã causam materialem. Secundo ponentium plures, ibi: (Empedocles vero. Circa primum tria facit, quia primo ponit opinionem ponentium aquam esse principium omnium. Secundò ponentium aerem ibi:(Anaximenes &c.(Tertio ponentium ignem, ibi:(Hippasus &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Thaletis, qui dicebat aquam esse rerum principium. Secundo ponit opiniones probationem, ibi: (Forsan enim &c.) Dicit ergo ꝙ Thales princeps talis philosophiæ, idest speculatiuæ, dixit aquam esse primum rerum principium. Dicitur autẽ Thales speculatiuæ philosophiæ princeps fuisse, quia inter septem sapientes, qui post theologos poetæ fuerunt, ipse solus ad considerandum rerum causas se transtulit, alijs sapiẽtibus circa moralia occupatis: Nomina septẽ sapiẽtũ sunt ista, Primus Thales Milesius tẽpore Romuli, & apud Hebræos tempore Achaz regis Israel. Secundus fuit Pittacus Mitileneus, apud Hebræos regnante Sedechia, & apud Romanos Tarquinio præfecto. Alij quinque fuerunt, Solon Atheniensis, Chilon Lacedæmonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lydius, Bias Prienensis, qui fuerunt omnes tempore babilonicæ captiuitatis. Quia igitur inter hos solus Thales rerum naturas scrutatus est, suasque disputationes literis mandãs emicuit, ideo hic princeps huius scientiæ dicitur. Nec debet inconueniens videri, si opiniones hic tangit eorum, qui solum de scientia naturali tractauerunt, quia secundum antiquos qui nullam substantiam cognouerunt nisi corpoream & mobilẽ, oportebat ꝙ prima Philosophia esset scientia naturalis, vt in quarto dicetur. Ex hac autem positione vlterius procedebat ad hoc, ꝙ terra esset super aquam fundata, sicut principiatum supra suum principium.

Opinio Thaletis. Lectio. pñ. parte. 10.

Lect prin. parte. 8

Lect præ. parte 9

Lect pręsẽ. part 6

Nomina septem sapiẽtum

Lect 3

Fortassis hanc habuit opinionem, quia nutrimentum omnium humidum esse videbat, ipsum quoque calidum ex eo factum, eoque animal viuere, ex quo autem fit, id esse principium omnium. propter hoc igitur hãc habuit opinionem. et quoniam cunctorum semina naturam humidã sortita sunt: aqua verò naturæ principiũ humidis est.

Forsan enim hanc opinionem accipiens, quia cunctorum nutrimentum humidum videbat esse, & ipsum calidum ex

Cur omnibus ipsa

dum ex

dum ex hoc factum, & animal viuere: ex quo fit vero, hoc est principium omnium. Propter hoc igitur causa est accipiens æstimationem. Et quia cunctorum sperma ta naturam habent humidam: aqua vero natura principium est humidis,

Motiua Thaletis.

Hic ponit rationes quibus Thales potuit induci ad prædictam positionem. Et primo ostẽdit quomodo ad hoc inducebatur ratione. Secundo quomodo inducebatur primorum authoritate, ibi:(Sunt & aliqui antiquiores &c.) Inducebatur autẽ duplici ratione. Vna quæ sumitur ex consideratione causæ ipsius rei. Alia quæ sumitur ex consideratione generationis rerum, ibi:(Et quia cunctorum &c.) Hæc ergo media sunt ordinata. Nã ex primo sequitur secundũ. Quod enim est alijs principium essendi, est etiam primum principium, ex quo res generantur, tertium autem sequitur ex secundo. Nam vnumquodque per corruptionem resoluitur in id, ex quo generatum est. Quartum autem sequitur ex secundo & tertio. Nam quod præcedit generationem rerum, & remanet post corruptionem, oportet esse semper manens. Primo modo vtebatur tribus signis ad ostendendum aquam esse principium essendi rebus, quorum primum est, quia nutrimentum viuentium oportet esse humidum. Ex eodem autem viuentia nutriuntur & sunt, & sic humor videtur esse principium essendi. Secundũ signũ est, quia esse cuiuslibet rei corporeæ, & maxime viuẽtis, per proprium & naturalem calorem conseruatur. calor autem ex humore fieri videtur, cũ ipse humor sit quasi caloris materia. vnde ex hoc videt ꝙ humor sit rebus principium essendi. Tertium signũ est, quia vita animalis in humido consistit. Vnde propter desiccationẽ naturalis humidi, animal moritur, & per eius conseruationem, animal sustentatur. Viuere autem viuentibus est esse. Vnde ex hoc etiam patet quòd humor sit rebus principium essendi. Et hæc etiam tria signa seinuicem consequuntur. Ideo enim animal humido nutritur, quia calor naturalis humido sustentatur, & ex his duobus sequitur quòd viuere animalis sit semper per humidum. Id autem ex quo aliquid fit idest ex quo aliquid esse consequitur, est principium omnibus quæ ex illo esse habent. Et propter hoc accepit hanc opinionem ꝙ humor esset omnibus principium. Similiter etiam accipit signum ex rerum generatione, quia generationes viuentium quæ sunt nobilissima in entibus fiunt ex seminibus. Semina autem siue sperinata omnium viuentium habent humidam naturam. Vnde ex hoc etiam apparet, ꝙ humor est generationis rerum principium. Si autem omnibus prædictis coniungatur ꝙ aqua est humiditatis principiũ, sequitur ꝙ aqua sit primum rerum principium.

Sunt autẽ quidã, qui etiam, antiquissimo illos, & nimis à præsenti generatione remotos, & primos theologizantes, sic arbitrantur de natura sensisse. Oceanum namque, & Tethyn generationis parentes esse cecinerunt. Iusiurandum quoque deorum, aquã esse, Stygem ab ipsis Poetis appellatam. honorabilissimum enim quod antiquissimum est. iusiurandũ aũt honorabilissimũ est, si igitur antiqua ista & vetusta de natura opinio est, fortasse non est manifestum. Thales tamen hunc in modum de prima causa dicitur asseruisse. Hipponẽ etenim nemo dignabitur cum istis connumerare, propter intellectus eius simplicitatem.

Hippo.

Sunt autem aliqui antiquiores & multum ante eam, quæ nunc est generationem, & primo theologizantes sic putant de natura existimandum. Oceanum enim & Thetim generationis parentes fecerunt, sacramentumque deorum aquã Stygem ab ipsis poetis vocatam. Honorabilius enim, quod antiquius. Sacramentum autem honorabilius. Si quidem igitur antiquior aliqua ista & senior fuit de natura opinio, forsan vtique incertum est. Thales quidem secundum hũc modum pronunciasse dicitur de prima causa. Hippon quidem eum non vtique aliquid significabit posuisse cum his, propter sui intellectus paruitatem.

Hippon.

Hic ostẽdit quomodo Thales inducabatur ab prædictam positionem per authoritates antiquorum. Et dicit ꝙ aliqui fuerũt antiquiores Thalete & multum ante generationem hominum, qui erant tẽpore Aris. qui fuerunt primo theologizantes, qui nisi sunt hanc opinionẽ de natura habuisse, scilicet ꝙ aqua est principium omnium. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd apud Græcos primi famosi in scientia fuerunt quidam poetæ thologi, sic dicti, quia de diuinis carmina faciebant. Fuerunt autem tres, Orpheus, Museus, & Linus, quorũ Orpheus famosior fuit. Fuerunt autem tempore, quo iudices erant in populo iudeorum. Vnde patet, ꝙ diu fuerunt ante Thaletẽ, & multo magis ante Arist. qui fuit tempore Alexandri. Isti autem poetæ quibusdam ænigmatibus fabularum aliquid de rerum natura tractauerunt. Dixerunt.n. ꝙ Oceanus vbi est maxima aquarum aggregatio, & Thetis, quæ dicitur dea aquarum, sunt parentes generationis. Ex hoc sub fabulari similitudine dantes intelligere aquam esse generationis principium. Hãc sententiam alia fabulosa narratione velauerunt dicẽtes, ꝙ sacramentum vel iuramentum deorum erat per aquam quandam, quam poetæ dicunt Stygem, & dicunt eã est paludẽ infernalem. Ex hoc autem ꝙ deos dicebant iurare per aquam, dederunt intelligere, ꝙ aqua erat nobilior ipsis deis, quia sacramentum vel iuramẽtum fit per id quod est honorabilius. Hoc autem quod est prius, est honorabilius. Perfectũ enim præcedit imperfectũ natura & tempore simpliciter, licet in vno aliquo, imperfectio perfectionem præcedat tempore. Vnde per hoc patet ꝙ aquam existimabant priorem esse ipsis dijs, quos intelligebãt esse corpora cælestia. Et quia isti antiquissimi aquam dixerũt esse rerum principium, si aliqua opinio fuit prior ista de naturalibus, non est nobis manifesta. Sic igitur patet quid Thales de prima causa rerum dicitur existimasse. Quidã autem philosophus, qui vocatur Hippon non fuit dignatus aliquid super addere his, propter suæ scientiæ vel intelligentiæ imperfectionem. Vnde in libro de Anima ponitur inter grossiores, vbi dicitur ꝙ posuit aquam esse animam & principium rerum, sumens argumentum ex rerum seminibus, vt hic dictum est de Thalete. Vnde patet ꝙ nihil addit supra Thaletis sentẽtiam. Vel potest intelligi ꝙ quia imperfecte dixit, non reddidit se dignum, vt eius sententia hic contineretur cum alijs.

Lect. 1.

Primo de Anima. Tex. cõ 32.

Anaximenes autem, & Diogenes, aerem priorem aqua, & maxime simpliciũ corporum principiũ statuũt.

Anaxigenis & Diogenis opinio.

Anaximenes autem et Diogenes aerem priorẽ aqua. & maxime principium simplicium corporum ponunt.

Hic ponuntur opiniones ponentium aerem esse principium, qui fuerunt Diogenes & Anaximenes ponentes aerem priorem aqua esse naturaliter, & principium omnium simplicium corporum, scilicet quatuor elementorum, & per consequens omnium aliorum. Fuit autem Anaximenes tertius à Thalete. Fuit autẽ discipulus Anaximandri, qui fuit discipulus Thaletis. Diogenes vero discipulus Anaximenis fuisse dicitur. Hæc tamen differentia fuit inter opinionem Diogenis & Anaximenis, quia Anaximenes aerem simpliciter posuit principium rerum, Diogenes autẽ dixit ꝙ aer rerum principiũ esse non posset, nisi quia compos erat diuinæ rationis. Ex quo prouenit opi-

nio.

nio quæ tangit primo de anima. Ratio autem quare aerē ponebat rerum principium, potuit sumi ex respiratione, per quam vita animalium reseruatur, & quia ex immutatione aeris videtur variari generationes & corruptiones rerum.

Hippasi Heracliti.

Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius, ignem.

Hippasus autem Metapōtinus, & Heraclitus Ephesius, ignem.

Hippasus Heraclitus.

Hic ponit quòd duo philosophi Hippasus & Heraclitus posuerunt ignem esse primum principium vt materiam. Et potuerunt moueri ex eius subtilitate, sicut infra dicetur.

Empedoclis

Empedocles autem quatuor, vnà cum predictis super addens etiam terram quartum: hæc enim semper permanere, nec fieri nisi pluralitate, & paucitate coniuncta & disiuncta in vnum, & ex vno.

Empedocles vero quatuor, cum dictis terram quartū addens. Ea nanque dixit semper manere & non fieri nisi pluralitate & paucitate congregata, & disgregatione in vnum & ex vno.

Empedocles

Hic ponit opiniones ponentium plura principia materialia. Et primo Empedoclis, qui posuit plura finita. Secundo Anaxag. qui posuit plura infinita, ibi: (Anaxagoras vero &c.) Ponit ergo primo opinionem Empedoclis quantum ad duo. Primo quantū ad hoc q tria prædicta elementa, scilicet aquam, aerem & ignem dicit esse rerum principia, addēs eis quartum, scilicet terram. Secundo quantum ad hoc, q ista etiā elementa dixit semper manere & non generari nec corrumpi, sicut illi qui posuerunt vnam causam materialem, sed per cōgregationem horum & diuisionem secundum multitudinem & paucitatem dixit ex eis alia generari & corrumpi, inquantum ista quatuor p concretionē in vnū & disgregationē ex vno diuidunt,

Anaxagoras.

Anaxagoras autem Clazomenius, ætate quidem illo superior, operibus uero inferior, infinita dicit esse principia. fere enim omnia, quæ consimilium partium sunt, vt aquam, vel ignem, ita fieri, & corrumpi ait, coniunctione & disiunctione solum. aliter vero nec fieri neque corrumpi, sed perpetua permanere. Ex his itaque solā quis causam illam, quæ in materiæ specie dicitur, putabit.

Anaxagoras vero Clazomenius, isto quidem ætate prior, factis vero posterior, infinita dixit esse principia. Nam fere omnia corpora partium consimilium, vt ignē aut aquam, ita generari & corrumpi ait congregatione & disgregatione solum: aliter autem nec generari nec corrumpi, sed permanere semper sempiterna. Ex his quidem igitur solam quis causam intelliget eam, quæ in materiæ specie dicitur.

Anaxagoras.

Hic ponit opinionem Anaxa. qui fuit alter discipulus Anaximenis, qui fuit condiscipulus Diogenis: patria quidem Clazomenius prior ætate quam Empedo. sed factis siue operibus posterior, vel quia posterius philosophari incæpit, quia in numero principiorum minus bene dixit quam Emped. Dixit enim principia materialia esse infinita, cum sit dignius finita principia & pauciora accipere, quod fecit Emped. vt dicitur in Primo Physic. Non enim solū dixit principia rerum esse ignem & aquam & alia elementa, sicut Emped. sed omnia quæ sunt consimiliū partium, vt caro, os, medulla, & similia, quorum infinitas minimas partes principia rerum posuit, ponens in vnoquoque infinitas partes horū singulorum inesse propter id quod in inferioribus vnum ex alio generari posse inuenit, cum generationem rerum non diceret esse nisi per separationem à mixto, vt planius explicauit Primo Phy. Secundo etiam Anaxa. conuenit cum Empedo. in hoc, s. q generatio & corruptio rerum non est nisi per concretionem & discretionem partium prędictarum infinitarum, & q aliter nec generari nec corrumpi contingit aliquid. Sed huiusmodi rerū principia infinita, ex quibus rerum substantiæ efficiūtur, permanere dixit sempiterna. Concludit ergo Aristo. q ex prædictis Philosophorum opinionibus aliquis cognoscet solam causam, quæ continetur sub specie causæ materialis.

Lectio. 9. Text. 41.

Lectio. 9. Tex. cō. 33.

LECTIO V.

Eorum sentētias exponit, qui præter materiale principiū, mentem, & amorē, vel efficiens aliquod existimauerunt.

Opiniones de causa efficiente.

HOc autem modo procedentibus, ipsa res eo duxit & coegit vlterius quærere. nam & si quam maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo aut ex vno, aut ex pluribus sit, cur hoc accidit, & quæ causa est? Non enim ipsum subiectum sese mutari facit, vtputa, dico quòd neque lignū, neque æs causa est, vt vtrūque eorum mutetur. neque lignum quidem lectum, æs vero statuam facit, sed aliud quippiam mutationis causa est. hoc autem quærere, aliud principiū quærere est, perinde atque id, quod nos vnde principiū motus dicimus.

Procedētibus autem sic, res ipsa viam fecit similiter & quærere coegit. Si enim quam maxime omnis generatio & corruptio ex aliquo vno, aut pluribus est, qualiter hoc accidit & quæ causa? non enim vtiquē facit ipsum subiectum transmutare seipsum. Dico autem veluti neque lignum, neque æs, alterutrum ipsorum permutandi est causa: neque lignum facit lectum, nebue, æs statuā, sed aliquid aliud permutationis est causa. Hoc autem quærere. est aliud principium quærere, vt si dicatur vnde principium motus.

Postquam posuit opinionem de causa materiali, hic ponit opinionem de causa efficiente: quę est vnde principium motus. Et diuiditur in duas. Primo ponit opiniones eorum, qui simpliciter assignauerunt causam motus & generationis. Secundo prosequitur opinionem illorum, qui posuerunt causam efficientem, quæ est etiam principium boni & mali in rebus, ibi: (Post hoc &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationem cogentem ad ponendum causam mouentem. Secundo ostendit qualiter ad positionem diuersi diuersimode se habuerunt, ibi: (Igitur omnino qui talem &c.) Dicit ergo, quidam, philosophi sic processerunt in causa materiali ponenda, sed & ipsa rei euidēs natura dedit eis viam ad veritatis cognitionē vel inuentionē, & coegit eos quærere dubitationē quādam q̄ inducit in cām efficiētē q̄ talis est. Nulla res vel subiectū trāsmutat seipsū, sicut lignū nō transmutat seipsū vt ex eo lectus fiat: nec æs ē sibi cā trāsmutādi, vt ex eo fiat statua: sed oportet aliquid aliud esse qđ est eis mutationis causa, quod est artifex. Sed ponentes causam materialem vnam vel plures, dicebant ex ea sicut ex subiecto fieri generationem & corruptionem rerum: ergo oportet q sit aliqua alia causa mutationis, & hoc est quærere aliud genus principij & causæ, qđ nominatur, vnde principium motus &c.

Lect prin. part. 1. par. sequē.

Qui igitur omnino à principio istam viā attigerunt, vnumque esse subiectum asseruerunt, nil difficultatis sibiipsis reliquerunt. Verum quidam eorum, qui vnū constituerunt, quasi deuicti ab hac quæstione, ipsum vnum immobile dicunt esse, naturamque totam non solum secūdum generationem, & corruptionem (hoc enim vetus est, & cui omnes consenserunt) sed etiam secundum re-

liquam

liquã omnem transmutationem. & hoc eorum est proprium. Illorum igitur, qui unum solum esse dixerunt ipsum uniuersum, nulli contingit talis inspicere causam, nisi fortassis Parmenidi. & huic eatenus, quatenus non solum unam uerum etiam duas quodam modo ponit causas esse. Illis uero, qui plura faciunt, magis accidit dicere. utputa illis, qui calidum, aut frigidum. aut ignem, & terram, utuntur enim igne, tanquam motiuam habente naturam: aqua uero et terra, & huiuscemodi, contrario.

Igitur omnino qui talem uiam à principio tetigerunt & unum esse subiectum dixerunt, nihil difficultatis sibimet fecerunt, unum qui lem omne dicentes, & quasi ab ea quæstione deuicti, ipsum esse immobile dicunt, & naturam totam non solum secundum generationem & corruptionem (hoc etenim antiquum est, & quod omnes esse confessi sunt) uerum & secundum aliam mutationem omnem esse: & hoc eorum est proprium. Vnum ergo solum dicentium ipsum esse, nulli talem intelligere causam conuenit, nisi forte Parmenidi: & hoc intantũ, quia non solum unam, sed etiam duas aliqualiter ponit causas esse. Plura uero facientibus, magis contingit dicere: ut ipsum calidum & frigidum, aut ignem & terrã. Vtuntur enim quasi motiuam materiam habente natura igne, aqua uero & terra & huiusmodi, contrario.

Hic ostendit ꝙ ad prædictam rationem tripliciter philosophi se habuerunt. Illi enim, qui istam uiam à principio tetigerunt, & dixerunt unam causam materialem, non multum se grauabant in solutione huius quæstionis. erant enim contenti ratione materiæ, causam motus penitus negligentes. Alij uero dicentes omnia unum esse, quasi per prædictam rationem deuicti, non ualentes peruenire ad assignandam causam motus, negauerunt totaliter motum. Vnde dixerunt, quod totum uniuersum est unum ens immobile. In quo differebant à primis naturalibus, qui dicebant unam causam esse omnium rerum substantiam, quæ tamen mouetur per rarefactionem & condensationem, ut sic ex uno plura quodammodo fierent, licet non dicerent ꝙ mutaretur ſm generationem & corruptionem simpliciter: hoc enim ꝙ nihil simpliciter generaretur, uel corrumperetur fuit antiqua opinio ab omnibus confessa, ut ex supradictis patet. Sed istis posterioribus proprium fuit differentiæ, ꝙ totum est unum immobile, sicut omni motu carens. Hi fuerunt Parmenides & Melissus, ut infra dicetur, ergo patet, ꝙ illis, qui dicunt totum unum immobile, non contigerit intelligere eos talem causam. s. causam motus, quia ex quo motum subtrahunt, frustra quærunt causam motus: nisi tantum Parmenides, quia iste etsi poneret unum ſm rationem, ponebat tamen plura ſm sensũ, ut infra dicetur. Vnde inquantum plura ponebat, cóueniebat ei ponere plures causas, quarum una esset mouens, & alia mota; quia sicut pluralitatem ſm sensum ponebat, ita oportebat ꝙ poneret motum secundum sensum. Nam ex uno subiecto non potest intelligi pluralitas constituta, nisi per aliquem modum motus. Tertij fuerunt qui plures facientes rerum substantias, consenserunt prædictæ rationi ponentes causam motus. Ponebant enim calidum uel frigidum causas, uel ignem & terram; quorum igne utebantur ut habente mobilem, idest motiuam naturam aqua uero & terra & aere contrario, uel ut habentibus naturam passiuam: & sic ignis erat ut causa efficiens, alia uero ut causa materialis.

Lect. 4. — Lect. 9. — Lect. 9.

BESS. *Post hos autem, & huiusmodi principia tanquam nõ sufficientia, ut entium naturam generarent. rursus ab ipsa ueritate, ut diximus, coacti, aliud, quod sequitur, quæsiuerunt principium. ut enim entia bene se partim habeant, partim fiant, nec ignem fortassis, nec terram, nec aliud huiuscemodi quicquam uerisimile est causam esse: nec illos uerisimile est arbitrari: nec rursus casui & fortunæ tantam attribuere rem probe se habet.*

ANT. Parte. 2. *Post hor autem & talia principia tanquam non sufficientia existentium generare naturam, iterum ab ipsa ueritate (velut aiebamus) coacti habitum quæsierunt principium. ipsius enim & bene hoc quidem eorum, quæ sunt, habere, illa uero fieri: forsan nec ignem, nec terrã, neque aliud talium nihil, verisimile causam esse: neque illos conueniens existimare: neq; iterum ipsi Automato & Fortunæ tantam committere rem bene habere.*

Hic ponit opiniones ponentium causam efficientem non solum ut principium motus, sed etiam ut principium boni uel mali in rebus. Et circa hoc duo facit. Primo narrat eorum opiniones. Secundo ostendit in quo in ponẽdo causas defecerunt, ibi: {Isti quidem.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionis rationes, ex quibus mouebantur ad ponendum aliam causam à prędictis. Secundo ostẽdit quomodo diuersimode causam posuerunt, ibi. {Dicens & aliquis &c.} Dicit ergo primo, quod post prædictos philosophos, qui solum unam causam materialem posuerunt uel plures corporales, quarum una erat actiua, alia ut passiua: & post alia prima principia ab eis posita, iterum fuerunt ab ipsa ueritate coacti {ut aiebamus} idest sicut supra dictum est, ut quærerent principium {habitum} idest consequenter se habens ad prædicta. s. causam boni, quæ quidem est causa finalis, licet ab eis non poneretur nisi per accidens, ut infra patebit. Ponebatur enim ab eis solum causa boni per modum causæ efficientis. Et ad hoc cogebãtur, quia præmissa principia non sufficiebant ad generandum naturam entium, in qua quidem inueniuntur aliqua bene se habere. Quod demonstrat conseruatio corporum in proprijs locis, extra quæ corrumpuntur. Et ulterius utilitates, quæ proueniunt ex partibus animalium, quæ hoc modo dispositæ inueniuntur secundum ꝙ congruit ad bonum esse animalis. Huiusmodi autem bonæ dispositionis uel habitudinis, quam quædam res iam habent, quædam uero adipiscuntur per aliquam factionem, non sufficienter ponitur causa uel ignis, uel terra, uel aliquod taliũ corporum: quia ista corpora determinate agunt ad unum secundum necessitatem propriarum formarum. sicut ignis calefacit & tendit sursum, aqua uero infrigidat & tendit deorsum. Prædictæ autem utilitates, & bonæ dispositiones rerum exigunt habere causam non determinatam ad unum tantum, cum in diuersis animalibus diuersimode inueniantur partes dispositæ, & in unoquoque secundum congruentiam ipsorũ naturæ. Vnde non est conueniens, quod ignis uel terra uel aliquod huiusmodi sit causa prædictæ bonæ habitudinis rerum. nec fuit conueniens, ꝙ ipsi hoc æstimauerint, nec iterum bene se habet dicere, ꝙ sint automata. i. per se euenientia & casualia, & ꝙ à fortuna tantum immutetur eorum casualitas: licet aliqui eorum hoc dixerint, ut Empe. & quicunq; posuerunt causam materialem tantũ: sicut patet. 2. Phy. Quod tamen patet etiam esse falsum, per hoc quod huiusmodi bonæ dispositiones inueniuntur uel semper, uel in maiori parte. Ea autem, quæ sunt à Casu uel à Fortuna, non sunt sicut semper, sed nec sicut frequenter, sed ut raro. Et propter hoc necessarium fuit alterum inuenire principium bonę dispositionis rerum, præter quatuor elementa. Alia litera habet {nec ipsi Automato & Fortunæ.} & est idem sensus quod prius.

Lect. 6. Par. 1. Lect. pñ. Par. 3. — Tex. c. 9. — Tex. c. 75.

BESS. *Quare, qui ut animalibus, ita in natura intellectũ inesse causam mundi, totiusque ordinis dixerat, quasi sobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes, appa-*

ruit

ruit. Istas aūt rationes qui palam attigit, Anaxagorā fuisse scimus. attamen Hermotinus Clazomenius dicitur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt, principium entium posuerunt simul tam causam ipsius bene, quam illam, unde motus entibus inest.

ANT. Parte. 3. *Dicens & aliqs inesse intellectum unum, quemadmodum aīalibus: & in natura cām & mundi & ordinis totius, & excitans apparuit purificans priores prēter con uenientia dicentes. Palā quidē igitur Anaxagoram scimus hos sermones tetigisse, attñ hēt prius Hermotinus Clazomenius cām dicendi. Sic quidem igitur opinantes, similiter ipsius bene cām, principium existentium esse posuerunt: & tale unde motus existentibus inest.*

Hic ponit in spāli opiniones de pdicto principio. Et primo ponit opiniones ponētium unā cām. Scdo ponentium duas, ibi: {Qm uero cōtraria bonis &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones ponentium cām primā efficientē intellectum, scdo ponentium amorē, ibi: {Suspicatus est aūt &c.} Dicit ergo q post pdictā rōnem apparuit aliquis dicēs intellectum esse in tota natura, sicut est in aīalibus, & ipsum esse cām mūdi & ordinis totius.i.uniuersi, ī quo ordine cōsistit bonū totius & uniuscuiusq;. Et hic purificauit priores philosophos, ad purā ueritatē eos reducēs, q incōuenientia dixerunt, hmōi cām non tangentes. Hāc aūt snīam manifeste tangit Anaxag. licet cām hmōdi snīam proferendi dederit ei primo quidam alius philosophus, s. Hermotinus, Clazomenius. Vnde patet q illi qui sunt opinati sic, simul posuerunt idem rebus esse principium, quōd bene haberēt se, & quōd esset unde principium motus est.

Lect. 6. Parte. 1. part seq.

BESS. Hesiodi opinio. *Suspicaretur autem aliquis Hesiodum primum hoc quæsiuisse, & si quis alius amorem, aut desiderium in entibus ut principium posuit, sicuti Parmenides, etenim is uniuersi generationem monstrando.*

Primum qdem inter oēs deos, amorē (ait) produxit.
Hesiodus uero ante omnia fuisse chaos,
Deinde terram spatiosam atque amorem,
Qui inter omnes immortales elucet:

Tanquam opportunum sit, ut in entibus aliqua causa insit, quæ res ipsas moueat, atque coniungat. Hos autem quomodo ordinare oportet, quis scilicet eorum primus sit, liceat posterius iudicare.

ANT. Hesiodus Parmēides. *Suspicatus est autem utique aliquis Hesiodum quæsiuisse primum huiusmodi, & utique si aliquis alius. Amorem autem Desiderium in existētibus quasi principium posuisset, ut Parmenides. Etenim hic tentans monstrare uniuersi generationem, primum qdem ait deorum Amorem fore prouidentem oībus. Hesiodus uero omnium primum chaos fuisse, deinde terram latam, & Amorem qui omnia condocet immortalia: quasi necessarium sit in existentibus esse causam, quæ res ipsas moueat & congreget. His quidem igitur quomodo + distribuere de hoc oporteat quis primus, liceat iudicare posterius.*

+ a.l. transire.

Ponit opinionem ponentium amorem esse principium primum, quem tñ non ita expresse uel plane, posuerunt. Et ideo dicit, q suspicio fuit apud aliquos, q Hesiodus qsiuisset hmōi principium bonæ habitudinis rerum, uel quicunq; alius posuit amorem uel desiderium in rebus. Cum.n. Parmenides uniuersi generationem monstrare tentaret, dixit, q amor deorum p uidit oībus, ut mundus constitueretur. Nec est cōtra sensum eius, q posuit unum ens immobile, quod hic dicit, quia hic ponebat plura sm sensum, licet unum sm rōnem, ut supra dictum est, & infra dicetur. Deos aūt corpora cælestia appellabat, uel forte aliquas substantias separatas. Sed Hesiodus dixit q primo oīum fuit chaos, & deinde facta est terra latior, ut esset receptaculum aliorum: posuerunt.n. receptaculum & locum principium esse, ut dr 4. Physi. Et posuit rerum principium amorem, qui condocet oīa immortalia. Et hoc ideo, quia communicatio bonitatis ex amore prouenire vr. Nam beneficium est signum & effectus amoris. Vnde, cum ex rebus immortalibus hmōdi corruptibilia esse habeant, & oēm bonam dispositionē, oportet hoc amori immortalium attribuere. Immortalia autem posuit uel ipsa corpora cælestia, uel ipsa principia materialia. Sic aūt posuit chaos, & amorem quasi necessarium sit in rerum existentijs esse nō solum materiam motuum, sed & ipsam causam agētem, quæ res moueat & congreget, quod vr ad amorem pertinere. Nam & in nobis amor ad actiones mouet, & quia est oium affectionum principium. Nam & timor & tristitia & spes, non nisi ex amore procedunt. Quod autem amor cōgreget ex hoc patet, quia ipse amor est unio quædam amantis & amati, dum amās amatum quasi se reputat. Iste autem Hesiodus ante philosophorum tpa fuit in numero poetarum. Quis autem horum sit prior.i.potior in snīa, utrum ille qui dixit amorē esse primum principium, vel qui dixit intellectum, posterius poterit iudicari, s. ubi agetur de Deo. Et hoc iudicium distributionem uocat: quia per hoc unicuique suus gradus attribuitur dignitatis. Alia translatio planius habet. Hos quidem igitur quomodo congruat transire, & quis de hoc sit prior posterius poterit iudicari.

Tex. c. 6

Amor.

Lect. 7. Lect. 6.

LECTIO VI.

Eorum placita exponit, qui materiæ addebant duo effectiua principia, unum bonorum alterum malorum, amorem & odium, & illos insufficientiæ arguit.

BESS. *CVm autem contraria quoq; bonis inesse naturæ apparerent, nec solum ordo, & pulchrum, uerum etiam inordinatio, & turpe, pluraque mala quā bona, & turpia quam pulchra, ideo alius quidam amicitiā introduxit, & contentionē, utrunq; utriusque horū cām. si quis.n. sequatur, & secundum snīam accipiat, non secundum ea, quæ balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorum cām esse, contentionem uero malorum. Quare, si quis dicat quodam modo dicere, et primum Empedoclem dicere malum, & bonum esse principia, fortasse bene inquiet: siquidem bonorum omnium causa, ipsum bonum, ac malorum, ipsum malum est.*

ANT. patt. prima *Quoniam uero contraria bonis uidebantur esse in natura, & non solum ordinatio & bonum, sed inordinatio & turpe, pluraque mala melioribus, & praua bonis, sic alius aliquis amorem induxit et litē, singula singulorum cām horum. Siquis.n. assequatur & accipiat ad intellectum, & non ad ea quæ balbutiendo Empedocles dixit, inueniet amorem quidem esse causam aggregatorum, litem uero malorum. Quare siquis dixerit & quodammodo dicere & primum dicere Empedoclem bonum & malum principia, forsan bene dicet, si bonorum omnium bonum est causa, & malorum malum.*

Empedocles.

Hic ponit opinionem ponentium contrarietatem in huiusmodi, & rationem eos mouentem, quæ talis erat. In rerum natura uidebantur aliqua esse contraria bonis, quia in natura non solum inuenitur ordinatum & bonum, sed aliquando inordinatum & turpe: non potest autem dici q mala non habeant causam, sed accidant à casu: quia mala sunt plura melioribus, & praua sunt plura bonis simpliciter: quæ autem sunt à casu sine causa determinata non sunt ut in pluribus, sed ut in paucioribus. Vnde, cum contrariorum sint contrariæ causæ, oportet non solum causam rerum ponere amorem, ex quo proueniunt

ordinationes & bona:sed & odium, ex quo ꝓueniūt inordinationes & turpia uel mala: ut hic singula mala & bona ꝓprias cās habeant. Et ꝙ illa fuerit iō mouēs Empedo. patet, siquis assequatur Intiam eius, & accipiat scientiam, quam dicere uoluit, & non ad uerba, q̄ imperfecte & quasi balbutiēdo dixit. Dixit.n.quod amoris est congregare, odii disgregare, sed quia ex congregatione est rerum generatio, ex qua rebus est esse & bonum: per segregationem uero est corruptio, q̄ est uia ad non esse & malum, iam patet ꝙ uoluit amorem esse cām aggregatorum, i. bonorum, & odiū esse cām malorum. Et ita si quis dicat, ꝙ Empedocles fuit primus, qui dixit bonū & malum esse principia, forsitan bene dixit. Si tamen ſm Empedo. fuit hoc ꝙ bonum est causa oīum bonorum, & malum oīum malorum. Quod.n.aliquorum malorum posuit cām malū.s.corruptionis, & aliquorum bonorum bonū, i. generationis, manifestum est: sed quia nō sequebatur ꝙ oīa bona essent ꝑ amicitiā, nec oīa mala per odiū, cū distinctio partium mundi adinuicē esset per odiū, & confusio per amicitiam, ideo non usquequaq; posuit bonum cām bonorum, & malum cām malorum.

BESS. *Hi quidem, ut diximus, & hucusque duas cās, quas nos in Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiā, & id vñ motus. obscure cū, & nō clare, sed quemadmodum inexercitati in prælio faciunt. etenim illi circumeuntes, egregias plerunq; plagas infligunt. Sed nec illi ex scietia, nec isti vident scire quid dicant. Fere etenim nullo modo uidentur his uti, nisi paulum quiddam.*

ANT. part. 2. *Isti quidem igitur (sicut diximus) & usque ad hoc duas causas tetigerunt, quas in physicis determinauimus, materiam, & id vnde motus: obscure quidem, & no manifeste, sed qualiter in bellis inerudıti faciunt. Etenim illi circunducti sæpe bonas plagas faciunt, at nec illi ex scientia, nec isti nisi sunt scientes dicere quod dicunt. His etenim fere usi nihil uidentur nisi parum.*

part. seq. Hic ostendit, ꝙ in ponendo ꝑdictas cās deficiebāt. Et primo loquitur generaliter de eis. Secundo specialiter, ibi: (Anaxa. autem &c.) Dicit ergo primo, ꝙ prædicti philosophi, s. Anaxa. & Emped. usq; ad hoc peruenerunt, ꝙ posuerunt duas cās illarum quatuor, quę sunt determinatæ in physicis, i. materiam, & cām motus, sed obscure & non manifeste tradiderunt, quia non exprimebant ꝙ illa, quæ cās esse ponebāt, ad ista causarum genera reducerentur. Sed in hoc ꝙ de causis posuerunt duas, conuenienter assimilabantur bellatoribus non eruditis, qui ab aduersariis circunducti faciunt aliquando bonos ictus, sed non per artē, sed à casu. Quod ex hoc patet, quia & hi aliquando accidit eis, non tn̄ semper aut frequenter. Similiter etiam prędicti philosophi nō sunt usi dicere quod dicunt, nec usi sunt scientibus. i. sicut scientes. Vñ alia translatio habet. (Sed nec illi scientiam, nec hi assimilati sunt scientibus dicere quod dicunt) Quod ex hoc patet, quia cum prædictas cās posuissent, fere non sunt eis usi, quia in paucis utebantur. Vnde uidetur quod nō ex arte, sed quadam inducti necessitate eas causaliter induxerunt.

BESS. *Nam & Anaxagoras, tanquam machina utitur intellectu ad mundi generationē. &, cum dubitat propter quam causam necessario est, tunc eum attrahit. in cæteris uero, magis cætera omnia quàm intellectum causam eorum, quæ fiunt, ponit.*

ANT. Part. 3. *Anaxagoras autem artificialiter ad mundi generationem utitur intellectu. Nam quando dubitas qua cā ex necessitate est, tunc attrahit ipsum. In alys uero oīa magis causatur eorum quæ fiunt, quam intellectu.*

par. seq. Hic ostendit in quo specialiter eorum uterque defecerit. Et primo de Anax. Scd'o de Empedo. ibi. (& Empe.) Dicit ergo primo, quod Anax. vtit intellectu ad mundi generationē, in quo vẽ artificialiter loqui, non dubitans de causis generationis mundi, ex necessitate attrahit. i. producit ipsum intellectum, nō ualēs reducere mundi generationem in aliquam aliam cām distinguentem res, nisi in aliquod in se distinctum & immixtum, cuiusmodi est intellectus. Sed in omnibus alijs assignat causas magis ex omnibus aliis, quàm ex intellectu, sicut in specialibus rerum naturis.

BESS. *Et Empedocles plus quidem isto causis utitur: neque sufficienter tamen, neque in his repetit quod sequitur. multis enim in locis apud eum amicitia quidē disiungit, contentio uero coniungit. cum enim in elementa per contentionē uniuersum dissoluitur, tunc ignis in unum coalescit, & cæterorum elementorum unumquodque: cum autem rursus per amicitiam in unum conueniant, necesse est iterum particulas uniuscuiusque separari.*

ANT. part. 4. *Et Empedocles plus quidē hic vtit causis, sed tñ nec sufficiēter, neq; in his inuenit quod confessum est. A multis igit arguit ī locis apud ipsum: amor disgregat, lis aūt congregat. Nā cum in elementa qdē ipsum esse à lite distrahit, tunc ignis in unum & aliorū elementorū singula concernunt. Cum aūt iterum in unū ab amore cōueniūt, necesse rursum, ut ex singulis particulæ secernantur.*

parte seq. Hic ostendit in quo deficiat Emped. & circa hoc duo facit. Primo ondit in quo deficit. Scd'o quid propriū ꝑ aliis dixit, ibi: (Emp. igitur.) Dicit ergo primo ꝙ Emp. in determinādo de particularibus rerum naturis, (plus utitur causis) à se positis, s. quatuor elemētis, & odio & amore, q̄ Anaxa. quia singulorum gñatione & corruptionē in ꝑdictas cās reducit, non autē Anax. in intellectum. Sed in duobus deficit. Primo, quia nō sufficiēter huiusmodi cās tradit. Vtitur.n. eis quasi dignitatibus ꝑ se notis, q̄ non sunt per se notæ, ut dr̄ Primo Phyſi. dum. s. supponebat quasi per se notum, quòd lis determinato tpe dominabatur in elementis, & alio tpe determinato amor. Scd'o quia in his q̄ quæris, non inuenit illud quod est ab eo confessum. i. suppositum quasi principium, s. ꝙ amor cōgreget & odium disgreget, qa in multis locis oportet ꝙ econtrario amor (secernat). i. diuidat, & odium (concernat). i. cōgreget, quia qn̄ ipsum uniuersum in partes suas per odium (distrahitur). i. diuiditur ꝙ est in generatione mundi, tunc oēs partes ignis in unum cōueniunt, & similiter singulæ partes aliorum elementorum (concernuntur). i. ad inuicem coniunguntur. Sic igitur odium, non solum partes ignis diuidit à partibus aeris, sed ēt partes ignis coniungit adinuicem. E contrario aūt, cum elementa in unum conueniunt ꝑ amorem, quod accidit in destructione uniuersi, tunc necesse est ut partes ignis adinuicem separentur, & similiter singulorum partes adinuicem secernantur. Non enim posset ignis commisceri aeri nisi partes ignis adinuicem separarentur, & similiter partes aeris sibi inuicem se elementa prædicta penetrarent, ut sic amor sicut coniungit extranea, ita diuidat similia, secundum quod sequitur ex eius positione.

Tex. c. 3.

BESS. *Empedocles itaque præter alios antiquiores primus hanc cām diuidens, introduxit. nec unum motus principium, sed diuersa fecit, & contraria. & ad hæc elementa, q̄ in materia specie dicuntur, quatuor esse primus asseruit, non tñ eis ut quatuor utitur sed tanquam duo essent sola, igne quidem per seipsum, oppositis vero, terra, aere, et aqua tanquā una natura. coprehendas aūt quispiam idipsum, ex eius carminibus cotemplans. Is igitur, ut diximus, ita & tot principia asserit.*

ANT. Part. 5. *Empedocles qdem, præter priores, primus hāc cām diuidens induxit, nō unū faciens motus principium, sed diuersa*

uersa & contraria. Amplius autem qui in materiae specie dicuntur elementa quatuor primus dixit, non tñ usit quatuor, sed ut duobus existentibus, solum quidē igne secundū se: oppositis uero quasi una natura terra aere & aqua: fiunct aūt utiq; aliquis id speculans ex elementis. Hic quidē ergo, sicut diximus, sic & tot dixit principia.

Hic ostendit quomodo Empedoc. ꝑ alijs philosophis ꝓpriū posuit. Et dicit ꝙ duo ꝑ alijs posuit. Vnū est, ꝙ cām vũ motus diuisit in duas contrarias partes. Aliud est ꝙ cām materialē dixit esse quatuor elementa, non ꝑ utatur quatuor elementis ut quatuor, sed vt duobus, qn ia ignem cōparat alijs tribus dicēs, ꝙ ignis hēt naturam actiuā, & alia passiuā. Et hoc pōt aliquis sumere ex elementis rerum ab ipso traditis, uel ꝗ elementis ꝗ principijs suæ doctrinæ q̃ posuit. Alia litera habet ex uersibus, quia dr̃ metrice suam philosoph. scripsisse. Et huic concordat alia translatio q̃ dicit: Ex rōnibus. Hic igitur (ut dictum est) sic & tot primus posuit principia, quia quatuor, & ea quæ dicta sunt.

LECTIO VII.

Democriti & Leucippi opiniones assert, qui ex indiuisibilibus corporibus ut ex materia generasse uisi sunt: hinc Pythagoricorum duo declarat, quibus rerum substantias numeros esse extistimauerunt.

Leucippi & Democ.

LEucippus uero, ac eius familiaris Democritus, elementa quidem plenum, & uacuum esse aiunt, dicētes hoc quidem ens, hoc uero non ens: et rursus, ens quidem plenum, & solidum, non ens autem uacuum, & rarum. Quare nihilo magis ipsum ens, quam ipsum non ens esse aiunt, quia neque uacuum quàm corpus. hæc aūt causas entium, ut materiam esse.

Leucippus & collega eius Democritus, elementa quidem plenum & inane dicunt esse: dicentes uelut hoc quidem ens, illud uero non ens. horum autem plenum quidē & solidum ens, inane uero non ens. Propter quod & nihil magis ens non ente dicunt esse: quia neque inane corpore. Causas autem entium hæc ut materiam.

Lect. 9. Parte. 1.

Lect. pñ. Parte. 3.

Hic incipit ponere positiones eorum, qui posuerunt de principijs positiones extraneas non manifestas. Et primo illorum qui posuerunt plura principia rerum. Scḋo illorum, qui posuerūt tm̃ unum ens, ibi: ꝗSunt autem aliqui &c.ꝗ Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Leucippi & Democriti, qui posuerunt principia rerum corporea. Scḋo ponit opinionem Pythagoricorum, qui posuerunt principia rerū incorporea, ibi ꝗIn his autem &c.ꝗ Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Democriti & Leucippi de cā materiali rerum. Secundo de cā diuersitatis, quomodo. s. ex materia plures res diuersificantur, in quo et apparet cā generationis & corruptionis rerū, in quo etiam cum antiquis philosophis conueniebāt, ibi: ꝗEt quemadmodum in unum &c.ꝗ Dicit ergo, ꝙ duo philosophi, qui amici dicuntur, quia in omnibus se sequebantur. s. Democritus & Leucippus, posuerūt rerum principia plenum & inane, siue vacuum, quorū plenum est ens, & uacuum siue inane non ens. Ad huius autē opinionis euidentiam recolendum est hoc, quod philosophus dicit i Primo de Generatione, ubi diffusius eam tradit. Cum. n. quidam philosophi posuissent oia esse unum ens continuum, immobile: quia nec motus sine uacuo esse pōt, vt vr̃, nec etiam rerum distinctio, ut dicebant cum continuatis priuationem, ex qua oportet intelligere corporum diuersitatē, nisi per uacuum non possent comprehendere, uacuum autem nullo modo esse ponerent, superuenit Democritus, qui eorum rationi consentiens, diuersitatem autem & mutum à rebus auferre nō ualens, uacuum esse posuit: & omnia corpora ex quibusdam indiuisibilibus corporibus esse composita, pp hoc, quia non

parte seq. Democrit. Leucipus. I. text. c. 60.

uidebatur sibi ꝙ rō posset assignari quare ens uniuersum magis in una parte esset diuisum q̃ in alia: ne poneret, totum esse cōtinuum, praelegit ponere ubique totum & totaliter esse diuisum, qđ esse non posset si remaneret aliquod diuisibile indiuisum. Huiusmodi autem indiuisibilia corpora inuicem coniungi non pōt, nec esse ut ponebat, nisi uacuo mediante: quia nisi uacuum inter duo eorum interueniret, [illegible] ex eis duobus unum esse continuum, quod [illegible] prædicta non ponebat. Sic igitur uniuscuiusque corporis magnitudinem constitutam dicebat ex [illegible] indiuisibilibus corporibus implentibus indiuisa [illegible] spatia, & ex quibusdam spatijs uacuis ipsis indiuisibilibus corporibus interiacentibus, quæ quidem poros esse dicebat. Ex quo patet ꝙ cum uacuum sit non ens, & plenum sit ens, non magis ponebat rei constitutionē ens quàm nō ens: quia nec corpora magis q̃ uacuum, nec uacuum magis q̃ corpora, sed ex duobus simul dicebat (ut dictum est) corpus constitui. Vnde prædicta duo ponebat rerum causas sicut materiam.

Et quemadmodum qui unum faciunt subiectam substantiam, cætera passionibus eius generant rarum, & densum passionum flatuentes principia, simili modo hi quoque differentias, causas cæterorum aiunt esse. Has autem tres esse dicunt, figuram, ordinem & situm. differre etenim ens aiūt dūtaxat rhythmo, diathige, & trope. quorū rhythmus, quidem, figura. diathige uero, ordo. tropē aūt, situs est. differt aūt A ab N, figura: AN uero ab NA, ordine: Z aūt ab N, situ. De motu uero unde, uel qūo existentibus insit, & hi perinde, atque alij, per negligentiam omiserunt. Hactenus itaque de duabus causis, ut dicebamus, uidetur quæsitum à prioribus fuisse.

Part. 2.

Et quemadmodum qui unum faciunt substantiā subiectam, alia passionibus eius gñant, rarum & spissum principia passionum ponentes, eodem modo & hi differentes cās aliorum esse dicunt. Has uero tres dicunt esse, figurā, ordinem & pōnem. Differre aūt aiunt ens rhythmo & diathygi et tropi solū. Horum aūt rhythmus figura est et diathigi ordo, & trope positio. Differt. n. a, ab n, figura: an aut a na, ordine: z autē ab n, positione. De motu uero unde aut quomodo inest habentibus, & hi alijs consimiliter, negligēter dimiserunt. De duabus igitur causis (vt diximus) in tantum uidetur quæsitum esse prius.

Hic ostendit in quo conueniebant ꝑdicti philosophi cum antiquis philosophis, qui ponebant unā tm̃ materiam. Ostendit aūt ꝙ conueniebant cum eis in duobus. Primo quidem, quia sicut sunt ponentes unā materiam, & ex illa materia una generabāt aliam ꝭm diuersas materiæ passiones, q̃ sunt rarum & densum, q̃ accipiebant ut principia oium aliarum passionum ita & isti, s. Democritus & Leucippus dicebant, ꝙ causæ differentes erant aliorum, scilicet corporum constitutorum ex indiuisibilibus, uidelicet ꝙ per aliquas differentias illorum indiuisibilium corporum, & ꝑ eorum diuersa entia constituebantur. Eas autem differentias dicebant esse, unam secundum figuram, quę attenditur ex hoc quod aliquid est angulatum, circulare & rectum: aliam secundum ordinem, quæ est secundum prius & posterius: aliam secundum positionem, quæ est secundum ante & retro, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum. Et sic dicebant quod unum ens differt ab alio uel (rhythmo) .i. figura (uel diathygi) idest ordine (uel trope) idest positione. Et hoc probat per exemplum in literis Græcis, in quibus una litera differt ab alia, figura: sicut & in nostris differt una ab altera. A enim differt ab N, figura: An, uero & na, differunt ꝭm ordinem, nam una ante aliam ordinatur. Vna etiam differt ab altera positione, ut z, ab n, sicut & apud nos uidemus quod semiuocales

post liquidas poni non possunt ante quas ponuntur mutæ in eadē syllaba. Sicut ergo pp triplicem diuersitatem in literis ex eisdem literis diuersimode se habentibus fit tragedia & comœdia, ita ex eisdem corporibus indiuisibilibus diuersimode habētibus fiunt diuersæ spēs rerum. Aliud uerò in quo cōueniebant illi philosophi cum antiquis est, q sicut antiqui neglexerunt ponere cām ex qua motus inest rebus, ita & isti, licet illa indiuisibilia corpora dicerent esse per se mobilia. Sic ergo patet q per prædictos Philosophos nihil dictum est nisi de duabus causis, s. de cā materiali ab omnibus, & de cāusa mouente à quibusdam.

Inter hos uero, & ante istos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebant, & in eis nutriti, eorum principia, entium quoq; cunctorum esse putarunt principia. Cum autem numeri priores his natura sint, in numeris vero plures similitudines tum ad existentia, tum ad ea, quæ fiunt, magis quā in igne, in terra, & in aqua contemplari, magis uidebantur, talis etenim, utputa numerorum passio iustitia, talis vero anima, & intellectus, alia vero tempus, cæterarū quoque, ut ita dicam, unaquæque similiter.

par. 3. *In his autem & ante hos uocati Pythagorici mathematica tangentes primi ea produxerunt, & in eis nutriti, horum principia omnia esse putauerunt. Horum autē quoniam natura numeri primi, & in numeris speculari multas similitudines inexistentibus & factis magis quā in igne & terra: quia talis numerorum passio, iustitia: illa uero talis, anima & intellectus: alia uero, tempus: & aliorum (vt est dicere) unumquodque similiter.*

Lect. 11. Part. prima Part. seq. Pythagoræ positio.

Hic ponit opiniones Pythagoricorum ponentium numeros esse substantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones de rerum substantia. Scdo de rerū principijs, ibi: §Scd euius gratia aduenimus.§ Circa primum ponit duo, ex quibus inducebantur ad ponendum numeros esse rerum substantias. Scdm ponit, ibi: §amplius aūt harmoniarum &c.§ dicit ergo q Pythagorici philosophi fuerunt §in his§ idest, contemporanei aliquibus dictorum philosophorum§ & ante hos§ quia fuerunt quidam quibusdam priores. Sciendum est autem duo fuisse philosophorum genera. Nā quidā uocabantur Ionici, qui morabantur in illa terra, q nunc Græcia dr. & isti sumpserunt principium à Thalete, vt supra dictū est. Alij philosophi fuerunt Italici, in illa parte Italiæ q quondam Magna Græcia dicebatur, q nunc Appulia & Calabria dr: quorum philosophorum princeps Pythagoras natione Samius, sic dictus à quadā Calabriæ ciuitate. & hæc duo philosophorum genera simul concurrerunt. Et pp hoc dicit q fuerunt §in his & ante hos.§ Isti aūt Italici philosophi, qui & Pythagorici dicuntur, primi produxerunt qdam mathematica, ut ea rerum sensibilium substantias & principia esse dicerent. Dicit ergo §primi§ quia Platonici eos sunt secuti. Ex hoc aūt moti sunt ut mathematica introducerēt, quia erant nutriti in eorum studio. Et ideo principia mathematicorum credebāt esse principia oīum entium. Consuetum est. n. apud homines, q per ea, quæ nouerunt, de rebus iudicare uelint. Et qa inter mathematica numeri sunt priores, ideo conati sunt speculari similitudines rerum naturalium, & quantum ad esse & quantum ad fieri, magis in numeris q̄ in sensibilibus elementis, quæ sunt terra & aqua & huiusmodi. Sicut. n. pdcti philosophi passiones rerum sensibilium adaptant passionibus rerū naturalium, per quandā similitudinem ad pprietates ignis & aquæ & hmōdi corporum: ita mathematici adaptabant pprietates rerum naturalium ad numerorum passiones, qn dicebant q aliqua passio numerorum est cā iustitię: & aliqua cā aīæ & intellectus, & aliqua cā temporis, & sic de alijs. Et sic passiones numerorum intelliguntur esse rōnes & principia quædam oīum apparentium in rebus sensibilibus, & quātum ad res uoluntarias, quod designatur per iustitiā, & quantum ad formas substantiales rerum naturalium, quod designatur per intellectum & animam: & quantum ad accidentia, quod designatur per tēpus.

Item cum harmoniarum in numeris inspicerent passiones, ac rationes, quoniam cætera quidem uiderentur in omnibus numeris assimilari, numeri uero totius naturæ primi, numerorum elementa, entium quoque cunctorum elementa esse putarunt, totumq; cœlum harmoniā, & numerum esse: & illa quidem, quæ de numeris, & harmonijs consentanea passionibus, & partibus cœli, ac uniuersi dispositioni monstrare poterant, colligentes applicabant. Quòd si quid alicubi deerat, supplebant, ut totus eius tractatus consentaneus esset. dico aūt ueluti qm denarius perfectus esse videatur, totamq; numerorum naturam cōprehendere, ideo et ea, quæ in cælo feruntur, decem esse aiunt. cum uero nouem solummodo sint quę manifeste apparent, decimā oppositam terrā faciunt. Determinatum aūt est à nobis alibi de his magis exquisite.

Par. 4. *Amplius aūt harmoniarum in numeris speculantes passiones & rōnes, qm & alia quidem numeris secundū naturam oēm videbantur assimilata esse, et numeri sunt oēs natura primi: elementa numerorum existentium, elementa cunctorum esse existimabāt, & totum cælum harmoniam esse & numerum, & quęcunque habebant confessa moustrare, et in numeris & in harmonijs, & ad cæli passiones & partes, & ad ornatum totum ea colligentes adaptabant. Et si quid alicubi deficiebat, aduocabāt continuatum ipsis esse negotium. Dico autem quoniam perfectus denarius esse videtur, & omnem comprehendere numerorum naturam, & quę secundum cœlum feruntur decē quidem esse dicuntur: solum aūt nouem existentibus manifestis, & ideo antitoniam decimā faciunt. De his aūt certius est à nobis in alijs determinatum.*

Hic ponit secundum motiuum. Considerabant. n. passiones harmoniarum, consonantiarum musicalū & earū rōnes, s. proportiones ex natura numerorum. Vn̄ cum soni consonantes sint qdam sensibilia, eadē rōne sunt conati & cętera alia sensibilia f̄m rōnem & f̄m totam naturam assimilare numeris, ita quod numeri sunt primi in tota natura. Et pp hoc æstimauerūt q principia numerorum essent principia oīum entium existentium, & totum cælum nihil aliud esse dicebant nisi quandā naturam & harmoniam numerorum. i. pportionem quandā numeralē similem pportioni, q consideratur in harmonijs. Vn̄ quæcunq; habebant §confessa§. i. manifesta, q poterant adaptare numeris & harmonijs adaptabant. & quantum ad cęli passiones sicut sunt motus & eclipses & hmōdi: & quantum ad partes, sicut sunt diuersi orbes: & quantū ad totū cæli ornatū, sicut sunt diuersæ stellæ & diuersæ figuræ in constellationibus. Et si aliquid deficiebat in rebus manifestis qd non uideret numeris adaptari §aduocabāt§. i. ipsi de nouo ponebant §continuatum esse eis oē negotium§. i. ad hoc q totum negotiū eorum quod erat adaptare sensibilia ad numeros continuaretur, dum oīa sensibilia numeris adaptarent, sicut patet in uno exemplo. In numeris. n. denarius vr esse perfectus, eo q est primus limes, & comprehendit in se oīum numerorum naturam: quia oēs alij numeri non sunt nisi quædam repetitio denarij. Propter qd Plato usq; ad x. faciebat numerum, ut dr. 4. Physicorum. Vn̄ & Pythagoras sphæras, quæ mouentur in cælo, dixit. x. quamuis nouem solum harum sint apparentes: quia deprehenduntur. 7. motibus planetarum,

tarum, octaua ex motu stellarum fixarum, nona uero ex motu diurno, qui est motus primus. Sed & Pythagoras addit decimam quæ esset antitoma, i. in contrarium mota in inferioribus sphæris, & p consequens in contrarium sonans. Dicebat enim ex motu cælestium corporum fieri quandam harmoniam, unde sicut harmonia fit ex proportione sonorum contrariorum, s. grauis & acuti, ita ponebat q in cælo erat unus motus in oppositam partem alijs motibus, ut fieret harmonia. Et secundu hanc positionem motus diurnus pertinebat ad decimam sphęram, quæ est ab oriete in occidentem, alijs sphæris reuoluitis econtrario ab occidente in orientem. Nona uero, secudum eum esse poterat, q primo reuoluebat oēs sphæras inferiores in contrariu primi motus. De his aūt quæ ad opinionem istā Pythagoræ pertinent determinatum est diffusius & certius in ultimis libris huius scientiæ.

Li. 13. 14.

LECTIO VIII.

Tres Pythagoricorum de rerum principijs sententias exponit, ex quibus deducit principia esse contraria, & ea ad causa materia his spectem reduci.

Sed cuius gratia hęc repetimus, hæc est, ut & ab his etiam accipiamus, quæ ponunt esse principia, & quo modo in dictas causas incidunt. Apparent etenim etiam isti numerum existimare principium esse, ut materiam entibus, & ut passiones, ac habitus. numeri autē elementa, par, & impar. quorum alterum finitum, alterum infinitum. unū uero ex ambobus his esse: par etenim & impar esse. unum uero autem ex uno. numeros uero, ut dictum est, totum cęlum.

Sed cuius gratia aduenimus, hoc est, ut accipiamus & de his quæ ponunt esse principia, & quomodo in dictas cadunt causas. Videntur autem igitur & hi numerum putare principium esse quasi materiam existentibus, & quasi passiones & habitus. Numeri uero elementa par & impar, & quidem hoc finitum, illud uero infinitum. Unum autem ex his utrisque esse, etenim par esse & impar, numerum uero ex uno. Numerus autem sicut dictum est totum cælum.

prima opi.

Hic ponit opinionem Pythagoricorum de principijs, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quid circa rerum principia æstimabant. Secundo ad quod genus causæ principia ab eis posita reducuntur, ibi. Ab his igitur ambobus &c. Ponit autem circa primum tres opiniones. Secūda incipit ibi: Eorundē aūt alij &c. Tertia ibi: Quemadmodum vi. Dicit ergo primo, q huius gratia uenit ad opiniones Pythagoricorum recitandas, ut ostenderet p eorum opiniones, q sunt rerum principia, & quo rerum principia ab eis posita incidunt in cās suprapositas. Vñr. n. Pythagorici ponere numerum esse principium entium sicut numerū, & passiones numeri esse sicut passiones entium, & sicut habitus; ut p passiones intelligamus accidentia cito transeuntia, p habitus accidentia pmanentia. Sicut ponebant q passio alicuius numeri secundum quam dr aliquis numerus par, erat iustitia pp æqualitatem diuisionis, qa talis numerus æqualiter per media diuiditur usq; ad unitatem, sicut octonarius in duos quaternarios, qua ernarius uero in duos binarios, & binarius in duas unitates. Et simili modo alia accidentia rerum assimulabant accidentibus numerorum. Principia uero numerorū dicebant esse par & impar, quæ sunt primæ numerorum differentiæ. Paremq; numerum dicebant esse principium infinitatis, imparem uero principium finitatis, sicut exponit in 3. physi. quia infinitum in rebus p. ipt e v. sequi diuisionem continui. par aūt est numerus aptus diuisioni. Impar. n. sub

Lect. pñ. parte. 4. par. seq. Lect. pñ. part. 3.

Tex. c. 26.

se numerum parem concludit addita unitate, q indiuisionem causat. Probat et hoc, quia numeri impares per ordinem sibi additi p retinent figuram quadrati. Pares aūt figuram uariant. Ternarius. n. unitati quę est principium numerorum additus facit quaternarium, qui primus est quadratus. Nā bis duo quatuor sunt. Rursus quaternario quinarius additus qui est impar sm nouenarium constituit, qui et est quadratus: & sic de alijs. Si uero binarius qui est primus par unitati addatur, triangularem numerum constituit, scilicet ternariū. Cui si addatur quaternarius, qui est secundus par constituit heptangulum numerum, q est septenarius. Et sic deinceps numeri pares sibiinuicem additi, figuram non eandem seruant. Et hac rōne infinitum attribuebant pari, finitum uero impari. Et qa finitum est ex parte formæ, cui competit uis actiua, infinitū uero ex parte materiæ, cui cōpetit uis passiua, iō pares numeros dicebant esse fœminas, impares uero masculos. Ex his uero duobus. s. pari & impari, finito & infinito non solum numerum constituebant, sed et ipsum unum, s. unitatem. Vnitas. n. & par est uirtute & impar. Oēs. n. differentiæ numeri unitati conueniunt in uirtute, qa quæcunq; differentiæ numeri in unitate resoluuntur. Vn in ordine imparium primum inuenit unitas. Et similiter in ordine pariū & quadratorum & perfectorum numerorū, & sic de alijs numeri differentijs: quia unitas licet non sit actu aliquis numerus, est tn ois numerus uirtute. Et sicut unum dicebat componi ex pari & impari, ita numerū ex unitatibus: cęlū uero & oīa sensibilia ex numeris. Et hic erat ordo principiorum quem ponebant.

Horum aut alij decem aiunt, iuxta se coordinata esse principia. finitū, infinitum impar, par: unum, plura: dextrum, sinistrum: masculinum, fœmininum: quiescens, motum: rectum, curuum: lumen, tenebras: bonum, malum: quadratum, longius altero latere.

Eorundem autem alij decem dicunt esse principia secundum coelementationem dicta, finitum & infinitum, par & impar, unum & plura, dextrum & sinistrum, masculinum & fœmininum, quiescens & motum, rectum & curuum, lucem & tenebras, malum & bonum, quadrangulare & longius altera parte.

Hic ponit aliam opinionem Pythagoricorum de principijs dicens, q de numero eorundem Pythagoricorum fuerunt aliq, qui non posuerunt unam tantū cōtrarietatē in principijs, sicut pdicti, sed posuerunt. x. principia sm coelemētationem dicta. i. accipiendo unumquodq; illorum cum suo coelemento. i. cū suo contrario. Et huius positionis rō fuit, quia non solum accipiebant prima principia, sed et proxima principia singulis rerum generibus attributa. Ponebant ergo primo finitum & infinitum, sicut & illi qui prædicti sunt: & cōseqenter par & impar, quibus finitū & infinitum attribuit. Et quia par & impar sunt prima rerū principia, & primo ex eis causant numeri, ponebant tertio differentiam numerorum. s. unum & plura, q duo ex pari & impari causabant. Et quia ex numero constituebantur magnitudines, sm q in numeria positionem accipiebant (nam sm eos punctus nihil aliud erat quàm unitas positionem habens, & linea dualitas positionem hñs) iō consequenter ponebant principia positionū dextrū & sinistrū. Dextrum. n. inuenitur pfectum, sinistrū aūt imperfectum. Et iō dextrum erat ex parte imparis, sinistrum ex parte paris. Quia vero naturalia sup magnitudines mathematicas addunt uirtutem actiuam & passiuam, iō ulterius ponebant principia masculum & fœminam. Masculum enim ad uirtutem actiuam pertinet, fœmineum ad passiuam: quorū masculum pertinet ad imparem, fę-

mineum uero ad parem numerum, ut dictum est. Ex uirtute autem actiua & passiua sequitur in rebus motus & quies: quorum motus quia deformitatem habet & alteritatem, in ordine infiniti & paris ponitur, quies uero in ordine infiniti & imparis. Differentiæ autem motuum primæ sunt circulare & rectum. Et ideo consequenter rectum ad parem numerum pertinet, unde & lineam rectam dualitatem esse dicebant. Curuum uero siue circulare ratione uniformitatis pertinet ad imparem, qui indiuisionem ex forma unitatis retinet. Nec solum ponebant principia rerum quantum ad actiones naturales & motus, sed etiam quantum ad actiones animales. Et quantum quidem ad cognitionem ponebant lucem & tenebras: quantum uero ad appetitum, bonum & malum. Nam lux est cognitionis principium, tenebræ uero ignorantię ascribitur. Bonum etiam est in quod appetitus tendit, malum uero à quo recedit. Diuersitas autem perfectionis & imperfectionis non solum in naturalibus & uoluntarijs uirtutibus & motibus inuenitur, sed & in magnitudine & figuris. Quæ quidem figuræ intelliguntur ut superuenientes substātijs magnitudinum, sicut uirtutes motus & actiones substantijs rerum naturalium. Et ideo quantum ad hoc ponebant principium quadrangulare, idest quadratum, & altera parte longius. Dicitur autem quadratum figura constās ex quatuor lateribus æqualibus, cuius quatuor anguli sunt recti. prouenit talis figura ex ductu alicuius lineę in seipsam. Vnde cum ex ipsa unitate causetur, ad numerum imparem pertinet.





Figura uero altera parte longior dicitur, cuius omnes anguli sunt recti, & latera uicissim sibi opposita sunt æqualia, non tñ omnia latera sunt æqualia oībus.



Vnde patet ꝙ sicut quadratum consurgit ex ductu uniuslineæ in seipsam, ita figura altera parte longior, ex ductu duarum linearum in unam. Et sic pertinet ad numerum parem, qui primus est dualitas.

Alcmeon

Quemadmodum etiam Alcmeo Crotoniates putasse uidetur. & aut iste ab illis aut illi ab isto hanc mutuati sunt opinionem. fuit etenim ætate Alcmeo Pythagoræ iam senioris. Asserunt autem istis similiter. In duo nanque plerunque humanas res ait distingui, contrarietates dicens. non tamen (vt illi) distinctas, sed quascunque. ut puta album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum: paruum, magnum. is itaque indistinctum de reliquis effudit sermonem. Pythagorici vero quot etiam, & quæ sunt contrarietates, asseruerunt.

Quemadmodum videtur Alcmæon Crotoniates suscipere, & aut hic ab illis, aut illi ab hoc hunc sermonem acceperunt. Etenim fuit ætate Alcmeon sene existente Pythagora. Is uero consimiliter enuntiauit. Nam ait esse duo, multas humanorum dicens contrarietates, non sicut hi determinatas, sed quascunq; fortuna contingentes: ut album nigrum, dulce amarum, bonum malum, paruum magnum. Hic quidem indeterminate proiecit de cæteris. Pythagorici vero & quot & quæ contrarietates enunciauerunt. parte 2.

Hic ponit tertiam opinionem Pythagoricorū dicens, ꝙ Alcmeon Crotoniates, sic dictus à ciuitate vñ oriundus fuit, vř suscipere quantum ad aliquid idem quod pdicti Pythagorici dixerunt. s. ꝙ plura contraria sint principia. Aut. n. accepit à Pythagoricis, aut illi ab isto. Et ꝙ utrunq; esse potuerit, patet per hoc ꝙ fuit contemporaneus Pythagoricorum: ita tñ ꝙ incæpit philosophari Pythagora sene existente. Sed qualitercunque fuerit multum similiter enunciauit Pythagoricis. Dixit enim multa quæ (sunt humanorū) idest multa rerum sensibilium esse in quadam dualitate cōstituta, intelligens per dualitatem opposita contrarie. Sed tñ in hoc differt à pdictis, quia Pythagorici dicebant determinatas contrarietates esse rerum principia. Sed ille proiecit quasi inordinate ponens quascūque contrarietates, quæ à fortuna ad mentem suam deueniebant, esse rerum principia: sicut album nigrū, dulce amarum, & sic de alijs. Alcmeonis opinio.

Ex ambobus igitur his tantum accipere est, quod contraria principia entium sunt. Quot autem, & quæ illa sint, ex cæteris solum. uerum quomodo illa ad dictas causas applicentur, clare quidem ab eis non est determinatū: uidentur tamen, ut in materiæ specie ponere elemēta. ex his. n. tanquam intrinsecis constare, ac fingi substantiam aiunt. Veterum itaque ac plura elementa naturæ dicentium, mentem ex his satis speculari licet.

Ab his igitur ambobus tantum est accipere, quia contraria sunt existentiū principia: quot uero ab alijs, & q̄ hęc sint. Qualiter aūt ad dictas cās conducere contingit plura, plane quidē non est de articulatū ab illis. Videtur aūt ut in materię specie elementa ordinare. Ex his. n. ut ex his, quæ insunt, constitui & plasmari dicunt substantiam. Antiquorum quidem igitur elementa naturę plura dicentium, ex his sufficiens est intellectui speculari. part. 2.

Hic colligit ex pdictis quid Pythagorici de principijs senserunt, & quomodo principia ab eis posita ad aliquod genus cāæ reducantur. Dicit ergo ꝙ ex ambobus pdictis. s. Alcmeone & Pythagoricis una communis opinio accipi potest. s. ꝙ principia entiū sunt contraria, quod non est ab alijs dictum. Quod intelligēdum est circa causam materialem. Nam circa cām efficientem posuit Empedo. contrarietatem. Antiqui verò naturales, contraria posuerunt principia, ut rarum & densum: contrarietatem tñ ex parte formæ assignantes. Emped. uero etsi principia materialia posuerit quatuor elementa, non tñ posuit ea principia prima materialia ratione contrarietatis, sed propter eorum naturas & substantiam: isti uerò contrarietatem ex parte materiæ posuerunt. Quę etiam sint ista contraria quæ isti posuerunt, patet ex dictis. Sed quomodo prædicta principia contraria ab eis posita possunt (conduci) idest reduci ad prædictas species causarū, nō est manifeste (articulatum). i. distincte expressum ab eis. Tamē vř ꝙ huiusmodi principia ordinentur

tur ſm ſpeciem cauſæ materialis. Dicunt.n.ꝙ ſubſtantia rerũ conſtituitur & plaſmatur ab iſtis principijs, ſicut ex his quæ inſunt: quod eſt rõ cauſæ materialis. Materia.n.eſt ex qua fit aliquid cum inſit. Quod quidem dr̃ ad differentiam priuationis, ex qua etiã dr̃ aliquid fieri, non tñ ineſt, ſicut dr̃ muſicũ fieri ex non muſico.

(Materia quid.)

LECTIO IX.

Parmenidis & Meliſſi de cauſis ſententias exponit, quę item tum à Pithagoricis, tum ab alijs naturalibus de cauſa materiali & efficiente dicta ſunt, colligit.

SVnt autem qui de vniuerſo, tanquam ſi vna natura eſſet, ita aſſeruerunt. non tamen modo eodem omnes. neque eius, quod bene, neque eius, quod ſecundum naturam eſt.

(Par. prima.)

Sunt autem aliqui, qui de omni quaſi exiſtente vna natura enuntiauerunt, modo vero non eodem omnes, neque ipſius bene, neque ipſius ſecundum naturam.

(Lect. pñ. parte 3. part. ſeq.)

Hic ponit opiniones philoſophorũ de toto vniuerſo, ſicut de vno ente, & circa hoc duo facit. Primo ponit eorũ opiniones in cõi. Scd̃o oſtendit qũo conſideratio huius opinionis ad pręſentẽ tractatũ pertineat, & qũo non, ibi. {Igitur ad præſentẽ &c.} Dicit ergo ꝙ aliqui alij philoſophi à prædictis fuerũt, qui enuntiauerunt {de omni} .i. de vniuerſo quaſi de vna natura .i. quaſi totũ vniuerſum eſſet vnũ ens vel vna natura. Qđ tñ nõ eodẽ modo oẽs poſuerunt, ſicut infra patebit. ipſo tñ modo, quo diuerſificati ſunt nec bene dixerunt, nec naturaliter. Nullus.n.eorum naturaliter locutus eſt, quia motum rebus ſubtrahunt. Nullus ẽt bene locutus eſt, quia poſitionem impoſsibilem poſuerũt, & per rõnes ſophiſticas: ſicut patet Primo Phyſicorum.

(In hac eadem lect.) (Text. cõ. 10. 25. 23.)

In præſenti itaque cauſarum conſideratione, nullo modo conuenit ſermo de eis. Non enim, vt quidam Phyſicorum, vnum ſupponentes ipſum ens, nihilominus ex vno tanquam ex materia generant; ſed alio modo hi dicunt. illi enim, cum generent vniuerſum, addunt tamẽ motum. hi vero immobile eſſe aiunt.

(Part. 2.)

Igitur ad præſentem cauſarum perſcrutationem nullatenus congruit de ipſis ſermo. Non enim vt philoſophorum quidam, qui vnum poſuerunt ipſum ens, tamen generant ex materia quaſi ex vno. Sed alio dicunt hi modo. Illi nanque motum apponunt ipſum omne generantes, hi vero immobile dicunt eſſe.

(Part. 3. Pai. ſeq.)

Hic oſtendit quomodo conſideratio huius poſitionis ad præſentem tractatum pertinet, & qũo non.

Et primo oſtendit ꝙ non pertinet ſi conſideretur eorum poſitio. Secundo oſtendit ꝙ pertinet ſi conſideretur poſitionis rõ, vel poſitionis modus, ibi. {Sed quidem ſm cauſam &c.} Dicit ergo, ꝙ quia iſti philoſophi poſuerunt tñ vnum ens, & vnum non poteſt ſuiipſius eſſe cauſa, patet, ꝙ ipſi non potuerunt inuenire cauſas. Nam poſitio .i. pluralitas cauſarum diuerſitatem in rebus exigit. Vnde quantum ad præſentem perſcrutationem quæ eſt de cauſis, nõ congruit vt ſermo de eis habeatur. Secus aũt eſt de antiquis naturalibus; qui tñ ens poſuerunt eſſe vnum, de quibus debet hic ſermo haberi. Illi.n.ex illo vno generãt multa, ſicut ex materia. & ſic ponunt cauſam & cauſatum. Sed iſti de quibus nunc agitur, alio modo dicunt. Non.n.dicunt ꝙ ſint omnia vnum ſm materiam, ita ꝙ ex vno omnia generentur, ſed dicunt ꝙ ſimpliciter ſunt vnum. Et ratio huius diuerſitatis eſt, ꝙ antiqui naturales apponebant motum illis, qui ponebant vnum principiũ & vnum ens, dicentes ipſum eſſe mobile. Et ideo per aliquem modum motus, ſicut per rarefactionem & condenſationem poterant ex illo vno diuerſa generari. Et per hunc modum dicebant generari totum vniuerſum ſm diuerſitatem, quæ in partibus eius inuenitur. Et tñ quia non ponebant variationem ſecundum ſubſtantiam, niſi ſecundum accidentia, vt ſupra dictũ eſt, ideo relinquebatur ꝙ totum vniuerſum eſſet vnũ ſecundum ſubſtantiam, diuerſificatum tamen ſecundum accidentia. Sed iſti dicebant illud quod ponebãt eſſe vnum penitus immobile. Et ideo ex illo vno non poterat aliqua diuerſitas rerum cauſari. Et propter hoc nec ſecundum ſubſtantiam nec ſecundum accidentia pluralitatem in rebus ponere poterant.

(Lect. 4.)

Attamen aliquatenus præſenti perſcrutationi proprium eſt. Parmenides etenim vnum ſecundum rationẽ attigiſſe videtur: Meliſſus vero ſecundũ materiam. Quare & id ille quidem finitum, hic vero infinitum ait eſſe. Xenophanes autem, quanquam prior iſtis, vnum poſuerat (nam Parmenides eius auditor fuiſſe dicitur) nihil tamen clarum dixit, & neutrius horum naturam attigiſſe videtur, ſed ad totum cælum reſpiciens, ipſum vnum ait eſſe Deum.

(Part. 3.)

Sed quidem ſecundum tantum præſenti proprium eſt inquiſitioni. Parmenides enim videtur vnum ſecundum rationem tangere. Meliſſus vero ipſum ſecundum materiam. Quare & hic quidem finitum, ille vero infinitum id eſſe ait. Xenophanes vero primus horum vnum dixit. Parmenides enim qui huius dicitur fuiſſe diſcipulus, nihil explanauit. Neque de natura horum neuter viſus eſt tangere, ſed ad totum cælum reſpiciens, ipſum vnum dicit eſſe Deum.

Hic oſtendit qũo eorum opinio pertineat ad præſentem perſcrutationẽ. Et primo generaliter de omnibus. Scd̃o ſpecialiter de Parmenide, ibi: {Igitur hi.} Dicit ergo primo, ꝙ licet diuerſitatem rebus auferrent, & per conſequens cauſalitatem, tñ eorũ opinio eſt propria præſenti inquiſitioni ſm tñ quantum dicetur, quantum .ſ. ad modum ponendi, & quantum ad rationem poſitionis. Parmenides.n.qui fuit vnus ex eis, vr̃ tangere vnitatem {ſm rõnem} .i. ex parte formæ. Argumentatur enim ſic. Quicquid eſt præter ens, eſt non ens: & quicquid eſt nõ ens, eſt nihil: ergo quicquid eſt præter ens eſt nihil. Sed ens eſt vnum. Ergo quicquid eſt præter vnum, eſt nihil. In quo patet ꝙ cõſiderabat ipſam rõnem eſſendi quæ vr̃ eſſe vna, quia non poteſt intelligi ꝙ ad rationem entis aliquid ſuperueniat per quod diuerſificetur: quia illud quod ſuperuenit enti, oportet eſſe extraneum ab ente. Quod autem eſt huiuſmodi, eſt nihil. Vnde non videtur ꝙ poſsit diuerſificare ens. Sicut etiam videmus ꝙ differẽtiæ aduenientes generi diuerſificant ipſum, quæ tñ ſunt præter ſubſtantiã eius. Non enim participant differentiæ genus, vt dicitur .4. Topi. Aliter genus eſſet de ſubſtantia differentiæ & in diffinitionibus eſſet nugatio, ſi poſito genere, adderetur differentia, ſi de eius ſubſtantia eſſet genus, ſicut eſſet nugatio ſi ſpecies adderetur. In nullo etiam differentia à ſpecie differret. Ea vero, quæ ſunt præter ſubſtantiam entis, oportet eſſe non ens, & ita non poſſunt diuerſificare ens. Sed in hoc decipiebantur, quia vtebantur ente quaſi vna ratione & vna natura ſicut eſt natura alicuius generis. hoc enim eſt impoſsibile. Ens enim non eſt genus, ſed multipliciter dicitur de diuerſis. Et ideo in primo Phyſi. dicitur ꝙ hæc eſt falſa, ens eſt vnum: non enim habet vnam naturam ſicut vnum genus vel vna ſpecies. Sed Meliſſus conſiderabat ens ex parte materiæ. Argumentabatur enim vnitatem entis, ex eo ꝙ ens non generatur ex aliquo priori, quod proprie pertinet ad materiam quæ eſt ingenita. Arguebat enim ſic: Quod eſt generatum, habet principium: ergo quod non eſt generatum, non habet principium. Ens non eſt generatum, ergo non habet principium. Quod autem caret principio, & fine caret, ergo eſt infinitum. Et ſi eſt infinitum eſt immobile: quia infinitum non habet extra ſe

(Parmenidis argu.) (Cap. 3.) (Ens non dicit vnã naturam, licet vnã rationem dicat.) (Lect. 3. Tex. cõ. 17.) (Meliſſi argumentatio.)

quo moueatur. Quod autem ens non generetur, probat sic. Quia si generatur, aut generatur ex ente, aut ex non ente, quia nō ens est nihil, & ex nihilo nihil fit. Nec ex ente, quia sic aliquid esset antequam fieret, ergo nullo modo generatur. In qua quidem ratione patet ꝙ tetigit ens ex parte materiæ, quia non generari ex aliquo prius existente materiæ est. Et quia finitum pertinet ad formam, infinitum verò ad materiam, Melissus qui cōsiderabat ens ex parte materiæ, dixit eē vnum ens infinitum. Parmenides verò qui considerabat ens ex parte formæ, dixit ens esse finitū. Sic igitur inquantū consideratur ens ratione materiæ & formæ, tractare de his pertinet ad præsentem considerationem, quia materia & forma in numero causarum ponuntur. Xenophanes vero qui fuit primus inter dicentes omnia esse vnum, vnde etiam Parmenides fuit eius discipulus, non explanauit qua ratione diceret omnia esse vnum, nec sumendo rationem aliquam ex parte materiæ, nec ex parte formę. Et sic de neutra natura, .s. neq; de materia neq; de forma visus est {tangere hos} id est pertingere & adæquare eos irrationalitate dicendi, sed respiciens ad totum cœlum dixit esse ipsum vnum Deum. Antiqui enim dicebant ipsum mundū esse deum. Vnde videns omnes partes mundi in hoc esse similes, quia corporeæ sunt, iudicauit de eis quasi omnia essent vnum. Et sicut prædicti posuerunt vnitatem entium per considerationem eorum quæ pertinent ad formam vel ad materiam, ita iste respiciens ad ipsum compositum.

Xenophanis phantasia.

Mercurius in asclepio. Cap. 2.

Hi igitur, vt diximus, de præsenti quæstione omittendi. duo quidem, & penitus tanquam paululum aggressiores, Xenophanes, atque Melissus. Parmenides vero magis inspiciēs, dicere, quo modo videtur. quod enim est præter ipsum ens ipsum non ens nihil indicans esse. necessario vnum putat ipsum ens esse, & nihil aliud. de quo clarius in de Naturalibus diximus. Coactus vero illa, quæ apparent, sequi, & vnum ratione, plura verò secundum sensum putans esse, duas causas rursum, ac duo principia ponit, calidum & frigidum, velut ignem & terram dicens. Horum autem alterum, calidum scilicet cum ente, alterum vero cum non ente collocat.

Part. 4.

Igitur ij (sicut diximus) prætermittēdi sūt ad præsentem inquisitionem. Duo quidem, & penitus, tanquam existentes parum agrestiores, Xenophanes & Melissus. Parmenides autem magis videns visus est dicere. Præter enim ens, non ens, nihil dignatur esse, vnde ex necessitate opinatur vnum esse ens, & aliud nihil: de quo in physicis manifestius diximus. Coactus vero apparentia sequi, & quid vnum quidem secundum rationem, plura vero secundum sensum opinatus esse, duas causas & duo principia rursus ponit: calidum & frigidum, vt ignē & terram dicens. Horum autem quod quidem est secundū ens, calidum ordinat, alterum vero secundum, non ens.

Hic specialiter intendit dicere quō opinio Parmenidis ad perscrutationē præsentē pertineat, concludēs ex pdictis, ꝙ quia diuersitatē ab entibus auferebāt, & per cōsequēs casualitatē, quantū ad præsentē quæstionē pertinet, oēs prætermittendi sunt. Sed duo eorū, .s. Xenophanes & Melissus sunt penitus prætermittendi, quia aliquantulū fuerunt {agrestiores} .i. minus subtiliter procedentes. Sed Parmenides visus est dicere suā opinionē {magis videns} .i. quasi plus intelligens. Vtitur enim tali ratione. Quicquid est præter ens, est non ens: quicquid est non ens {dignatur esse nihil} .i. dignū reputat esse nihil. Vñ ex necessitate putat sequi ꝙ ens sit vnū, & quicquid est aliud ab ente, sit nihil. De qua quidem ratione manifestius dictum est Primo Physi. Licet aūt Parmenides ista rōne cogatur ad ponendū omnia esse vnū. tñ quia sensui apparebat multitudinē esse in rebus, coactus sequi ea quæ apparent, voluit in sua positione vtriq; satisfacere, & apparentiæ sensus & rationi. Vnde dixit ꝙ omnia sunt vnum ſm rationē, sed sunt plura ſm sensum. Et inquantum ponebat pluralitatem ſm sensum, potuit in rebus ponere causam & causatum. Vnde posuit duas causas, .s. calidum & frigidum: quorum vnum attribuebat igni, aliud terræ. Et vnū videbatur pertinere ad causam efficientem, .s. calidum & ignis, aliud ad causam materialem, .s. frigidum & terra. Et ne eius positio suæ rationi videretur esse opposita, qua concludebat ꝙ quicquid est præter vnum, est nihil: dicebat ꝙ vnum prædictorum, .s. calidum, erat ens: alterum vero quod est præter illud vnū ens, scilicet frigidum, dicebat esse non ens secundum rationem & rei veritatem, sed esse ens solum secundū apparentiam sensus. In hoc autem aliquo modo ad veritatem appropinquat. Nam principium materiale non est ens in actu cui attribuebat terram, similiter etiam alterum cōtrariorum est vt priuatio, vt dicitur Primo Physicorum. Priuatio autem ad rationem nō entis pertinet. Vnde & frigidum quodammodo est priuatio calidi, & sic est non ens.

Prefert Parmenidem alijs duobus.

Tex. cō. 25.

Tex. cō. 59

Ex dictis itaque, ac ab illis, qui rationi incubuerunt sapientibus, ista accepimus. A primis quidem & corporeum principium. aqua nanque & ignis, & similia corpora sunt. & horum, à quibusdam vnum, à quibusdā plura corporea principia. vtrisque tamen ista, vt in materiæ specie ponentibus. A cæteris vero & hanc causam, & cum ista ē vnde motus statuentibus. & hanc, à quibusdam vnam, à quibusdam duas. Vsque ad Italicos igitur & absq; illis, mediocrius cæteri de eis dixerunt. nisi quòd, vt diximus, duabus causis vsi sunt. & harum, alteram vnde motus quidam vnam, quidam duas faciunt.

Tex. primus.

Tex. 2. Nota.

Igitur ex dictis & à sapientibus iam rationi consentientibus ea accepimus. A primis quidem igitur principium esse corporeum. Aqua nanque & ignis & consimilia corpora sunt, & ab his quidem vnum, ab illis verò plura principia corporea. Vtriusque tamen ea vt in materiæ specie ponentibus, & à quibusdam cum hac illam vnde motus. Et hanc ab his quidem vnam, ab alijs vero duas. Igitur vsque ad Italicos & absque illis mediocrius dixerunt alij de ipsis. Attamen (vt diximus) duabus sunt causis vsi, & harum alteram, hi quidem vnam, alij vero duas faciunt illam, vnde motus.

Lect. 12. Tex. c. 1. part. 5.

Tex. c. 2.

Hic recolligit ea, quæ dicta sunt de opinionibus antiquorum, & circa hoc duo facit. Primo recolligit ea, quæ dicta sunt de opinionibus antiquorum naturalium, Secundo quæ dicta sunt de opinionibus Pythagoricorum qui mathematicam introduxerūt, ibi: {Pythagorici &c.} Concludit ergo primo ex dictis ꝙ ex his prædictis, qui idem cōsiderabant, .s. esse causam materialem rerum substantiā, & qui iam incipiebant per rationem sapere causas rerum inquirendo ipsas, accepimus eas q̄ dictæ sunt. A primis nanque philosophis acceptum est quod principium omnium rerum est corporeum. Quod patet per hoc, ꝙ aqua & huiusmodi q̄ principia rerum ponebant, quædam corpora sunt. In hoc autem differebant, ꝙ quidam ponebant illud principium corporeum esse vnum tantum, sicut Thales, Diogenes, & similes. Quidam verò ponebant esse plura sicut Anaxag. Democrit. & Empedo. Vtriq; tamen tam isti qui ponebant vnū, q̄ illi qui ponebant plura esse, huiusmodi corporea principia ponebant in specie causæ materialis. Quidam vero eorum non solum causam materialem posuerunt, sed cum ea addiderunt causam vnde principium motus, quidam eam vnam ponentes sicut Anaxa. intellectum, & Parmenides amorem, quidam vero duas sicut Empedocles amorem & odiū. Vnde patet quòd prædicti philosophi

Recolligit dicta de opinionib. antiquorum. Part. hac. Part. seq.

losophi qui fuerunt vsque,ad Italicos, scilicet Pythagoram.§& absque illis§idest separatam opinionẽ habentes de rebus non communicado opinionibus Pythagoricũ,obscurius dixerunt de principijs quia non assignabant ad quod genus causæ huiusmodi principia reducerentur:&tamen vtebantur duabus causis, scilicet principio motus & materia,& alteram istarũ, scilicet ipsam vnde principium motus, quidam fecerunt vnam,vt dictum est,quidam duas.

Text 3.

Pythagorici vero, duo quidem eodem modo dixerũt principia. Tantum autem addiderunt, quod & propriũ eorum est,quòd finitum,& infinitum & vnum non putarunt vllas alias esse naturas, vtputa ignem, aut terram, aut aliud simile,sed ipsum infinitum, & ipsum vnũ substantiam harum esse, de quibus prædicantur, quare & numerum,substantiam omnium esse. Text.4. *In hunc itaque modum & de his asseruerunt.& de ipso quid est inceperũt quidem dicere, & definire, sed valde simpliciter tractarunt.definiebant nanque perfunctorie. & cui primo dicta definitio inesset,hoc esse substantiam rei putarunt: perinde ac siquis putaret idem esse duplum, & dualitatem,quoniam primum dualitati duplum inest. sed nõ est idem fortassis duplo & dualitati esse,quod si non:ipsum vnum erit multa,quod illis quoque accidebat. A prioribus igitur, & cæteris tot licet accipere.*

Tex.com.3 Parte.6.

Phythagorici vero duo quidem principia dixerunt secundum eundem modum, tantum autem addiderunt, quod & proprium est eorum, quia finitum & infinitum & vnum,& non alias aliquas putauerunt esse naturas, vt ignem aut terram,aut aliud aliquid tale:sed infinitũ ipsum & vnũ ipsum horũ esse substantiã,de quibus prædicantur. Quapropter & numerũ esse substantiam omnium. Tex.com.4. *De his igitur secundum hunc enunciauerum modum,& de ipso quid est,dicere & diffinire cęperunt. Valde autem simpliciter tractauerũt. Superficialiter enim diffinierunt,& cui primo inerat dictus terminus,hoc esse substantiam rei putauerunt. Vt si quis existimet ratione idem esse duplũ ac dualitatẽ, eo quod primo inest duobus duplum. Sed forsitan duplo & dualitati non idẽ est esse. Si aũt non,multa ipsum vnum erit,quod & illis accidit. De prioribus quidẽ igiẽ & alijs tot est accipere.*

In quibus cõueniebãt & differebant Pythagorici ab alijs.

Hic recolligit quę dicta sunt à Pythagoricis,& quãtum ad id quod erat commune cum prædictis,& quantũ ad id quod erat eis proprium. Commune tamen fuit aliquibus prædictorũ & Pythagoricorũ,ꝙ ponerent duo principia aliqualiter eodem modo cum prædictis. Sicut enim Empedocles ponebat duo principia contraria, quorum vnum erat principium bonorũ, & aliud principium malorũ,ita & pythagorici:vt patet ex coordinatione principiorum contrariorũ supposita à pythagoricis.In hoc tamen non eodem modo,quia Empedocles illa principia contraria ponebat in specie causæ materialis,vt supra dictum est. Pythagorici autem addiderunt quod erat eis proprium supra opinionem aliorum,primo quidẽ quia dicebant ꝙ hoc quod dico vnum finitum & infinitum nõ erãt accidentia aliquibus alijs naturis,sicut igni aut terræ, aut alicui huiusmodi.Sed hoc quod dico vnum finitũ & infinitum, erant substantiæ eorundum, de quibus prædicabantur.Et ex hoc concludebant ꝙ numerus, qui ex vnitatibus constitur, sit substantia rerum omnium.Alij vero naturales,licet ponerent vnum & finitum,seu infinitum,tamen attribuebant ista alicui alteri naturæ, sicut accidentia attribuuntur subiecto, vt igni,vel aquæ,vel alicui huiusmodi.Secundo addiderunt super alios philosophos,quia inceperunt dicere & diffinire de§ ipso quid est§, s. substantia & rerum quiditate. Sed tamen valde simpliciter de hoc tractauerunt,superficialiter diffinientes.Non enim attendebant in assignandis diffinionibus nisi vnum tantum. Dicebant enim ꝙ si aliquis terminus dictus inesset alicui primo, quod erat substantia illius rei, sicut si aliquis æstimet ꝙ proportio dupla sit substantia dualitatis: quia talis proportio primo in numero binario inuenit. Et quia ens primo inueniebatur in vno quã in multis,nam multa ex vno constituuntur,ideo dicebant ꝙ ens est ipsa substantia vnius. Sed hæc eorum determinatio non erat conueniens, quia licet dualitas sit dupla,non tamen idem est esse dualitatis & dupli,ita ꝙ sint idem ſm rõnem,sicut diffinitio & diffinitum.Si autem etiam esset verum quod illi dicebãt, sequeretur ꝙ multa essent vnum.Contingit enim aliqua multa primo inesse alicui vni,sicut dualitati primo inest paritas & proportio dupla.Et sic sequitur ꝙ par & duplum sint,idem,similiter quod quicunq; inest duplum sit idem dualitati,ex quo duplum est dualitatis substantia.Quod quidem etiam & pythagoricis contingebat. Nam multa & diuersa assignabant quasi vnum essent,sicut proprietates numerales dicebant idem esse cum proprietatibus naturalium rerũ. Sic igitur concludit ꝙ tot est accipere à prioribus philosophis, qui posuerunt tantum vnum principium materiale: & ab alijs posterioribus qui posuerunt plura principia.

LECTIO X.

Platonicorum opiniones de Ideis ab antiquis processisse ostendit, quid item de rerum principijs causis rerũ fuerit opinatu exponit & ipsos refellit.

Lect.5.

POst dictas vero philosophias disciplina Platonis superuenit,in plurisque quidem istos secuta, quædam autem etiam propria, vltra Italicorum habens philosophiam. Cum Cratilo nanque ex recenti conuersatus, & Heracliti opinionibus assuetus, tanquam omnibus sensibilibus semper defluentibus, & de eis non existente scientia,hæc quidem etiam postea ita arbitratus est. Cum vero Socrates de moralibus quidem tractaret,de tota vero natura nihil. In his tamen vniuersale quæreret,& primus mentem ad definitiones applicaret, illum ob hoc laudans, putauit de alijs & non de aliquo sensibilium hoc fieri. impossibile enim diffinitionẽ communem cuiusquam sensibilium esse,quæ semper mutantur.& sic talia entium ideas appellauit.sensilia vero præter hæc,& secundum hæc,omnia dici. secundum participationem nanque,hæc multa vniuocorum,esse speciebus æquiuoca.participationem vero secundum nomẽ solum mutauit, Pythagorici etenim imitatione numero cum aiunt entia esse:Plato vero nomen mutando,participatione. participationem vero, aut imitationem formarum,quænam sit,communiter quærere omiserunt.

Socra.circa moralia negociat' est, & circa naturalia nihil.

Tex.6.

Post dictas vero philosophias, Platonis superuenit negotium,in multis quidem hos sequens, aliam vero & propriam præter Italicorum philosophiam habens. Nã ex nouo conueniens Cratyli & Heracliti opinionibus, quasi sensibilibus omnibus semper defluentibus,& sciã de his non existente,hoc quidem & posterius ita suscepit. Socrate vero circa moralia negociante, & de tota natura nihil,in his tamẽ vniuersale quærẽte, & de diffinitionibus intellectum firmante, illum recipiẽs propter huiusmodi susceperat,quasi de alijs hoc eueniens, & nõ de sensibilium aliquo. Impossibile nanque est communẽ rationem esse alicuius sensibilium semper transmutantium. Sic itaque talia quidem existentium ideas & species appellauit, sensibilia vero propter hoc & secundũ

Parte.

Text. co.5.

Tex. cõ. 6.

hoc dici

hoc dici omnia. Nam secūdum participationem esse mul ta vniuocorum speciebus, participationem vero secundum nomen transmutauit. Pythagorici quidem existen tia dicunt esse numerorum imitatione. Plato vero par ticipatione, nomen transmutans. Participationem tamē aut imitationem, quæ sit vtique specierum, dimiserunt in communi quærere.

Lect. prin. Cap. 2.

Positis opinionibus antiquorum de causa materia li & efficiente, hic tertio ponit opi. Platonis, qui primo manifeste induxit causam formalem. Et diuiditur in partes duas. Primo enim ponit opinionem Platonis. Secundo colligit ex omnibus prædictis quid de quatuor generibus causarum ab alijs philosophis sit positum. ibi: Breuiter & recapitulariter &c. Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis de rerum substantijs. Secundo de rerum principijs. ibi: Quoniam autem species &c. Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis quantum ad hoc q̄ posuit ideas. Secundo quātum ad hoc q̄ posuit substantias medias, scilicet mathematica separata. ibi: Amplius autem præter sensibilia. Dicit ergo primo, q̄ post omnes prædictos philosophos superuenit negocium Platonis, qui immediate Aristo. præcessit. Nam Arist. eius discipulus fuisse perhibetur. Plato siquidem in multis secutus est prædictos philosophos naturales, scilicet Empedoclem, Anax & alios huiusmodi, sed alia quædam habuit propria præter illos prædictos philosophos, propter philosophiam Italicorū Pythagoricorum. Nam ipse vt studiosus erat ad veritatis inquisitionem, vbiq; terrarum philosophos quæsiuit, vt eorum dogmata sciret. Vnde in Italiam Tarentum venit, & ab Archita Tarentino Pythagoræ discipulo de opinionibus Pythagoricis est instructus. Cum enim naturales philosophos, qui in Græcia fuerūt, sequi videret, & intra eos aliqui posteriores ponerent omnia sensibilia semper esse in fluxu, & quòd scientia de eis esse non potest, quod posuerunt Heraclitus, & Cratylus, huiusmodi positionibus tanquā nouis Plato consuetus, & cum eis conueniens in hac positione ipse posterius ita esse suscepit. unde dixit particularium sensibilium scientiam esse relinquendā. Socrates etiam, qui fuit magister Platonis, & discipulus Archelai, qui fuit auditor Anax. propter hanc opinionem, quæ suo tempore surrexerat, quòd non pōt esse de sensibilibus scientia, noluit aliquid de rerum naturis perscrutari, sed solum circa moralia negociatus est. Et ipse prius incæpit in moralibus quærere quid esset vniuersale, & insistere ad diffiniendum. Vnde & Plato tanquam eius auditor recipiens Socratē idest sequens, suscepit hoc ad inquirendum in rebus naturalibus, quasi in eis hoc posset euenire, vt vniuersale in eis acciperetur de quo diffinitio traderet, ita q̄ diffinitio non daretur de aliquo sensibilium, quia cum sensibilia sint semper transmutantiū idest transmutata, non potest alicuius eorum communis ratio assignari. Nam omnis ratio oportet q̄ & omni & sēm per cōueniat, & ita aliquam immutabilitatem requirit. Et ideo huiusmodi entia vniuersalia, quæ sunt à rebus sensibilibus separata, de quibus diffinitiones assignantur, nominauit ideas & species existentium sensibilium. Ideas quidem idest formas, inquantum ad earum similitudinem sensibilia constituebantur, species vero inquantum per earum participationem esse substantiale habebant. Vel ideas inquantū erant principium essendi, species vero inquantum erant principium cognoscendi. Vnde & sensibilia omnia habent esse propter prædictas & secundum eas. Propter eas quidem inquantum ideæ sunt sensibilibus causæ essendi. Secundum eas vero inquantum sunt eorum exemplaria. Et q̄ hoc sit verum patet ex eo, q̄ singulis speciebus attribuuntur multa indiuidua vniuocorum, idest multa indiuidua vniuocæ speciei prædicationē suscipientia, & hoc secundum participationem. nam species, vel idea est ipsa natura speciei, qua est existens homo per essentiam. Indiuiduū autem est homo per participationem, inquātum natura speciei in hac materia designata participatum. Quod enim totaliter est aliquid, non participat illud, sed est per essentiam idē illi. Qd vero nō totaliter est aliquid aliud hās aliqd adiūctū, proprie participare dicit. Sicut si calor eēt calor per se existens, nō diceretur participare calorem, quia nihil esset in eo nisi calor. Ignis vero quia est aliquid aliud quam calor, dicitur participare calorem. Similiter autē cum idea hominis separata nihil aliud habeat nisi ipsam naturam speciei, est essentialiter homo. Et propterea ab eo vocabatur per se homo. Socrates vero vel Plato, quia habet præter naturam speciei principium indiuiduās quod est materia signata, ideo dicitur secūdum Platonem participare speciem. Hoc autem nomen participationis Plato accepit à Pythagora. Sed tamen transmutauit ipsum. Pythagorici. n. dicebant numeros esse causas rerum sicut Platonici ideas, & dicebant q̄ huiusmodi existentia sensibilia erant quasi quædam imitationes numerorum. Inquātum enim numeri qui de se positionem non habent, accipiebant positionem, corpora causabant. Sed quia Plato ideas posuit immutabiles ad hoc q̄ de eis possent esse scientiæ & diffinitiones, non conueniebat ei in ideis vti nomine imitationis. Sed loco eius vsus est nomine participationis. Sed tamen est sciendum, q̄ Pythagorici, licet ponerent participationem, aut imitationem, nō tamen perscrutati sunt qualiter species communis participetur ab indiuiduis sensibilibus, siue ab eis imitetur, quod Platonici tradiderunt.

Infra parte. 3. Parte. seq.

Lect. 2.

Op. Platonis de rerū substantijs.

Participare seu dici aliquid de alio per participationē quid.

Item præter sensibilia, & formas mathematicas res ait medias esse, à sensibilibus quidē differentes, eò quòd perpetuæ & immobiles sunt: à formis vero, eò quòd illæ quidem multa quædam similes sunt, forma vero ipsa quæque vna sola.

Parte. 2.

Amplius autem præter sensibilia & species, mathematica rerū intermedia dicit esse. Et differentia a sensibilibus quidē: quia sempiterna sunt & immobilia. A speciebus autem eo quòd hæc quidem multa similia sunt, species autem ipsum vnum vnaquæque solum.

Hic ponit opinionem Pla. de mathematicis substātijs, & dicit quòd Plato posuit alias substantias præter species & præter sensibilia, idest mathematica, & dixit quòd huiusmodi entia erant media trīū substantiarum, ita q̄ erāt supra sensibilia & infra species, & ab vtrisque differebant. A sensibilibus quidē, quia sensibilia sunt corruptibilia & mobilia, mathematica vero sempiterna & immobilia. Et hoc accipiebant ex ipsa ratione scientiæ mathematicæ. nam mathematicā scientia à motu abstrahit. Differunt vero mathematica à speciebus, quia in mathematicis inueniuntur differentia secundum numerum, similia secundū speciem: aliàs non saluarentur demonstrationes mathematicæ scientiæ. Nisi enim essent duo trianguli eiusdem speciei, frustra demonstraret geometra aliquos triangulos esse similes, & similiter in alijs figuris. Hoc autem in speciebus nō accidit. Nam cum in specie separata nihil aliud sit nisi natura speciei, non potest esse singularis species nisi vna. Licet enim alia sit species hominis, alia asini, tamen species hominis nō est nisi vna, nec species asini, & similiter de alijs. Patet autem diligenter intuēti rationes Platonis, q̄ ex hoc in sua positione errauit, quia credidit, quòd modus rei intellectæ in suo esse sit sicut modus intelligendi rem ipsam. Et ideo quia inuenit intellectum nostrū dupliciter abstracta intelligere, vno modo sicut vniuersalia

Cā erroris Platonis.

uersalia intelligimus abstracta à singularibus, alio modo sicut mathematica abstracta à sensibilibus; vtriq; abstractioni intellectus posuit respondere abstractionem in essentijs rerum; vnde posuit & mathematica esse separata & species. hoc autem nõ est necessarium. Nam intellectus & si intelligat res per hoc, q similis est eis quantum ad speciem intelligibilem, per quam fit in actu, non tamen oportet q modo illo sit species illa in intellectu quo in re intellecta. nam omne quod est in aliquo, est per modũ eius, in quo est. Et ideo ex natura intellectus, quæ est alia à natura rei intellectæ, necessarium est quòd alius sit modus intelligendi ligendi quo intellectus intelligit, & alius sit modus essendi quo res existit. Licet enim id in re esse oporteat quod intellectus intelligit, non tamen eodem modo. Vnde quamuis intellectus intelligat mathematica nõ cointelligendo sensibilia, & vniuersalia præter particularia, non tamen oportet q mathematica sint præter sensibilia, & vniuersalia præter particularia. Nam videmus q etiam visus percipit colorem sine sapore, cum tamen in sensibilibus sapor & color simul inueniantur.

Et quoniã formæ causæ cæteris, illarum elementa omnium putauit entium elementa esse. vt materiam quidẽ magnum, & paruum esse principia, tanquã verò substantiam ipsum vnum. Ex illis enim participatione ipsius vnius, formas numeros esse.

Parte. 3. Text. co. 7.

Quoniam autem species causæ sunt alijs, illarum elementa omnium putauerunt existentium elementa esse. vt quidem igitur materiam, magnum & paruũ esse principia: vt autem substantiam, vnum: ex illis enim secundum participationes vnius, species esse numeros.

Op. Platonis de rerũ principijs. Lect. pñ. Parte. ista. parte. pñti. parte. seq.

Hic ponit opinionem Pla. de rerum principijs, & circa hoc duo facit. Primo ponit quæ principia rebus Plato assignauit. Secundo ad quod genus causæ reducuntur. ibi: {Palam autem ex dictis &c.} Circa primũ duo facit. Primo ponit cuiusmodi principia Plato assignauerit. Secũdo ostendit quomodo Plato cum pythagoricis communicet, & in quo differat ab eis. ibi: {Vnum tamẽ substantiam.} Dicit ergo primo, q quia sm Plato. species separatæ sunt causę oĩbus alijs entibus, ideo elementa specierũ putauerunt esse elemẽta oĩum entium. Et ideo assignabant rebus pro materia magnum & paruum, & quasi {substantiam rerum} .i. formam dicebant esse vnum. Et hoc ideo, quia ista ponebant esse principia specierum. Dicebant enim q sicut species sunt sensibilibus formæ, ita vnum est forma specierum. Et ideo sicut sensibilia constituuntur ex principijs vniuersalibus per participationem specierum, ita species quas dicebat esse numeros, constituuntur secundum eum {ex illis}, s. magno & paruo. Vnitas enim diuersas numerorum species constituit per additionem & subtractionem, in quibus consistit ratio magni & parui. Vnde cum vnum opinaretur esse substantiam entis, quia non distinguebat inter vnũ quod est principium numeri, & vnum quod conuertitur cum ente, videbatur sibi q hoc modo multiplicarentur diuersæ species separatæ ex vna quæ est communis substantia, sicut ex vnitate diuersæ species numerorum multiplicantur.

Ipsum tñ vnu substantiã esse, & nõ aliquid aliud dici vnum esse, quẽadmodũ Pythagorici. dicebat numeros quoq; causas cæteris substantiæ esse, similiter atq; illi.

Parte. 4.

Vnum tamen substantiam, & non aliquod aliud ens dici vnum, consimiliter Pythagoricis dixit, & numeros esse causas meræ substantia similiter vt illi.

In quibus conueniebant Plato & pythagoras. parte. pñti. Parte seq.

Hic comparat opinionem Platonis Pythagoræ. Et primo ostendit in quo conueniebant. Secũdo in quo differebant. ibi: {Pro infinito.} Conueniebant autem in duabus positionibus, quarum prima est q vnum sit substantia rerum. Dicebant enim Platonici sicut etiam Pythagorici, q hoc quod dico vnum non probatur de aliquo alio ente, sicut accidens de subiecto, sed hoc signat substantiam rei. Et hoc ideo, quia (vt dictum est) non distinguebant inter vnum quod conuertitur cum ente, & vnum quod est principium numeri. Secunda positio sequitur ex prima. Dicebant. n. Platonici similiter vt Pythagorici numeros esse causas substantiæ omnibus entibus. Et hoc ideo quia numerus nihil aliud est quam vnitates collectæ. Vnde si vnitas est substantia, oportet q etiam numerus.

Tex. com. 8

Sed pro infinito tanquam uno, dualitatem facere, infinitum vero ex magno, & paruo, hoc eis propriũ est, Item is quidem numeros præter sensibilia; illi vero numeros ipsas res esse aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant.

Parte. 8. Tex. com.

Pro infinito vero & uno, dualitatem facere, & infinitũ ex magno & paruo: hoc propriũ. Amplius hic quidẽ numeros præter sensibilia. illi vero numeros esse dicunt res ipsas, & mathematica intermedia horũ nõ ponunt.

Parte. pñti. parte. seq. In quibus differũt Plato & pythago & pp quas causas.

Hic ostendit in quo differebant, & circa hoc duo facit. Primo enim ponit differentiam inter eos. Secũdo differentiæ causam. ibi: {Vnum igitur & numeros &c.} Est autem ista differentia in duobus. Primo quãtum ad hoc Pythagorici ponebãt (vt dictum est) duo principia, ex quibus constituebantur, scilicet finitum & infinitum, quorum vnum, scilicet infinitum se habet ex parte materiæ. Plato vero loco huius vnius qđ Pythagoras posuit, s. infiniti fecit dualitatem, ponens ex parte materiæ magnum & paruum. Et sic infinitũ quod Pythagoras posuit vnum principium, Plato posuit consistere ex magno & paruo. Et hoc est propriũ opinionis suæ in comparatione ad Pythagoram. Secũda differentia est, quia Plato posuit numeros præter sensibilia, & hoc dupliciter. Ipsas enim species, numeros esse dicebat, sicut supra habitum est. Et iterum inter species & sensibilia posuit mathematica, (ut supra dictum est) quæ secundum suam substantiã numeros esse dicebat. Sed Pythagorici dicunt ipsas res sensibiles esse numeros, & non ponunt mathematica media inter species & sensibilia, nec iterum ponunt species separatas.

Ipsum igitur vnum & numeros præter res facere, & non vt pythagorici, & introductio specierum, propter eam, quæ in orationibus fit perscrutationẽ, euenit. Priores enim dialecticæ experties erant.

Parte 6.

Vnum igitur & numeros præter res facere, & non vt Pythagorici, & specierum introductio, propter eam quæ in rationibus perscrutationẽ euenit, Priores enim non participauerunt dialectica.

Parte pñti. parte seq.

Hic ostendit caussam differentiæ, & primo secundæ. Secundo causas differentiæ primæ. ibi: {Dualitatẽ autem fere &c.} Dicit ergo q ponere vnum & numeros præter res sensibiles, & nõ in ipsis sensibilibus, sicut Pythagorici fecerunt, & iterum introducere species separatas, euenit Platonicis propter scrutationẽ {quæ est in rationibus} .i. propter hoc q perscrutati sunt de diffinitionibus rerum, quas credebant nõ posse attribui rebus sensibilibus, vt dictum est. Et hac necessitate fuerunt coacti ponere quasdam res quibus diffinitiones attribuuntur. Sed Pythagorici qui fuerunt priores Platone, non participauerũt dialecticã, ad quam pertinet considerare diffinitiones & vniuersalia huiusmodi, quarum consideratio induxit ad introductionem idearum.

Priores dialectica non participaue

Dualitatem vero fecisse alteram naturam, propterea quod numeri præter primos, ex ea aptissime veluti ex quadam effigie generantur.

Duali-

Dualitatem autem facere alteram naturam, quia numeri extra priores omnes naturaliter ex ea generantur, uelut ex aliquo echimagio.

Hic ostendit causam alterius differentiæ, quæ, s. ex parte materiæ est. Et primo ponit causam huiusmodi differentiæ. Secundo ostendit Platonem non rationabiliter motum esse. ibi: Attamen econuerso. Dicit ergo quod ideo Platonici fecerunt dualitatem esse numerum, quæ est alia natura à speciebus, quia omnes numeri naturaliter generantur ex dualitate præter numeros primos. Dicuntur autem numeri primi, quos nullus numerat, sicut ternarius, quinarius, septenarius, undenarius, & sic de alijs. Hi enim à sola unitate constituuntur immediate. numeri vero, quos aliquis alius numerus numerat, non dicuntur primi, sed compositi, sicut quaternarius, quem numerat dualitas: & uniuersaliter omnis numerus par à dualitate numeratur. Vnde numeri pares materiæ attribuuntur, cum eis attribuatur infinitum, quod est materiæ, vt supra dictum est. Hac ratione posuit dualitatem, ex qua sicut aliquo echimagio idest ex aliquo exemplari omnes alij numeri pares generantur.

Atqui accidit econtra, non enim uerisimile est ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt: formas uero, semel generat solum.

Attamen econtrario contingit. Non enim rationabile ita. nunc cum ex materia multa faciunt, species uero semel generat solum.

Hic ostendit Platonem irrationabiliter posuisse, & circa hoc duo facit. Primo enim ex ratione naturali ostendit hoc. Secundo etiam ponit rationem naturalem, quæ Platonem mouebat ad suam opi. ibi: Videtur autem ex una materia. Dicit ergo quod quamuis Plato poneret dualitatem ex parte materiæ, tamen econuerso cõtingit, sicut attestantur opiniones oĩum aliorum philosophorum naturalium, qui posuerunt contrarietatem ex parte formæ, & unitatem ex parte materiæ, sicut patet Primo Physicorum. Ponebant enim rerum materiam aerem, uel aquam, uel aliquid huiusmodi. ex quo diuersitatem rerum constituebãt per rarum & densum, quæ ponebãt quasi principia formalia. Non enim est rationabile ponere sicut Plato posuit. Et hoc ideo quia ex materia uiderunt philosophi multa fieri per successionem formarum in ipsa, Illa enim materia, quæ modo substat uni formæ postmodum substare poterit pluribus, uno corrupto & alio generato. Sed una species siue una forma solum (semel generat) idest constituit aliquid generatum. cum enim aliquid generatur accipit formam quidẽ, quæ forma eadem numero non potest alteri generato aduenire, sed esse desinit generato corrupto. In quo manifeste apparet quod una materia ad multas formas se habet, & non econuerso, una forma ad multas materias se habet. Et sic videtur rationabilius ponere ex parte materiæ unitatem, sed dualitatem siue contrarietatem ex parte formæ, sicut posuerunt naturales, quam econuerso, sicut posuit Plato.

Apparet autem ex una materia una mensa. Qui uero formam inducit, quæ una est, multas facit. Similiter autem & masculus ad fœminam se habet. hæc etenim ex uno congressu impletur, masculus uero multas implet. at ista, imitationes illorum principiorum sunt. Plato igitur de propositis quæstionibus ita determinauit.

Videtur autem ex una materia una mensura. Speciẽ autem, quam inducit unus existens, multa facit. Similiter quoque se habet masculus ad fœminam. Hæc enim ab uno impletur motu, ille uero multas implet. Et tales mutationes principiorum illorum sunt. Plato quidem igitur de quæsitis ita diffinit.

Hic ponit rationem econuerso ex his sensibilibus acceptam secundum opinionem Plato. videbat. n. Plato quod unumquodque recipitur in aliquo secundum mensuram recipientis. Vnde diuersæ receptiones videntur prouenire ex diuersis mensuris recipientium. Vna autem materia est una mensura recipiendi. Vidit etiam quod agens, qui inducit speciem, facit multas res speciem habentes, cum sit unus, & hoc propter diuersitatem quæ est in materijs. Et huius exemplum apparet in masculo & fœmina. Nam masculus se habet ad fœminam, sicut agens & imprimens speciem ad materiam. Fœmina aũt impregnatur ab una actione uiri. Sed masculus unus põt impregnare multas fœminas. Et inde est quod posuit unitatem ex parte speciei, & dualitatem ex parte materiæ. Est autem attendendum quod hæc diuersitas inter Platonem & naturales accidit pp diuersam de rebus considerationem. Naturales enim considerãt tñ quæ sunt sensibilia, prout sunt subiecta transmutationi, in qua unum subiectum successiue accipit contraria. Et ideo posuerunt unitatem ex parte materiæ, & contrarietatem ex parte formæ. Sed Plato ex consideratione uniuersalium deueniebat ad ponendum principia sensibilium rerum. Vñ cum diuersitatis multorum singularium sub uno uniuersali cã sit diuisio materiæ, posuit diuersitatem ex parte materiæ, & unitatem ex parte formæ. (Et tales sunt mutationes illorum principiorum, quæ posuit Plato) .i. participationes, uel ut ita dicam influentias in causata. sic enim nomen immutationis Pythagoras accepit. Vel immutationes dicit, inquantum Plato mutauit opinionem de principijs, quã primi naturales habuerũt, ut ex prædictis patet. & sic patet ex prædictis, quod Plato de causis quæsitis à nobis ita diffiniuit.

Patet aũt ex dictis, quod duabus causis utitur solum, ea, quæ ipsius quid est, & ea, quæ secundum materiam. formæ. n. cæteris ipsius quid sint, cãæ sunt, formes uero ipsum unum & quæ subiecta materia, de qua forma illa quidem in sensibilibus, ipsum uero unum informis dr̃, quia dualitas hæc est, magnum & paruũ. Item ipsius, bene, ipsiusq; male, cãm elementis attribuit, utrisq; utranque: quod ẽtiã, primorum quosdam philosophorum Empedoclẽ, & Anaxagoram magis dicimus quæsiuisse.

Palã aũt est ex dictis, quia duabus causis solũ est usus: ipsaq; est eius quod qd est, & ipsa materia. Spẽs. n. eius quod qd est cãæ sunt alijs, speciebus uero unum. Et quæ materia subiecta de qua species. hæc quidẽ in sensibilibus, unũ uero in speciebus dr̃: quia ea dualitas est, magnũ & paruũ. Amplius boni & mali cãm dedit elementis singulis singularẽ. Quod magis dicimus primorũ inuestigare quosdã philosophorũ: uelut Empedoclis et Anaxagoræ.

Hic ostendit ad quod genus causæ principia à Platone posita reducantur. Dicit ergo ex dictis palam esse quod Plato usus est solum duobus generibus causarum. Causa enim (ipsa) idest causa, quæ est causa ei (quod quid est) .i. quiditatis rei. s. causa formalis, per quam rei quiditas constituitur, & ẽt usus est ipsa materia. Quod ex hoc patet, quia species quas posuit (sunt alijs) .i. sensibilibus cãæ eius (quod qd est) .i. cãæ formales, ipsis uero speciebus cãa formalis est hoc quod dico unum, & illa vr substantia de qua sunt species: sicut ens vnum ponit cãm formalem specierum: ita magnum & paruum ponit earum cãm quasi materialẽ, ut supra dictum est. Et hæ quidem cãæ. s. formalis & materialis non solum sunt respectu specierum, sed etiam respectu sensibilium, quia unũ dicitur (in speciebus) .i. id quod hoc modo se habet ad sensibilia, sicut unũ ad spẽm, est ipsa species, quia ea dualitas quæ respondet sensibilibus pro materia est magnum & paruum. Vlterius Plato assignauit causam eius quod

est

Part. 7.

part. 3.

Hac parte.

part. seq.

Lect. 8. Tex. ca. 32. 56. & 83. & alibi pluries

B E S S.

A N T. Tex. c. 9. part. 9.

A N T. parte. 10.

est bonum & malum in rebus,& singulis elemẽtis ab eo positis.Nam causam boni ascribebat speciei, causam vero mali materiæ. Sed tamen causam boni & mali conati sunt inuestigare quidam primorũ philosophorum,scilicet Anaxa.& Emped.qui ad hoc specialiter aliquas causas in rebus cõstituerunt,vt ab eis possent assignare principia boni & mali.In hoc aũt ꝙ boni causas & mali tetigerunt,aliquo modo accedebant ad ponendũ causam finalem, licet nõ per se,sed per accidens eam ponerẽt,vt infra dicetur.

LECTIO XI.

Lectio sequens

Quomodo antiqui quatuor genera causarum tantum posuere sicut ipse Arist. & quid reliquum circa ipsa considerare necessarium sit.

BESS.

Breuiter igitur, & summatim percurrimus, qui nam, & quomodo locuti sunt de principijs, & ipsa veritate. Tantum tamen ex eis habemus quod eorum, qui de principio & causa dixerunt, nemo quicquam præter ea,quæ in de Naturalibus determinata sunt,dixerit.

ANT. Part. 1.

Breuiter igitur & capitulariter et quomodo de principijs & veritate dixerunt pertransiuimus. Attamen ab eis tantum habemus,quia dicentium de principio & causa, nullus præter ea quæ sunt in Physicis determinata,dixit.

Part. 5. Lect. huius

Hic recolligit omnia quę ab antiquis de causis sunt dicta,& circa hoc tria facit.Primo ostendit,ꝙ priores philosophi nullam causam de quatuor generibus causarum ab eis suprapositis addere potuerunt. Secundo ostendit qualiter prædictas causas tetigerunt.ibi:§Sed omnes obscure &c.§ Tertio concludit conclusionem principaliter intẽtam,ibi: Quod quidem igitur recte &c. Dicit ergo,ꝙ breuiter & sub quodam capitulo siue compendio pertranseundo dictum est, qui philosophi, & quomodo locuti sunt de principijs rerum & de veritate,quantum ad ipsam rerum substantiam. Sed ex eorum dictis tantum haberi potest, ꝙ nullus eorum,qui de causis & principijs rerum dixerunt,potuit dicere aliquas causas præter illas, quæ distinctæ sunt,Secundo physi.

Par. seq. Parte. 7. Lect. prin. Tex. cõ. 18. & inde.

BESS. Part. 2.

Sed omnes obscure quidem,illa tamẽ aliquatenus uisi sunt attingere:

ANT.

Sed omnes obscure quidem,verumtamen illis appropinquauere.

Parte ista. Parte. seq.

Hic ponit qualiter illas causas posuerunt,& primo in generali.Secundo in speciali.ibi. §Illi nanque &c.§ Dicit ergo primo ꝙ non solum nihil addiderunt, sed quo modo appropinquauerũt,& hoc non manifeste, sed obscure. Non enim assignauerunt secundum ꝙ genus causæ principia ab eis posita rerũ causæ essent, sed solum posuerunt illa,quæ ad aliquod genus causę adaptari possunt.

BESS.

Quidam enim vt materiam principium ponunt, siue vnam,siue plures supponant. & siue corpus,siue incorpoream ponant,vt Plato magnũ,& paruum dicens, Italici infinitum,Empedocles,ignem,terram,aquam,& aerem,Anaxagoras vero infinitatem similium partium. Hi igitur omnes talem causam perstrinxerũt.& ad hæc quicunque aerem,aut ignem, aut aquam, aut igne quidẽ densius, aere vero tenuius.etenim tale quidam dixerũt primum elementum esse. hi igitur hanc attigerunt causam solam.

ANT. Parte. 3.

Illi nanque vt materiam principium dicunt,siue vnã siue plures supponunt, & siue corpus,siue incorporeum hoc ponant,vt Plato quidem magnum & paruũ dicens. Italici uero infinitum,Empedocles ignem,terram,aquã, & aerem: Anaxagoras autem similium partium infinitatem. Et hi omnes sunt talem causam tangentes. Et amplius quicunque aerem aut ignem, aut aquam, aut igne spissius,aere autem subtilius. Etenim quoddam tale primum elementum dixerunt Hi quidem igitur hanc causam solum tetigerunt.

Hac parte. Parte huic seque. Alia huic sequẽ quartum in altera seq.

Hic ostendit in speciali quomodo singulas causas tetigerunt, & primo quomodo tetigerunt causam materialem.Secundo quomodo causam efficientem.ibi:§Alij vero§ Tertio quomodo causam formalem.ibi:§Quod quid erat esse vero &c.§Quarto quomodo causam finalem.ibi:§Cuius ergo causa &c.§ Dicit ergo primo ꝙ illi, i. priores philosophi omnes in hoc conueniunt, ꝙ dant rebus aliquod principium quasi materiam. Differunt tamen in duobus. Primo quia quidam posuerunt vnam materiam, sicut Thales & Diogenes & similes:quidam plures,sicut Empedo. Secundo quia quidam posuerunt rerum materiã esse aliquod corpus,sicut prædicti philosophi: Quidã incorporeum,sicut Plato qui posuit dualitatem. Posuit enim Plato magnum & paruum, quæ non dicũt aliquod corpus.Italici vero,idest Pythagorici posuerunt infinitum, quod iterum nõ est corpus. Emped. vero quatuor elementa quæ sunt corpora. Similiter Anaxa. posuit§infinitatem similium partium] idest infinitas partes consimiles principia esse.Et hi omnes tetigerunt[talem causam],scilicet materialem. Et ẽt illi qui dixerunt aerem,aut aquam,aut ignẽ esse principium, vel aliquod medium inter hæc elementa, s. igne spissius,aere subtilius.omnes enim tales prędicti tale corpus posuerunt esse primum elementum.Et sic patet quod dicit:qui philosophi quãtum ad hoc,quæ prædicta sunt,posuerunt solam causam materialem.

BESS.

Alij vero quidam vnde principium motus, quicunq; scilicet amicitiam & contentionem, intellectum, aut amorem principium faciunt.

ANT. Part. 4.

Alij quidem vnde principium motus, vt quicunque amicitiam & litem & intellectum, aut amorem:aut extra hæc principium faciunt.

Hic ponit opiniones de causa efficiente dicens, ꝙ alij prædictorũ philosophorũ posuerũt cumcã mãlis cãm vnde principium motus:sicut quicunque posuerunt causam rerum amorem,odium,& intellectum, aut qui faciunt aliqua principia agentia præter hæc, sicut Parmenides qui posuit ignẽ quasi causã agentẽ.

BESS.

Ipsum vero quid erat esse & substantiam,clare quidem nullus assignauit. Maxime verò dicunt,qui formas ponunt.nec enim vt materiã sensibilibus formas & eas, quæ in formis sunt,neque tanquam illinc principium motus fieret, putant. immobilitatis enim causa & quietis, magis eas esse aiunt. sed ipsum quid erat esse, vnicuiq; cæterorũ formas attribuunt. formis autem,ipsum vnũ.

ANT. Part. 5.

Quod quid erat esse vero, & substantiam plane nullus dedit. Maxime uero hi dicunt qui species, & eas in speciebus rationes ponunt. Neque enim vt materiã sensibilibus species,& quæ sunt in speciebus:neque vt hinc principium motus proueniens existimant: immobilitatis autẽ causas magis, & eius quod est in quiete esse dicũt. Sed quod quid erat esse aliorũ ,singulis species præstãt, speciebus autem vnum.

Hic ponit opiniones de causa formali, & dicit ꝙ causa,per quam scitur quid est rei substãtia,idest causam formalem,nullus manifeste rebus attribuit, & si aliquid tangerent antiqui philosophi quod pertineret ad causam formalem,sicut Emped.qui posuit os habere aliquam rationem per quam sunt huiusmodi

& carnẽ

non tamen hoc quod pertinet ad causam formalem ponebant per modum causæ. Sed inter alios maxime appropinquauerunt ad ponendum causam formalē qui posuerunt species, & eas rōnes q̄ ad species ptinēt sicut vnitatē & numerū & alia hmōi. Species.n. & ea q̄ sunt mō p̄dicto in speciebus, vt vnitas & numerus, nō suscipiunt vel ponunt ab eis vt materiæ rerum sensibiliū, cū potius ex parte rerū sensibiliū materiā ponant. Nec ponunt eas, vt causas vnde motus prouenit rebus, imo magis sunt rebus causa immobilitatis. Quicquid.n necessariū in sensibilibus inuenitur, hoc ex speciebus causari dicebant, & ipsas, scilicet species dicebant esse absque motu. Ad hoc enim ab eis ponebantur (vt dictum est) q̄ immobiles existentes vniformiter se haberent, ita q̄ de eis possent dari diffinitiones & fieri demonstrationes. Sed secundum eorum opinionem species rebus singulis præstant quidditatem per modum causæ formalis, & vnitas hoc ipsum præstat speciebus.

BESS. *Ipsum vero, cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodammodo quidem dicunt causam, non aut ē ita dicunt, vt aptum esse natum est. Qui enim intellectum, aut amicitiam dicunt, tanquam bonum quoddam hæc ponūt, non tamen tanquam horum causa quicquam entiū, aut sit, aut fiat, sed tanquam ex his motus eorum essent, ita dicunt. Similiter & qui vnum vel ens esse hanc naturā aiunt, substantiæ quidem causam esse dicunt, non tamen huius causa, aut esse, aut fieri. Quare contingit eis quodammodo dicere & negare bonum esse tale. nō enim simpliciter, sed secundum accidens dicunt.*

ANT. Parte. 6. *Cuius vero causa actus & trāsmutationes & motus modo quodam dicunt causam, ita vero non dicunt, nec quo vere est, Nam intellectum quidem dicētes, aut amorem, vt bonum quidem has ponunt causas non vt gratia horum, aut existens, aut factum aliquid entium, sed vt ab his horum motum dicunt. Similiter autem & vnum, aut ens dicentes esse talem naturam, substantię quidem causam dicunt esse, non tamen huius causa, aut esse, aut fieri: Quare dicere & non dicere aliqualiter accidit eis bonum esse causam. Non enim simpliciter, sed secundum accidens dicunt.*

Hic ponit opiniones quorundam de causa finali dicens q̄ philosophi quodammodo finem cuius causa motus & transmutationes & actiones fiunt, dicunt esse causam, & quodammodo non dicunt, nec dicunt eodem modo, quo vera causa est. Illi enim qui dicunt causam esse intellectum vel amorem, ponunt eas causas quasi bonum. Dicebant enim huiusmodi esse causas vt res bene se habeant. Boni enim causa esse nō potest nisi bonum. Vnde sequitur quòd poneret intellectum & amorem esse causam, sicut bonum est causa. Bonum autem potest intelligi dupliciter. Vno modo sicut causa finalis, inquantum aliquid fit gratia alicuius boni. Alio modo per modum causæ efficientis, sicut dicimus quòd bonus homo facit bonum. Isti ergo philosophi non dixerunt prædictas causas esse bonas, quasi horū causa aliquod entiū fit aut fiat, quod pertinet ad rationem causæ finalis, sed quia à prædictis, scilicet intellectu & amore, p̄cedebat motus quidam ad esse & fieri rerum, quod pertinet ad rationē causæ efficientis. Similiter autem Pythagorici & Platonici qui dixerūt rerum substantiam esse ipsum vnū & ens, vni etiam & enti attribuebant bonitatem. Et sic dicebant talem naturam, s. bonum esse rebus sensibilibus causam substantiæ, vel per modum causæ formalis, sicut Plato posuit, vel per modum materię sicut Pythagorici. Non tamen dicebant q̄ esse rerum, aut fieri esse huius causa scilicet vnius & entis, quod pertinet ad rationē causæ finalis. Et sic sicut naturales posuerunt bonum esse causam, non per modum causæ formalis, sed per modum causę efficientis: ita Platonici posuerunt bonum esse causam per modum causæ finalis: Pythagorici vero per modum causæ materialis. Vnde patet q̄ accidebat eis quodammodo dicere bonum esse causam, & quodammodo non dicere. Nō enim simpliciter dicebāt bonum esse causam sed per accidens. Bonum enim s̄m propriam rationē est causa per modum causæ finalis. Quod ex hoc patet q̄ bonum est, quod omnia appetunt. Id autem, in quod tēdit appetitus est finis, bonum igitur secūdum propriā rationem est causa per modum finis. Illi igitur ponūt bonum simpliciter esse causam, qui ponunt ipsum esse causam finalem. Qui autem attribuūt bono alium modum causalitatis, ponūt ipsum esse causam, & hoc per accidens, quia non ex ratione boni, sed ratione eius cui accidit esse bonū, vt ex hoc quod est esse actiuum vel perfectiuum. Vnde patet q̄ isti philosophi causam finalē non ponebant nisi per accidens, quia, s. ponebant pro causa, id cui conuenit esse finalem, scilicet bonum. non tamen posuerunt ipsum esse causām per modum finalis causæ, vt dictum est.

BESS. *Quod igitur de causis, & quot, & quales sint recte determinatum sit, testari nobis etiam isti omnes videtur, cum non possint aliam attingere causam. & ad hæc quod principia, aut ita omnia, aut horum aliquo modo quærēda sint, patet. Quo vero pacto horū quisque dixerit, & quomodo de principijs se res habet, dubitationes, quæ cōtingere possunt de his ipsis, deinceps percurramus.* Tex. 55.

ANT. Tex. co. 10. Part. 7. *Quod quidem igitur recte determinatum est de causis & quod & quæ, testimonium præbere nobis videntur & hi omnes alium causam tangere non valentes. Adhuc autem quia quærenda sunt principia aut sic omnia, aut horum aliquo modo palam. Quomodo etiam vnusquisq; horum dixit. & quomodo habent de principijs cōtingentes dubitationes, post hoc pertranseamus de ipsis.* Tex. co. 11.

Hic concludit conclusionem principaliter intentam, scilicet q̄ determinatio facta superius de causis, quæ & quot sint, recta fuit. Huius enim testimonium uidentur præbere prædicti philosophi, nullum genus causæ valentes addere supra prædicta. Et hæc vtilitas prouenit ex prædictarū opinionum recitatione. Alia autem vtilitas est quia inde palam est, q̄ principia rerum sunt quærenda in ista scientia, vt omnia quę anti qui posuerunt, & quæ superius sunt determinata, aut aliquod horum. Maxima enim hæc scientia considerat causam formalem & finalem & aliquo modo etiā mouentem. Nec solum oportet prædictas opiniones recitasse, sed post hæc transeundo dicendum est quo modo quilibet horū dixerit, & in quo bene, & in quo male, & quomodo ea quæ dicuntur de principijs habent aliquam dubitationem.

LECTIO XII.

Eorum improbatio ponitur, qui vnum vel plura materialia principia, existimauerunt, quo item modo bene vel male de materia Anaxagoras dixerit, ostendit.

BESS. *Qvicunque igitur vniuersum vnum, & vnam quandam esse naturā, vt materiam ponunt, & hanc corpoream, & magnitudinem habentem, patet quòd multipliciter errāt. Corporum enim elementa solum ponunt, incorporeorum vero minime, cum etiā incorporea sint.*

ANT. Part. 1. *Ergo quicunque vnum ipsum omne, & vnam esse quādam naturam quasi materiam ponunt, & eam corporeā mensuram habentem, palam quod multipliciter delinquunt.* Sed

quia ſ. C orp: rum enim elementa ponunt ſolum, incorpo reorum vero non, tanquã non exiſtentibus incorporeis.

Poſtquam recitauit opiniones philoſophorum de principijs, hic incipit eas improbare. Et diuiditur in duas partes. Primo improbat ſingulas opiniones. Secundo recolligit ea quæ dicta ſunt, & continuat ſe ad ſequentia. ibi: {Quoniam ergo dictas cauſas &c.} Prima diuiditur in duas partes. Primo reprobat opiniones eorum qui naturaliter locuti ſunt. Secundo reprobat opiniones illorũ q̃ nõ naturaliter ſunt locuti, ſcilicet Pythagoræ & Pla.eo ꝙ altiora principia poſuerunt quàm naturales. ibi: {Quicunque vero &c.} Circa primum duo facit. Primo improbat opiniones eorũ qui poſuerunt vnam cauſam materialem. Secũdo eorum qui poſuerunt plures. ibi: {Idẽ quoque & ſiquis.} Circa primum duo facit. Primo improbat opiniones prædictas in generali. Secundo in ſpeciali. ibi: {Et ad hoc &c.} Improbat autem in generali triplici ratione. Prima ratio talis eſt. Quia in rebus nõ ſolum ſunt corporea, ſed etiam quædam incorporea, vt patet ex libro de Anima. Sed ipſi non poſuerunt principia niſi corporea. quod ex hoc patet, quia ipſi ponebãt {vnũ omne} ideſt vniuerſum eſſe vnum ſecundum ſubſtantiam, & eſſe vnam naturam quaſi materiam, & eam eſſe corpoream, & habentem, {menſuram} ideſt dimenſionem: corpus autem non poteſt eſſe cauſa rei incorporeæ. ergo patet ꝙ in hoc deliquerunt inſufficiẽter rerum principia tradentes. Et non ſolum in hoc, ſed in multis, vt ex ſequentibus rationibus apparet.

Part. prima Lect. huius. Par. vtimæ. hui⁹ primi. Lect. 13. in princi. Part. 5. Lect. huius. Part. 4. Lect. prin.

BESS. *Cumque de generatione & corruptione cauſas dicere conarentur, & de natura omnium rationes reddere, motus cauſam perimunt.*

ANT. Part. 2. *De generatione quoque & corruptione cauſam dicere conantès, & dè omnibus phyſicæ tractantes, motus cauſam auferunt.*

Hic ponit ſecundam rationem quæ talis eſt. Quicũque habet neceſſe determinare de motu, oportet ꝙ ponat cauſam motus: ſed p̃dicti philoſophi habebant neceſſe tractare de motu. quod ex duobus patet, tum quia ipſi conabãtur dicere cauſas generationis & corruptionis rerum, quæ ſine motu non ſunt. tum etiã quia de rebus omnibus naturaliter tractare volebant: naturalis autem conſideratio requirit motum, eo ꝙ natura eſt principiũ motus & quietis, vt patet. 2. Phyſicorum, ergo debebãt tractare de cauſa, quæ eſt principiũ motus. Et ita cum illam auferrent cauſam, nihil de ea dicẽdo, patet etiam ꝙ in hoc deliquerunt.

Tex. cõ. 3.

BESS. *Item ſubſtantiam nullius cauſam ponendo, nec ipſum quid eſt.*

ANT. Part. 3. *Amplius autem ſubſtantiam nullius poſuerunt cauſam. neque quid eſt*

Hic ponit tertiam rationẽ. Quælibet enim res naturalis habet {ſubſtantiam} ideſt formam partis. {& quod quid eſt.} quiditatem, quæ eſt forma totius. Formam dicit, inquantum eſt principium ſubſiſtendi: & quod quid eſt, inquantum eſt principium cognoſcẽdi, quia per eam ſcitur quid eſt res. ſed p̃dicti philoſophi formam non ponebant eſſe alicuius cauſam: ergo inſufficienter de rebus tractabant, in hoc etiam delinquentes, ꝙ cauſam formalem prætermittebant.

Quod forma vocatur ſubſtantia rei, & quare

BESS. Tex. 12. *Et ad hæc facile ſimplicium corporum quodcũque principium eſſe, terra excepta: non conſiderantes mutuam inter ea generationem, quonam modo ponunt. dico autẽ ignem, terram, aquam, & aerem, quædam enim congregatione, quædam vero diſgregatione inuicem fiunt. hoc vero vt prius & poſterius ſit, multum differt. Id etenim apparere poſſit maxime omnium elementale, ex quo primo congregatione fiunt. tale vero illud fuerit profectò, quod partium minutiſſimarum, ſubtiliſſimarumque corporum ſit. Quapropter quicunque ignem principium ſtatuunt, maxime cõueniẽter huic rationi dicunt. tale autẽ cæterorum quoque quiſque fatetur elementum corporũ eſſe. Quare nemo poſteriorum, qui vnum ponebant, terram elementum exiſtimarunt, ſcilicet propter partium magnitudinem. Trium vero quodcunque elementorum habuit autorem aliquem. quidam enim ignem, quidam aquam, quidam aerem hoc aiunt eſſe. At cur non dicunt & terram, vt multi hominum? omnia etenim terram eſſe dicũt. Heſiodus quoque primam corporum terram ait eſſe, tam vulgarem & publicam accidit hanc opinionẽ eſſe. Secundum hanc itaque rationem, ſiquis aut quicquam horum, excepto igne, dicat aut aere quidem denſius, aqua vero tenuius hoc ponat, non recte profectò in quiet.*

Tex. 13. Tex. 14.

ANT. Parte. 4. *Et ad hoc quolibet ſimplicium corporum eſſe principiũ quodcunque, præter terram, non conſiderantes ea, quæ ex inuicem generationem aliqualiter faciunt.*

Tex. cõ. 12. *Dico autem ignem, terram, aquam, & aerem: hæc quidem enim concretione, illa vero diſcretione inuicem fiunt. Hæc autem ad prius eſſe & poſterius plurimum differunt.*

Tex. cõ. 13. *Aliqualiter enim vtique videbitur maxime elementum eſſe omnium ex quo primo fit congregatione primũ. Tale vero eſt quod minutiſſimę partis & ſubtiliſſimũ corporum. Vnde quicunque ponunt ignem principium, maxime confeſſe rationi huic dicunt: tale vero & aliorum vnuſquiſque confitetur elementum eſſe quoddam corporum.*

Tex. cõ. 14. *Nullus enim poſteriorum & vnum dicentium, terrã eſſe elementum voluit: palam quia propter magnitudinẽ partialitatis. Quodlibet autem trium elementorum indicem quendam accepit. Hi nanque ignem, illi vero aquã, alij aerem hoc eſſe dicunt. Sed quare non terram dicunt, quemadmodum hominum multi? omnia nanque terram eſſe dicunt. Dicit autem Heſiodus terram primam corporum factam eſſe: ſic enim antiquam & publicam contingit exiſtimationem eſſe. Secundum hanc igitur rationem nec ſiquis horum aliquid dicit præter ignem, nec ſiquis aere quidem ſpiſſius hoc ponit, aqua autem ſubtilius, non recte vtique dicet.*

Hic reprobat opiniones eorum in ſpeciali, & hoc dupliciter. Primo quantum ad hoc ꝙ ponebant elementa præter ignem eſſe principia. Secundo quantũ ad hoc ꝙ prætermittebant terram. ibi: [Si vero eſt ꝙ eſt generatione &c.] Primo ergo reſumit eorum poſitionem, qui videlicet ponebant eſſe elementum quodlibet ſimplicium corporum præter terram. Et rationem opinionis oſtendit, quia ipſi videbant ſimplicia corpora ex inuicem generari, ita ꝙ quædam fiunt ex illis per concretionem ſiue per inſpiſſationem, ſicut groſsiora ex ſubtiliorib. Oſtendit etiam modum procedendi contra eorũ opiniones ex eorum rationibus. Ponebant enim hac ratione aliquod iſtorũ eſſe principium, quia ex eo generabantur alia concretione vel diſcretione. Qui duo modi multum differunt quantum ad proprietatem vel poſterioritatẽ eius ex quo aliquid generatur. Nam ſecundum vnum modum videtur eſſe prius id, ex quo generatur aliquid per concretionem. Et hanc rationem primo ponit. Secundũ vero alium modum videtur eſſe prius illud, ex quo generatur aliquid p̃ rarefactionẽ, & ex hoc ſumit ſecundam rationem. Quod .n. illud ex quo generatr̃ aliq̃d per concretionem ſit primum, hoc atteſtatur opinio, quæ nunc habetur, ꝙ illud ſit elementum maxime omnium,

Diſputat cõtra eoſdem in ſpeciali. Parte hac Parte ſeq.

omnium,ex quo alia fiunt per concretionem. Quod quidem patet per rationem,& eorum positiones. Per rationem quidem,quia id,ex quo fiunt alia per cõcretionem est hoc,ꝙ subtilissimum inter corpora,minutissimas partes habens.Et hoc esse vidẽtur simplicius. Vnde si simplex est prius composito, videtur quòd hoc sit primum. Per eorum vero positiones,quia quicunque posuerunt ignem esse principium, posuerunt ipsum primum esse principium, quia est subtilissimum corporum. Similiter autem alij visi sunt hanc rationem sequi existimantes tales esse elemtum corporum,quod est subtiles partes habens. Quod ex hoc patet ꝙ nullus posteriorum prosecutus est poetas theologos,qui dixerunt terram esse elemẽtum. Et manifestũ est ꝙ hoc renuerũt ponere propter magnitudinem partialitatis idest propter grossitiem partiũ. Constat autem ꝙ quodlibet aliorum trium elementorum accepit aliquem philosophorum, qui iudicauit ipsum esse principium.Sed quia non dixerunt terram principium esse,ideo non potest dici ꝙ hoc non dixerunt,quia esset contra communem opinionem. Nam multitudo hominum hoc existimabat, ꝙ terra esset substantia omnium.Et Hesiodus etiam, qui fuit vnus de theologicis poetis, dixit ꝙ inter alia corpora primum facta est terra. Et sic patet ꝙ opinio ꝙ terra esset principiũ,fuit antiqua,quia ab ipsis poetis theologicis posita,qui fuerũt ante naturales philosophos: & publica,quia in eam consenserunt plures. Vnde restat ꝙ hac sola ratione posteriores naturales euitauerunt ponere terram esse principium propter grossitiẽ partium. Sed constat ꝙ terra habet grossiores partes quàm aqua,& aqua quàm aer,& aer quàm ignis, & si quid est medium inter ea grossius est quàm ignis. Vnde patet sequendo hanc rationem ꝙ nullus eorum recte dixit,nisi qui posuit ignem esse principium. Nam ex quo ratione subtilitatis aliquid ponitur principiũ, necessarium est illud poni primum principium quod est omnium subtissimum.

Opinio Hesiodi de principio materiali.

BESS. *Quod si id generatione posterius, natura prius sit, quod vero digestum, & congregatum generatione posterius sit, contrarium his esset vtique, aqua quidem aere prior,terra vero hac ipsa aqua. De his igitur,qui vnam qualem diximus,causam ponunt,hæc dicta sint.* Tex. 15.

ANT. Part. 5. *Si vero est, quod est generatione posterius natura prius & quòd est densatum & concretum posterius generatione, horum erit contrarium, aqua quidem aere prior,& terra aqua. De ponentibus quidem igitur vnã causam qualem diximus, sint hæc dicta.* Text. 15.

Posterius generatione est prius natura.

Hic ponit aliam rationem,per quam econuerso videtur ꝙ terra sit maxime elementum. Constat enim ꝙ illud,quod est in generatione posterius,est prius secundum naturam,eo ꝙ natura in finem generationis tendit, sicut in id quod est primum in eius intentione. Sed quanto aliquid est magis densum & compositum, tanto est etiam posterius generatione, quia in via generationis ex simplicibus proceditur ad composita,sicut ex elementis fiunt mixta,& ex mixtis humores & membra,ergo illud quod est magis compositũ & spissum illud est prius secundum naturam.Et sic sequitur contrarium eius quòd prima rõ concludebat scilicet quòd aqua sit prior aere, & terra prior aqua quasi primum principium. Est autem attẽdẽdum ꝙ differt quærere illud quod est prius in vno & eodem, & illud quod est prius simpliciter. Si enim quæratur quid est prius simpliciter, oportet perfectũ esse prius imperfecto,sicut & actum potentia.Nihil enim reducitur de imperfecto ad perfectum,vel de potentia in actum nisi per aliquod perfectum ens actu.Et ideo si loquamur de primo vniuersi,oportet ipsũ eẽ pfectissimum.Sed respectu vnius particularis,quod procedit de potentia in actum perfectum,potentia est prius tẽpore actu,licet posterius natura.Constat etiam quòd primum oĩum oportet esse simplicissimũ,eo quòd composita dependent à simplici & non ecõuerso. Necessarium ergo erat antiquis naturalibus quòd vtrunque attribuerent primo principio totius vniuersi,s.cũ summa simplicitate maximam perfectionem.Hęc autẽ duo nõ possunt simul attribui alicui principio corporali.Nam in corporibus generabilibus & corruptibilibus sunt simplicissima imperfecta, ideo cogebantur quasi rationibus contrarijs diuersa principia ponere.Pręeligebant autem rationem simplicitatis,quia non considerabant res nisi secundum modum,secundum quẽ aliquid exit de potentia in actum, in cuius ordine non oportet id quod est principium esse perfectius.Huiusmodi autem contrarietatis dissolutio haberi non potest,nisi ponendo primum entium principium corporeum:quia hoc erit simplicissimum,vt de eo inferius Arist.probabit. Concludit autẽ in fine qđ de positionibus eorum, qui dixerunt vnam causam materialem,ea sufficiant quo ad præsens dicta.

Differũt esse prius uno & esse prius simpliciter.

Quõ antiq dupliciter defecerunt.

Idipsum autem,& siquis hæc plura ponit,vt Emped. quatuor corpora ait esse materiam. & huic enim partim eadem,partim propria necesse est accidere.nã et quod inuicem fiunt videmus,tanquam non semper igne, & terra manente eodem corpore. Dictum autem de eis inde Naturalibus est. BESS.

Idem quoque & siquis hæc plura ponit,velut Empedocles quatuor dicit esse corpora materiã. Etenim huic hæc quidem eadem,alia vero propria accidere est necesse.Ex adinuicem enim generata cernimus,quasi non semper igne & terra eodem corpore permanẽte.Dictum est autem de his in physicis. ANT. Parte. 6.

Hic ponit rõnes contra ponentes plures causas materiales,& primo contra Emp.Secundo cõtra Anaxa. ibi: Anaxagoram &c. Dicit ergo primo quòd idẽ accidit emp.qui posuit quatuor corpora esse materiam quia patiebatur eandem difficultatẽ ex prædicta contrarietate.Nam ex rõne simplicitatis, ignis videbatur esse maxime principium,alia vero ratione terra,vt dictum est. Quædam etiam inconuenientia accidunt Emped.eadem cum prædictis.Sicut de hoc quòd nõ posuit causam formalem,& de prædicta contrarietate simplicitatis & perfectionis in corporalibus, licet contra eum non sit ratio de ablatione causæ mouentis.Sed quædam alia inconuenientia accidunt ei,propriam præpter ea quæ accidunt ponentibus vnũ causam materialem.Et hoc patet tribus rationibus. Quarum prima talis est.Quia prima principia non generantur ex inuicem,eo quòd principia semper oportet manere(vt dictum est primo Phy.)Sed ad sẽsũ videmus quòd quatuor elementa ex inuicem generantur, vnde & de eorum generatione in sciẽtia naturali determinatur. Ergo inconuenienter posuit quatuor elementa prima rerum principia.

Disputat cõtra tenentes plura principia materialia,& primo contra Emped hac par.1.& duabus seque. Altera uero cõtra. Ana.

Tex. cõ. 50.

Deque causa mouentium,vtrum vnum,an duo ponẽda sint,neque recte,neque irrationaliter omnino abitrãdum est dictum fuisse. BESS.

Et de mouentium causa, vtrum vnum aut plura ponendum,nec recte nec rationabiliter putandum est omnino dictum esse. ANT. Par. 7.

Hic ostendit 2m inconueniens quod pertinet ad causam mouentem.Ponere enim plures causas mouẽtes & contrarias non omnino dictum est recte, nec omnino rationabliter. Si enim causæ mouentes accipiantur proxime, oportet eas esse contrarias, cum earum effectus contrarij appareant. Si autem accipiatur prima causa,tunc oportet esse vnum,sicut apparet in 12.huius scientiæ,& in.8.Physico.Cum igitur ipse

ponere primas causas mouentes, inconuenienter posuit eas contrarias.

BESS. *Et simpliciter alterationẽ auferunt necesse est, q̃ ita dicunt. non. n. ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit: Quid. n. ipsa contraria patiantur, & quænam vna natura sit, quę sit ignis & aqua? quod ille minime inqt.*

ANT. Par. 8. *Et ex toto alterationem auferre est necesse sic dicentibus. Non enim ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quod. n. ea patietur contraria, & quæ est, vna natura, quæ sit ignis & aqua? quod ille non ponit.*

In oī alteratione, oportet esse unū ꝯ subiectū quod patit contraria.

Hic ponit tertiā rõnem, q̃ ducit ad incõueniens, & est talis. In oī alteratione oportet esse idē subiectum quod patitur contraria. Et hoc iō, quia ex uno cõtrario nõ fit alterum, ita q̃ unum cõtrarium in alterum cõuertatur, sicut ex calido nõ fit frigidum, ita q̃ ipse calor fiat frigus uel econuerso, licet ex calido fiat frigidum supposito uno subiecto tñ, inquantum unum subiectum quod suberat calori, postea subest frigori. Emped. uero non posuit unum subiectum contrarijs, immo contraria in diuersis subiectis posuit, sicut calidum in igne, & frigidum in aqua. Nec iterum posuit istis duobus unā naturam subiectam, ergo nullo modo potuit alterationem ponere. Et hoc est inconueniens q̃ alteratio totaliter auferatur.

BESS. Tex. 16. Examinatio opinionis Anaxagoræ. *Anaxagoram vero siqs putauerit duo dicere elementa, maxime secundum rõnem arbitrabitur, quā ille qdem ipse non digessit, necessario tñ secutus fuisset eos, qui eā inferrent. quādoquidem & taliter cum absurdum sit dicere à principio oīa a mista esse, tum quia accidit immista oportere antea esse, tum qm non est natura aptum quodcunq; cuicunq; misceri, & ad hęc, qm passiones, & accidentia separarentur à substantijs: eorūdem. n. est mistio, & separatio, siquis tñ sequatur digerens unā cum eo, q̃ dicere vult, fortassis uidetur quadam noua decentius dicere.* Tex. 17. *Quādo. n. nil erat separatum, patet quòd nil erat vere de illa substantia dicendum. dico aūt quòd neq; album, neq; nigrum, aut fuscum, aut alium colorē, sed quod colore vacans necessario esset. alioq nanque aliquem horū colorum haberet. similiter ēt sine sapore eadē rõne, nec aliud quicquam similium. nec. n. quale quid possibile est illud esse, neque quantum, neq; quid. formarum. n. quæ in parte dicūtur, aliqua ei sanè inessent. hoc uero impossibile, si mixta sint oīa: essent. n. iam separata.* Tex. 18. *Ait autē oīa esse mista, intellectu excepto: hunc uero solum impermistum, & purum. Ex his uero accidit principia dicere, & ipsum unum (hoc. n. simplex & impermistum) & alterum tanquam eus, quale indeterminatum ponimus, ante quā determinetur & aliqua participet forma. Quare dicit qdem neque rectè, neque clare, vult aūt simile quid dam & ijs, quæ posterius dicunt, & ijs, quę nunc magis apparent. Verum hi quidem illarum, quæ circa generationem, & corruptionem, & motum sunt, rationum, proprię sunt solū. ferè enim de tali substantia, & principia, & causas inuestigant solum.*

Vide documētū Auerroisis in isto tex.

ANT. Tex. c. 16. Part. 9. *Anaxagorā uero siqs susceperit, duo elemēta dicere, suscipiant maxime secundum rõnem, quam ille quidē nõ dearticulauit: secutus. n. est ex necessitate dicentes eam. Nam absurdo existente taliter dicere permixta esse à principio oīa, & quia oportet accipere quòd impermixta praexistant, & quia non aptum cuilibet permisceri quodlibet. Adhuc aūt quia passiones et accidentia separantur à substantijs: eorundē. n. permixtio est & separatio. Tñ siquis exequitur articulās quod uult dicere forte apparebit mirabilius dicens. Qñ nanque nihil erat discretum, palam q̃ nihil erat uerum dicere de substantia illa. Dico aūt quia neque album, neq; nigrum, aut fuscum aut aliū colorem, sed neq; colorata erat ex necessitate: horum. n. colorem aliquem haberet. Similiter aūt & sine humoribus. Eadem quoque rõne, neque aliud similiū. Nihil. n. neq; quale aliqd id possibile est esse, neq; quantum, neque qd. Aliqua. n. dictarū in parte specierum inessent utiq; ei, sed hoc palā impossibile permix is oībus. Iam. n. discreta essent. Dicit aūt permixta esse oīa præter intellectum. Hunc aūt impermixtum solum & purū. Ex his aūt accidet eidem dicere duo principia intellectū ipsum: hoc. n. simpliciter impermixtum, & alterum quā le ponimus indeterminatum antequam determinetur, & quadam specie participet. Quare quod dicit quidem, neque recte, neque plane. Vult tñ aliquid posterius dicenti bus propinquum & nunc apparentibus magis. Verū hi qdem his qui circa generationem sermonibus & corruptionem & motum proprij sunt solum. Fere nanque talis substantię principia & causas quærunt solum.*

Tex. c. 17.

Tex. c. 18.

Prima parte tex. huius. 16. Secunda sequitur illa cū. Contra Anax. g̃ita disputat.

Hic pseqnit de opinione Anaxag. & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter opinio Anaxa. est suscipienda quasi vera, & quomodo quasi falsa in generali. Scđo explicat utrunq; in speciali. ibi: {Nā absurdo existēte &c.} Dicit ergo primo q̃ si qs vult suscipere opinionē Anaxagoræ veram de eo q̃ posuit duo principia, s. materiam & cām agentem, accipiat eam ſm rõnem, quam vr ipse secutus, quasi quadam necessitate veritatis coactus, ut sequeretur eos, qui hanc rõnem exprimunt. Ipse uero {non articulauit eam} i. non expresse distinxit. Eius ergo opinio est vera quātum ad hoc q̃ non expressit, falsa quantum ad hoc quod expressit. Et hoc in speciali patet sic. Quia si totaliter accipiatur eius opinio ſm q̃ in superficie apparebat ex eius dictis, apparebit maior absurditas pp quatuor rõnes. Primo quia hoc ipsum quod est, oīa in principio mundi fuisse permixta, est absurdum, cum distinctio partium mundi æstimetur ſm solam Arist. semper na. Scđa rō est, quia impermixtum se hēt ad permixtum sicut simplex ad compositum, sed simplicia præexistunt compositis, & non econuerso, ergo impermixta oportet præexistere mixtis, cuius contrarium Anaxa. dicebat. Tertia rō est, quia non quodlibet natum est misceri cuilibet in corporibus, sed illa sola nata sunt adinuicem misceri, q̃ nata sunt adinuicem trāsire per aliquam alterationem, eo q̃ mixtio est miscibilium alteratorum unio. Anax. uero ponebat quodlibet esse mixtum cuilibet. Quarta rō est, quia eorundem est pmixtio & separatio. nō. n. dicuntur misceri nisi illa, q̃ apta nata sunt separata existere, sed passiones & accidentia sunt permixta substantijs, ut Anax. dicebat: ergo sequeretur quòd passiones & accidentia possent à substantijs separari, quod est manifeste falsum. Istæ igitur absurditates apparent, si consideretur opinio Anaxagoræ superficialiter. Tamen siquis exequatur {articulariter} idest distincte & manifeste perquirat quod Anaxagoras, {uult dicere} idest ad quod eius intellectus tendebat, licet exprimere nesciret, apparebit eius dictum mirabilius & subtilius præcedentium philosophorum dictis. Et hoc ꝓpter duo. Primo, quia magis accessit ad ueram materiæ cognitionem. Quod ex hoc patet, quia in illa permixtione rerum quando nihil erat ab alio discretum, sed omnia erant permixta, de illa substantia sic permixta, quā ponebat rerum materiā, nihil uere poterat prædicari, ut patet de coloribus. non. n. poterat de ea prædicari aliquis specialis color, ut diceretur esse alba, uel nigra, uel secundum aliquem aliū colorem colorata, quia secundum hoc oporteret illum colorem non esse alijs permixtum. Et similiter color in genere non poterat de ea prædicari, ut diceretur esse colorata, quia de quocunque prædicatur genus necesse est aliquam eius speciem prædicari, siue sit prædicatio uni uoca siue denominatiua. Vñ si illa substātia esset colorata,

1.

2.

3. primo libr. tex c 82.

4.

Anaxagoras subtilius & mirabilius primis Philosophis loquutus est.

rata, de necessitate haberet aliquem determinatum colorem, quod est contra prędicta. Et similis ratio est de {humoribus} idest saporibus, & de omnibus alijs huiusmodi. Vnde nec ipsa genera prima poterant de ipso prædicari, vt scilicet esse qualis vel quãta vel aliquid huiusmodi. Si enim genera p̃dicarentur oporteret q̃ aliqua specierum particularium inesset ei, quod est impossibile, si ponantur omnia esse permixta, quia iam ista species, quæ de illa substãtia diceretur, esset ab alijs distincta. Et hæc est vera natura materiæ, vt scilicet non habeat actu aliquam formam, sed sit in potentia ad omnes, quia & ipsum mixtum non habet actu aliquid eorum quæ in eius mixtionem conueniunt; sed potentia tantũ. Et propter hanc similitudinẽ materiæ primæ ad mixtum, videtur posuisse mixtionem prædictam, licet aliqua differentia sit inter potentiam materiæ & potentiam mixti. Nam miscibilia etsi sint in potentia in mixto, tamẽ non sunt in eo in potentia pure passiua. Manent enim virtute in mixto. Quod ex hoc potest patere, quia mixtum habet motum & operationes ex virtute corporum miscibilium, quod non potest dici de his, quæ sunt in potentia in materia prima. Est & alia differentia, quia mixtũ etsi non sit actu aliquod miscibilium, est tamen aliquid actu, quod de materia prima dici non potest. Sed hanc differentiam videtur remouere Anaxagoras ex hoc, quòd non posuit particularem aliquam mixtionem, sed vniuersalem omnium. Secundo subtilius cæteris dixit, quia magis accessit ad veram cognitionẽ primi principij agentis. Dixit enim omnia esse permixta prçter intellectũ, & hunc dixit solum esse impermixtum & purum. Ex quibus patet, quòd ipse posuit duo esse principia, & ipsum intellectum posuit esse vnum, secundum q̃ ipse sit simplex & impermixtus, & alterum principium posuit materiam primam, quam ponimus sicut indeterminatam, antequam determinetur, & antequam aliquam speciem participet. Materia enim cum sit infinitarum formarum, determinatur per formam, & p̃ eam consequitur aliquam speciem. Patet igitur quòd Anaxagoras secundum illa quæ exprimit, nec dixit recte, nec plene. Tamẽ videbatur directe dicere aliquid propinquius opinionibus posteriorum, quæ sunt veriores, scilicet opinio Plato. & Aristotel. qui recte de materia prima senserunt, quæ quidem opiniones tũc erant magis apparentes. Vltimo excusat se Aristotel. à perscrutatione diligẽtiori harum opinionum, quia sermones dictorum Philosophorũ sunt proprij sermonibus naturalibus, ad quos pertinet tractare de generatione & corruptione. Ipsi enim fere posuerunt principia & causas talis substantiæ, scilicet materialis & corruptibilis. Dicit autem {fere} quia de alijs substantijs non tractabant, quamuis quædam principia ab eis posita possent ad alia etiam extendere, vt patet de intellectu maxime. Quia igitur non posuerunt principia cõmunia omnibus substantijs, quod pertinet ad ad istam scientiam, sed principia solum substantiarum corruptibilium, quod pertinet ad scientiam naturalem, ideo diligens inquisitio de prędictis opinionibus magis pertinet ad scientiam naturalem, quàm ad istam.

Differentia inter potentiam materię & potentiam mixti.

LECTIO XIII.

Tribus rationibus Pythagoricorum sentẽtia improbatur.

BESS.

QVicunque vero de cunctis quidem entibus speculantur, entium autem quædam sensibilia, quædam non sensibilia ponunt, manifestum est, quod de vtrisque generibus perscrutantur. Quare magis immoretur quispiam de iis quid bene, quidue non bene dicant, ad eorum, quæ nobis proposita sunt, inquisitionem.

ANT. Part. 1.

Quicunq; vero de omnibus existentibus faciunt theoricam, existentium autem hæc quidem sensibilia, illa vero insensibilia ponunt, palam autem quia de vtrisque generibus perscrutationem faciunt. Propter quod magis vtique immorabitur aliquis de eis quòd bene, aut nõ bene dicũt, ad præsentẽ nobis propositorũ perscrutationẽ.

Hic disputat contra opiniones Pythagoræ & Platonis, qui altera principia posuerunt, quàm naturalia. & circa hoc duo facit. Primo ostendit, q̃ consideratio harum opinionum magis pertinet ad scientiam præsentem, quàm prædictarum. Secundo incipit contra eas disputare. ibi: {Ergo qui Pythagorici sunt vocati.} Dicit ergo primo, q̃ illi, qui {faciunt theoricã} idest considerationem de omnibus entibus, & ponunt, q̃ entium quædam sunt sensibilia, quædam insensibilia perscrutantur de vtroque genere entium. Vnde inuestigare de opinionibus eorum, qui bene & qui non bene dixerunt, magis pertinet ad perscrutationem q̃ proponimus tradere in hac scientia. Nam hæc sciẽtia est de omnibus entibus, non de aliquo particulari genere entis. Et sic illa, quæ pertinẽt ad omnia entis genera, magis sunt hic consideranda quàm illa, quæ pertinent ad aliquod particulare genus entis &c.

BESS. Te. 19.

Qui itaque Pythagorici appellantur, principijs quidem, & elementis alieniori modo quàm Physiologi vtũtur. Causa vero est, quoniam ea non ex sensibilibus acceperunt. Entium enim, quæ mathematica sunt, sine motu sunt, præter illa, quæ circa astrologiam sunt. disputant tamen, & tractant omnia de natura. etenim generãt cælum. & circa eius passiones, partes, & opera, obseruant quod accidit, & principia, & causas in his consumunt, tanquã cæteris physiologis conuenientes: quia ipsum ens hoc est, quodcũq; sensibile est, & quod continet id, quod vocat cælũ. Causas vero, & principia, sicut diximus, sufficiẽtia, vt dicunt, et vsque ad superiora entium transcẽdere, & magis quàm de natura sermonibus conuenientia.

Vide documentũ Auerrois.

Tex. 20.

ANT. Tex. co. 19. Parte. 2.

Ergo qui Pythagorici sunt vocati principijs & elementis extraneè à Physiologis sunt vsi. Causa vero, quia acceperũt ea ex non sensibilibus. Nam mathematica existentium sine motu sunt, extra ea, quæ sunt circa astrologiam. Disputant tamen & tractant omnia de natura. Generant enim cælum, & quod circa huius partes & passiones & operationes accidit obseruãt. Et principia & causas in hoc dispensant, quasi alijs physiologis cõsentiẽtes. Quia ens hoc est quodcunque sensibile est, & comprehendit vocatum cælum. Causas vero & principia (sicut diximus) dicunt sufficientia pertingere vsque ad ea quæ sunt entium superiora, & magis quàm de natura rationibus conuenientia.

Hic disputat contra opiniones prędictorũ Philosophorum: & primo contra Pythagoram, secũdo cõtra Platonem. ibi: {Qui vero ideas.} Circa primũ duo facit. Primo ostendit in quo Pythagoras cõueniebat cum naturalibus, & in quo ab eis differebat. Secundo disputat contra eius opinionem. ibi: {Ex quo tamen modo motus &c.} Sciendum est ergo, q̃ Pythagorici in vno conueniebant cum naturalibus, in alio ab eis differebant. Differebant quidem in positione principiorum. vsi sunt enim principijs rerum extraneo modo à naturalibus. Cuius causa est, quia principia rerum non acceperunt ex sensibilibus sicut Naturales, sed ex mathematicis, quæ sunt sine motu, vnde non sunt naturalia. Quod autem mathematica dicuntur esse sine motu, referendum est ad illas scientias, quę sunt pure mathematicę, sicut arithmetica & geometria. Astrologia enim considerat motum, quia astrologia est media scientia inter mathematicam & naturalẽ. Principia enim sua astrologia & aliæ medię applicant ad res naturales, vt patet. 2. Phy. Conueniebat au-

Pate. phte. & sequenti. Lect. 14. hac parte. Part. sequẽ.

Tex. co. 20.

bat autem Pythagoras cum naturalibus quantum ad ea quorum principia quærebat. Disputabat.n.& tractabat de omnibus naturalibus. Tractabat.n.de generatione cœli,& obseruabat omnia,quæ accidunt circa partes cœli,quæ dicuntur diuersæ sphæræ, vel etiã diuersæ stellæ: & quæ accidunt circa passiones vel circa eclipses luminarium,& quę accidũt circa operationes,& circa motus corporum cęlestium,& circa eorũ effectus in rebus inferioribus, & singulis huiusmodi dispensabat causas, adaptando scilicet vnicuique propriam causam. Et videbatur etiam in hoc consentire alijs naturalibus,ꝙ solum sit id illud ens,quod est sensibile,quod comprehenditur à cœlo, quod videmus. Non enim ponebat aliquod corpus sensibile infinitum, sicut alij naturales posuerunt. Nec iterum ponebat plures mũdos, sicut posuit Democritus. Ideo autem videbatur æstimare ꝙ nulli entia essent nisi sensibilia,quia non assignabat principia & causas nisi talibus substantijs. Nihilominus tamen causæ & principia,quæ assignabat, non erant propria & determinata sensibilibus,sed erant sufficientia ascendere ad superiora entia,idest ad entia intellectualia. Et erãt adhuc magis conuenientia quàm rationes naturalium, quæ non poterant extendi vltra sẽsibilia, quia ponebant principia corporea. Pythagoras vero, quia ponebat principia incorporea,i.numeros,quamuis non poneret principia nisi corporeum sensibilium,ponebat tamen entium intelligibilium,quę non sunt corpora, principia pene, sicut & Plato posterius fecit.

BESS. Text.21.

Ex quo vero modo motus erit finito & infinito, & pari & impari solum supposi is,nihil aiũt: Aut quo possibile est sine motu & mutatione generationem, & corruptionẽ esse, aut actiones eorum, quæ in cœlo feruntur.

ANT. Parte.3.

Ex quo ta aen modo motus i.: ri ,finito & infinito solum suppositis pari & impari,non dicunt. Quomodo autem possibile sine motu & transmutatione, generationẽ & corruptionem esse, aut eorum quæ geruntur opera circa cœlum?

Hic ponit tres rationes contra opinionem Pythagoræ,quarum prima talis est,Pythagoras nõ poterat assignare,quo motus adueniat rebus,quia non ponebat principia nisi finitum & infinitum,par & par,quę ponebat principia sicut substãtia,siue materialia principia. Sed oportebat eũ concedere motum rebus inesse. Quomodo.n.esset possibile sine motu & transmutatione esse generationem & corruptionem in corporibus,& operationes eorum,q̃ gerũtur circa cęlum,q̃ per motus quosdam hunt? Patet ꝙ nullo modo. Vnde cũ Pythagoras considerauit de generatione & corruptione,& eis quæ gerũtur circa cœlum,patet ꝙ insufficienter posuit nõ assignans aliqua principia motus.

BESS.

Item siue quis eis concedat ex his magnitudinẽ esse, siue demonstretur hoc,quomodo tamen quædam corporum leuia, quædam grauitatem habentia erunt? è quibus enim supponunt,& aiunt,nil magis quàm de mathematicis corporibus,de sensibilibus dicũt.quare de igne, aqua, aut de huiusmodi cæteris corporibus nihil dixerunt,tanquam nil de sensibilibus proprium dicentes.

ANT. Text.co.21. Parte 4.

Amplius autem siue quis det ex eis esse magnitudinẽ, siue hoc ostendatur, tamen quomodo erunt hæc corporum leuia,illa vero grauitatem habentia? Ex quibus.n. supponunt et dicunt, nihil magis de mathematicis corporibus dixerunt quàm de sensibilibus. Vnde de igne & terra & alijs huiusmodi corporibus nihil dixerunt, sicut nihil de sensibilibus existimant dicentes proprium.

Numeri p̃principia, caũ sensibilium causę non sunt.

Hic ponit secundam rationem. Pythagoras enim ponebat ex numeris componi magnitudines. Sed siue hoc probet siue concedatur , non poterit ex numeris assignare causam, quare quædam sunt grauia,quædã leuia. Quod ex hoc patet,quia rationes numerorum nõ magis adaptantur corporibus sensibilibus quàm mathematicis,quæ sunt non grauia & leuia. Vnde patet,ꝙ ipsi nihil dixerunt plus de corporibus sensibilibus,quàm de mathematicis. Et sic patet, ꝙ cum corpora sensibilia,vt ignis & terra & huiusmodi,inquantũ talia,addant aliquid supra mathematica,nihil proprium de illis sensibilibus dixerunt secundum veram æstimationem. Et sic iterum patet, ꝙ insufficienter posuerunt, prætermittentes assignare causas eorum, quæ sunt propria sensibilibus.

BESS. Tex. c. 22. Tex.23.

Item quomodo passiones quidem numeri, & ipsum numerum putandum causas eorum esse, quæ sunt à principio,ac de nouo in cælo fiunt: numerum vero alium præter hunc numerum,ex quo mundus constat, nullum esse? Cum enim in hac quidem parte opinio eis, & tempus sit,paululum vero desuper & deorsum iniuria,& disiunctio,aut mistio,probationem autem afferant,quòd horũ quidẽ vnũquodque numerus est,contingit autem in hũc locum multitudinẽ iam cõstitutarum magnitudinũ esse, eo,quod passiones hæ sequuntur singula loca, vtrum iste est idem numerus,qui in cælo, quem oportet accipere, quod horum vnumquodque est,an præter istũ alter? Plato etenim alium esse ait. at ille quoque numeros putat, & illa esse,& horũ causas.sed intelligibiles quidẽ causas,hos vero sensibiles. De Pythagoricis itaque prætermittamus modo.sufficit enim in tantum eos attigisse.

Te. 24.

ANT. Te. 22. Tex. co.23.

Amplius autem quomodo oportet accipere eas quidem esse numeri passiones,& numerum circa cælum existentium & factorum & ab initio, & nunc? Numerum vero vllum esse præter numerum hunc,ex quo consistit mũdus. Nam cum in hac parte opinio & tempus sit eis, parum vero desuper, aut subtus iniustitia & discretio, aut & permixtio,demonstrationem autem dicant, quia horum vnumquodq; numerus est. Accidit autem secundum hunc locum iam pluralitatem esse constitutarum magnitudinum,quia passiones hæ sequuntur singula loca. Vtrũ idẽ est numerus, qui in cælo est hic,quem oportet accipere,quia vnũquodque est, aut præter hũc alius? Plato nanque ait alium esse. Existimat quidẽ etiam & ille numeros hæc esse & horũ causas sed illos quidẽ intellectuales causas,hos vero sensibiles. De Pythagoricis quidẽ dimittatur ad præsens,sufficit n.ipsa tangere tantũ.

Tex. co.24.

Hic ostẽdit tertiã rõnẽ,q̃ procedit ex hoc,ꝙ Pythagoras videbatur ponere duo cõtraria. Ponebat.n.ex vna parte, ꝙ numerus & numeri passiones sunt causæ eorũ,q̃ sunt in cęlo,& oĩum generabiliũ & corruptibiliũ à prĩcipio mũdi:ex alia vero ponebat,ꝙ nõ erat aliqs alius numerus p̃ter istũ numerũ,ex quo cõstituit mũdi sub͂a, numerũ.n. sub͂am rerũ posuit.hoc autẽ quõ est accipere,cũ idẽ non sit causa suijpsius? Nã Pythagoras ex hoc dicit demonstrari,ꝙ vnũquodque horũ sensibiliũ est numerus s'm sub͂am suã,qa in hac p̃te vniuersi sunt entia cõtingẽtia, de quibus est opinio,& q̃ sub sunt tẽpori inquãtũ aliqñ sunt & aliqñ nõ sunt. Si autẽ generabilia & corruptibilia essent partim supra aut subtus,in ordine vniuersi esset inordinatio,vel per modũ iniustitiæ,dũ,s.aliqua res sortiretur nobiliorem locum vel minus nobilẽ q̃ sibi debeatur:aut p modũ discretionis,inquantũ corpus si poneretur extra locum suum,diuideretur à corporibus similis naturę:vel per modum mixtionis & confusionis,dum corpus extra suum locum positũ oportet permisceri alteri corpori, sicut si aliqua pars aquæ esset in aliquo loco aeris, vel in loco terræ. Et videtur in hoc tangere duplicem conuenientiam corporis naturalis ad suum locũ. Vnã

ex ordine situs, ſm q nobiliora corpora ſortiuntur al tiorem locum, in quo uidetur quedam iuſtitia. Aliam autem ex ſimilitudine vel diſsimilitudine corporum locatorum adinuicem, cui contrariatur diſcretio, & permixtio. Quia igitur res ſm quòd determinatū ſitū habent, in vniuerſo conuenienter ſe habent, quia ſitus in modico mutaretur ſequeretur inconueniens, vt dictum & manifeſtū eſt, q omnes partes vniuerſi ſunt ordinatæ ſecundum determinatam proportionem. omnis enim determinata proportio eſt ſm numeros. Vnde oſtendebat Pythagoras, q omnia entia eſſent numerus. Sed ex alia parte videmus quòd magnitudines conſtitutę in diuerſis locis ſunt plures & diuerſæ, quia ſingula loca vniuerſi cōſequunt ꝓptias paſsiones, quibus corpora diuerſificant. Nā aliæ sūt paſsiones corporis exiſtentis ſurſum & deorſum. Cum igitur Pythagoras ratione prædicta dicat omnia ſenſibilia numerum, & videamus accidere diuerſitatē in ſenſibilibus ſecundum diuerſa loca, vtrum ſit idem & vnus numerus tātum, qui eſt in cœlo, ideſt in toto corpore ſenſibili quod in cœlo includatur, de quo oportet accipere quòd eſt ſubſtātia vniuſcuiuſque ſenſibilis, aut præter hunc numerum qui eſt ſubſtantia rerum ſenſibilium, eſt alius numerus qui eſt eorum cauſa. Plato autem dixit alium numerum, qui eſt ſubſtantia ſenſibiliū, & qui eſt cauſa. Et quia ipſe Plato exiſtimauit ſicut Pythagoras, numeros eſſe ipſa corpora ſenſibilia & cauſas eorū, ſed numeros intellectuales æſtimauit cauſas inſenſibilium: numeros vero ſenſibiles cās eſſe & formas ſenſibiliū. Qd quia Pythagoras nō fecit, inſufficiēter poſuit. Cōcludit aūt in fine q iſta ſufficiāt de Pythagoricis opinionibus, nam eas tetigi ſufficit.

LECTIO XIIII.

Multis rationibus aduerſus Platonicorum ideas arguitur

BESS. Tex. 25. Aduerſus Idearum aſſertores. Tex. 26.

Qui vero ponunt ideas, primum quidem cum quęrerent horū exiſtentium cauſas habere, cætera æqualia his numero attulerunt. velut ſiquis numerare volens, cum quidem pauciora exiſtant, arbitretur non poſſe, plura vero ea faciat, & ita numeret. Ferè etenim formæ æquales, aut non pauciores iis ſunt. Ex quibus, dū de eis cauſas quærerent, ad illas proceſſerunt nam ſecundum vnūquodque æquiuocum quid eſt, et præter ſubſtātias cęterorum quoque in multis eſt vnum, & in his, & in ſempiternis.

Tex. 25. Part. 1. Pla. Parmenide & in Phedone. Tex. co. 26.

Qui vero ideas poſuerunt eprimum quidem horū exiſtentium accipere cauſas quęrentes, alia his æqualia numero attulerunt. ut ſi quis numerare volens paucioribus quidem exiſtentibus putet non poſſe, plures vero faciens numeret. Nam ferè æquales aut non pauciores hi ſunt ſpecies, de quibus quęrētes cauſas ab his ad illas peruenerunt. Secūdum vnumquodque enim æquiuocum homogeneum aliquid eſt, & circa ſubſtantias aliorum eſt in multis vnum, & in his & in ſempiternis.

Diſputat cō tra Platonē in eo q ponebat ſubſtātias ſpecies Lec. 17.

Hic diſputat contra opinionem Platonis, & diuiditur in duas partes. Primo diſputat contra eius opinionem, quantum ad hoc quod ponebat de rerum ſubſtantiis. Secundo quantum ad hoc quod de rerū principiis, ibi [Omnino autem ſapiētia.] Prima diuiditur in duas partes. Primo. n. diſputat contra hoc q ponebat ſubſtantias ſpecies. Secundo quantum ad hoc q ponebat de mathematicis, ibi [Amplius ſi ſunt numeri.] Circa primum duo facit. Primo enim diſputat contra ipſam poſitionē Platonis. Secundo contra rationem ipſius, ibi, [Amplius autem ſm quos &c.] Dicit ergo primo, quòd Platonici ponētes ideas eē quaſdam ſubſtantias ſeparatas, in hoc uidētur deliquiſſe, quia cum ipſi quærentes cauſas horum ſenſibilium entium, prætermiſsis ſenſibilibus adinuenerunt quędam alia noua entia ęqualia numeris ſenſibilibus.

Part. 2. Lect. huius.

Et hoc videtur inconueniens, quia qui querit cauſas aliquarum rerum debet ipſas certificare, non alias res addere, ex quarū pōne accreſcat neceſsitas inquiſitionis. hoc. n. ſimile eſt ac ſi aliquis vellet numerare res aliquas, quas non putet ſe poſſe numerare ſicut pauciores. ſed vult eas numerate multiplicādo eas per additionem aliquarum rerum. Conſtat. n. q talis ſtulte mouet, qa in paucioribus eſt via magis plana qa melius & facilius certificātur pauca q̄ multa. Et numerus tanto eſt certior quanto eſt minor, ſicut propinquior vnitati, q eſt menſura certiſsima. Sicut aūt numeratio eſt quędā rerum certificatio qntū ad numerū, ita inquiſitio de cauſis rerum eſt quędam certa mēſura ad certificationem naturæ rerum. Vnde ſicut numerate pauciores res facilius certificantur qnātum ad earum numerum, ita pauciores res facilius certificantur quantum ad earum naturam. Vnde cum Pla. ad notificandum res ſenſibiles tantum, multiplicauerit rerū genera, adiunxit difficultates accipiens quod eſt difficilius ad manifeſtationem facilioris, quod eſt inconueniēs. Et ideę ſunt ęquales numero, aut non pauciores ſenſibilibus, de quibus Platonici inquirūt cauſas (quibus Ariſt. ſe connumerat, quia Platonis diſcipulus fuit) & determinauerunt procedentes de his ſenſibilibus ad prædictas ſpecies, manifeſtum eſt, ſi conſideretur, qua ratione Platonini ideas induxerūt: hac. ſ. quia videbāt in omnibus vniuocis vnum eſſe in multis. Vnde id vnū ponebant eſſe ſpeciem ſeparatam. Videmus tamen, q circa omnes ſubſtantias rerum aliarum ab ideis inuenitur vnum in multis per modū vniuocæ prędicationis, inquantū inueniuntur multa vnius ſpeciei. Et hoc non ſolū ſenſibilibus corruptibilibus. ſed & in mathematicis, quę ſunt ſempiterna: quia & in eis multa ſunt vnius ſpeciei, vt ſupra dictum eſt. Vnde relinquitur q omnibus ſpeciebus rerū ſenſibiliū reſpondeat aliqua idea. Quęlibet igitur earū ē quoddā ęquiuocū cū iſtis ſenſibilibus, quia cōmunicat in nomine cū eis. Sicut .n. Socra. dicitur homo, ita & illa. Tñ differūt rōne. Rō .n. Socr. eſt cū materia. Rō vero hominis idealis eſt ſine materia. Vel ſm aliam literā, vnaquæque ſpecies dicitur eſſe aliquid vniuocum, inquantū, ſ. eſt vnum in multis, & conuenit cum illis de quibus prædicatur quantum ad rationem ſpeciei. Ideo aūt dicit æquales, aut non pauciores, quia ideæ uel ponuntur ſolum ſpecierum, & ſic erūt æquales numero iſtis ſenſibilibus, ſi numerentur hic ſenſibilia ſm diuerſas ſpecies, & nō ſm diuerſa indiuidua quæ ſunt infinita. Vel ponunt ideæ non ſolum ſpecierū, ſed & generum, & ſic ſunt pluries ideæ quàm ſpecies ſenſibilium, quia ideæ tunc erunt ſpecies oēs, & præter hæc omnia & ſingula genera. Et ꝑ hoc dicit aut non pauciores. q. d. ſed plures. Vel aliter, ut dicantur eſſe æquales, inquantum ponebat eas eſſe ſenſibilium. non pauciores autem ſed plures, inquantum ponebat eas non ſolum ſpecies ſenſibilium, ſed etiam mathematicorum.

BESS. Tex. 27.

Item quibus modis oſtenditur quòd formæ ſunt, ſecūdum nullum eorum apparent. E quibuſdam nanque, non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmū: è quibuſdam vero etiam, quorum non putamus, horum formæ fiunt.

ANT. Tex. 27. Parte. 2.

Amplius autem ſecundum quos, modos oſtendimus quia ſunt ſpecies, ſecundum nullum videntur horum. Ex quibuſdam enim non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum, ex quibuſdam uero ita, & non quorum putamus, horum ſiunt ſpecies.

Diſputat cō tra Platonē quantū ad rationē ſuæ poſitionis. Hæc parte. parte. ſeq.

Hic diſputat contra Platonem quantum ad rationem ſuæ poſitionis, & circa hoc duo facit. Primo tangit modos in generali, quibus rationes Platonis deficiebant. Secundo exponit illos in ſpāli, ibi. [Quia ſecundum rationes ſcientiarum.] Dicit ergo primo

quód

ꝙ ꝟm nullum illorum modorum videntur species esse, ꝟm quos nos Platonici ostendimus species esse. Et hoc ideo quia ex quibusdam illorum modorum non necessarium est fieri syllogismum, sed non ad propositum Platonis, quia, scilicet non de necessitate possunt syllogizare species esse, ex quibusdam vero modis fit syllogismus, sed non ad propositum Platonis, quia per quasdam suas rationes ostenditur, ꝙ species separatæ fuit quarundam rerum, quarum esse species Platonici non putauerunt similiter, sicut & illarum quarum putauerunt esse species.

BESS. *Secundum namque rationes, quæ ex scientijs, formæ erunt omnium quorũ scientiæ sunt. secundum vero vnũ in multis, & negationum.*

ANT. Part.3. *Quia secundum rationes eas, quæ fiunt ex scietijs, omnium erunt species quorum: nanque sunt scientiæ, & secundum vnum in multis & in negationibus.*

Hic prosequitur istos modos in speciali, & primò prosequitur ꝟm, ostendendo ꝙ sequitur per rationẽ Platonis speciei esse aliquorum, quorum species Plato non ponebat. Secundo prosequitur primum ostendens ꝙ rõnes Platonis non sunt sufficientes ad ostendendum esse ideas, ibi: ¶ Omnium autem dubitabit aliquis &c. ¶ Circa primũ ponit septem rationes, quarum prima talis est. Vna rationum inducentium Platonem ad ponendum ideas sumebatur ex parte scientiæ. quia videlicet scientia cum sit de necessarijs, non potest esse de his sensibilibus, quæ sunt corruptibilia, sed oportet ꝙ sit de entibus separatis incorruptibilibus. Secundum igitur hãc rationem ex scientijs sumptam, sequitur quòd species sint omnium quorũcunque sunt scientiæ. Scientiæ autem non solum sunt de hoc quod est esse vnũ in multis, qđ est per affirmationem, sed ẽt de negationibus, quia fiunt aliquę demonstrationes concludentes affirmatiuam propositionem, ita sunt ẽt demonstrationes concludentes negatiuam per oppositionem: ergo oportet etiam negationum ponere ideas.

Lect.15.

Plato non ponebat ideas negationum.

BESS. *At secũdũ quod intelligitur quippiã eo corrupto, & corruptibiliũ: siquidem quicquam est horũ phantasma.*

ANT. Part.4. *Et secundum quòd intelligitur aliquid corrumpi corruptibilium: phantasma enim aliquid horum est.*

Hic ponit secundam rationem. In scientijs enim non solum intelliguntur quòd quædam semper se eodem mõ habent, sed etiam ꝙ quædam corrumpũtur aliter tolleretur scientia naturalis, quę circa motũ versatur. Si igitur oportet esse ideas oĩum illorum, quę in scientijs intelliguntur, oportet esse ideas corruptibiliũ inquantum corruptibilia, hoc est inquãtum sunt hęc sensibilia singularia. Sic.n. sunt corruptibilia. non autem potest dici ꝟm rationem Platonis, ꝙ scientiæ illæ, quib' intelligimus corruptiones rerũ, intelligãtur corruptiones horũ sensibiliũ, qa horũ sensibiliũ non est intellectus, sed imaginatio vel phantasia, q̃ est motus factus à sensu ꝟm actũ, ꝟm quod dicitur. 2. de Aia

Tex. c.106.

BESS. *Insuper rõnum, quę magis certe sunt, quædam quidem eorũ, quæ ad aliquid sunt, ideas faciũt, quorũ nõ dicimus esse per se genus: quędam vero tertium hominem dicunt.*

ANT. Text.c6.28. Part.5. *Amplius autem rationum certissimæ, alię, quidem eorum quę ad aliquid ideas faciunt, quorum non dicũt esse secundum se genus, aliq vero tertium hominem dicunt.*

Hic ponit tertiam rõnẽ, q̃ continet duas conclusiones, quas certissimis rõnibus dicit cõcludi. Vna est, qa si ideæ sunt oĩum, quorũ sunt sciæ, sequitur aũt nõ solũ sunt de absolutis, sed ẽt sunt de his, quæ dicuntur ad aliquid, sequitur hac rõne sicũte ꝙ ideæ sunt ẽt eorũ quæ sunt ad aliquid. quod est cõtra opinionẽ Platonis quia cũ ideæ separatæ sint secundum se existentes, qđ est contra rõnẽ eius quod est aliquid, nõ ponebat Plato eorum quę sunt ad aliquid, aliquod esse genus idearum, q̃ ꝟm se dicuntur. Alia conclusio est quæ ex alijs rationibus certissimis sequit, ꝙ scilicet sit tertius homo. Quod quidẽ tripliciter potest intelligi. Vno modo ꝙ intelligatur, ꝙ homo idealis sit tertius à duobus hominibus sensibilibus, qui communis hominis prędicationem suscipiunt. Sed hæc non vr̃ eius esse intentio, licet hoc tangatur. 2. Elenchorum. hæc.n. est positio contra quã disputat. vnde ad hoc nõ diceret quasi ad incõueniens. Alio modo potest intelligi, vt dicatur tertius homo, ꝗ sit communis & homini sensibili. Cũ enim homo sensibilis & homo idealis conueniãt in rõne, sicut duo homines sensibiles, & sicut homo idealis ponitur tertius prætes duos homines sensibiles, ita alius homo debet poni tertius præter hominẽ idealem & hominem sensibilem. Et hoc etiam nõ videtur hic esse eius intentio, quia ad hoc inconueniẽs statum alia ratione ducet. vnde esset superfluũ hic ad idem inconueniens ducere. Tertio modo potest intelligi, quia Plato ponebat in quibusdam generibus tria, quædam, s. sensibilia, mathematica, & species, sicut in numeris & lineis & omnibus huiusmodi. Non est autem maior ratio quarein quibusdam rebus ponantur media quam in alijs, ergo oportebat etiam in specie hominis ponere hominem medium, qui erit tertius inter hominem sensibilem & idealem. & hanc etiam rationem in posterioribus libris Arist. ponit.

Plato nõ ponebat ideas relatiuorũ.

Tertius hõ apud Platonem natum hic voluit.

BESS. *Et simpliciter hæ de formis rõnes illa perimunt, quę magis esse quã ipsas ideas esse volũt, qui dicut formas. Accidit enim non dualitatẽ esse primam, sed numerum, & quod ad aliquid eo, quod per se est: & cũcta, quęcũq;, cum quidam sequerẽtur de ideis opiniones ac aduersati principijs sunt.*

ANT. Parte.6. *Et oĩno quæ sunt de speciebus rationes, auferunt ea quę magis esse volunt dicẽtes spẽs esse, quam ipsas ideas esse. Accidit autem ei dualitatem non esse primam, sed numerum: & ad aliquid, ipso quod secundum se. Et omnia quæcunque aliquid de speciebus opiniones sequentes opposuerunt priccipijs.*

Hic ponit quartam rationem, quæ talis est. Quicũque per suam rationem remouet aliqua, quæ sunt apud eum magis nota quã ipsa positio, inconuenienter ponit, sed istæ rationes, quas Plato posuit, de speciebus separatis, auferunt quædam principia, quæ Platonici dicentes esse species magis volunt esse vera quã hoc ipsum quod est, ideas esse, ergo Plato inconuenienter posuit. Minorem autem sic manifestat. Ideæ secundum Platonem sunt priores rebus sensibilibus & mathematicis, sed ipsæ ideæ sunt numeri secũdum eum, & magis numeri impares quàm pares, quia numerum imparem attribuebat formæ, parem autem materiæ. Vnde & dualitatem dixit esse materiã, sequitur ergo quòd alij numeri sunt priores dualitate, quã ponebat sicut materiam sensibilium, ponens magnũ & paruum. Cuius cõtrarium Platonici maxime asserebant, scilicet dualitatem esse primam in genere numeri. Item si sicut per superiorem rationem probatũ est, oportet esse aliquas ideas relationũ: q̃ sint secundum se ad aliquid, & ipsa idea est prior eo, quòd participat ideam, sequitur quòd hoc ipsum quod est ad aliquid est prius absoluto quod secundum se dicitur. Nam huiusmodi substantiæ sensibiles, quæ participãt ideas absolute dicuntur. Et similiter de omnibus aliis quæcunque illi qui sequuntur opinionem de ideis dicunt opposita principijs per se notis, quæ etiam ipsi maxime concedebant.

BESS. Text. 29. *Itẽ secũdũ existimationẽ, secũdum quã esse dicimus ideas, nõ solũ substantiarũ sed multorum et aliorũ formæ erũt. Etenim vnus conceptus non solum de substantijs,*

sed de cæteris etiam est. & scientia non solũ subst̃ uniæ. sed etiam aliorum sunt. & cætera huiusmodi accidat infinita. Secundũ uero necessitatẽ, & opiniones de eis, si formæ participabiles sunt, necesse est substantiarũ solũ esse ideas. non. n. secundum accidens participatio earu est, sed eatenus oportet vniuscuiusq; participẽ esse, quatenus non dr̃ de subiecto. Dico aut, vt siqd ipso duplo participat, hoc & æterno participat, sed secundum accidens. accidit. n. duplo, æterno esse, quare formæ substãtia erũt.

Tex. c. 30.

*a.l. de subiecto dicitur.

ANT. Part. 7. Tex. c. 29.

Amplius autem ad existimationem quidem secundũ quam dicimus ideas non solum esse substantiarum species, sed & multorum aliorum. Etenim intelligentia una non solum circa substantias, sed & de alijs est. Et scientiæ non solum sunt ipsius substantiæ, sed aliorum. Accidunt & mille talia alia.

Secundum vero necessitatẽ & opinionem de ideis, si sunt participabiles species, substãtiarũ necesse ideas esse solũ. Non. n. secundũ accidens participantur, sed oportet hanc in vnoquoq; participare, inquantũ non de subiecto dicuntur. Dico aut si quid per se duplo participat, hoc & sempiterno participat, sed secundum accidens. accidit enim duplo sempiternũ esse. Quare substantia erit spẽs.

Hic ponit quintam rationem, quæ talis est. Ideę ponebantur à Platone, vt eis competerent rõnes siue diffinitiones positæ in scientijs, vt etiam de eis scientiæ esse possent. Sed intelligentia vna (idest simplex & indiuisibilis, qua scitur de vnoquoque quid est, non solum est circa substantias, sed etiam de alijs, scilicet ac cidentibus. Et similiter scientiæ non solum sunt substantiæ, & de substantia, sed etiam inueniuntur scientiæ aliorum (scilicet accidẽtium, ergo patet q̃ ad æstimationem, s̃m quã vos Platonici esse dicitis ideas, sequitur q̃ species non solum essent substantiarum, sed etiam multorum aliorum, scilicet accidẽtium. Et hoc idem sequitur non solum propter diffinitiones & sciẽtias, sed etiam accidunt multa alia (scilicet plurima, ex quibus oportet ponere ideas accidentium s̃m rationes Platonis. Sicut qui ponebat ideas principia essendi & fieri rerum & multorum huiusmodi, quæ conueniunt accidentibus.

Sed ex alia parte s̃m q̃ Plato opinabatur de ideis, & secũdum necessitatem, qua sunt necessariæ sensibilibus (inquantum scilicet sunt participales à sensibilibus, est necessarium ponere q̃ ideæ sint solum substantiarũ. Quod sic patet. ea quæ sunt s̃m accidens non participantur: sed ideam oportet participari in vnoquoque inquantum non dicitur de subiecto. Quod sic patet, quia si aliquod sensibile participat (per se duplo (idest duplo separato (sic enim appellabat Plato omnia separata. s. per se entia.) oportet q̃ participet sempiterno, non quidem per se, quia tunc sequeretur q̃ dupla sensibilia essent sempiterna, sed per accidens: inquãtum s. ipsum p se duplũ quod participatur est sempiternũ. Ex quo patet q̃ participatio non est eorum, quæ accidentia sunt, sed solummodo substãtiarum. Vnde s̃m opinionem Plato. non erat aliquod accidens species separata, sed solum substantia: & tamen secundum rationem sumptam ex scientijs oportebat q̃ esset species.

BESS.

Hæ autem hic, & ibi substantiam significãt. An quicquam erit dicere esse aliquid præter has vnum in multis? Et si eadem species est idearum, & participantium, erit aliquid commune. Cur enim magis in corruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem dualitatibus sed æternis, dualitatem esse vnum, & idem sit, quàm in hac & quadam? Et si non est eadem species, æquiuocatio erit profecto: & simile, ac siquis & Calliam, & lignum hominem appellarit, quorum nulla inspexerit communicationẽ.

ANT. Part. 8.

Hęc uero substantiam esse hic significat & illic. Quare necesse est apparere quid præter eas vnum in multis. Et siquidem eadem species idearum, & participantium aliquid erit commune. Quid enim magis incorruptibilibus dualitatibus, & dualitatibus multis quidẽ, sed sempiternis dualitas unum & idem, quam in hac & aliqua? Si vero non eadem species, æquiuocatio est & simpliciter, vt siquis vocat hominem Calliam & lignum nullam illarum communitatem inspiciens.

Hic ponit sextam rationem, quæ talis est. Istæ res sensibiles substantiam significant in rebus, quæ videntur, & similiter illic, vt in rebus intelligibilibus, quæ substantiam significant, quia tam intelligibilia quàm sensibilia substantiam ponebant. ergo necesse est ponere præter vtrasque substantias, scilicet intelligibiles & sensibiles aliquid cõmune eis quod sit vnum in multis. ex hac enim ratione Platonici ideas ponebant, quia inueniebant unum in multis, quod credebant esse pręter illa multa. Et quòd hoc sic ponere necessarium, scilicet aliquod vnum præter substantias sensibiles & præter species, sic ostendit. Aut enim ideæ & sensibilia quæ participant ideas sunt vnius speciei aut non. Si sunt vnius speciei, omnium autem multorum in specie conuenientium oportet ponere secundum positionem Platonis vnam speciem separatam communem, oportebit igitur aliquid ponere commune sensibilibus & ipsis ideis, quod sit separatum ab vtroque. Non potest autem responderi ad hanc rationem quòd ideæ quæ sunt incorporales & immateriales non indigent alijs speciebus superioribus, quia similiter mathematica quæ ponũtur à Platone media inter sensibilia & species sunt incorporea & immaterialia: & tamen quia plura corũ inueniuntur vnius speciei, Plato posuit eorum speciem communem separatam, qua etiam participant non solum mathematica, sed etiam sensibilia. Si igitur est vna & eadem dualitas, quæ est species vel idea dualitatis, quæ quidem est etiam in dualitatibus sensibilibus quæ sunt corruptibiles, sicut exemplar est in exẽplato, & in dualitatibus etiam mathematicis quæ sũt multæ vnius speciei, sed tamen sunt sempiternæ, eadem ratione in eadem dualitate, scilicet quæ est idea & in alia quæ est mathematica, vel sensibilis erit alia dualitas separata. Non enim potest reddi propter quid illud sit, & hoc non sit. Si autem dicatur alia pars, scilicet sensibilia quæ participant ideas nõ sunt eiusdem speciei cum ideis: sequitur quòd nomen quod dicitur de ideis & de substantia sensibili dicatur omnino, æquiuoce. Illa enim dicuntur æquiuoce, quorum solum nomen commune est, ratione speciei existente diuersa. Nec solum sequitur quòd sint quocunque modo æquiuoca, sed simpliciter æquiuoca, sicut illa quibus imponitur vnum nomen sine respectu ad aliquam communicationem, quæ dicuntur æquiuoca à casu. Sicut si aliquem hominem aliquis vocaret Calliam, & aliquod lignum. Hoc autem ideo addidit Aristot. quia posset aliquis dicere q̃ non omnino æquiuoce aliquod nomen prædicatur de idea, & de substantia sensibili, cum de idea prædicetur essentialiter, de substantia vero sensibili per participationem. Nam idea hominis secundum Platonem dicitur per se homo. Hic autem homo sensibilis dicitur per participationem. Sed tamen talis æquiuocatio non est pura, sed nomen quod per participationem prædicatur, dicitur per respectum ad illud quod prædicatur per se, quod non est pura, sed multiplicitas analogiæ. Si autem essent omnino æquiuoca à casu idea & substantia sensibilis, sequeretur q̃ per vnum non posset cognosci aliud, sicut æquiuoca non se inuicem notificant.

LECTIO XV.

Rationes illæ soluuntur, quibus Platonici ideas ponere coacti sunt.

BESS. Tex. 32.

Potissimum vero dubitabit aliquis, quidnam formæ conferant sempiternis sensibilium, aut illis, quæ fiunt, & corrumpuntur.

ANT. Tex. 31.

Omnium autem dubitabit aliquis maxime, quid conferunt species sempiternis sensibilium, aut his quæ fiunt & corrumpuntur.

Parte prima. Ostēdit Platonem non concludere quod intendebat.

Hic improbat opinionem Platonis quantū ad hoc quod non concludebat quod concludere intēdebat. Intendebat enim Plato concludere ideas esse per hoc, quod sunt necesse sensibilibus rebus secūdum aliquem modum. Vnde Arist. ostendens quod ideæ ad nihil possunt sensibilibus vtiles esse, destruit rōnes Platonis de positione idearū. & ideo dicit, quod inter omnia dubitabilia, quæ sunt contra Platonem, illud est maximum, quod species à Platone positæ non videntur aliquid conferre rebus sensibilibus, nec sempiternis, sicut sunt corpora celestia: nec his, quæ fiunt & corrūpunt sicut corpora elementaria. Quod sigillatim de omnibus ostendit propter quæ Plato ponebat ideas, cum dicit,

BESS.

Nec enim motus, nec alicuius transmutationis eis causæ sunt.

ANT. part. 2.

Nec enim motus, nec transmutationis vllius sunt causæ in eis.

Prima parte Lect. & 2. Part. seq. Parte 4. & seque. Part. 7. & seq. Part. 9. & seque.

Ibi incipit quinque ostendere. Primo quod non prosunt ad motum. Secundo quod non prosunt ad scientias, ibi. {Sed nec ad scientiam.} Tertio quòd non prosunt sicut exēplaria, ibi: {Dicere vero exēplaria &c.} Quarto quòd non prosunt sicut substantiæ. ibi: {Amplius opinabitur.} Quinto quòd nō prosunt sicut causæ fiendi, ibi: {In Phędone vero &c.} Dicit ergo primo, quòd species nō possunt cōferre sensibilibus, ita quòd sint, eis causa motus vel transmutationis alicuius. Cuius rationem hic non dicit, sed superius tetigit. quia videlicet ideæ non introducebantur propter motum, sed magis propter immobilitatem. Quia enim Platoni videbatur quod omnia sensibilia semper essent in motu, voluit aliquid ponere extra sensibilia fixum & immobile, de quo posset esse certa scientia. Vnde species nō poterant ab eo poni sicut principia sensibilia motus, sed potius sicut immobiles, & immobilitatis principia. vt. s. si aliquid fixum & eodem modo se habens in rebus sensibilibus inuenitur, hoc fit secundum participantiam idearum, quæ per se sunt immobiles.

BESS.

At nec ad scientiam aliorum prosunt. nec enim horū illę substantię sunt, in his etenim essent: nec ad esse, cum non insint participantibus: Ita etenim fortassis causę putabuntur esse. vt album mistum albo. Sed ista ratio facile redargui potest, quā Anaxagoras prius, Eudoxus vero posterius, & quidā alij dixerūt. facile. n. est multa impossibilia ad hāc opinionē congerere. At nec ex formis cęteru sunt, secūdū vllū illorū modorū q dici solēt.

ANT. Parte. 3. Ideæ ad sciētiā sunt inutiles.

Sed nec ad sciētiā nihil auxiliatur eis, quia est aliorū nec enim illę horum substantia. nā essent in eis. Nec ad esse cum non participantibus insint. Sic enim forsan causa videbitur esse altū permixtum albo. sed hęc quidem ratio valde mobilis est, quam Anaxagoras prius, & Hesiodus posterius, & alij quidā dixerunt. Facile nanque colligere est multa & impossibilia ad talem opinionem. At uero nec ex speciebus sunt alia secundum vllum modum consuetorum.

Ostēdit secūdo, quod species nō prosunt sensibilibus ad scientiam, tali ratione. Cognitio vniuscuiusque perficitur per cognitionem suæ substantiæ, & nō per cognitionem aliquarum substantiarum extrinsecarum: sed substantiæ separatæ quas dicebant species, sūt omnino alię ab illis substantijs sensibilibus, ergo earum cognitio non auxiliatur ad scientiam illorum sensibilium. Nec potest dici quòd illę species sunt substantiæ istorum sensibilium. nā cuiuslibet rei substantia est in eo cuius est substantia. Si igitur illæ species essent substantiæ rerum sensibilium, essent in his sensibilibus, quod est contra Platonem. Nec iterum potest dici quod illæ species adsint istis substantijs sensibilibus, sicut participātibus eas. Hoc enim modo Plato opinabatur aliquas species horum sensibilium causas esse. Sicut nos intelligeremus ipsum album per se existens, ac si esset quoddam album separatū, permisceri albo, quod est in subiecto, & albedinem participare, vt sic etiam dicamus quòd homo iste, qui componitur ex materia & natura speciei, quam participat. Sed hęc rō est valde {mobilis} idest destructibilis. hāc. enim rōnē primo tetigit Anax. qui posuit & formas & accidentia permisceri rebus. Et secundo tetigit Hesiodus & alij quidā. Et ideo dico, quòd est valde mobilis, s. quia facile est colligere multa impossibilia cōtra talem opinionem. Sequitur enim sicut supra dixit, contra Ana. quòd accidentia & formæ possunt esse sine substantijs. Nam ea sola nata sunt misceri quę possunt separatim existere. Sic igitur nō potest dici quòd species sic conferant ad scientiam sensibilium vt eorum substantiæ, nec quòd sint eis principia existendi per modum participandi. Nec ēt potest dici quod ex speciebus sicut ex principijs sunt alia, s. sensibilia sm vllum eorum modum qui consueuerunt dici. Vnde si eadem sunt principia essendi & cognoscēdi, oportet quod species non conferant ad scientias, cū principia essendi esse non possint. Ideo autem dicit secundum vllum modum consuetorum dici, quia Plato inuenerat nouos modos aliquid ex alio cognoscendi.

BESS. Text. 32.

Dicere vero exemplaria eas esse, & cætera eis participare, vaniloquia, & metaphoras poeticas dicere est.

ANT. Text cō. 32 Part. 4. puт sed. Quod ideæ nō sunt exēplaria.

Dicere vero exemplaria esse & eis alia participare, vaniloquium est, & metaphoras dicere poeticas.

Hic tertio ostendit, quòd species non conferāt sensibilibus, sicut exemplaria, & primo proponit intētū. Secūdo probat, ibi {Nam quid opus est &c.} Dicit ergo primo quia dicere species esse exemplaria sensibilium & mathematicorū eo quòd huiusmodi causas participent, est dupliciter inconueniēs. Vno modo, quia vanum & nulla vtilitas est huiusmodi exemplaria ponere, sicut ostendet. Alio modo quia est simile metaphoris, quas poetæ inducunt, quod ad philosophū non pertinet. Nā philosophus ex proprijs docere dēt. Ideo aūt hoc dicit esse metaphoricū, quia plato productionem rerum naturalium assimilauit factioni rerum artificialium, in quibus artifex ad aliquod exemplar respiciens, operatur aliquid simile suæ arti.

BESS.

Quod enim est, quod agit, ad ideas inspiciens? possibile enim est & esse, & fieri quodcunque simile, etiam non ad illius imaginem. quare & existente Socrate, & non existente, fit vtique qualis Socrates est.

ANT. Par. 5.

Nā quid est opus ad ideas respiciens? Contingit. n. & esse & fieri simile aliquid, & non assimilatum ad illud. Quare existēte Socrate & nō existēte fiet qualis Socr.

Hic probat propositum tribus rōnibus. Hoc. n. videtur esse opus exēplaris, i. vtilitas, quod artifex respiciens ad exemplar inducat similitudinē formæ in suo artificio. Videmus aūt in operatione naturalium rerū, quòd similia ex similibus generantur, sicut ex homine generatur hō. Aut ergo similitudo ista puenit in rebus generatis propter respectum alicuius agentis ad exemplar, aūt non. Si non, quid erat {opus} idest

vtilitas quòd aliquod agens sit respiciens ad ideas sicut ad exemplaria? quasi.d.nullum. Si autem similitudo prouenit ex respectu ad exemaplar separatū, tunc nō poterit dici qd causa huius similitudinis in genito sit forma inferioris generātis. Fiet.n.aliquid simile pp respectū ad hoc exemplar separatum, & non p respectum ad agens hoc sensibile. Ex hoc est qd dicit (& nun simile illi) idest agenti sensibili. Et quo sequitur hoc incōueniēs φ aliquis generetur similis Socrati siue posito, siue remoto Socrate. Qd videmus esse falsum, quia nisi Socrates agat in generatione, nōquā generabitur aliquis similis Socrati. Si igitur hoc est falsum, φ non similitudo generatorū depēdeat à proximis generantibus, vanum & superfluum est ponere aliqua exemplaria separata. Sciendum autem φ illa ratio etsi destruat exemplaria separata a Platone posita non tamen remouet diuinam scientiam esse rerum omnium exemplarem. Cum enim res naturales naturaliter intendant similitudines in res generatas inducere, oportet φ ista intentio ad aliquod principium dirigēs reducatur, quod est in finem ordinans vnum quodque. Et hoc non potest esse habens intellectum cuius sit cognoscere finem & proportionem rerum in finem. Et sic ista similitudo effectuū ad causas naturales reducitur, sicut in primum principium in intellectum aliquem. Non autem oportet quòd in aliquas alias formas separatas: quia ad similitudinē prędictam sufficit prædicta directio in finem, qua virtutes naturales diriguntur à primo intellectu.

Ratio Arist. nō destruit ideas diuinas.

BESS. *Similiter aūt ēt si Socrat. sempiternus esset. At eiusdem et unt plura exemplaria, ergo etiam formæ veluti hominis, animal, & bipes, simul autē & idealis* homo.*

* ipse hō

ANT. Parte.6. *Similiter autem palam, quia etiam si fit Socrat. sempiternus, erunt eiusdem exemplaria plura, quare & species: vt hominis anima & bipes: similiter autem & autosanthropos.*

Hic ponit secundam rationem quæ talis est. Sicut Socra. ex eo quod est Socr. addit aliquid supra hominē, ita etiā homo addit aliquid supra animal: & sicut Socra. participat hominem, ita homo participat animal. Sed si præter istum Socra. sensibilem poneretur alius Socra. sempiternus, quasi exemplaris, sequeretur quòd huius Socrat. sensibilis essent plura exemplaria, scilicet Socra. sempiternus & idea hominis, ergo & eadem ratione species hominis habet plura exemplari. Erit enim exemplar eius & animal, & bipes, & tierum (Autolanthropos) idest idea hominis. Hoc autē est incōueniens φ vnius exemplati sint plura exemplaria, ergo inconueniens est ponere huiusmodi sensibilium exemplaria.

BESS. Tex. 33. *Item non solum sensibilium exemplaria formæ erūt, verum etiam ipsarum, vt puta genus, tanquā genus specierum. quare idem erit exemplar, & imago.*

ANT. Text cō. 33. Parte. 7. *Amplius autem non solum sensibilium species exemplaria, sed etiam ipsarum, vt genus specierum, quare idem erit exemplar & imago.*

Hic ponit tertiam rationem quæ talis est. Sicut se habet species ad indiuiduū, ita se habet genus ad speciem. Si igitur species sunt exemplaria sensibiliū indiuiduorum, ut Plato ponit, ipsarum etiam specierum erunt aliqua exemplaria, scilicet genus specierum quod est inconueniēs, quia tunc sequeretur φ idem, scilicet species ent exemplum alterius, scilicet indiuidui sensibilis, & imago ab alio exēplata, scilicet à genere, quod videtur esse inconueniens.

BESS. *Item videri posset impossibile esse separatam substātiam, & cuius est substantia, quare quomodo ideæ, cum rerum substantię sint, separatæ fuerint.*

ANT. Part 3. *Amplius opinabitur vtique impossibile esse separatim substantiam, & cuius est substantia. Quare quōmodo ideæ substantiæ rerum existentes separatim erūt?*

Hic quarto ostendit φ species non conferunt rebus sensibilibus, sicut earū substātiæ vel causæ formales, quia hic opinabitur idest hoc est opinatiuum, vt impersonaliter ponatur, φ impossibile est separari substantiam ab eo cuius est substantia. Sed hæ separātur ab eo cuius sunt ideæ.i. à sensibilibus, ergo non sunt substantiæ sensibilium.

Quod ideæ nō sunt formæ substantiales sensibilium.

BESS. Tex. 34. *In Phædone autem ita dicitur, quod tum ipsius esse tum ipsius fieri formæ causæ sunt. Quanquam formis existentibus, non tamen participantia fiunt, si non sit, quod moueat.*

ANT. Tex. cō. 34. Part. 9. *In Phædone vero sic dicitur quòd ipsius esse fieri causæ sint species, & etiam existentibus speciebus, tamen non fiunt participantia nisi sit quod mouit.*

Hic ostendit φ non conferunt species sensibilibus ad eorum fieri, quamuis Plato dixerit in Phædone idest in quodā suo libro φ species sunt causæ rebus sensibilibus essendi & fiendi. Sed hoc probat duabus rationibus, quarum prima talis est: Posita causa ponitur effectus, sed existentibus speciebus, non propter hoc fiūt entia particularia siue indiuidua participantia species, nisi sit aliquid motiuum quod moueat ad speciem. Quod ex hoc patet, quia species sēper eodem modo sunt secundum Platonem. Si igitur eis positis essent vel fierent indiuidua participantia eas, sequeretur φ semper essent huiusmodi indiuidua, qd patet esse falsum: ergo non potest dici φ species sunt causæ fieri & esse rerum, & præcipue cum non poneret species causas esse motiuas: vt supra dictū est. Sic enim à substantijs separatis immobilibus ponit Arist. proponit procedere & fieri & esse inferiorū, inquantum illæ substantiæ sunt motiuæ cœlestium corporum, quibus mediantibus causatur generatio & corruptio in istis inferioribus.

Quod ideæ non conferunt ad fieri rerum.

BESS. *At multa alia fiunt, velut domus, aut annulus, quorū non dicimus esse formas. Quare patet posse contingere cætera quoque & esse, & fieri, etiam propter tales causas, quales eorum, quæ nunc dicta sunt.*

ANT. Parte. 10 *Et multa fiunt alia vt domus & annulus, quorū non dicimus esse species: quare palam quia cōtingit & alia et esse et fieri, et propter tales eās quales et nunc dictas.*

Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Sicut se habent artificialia ad causas artificiales, ita se habēt naturalia ad causas naturales. Sed videmus φ multa alia à naturalibus, vt domus & annulus fiūt in istis inferioribus, quorum Platonici species non ponebant: ergo & alia scilicet naturalia contingit esse & fieri propter tales causas proximas, quales contingit esse nunc dictas, s. artificiales, vt scilicet sicut res artificiales fiunt à proximis agentibus, ita & res naturales.

LECTIO XVI.

Ideas & species sensibilium numeros esse varijs rationibus elidit: magnum itē & paruum magnitudinum principia esse improbat.

BESS. Tex. 36. *Item si formæ numeri sunt, quō erunt causæ? Vtrum quoniam ipsa entia sunt diuersi numeri, vt puta hic quidem numerus homo, hic vero Socrates, hic autē Callias? Cur igitur illi his causæ sunt? etenim si hi quidē æterni, hi vero non, nihil differt. Quod si quoniam* proportiones numerorum ea, quæ hic, aut consonātia, patet, quod vnum quiddam erit, quorum proportiones sunt. Si igitur hoc materia est, manifestum est, quod ipsi etiam numeri proportiones cuiusquā alterius ad alterū erūt.*

* rationes

dico

Tex. c. 35. Part. 1.

dico autem, vt si Callias proportio est in numeris ignis, terræ, quæ, & aeris, & ipse homo aliquorum aliorum subiectorum erit. & idea numerus. ac etiam ipse idealis homo, siue aliquis numerus sit, siue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus. & non erit aliquis propterea numerus.

Amplius si sunt numeri spẽs, quo modo causa erunt? Vtrum quia alij numeri sunt ipsa existentia, vt hic quidem numerus homo, ille uero Socrates, & alius Callias? Quid igitur his sunt causa illis? nec enim si hi sunt sempiterni, illi vero non differunt. Si vero quia rationes numerorum & hic vt symphonia, palam quia est vnum quidem, quorum sunt rationes. Si itaque hæc materia, manifestum quia & ipsi numeri & aliquæ rationes sunt aliud ad aliud. Dico autem vt si est Callias ratio in numeris ignis, aquæ, terræ & aeris & autosanthropos, siue numerus quis existens, siue non, tamen est ratio in numeris quorundam & non numerus, et non erit quis propterea numerus.

Tex. ca. 39.

a i. ipse hõ.

Lect. pñ. par. prima.

Hic improbat opinionem Platonis de speciebus inquantum ponebat eas esse numeros, & circa hoc duo facit. Primo disputat cõtra ea, quę posita sunt ab ipso de numeris. Secundo contra ea, quæ posita sunt ab ipso de alijs mathematicis, ibi: {Volentes autem substantias &c.} Circa primum ponit sex rõnes, quarum prima talis est. Eorum, quæ sunt idem ſm substantiam unum non est causa alterius, sed sensibilia secundum substantiam sunt numeri secundum Platonicos & Pythagoricos: si igitur species sunt etiam numeri non poterunt species esse cãæ sensibilium. Si aũt dicatur ꝙ alij numeri sunt species, & alij sunt sensibilia, sicut ad literam Plato ponebat: ut si dicam° ꝙ hic numerus est hõ, & ille alius numerus est Socra. & alius numerus est Callias istud adhuc nõ vr̃ sufficere, quia ſm hoc sensibilia & species cõueniunt in ratione numeri: & eorum, quæ sunt idem ſm rationem, unum non vr̃ esse cã alterius, ergo species non erunt causæ horum sensibilium. Non iterum põt dici ꝙ sunt causæ, quia isti numeri qui sunt species, sunt sempiterni. Illa .n. differentia non sufficit ad hoc quòd quædam ponantur causæ aliorum, quia aliqua differunt ꝑ sempiternum & non sempiternum ſm esse suum absolute consideratum. Sed per cãm & causatum differunt ſm habitudinem unius ad alterum, ergo diuersa numero nõ differunt per cãm & causatũ per hoc, quòd q̃dam sunt sempiterna, & quædam non sempiterna. Si autem dicatur quòd hæc sensibilia sunt quædã {rõnes} .i. proportiones numerorum, & per hũc modum numeri sunt cãæ horum sensibilium, sicut uidemus i {symphonijs} .i. in musicis consonantijs: quia numeri dicuntur esse causæ consonantiarum, inquantum proportiones numerales, quæ applicantur sonis, consonantias reddunt. Palam est quòd oportebat præter ipsos numeros in sensibilibus ponere aliquod unum secundum genus, cui applicãtur proportiones numerales: ut .i. eorum, quæ sunt illius generis ꝓportiones sensibilia constituant, sicut præter proportiones numerales in consonantijs inueniuntur soni. Si autem illud, cui applicatur illa proportio numeralis in sensibilibus est materia, manifestum est quòd oportebat dicere, quòd ipsi numeri separati qui sunt species, sint proportiones alicuius unius, .i. ad aliquod aliud. Oportet .n. dicere quòd hic homo, qui est Callias uel Socra. est similis homini ideali qui dr̃ {autosanthropos} .i. ꝑ se homo. Si igitur Callias non est numerus tm̃, sed magis est rõ quædam uel proportio in numeris elementorum, s. ignis, terræ aquæ, & aeris, & ipse homo idealis erit quædã ratio, uel proportio in numeris aliquorum, & non erit homo idealis numerus per suam substantiam. Ex quo sequitur, quòd nullus numerus erit {præter ea} id est ꝑter res numeratas. si .n. numerus specierum est maxime separatus, & ille non est separatus a rebus, sed est quædam proportio rerum numeratarum, nunc nullus alius numerus erit separatus, quod est contra Platonicos. Sequitur aũt, quod homo idealis sit proportio aliquorum numeratorũ, siue ponatur esse numerus, siue non. tã enim ſm ponentes substantias esse numeros, quàm ſm naturales, qui numeros substantias esse non dicebant, oportet quòd in rerum substantijs aliquæ proportiones numerales inueniantur. quod patet præcipue ex opinione Empedoclis, qui ponebat unamquamq; rerum sensibilium cõstitui per quandam harmoniam & proportionem.

B E S S.

Text. 37.

Itẽ ẽ multis numeris unus numerus fit. ex speciebus uero quomodo species una?

A N T.

Tex. c. 37. Par. 1.

Amplius ex multis numeris fit unus numerus: ex speciebus autem una species qualiter uel quomodo?

Hic ponit secundam rõnem, quæ talis est. Ex multis numeris fit unus numerus. Si igitur species sunt numeri, ex multis speciebus fiet una species, quod est impossibile. Nam si ex multis diuersarum specierum aliquid unum in specie constituatur, hoc fit per mixtionem, in qua non saluantur species eorum, quæ miscẽtur, sicut ex quatuor elementis fit lapis. Et iterum ex hmõdi diuersis secundum speciem non fit aliquod unum rõne specierum, quia ipsæ spẽs nõ coniunguntur ad aliquod unum constituendum, nisi ſm rõnem indiuiduorum, q̃ alterantur, ut possint permisceri ipsæ autẽ species numerorum binarij, & ternarii simul coniunctæ numerum constituunt quinarium. ita in quinario uterque numerus remanet & saluatur Sed quia ad hanc rõnem posset uideri ex parte Platonis, quòd ex multis numeris non fit unus numerus, sed quilibet numerus immediate constituitur ex unitatibus, ideo consequenter cum dicit.

B E S S.

Quod si nec ex his, sed numerabilibus, ut ex decem milibus, quomodo se habent unitates? siue enim eiusdem species sunt, multa inconuenientia sequentur. siue non eiusdem species, nec eædem inuicem, nec cæteræ omnes omnibus. Quo namque differunt cum impassibiles sint? hæc enim nec rationabilia sunt, nec intellectioni consentanea.

Tex. 38.

A N T. Part. 3.

Sed si nec ex eis, sed ex unis, ut in millenario quomodo se habent unitates? Siue .n. eiusdem speciei, multa inconuenientia accidunt, siue non eiusdem speciei. Nec .n. eadem sibi sunt inuicem nec aliæ omnes omnibus.

Tex. ca. 38.

Quomodo namque different impassibiles existentes? Nec enim rationabilia hæc, nec intelligentia confessa.

Excludit ẽt hanc responsionem. Si .n. dr̃ quòd aliquis numerus maior, ut millenarius nõ constituatur {ex eis,} scilicet ex duobus uel pluribus numeris minoribus, sed constituitur {ex unis} idest ex unitatibus, remanebit qõ, quomodo se habent unitates adinuicẽ, ex quibus numeri constituuntur? Aut .n. oportet, quòd oẽs unitates sint conformes adinuicẽ, aut quòd sint difformes adinuicem. Sed primo modo sequunt multa inconuenientia, & præcipue quantum ad ponentes species esse numeros, quia sequitur quòd diuersæ spẽs non differant secundum substantiam, sed solũ secundum excessum unius speciei super aliam. Inconueniens ẽt vr̃, quòd unitates nullo modo differant, & tñ sunt multæ, cum diuersitas multitudinem cõsequatur. Si uero non sint cõformes, hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quia unitates unius numeri sunt differentes ab unitatibus alterius numeri, sicut unitates binarii ab unitatibus ternarii, & tamẽ unitates unius & eiusdem numeri sibi inuicem sunt cõformes. Alio modo ut unitates eiusdem numeri non sibi inuicem,

nec

nec unitatibus alterius numeri conformes existant. Hanc diuisionem significat, cum dicit. (Nec eædem sibinuicem).i. quæ ad eundem numerum pertinent (neç aliæ omnes &c.).i. quæ pertinent ad diuersos nu meros. Quocunque autem modo ponatur difformitas inter unitates, vr inconueniens. Nã omnis diffor. mitas est per aliquam formam uel pasionem, sicut ui demus quòd corpora difformia differũt calido & frigido, albo & nigro, & hmõdi pasionibus. unitates au tem hmõdi pasionibus carent, cum sint impasibiles ẽm Platonicos, ergo non poterit inter ea poni talis disformitas uel differẽtia, quæ causatur ab aliqua pasione. Et sic patet quòd ea quæ Plato ponit de speciebus & numeris, nec sunt rõnabilia, sicut illa quæ per certam rõnem probantur, nec sunt intelligentiæ con fessa sicut ea quæ sunt p se nota, & solo intellectu certificantur, ut prima demonstrationis principia.

BESS. Tex. 39.

Item necesse est aliud quoddam numeri genus ponere, circa quod Arithmetica. Et omnia, quæ media dicuntur à quibusdam. quæ quomodo, aut ex qbus principijs sunt aut cur ista sunt, quæ media illorum, & horum erunt?

ANT. Tex. c. 39 Part. 4.

Amplius aũt aliud aliquod genus numeri facere est necesse, circa quod sit arithmetica. Et omnia intermedia dicta, ex quibus simpliciter, aut ex quibus sunt principijs, aut quale infra præsentia erunt & eas.

Hic ponit tertiam rõnem contra Platonem, quę ta lis est. Omnia mathematica, quæ à Platone sunt dicta itermedia sensibilium & specierum, sunt ex numeris, aut simpliciter, sicut ex proprijs principijs, aut sicut ex primis. Et hoc ideo dicit, quia secũdum unam viã vr quod numeri sint immediata principia aliorũ mathematicorum. nam unum dicebant constituere punctum, binarium lineam, ternarium superficiem, quaternarium corpus. Secundum uero aliam uiam videntur resolui mathematica in numeros, sicut in prima principia & non in proxima. Nã corpora dicebant cõ poni ex superficiebus, supficies ex lineis, lineas ex pon ctis, puncta aũt ex unitatibus, q̃ cõstituunt numeros. Vtroq; autem modo sequebatur numeros esse principia aliorum mathematicorum. Sicut igitur alia mathematica erant media inter sensibilia & spẽs, ita necessarium est facere aliquod genus numeri, quod sit aliud à numeris, qui sunt species, & à numeris qui sunt suba sensibilium: & quòd de huiusmodi numero sit arithmetica, sicut de ꝓprio subiecto, quę est una mathematicarũ, sicut geometria de magnitudinibus mathematicis. Hoc autem ponere vr superfluum esse. Nã nulla ratio poterit assignari quare sũt numeri medij inter præsentia ideſt sensibilia & eas scilicet species, cum tam sensibilia quàm species sint numeri.

BESS. Tex. 40.

Item unitates, quæ in dualitate sunt, utraque ex aliqua priore dualitate. at hoc impossibile est.

ANT. Tex. co. 40. Part. 5.

Amplius autem unitates, quæ sunt in dualitate, utraque est ex aliqua priori dualitate, quamuis impossibile.

Hic ponit quartã rõnem quæ talis est. Ea quæ sunt in sensibilibus & in mathematicis sunt causata ex spe ciebus: si igitur aliqua dualitas in sensibilib' & in mathematicis inuenitur, oportet quòd utraq; unitas huius posterioris dualitatis, sit causata ex priori dualita te, quæ est species dualitatis. Et hoc est impossibile. i. quòd unitas ex qualitate causetur. Hoc, n. præcipue oportet dicere, si unitates unius numeri sint alterius speciei ab unitatibus alterius, quia tunc à specie ante illius numeri unitates, species sortientur. Et sic oportet quòd unitates posterioris dualitatis sint causatæ ex priori dualitate.

BESS.

Item cur unum est numerus collectus?

ANT.

Amplius quare numerus ex his collectis est?

Parte. 6.

Hic ponit quintam rationem, quæ talis est. Multa non conueniunt ad unum constituendum, nisi propter aliquam causam, quæ potest accipi uel extrinseca, sicut aliquod agẽs quod coniungit: uel intrinseca, sicut aliquod uinculum vniens. Vel si aliqua uniuntur per seipsa, oportet ut unum sit, ut potentia & aliud, ut actus. Nullum autem horum potest dici in unitatibus (quare numerus) ideſt ex qua causa numerus erit quoddam (comprehensum) ideſt cõgregatum ex pluribus unitatibus; quasi dicat non erit hoc assignare.

BESS.

Item ad hæc, quæ dicta sunt, si unitates † differentes sunt, oportet ita dicere, sicut quicũque quatuor, aut duo dicunt elementa. Etenim horum singuli non dicunt elementum, quod commune est, ut puta corpus, sed ignem & terram, siue commune quid sit corpus, siue non. nunc autem dicitur, ac si unum ita esset (ut ignis, aut aqua) similium partium, quod si ita sit, numeri non erunt substantia. Sed si ipsum unum aliquid est, & hoc principium est, patet quod unum multipliciter dicitur. aliter uanque impossibile est.

Tex. 41. † indifferẽtes.

Ampli autem cum dictis si sint differentes unitates, oportebit ita dicere, quemadmodum & quicunque elementa quatuor, aut duo dicunt. Etenim horum quilibet non commune dicit elementum, ut corpus, sed ignem & terram siue sit corpus commune ipsum, siue nõ. Nũc autem dicimus, quòd uno existente quemadmodum igne aut aqua, similiũ partium. Si uero sic, non erunt substã tia numeri. Sed palam, quia si commune est aliquod unũ ipsum, & hoc est principiũ, quare multipliciter dicitur ipsum unum, aliter est impossibile.

ANT. Tex. c. 41. Part. 7.

Hic ponit sextam rationem, quæ talis est. si numeri sunt species & substantiæ rerum, oportet sicut præmissum est, dicere uel quòd unitates sint differentes, aut cõuenientes. Si autem differentes, sequitur quod unitas, inquantum unitas, non sit principium. Quod patet per similitudinem sumptam à naturalium positione. Naturales. n. aliqui posuerunt quatuor corpora esse principia. Quamuis autem commune sit ipsis hoc, quod est esse corpus, nõ tamen ponebant corpus commune esse principium, sed magis ignem, terram, aquam & aerem, quæ sunt corpora differentia. Vnde, si unitates sint differentes, quamuis omnes conueniãt in rõne unitatis, non tamen erit dicendum, quòd ipsa unitas inquantum huiusmodi sit principium, quod est contra positionem Platonicorum. Nam nunc ab eis dr̃, quod unum sit principium, sicut primo de naturalib' dicitur, quod ignis aut aqua aut aliquod corpus similium partium principium sit. Sed si hoc est verum quod conclusum est contra positionem Platonicorum, scilicet quod unum inquantum unum nõ sit principium & substantia rerum, sequeretur quod numeri non sunt rerum substantia. Numerus enim non ponitur esse rerum substantia, nisi inquantum constituitur ex unitatibus, quæ dicuntur esse rerum substãtiæ. Quod iterum est cõtra positionem Platoni corũ, quam nunc prosequitur, qua scilicet ponitur, quòd numeri sint spẽs. Si autem dicas quod omnes vnitates sunt indifferentes, sequitur (quod omne) i. uniuersũ totum sit aliquid unum & idem, ex quo substantia rei cuiuslibet est ipsum unum, quod est commune indifferens. Et ulterius sequitur, quòd idem illud sit unum principium omnium, quod est impossibile ratione ipsius rationis, quæ de se est inopinabilis, ut scilicet sint omnia unum secũdum rationem substantiæ, tũ quia includit cõtradictionem ex eo quòd ponit unam esse substantiam rerum, & tamen ponit illud unum esse principium. Nã unum & idem non est sui ipsius principium, nisi forte dicatur quod unum multipliciter dicitur, ut distinctio uno ponantur omnia esse unum genere, & non specie, vel numero.

Volen-

BESS. Tex. 42.

Volentes autem substantiam referre ad principia Longitudines quidem ex longo, & breui ponunt, ex quodam paruo et magno: planum uero ex lato & stricto: corpus autem ex alto & humili.

ANT. Parte. 8. Tex. c. 42.

Volentes autem substantias ad principia redacere Longitudines quidem enim ponimus ex producto & breui & ex aliquo paruo & magno: & planum ex lato & arto: corpus vero ex profundo & humili.

Hic disputat contra positionem Platonis quantum ad hoc quòd posuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit eius positionē. Secundo obijcit cōtra ipsam, ibi: (Attamē quomodo habebit &c.)

part. seq.

Dicit ergo primo, quòd Platonici uolentes rerū substantias reducere ad prima principia, cum ipsas magnitudines dicerent esse substantias rerum sensibiliū, lineam, superficiem & corpus: istorum principia assignantes, putabant se rerum principia inuenisse. Assignando autem magnitudinum principia, dicebant (lōgitudines) idest lineas componi ex producto, & breui eo quòd principia rerum omnium ponebant esse contraria. Et quia linea est prima inter quantitates continuas, ei per prius attribuebant magnum & paruū, ut per hoc quòd hæc duo sunt principia lineæ, sint etiam principia aliorum magnitudinum. Dicit autē (Ex aliquo paruo & magno) quia paruum & magnū etiam in speciebus ponebantur, ut dictum est, sed secūdum quòd per situm determinatur & quodammodo particulari ad genus magnitudinum, constituunt primo lineam, & deinde alias magnitudines (Planum autem) idest superficiem eadem ratione dicebant cōponi ex lato & arto, & corpus ex profundo & humili.

BESS. Tex. 43.

At quomodo aut planum habebit lineam, aut solidum lineam atque planum? aliud nanque genus latum & strictum, altum & humile. Quemadmodum igitur neque numerus est in eis, eo quòd multum & paucum ab his aliud est, ita manifestum est, quod nec aliud quicquam superiorum inferioribus inerit. At vero nec latum, genus alti est. etenim corpus esset planum quid.

ANT. par. 9.

Attamen quomodo habebit aut planum lineam, aut solidum, lineam & planum? Aliud enim est genus & latum & artum & profundum & humile. Quemadmodū ergo nec numerus est in eis, quia multum & paucum ab his alterum, palam quia nec aliud nihil superiorum inerit inferioribus, at vero nec genus profundi latum. Erit enim planum aliquod corpus.

Hic obijcit contra prædictam positionem duab' rationibus, quarum prima talis est. Quorum principia sunt diuersa, ipsa etiam sunt diuersa: sed principia dictarum magnitudinum secundum prędictam positionem sunt diuersa. Latum enim & artum, quæ ponuntur principia superficiei sunt alterius generis, quā profundum & humile, quæ ponunt principia corporis. Et similiter potest dici de lōgo & breui quòd differūt ab utroq;, ergo etiam linea & superficies & corpus erunt adinuicem distincta. Quomodo ergo poterat dici quòd superficies haberet in se lineam, & ꝙ corpus habet lineam & superficiem? Et ad huius rationis confirmationem inducit simile de numero. Multum enim & paucum, quæ simili ratione ponuntur principia rerum, sunt alterius generis à longo & breui, lato & stricto, & ꝓfundo & humili. & ideo numerus non cōtinetur in his magnitudinibus, sed est separatus per se. Vnde & eadem ratione nec superius inter prædicta erit etiam in inferioribus, sicut linea non in superficie, nec superficies ī corpore. Sed quia posset dici, quòd quædam prędictorum contrariorum sunt genera aliorum, sicut quod longum esset lati genus, & latū genus profundi: hoc remouet tali ratione. Sicut se habent principalia adinuicem, & principiata: si igitur latum est genus profundi, & superficies erit genus corporis. Et ita corpus erit aliquod planum, idest aliqua species superficiei. quod patet esse falsum.

BESS.

Item puncta, ex quo insint? at huic generi aduersabatur Plato, tanquam existenti dogmati geometrico. sed nominabat principium lineæ, hoc vero sæpius ponebat lineas indiuisibiles, atqui necesse est harum aliquem esse terminum. quare ex qua ratione linea est, punctum quoque est.

ANT. Tex. c. 43. par. 10.

Amplius puncta ex quo existunt, huic quidem generi & Plato oppugnabat tanquam existente geometrico dogmate, sed lineæ principium vocabat. Hic autem multoties indiuisibiles lineas posuit, quamuis necesse est aliquid horum esse. Quare ex qua ratione linea est, & punctum est.

Hic ponit secundam rationem, q̃ sumitur ex punctis, circa quā Plato videtur dupliciter deliquisse. Primo quidem, quia cum punctus sit terminus lineæ, sicut linea superficiei, & superficies corporis, sicut posuit aliqua principia, ex quibus componuntur prædicta, ita debuit aliquid ponere ex quo existerent puncta, quod videtur ꝓtermisisse. Secundo quia circa puncta videbatur diuersimode sentire. Quandoque enim contendebat totam doctrinam geometricam de hoc genere existere, s. de punctis, inquantum, scilicet puncta ponebat principia & substātiam omnium magnitudinum. Et hoc non solum implicite, sed etiam explicite pūctum uocabat principium lineę, sic ipsum diffiniens. Multoties vero dicebat, ꝙ lineæ indiuisibiles essent principia linearum, & aliarum magnitudinum, & hoc genus esse, de quo sit geometria. s. lineæ indiuisibiles. Et tamen per hoc ꝙ ponit ex lineis indiuisibilibus componi omnes magnitudines, nō euadit quin magnitudines componantur ex punctis, & quin puncta sint principia magnitudinum. Linearum enim indiuisibilium necessarium esse aliquos terminos, qui non possunt esse nisi puncta. Vnde ex qua ratione ponitur linea indiuisibilis principium magnitudinum, ex eadem ratione & punctum principium magnitudinis ponitur.

LECTIO XVII.

Per multas rationes ostendit Ideas non esse principia essendi, & cognoscendi.

BESS. Tex. 44.

Et omnino cum sapientiæ sit de manifestis causam quærere, hanc quidem prætermisimus. nihil enim de causa dicimus, vnde principium transmutationis. substantiam vero eorum dicere putantes, alias substantias esse dicimus. Quomodo vero illę horum substātiæ, incassum dicimus. participare nanque, vt prius diximus, nihil est. Nec illam esse in, quam scientiis esse causam vidimus, propter quam omnis intellectus, & omnis natura facit: nec vllam causam, quam vnam de principijs esse dicimus, ipsę species attingunt. sed qui hac ætate sunt his mathematica facta sunt philosophia, quamuis dicant aliorum gratia ea oportere tractare.

ANT. Tex. c. 44. par. prima.

Omnino autem sapientia de manifestis causam inquirente, hoc quidem prætermisimus. Nihil enim de causa dicimus vnde principium est transmutationis. Horum autem substantiam dicere putantes ipsorum, alias quidem substantias dicimus esse. Quomodo vero illæ substantiæ horum, vane dicimus. Nam & participare, sicut prius diximus, nihil est. Nec quem in scientijs videmus existens causa, propter quam omnis intellectus & omnis natura facit, nec hanc causam quam modo dicimus esse unum principiorum, nihil tangunt species. Sed facta est mathematica præsentibus philosophia dicentibus aliorum gratia ea oportere tractari.

Hic

Hic improbat poſitionem Platonis quantum ad hoc, ꝙ ponebat de rerum principijs. Et primo quantum ad hoc ꝙ ponebat principia cognoſcendi, ibi: {Quomodo autem aliquis &c.} Circa primum ponit ſex rationes, quarum prima ſumitur ex hoc, ꝙ genera cauſarum prætermittebat. Vnde dicit ꝙ {omnino ſapientia}, ſ. philoſophia habet inquirere cauſas {de manifeſtis}.i. de his, quę ſenſui apparent. Ex hoc enim homines incæperunt philoſophari, ꝙ cauſas inquiſiuerunt, vt in proœmio dictum eſt. Platonici autem, quibus ſe connumerat, rerum principia præter miſerunt, quia nihil dixerunt de cauſa efficiente, quæ eſt principium tranſmutationis. Cauſam vero formalem putauerunt ſe aſsignare ponentes ideas. Sed, dum ipſi putauerunt ſe dicere ſubſtantiam eorum, ſcilicet ſenſibilium, dixerunt quaſdam eſſe alias ſubſtantias ſeparatas ab iſtis diuerſas. Modus autem, quo aſsignabãt illa ſeparata eſſe ſubſtantias horum ſenſibilium {eſt ſuperuacuus}.i. eſſicaciam non habens nec veritatem. Dicebant enim ꝙ ſpecies ſunt ſubſtantiæ eorum inquantum ab iſtis participantur. Sed hoc ꝙ de participatione dicebant, nihil eſt, ſicut ex ſupradictis patet. Item ſpecies, quas ipſi ponebant nõ tangunt cauſam finalem, quod tamen videmus in aliquibus ſcientijs, quæ demõſtrant per cauſam finalem, & propter quã cauſam omne agens per intellectum & agens per naturam operatur, vt 2. Phyſicorum oſtenſum eſt. Et ſicut ponendo ſpecies nõ tangunt cauſam quæ dicitur finis, ita nec cauſam, quæ dicitur principium, ſcilicet efficientem, quæ fini quaſi opponitur. Sed Platonicis prætermittentibus huiuſmodi cauſas facta ſunt naturalia, ac ſi eſſent mathematica ſine motu, dum principium & finem motus prætermittebant. Vnde & dicebant ꝙ mathematica debent tractari non ſolum propter ſeipſa, ſed aliorum gratia, ideſt naturalium, inquantum paſsiones mathematicorum ſenſibilibus attribuebant.

Part 8. Lec. huius. Oſtendit. 6. rationibus. Platonẽ errasse circa principia eſſendi rerũ.

BESS. Tex. 45.

Item ſubiectam ſubſtantiam, ut materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis prædicari, & differentiam ſubſtantiæ, ac materia eſſe, veluti magnum, & paruum, ſicuti aiunt Phyſiologi rarum, & denſum primas ſubiecti dicentes has differentias eſſe. hæc etenim exceſſus quidam, & defectus ſunt.

ANT. Text, c. 45. Part. 2. parte. 3.

Amplius autem ſubſtantiam ſubiectam vt materiã, magis mathematicam aliquis ſuſcipiet, et magis prædicari & differentiam eſſe ſubſtantiæ & materiei, vt magnum & paruum: ſicut phyſiologi aiunt rarum & ſpiſſum primas ſubiecti dicentes eſſe differentias has. Hæc autem ſuperabundantię ſunt quędam & defectio.

Hic ponit ſecũdam rationem, quæ talis eſt. Illud, quod ponitur tanquam rei materia, magis eſt ſubſtantia rei & prædicabile de re, quàm illud quod eſt ſeparatum à re: ſed ſpecies eſt ſeparata à rebus ſenſibilib⁹: ergo ſecundum Platonicorum opinionem magis aliquis ſuſcipiet ſubſtantiam ſubiectam, vt materiã, eſſe ſubſtantiam mathematicorum quam ſpeciem ſeparatam. Magis etiam ſuſcipiet eam prædicari de re ſenſibili quàm ſpeciem prædictam. Platonici enim ponebant magnum & paruum eſſe differentiam ſubſtantię & materiei. Hæc enim duo principia ponebant ex parte materiæ, ſicut naturales ponẽtes rarum & denſum eẽ primas differẽtias {ſubiecti}.i. materiæ, per quas, ſcilicet materia tranſmutabatur, dicentes eas quodammodo. ſ. magnum & paruũ. Quod ex hoc patet, quia rarum & denſum ſunt quædam ſuperabundantia & defectio. Spiſſum enim eſt quod habet multũ de materia ſub eiſdem dimenſionibus. Rarum quod paruũ. Et tamen Platonici ſubſtantiam rerum ſenſibilium magis dicebãt ſpẽs ꝙ mathematica, & magis pdicari.

BESS. Tex. 46.

De motu autem, ſi hęc quidẽ motus erunt, patet quod formę mouebuntur. Quòd ſi non, vnde euenit? tota etenim de natura conſideratio perit.

ANT. Par. 3. Tex. cõ. 46.

Et de motu, Si quidem hęc erit motus, palam quia mouentur ſpecies: ſin autem, vnde venit? Tota nanque de natura aufertur perſcrutatio.

Hic ponit tertiam rationẽ, quæ talis eſt. Si ea, quæ ſunt in ſenſibilibus, cauſantur à ſpeciebus ſeparatis, neceſſarium eſt dicere ꝙ ſit in ſpeciebus idea motus, aut non ſi eſt ibi aliqua ſpecies & idea motus, etiam conſtat ꝙ non poteſt eſſe motus ſine eo quod mouetur, neceſſe erit ꝙ ſpecies moueantur, quod eſt cõtra Platonicorum opinionem, qui ponebant ſpecies immobiles. Si autem non ſit idea motus, ea autem quæ ſunt in ſenſibilibus cauſantur ab ideis, non erit aſsignare cauſam vnde motus veniat ad iſta ſenſibilia. Et ſic aufertur tota perſcrutatio ſcientiæ naturalis, quæ inquirit de rebus mobilibus.

BESS.

Et quod facile probare videtur, quod omnia unum nõ ſit.. ex poſitione etenim fiunt omnia unum. Sed ipſum vnum ſiquis concedat omnia, nec hoc quidem, niſi quis vniuerſale concedat eſſe genus. hoc autem in quibuſdam impoſſibile.

ANT. Parte. 4.

Et quod videtur facile eſſe monſtrare, quòd unum omnia nõ ſint. Expoſitione enim omnia unum fiunt. Sed aliquid unum ſiquis dicat omnia, & nec hoc ſi non dat genus uniuerſale eſſe. Hoc autẽ in quibuſdam impoſſibile.

Hic ponit quartam rationem, quæ talis eſt. Si vnum eſſet ſubſtantia rerum omnium ſicut Platonici poſuerũt, oporteret dicere ꝙ omnia ſint unum, ſicut & naturales, qui ponebant ſubſtãtiam omnium eſſe aquã, & ſic de elementis alijs. Sed facile eſt monſtrare, quòd omnia non ſunt unum, ergo poſitio quæ ponit ſubſtantiam omnium eſſe vnum, eſt improbabilis. Si aũt aliquis dicat quòd ex poſitione Platonis nõ ſequitur quòd omnia ſint unum ſimpliciter, ſed aliquod unũ, ſicut dicimus aliqua eſſe ſm genus, uel ſecundum ſpeciem, ſi quis uelit dicere ſic omnia eſſe unum, nec hoc etiam poterit ſuſtinere, niſi hoc quod dico unum ſit genus, uel uniuerſale omnium. Per hunc enim modũ poſſemus dicere omnia eſſe unum ſpecialiter, ſicut dicimus hominem & aſinum eſſe animal ſubſtantialiter. Hoc autem quibuſdam videtur impoſsibile, ſcilicet ꝙ ſit unum genus omnium, quia oporteret, ꝙ differentia diuiſiua huius generis non eſſet una, ut in tertio dicetur, ergo nullo modo poteſt poni ꝙ ſubſtantia rerum omnium ſit unum.

BESS.

Nullam autem rationem habent, nec illę, quę poſt numeros, longitudines, plana, & ſolida ſunt, nec quomodo ſunt, aut futura ſunt, nec ſiquam vim habent. hęc enim nec formas poſſibile eſt eſſe. non enim ſunt numeri, nec media (mathematica enim illa ſunt) nec corruptibilia. ſed rurſus quartum aliud quoddam hoc genus apparet.

ANT. Part. 5.

Nullam nanque rationem habent, nec quę ſunt poſt numeros longitudines, latitudines, ſolida: nec quę modo ſunt aut futura ſunt, nec ſi aliquam habent poteſtatem. Hęc enim nec ſpecies poſsibile eſſe, non enim ſunt numeri. Nec inter media, ſunt enim illa mathematica. Nec corruptibilia: ſed rurſum quartum videtur hoc aliquod genus.

Hic ponit quintam rationem, quæ talis eſt Plato ponebat poſt numeros, longitudines & latitudines & ſoliditates eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium, ex quibus, ſcilicet corpora componerentur. Hoc autem ſecundum Platonis poſitionem nullam rationem habere videtur, quare debeant poni nec in præſenti, nec in futuro. Nec etiam videtur habere aliquam poteſtatem ad hoc quòd ſint ſenſibilium cauſæ. Per {præſentia}

tiæ, enim hic oportet intelligi immobilia, quia semper eodem modo se habent. Per (futura) autem corruptibilia & generabilia, quæ esse habent post non esse. Quod sic patet. Plato enim ponebat tria genera rerum, scilicet sensibilia, & species, & mathematica quæ media sunt. Huiusmodi autem lineæ & superficies, ex quib^s componuntur corpora sensibilia, non est possibile esse species, quia species sunt numeri essentialiter. Huiusmodi autẽ sunt post numeros. Nec iterum potest dici quod sunt intermedia inter species & sensibilia. Huiusmodi enim sunt entia mathematica, & à sensibilibus separata, quod non potest dici de illis lineis & superficiebus ex quibus corpora sensibilia componuntur. Nec iterum possunt esse sensibilia. Nam sensibilia sunt corruptibilia, huiusmodi autem incorruptibilia sunt, ut infra probabitur in tertio. Ergo vel ista nihil sunt, uel sunt quartum aliquod genus entium, quod Plato prætermisit.

BESS.
Tex. 47.

Et omnino elementa quęrere entium non diuidendo, cum multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: pręsertim eum hoc modo quęrant, ex quibus elementis est. ex quibus enim ipsum agere, aut ipsum pati, aut ipsum rectum, non est accipere, quòd si est, substantiam solum esse potest: Quare aut quęrere, aut putare habere omnium existentium elementa, non est uerum.

ANT.
Part. 6.

Et omnino existentium quęrere elementa, non diuidentem multipliciter dicta, inuenire impossibile est. Et aliter secundum hunc modum quęrentes ex quibus sunt elementis. Ex quibus enim facere aut pati, aut ipsum rectum non est accipere. Sed siquidem substantiarum solũ esse contingit, tunc quidem existentium omnium elementa quęrere aut putare habere, non est verum.

Tex. c. 49.

Hic ponit sextam rationem, quæ talis est. Impossibile est inuenire principia alicuius multipliciter dicti, nisi multiplicitas diuidatur. Ea enim, quæ solo nomine conuenientia sunt & differunt ratione, non possunt habere principia communia, quia sic haberent rationem eandem, cum rei cuiuscunque ratio ex suis principijs sumatur. Distincta autem principia his, quibus solum nomen commune est, assignari impossibile est, nisi his quorum principia sunt assignanda adinuicem diuersis. Cum igitur ens multipliciter dicatur & non uniuoce de substantia & alijs generibus, incõuenienter assignat Plato principia existentium, non diuidẽdo abinuicem entia. Sed quia aliquis posset aliquibus ratione differentibus, quibus nomen commune est, principia assignare, singulis propria principia coaptando, sine hoc quod nominis communis multiplicitatem distingueret, hoc etiam Platonici non fecerunt. Vnde (& aliter) i. alia ratione inconuenienter rerum principia assignauerunt quærentes ex quibus elementis sunt entia, secundum hunc modum, quo quæ fierunt, ut scilicet non omnibus entibus sufficientia principia assignarent. Non enim ex eorum dictis est accipere ex quibus principiis est agere, aut pati, aut curuum, aut rectum, aut alia huiusmodi accidentia. Assignabant enim solum principia substantiarum, accidentia prætermittentes. Sed si aliquis defendendo Platonem dicere vellet, quod tunc contingit omnium entium elementa esse acquisita aut inuenta, quando contingit solarum substantiarum principia habita esse, vel inuenta, hoc opinari non est uerum. Nam licet principia substãtiarum etiam quodammodo sint principia accidentiũ, tamen accidentia propria principia habent. Nec sunt omnibus modis omnium generum eadem principia, ut ostendetur infra. 11. uel 12. huius.

BESS.

Quomodo uero aliquis cunctorum elementa discet? Manifestum est enim, quòd non est possibile quicquam eum cognoscere prius. quemadmodum enim ille, qui Geometriam discit, aliqua quidem præscire contingit: quorũ uero illa scientia est, & quæ docendus est nihil pręscit. ita & in cæteris. Quare siqua cunctorum est sciã, ut quidam aiunt, nihil profectò is pręcognoscere posset. Atqui omnis disciplina per præcognita aut omnia, aut aliqua, est: & aut per demonstrationem, aut per definitiones. ex quibus enim definitio est, illa præcognoscere oportet, ac nota esse. similiter & quę per inductionem.

ANT.
Part. 8.

Quomodo autem aliquis discet omnium elemẽta? Palam enim quia non est possibile pręexistere cognoscentẽ prius. Sicut enim geometrizare discentem, alia quidem oportet pręscire, quorum autem scientia, & de quibus futuris est discere, non pręnoscit: ita & in alijs. Quare si qua est omnium scientia, & de quibus oportet, ut quidã aiunt, nihil utique hic pręexistit cognoscens. Quamuis sit omnis disciplina per pręcognita, aut omnia, aut quędam, aut per demonstrationẽ, aut per diffinitiones. Oportet enim ex quibus est diffinitio pręscire & esse nota. similiter autem & quę per inductionem.

Tex. c. 48.

Ostdit quatuor rationibus Platonem errasse circa principia cognoscendi.

Disputat contra Platonem quantum ad hoc, quod ponebat ideas esse principia scientiæ in nobis. Et ponit quatuor rõnes, quarum prima est. Si ex ipsis ideis scientia in nobis causatur, non contingeret addiscere rerum principia. Constat autem quod addiscimus. Ergo ex ipsis ideis scientia non causatur in nobis. Quod autem non contingeret aliquid addiscere sic probat. Nullus enim præcognoscit illud quod addiscere debet, sicut geometra, & si præcognoscat alia quæ sunt necessaria ad demonstrandum, tamen ea quæ debet addiscere non debet præcognoscere. Et similiter est in aliis scientiis. Sed si ideæ sunt causa sciæ in nobis, oportet quod omnium scientiam habeãt, quia ideæ sunt rationes omnium scibilium: ergo non possumus aliquid addiscere, nisi aliquis dicatur addiscere illud quod prius præcognouit. Vnde si ponatur, quod aliquis addiscat, oportet quod non præexistat cognoscens illa, quæ addiscit, sed quædam alia cum quibus fiat disciplinatus idest addiscens per præcognita (omnia) idest uniuersalia (aut quædam) idest singularia. Vniuersalia quidem, sicut in his, quæ addiscuntur per demonstrationem & diffinitionem. nam oportet sicut in demonstrationibus, ita in diffinitionibus esse præcognita ea, ex quibus diffinitiones fiunt, quæ sunt uniuersalia. singularia uero oportet esse præcognita in his, quę discũtur per inductionem.

BESS.
Tex. 49.

At si innata nobis est, mirum est quomodo nos fugit, optimam scientiarum habentes.

ANT.
Tex. co. 49.
Par. 9.

Sed si est existens connaturalis, mirum quomodo obliuiscimur habentes potissimam scientiarum.

Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Si ideæ sunt causa scientiæ, oportet nostram scientiam esse nobis connaturalem. Sensibilia enim per hæc naturam propriam adipiscuntur, quia ideas participant secundum Platonicos. Sed potissima disciplina, siue cognitio est illa, quæ est nobis connaturalis, nec eius possumus obliuisci. sicut patet in cognitione primorum principiorum demonstrationis, quæ nullus ignorat, ergo nullo modo possumus omnium scientiã ab ideis in nobis causatam obliuisci. Quod est contra Platonicos, qui dicebant quod anima ex unione ad corpus obliuiscitur scientiæ, quam naturaliter in omnibus habet, & postea per disciplinam addiscit homo illud quod est prius notum, quasi addiscere nihil sit nisi reminisci.

BESS.

Item quo pacto quis cognoscet, ex quibus est, & quodammodo manifestu erit? et enim hoc habet ambiguitatem. Dubitabit enim quispiam, sicuti & de quibusdam

syllabis

syllabis. quidam enim syllabam S M A, ex S & A aiunt esse: quidam vero alium sonum esse dicunt, & nullum ex notis.

A N T. par. 10.

Amplius autẽ quomodo aliquis cognoscit ex quibus est, & quomodo est manifestum? Etenim hoc habet dubitationem. Ambiget enim aliquis quemadmodum & circa quasdam syllabas. Hi nanque syma ex. s. y. m. & a. dicunt esse: alij vero quendam sonum alium dicunt esse & cognitorum nullum.

Hic ponit tertiam rationem, quæ talis est. ad rerũ cognitionem requiritur, ꝙ homo non solum cognoscat formas rerum, sed etiam principia materialia, ex quibus cõponitur. Quod ex hoc patet, quia de his interdum contingit esse dubitationem, sicut de hac syllaba syma, quidam dubitant utrum sit composita ex quatuor literis. s. s. y. m. a. aut sit vna litera præter omnes prædictas habens proprium sonum. Sed ex ideis non possunt cognosci nisi principia formalia, qa ideæ sunt formæ rerum: ergo non sunt sufficientes causæ cognitionis rerum principijs materialibus remanentibus ignotis.

B E S S.

Item quorum sensus est, ea quomodo quis noscet sensum non habens? atqui oporteret. siquidem eadem cunctorum elementa sunt, ex quibus, sicuti compositæ voces, ex proprijs sunt elementis.

A N T. par. 11.

Amplius autem & quorum est sensus, hæc quomodo aliquis nõ habens sensum cognoscet? quamuis oporteat, si omnium sunt elementa, ex quibus, quemadmodum cõpositæ sunt voces ex elementis proprijs.

Hic ponit quartam rationem, quæ talis est. Ad cognitionem rerum oportet de sensibilibus notitiam habere, quia sensibilia sunt manifesta elementa materialia omnium rerum, ex quibus componuntur, sicut uoces compositæ, ut syllabæ & dictiones componuntur ex proprijs elementis. Si igitur per ideas scientia in nobis causatur, oportet ꝙ per ideas causetur in nobis cognitio sensibilium. Cognitio autẽ in nobis causata ex ideis sine sensu est accepta, quia per sensum nõ habemus habitudinem ad ideas. In cognoscendo ergo sequitur ꝙ aliquis non habens sensum possit cognoscere sensibilia, quod patet esse falsum. Nam cæcus natus non potest habere scientiam de coloribus.

B E S S. Tex. 50.

Quod igitur illas, quæ in naturalibus dictæ sunt, causas cuncti quærere videantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta sunt, prius patet. sed eas obscurè dixerunt, quodam modo enim omnes

Tex. 51.

dictæ sunt prius, quodam modo minime. Balbutiẽti enim assimilata fuit prima philosophia de omnibus, tanquam in principijs noua existens. Nam & Empedocles, os ait esse ratione. hoc autem est, quod quid erat esse, & rei substantia. At vero similiter necesse est etiam carnis, cæterorumque singulorum esse rationem, aut nihil esse. propter hoc enim & caro & os, cæterorumque unumquodque est, & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam, & aerem ait. sed & his, altero dicente, necessario consensisse profecto, clare tamen non dixit. De his igitur, & antea manifestum est. quodcunque autem de his quispiam dubitauerit, rursus repetamus. fortassis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.

A N T. Tex. c. 50. Parte. 12. Tex. c. 51.

Quoniam ergo dictas causas in physicis quærere uisi sunt omnes, & extra has nullam habemus dicere, palã ex prius dictis. Sed obscure hæc & modo quodam omnes prius dictæ sunt, modo uero quodam nullatenus. Balbutiens uero visa prima philosophia de omnibus, velut noua existens circa principium & primum. Quoniam & Empedocles os si dicit inesse rationes. hoc autem est quod quid erat esse & substantia rei. At uero similiter necessarium & carnis & aliorum singulorum esse rationem, aut nihil. Propter hoc enim & caro & os est & aliorũ unumquodque, et non propter materiam, quam ille dicit ignem, & terram, & aerem, & aquam. Sed hoc alio dicẽte quidem similiter dixit ex necessitate, manifeste uero non dixit. De talibus quidem igitur prius est ostensum. Quęcunque vero de ipsis dubitabit aliquis, resumamus iterum. nam forsan ex ipsis aliquid inuestigabimus ad posteriores dubitationes.

Lib. secũdo Tex. c. 37. & inde.

Hic colligit ea, quæ ab antiquis de principijs dicta sunt, dicens ꝙ ex prius dictis est manifestum, ꝙ antiqui philosophi conati sunt quærere causas à nobis in libro Physicorum determinatas, & ꝙ per dicta eorum nõ habemus aliquam causam extra causas ibi declaratas. Has autẽ causas obscure dixerunt, & quodammodo omnes ab eis sunt tactæ, quodammodo vero nullam earum tetigerunt. Sicut enim pueri de nouo loqui incipientes imperfecte & balbutiendo loquũtur, ita philosophia priorum philosophorum noua existens, visa est balbutiendo & imperfecte de omnibus loqui circa principia. Quod in hoc patet, quòd Empedo. primo dixit ꝙ ossa habent quandam rationem idest commixtionem proportionis, quę quidem ratio est ꝙ quid est substantia rei. Sed similiter necessarium est de carne & de singulis aliorum, aut de nullo. Omnia enim ista ex elementis commixta sunt. Et propter hoc patet ꝙ caro & os & omnia huiusmodi non sunt id quod sunt, propter materiam quæ ab eo ponitur quatuor elemẽta, sed propter hoc principiũ, scilicet formale. Hoc autem Empe. quasi ex necessitate ueritatis coactus posuit aliquo alio expressius ista dicente, sed ipse manifeste non expressit. Et sicut expresse non manifestauerunt naturam formæ, ita nec materiæ, ut supra de Anaxagora dictum est. Et similiter nec alicuius alterius principij. De talibus ergo quę ab alijs imperfecte dicta sunt, dictum est prius. Iterũ autem in tertio libro recapitulabimus de istis quæcunq; circa hoc potest aliquis dubitare ad unam partem uel ad aliam. Ex talibus enim dubitationibus forsitan inuestigabimus aliquid utile ad dubitationes, quas posterius per totam scientiam prosequi & determinare oportet.

F I N I S.

LIBRI PRIMI METAPHYSICORVM.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SECVNDVS,

CVM SANCTI THOMAE EXPOSITIONE.

LECTIO I.

Contemplatiunem veritatis cum facilem, tum difficilem esse ostendit: difficultatem etiam quandoque à rebus, nunnunquam ab intellectu oriri asserit: quomodo item humines se ad inuicem iuuent in consideratione ueritatis exponit.

BESS. Tex. c. 1. Part. 1. ANT.

Speculatio de ueritate, partim difficilis, partim facilis est.

De veritate quidem theoria, id est contemplatio sic difficilis est, sic uero facilis.

Postquam Philosophus reprobauit opiniones antiquorum philosophorum de primis principijs rerum, circa quæ uersatur principaliter Philosophi primi intentio, hic accedit ad terminandum ueritatem. Aliter autem se habet consideratio philosophiæ primæ circa ueritatem, & aliarum particularium scientiarum. Nam unaquæque particularis scientia considerat quandam particularem ueritatem circa determinatum genus entium, ut geometria circa rerum magnitudines, Arithmetica circa numeros. Sed Philosophia Prima considerat uniuersalem ueritatẽ entium. Et ideo ad hunc philosophũ pertinet considerare, quomodo se habeat homo ad ueritatem cognoscendam. Diuiditur ergo ista pars in partes duas. In prima parte determinat ea, quæ pertinent ad considerationem uniuersalis ueritatis. In secunda incipit inquirere ueritatem de primis principijs & omnibus alijs, ad quæ extenditur huius philosophiæ cõsideratio, & hoc in Tertio libro, qui incipit {Necesse est nobis acquisitam scientiam &c.} Prima autem pars diuiditur ĩ partes tres. In prima dicit qualiter se habet homo ad considerationem ueritatis. In secunda ostẽdit ad quam scientiam principaliter pertineat cognitio ueritatis. ibi: {Vocari vero philosophiam ueritatis &c.} In tertia parte ostẽdit modum considerandæ ueritatis, ibi: {Contingunt autem auditiones &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit facilitatem existentem in cognitione ueritatis. Secũdo ostẽdit causam difficultatis. ibi: {Forsan aũt ex difficultate &c.} Tertio ostendit quomodo homines se inuicem iuuant ad cognoscendum ueritatem, ibi: {nõ solum autem his dicere &c.} Circa primum duo facit.

[Margin: Scientiæ de ueritate duplicitèr. — Lect. 2. huius secundi. — Lec. ultima huius. Part 6. — Lect. huius. parte 8. — Lect. huius.]

Primo proponit intentum dicens, quòd {theoria} idest consideratio, uel speculatio de ueritate quodammodo est facilis, & quodammodo difficilis. Secundo ibi.

BESS. *Signum autem, quòd neque satis eam aliquis consequitur, neque aberrant omnes ab ea, sed quisque aliquid de natura dicit.*

ANT. Par. 2. *Signum autem, nec digne nullus adipiscit ipsam posse, nec omnes fallere, sed unumquenque aliquid de natura dicere.*

Manifestat propositum, & primo quantum ad facilitatem. Secundo quãtum ad difficultatem. ibi: (Habere autem totum & partem &c.) Facilitatem autem in cõsiderando ueritatem ostendit tripliciter. Primo quidem hoc signo, quòd licet homo ueritatis perfectam cognitionem adipisci posit, tamẽ nullus homo est ita expers ueritatis, quin aliqd de ueritate cognoscat. Quod ex hoc apparet, ꝙ unusquisque potest enũtiare de ueritate & natura rerum, quod est signum considerationis interioris. Secundum signum ponit ibi.

[Margin: Non solum ad facilitatẽ sed difficultatem etiã hoc signum afferre põt, & sequẽtia.]

BESS. *Et singuli quidem nil aut parum ei addunt, ex omnibus uero collectis aliqua magnitudo fit.*

ANT. Part. 3. *Et secundum vnumquemque quidem nihil aut parum ei immittere, de omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam.*

Dicens quòd licet id, quod unus homo potest immittere uel apponere ad cognitionem ueritatis suo studio & ingenio, sit aliquid paruum per comparationem ad totam cõsiderationem ueritatis, tamen illud, quod aggregatur ex omnibus (coarticulatis) idest exquisitis & collectis, fit aliquid magnum, ut potest apparere in singulis artibus, quæ per diuersorum studia & ingenia ad mirabile incrementum peruenerunt. Tertio manifestat idem per quoddam exemplum vulgaris prouerbii ibi.

BESS. *Quare si ita se videtur habere, vt in prouerbio dicimus, quis aberrabit à ianua? hoc modo profectò facilis esset.*

ANT. *Quare si videtur habere, ut prouerbialiter dicimus, In foribus quis delinquet? sic quidem vtique erit facilis.*

Concludens ex præmissis, ꝙ ex quo vnusquisq; potest cognoscere de veritate, licet parum, ita se habere videtur in cognitione veritatis, sicut prouerbialiter dicitur. In {foribus} .i. in ianuis domorum, quis delinquet? Interiora enim domus difficile est scire, & circa ea facile est hominem decipi: sed, sicut circa ipsum introitum domus qui omnibus patet & primo occurrit, nullus decipitur, ita etiam est in consideratione veritatis. nam ea, per quæ intratur in cognitionẽ aliorum, nota sunt omnibus, & nullus circa ea decipitur: huiusmodi autem sunt prima principia naturaliter nota, vt non esse simul affirmare & negare, & ꝙ omne totum est maius sua parte, & similia. Circa conclusiones vero, quas per huiusmodi, quasi per ianuã intratur, contingit multoties errare. Sic igitur cognitio veritatis est facilis, inquãtum, scilicet ad minus istud modicum, quod est principium per se notum, per qđ intratur ad veritatem, est omnibus per se notum. Deinde cum dicit.

[Margin: Prouerbiũ Parte. 4. — Sunt naturaliter cognita, qm nullo extrinseco se tenere ex parte intellectus cognoscũtur, uide. 2. Post. in finẽ.]

BESS. *Totum autem, & partem habere non posse, hoc eius difficultatem ostendit.*

ANT. Part. 5. *Habere autem totum & partem non posse, difficultatem eius ostendit.*

Manifestat difficultatem, dicens, ꝙ hoc ostendit difficultatem, quæ est in cõsideratione veritatis, quia

non

non possumus habere circa ueritatem totum & partē. Ad cuius euidentiam cōsiderandum est, ꝙ hoc dixit omnibus esse notum, per quod in alia introitur. est autem duplex via procedendi ad cognitionem ueritatis. Vna quidem per modum resolutionis, secundum quam procedimus à compositis ad simplicia, & à toto ad partem, sicut dicitur in 1. Physicorum, ꝙ confusa sunt prius nobis nota. Et in hac via perficitur cognitio veritatis, quando peruenitur ad singulas partes distincte cognoscendas. Alia est via cōpositionis, per quam procedimus à simplicibus ad composita, qua perficitur cognitio veritatis cum peruenitur ad totū. Sic igitur hoc ipsum, ꝙ homo non potest in rebus perfecte totum & partem cognoscere, ostendit difficultatem considerandæ ueritatis secundum utranque uiam. Deinde cum dicit.

Text. c. 3. Magis de tota Phia, & eius parte exponenda hæc est difficultas, q̄ ꝗ modis his Alex.

BESS. Fortasse ait ꝓpter antiquos q ex rebus tantū difficultatū esse dicunt.

Cum vero difficultas duobus sit modis, fortassis causa eius non rebus, sed nobis ipsis inest. quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita & intellectus animæ nostræ ad ea, quæ manifestissima omnium sunt.

ANT. Part. 6. Duplex cognoscendi difficultas.

Forsan autem & difficultate secundum duos existente modos, non in rebus, sed in nobis est eius causa. Sicut enim nycticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic & animæ nostræ intellectus ad ea, quæ sunt omnium naturę manifestissima.

Ostendit causam præmissæ difficultatis, ubi similiter considerandum est, ꝙ in omnibus, quæ cōsistunt in quadam habitudine unius ad alterum, potest impedimentum dupliciter uel ex uno uel ex alio accidere. sicut si lignum non comburatur, hoc contingit vel quia ignis est debilis, uel quia lignum non est bene combustibile. & similiter oculus impeditur à visione alicuius uisibilis, aut quia est debilis, aut quia uisibile est tenebrosum. Sic igitur potest contingere quòd veritas sit difficilis ad cognoscendum, vel propter defectū, qui est in ipsis reb⁹, uel ꝓp defectum, qui est in intellectu nostro. Et quòd quantum ad aliquas res difficultas contingat in cognoscendo ueritatem ipsarū rerum ex parte earum patet. Cum enim unumquodque sit cognoscibile inquantum est ens actu, ut infra in Nono huius dicetur, illa quæ habent esse deficiens & imperfectum, sunt secundum seipsa parum cognoscibilia, vt materia, motus & tempus propter esse eorum imperfectionem, ut Boetius dicit in libro de duabus naturis. Fuerunt autem aliqui philosophi, qui posuerunt difficultatem cognitionis ueritatis totaliter prouenire ex parte rerum, ponentes nihil esse fixum & stabile in rebus, sed omnia esse in continuo fluxu, ut infra in Quarto huius dicetur. Sed hoc excludit Philosophus dicens, quòd quamuis difficultas cognoscendæ veritatis fortan possit secundum aliqua diuersa esse dupliciter, videlicet ex parte nostra, & ex parte rerum, non tamen principalis causa difficultatis est ex parte rerum, sed ex parte nostra. Et hoc sic probat. Quia, si difficultas esset principaliter ex parte rerum, sequeretur, ꝙ illa magis cognosceremus, quæ sunt magis cognoscibilia secundum suam naturam: sunt autē maxime cognoscibilia secundum naturam suam, quę sunt maxime in actu, scilicet entia immaterialia & immobilia, quæ tamen sunt maxime nobis ignota. Vnde manifestum est, ꝙ difficultas accidit in cognitione veritatis, maxime propter defectum intellectus nostri. Ex quo cōtingit, ꝙ intellectus animæ nostræ hoc modo se habet ad entia immaterialia, quæ inter omnia sunt maxime manifesta secundum suam naturam, sicut se habent oculi nycticoracum ad lucem diei, quam uidere non possunt: quamuis uideant obscura. Et hoc est propter debilitatem uisus eorum. Sed uidetur hæc similitudo non esse conueniens. Sensus enim quia est potentia organi corporalis, corrumpitur ex uehementia sensibilis, intellectus autem, cum non sit potentia alicuius organi corporei, non corrumpitur ex excellenti intelligibili. Vnde post apprehensionem alicuius magni intelligibilis, non minus intelligimus minus intelligibilia, sed magis, ut dicitur in 3. de Aīa. Dicendum est ergo, ꝙ sensus impeditur à cognitione alicuius sensibilis dupliciter. Vno modo ꝑ corruptionem organi ab excellenti sensibili. & hoc locum non habet in intellectu. Alio modo ex defectu proportionis ipsius uirtutis sensitiuæ ad obiectū. Potentię enim animæ non sunt eiusdem uirtutis in omnibus animalibus, sed sicut homini hoc in sua specie conuenit, ꝙ habeat pessimum olfactum, ita nycticoraci, ꝙ habeat debilem uisum, quia non habet proportionem ad claritatem diei cognoscendam. Sic igitur, cum anima humana sit ultima in ordine substantiarum intellectiuarum, minime participat de uirtute intellectiua. & sicut ipsa quidem secundum naturam est actus corporis, eius autem intellectiua potentia non est actus organi corporalis, ita habet naturalem aptitudinem ad cognoscendum corporalium & sensibilium ueritatē, quæ sunt minus cognoscibilia secundum suam naturam propter eorum materialitatem, sed tamē cognosci possunt per abstractionem sensibilium à phantasmatibus. Et quia hic modus cognoscendi ueritatem conuenit naturæ humanæ animę secundum ꝙ est forma talis corporis, quæ autem sunt naturalia semper manent, impossibile est, ꝙ anima humana huiusmodi corpori unita cognoscat de ueritate rerū, nisi quātum potest eleuari per ea, quæ abstrahēdo à phantasmatibus intelligit. Per hæc autem nullo modo potest eleuari ad cognoscendum quidditates immaterialiū substantiarum, quæ sunt improportionatæ istis substantijs sensibilibus. Vnde impossibile est ꝙ anima humana huiusmodi corpori unita, apprehendat substantias separatas cognoscendo de eis quod quid est. Ex quo apparet falsum esse quod Auerro. hic dicit in commento, ꝙ Philosophus non demonstrat hic, res abstractas intelligere, esse impossibile nobis, sicut impossibile est uespertilioni inspicere solem. Et ratio sua, quam īducit, est ualde derisibilis. Subiūgit enim, quoniam si ita esset, natura ociose egisset, quia fecit illud quod in se est naturaliter intelligibile, nō esse intellectum ab aliquo, sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo uisu. Deficit enim hæc ratio. Primo quidem in hoc, ꝙ cognitio intellectus nostri non est finis substantiarum separatarū, sed magis ecōuerso. Vnde non sequitur, quod, si non cognoscantur substantiæ separatæ à nobis, ꝙ ꝓpter hoc sint frustra. Frustra enim est, quod non consequitur finem ad quem est. Secundo, quia & si substantiæ separatæ non intelliguntur à nobis ſm suas quidditates, intelliguntur tamen ab alijs intellectibus, sicut solem & si non uideat oculus nycticoracis, uidet tamen eum oculus aquilæ. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 7.

Si vis saluare Auerr. lege cō. Zim. 2. Meta. tex. c. 1 quorum tamē saluatio nō extē dit intellectum ad qd ditaerū cognitionem, sed quidditatis.

BESS. Tex. 2.

Verum non solum illis agendæ sunt gratię, quorum opinionibus quis acquiescet, sed illis, qui superficietenus dixerunt. conferūt enim aliquid etiam isti. habitum nanq; nostrum exercuerunt. si enim Timotheus non fuisset, multum melodiæ nequaquam habuissemus. si tamen Phrynis non extitisset, ne Timotheus quidem. Simili modo & de illis est, qui de veritate asseruerunt, à quibusdam enim aliquas accepimus opiniones. quidam uero, ut hi fierent, causa fuerunt.

ANT. Tex. 2.

Non solum autē his habere gratiam iustum est, quorum aliquis opinionibus communicauerit, sed his qui adhuc superficialiter enuntiauerunt. Etenim conferunt aliquid.

Lect. 10.

Part. 6.

aliquid. Nam habitum nostrum præexercuerunt. Nam si Timotheus non fuisset, multam melodiam non haberemus. Si autem non Phrynis, Timotheus non fuisset. Eodem vero modo & de enuntiantibus verit[illegible] quibusdam enim opiniones quasdam accepimus, sed alij, vt hi forent, causa fuerunt.

Ostendit quõ se homines adinuicem iuuant ad considerandum ueritatem. Adiuuatur.n.unus ab altero ad considerationem ueritatis dupliciter. Vno modo directe. Alio modo indirecte. Directe quidẽ iuuatur ab his, qui ueritatem inuenerunt. quia, sicut dictũ est, dum unusquisque præcedentium aliquid de ueritate inuenit, simul in unum collectum, posteriores introducit ad magnam ueritatis cognitionem. indirecte uero, inquantum priores errantes circa ueritatẽ, posterioribus exercitij occasionem dederunt, ut diligenti discussione habita, ueritas limpidius appareret. Est autem iustum, ut his, quibus adiuti sumus in tanto bono, scilicet cognitione ueritatis, gratias agamus. Et ideo dicit, quod {iustum est gratiam habere} non solum his, quos quis existimat veritatẽ inuenisse, quorum opinionibus aliquis communicat sequendo eas, sed etiam illis, qui superficialiter locuti sunt ad ueritatem inuestigandam, licet eorum opiniones non sequamur, quia isti etiam aliquid conferunt nobis. Præstiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisitionem ueritatis. Et ponit exemplum de inuentoribus musicæ. Si enim non {fuisset Timotheus} qui multa de arte musicæ inuenit, non haberemus ad præsens multa, quæ scimus circa melodias. Et si non præcessisset quidã Philosophus nomine {Phrynis} Timotheus non fuisset ita instructus ĩ musicalibus. Et similiter est dicendum de Philosophis qui enuntiauerunt uniuersaliter ueritatem rerum. A quibusdam enim ꝑdecessorum nostrorum accepimus aliquas opiniones de ueritate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opiniones prætermittentes. Et iterum illi, à quibus nos accepimus, inuenerunt aliquos ꝑdecessores, à quibus acceperunt, quiq; fuerunt eis cã instructionis.

LECTIO II.

Metaphysicam præcipue & maxime, ueritatis scientiam esse probat: hinc in omni causarum genere non esse aliquo modo processum in infinitum proponit probandum.

B E S S.
Tex. 3.
* contẽplatricem.
Tex. 4.

RECTE autem se habet, philosophiam, scientiã † veritatis appellasse. speculatiua etenim finis ueritas, practica autem opus. etenim si quo modo se habent, considerãt, non causam per se, sed ad aliquid, & eo in tempore practici speculãtur. Nescimus autem verum [illegible] causa. unumquodque vero id ipsum maxime aliorum est, secundum quod alijs vniuocatio inest. utputa ignis, calidissimum: etenim cæteris hic est caliditatis causa. Quare uerissimum etiam est id, quod posterioribus ut uera sint, causa est. Propter quod principia semper existentium, necesse est uerissima esse. nec enim aliquando uera: nec illis vt sint, aliquid aliud causa est, sed illa cæteris. Quare vt secundum esse unumquodque se habet, ita etiam secundum veritatem.

A N T.
Tex. c. 3.
Par. prima.
Tex. c. 4.

Vocam[illegible] philosophiam, veritatis scientiam recte habet. Nam theoricæ finis est veritas, et practicæ opus. Etenim si quo modo se habet, intendunt, non tamen secũdum se, sed ut ad aliquid, & nunc speculantur practici. Nescimus autem verum sine causa: unumquodque vero maxime id ipsum aliorũ dr̃, secũdum quod et in alijs inest uniuocatio. Puta ignis calidissimus, etenim est causa alijs hic caloris. Quare & uerissimum quod posterioribus est causa, ut sint vera. Quapropter semper existentium principia esse uerissima necesse est. Non.n.quandoq; nõ uera, nec illis causa aliqua est ut sint, sed illa alijs. Quare unumquodq; sicut se habet vt sit, ita & ad ueritatẽ.

Postquam Philosoph' oñdit qualiter se hẽt homo ad considerationem ueritatis, hic oñdit ꝙ cognitio ueritatis maxime ad philosophiam primã pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit, ꝙ ad philosophiã primam maxime pertineat cognitio ueritatis. Secundo excludit quandam falsam opinionem, per quam sua probatio tolleretur, ibi: {At uero ꝙ sit principiũ.} Circa primum duo facit. Primo oñdit, ꝙ ad philosophiam primam pertineat cognitio ueritatis. Scd̃o ꝙ maxime ad ipsam pertineat, ibi: {Nescimus autem verum sine cã &c.} Hæc aũt duo ostendit ex duobus, q̃ supra probata sunt in procœmio libri, s. ꝙ sapientia sit nõ practica, sed speculatiua, & ꝙ sit cognoscitiua cãrum primarum. Ex primo aũt horum sic argumentatur ad primã conclusionem, Theorica, i. speculatiua, differt à practica ſm finem. nam finis speculatiuæ est ueritas: hoc.n.est quod intendit, s. ueritatis cognitionem. Sed finis practicæ est opus, quia & si {practici} hoc est operatiui intendant cognoscere ueritatẽ, quo modo se habeat in aliquibus rebus, non tñ quærunt eam tanquam vltimum finẽ. Non.n. considerant cãm veritatis ſm se & ꝑꝑ se, sed ordinando ad finem operationis, siue applicando ad aliquod determinatum particulare, & ad aliquod determinatum tp̃s. Si ergo huic coniũxerimus, ꝙ sapientia siue philosophia prima non est practica, sed speculatiua, sequetur ꝙ recte debeat dici scientia ueritatis. Sed quia multæ sunt scientiæ speculatiuæ, quæ ueritatem considerant, ut pote Geometria & arithmetica, fuit necessarium consequenter ostendere, ꝙ philosophia prima maxime consideret ueritatem ꝑꝑ id quod supra ostẽsum est, scilicet ꝙ est consideratiua primarum cãrum, & ideo argumentatur sic. Scientia de uero non habetur nisi per cãm: ex quo apparet, ꝙ eorum verorum, de q̃bus est scientia aliqua, sunt aliquæ cãæ, quæ et veritatem habent. Non.n. potest sciri verum per falsum, sed per aliud uerum. Vnde & demonstratio, quæ facit scientiam, ex ueris est, ut dr̃ in Primo Posteriorum. Deinde adiungit quandam uniuersalem propositionem, q̃ talis est. Vnumquodq; inter alia maxime dicitur, ex quo causatur in alijs aliquid uniuoce prædicatum de eis, sicut ignis est cã caloris in elemẽtatis. Vnde, cum calor uniuoce dicat̃ & de igne & de elemẽtatis corporibus, sequitur ꝙ ignis sit calidissimus. Facit aũt mentionẽ de uniuocatione, quia quãque contingit ꝙ effectus non peruenit ad similitudinem cãæ ſm eandem rõnem speciei, ꝑꝑ excellentiam ipsius causæ. Sicut sol est cã caloris in illis inferioribus, non m̃ inferiora corpora possunt recipere impressionem solis aut aliorũ cælestium corporum ſm eãdem rõnem speciei, cum non communicent in materia. Et ꝑꝑ hoc non dicimus solem esse calidissimum sicut ignem, sed dicim' solẽ esse aliquid amplius q̃ calidissimum. Nomen autem ueritatis non est proprium alicui speciei, sed se hẽt communiter ad oĩa entia. Vnde quia illud, quod est causa ueritatis, est causa communicans cum effectu in nomine & ratione cõi, sequitur ꝙ illud, quod est posteriorib' causa ut sint uera, sit uerissimum. Ex quo ulterius concludit ꝙ principia eorum, quæ sunt semper, scilicet corporum cælestium, necesse est esse uerissima. Et hoc duplici rõne. Primo quidem, quia non sunt {quandoq; uera, & quandoq; non} & ꝑ hoc transcendunt in ueritate generabilia & corruptibilia, q̃ quãq; sunt & quãq; non sunt. Scd̃o, quia nihil est eis cã, sed ipsa sunt cã essendi alijs. Et per hoc trãscendũt in ueritate & entitate corpora cęlestia, q̃ & si sint incorruptibilia, tamen habent cãm non solũ quantũ ad

par sequen: Lect. huius.
Parte. 2. Lect. huius. tex.
Tex. c. 5.
Nota aliud est esse maxime tale ĩ aliquo gñe aliud esse ꝑfectissimã spẽm quo 1 nõ dicit philosophus.

suum moueri, ut quidam opinati sunt, sed & quantũ ad suum esse, ut hic Philosoph. expresse dicit. Et hoc est necessarium, quia necesse est ut omnia composita & participantia, reducantur in ea, quæ sunt per essentiam, sicut in causas. Omnia autem corporalia sunt entia in actu, inquantum participant aliquas formas. Vnde necesse est substantiam separatam, quæ est forma per suam essentiam, corporalis substantiæ principium esse. Si ergo huic deductioni adiũgamus, quòd philosophia prima considerat primas causas, sequetur (ut prius habitum est) quòd ipsa considerat ea, q̃ sunt maxime uera. Vnde ipsa est maxime scientia ueritatis. Ex his autem infert quoddam corollarium. Cum enim ita sit, quòd ea, quæ sunt alijs causa essendi, sint maxime uera, sequitur quòd unumquodq; sicut se habet ad hoc quòd sit, ita etiã se habet ad hoc quòd habeat ueritatem. Ea enim, quorum esse non semper eodem modo se habet, nec ueritas eorũ semper manet. Et ea, quorum esse habet cãm, etiam ueritatis cãm habent. Et hoc ideo, quia esse rei est cã ueræ existimationis quam mens habet de re. Verum enim & falsum non est in rebus, sed in mente, ut dicetur. 6. huius. Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 5. *At vero quòd est principium aliquod, neque sunt infinitæ entium causæ, neque in rectum, neque secundũ speciem, patet. Nec enim vt ex materia, hoc ex hoc potest ire infinitum. vt carnem ex terra, terram ex aere, aerẽ ex igne, & hoc non stare. Nec vnde principium motus. veluti hominem quidem ab aere moueri, hunc vero à Sole, Solem autem à contentione, et huius nullum esse finẽ. Similiter nec cuius cã in infinitum progredi põt, vt deambulationem quidem sanitatis cã, illam vero fœlicitatis, fœlicitatẽ vero alterius, et ita semper aliud alterius gratia esse. Similiter autem & de ipso quid erat esse.*

A N T. Tex. 5. Par. 2. *At vero quòd sit principium quoddam, & non infinitæ cãe existentium, nec in directum, nec secundum speciem, palam. Neque. n. vt ex materia hoc ex hoc in infinitum progredi est possibile & velut carnem quidem ex terra, terram uero ex aere, aerem aũt ex igne, et hoc nõ stare. Nec vnde principium motus, vt hominem ab aere moueri, & hunc à sole, & Solẽ à luce, & huiusmodi nullum esse finem. Similiter aũt nec id, cuius cã, in infinitũ ire est possibile. Iter qdem sanitatis cã, illam vero felicitatis, & felicitatem alterius, & ita semper aliud alterius causam esse. Et in quod quid erat esse similiter.*

Remouet quoddam, per quod præcedens probatio posset infringi: quæ procedebat ex suppositione huius, quòd philosophia prima consideret causas primas. Hoc autem tolleretur si causæ in infinitum procederent. Tunc enim non essent aliquæ primæ causæ. Vnde hoc hic remouere intendit, & circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propositum. ibi: (Mediorum. n. extra quæ est aliqd &c.) Lect. seq. Dicit ergo primo, Palam potest esse ex his, quæ dicentur, q̃ sit aliquod principium esse & ueritatis rerum, & quòd causæ existentium non sunt infinitæ, nec ꝓcedendo in directum secundum unam aliquam speciem causæ, puta in specie causarum efficientium, nec entium sunt infinitæ secundum speciem, ita quòd sit infinitæ species causarum. Exponit autem quod dixerat causas infinitas esse in directum. Primo quidem in genere causæ materialis. Non enim possibile est ꝓcedere in infinitum in hoc, quòd aliquid fiat ex aliquo, sicut ex materia, puta ut caro fiat ex terra, terra uero ex aere, aer ex igne, & hoc non stet in aliquo primo, sed procedat in infinitum. Secũdo exemplificat in genere causæ efficientis dicens, q̃ nec possibile est ut causa, quæ dicitur vnde principium motus, in infinitum procedat, puta cum dicimus hominem moueri ad deponendum uestes ab aere calefacto, aerem vero calefieri à sole, solem uero moueri ab aliquo alio, & hoc in infinitũ. Tertio exemplificat in genere causarum finalium, & dicit, quòd similiter non potest ꝓcedere in infinitum illud quod est (cuius cã), s. cã finalis, ut si dicamus q̃ iter siue ambulatio est propter sanitatem, sanitas autem propter felicitatem, felicitas autem propter aliquid, & sic in infinitum. Vltimo facit mentionem de causa formali, & dicit quòd similiter nõ potest procedi in infinitum in hoc quòd est (quod quid erat esse) idest in causa formali quam significat diffinitio. Sed exempla ꝑtermittit, quia sunt manifesta, & probatum est in Primo Posteriorum, quòd nõ proceditur in infinitum in prædicatis, puta q̃ animal prædicetur de homine in eo quod quid est, & uiuum de animali, & sic in infinitum.

LECTIO III.

In causis efficientibus materialibus esse unam primam cãm probat hic, quo ex prima materia aliquid fiat ostendens.

B E S S. Tex. 6. *Mediorum enim quorum extra aliquid ultimum & primum est, necesse est quod prius est, cãm esse eorum, quæ post illud sunt. si enim dicere nos oportuerit quid trium cã est, primum dicemus. non. n. ultimum: nullius. n. quod ultimum est. neque medium: vnius enim. nil enim differt unum, an plura sint, nec infinita, aut finita infinitorum quidem hoc mõ, & oĩno infiniti omnes partes mediæ sunt similiter huc usque, Quare si primum nihil est, omnino nulla causa est.*

A N T. Tex. c. 6. Par. 1. *Mediorum enim extra quæ est aliquid ultimum & primũ, necesse est esse quod prius est causã ipsorum post se. Nam si dicere nos oporteat unũ trium causam, quod primum est dicimus, nõ enim quod est ultimum. Nullius enim quod finale est. Sed nec medium, nam unius. Nihil enim differt unum aut plura esse, nec infinita aut finita. Infinitorum vero secundum modum istum & omnino infiniti partes omnes † mediæ sunt, similiter autem vsque modo. Quare si nihil est ex toto aliquid primum, nec ex toto causa nulla est.*

† medi' dixit ad hominem loquẽs, cum nulla sit cã nõ præsupposita prima.

Postquam Philosophus præmisit quòd causæ entium nõ sunt infinitæ, hic probat propositum. Et primo quòd sint infinitæ in directum. Secundo quòd nõ sint infinitæ secundum speciem, ibi (Sed si infinitæ essent &c.) Circa primum quatuor facit. Primo ostendit propositum in causis efficientibus uel mouentibus. Secundo in causis materialibus. ibi: (At vero nec in deorsum.) Tertio in causis finalibus. ibi: (Amplius autem quod est cuius causa &c.) Quarto in causis formalibus. ibi: (Sed nec quod quid erat esse &c.) Circa primum sic procedit. Primo proponit quandam propositionem, scilicet, quòd in omnibus his, quæ sunt media inter duo extrema, quorum unum est ultimũ, & aliud primum, necesse est q̃ illud, quod est primũ, sit causa posteriorum, scilicet medij & ultimi. Et hãc propositionem manifestat per diuisionem, quia, si oporteat nos dicere quid sit causa inter aliqua tria, quæ sunt primum, medium, & ultimum, ex necessitate dicemus causam esse id, quod est primum. Non enim possumus dicere id, quod est ultimum, esse cãm oĩum, quia nullius est cã, alioquin non esset ultimũ, cũ effectus sit posterior cã. Sed nec possumus dicere, q̃ medium sit cã oĩum, quia nec est cã nisi unius tantũ, scilicet ultimi. Et ne aliquis intelligat, q̃ medium nũquam habeat post se nisi unum, quod est ultimum, quod tunc solum contingit, qñ inter duo extrema est unum medium tm̃, ideo ad hoc excludẽdum concludit, q̃ nihil ad propositum differt, utrum sit unũ tantum medium, uel plura: quia omnes plura media accipiunt loco unius, inquantum conueniunt in rõne medij.

Vid. prima par. q. 2. ar. primo i coe pore.

dij. Et similiter non differt utrum sint media finita uel infinita, quia dummodo habeant rõnem medij, non põt esse prima causa mouens. Et, quia ante omnem secundam causam mouentem requiritur prima causa moués, requiritur, ꝙ ante omnem causam mediá sit causa prima, quæ nullo modo sit media, quasi habens aliam causam ante se. Sed, si prædicto modo ponátur causæ mouentes procedere in infinitum, sequitur, ꝙ omnes causæ sint mediæ. Et sic uniuersaliter oportet dicere, ꝙ cuiuslibet infiniti, siue in ordine causæ, siue in ordine magnitudinis, omnes partes sint mediæ. si. n. esset aliqua pars, quæ non esset media, oporteret, ꝙ uel esset prima, uel ultima, & utrunque repugnat rationi infiniti, quod excludit omnem terminum & principium & finem. Est autẽ & ad aliud attendendum, quod, si alicuius finiti sint plures partes mediæ, nõ omnes partes simili ratione sũt mediæ. Nam quædam magis appropinquant primo, quædá magis appropinquát ultimo, sed in infinito quod nõ habet primum & ultimum, nulla pars potest magis appropinquare uel minus principio aut ultimo. Et ideo usque ad quamcunque partem, quam modo signaueris, omnes partes similiter sunt mediæ. sic igitur, si causæ mouentes procedant in infinitum, nulla erit cá prima: sed cá prima erat causa oĩum: ergo sequeretur, quòd totaliter oẽs cáæ tollerentur, sublata .n. cá, tolluntur ea, quorum est cá. Deinde cum dicit.

Cuiuslibet infiniti omnes partes sunt mediæ.

Nullum est mediũ ubi non extrema.

B E S S. Tex. 7.

Et neque deorsum possibile est in finitum descẽdere, cũ id, quod sursum versus principium habet. ut ex igne quidem aquam, ex hac uero terram, & ita semper aliud quoddam genus fieri.

A N T. Tex. 7. Parte. 2.

At uero nec in deorsum est possibile in infinitum procedere, ipso sursum habente principium ut ex igne quidem aquam, ex aqua uero terram, & ita semper aliquod aliud fieri genus.

par. sequens

Ostendit, quòd non est possibile ꝓcedere in infinitum in causis materialibus. & primo proponit quod intendit, scdõ probat propositum. ibi: (Dupliciter. n. fit hoc ex hoc &c.) Circa primum considerandũ est, quòd patiẽs subijcitur agenti: vnde procedere in agẽtibus est sursum ire, procedere aũt in patientibus est in deorsum ire. Sicut autem agere attribuitur causæ mouenti, ita pati attribuitur materię. Vnde processus causarum mouentium est in sursum, processus autem causarum materialiũ est in deorsum. Quia ergo ostẽderat, quòd non est in infinitum procedere in causis mouentibus quasi in sursum procedendo, subiungit, quòd nec ẽt possibile est ire in infinitum in deorsum, ẽm. s. processum cãrum materialium, supposito, quòd sursum ex parte causarum mouentium inueniatur aliquod principium. Et exemplificat de processu naturalium, qui est in deorsum, ut si dicamus ꝙ ex igne fit aqua, & ex aqua terra, & sic in infinitũ. Et utitur hoc exemplo ẽm opinionem antiquorum naturalium, qui posuerunt unum aliquod elementorũ esse principium aliorum quodam ordine. Potest aũt & aliter exponi, ut intelligamus, quòd in causis mouẽtib' manifesti sunt ad sensum ultimi effectus, qui non mouent: & ideo non q̃ritur, si procedatur in infinitũ in inferius ẽm illud genus, sed si procedatur in superius. Sed in genere causarum materialium econuerso supponitur unum primum, quod sit fundamentum & basis aliorum, & dubitatur utrum in infinitum ꝓcedatne in deorsum ẽm processum eorum, quæ generantur ex materia. Et hoc sonat exemplum propositum: non. n. dicit ut ignis ex aqua, & hoc ex alio, sed ẽcõuerso, ex igne aqua & ex hoc aliud. unde supponitur prima materia, & quæritur, an sit processus in infinitu in his, q̃ generãtur ex materia. Deinde cũ dicit.

B E S S.

Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non vt hoc post hoc dicitur. ut, ex isthmijs ludis olympiaci, sed ut aut ex puero mutato uir, aut ut ex aqua aer.

A N T. Par. 3.

Dupliciter autem fit hoc ex hoc, non ut hoc dicitur post hoc, ut ex isthmijs olympia, sed ut ex puero mutato fieri uir, aut ex aqua aer.

Hac parte. par. sequen. parte. 6 huius lect. part. 7. lect. huius.

Probat propositum, & circa hoc quatuor facit. Primo distinguit duos modos, quibus fit aliquid ex aliquo. Secundo ostendit duplicem drĩam inter illos duos modos, ibi: (Ergo sic ex puero.) Tertio ostendit quòd secundum neutrum eorum contingit procedere in infinitum, ibi: (Vtroq; autem modo impossibile est &c.) Quarto ostendit secundum quem illorum modorum ex primo materiali principio alia fiãt. ibi: (Simul autem impossibile fit &c.) Dicit ergo primo, quòd duobus modis fit aliquid ex aliquo proprie & per se. Et utitur isto modo loquendi, ut excludat illũ modũ, quo dicitur improprie aliquid fieri ex aliquo ex hoc solo, quòd fit post illud. Vt si dicamus, quòd quædam festa Græcorum, quæ dicebantur olympia, fiunt ex quibusdam alijs festis, q̃ dicebantur isthmia, puta si nos diceremus quòd festum Epiphaniæ fit ex festo natalis. Hoc autem non proprie dicitur, quia fieri est quoddam mutari: in mutatione autem non solum requiritur ordo duorum terminorum, sed et subiectum idem utrisque: quod quidem non contingit in prædicto exemplo, sed hoc dicimus, secundum quòd imaginamur tempus esse ut subiectum diuersorum festorum. Sed oportet proprie dicere aliquid fieri ex aliquo, quando aliquod subiectum mutatur de hoc in illud. Et hoc dupliciter. Vno modo sicut dicimus, quòd ex puero fit uir, inquantum scilicet puer mutatur de statu puerili in statum uirilem: alio modo sicut dicimus, quòd ex aqua fit aer per aliquam transmutationem. Deinde cum dicit.

B E S S.

Verumenimuero ut ex puero quidem uirum fieri dicimus, tanquam ex eo, quod fiebat, id quod factum est, aut quod perfectum est ex eo, quod perficiebatur. semper etenim est aliquid medium, ut inter esse, & non esse generatio. ita quod fit inter existens & non existens. qui autem discit, fit sciens. & hoc est, quod dicitur, quod fit ex discente sciens. ut autem, tanquam ex aere aqua, corrupto altero.

A N T. Part. 4.

Ergo sic ex puero fieri virum dicimus, quomodo ex eo quod fit, quod factum est, aut ex eo quod perficitur, perfectum. Semper enim est medium inter esse & nõ esse, generatio, ita & quod fit, existentis & non existentis. Est autem addiscens qui fit sciens, & hoc est quod dicitur, quòd fit ex addiscente sciens: hoc uero ex aere aqua, corrupto altero.

Generatio, est medium inter esse & non esse.

Ostendit duas differentias inter prædictos modos: Quarum prima est, quia dicimus ex puero fieri uirum, sicut ex eo quod est in fieri, fit illud, quod iam est factum, aut ex eo quod est ĩ perfici, fit illud quod iam est perfectum. Illud enim quod est in fieri & in perfici, est medium inter ens & non ens, sicut generatio est medium inter esse & non esse. Et ideo, quia per medium uenitur ad extremum, dicimus, quod ex eo quod generatur fit illud quod generatum est, & ex eo quod perficitur, fit illud quod perfectum est. Et sic dicimus, quòd ex puero fit uir, vel quod ex addiscente fit sciens, quia addiscens se habet ut in fieri ad sciẽtem. In alio autem modo, quo dicimus ex aere fieri aquam, unum extremorum non se habet ut uia uel medium ad alterum, sicut fieri ad factum esse, sed magis ut terminus à quo recedit, ut ad alium terminum perueniatur. Et ideo ex uno corrupto fit alterum. Deinde cum dicit.

BESS. *Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex uiro. non enim fit ex generatione quod fit, sed post generationem est. sic enim dies ex diluculo, quoniam post hoc est. quare nec diluculum ex die. cætera vero reflectuntur.*

ANT. Par. 5. *Propter quod illa quidem non reflectuntur adinuicem, nec fit ex viro puer. Non enim fit ex generatione quod fit. sed est post generationem. Sic enim est dies ex aurora, quia post hanc: propter quod nec aurora ex die. Altera vero reflectuntur.*

Concludit ex præmissa differentia, aliam differentiam. Quia enim in primo modo unum se habet ad alterum, ut fieri ad factum esse, & medium ad terminum, patet, ꝙ habent ordinem naturaliter adinuicẽ. Et ideo non reflectuntur adinuicem, ut indifferenter unum fiat ex altero. Vnde nõ dicimus, ꝙ ex uiro fiat puer, sicut dicimus econuerso. Cuius ratio est, quia illa duo ex quorum uno secundum istum modum dicitur alterũ fieri, non se habent adinuicem sicut duo termini mutationis alicuius, sed sicut ea, quorum vnum est post alterum. Et hoc est, quod dicit, ꝙ illud {quod fit,} idest terminus generationis, scilicet esse, non fit ex generatione, quasi ipsa generatio mutetur in esse, sed est post generationem, quia naturali ordine consequitur ad generationem, sicut terminus est post uiam, & ultimum post medium. Vnde, si consideremus ista duo, scilicet generationem & esse, non differunt ab illo modo, quem exclusimus, in quo consideratur ordo tantum, sicut cum dicimus, ꝙ dies fit ex aurora, quia est post auroram. Et propter istũ naturalem ordinem, non dicimus econuerso, ꝙ aurora fit {ex die} .i. post diem. Et ex eadem ratione non potest esse, ꝙ puer fiat ex uiro. Sed secundum alterum modum, quo aliquid fit ex altero, inuenitur reflexio. Sicut enim aqua generatur ex aere corrupto, ita aer generatur ex aqua corrupta. Et hoc ideo, quia ista duo non se habent adinuicem secundum naturalem ordinem, scilicet ut medium ad terminum, sed sicut duo extrema quorum utrunque potest esse & primum & ultimum. Deinde cum dicit.

BESS. *Vtroque tamen modo impossibile est in infinitum progredi. Illorum enim cum media sint, necesse est finẽ esse. hæc autem inuicẽ reflectuntur. alterius enim corruptio alterius generatio est.*

ANT. Parte. 6. Generatio unius, corruptio alterius. *Vtroque autem modo impossibile est in infinitum ire, existentium uero intermediorum necesse est finem esse. Quædam uero adinuicem reflectuntur. Alterius enim corruptio, alterius est generatio.*

Ostendit ꝙ non sit procedere in Infinitum ſm utrunq; istorum modorũ, & primo ſm primũ. prout dicimus ex puero fieri uirum. Illud .n. ex quo dicim' aliquid fieri, sicut ex puero uirum, se habet ut mediũ inter duo extrema, scilicet inter esse & non esse: sed 1. positis extremis impossibile est esse infinita media, quia extremum infinitati repugnat: ergo ſm istum modum non conuenit procedere in infinitum. Similiter etiam nec ſm alium, quia in alio modo inuenitur 2. reflectio extremorum adinuicem, propter hoc ꝙ alterius corruptio est alterius generatio, ut dictũ est. Vbicunque autem est reflexio, reditur ad primum, ita scilicet ꝙ id, quod fuit primo principium, postea fit terminus. Quod in infinitis non potest contingere, in quibus non est principium & finis. Ergo nullo modo ex aliquo potest aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicit.

BESS. *Simul autem impossibile est primum corrumpi cum sempiternum sit. cum enim generatio nõ sit infinita sursum uersus, necesse est non esse sempiternum illud, quo primo corrupto quicquam factum est.*

ANT. Par. 7. *Simul autem impossibile primum sempiternum corrumpi. Quoniam enim non est infinita generatio in sursum, necesse ex quo corrupto primo aliquid factum est, non sempiternum esse.*

Ostendit quo prædictorum modorum ex prima materia aliquid fiat. Vbi considerandum est, ꝙ Arist. utitur hic duabus communibus suppositionibus, in quibus omnes antiqui naturales conueniebant, quarum vna est, quòd sit aliquod primum principium materiale, ita scilicet quòd in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte superiori, scilicet eius ex quo generatur. Secunda suppositio est, ꝙ prima materia est sempiterna. Ex hac igitur secunda suppositione statim concludit, ꝙ ex prima materia non fit aliquid secundo modo, scilicet sicut ex aere corrupto fit aqua, quia scilicet illud, quod est sempiternum, non potest corrumpi. Sed quia posset aliquis dicere, ꝙ primum principium materiale non ponitur à Philosophis sempiternum, ꝑꝑ hoc ꝙ unum numero manens sit sempiternum, sed quia est sempiternum per successionem, sicut si ponatur humanum genus sempiternum. Hoc excludit ex prima suppositione dicens, ꝙ, quia generatio non est infinita in sursum, sed deuenitur ad aliquod primum principium materiale, necesse est, ꝙ, si aliquid sit primum materiale principiũ, ex quo fiunt alia ꝑ eius corruptionẽ, ꝙ non sit illud sempiternum de quo Philosophi dicunt. Non .n. posset esse illud primum materiale principium sempiternum, si eo corrupto alia generarentur, & iterum ipsum ex alio corrupto generaretur. Vnde manifestum est, ꝙ ex primo materiali principium fit aliquid, sicut ex imperfecto & in potentia existente, quod est medium inter purum non ens & ens actu, non autem sicut aqua ex aere fit corrupto.

LECTIO IIII.

Statum aliquem esse & terminum tam in causis finalibus, quam in formalibus, quodque non infinitæ sint secũdum speciem causæ, ostendit.

BESS. Tex. 8. *Item ipsum cuius causa finis. tale autem est, quod non est alterius gratia, sed eius causa cætera. Quare, si tale erit ultimum, non erit infinitum. quòd si nihil tale, non erit ipsum cuius causa.*

ANT. Tex. c. 8. Par. 5. *Amplius autem quod est cuius causa, finis est. Tale autem quod non alicuius causa, sed alia illius. Quare, si quidem fuerit tale ipsum ultimum, non erit infinitum, si vero nihil tale, non erit cuius causa.*

In causis finalibus nõ esse processum in infinitũ probaturquatuor rationibus. Postquam probauit Philosophus, ꝙ in causis mouentibus & materialibus non proceditur in infinitũ, hic ostendit idem in causa finali, quæ nominatur (cuius cã) fit aliquid. Et ostendit propositum quatuor rõnibus: quarũ prima talis est. Id, quod est cuius cã, hẽt rõnem finis: sed finis est id, qđ non est ꝑꝑ alia, sed alia sunt propter ipsum. Aut ergo est aliquid tale aut nihil: & si quidem fuerit aliquid tale, ut .s. omnia sint propter ipsum, & ipsum non sit propter alia, ipsum erit ultimum in hoc genere: & ita non procedetur in infinitum: si autem nihil inueniatur tale, nõ erit finis. Et ita tolletur hoc genus causæ, quod dicitur cuius causa. Secundam rationem ponit ibi.

BESS. *Sed qui faciunt infinitum, latet eos, quod boni naturam auferunt.*

ANT. *Sed qui infinitum faciunt, latet auferentes boni naturam.*

Par. 2. Boni simpliciter & alicui finis ratio eadem. Cap. 1. Quæ deriuatur ex præmissa rõne. Ex prima .n. rõne conclusum est, ꝙ qui ponũt infinitatem in causis finalibus, remoueant cã finalem. Remota aũt cã finali, remouetur natura & ratio boni: eadem .n. rõ boni & finis est. nam bonum est quod omnia appetunt, ut dicitur in Primo Ethico. & ideo illi, qui ponunt infinitũ

in

in causis finalibus, auferunt totaliter naturam boni, licet ipsi hoc non percipiant. Tertiã rõnem ponit ibi.

BESS. Secundæ q. 1. disputa de hac materia. *At nullus inciperet agere quicquam, si non esset peruenturus ad finem.*

Et nullus conabitur aliquid facere ad terminum non futurus venire.

ANT. Par. 3. Quæ talis est. Si sit infinitum in causis finalib⁹ nullus poterit peruenire ad ultimum terminum, quia in finitorum non est ultimus terminus. sed nullus conatur ad aliquid faciendum nisi per hoc, q̃ ex se existimat uenturum ad aliquid, sicut ad ultimum terminum: ergo ponentes infinitum in causis finalibus excludunt omnem conatum ad operandum, etiam naturalium rerum. nullius enim rei motus naturalis est, nisi ad id, ad quod nata est peruenire. Quartam rationem ponit ibi.

BESS. Tex. 9. Gratia cuius omnis omnia agunt. 2. 3. q. 1. *Nec esset intellectus in huiusmodi: alicuius enim causa agit, quicunque intellectum habet. hoc itaque terminus est, finis vero ipse terminus.*

ANT. Tex. c. 9. Part. 4. *Neque utique erit intellectus in talibus. Nam causa alicuius semper facit qui intellectum habet: hic enim terminus finis est rei.*

Quæ talis est. Qui ponit infinitum in causis finalibus excludit terminum, & per consequens excludit finem cuius causa fit aliquid. Sed omne agens per intellectum agit causa alicuius finis: ergo sequitur q̃ inter causas operatiuas non sit intellectus. & ita tolletur intellectus practicus. Quæ cum sint inconuenientia, oportet remouere primum, id scilicet ex quo sequitur, s. infinitum à causis finalibus. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 10. *At uero nec ipsum quid erat esse reduci ad aliam definitionem ratione abundantem contingit.*

ANT. Text. c. 10. Part. 5. Par. seq. *Sed nec quod quid erat esse conuenit reduci ad aliquam diffinitionem multiplicantem rationem.*

Ostendit q̃ non sit infinitum in causis formalibus, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secũdo probat propositum, ibi: Semper. n. &c. Circa primum considerandum est q̃ unumquodq; constituitur in specie per propriam formam. Vnde diffinitio speciei maxime significat formã rei. Oportet ergo accipere processum in formis secundum processum ĩ diffinitionibus. In diffinitionibus enim una pars est prior altera, sicut genus est prius differentia, & differentiarum una est prior altera. Idem ergo est q̃ in infinitum procedatur in formis, & quòd in infinitum procedatur in partibus diffinitionis. Et ideo uolens ostendere q̃ non sit procedere in infinitum in causis formalibus, proponit non esse infinitum in partibus diffinitionis. Et ideo dicit quòd non conuenit hoc quod est quod quid erat esse, in infinitum reduci ad aliam diffinitionem, ut sic semp multiplicetur ratio. Puta qui diffinit hominem in diffinitione eius ponit animal. Vnde diffinitio hominis reducitur ad diffinitionem animalis, quæ ulterius reducitur ad diffinitionem alicuius alterius, & sic multiplicatur ratio diffinitiua. Sed hoc non conuenit in infinitum procedere. Non autem hoc dicimus quasi in uno & eodem indiuiduo multiplicentur formæ secundum numerum generum & differentiarum, ut scilicet in homine sit alia forma à qua est homo, & alia à qua est animal, & sic de alijs, sed quia necesse est ut in rerum natura tot gradus formarum inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata & differentiæ. Est enim in rebus inuenire aliquam formam, quæ est forma, & non est forma corporis, & aliquam quæ est forma corporis, sed non est forma animati corporis, & sic de alijs. Deinde cum dicit.

BESS. In causis f. *Semper etenim prior magis est, posterior uero nõ est. Cuius autem primum non est, nec quod sequitur est.*

Semper enim quæ ante est, magis est, & quæ posterior non est. Cuius autem primum non est, nec erit quod habitum est.

Infinitum esse processum in finitum probatur quatuor rõnib. Part. 6. Probat propositum quatuor rationib⁹, quarum prima talis est. In multitudine formarum uel rationũ semper illa quæ est prius, est magis. Quod non est intelligendum quasi sit completior, quia formæ specificæ sunt completæ. Sed dicitur esse magis, quia est in plus quàm illa quæ est posterior, quæ non est ubicunque est prior. Non enim ubicunque est ratio animalis, est ratio hominis. Ex quo argumentatur, q̃ si primum non est, nec habitum, i. consequens est. Sed si in infinitum procedatur in rationibus & formis, non erit prima ratio uel forma diffinitiua, ergo excludentur omnes consequentes. Secundam rationem ponit ibi.

BESS. Tex. 11. *Itẽ ipsum scire perimunt, qui ita dicunt no. n. possibile est scire ante quàm ad indiuidua deueniatur.*

ANT. Tex. c. 11. Part. 7. *Amplius scire destruunt qui ita dicunt. Non enim possibile scire priusquam ad indiuidua perueniatur.*

Quæ talis est. Impossibile est aliquid sciri prius quàm perueniatur ad indiuidua. Non autem accipitur hic indiuiduum singulare, quia scientia nõ est de singularibus. Sed indiuiduum potest dici uno modo ipsa ratio speciei specialissimæ, quæ non diuiditur ulterius per essentiales differentias. Et secundum hoc intelligitur quòd non habetur perfecta scientia de re, quousque perueniatur ad speciem specialissimam, Indiuiduũ quadrupliciter. quia ille qui scit aliquid in genere, nõdum habet perfectam scientiam de re. Et secundum hanc expositionem oportet dicere, q̃ sicut prima ratio cõcludebat, quòd in causis formalibus non proceditur in infinitum in dcorsum. Sic enim non esset deuenire ad speciem specialissimam, ergo ista positio destruit perfectam scientiam. Sed quia formalis diuisio non solum est secundũ q̃ genus diuiditur per differentias, per cuius diuisionis priuationem species specialissima potest dici indiuiduum, sed etiam est secundum quod diffinitum diuiditur in partes diffinitionis, ut patet in Primo Physicorum, ideo indiuiduum potest hic dici, cuius diffinitio nõ resoluitur in aliqua diffinientia. Et secũdum hoc supremum genus est indiuiduũ. Tex. c. 5. Et secundum hoc erit sensus, quod nõ potest haberi scientia de re per aliquam diffinitionem, nisi deueniatur ad suprema genera, quibus ignoratis impossibile est aliquid posteriorum sciri. Et secundum hoc concludit ratio, q̃ in causis formalibus non procedatur in infinitum in sursum, sicut & prius. Vel ad idem cõcludendum potest aliter exponi indiuiduum, ut sciri Hæc magis cõuenit textui & proposito. cet propositio immediata dicatur indiuiduũ. Si enim procedatur in infinitum in diffinitionibus sursum, nulla erit propositio immediata. Et sic uniuersaliter tolletur scientia, quæ est de conclusionibus deductis ex principijs immediate.

BESS. *Et ipsum cognoscere non est. quæ enim ita infinita sunt, quomodo intelligere contingit.*

ANT. Part. 8. *Et cognoscere non est. Nam quæ sic sunt infinita, quo modo contingit intelligere?*

Tertiam rationem ponit, quæ procedit non solum ad scientiam excludendam, sed ad excludendum simpliciter omnem cognitionem humanam. Et circa hanc rationem duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit obiectionem quandam, ibi: Non enim simile &c. Ratio autem talis est. Vnumquodque cognoscitur per intellectum suæ formæ: sed si in formis procedatur in infinitum non poterunt intelligi, quia infinitum inquantum huiusmodi non comprehenditur intellectu: ergo ista positio uniuersaliter destruit cognitionem. Deinde cum dicit. Vide. 1. par q. 86. de eo quod ultimo est. Par. seq.

BESS. *Nec enim simile de linea est, quæ secundum diuisiones quidem non stat. intelligere vero non potest, nisi stat. quare non numerabit diuisiones, qui infinitam pertransit.*

ANT. Part. 9. *Non enim simile in linea, quæ secundum diuisiones nõ stat. intelligere enim non est non statuentem. Propter quod non enumerabit sectiones, q̃ per infinita procedit.*

Excludit quandam obuiationem. Posset enim aliquis dicere, q illud, quod habet infinitas formas, potest cognosci, sicut & linea, quæ in infinitum diuiditur. Sed hoc excludit dicens, q nõ est simile de linea, cuius diuisiones non stant, sed in infinitum procedunt. Impossibile enim est, q aliquid intelligatur, nisi in aliquo sistatur. vnde linea, inquantum statuitur, ut finita in actu propter suos terminos, sic potest intelligi, secundum uero, q non statur in eius diuisione, nõ potest sciri. Vnde nullus potest numerare diuisiones lineæ secundum q in infinitum procedunt. Sed infinitum in formis est infinitum in actu, & non in potentia, sicut est infinitum in diuisione lineæ. Et ideo, si essent infinitæ formæ, nullo modo esset aliquid scitũ uel notum. Deinde cum dicit.

Infinitũ formale penitus ignotũ: quantitatiuũ aũt non.

BESS. Tex. 12. *Sed etiam materiam, necesse est in eo, quod mouetur, intelligere at nulli esse infinito, quod si non, non infinitum est infinito esse.*

ANT. Tex. c. 12. Part. 10. *Sed materiam in eo quod mouetur intelligere est necesse, & infinito nihil est, esse autem non: Si uero non est infinitum, quod est esse infinito?*

Ponit quartam rationem quæ talis est. In omni eo quod mouetur necesse est intelligere materiam: Omne enim quod mouetur est in potentia: ens autem in potentia est materia: ipsa autem materia habet rationem infiniti, & ipsi infinito, quod est materia, conuenit ipsum nihil, quia materia secundum se intelligitur absque omni forma. &, cum ei, quod est infinitum, conueniat hoc, quod est nihil, sequitur per oppositũ, q illud per quod est esse, non sit infinitum, & q infinito} idest materiæ non sit esse infinitum. Sed esse est per formam, ergo non est infinitum in formis. Est autem hic aduertendum q hic ponit nihil esse de ratione infiniti, non q priuatio sit de ratione materiæ, sicut Plato posuit non distinguens priuationem à materia, sed quia priuatio est de ratione infiniti. Non. n. ens in potentia habet rationem infiniti, nisi secundũ q est sub ratione priuationis ut patet in Tertio Physicorum. Deinde cum dicit.

Hæc ratio aliter rõ as p̃o bandum ipsum infinitũ eẽ cognitioni ieptum, vide Alex.

BESS. Tex. 13. *Quoetiam si species causarum infinitæ multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tunc. n scire putamus, cum causas cognoscimus: infinitum vero secundum additionem, non est in tempore finito pertransire.*

ANT. Par. 11. *Sed si infinitæ essent pluralitate species causarum, non esset nec ita cognoscere. Tunc enim scire putamus, cum causas ipsas nouerimus. Infinitum vero secundum adiectionem non est pertransire in finito tempore.*

Ondit q non sunt infinitæ species causarũ, tali rõne, tũc putamus nos scire unumquodq; qñ cognoscimus oẽs cãs eius: sed, si sunt infinitæ causæ ſm adiunctionem unius speciei ad aliam, non erit pertransire istam infinitatem, ita q possint oẽs cãe cognosci: ergo etiam p istum modum excludetur cognitio rerũ.

LECTIO V.

Consuetudo ac natura quantum ualeat in inquirenda ueritate ex uarijs hominum generibus, qui diuersimode his affectiueritatem suscipiunt, exponit: hinc quis modus conueniens sit inquirendæ ueritatis deducit.

BESS. Text 14. *Auscultationes autem, secundum consuetudines accidunt, quemadmodum enim consueuimus, ita iudicamus dici debere, & quæ præter hæc, nõ apparent similia, sed quia non consueuimus, ignotiora, & magis peregrina. consuetum etenim notius est.*

ANT. Tex. có. 14. par. prima. *Contingunt autem auditiones secundum consuetudinem entibus. Nam vt consueuimus ita dignamur dici, et quæ præter ea, non similia videntur, sed præter consuetudinem minus nota & magis extranea. Nam consuetum notius.*

Postquam Philosophus ostendit, q consideratio ueritatis partim est difficilis & partim facilis, & quòd maxime pertinet ad primum Philosophum, hic ostẽdit, quis sit modus conueniens ad considerandum ueritatem: & circa hoc duo facit. Primo enim ponit diuersos modos, quos homines sequuntur in consideratione ueritatis. Secundo ostendit quis sit modus cõueniens, ibi: {Propter quod oportet erudiri &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit efficaciam cõsuetudinis in consideratione ueritatis. Secundo concludit diuersos modos, quibus homines utuntur in consideratione ueritatis propter diuersas consuetudines, ibi: {Alij uero si non mathematice &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit uirtutem consuetudinis in consideratione ueritatis. Secundo manifestat per signum, ibi: {Quãtam uero uim habeat &c.} Dicit ergo primo, q auditiones contingunt in bominibus de his, quæ sunt secundum consuetudines. Ea enim, quæ sunt consueta, libentius audiuntur & facilius recipiuntur. Dignum enim uidetur nobis, ut ita dicatur de quocunque, sicut consueuimus audire. Et si qua dicantur nobis præter ea, quæ consueuimus audire, non uidentur nobis similia in ueritate his, quæ consueuimus audire. Sed uidentur nobis minus nota & magis extranea à rõne propter hoc q sunt inconsueta. Illud. n. quod est cõsuetum, est nobis magis notum. Cuius ratio est, quia consuetudo uertitur in naturam. vnde & habitus ex consuetudine generatur, q inclinat per modum naturæ. Ex hoc autem q aliqs habet talem naturam uel talem habitum, habet proportionem determinatam ad hoc uel illud. Requiritur autem ad quamlibet cognitionem determinata proportio cognoscentis ad cognoscibile. Et ideo secundum diuersitatem naturarum & habituum accidit diuersitas circa cognitionem. Videmus enim, q hominibus secundum humanam naturam sunt innata prima principia, & ſm habitum uirtutis apparet unicuiq; bonum, quod conuenit illi uirtuti: sicut & gustui uidetur aliquid conueniens, secundum eius dispositionem. Sic igitur, quia consuetudo causat habitum consimilem naturæ, contingit q ea, quę sunt cõsueta sint notiora. Deinde cum dicit.

Hic forte impedimenta afferri crediderit, vt voluit Auer.

Par. 4. huius lect.

Par. 5. par. sequen.

Quantũ refert aliter & aliter assueuisse, vid' 2. Ethic. princ.

BESS. *Quantam vero uim consuetudo habeat, leges declarãt, in quibus fabulosa, ac puerilia plus possunt propter consuetudinem, quàm si cognosceremus ea.*

ANT. Parte. 2. *Quantam uero uim habeat quod consuetum est, leges ostendunt, in quibus fabularia & puerilia magis ualent cognitione de eis propter consuetudinem.*

Manifestat quod dixerat per quoddam signum ostendens, quòd leges ab hominibus positæ ostendunt per experientiam, quantam uim habeat consuetudo: in quibus quidem legibus propter consuetudinem magis ualent fabulariter & pueriliter dicta ad hoc quòd eis assentiatur quam cognitio ueritatis. Loquitur autem hic Philosophus de legibus ab hominibus adinuentis, quæ ad conseruationem ciuilem sicut ad ultimum finem ordinantur. Et ideo qui cunque inuenerunt eas, aliqua quibus hoĩum animi retraherentur à malis & prouocarentur ad bona ſm diuersitatẽ gentium & nationũ in suis legib' tradiderunt, quis multa eorum essent uana & friuola, q homines à pueritia audiẽtes magis approbabant q̃ ueritatis

Nequaquã hic de diuinis, sed gentilium prophanis legibus sermo.

tatis cognitionem. Sed lex diuinitus data ordinat hominem ad ueram felicitatem, cui omnis falsitas repugnat. Vnde in lege Dei nulla falsitas continetur. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 15. Hos omnes usu & natura idiuidua dispositos attende.

Aliqui igitur, nisi mathematicè loquētes, non admittunt. Quidam vero non nisi exemplis vtentem. Quidam autem dignum ducunt, ut testis producatur aliquis poeta. Et quidam cætera omnia volunt. Quosdam vero tædet certitudinis, aut propterea quòd non possunt sequi, aut propter curiositatem. habet enim certitudo tale aliquid: quare ut in contractibus, ita & in orationibus illiberale esse quibusdam apparet.

ANT. Tex. c. 15. Par. 3.

Alij vero, si non mathematice quis dicat, non recipiunt dicentes. Alij vero si non exemplariter, & hi testem induci dignantur, poetam, & Illi quidem omnia certe. His vero flebilis est certitudo aut propter impotentiam complectendi, aut propter † micrologiam. habet aūt quod certum est tale. Vnde quemadmodum in symbolis & rationibus non liberum esse quibusdam videtur.

† hoc potius uitiū curę, uel animi dimissionem interpretaremur, qđ ad rem attinet.

Hic ostendit quomodo homines in consideratione ueritatis propter consuetudinem diuersos modos acceptant. & dicit, ꝙ quidam non recipiunt quod eis dicitur, nisi dicatur eis per modum mathematicum. Et hoc quidem conuenit propter consuetudinē his, qui in mathematicis sunt nutriti. Et, quia consuetudo est similis naturæ, potest etiam hoc quibusdam contingere ꝓpter indispositionem, illis scilicet, qui sunt fortis imaginationis, non habentes intellectum multum eleuatum. Alij vero sunt, qui nihil uolunt recipere nisi proponatur eis aliquod exemplum sensibile, vel propter consuetudinem, vel propter dominium sensitiuæ uirtutis in eis & debilitatē intellectus. Quidam uero sunt, qui nihil reputent esse dignum ut aliquid eis inducatur absq; testimonio poetæ, uel alicuius autoris. Et hoc etiam est vel propter consuetudinem, uel propter defectum iudicij, quia non possunt diiudicare vtrum ratio per certitudinem concludat. & ideo quasi non credentes suo iudicio requirunt iudicium alicuius noti. Sunt etiam aliqui qui omnia uolunt sibi dici per certitudinem, idest per diligentē inquisitionem rationis. Et hoc contingit propter bonitatem intellectus iudicantis, & rationes inquirētis: dummodo non quæratur certitudo in his, in quibus certitudo esse non potest. Quidam uero sunt qui tristantur, si quid per certitudinem cum diligēti discussione inquiratur. Quod quidem potest cōtingere dupliciter. uno modo propter impotentiam complectēdi: habent. n. debilem rationem. vnde nō sufficiunt ad considerandum ordinem complexionis priorum & posteriorum. Alio modo propter micrologiam. i. paruorum ratiocinationem. Cuius similitudo quædam est in certitudinali inquisitione, quæ nihil indiscussū relinquit usque ad minima. Imaginantur autem quidam, ꝙ sicut in symbolis conuiuiorum non pertinet ad liberalitatem, ꝙ debeant etiam minima computari in ratiocinio, ita etiam sit quędā importunitas & illiberalitas, si homo uelit circa cognitionem ueritatis etiam minima discutere. Deinde cum dicit.

In pactis & cōuentionibus indignū putatur existimare minima.

BESS.

Quapropter oportet institutu esse quomodo singula admittenda sunt. quia absurdum est simul scientiā, & modum scientiæ quærere. neutrum autē facile accipere est.

ANT. Par. 4.

Propter quod oportet erudiri quomodo singula sunt recipienda, & absurdum est simul quærere scientiam & modum sciendi. Est autem neutrum facile accipere.

Ostendit quis sit modus conueniens ad inquirendum ueritatem. & circa hoc duo facit. Primo enim ostēdit, quomodo homo possit cognoscere modum conuenientem in inquisitione ueritatis. Secundo ostēdit, ꝙ ille modus, qui est simpliciter melior, non debet in omnibus quæri, ibi. {Acribologia uero &c.} Dicit ergo primo, ꝙ, quia diuersi s̄m diuersos modos ueritatem inquirunt, ideo oportet ꝙ homo instruatur ꝑ quem modum in singulis scientijs sint recipienda ea quæ dicuntur. Et quia non est facile ꝙ homo simul duo capiat, sed dum ad duo attendit, neutrum capere potest, absurdum est, ꝙ homo simul quærat scientiā & modum qui conuenit scientiæ. Et propter hoc debet prius addiscere logicam quàm alias sciētias, quia Logica tradit communem modum procedēdi in omnibus alijs scientijs. Modus autem proprius singularū scientiarum, in scientijs singulis circa principium tradi debet. Deinde cum dicit.

Logica duplex cōmunis & ꝓpria q̄ in singulis rum sciētiarum principijs tradit.

Certitudinem uero mathematicam non oportet in cūctis quærere. sed in his, quæ non habent materiam. Quare no est naturalis modus. tota enim natura, forte habet materiam. Quamobrem considerandū est primum, quidnam natura sit. sic enim & de quo naturalis scientia est, manifestum erit, & verū unius scientię, an plurium est, causas, & principia speculari.

BESS. Tex. c. 16. Vide dubiū Auerr. sup isto tex.

Acribologia vero mathematica non in omnibus est expetenda, sed in non habentibus materiam. Propter quod nō naturalis est modus: omnis. n. forsan natura materiā hēt, ideo primū perscrutandū quid est natura. Ita namq; & de qbus est physica, manifestum est. Et si unius scientiæ aut pluriu est causas & principia considerare.

ANT. Tex. c. 16. Parte. 5.

Ostēdit ꝙ ille modus, qui est simpliciter optimus, non debet in omnibus quæri dicens, ꝙ {acribologia,} idest diligens & certa ratio, sicut est in mathematicis, non debet requiri, in omnibus rebus, de quibus sunt scientiæ, sed debet solum requiri in his, quæ non habent materiam. Ea enim, quæ habent materiam, subiecta sunt motui & uariationi: & ideo non potest in eis omnibus omnimoda certitudo haberi. Quæritur enim in eis non quid semper sit, & ex necessitate, sed quid sit, vt in pluribus. Immaterialia uero secundum seipsa sūt certissima, qa sunt immobilia. Sed illa, quæ in sui natura sunt immaterialia, non sunt certa nobis propter defectum intellectus nostri, ut prædictū est. Huiusmodi autem sunt substantiæ separatæ. Sed mathematica sunt abstracta à materia, & tamen nō sunt excedentia intellectum nostrum: & ideo in eis est requirenda certissima rō. Et quia tota natura est circa materiam, ideo iste modus certissimæ rationis non pertinet ad Naturalem Philosophum. Dicit autem † forsan propter corpora celestia, quia non habent eodem modo materiā sicut inferiora. Et, quia in Sciētia Naturali non conuenit iste certissimus rationis modus, ideo in scientia naturali ad cognoscendum modum conuenientem illi scientiæ, primo perscrutādum est quid sit natura. sic enim manifestum erit de quibus sit scientia naturalis. Et iterum considerandū est. {si unius scientię,} scilicet naturalis sit omnes causas & principia considerare, aut sit diuersarum scientiarum. Sic enim poterit scire quis modus demonstrādi conueniat naturali. Et hunc modum ipse obseruat in 2. Physi. ut patet diligenter intuenti.

Tex. c. 1.

† uel propter intellectum.

Cęli & horū infer. eadem analogia materia est.

F I N I S.

SECVNDI METAPHYSICORVM.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER TERTIVS.

CVM SANCTI THOMAE EXPOSITIONE.

LECTIO I.

Conueniens esse in inquisitione ueritatis uniuersalis de singulis dubitare, quatuor rationibus ostendit.

BESS. Tex. I.

AD illam, quæ quæritur, sciam, necesse est in primis nos percurrere, de quibus primo dubitandum est. hæc autem sunt, & quæcunque de eis aliter quidam existimarunt, & si quid ultra hęc prætermissum sit.

ANT. Tex. c. I.

Necesse est ad quæsitam scientiā nos aggredi primum de quibus dubitare primum oportet. Hæc autem sunt quæcunque de ipsis aliter susceperunt quidam, & si quid pręter hoc est prætermissum.

Postquam Philosophus in secundo libro ostendit modum considerandæ ueritatis, hic procedit ad ueritatis considerationem. Et primo procedit modo disputatiuo, ostendens ea, quæ sunt dubitabilia circa rerum ueritatem. Secundo incipit determinare ueritatem. Et hoc in 4. Libro, qui incipit ibi: {Est scientia quædam quæ speculatur.} Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima dicit de quo est intentio. In secunda exequitur propositum, ibi: {Est autem dubitatio prima quod &c.} Circa primum duo facit. Primo enim dicit de quo est intentio. Secūdo rationem assignat suæ intentionis, ibi: {Inest autem inuestigare volentibus &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ad hanc scientiā, quam quærimus de primis principijs, & uniuersali ueritate rerum, necesse est ut primum aggrediamur ea, de quibus oportet dubitare, antequam ueritas determinetur. Sunt autem huiusmodi dubitabilia propter duas rationes. Vel quia antiqui Philosophi aliter susceperunt opinionem de eis quàm rei ueritas habeat, uel quia omnino prætermiserunt de his considerare. Deinde cum dicit.

Lib. 4. Met. — Lect. 2. huius lib. — par. sequen.

BESS.

Est autem operæpretium, aliquid facultatis habere uolentibus, bene dubitare. nam posterior facultas, solutio eorum est, quæ ante dubitata fuerunt. Soluere autem non est, cum nodus ignoretur: sed intellectus hæsitatio, manifestum hoc de re facit, quatenus enim dubitat, eatenus simile quiddam ligatis patitur, utroque nanq; modo impossibile est ad ulteriora procedere. Quare omnes primo difficultates speculari par est & horum gratia.

ANT. Scire dubitare.

Inest autem inuestigare volentibus prę opere bene dubitare. Posterior enim inuestigatio priorum est solutio dubitatorum. Soluere enim non est ignorantis uinculum. Sed mentis dubitatio, hoc de re demonstrat: inquantum enim dubitat, intm̄ similiter ligatis est passus. Impossibile enim vtrisque procedere ad quod est ante. Propter quod oportet difficultates speculari oīs prius, & horum causas.

Assignat quatuor rationes suæ intentionis, & primo dicit quòd volentibus inuestigare ueritatem contingit {præ opere} .i. ante opus {bene dubitare} .i. bene attingere ad ea, quæ sunt dubitabilia. Et hoc ideo qa posterior inuestigatio ueritatis, nihil aliud est quam solutio prius dubitatorum. Manifestum est autem in solutione corporalium ligaminū, quòd ille, qui ignorat uinculum, non potest soluere ipsum. Dubitatio autem de aliqua re hoc modo se habet ad mentem, sicut vinculum corporale ad corpus, & eundem effectum demonstrat. Inquantum enim aliquis dubitat, intantum patitur aliquid simile his, qui sunt stricte ligati. Sicut enim ille, qui habet pedes ligatos, non potest in anteriora procedere secundum uiam corporalem, ita ille, q dubitat quasi habens mentem ligatam, non potest ad anteriora procedere secundum uiam speculationis. Et ideo, sicut ille, qui vult soluere vinculū corporale, oportet quòd prius inspiciat uinculum & modum ligationis, ita ille, qui vult soluere dubitationem, oportet quòd prius speculetur omnes difficultates & earum causas.

BESS.

Et propterea quòd illi, qui quęrunt, nisi primo dubitent, similes illis sunt, qui quonā ire oporteat, ignorant.

ANT.

Et quia quærētes sine dubitatione, primo similes quò oportet ire ignorantibus.

Secundam rationem ponit, & dicit, ꝙ illi, qui volunt inquirere ueritatem non considerando prius dubitationem, assimilantur illis qui nesciunt quò vadant. Et hoc ideo, quia sicut terminus uiæ est illud, quod intēditur ab ambulante, ita exclusio dubitationis est finis, qui intenditur ab inquirente ueritatem. Manifestum est autem, ꝙ ille, qui nescit quò uadat, non potest directe ire, nisi forte à casu: ergo nec aliqs potest directe inquirere ueritatem, nisi prius uideat dubitationem.

BESS.

Et adhuc neque vtrum inuenerint quod quęritur, an non, cognoscere possunt. finis etenim his quidem non est manifestus. illi autem, qui antea dubitauerit, patescit.

ANT.

Et adhuc neque quando quæsitum inuenit, cognoscit. Finis enim huic est non manifestus. Prędubitanti autem manifestus.

Tertiam rationem ponit, & dicit, ꝙ sicut ex hoc ꝙ aliquis nescit quo uadat, sequitur, ꝙ, quādo peruenit ad locum quem intendebat, nescit utrum sit quiescēdum uel ulterius eundem, ita etiam quando aliquis non præcognoscit dubitationem, cuius solutio est finis inquisitionis, non potest scire quando inuenit ueritatem quæsitam, & quando non, quia nescit finem suæ inquisitionis, qui est manifestus ei, qui primo dubitationem cognouit.

BESS.

Item melius se habere necesse est illum ad iudicandū, qui tanquam aduersarios, omnes vtrinque rationes oppositas audiat.

Amplius

A N T.

Amplius autem melint. Necesse est enim habere ad iudicandum eum qui audiuit velut aduersa. torum & dubitantium omnes rationes.

Qartam rationem ponit, quæ sumitur ex parte auditoris. Auditorē enim oportet iudicare de iudicijs. Sicut autem in iudicijs nullus potest iudicare nisi audiat rationes vtriusque partis, ita necesse est eum, qui debet audire Philosophiam, melius se habeat in iudicando si audierit omnes rationes quasi aduersariorū dubitantium. Est autem attendendum, ꝙ propter has rationes consuetudo Arist. fuit fere in omnibus libris suis, vt inquisitioni veritatis vel determinationi præmitteret dubitationes emergentes. Sed in alijs libris sigillatim ad singulas determinationes præmittit dubitationes, hic vero simul præmittit omnes dubitationes, & postea sm ordinem debitum determinat veritatem. Cuius ratio est, quia aliæ scientiæ considerāt particulariter de veritate: vnde & particulariter ad eas ptinet circa singulas veritates dubitare, sed ista scientia sicut habet vniuersalem considerationem de veritate ita etiam ad eam pertinet vniuersalis dubitatio de veritate. & ideo non particulariter, sed simul vniuersalē dubitationem prosequitur. Potest etiam & alia esse ratio, quia dubitabilia, quæ tangit, sunt principaliter illa, de quibus Philosophi aliter opinati sunt. Non autē eodem ordine ipse procedit ad inquisitionem veritatis, sicut & alij philosophi. Ipse enim incipit à sensibilibus & manifestis & procedit ad separata, vt patet infra in septimo. Alij vero intelligibilia & abstracta voluerunt sensibilibus applicare. Vnde, quia non erat eodem ordine determinaturus, quo ordine processerūt alij philosophi, ex quorum opinionibus dubitationes sequūtur, ideo prælegit primo ponere dubitationes omnes seorsum, & postea suo ordine dubitationes determinare. Tertiā assignat Auerrois dicens hoc esse propter affinitatem huius scientiæ ad logicam, quę tāgitur infra in quarto. Et ideo dialecticam disputationem posuit quasi partes principales huius scientiæ.

LECTIO II.

Quæstiones mouet, quæ ad modū huius scientiæ spectant.

B E S S. Tex. 2.

Est autem prima dubitatio de his, quæ in proœmio quoque dubitauimus, vtrum vnius an multarum scientiarum sit causas speculari.

A N T. Tex. c. 2. Part pri.

Est autem dubitatio prima quidem quibus proœmialiter dictis dubitauimus, vtrum vnius scientiæ aut multarum est scientiarum causas speculari.

Secundum ea, quæ prædixit Philosophus, incipit præmittere dubitationes determinationi veritatis, & diuidit in duas partes. In prima ponit dubitationes. In secunda causas dubitationum inducēdo rationes ad singulas dubitationes. ibi: (Primum ergo de quibus in primis dicimus &c.) dictum est antē in. 2. Lib. ꝙ prius oportet quærere modum scientiæ, quam ipsam scientiam. Et ideo primo ponit dubitationes pertinentes ad modum considerationis huius scientiæ. Secundo ponit dubitationes pertinentes ad prima principia, de quibus est ista scientia, vt in. 1. libro dictum est, & hoc ibi: (Et vtrum principia & elementa &c.) Ad modum autem scientiæ huius duo pertinent, vt in secūdo dictum est scilicet consideratio causarū, ex quibus scientia demonstrat, & iterum res de quibus scientia considerat. Vnde circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem pertinentem ad considerationem causarum. Secundo mouet multas dubitationes pertinentes ad ea, de quibus est scientia, ibi: (Et vtrum substantiæ principia &c.) Dicit ergo ꝙ prima dubitatio est q̄ dubitando proposuimus in fine secundi libri, qui est quasi proœmium ad totam scientiam, scilicet vtrum consideratio causarum quatuor, secundum quatuor genera, pertineat ad vnam scientiam, vel ad multas & diuersas. Et hoc est quærere vtrum vnius scientiæ & præcipue huius sit demonstrare ex omnibus causis, vel magis diuersæ scientiæ ex diuersis demonstrent. Deinde cum dicit.

Lect 4. huius. Te. com. 15. Lect. prima. Lect. 3. seq. Lect. 2. Part. seque. Dubitationes ex parte considerationis huius scientiæ. Prima du. Et soluit infra lect 4. & 15. Tho.

B E S S. Dubōnes.

Et vtrum prima substantię principia, solum huius sit scientiæ considerare. an etiā de principijs, ex quibus omnes demonstrant. vtputa vtrum contingit vnum, & idē simul affirmare, & negare an non, & de ceteris huiusmodi. Quod si circa substantiam est, vtrum vna. an plures circa omnes sint. & si plures, vtrum omnes inter se affines an aliquas earum sapientias, non nullas aliquid aliud appellandum sit.

A N T. Parte. 3.

Et vtrum substantiæ principia est scientię huius scire solum, vt de principijs, de quibus ostendunt omnes. vt vtrum contingit vnum & idem simul dicere & negare, aut non, & de alijs talibus. Et si est circa substantiam, vtrum vna circa omnes, aut plures sunt. Sed, si plures vtrum omnes cognatę, aut earum hę quidem sapientiæ, illæ vero aliquid aliud dicendę sunt.

Mouet dubitationes de his, de quibus considerat ista scientia, & primo inquirit de quibus considerat ista scientia sicut de substantijs. Secundo de quibus considerat ista scientia sicut de accidentibus, ibi: { Et vtrum circa substantias &c. } Circa primum duo facit. Primo multiplicat quæstiones ex parte ipsius scientiæ, quæ est substantia. Secundo ex parte substantiarum ipsarum, ibi: (Et hoc idem quoque &c.) Circa primum ponit tres quæstiones. Supposito enim ex his, q̄ in Primo libro dicta sunt, ꝙ ista scientia consideret principia prima. Prima quęstio hic erit, vtrum hæc scientia consideret principia prima. Prima quæstio hic erit. vtrum ad hanc sciētiam solum pertineat cognoscere prima principia substantiæ, aut etiam ad hanc scientiam pertineat considerare de primis principijs demonstrationis, ex quibus omnes scientiæ demonstrant, vt puta ꝙ hæc scientia consideret, vtrum cōtingat vnum & idem simul affirmare & negare, vel non: & similiter de alijs demōstrationis principijs primis & per se notis. Secunda quæstio est, si ista scientia est consideratiua substantiæ sicut primi entis, vtrum sit vna scientia considerās omnes substantias, vel sint plures sciētiæ de diuersis substantijs. Videtur enim ꝙ de pluribus substantijs debeant esse plures scientiæ. Tertia quæstio est, si sint plures scientiæ de pluribus substantijs vtrum omnes {cognatæ), idest vnius generis, sicut Geometria & Arithmetica sunt in genere mathematicæ scientiæ, vel nō sint vnius generis, sed quædam earum sint in genere sapientiæ, quædam vero in aliquo alio genere, puta in genere scientiæ naturalis, vel mathematicæ. Videtur enim secundum primum aspectum, ꝙ non sint vnius generis, cum substantiæ materiales & immateriales non eodem modo cognoscantur. Deinde cum dicit.

Part. 4. Part. seq. Prima q6. Quæ est secūdam ord. Quæ est. 3. Secūda. du. Et soluitur quarto Te. c. 7. Quæ est 4. Tertia dub. Et soluitur Tex. 60. 1 &.

B E S S.

Et hoc etiā ipsum, necessarium est, vt quæratur. vtrū sensibiles substantias esse duntaxat dicendum sit, an præter has etiam alias. Et vtrum vnum an plura substantiarum genera sint. veluti qui species, quique mathematica harum, & sensibilium media faciunt. Et de his igitur (vt dicimus) considerandum est.

A N T. Part. 3.

Et hoc idē quoque necessarium est quęrere, vtrū sensibiles substātiæ esse solū dicendæ sunt, aut præter has aliæ et vtrū vnicæ sunt, aut plura genera sunt substantiarū, vt facientes species & mathematica inter ista & sensibilia dixerunt. De his igit ut diximus, perscrutandū est.

Multiplicat

Quęstio prima quæ est quinta.

Multiplicat quæstiones ex parte substantiæ, & ponit duas quæstiones, quarum prima est, vtrum dicendum sit, ꝙ sint solum substantiæ sensibiles, vt antiqui náles posuerunt, vel etiam præter substantias sensibiles sint aliæ substantiæ immateriales & intelligibiles, vt posuit Plato. Secunda quæstio est, si sunt aliquę substātiæ separatæ à sensibilibus, vtrum {sint vnicæ}, idest vnius generis tātum, aut sint plura genera talium substantiarum, sicut quidam attendētes duplicem abstractionem, s. vniuersalis à particulari, & formæ mathematicæ à materia sensibili, posuerunt vtrunque genus subsistere. Et ita ponebāt substantias separatas quæ sunt vniuersalia abstracta substantia, inter quæ & substantias sensibiles particulares posuerunt mathematica subsistētia separata, scilicet, numeros, magnitudines & figuras. De istis igitur quæstionibus sicut nunc mouentur, perscrutandum est inferius: Primo quidē disputatiue. Secundo determinando veritatem. Deinde cum dicit.

Secūda qō, q̄ est sexta.

BESS. *Et vtrum circa substantias solum speculatio sit, an ēt circa ea, quæ per se substantijs accidunt. Et ad hæc de eodē & diuerso, simili, & dissimili, & contrarietate, & de priori, & posteriori, & cæteris cunctis huiuscemodi, de quibus dialectici considerare conantur, & probabilibus solum perscrutantes, cuius est de his omnibus speculari. Itē q̄cunq; per se, eiusdē ipsius accidūt, & non solū quid horū vnūquodq; est, sed ēt vtrum vni contrarium.*

ANT. Part 4. *Et vtrū circa substātias solum speculatio, aut circa q̄ accidūt secundū se substantijs. Adhuc de eodem & diuerso, simili & dissimili, & contrarietate, priore & posteriore, & alijs omnibus talibus de quibus dialectici intēdere tētant: ex probabilibus solum perscrutationē faciētes, quorū theoria est de omnibus. Amplius autē his eisdē quæcunque secundum se accidunt, & non solum quid est horum vnūquodque. Sed vtrū vnum est vni contrariū.*

Septima. Qō prima. Soluit in. 4. tex. com. 1.

Inquirit vtrum consideratio huius scientiæ de accidentibus sit. Et ponit tres quæstiones, quarum prima est. Vtrum speculatio huius scientiæ sit solum circa substantias, propter hoc quod dicitur philosophia substantiæ: aut etiam sit circa ea quæ per se substantijs accidunt, eo quòd ad eandem scientiam pertinere videtur, vt cōsideret subiectum & per se accidētia subiecti. Secunda quæstio est. Vtrum hæc scientia considerat de quibusdam quæ videntur esse per se accidentia entis, & cōsequi omnia entia, s. de eodem & diuerso, simili & dissimili, & de contrarietate, & de priori & posteriori, & omnibus alijs huiusmodi, de quibus dialectici tractant, qui habent considerationem de omnibus. Sed tamen huiusmodi perscrutantur, non ex necessarijs, sed ex probabilibus. Ex vna. n. parte videtur ꝙ cū sint communia, pertineāt ad philosophum primū. Ex alia parte videtur ꝙ ex quo dialectici ista considerant, quorum est ex probabilibus procedere, ꝙ non pertineat ad considerationem ipsius philosophi cuius est demonstrare. Tertia quæstio est, cum ad ista communia accidentia entis quædam per se consequātur, vtrum ad philosophum pertineat circa vnumquodque horum solum considerare quid est, aut etiam illa quæ cōsequuntur ad ipsa, puta vtrū vni sit contrarium.

Octaua Qō secūda. Hanc qōnē soluit in. 4. Lect 3. & 4. te. c. 4 & 5.

Nona. Qō tertia Hęc. qō. soluitur in. 4. lec. 4. tex. cō. 5.

LECTIO III.

Mouet quæstiones pertinentes ad res de quibus scientia ista considerat.

BESS. *Et vtrum ipsa genera sint principia, & elementa, an illa in quæ diuiduntur, quæ insunt singula. Et si ipsa genera, vtrum quæ vltima de indiuiduis prædicantur, an priora. vtputa, vtrum animal vel homo principium, & magis quam singularia sit.*

ANT. par. prima. *Et vtrum principia & elementa genera sunt, aut in quæ diuiditur existentium singulum. Et si genera, vtrū quæcunque dicuntur de indiuiduis finalia aut prima. Et vtrum animal aut homo principium & magis est quàm singulare.*

Postquam philosophus mouit quęstiones pertinētes ad modum cōsiderādi huius scientię. Hic mouet quæstiones pertinentes ad res de quibus ista scientia considerat. Et quia ista scientia considerat de principijs primis, vt in primo dictū est, ideo mouet hic quęstiones de principijs rerum. Prima autem rerum principia ponebātur & species & mathematica. Vnde primo mouet quæstiones pertinentes ad species. Secūdo quæstiones pertinentes ad mathematica, ibi: {Adhuc autem vtrum numeri & longitudines &c.} Circa primum duo facit. Primo quærit quæ sunt principia. Secundo qualia sunt, ibi: {Amplius autem vtrum principia numero aut spē determinata &c.} Quia vero principia ponebantur vniuersalia separata, primo quærit vtrū vniuersalia sint principia. Secundo vtrū res separatæ sint principia, ibi: {Maxime vero quærēdū est &c.} Circa primum ponit duas quæstiones, quarum prima est. Vtrum genera sint principia & elementa rerū, aut ea in quæ sicut in vltima diuiditur quodcunq; singulare existēs. Et ratio huius dubitationis est, quia elemētū est ex quo primo cōponitur res, & in quod vltimo diuiditur. Inuenimus autem duplicem modū compositionis & diuisionis, vnum scilicet śm rationem prout species resoluuntur in genera. Et secundū hoc videntur genera esse principia & elementa, vt Plato posuit. Alio modo secundum naturam, sicut corpora naturalia componuntur ex igne, & aere & aqua & terra, & in hæc resoluūtur. Et propter hoc naturales posuerunt esse prima principia elementa. Secūda quęstio est, supposito ꝙ genera sint principia rerum, vtrū principia sint vniuersalia dicta de indiuiduis, scilicet species specialissimę, quas genera appellat secūdū Platonicorū cōsuetudinęm, quia continent sub se plura indiuidua, sicut genera plures species, aut magis sint principia prima generalissima vt puta quid sit magis principiū, vtrū animal vel hō qui est principiū quoddā secundum Platonicos, & magis vere existēs quam singulare. Oritur autem hæc dubitatio propter duas diuisiones rationis, quarum vna est secundum quam genera diuidimus in species. Alia vero est śm quam species resoluimus in genera. Semper enim videtur illud quod est vltimus terminus diuisionis esse primū principiū & elementū in cōponēdo. Deinde cū dicit.

In. 1. parte huius lect. parte. 5. huius lect. pa. sequitur Parte. 3. Prima parte. Lect. Part. 2.

Prima Soluitur infra lect. 8. Item septimo. Secunda Duplex, modus compositionis. Disputatur & soluit infra lect. 8.

BESS. *Potissimū vero quęrendū & tractandum est, vtrum est aliqua præter materiam, causa per se, an non. & hæc separata, an non, & vtrum vna, an plures numero, & vtrum est aliquid præter cunctum (dico autem cunctū, cum quicquam de materia prædicatur) an nihil an quorundam quidem sit, quorundam vero non. & quænam entium talia sint.*

ANT. Par. 2. *Maxime vero quęrendum est & tractandum, vtrum est aliquid pręter materiam causa secundum se, aut non. Et hoc separabile, aut non: & vtrum vnum aut plura numero. Et vtrum est aliquid pręter synolon (Dico autē synolon quando prædicatur aliquid de materia) aut nihil, aut horum quidem, horum vero non.*

Quærit de principijs ex parte separationis, & mouet quatuor quæstiones, quarum prima est. Cum primi naturales posuerint solū causam materialem, vtrū aliquid aliud pręter materiam sit causa secundum se, aut non. Secunda quæstio est. supposito ꝙ aliquid pręter materiam sit causa, vtrum illud sit separabile à materia sicut posuit Plato, aut sicut posuit Pythagoras.

Quæritur autem separatæ sint principia. Tertia qō. Quarta. Quinta Sexta

Tertia

Hæ qões tanguut infra lect 9. & soluūtur in 7 lect.
Septima. Lect. 13. & 14. & in. 12. Lect 6.
Synolonqd

Tertia quæstio est. Si est aliquid separabile à materia, vtrum sit vnum tantum, sicut posuit Anaxagoras, aut plura numero sicut posuit Plato & ipse Arist. Quarta quæstio est: Vtrum aliquid sit præter synolon, id est simul totum. aut nihil, aut in quibusdā sit aliquid, & in quibusdam nō: & qualia sunt in quibus sunt, & qualia in quibus non. Exponit autem quid sit synolon vel simul totum, f. quando prædicatur aliquid de materia. Ad cuius intellectum considerandum est q̄ Plato posuit hominem & equum & ea quæ sic prædicantur, esse quasdam formas separatas. Per hoc autem homo prædicatur de Socrate, vel Platone, q̄ materia sensibilis participat formam separatam. Socra. ergo vel Plato dicitur synolon vel simul totum, quia constituitur per hoc q̄ materia participat formam separatam. Et est quasi quoddā pdicatū de materia. Quærit ergo philosophus hic vtrum qđ quid est indiuidui, sit aliquid aliud præter ipsum indiuiduum, vel non: aut etiam in quibusdam est aliud & in quibusdam non aliud. Quam quidem quæstionem philosophus determinabit in septimo. Deinde cum dicit.

BESS.

Item principia, vtrum numero, an specie definita sint Et quæ in rationibus, & quæ in subiecto, & vtrum corruptibilium & incorruptibium, eadē, an diuersa. Et vtrū incorruptibilia omnia, an corruptibilium corruptibilia. Item quod omnium difficillimum est, & maximā ambiguitatem habet, vtrum vnum & ens (vt Pythagorici, & Plato dicebant) non sit aliud quicquam, sed entium substantia, an nō. Sed aliud quid subiectum, vt Empedocles amicitiam ait, alius vero quidam ignem, etiam alius aquam, aut aerem. Et vtrum principia vniuersalia sint, an tanquam singularia rerum.

ANT. Par. 3.

Amplius autem vtrum principia numero aut specie determinata, & quæ in rationibus & in subiecto. Et vtrum corruptibilium & incorruptibilium eadem, aut diuersa. Et vtrū corruptibilia omnia, aut corruptibiliū corruptibilia. Amplius autem quodomnium difficillimū est, & plurimam habet dubitationem, vtrum vnum & ens quemadmodum Pythagorici dicunt & Plato, nō aliquid alterum esse supra existentium substantiam, aut non: sed alterum aliquid ipsum subiectum, vt empedocles amorem dicit, alius vero ignē, alius aquam, alius aerem. Et vtrū principia sint vniuersalia, aut singularia rerū.

Mouet qōnes de modo existēdi pricipiorū.

Septima. Hæc qō dispūtat in fra lect. 10. & sol in. 12. Tex. cō. 19.

Octaua. Hæc qō disputat infra Lect. 11 & sol in 12. Tex cō. 19. Nona. Hęc qō di-

Mouet quæstiones circa modum existendi principiorum. Et quia ens diuiditur per vnum & multa, per actum & potētiam. Primo quęrit quomodo sint principia fm vnitatem & multitudinem. Secundo quomodo sint secundum actum & potētiam, ibi: Ex potestate aut actu. Circa primum mouet quatuor quęstiones, quarum prima est. Vtrū principia sint determinata fm numerum, aut fm speciem, puta quia dicimus tria esse principia naturæ. Potest autem intelligi, vel quia sunt determinata fm numerum, ita, scilicet q̄ sola vna numero forma sit principium naturę, & sola vna numero materia & priuatio. Et potest intelligi q̄ sit determinata fm speciem, ita, s. q̄ sint multa principia materialia quæ conueniant in speciæ materialis principij: & sic de alijs. Et quia quidam philosophorum assignabant causas formales sicut Platonici, quidam autem solas materiales, sicut antiqui naturales, addit q̄ ista quæstio habet locū in rationibus, i. in causis formalibus (& in subiecto), i. in causis materialibus. Secūda quęstio est. Vtrū corruptibiliū sint eadē principia aut diuersa. Et si sint diuersa, vtrū omnia sint incorruptibilia, vel corruptibilium principia sint corruptibilia, & incorruptibilium incorruptibilia. Tertia quæstio est. Vtrū vnum & ens significet ipsam substantiam rerum, & non aliquid aliud additū supra substantiam rerum, sicut dicebant Pythagorici & Platonici, vel non significent ipsam substātiā rerum, sed sit aliquid aliud subiectum vnitati & entitati, scilicet ignis aut aer, aut aliquid aliud huiusmodi, vt antiqui naturales posuerunt. Hanc autem quæstionem dicit esse difficillimam & maxime dubitabilem quia ex ista quæstione dependet tota opinio Platonis & Pythagoræ, qui ponebant numeros esse substantiā rerum. Quarta quæstio est. Vtrum principia rerū sint sicut (quædam vniuersalia, vel sicut aliqua singularia) idest utrum ea quæ ponuntur esse principia habeant rationem principij secūdum rationem vniuersalem, vel secundum q̄ vnumquodque eorum est aliquid & singulare. Deinde cum dicit.

sputat infra lect. 12. Sol. aūt par tim i. 4. lec. 2. partim in 10. lect. 3. & ptim in. 12. lect. vltimo & in. 13.
Decima. Hæc qō disputat infra Lect 15. & sol. i. lec. 13. & 14.

BESS.

Et potentia, an actu. Item utrum aliter an secundum motum, & hæc n. multam dubitationem præbere queāt.

ANT. Par. 4.

Et potestate aut actu. Amplius utrum aliter aut secundū motum. Hæc. n. dubitationem præstant magnam.

Vndecima. Hæc qō disputat infra alc. 15. & solan. 9. lec. 7 & 8.
Duodecima

Quærit vtrum principia sint secundum potentiam vel secundum actum. Et hæc questio maxime videtur pertinere ad principia materialia. Potest enim esse dubitatio. Vtrum primum materiale principium sit aliquod corpus in actu, vt ignis, aut aer, vt antiqui naturales posuerunt: aut aliquid existens in potentia tantum, vt Plato posuit. Et quia motus est actus existentis in potētia, & est quodam modo medium inter potentiam & actum, ideo adiungit aliam quæstionem. Vtrum principia sint causæ rerum solum secundum motum, sicut naturales posuerunt sola principia motus, vel materialia, vel efficientia, vel etiam sint principia aliter quàm per motū, sicut Plato posuit per quādam participationem huius sensibilia ab immaterialibus causari. Has autem quæstiones ideo se mouisse dicit, quia magnam dubitationem habent, vt patet ex discordia philosophorum circa eas. Deinde cum dicit.

BESS.

Et ad hæc utrum numeri, longitudines, figuræ, & puncta, substandiæ quædam sint, an non. & si substantiæ, utrum separatę a sensibilibus, an in eis. De his enim omnibus non modo inuenire ueritatem difficile, uerum neque bene ratione dubitare facile est.

ANT. Parte 5.

Adhuc autem utrum numeri, aut longitudines & figurę & puncta substantię sunt quędam, aut non. Et si substantię, utrum separatę a sensibilibus, aut in eis. De his omnibus non solum difficile ueritatem inquirere, sed nec dubitatur facile bene.

Mouet qōnes circa mathematica.
Decimatertia.
Decimaquarta. Hæ qōnes disputātur infra Lec. 12 & 13. & ibi soluuntur.

Mouet quæstiones pertinentes ad mathematica, quæ quidē principia rerum ponūtur, & mouet duas quæstiones. Quarum prima est. Vtrum numeri & longitudines & figuræ & puncta sint quędam substātię, vt Pythagorici vel Platonici posuerunt: vel non, sicut posuerūt naturales. Secunda quæstio est. Si sunt substantiæ, vtrum sicut separatæ à sensibilibus, vt posuerunt Platonici. aut in sensibilibus, vt Pythagorici. Mouentur autem quæstiones istæ tanquam disputandæ infra & determinandæ: quia in his non solum difficile est veritatem inquirere, sed etiam non est facile bene dubitare de eis inueniendo, scilicet probabiles rationes dubitationis.

LECTIO IIII.

An ad vnam seu diuersas scientias genera causarū spectēt.

BESS. Tex. 3. Ad partem negatiuam prime quæstionis.

Primum itaque de quibus primo diximus, utrum unius, an plurium scientiarum sit, omnia causarum genera speculari.

ANT. Text. cō. 3. Par. 1.

Primū ergo de quibus in primis diximus, utrū unius aut pluriū scientiarū sint speculādā oīa genera cāarum.

Postquam

Infra lect. 7. Infra lect. 7 Infra lect. 5 Infra lect. 6 Quō prima supra mota ex parte cō sidōnis huius scientiæ

Postquam philosophus mouit quæstiones, quæ faciunt dubitationem in ista scientia, hic incipit de eis disputare, & diuiditur in tres partes. In prima disputat de quæstionibus pertinentibus ad cōsiderationem huius scientiæ. In secunda de quæstionibus pertinētibus ad substantias, ibi. § Amplius autem vtrum sensibiles substantiæ &c. § In tertia parte de quæstionibus pertinentibus ad principia substantiarum, ibi. § Et de principijs vtrum oporteat genera & elementa &c. § Circa primum tria facit. Primo enim disputat de consideratione huius scientiæ quantum ad causas, per quas demonstratur. Secundo quantum ad prima demonstrationis principia, ibi. § At vero de principijs demonstrationis &c. § Tertio quantum ad ipsas substantias, ibi. § Totaliter quæ substantiarum vtrum vna est &c. § Circa primum duo facit. Primo enim resumit quæstionem, de qua disputare intendit, concludens ex ipso enumerationis ordine, ꝙ primo disputandum est de illis, de quibus primū dictum est enumeratione quæstionum, vtrum scilicet ad vnam scientiam, vel ad plures pertineat speculari omnia genera causarum, vt sic ordo disputationis ordini quęstionum motarum respondeat. Secundo ibi.

BESS.

Vnius enim scientię, quomodo esset principia (cum sint contraria) cognoscere?

Vnius enim scientię quomodo erit non cōtraria principia existentia, cognoscere?

ANT. Part. 2. Part. 4. huius lect. Part 8. lect. huius.

Ponit rationes ad quæstionem, & circa hoc tria facit. Primo enim ponit rationem ad ostendendum, ꝙ considerare omnia genera causarum nō pertineat ad vnam scientiam. Secundo mouet alteram quæstionē, supposito, ꝙ ad diuersas scientias pertineat diuersa genera causarum considerare, cuius causæ consideratio pertinet ad philosophum primum. Et disputat ad diuersas quæstionis partes, & hoc ibi. § At vero si scientiæ causarum sunt plures &c. § Tertio ex hac disputatione secunda concludit conclusionem primarum rationum, ibi. § Quapropter videtur alterius esse scientiæ &c.) Circa primum ponit duas rationes dicens, ꝙ cum vnius scientiæ sit considerare contraria, quomodo erit vnius scientiæ considerare principia, cum non sint contraria? Quæ quidem ratio si s͡m supficiē consideretur, nullius videtur esse momenti. Videtur enim procedere ex destructione antecedentis, ac si sic argumentaretur, si principia sunt cōtraria, sunt vnius scientię: ergo, si non sunt contraria non sunt vnius scientiæ. Posset ergo dici, ꝙ Philosophus in his disputationibus non solum probabilibus rationibus vtitur, sed etiam interdum sophisticis, ponens rationes, quæ ab alijs inducebantur. Sed non videtur esse rationabile, quòd in tanta re tantus Philosophus tam friuolam & parum apparentem rationem induxisset. Vnde aliter dicendum est, ꝙ, si quis rectę consideret naturam diuersorum, quæ ad eandem scientiam pertinent, quędam pertinent ad vnam scientiam secundum sui diuersitatem, quædam vero secundum ꝙ reducuntur ad aliquod vnum. Multa quidem igitur alia diuersa inueniuntur pertinere ad vnam scientiam, secundum ꝙ reducuntur ad aliquod vnum, puta, vt ad vnum totum, vel ad vnā causam, vel ad vnum subiectum. Sed contraria & quælibet opposita pertinent ad vnā scientiam secundum se ipsa, eo ꝙ vnum est ratio cognoscendi alterū. Et ex hoc efficitur ista propositio probabilis, ꝙ omnia diuersa, quæ sunt contraria, pertineant ad vnam scientiam. Vnde sequeretur, si principia sunt diuersa, & non sunt contraria, quòd nō pertineant ad vnam scientiam.

Responsio Auerro. Improb. Et deter.

BESS.

Item multis entium, non omnibus, omnia insunt. quo nanque modo possibile est motus principium in immobilibus esse, aut boni naturam? Siquidem omne quodcunque per se, & propter suam ipsius naturam bonum sit, finis est, & ita causa, quoniam illius gratia cætera & fiunt, & sunt: finis autem & cuius causa actionis cuiusdam finis est, actiones vero oēs cum motu. Quare in immobilibus non contingere queat hoc principium esse. non autem esse contingat quicquam per se bonum. vnde in mathematicis, nihil per hanc causam probatur, nec est aliqua demonstratio. quare eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit. Quapropter quidam sophistarum (vt Aristippus) spernebat eas. in alijs enim artibus, ac ipsis etiam illiberalibus, vt in fabrili, et coriaria, inquiebat, cur melius, aut peius de omnibus dici. mathematicas autem, nullam de bonis, & malis rationem facere.

ANT. Part. 3. Bonum ex se finis.

Amplius autem multis existentium non insunt omnia. Quo nanque modo possibile est motus principium esse in omnibus immobilibus, aut boni naturam? Siquidem omne, quod bonum est, secundum se & propter suā naturam finis est, & ita causa, quòd illius causa & fiūt & sunt cætera. Finis autem, & cuius causa, actus cuiusdam est finis. Sed actus omnes cum motu: quare in immobilibus non continget hoc esse principium, neque esse aliquid autoagathon, idest per se bonum. Vnde in mathematicis nihil per hanc ostenditur causam, neque est demonstratio vlla, eo quòd melius aut deterius. Sed nec omnino vllius talium alicuius reminiscitur. Quapropter & Sophistarum quidam, vt Aristippus ipsas praneglexit. In alijs enim artibus & illiberalibus, vt tectonica & coriaria, eo quòd melius aut deterius dici omnia: mathematicas vero nullā de bonis, aut de malis rationem facere.

Secundam rationem ponit, quæ talis est. Diuersorū pertinentium ad unam scientiam, quæcunque scientia cōsiderat, vnum considerat & aliud, vt patet in cōtrarijs, quorum diuersitas secundum se pertinet ad vnam scientiam nō per reductionem ad aliquid aliud vnum: sed non quæcunque scientia considerat vnam causam considerat omnes causas: ergo consideratio omnium causarum non pertinet ad vnam scientiam. Minorem probat per hoc, ꝙ diuersæ scientiæ sunt de diuersis entibus, & multa entia sunt, quibus non possunt attribui omnes causæ. Quod primo manifestat in causa, quæ dicitur, vnde principium motus. non. n. videtur, ꝙ possit esse principium motus in rebus immobilibus. Ponuntur autem quædam entia immobilia, & præcipue secundum Platonicos ponentes numeros & substātias separatas. Vnde, si qua scientia de his considerat, non potest considerare de causa, quæ est vnde principium motus. Secundo manifestat idē de causa finali, quæ habet rationem boni. Boni enim natura non videtur posse inueniri in rebus immobilibus, si hoc concedatur, ꝙ omne quod est bonum secundum se & propter suam naturam est finis. Et hoc modo causa est, inquantum propter ipsam, & causa eius omnia fiunt & sunt. Dicit autem, ꝙ est bonū secundum se & propter suam naturam, ad excludendū bonū vtile, quod non dicitur de fine, sed magis de eo, quod est ad finem. Vnde quæ sic solum dicuntur bona inquantum sunt vtilia ad aliud, non sunt bona s͡m se & propter suam naturam. Sicut potio amara non est secundum se bona, sed solum secundum ꝙ ordinatur ad finem sanitatis, quę est secundum se bona. finis autem & cuius causa fit aliquid, videtur esse terminus alicuius actus. omnes autem actiones videntur esse cum motu. Ergo videtur sequi, ꝙ in rebus immobilibus non possit esse hoc principium, scilicet causa finalis, quę habet rationem boni. Et quia quę sunt per se existentia absque materia, necesse est ꝙ sint immobilia,

bilia, ideo non videtur esse possibile, quod sit aliquid {autoagathon} idest per se bonum, ut Plato ponebat. Omnia enim immaterialia & non participata vocabat per se existentia, sicut ideam hominis vocabat hominem per se quasi non participatum in materia. Unde & per se bonum dicebat id, quod est sua bonitas non participata, scilicet primũ principium omnium. Et ad hãc rationem confirmandam inducit quoddam signum. Ex hoc enim quod finis non potest esse in rebus immobilibus, videtur procedere quod in scientijs mathematicis, quæ abstrahunt a materia & motu, nihil probatur per hanc causam, sicut probatur in Scientia Naturali, quę est de rebus mobilibus, aliquid per rationem boni. Sicut cum assignamus causam quare homo habet manus, quia per eas melius potest exequi conceptiones rationis. In mathematicis autem nulla demonstratio fit hoc modo, quod hoc modo sit, quia melius est sic esse, aut deterius si ita non esset. Puta si diceretur quod angulus in semicirculo est rectus, quia melius est quod sic sit quàm quod sit acutus vel obtusus. Et quia posset forte aliquis esse alius modus demonstrandi per causam finalem, puta si diceretur, si finis erit, necesse est id quod est ad finem præcedere: ideo subiungit, quod nullus omnino in mathematicis facit mentionem alicuius taliũ pertinentium ad bonum vel ad causam finalem. Propter quod quidam sophistæ, ut Aristippus, qui fuit de secta Epicureorum, omnino neglexit demonstrationes, quæ sunt per causas finales, reputans eas viles ex hoc quod in artib° illiberalibus siue mechanicis, ut in arte {tectonica} idest ædificatoria: & {coriaria} omnium rationes assignantur ex hoc quòd est aliquid melius vel deterius. In mathematicis vero, quæ sunt nobilissimæ & certissimæ scientiæ, nulla fit mentio de bonis & malis. Deinde cum dicit.

BESS. *At si plures sunt causarum sciẽtiæ, & alia alius principij, quam earum dicendum, eam esse, quæ quæritur? aut quis illorum, qui eas habent, rem, quæ quæritur, maxime sciet?*

ANT. Par. 4. *At vero, si scientiæ causarum sunt plures, & altera alterius principia, quæ earum est dicenda quę quęritur? Aut quis maxime res quęsitas est eas, sciẽs habentiũ?*

Quæstio. Interponit aliam quæstionem, & primo proponit eam, & habet duas partes. Prima enim pars quęstionis est, Si diuersæ causæ considerentur à pluribus sciẽtijs, ita quòd altera scientia sit alterius causæ consideratiua, quæ illarum debet dici scientia {quæ quæritur?} i. philosophia prima? Utrum, scilicet illa, quę considerat causam formalem, aut quæ considerat causam finalem, vel quæ considerat aliquã aliarum? Secunda pars quæstionis est, si aliquæ res sint, quæ habeant plures causas, quis maxime cognoscit rem illam eorum qui considerant illas causas? Secundo cum dicit.

BESS. *Contingit enim eidem, modos causarum inesse. utputa domus, unde quidem motus, ars & faber. cuius vero causa, opus. materia autem, terra, & lapides: forma vero definitio.*

ANT. Parte 5. *Contingit enim eidem omnes modos causarum inesse, ut domus. Unde quidem motus, ars & ædificator: cuius vero causa, opus: & materia terra, & lapides: species vero, ratio.*

Manifestat partẽ secundam quæstionis per hoc, quod una & eadem res inuenitur, quę habet omnes modos causarum, sicut domus causa unde principium mot°, est ars & ædificator. Id vero cuius causa vel finis causa domus {est opus}, idest usus eius, qui est habitatio. Causa vero sicut materia est terra, ex qua fiunt lateres & lapides. Causa vero sicut species vel forma, est ipsa ratio domus, quam artifex præconceptam mente in materia ponit. Tertio ibi.

BESS: *Ex his itaque, quæ ab antiquis determinata sunt, quę scientiarum appellanda sit sapientia, rationabile videatur unamquamque ita appellandam esse. Verum quatenus principalissima et honorabilissima, & cui cęteras sciẽtias tanquam ancillas non contradicere decet, illa est ipsius finis, & boni. huius enim causa, cætera.*

ANT. Par. 6. Nota textũ contra eos qui negant prologum metaphysicæ ab Arist. editum. *Igitur ex dudũ determinatis, quã decet vocare scientiarum sapientiam. Habet enim rationem quamlibet appellari inquantum senior & principalior, cui veluti seruientes non contradicere scientias alias certum est, quæ finis & boni talis est. Huius enim causa sunt cætera.*

Reassumit quęstionem, scilicet quam dictarũ sciẽtiarum possumus vocare sapientiam, secũdum ea quę de sapientia prius determinauimus in principio libri, utrum scilicet illam, quæ considerat causam formalem, vel quæ considerat causam finalem, vel aliquã aliarum causarum. Et ponit consequenter rationes ad singulas trium causarum dicẽs, quòd ratio quædã videtur de {qualibet scientia}, idest quæ est per quamcunq; cãm quod appelletur nomine sapientiæ. Et primo quãtũ ad sciam, quæ est per cãm finalẽ. Dictũ est. n. Lect. 2. in principio libri, quòd ista scientia, quæ sapientia dicitur, est maxime principalis & ordinatiua aliarum, quasi subditarum. Sic igitur inquantum sapientia {est senior}, idest prior ordine dignitatis, & principalior quadam authoritate ordinandi alias, quia non est iustum, quòd aliæ scientiæ contradicant ei, sed ab ea accipiant sua principia, sicut ei seruientes, videtur quòd illa scientia, quæ est {finis & boni}, idest quę procedit per causam finalẽ, sit digna nomine sapientiæ. Et hoc ideo, quia omnia alia sunt propter finem. unde finis est quodammodo causa omnium aliarum causarum. Et sic scientia, quæ procedit per causam finalem, est principalior. Cuius signũ est, quòd artes illæ, ad quas pertinent fines, principantur & præcipiunt alijs artibus, sicut gubernatoria nauifactiuæ. Unde, si sapientia est principalis & præceptiua respectu, aliarum maxime videtur quòd procedat per causam finalem.


BESS. *Quatenus vero primarum causarum, & eius quod maxime scibile definita est esse, ipsa utique substantiæ fuerit. Cum enim multipliciter sit idem scire, magis quidem illum scire dicimus, qui rem quidnam sit ipso esse cognoscat, quàm illum, qui ipso non esse. Istorum autem ipsorum, alterum altero magis, & maxime illum, qui quid est, non vero illum, qui quantum, aut quale, aut quid agere, siue quid pati natura aptum est. Item & in cæteris tunc scire unumquodque eorum etiam quorum demõstrationes sunt arbitramur, cum quid est sciamus. utputa quid est tetragonismus, quod inuentio mediæ. similiter & de cæteris.*

ANT. Par. 7. *Inquantum vero primarum causarum & maxime scibilis diffinitiua est esse, substãtiæ utique erit talis. Multis enim modis rationem scientibus, magis quidem scire dicimus eum, qui nouit in ipso esse quid ipsa, res, quam in non esse, & horum eorundem aliud alio magis, & maxime quid est, & non quantum, aut quale, aut aliquid facere, aut pati apta nata est. Amplius autem & in alijs scire singula & quorum demonstrationes sunt, tunc putamus existere, quando scimus quid est: ut quid est tetragonizare? quia mediæ inuẽtio. Similiter aũt & in alijs.*

Lect. 2. Inducit rationem de causa formali. Dictũ est enim in procemio libri, quòd sapiẽtia est primarum causarum, & eius, quod est maxime scibile, & quod est maximę certum. Et sm hoc videtur, quòd sit {substãtię} idest per causam formalem: quia inter diuersos modos sciendi, magis dicimus scire illum qui scit aliquid esse, quàm qui scit aliquid non esse. Unde & in Posterioribus Philosophus probat, quòd demonstratio af- Lec. 1. le. 39. 40.

firmatiua

firmatiua est potior quàm negatiua. Inter eos autem, qui sciũt aliquid affirmare, vnum alio magis dicimus scire. Sed inter omnes maxime dicimus scire illũ, qui cognoscit quid est res, non autem qui scit quanta est, vel qualis, & quid possit facere vel pati. Sic igitur in cognoscendo ipsam rem absolute perfectissimum est scire quid est res, quod est scire substantiam rei. Sed et iam in alijs cognoscendis, puta proprietatibus rei magis dicimus scire singula, de quibus sunt demõstrationes, quãdo etiam de ipsis accidentibus vel proprietatibus scimus quod quid est: quia quod quid est non solum inuenitur in substantijs, sed & in accidentibus. Et ponit exemplum de tetragonismo, i. de quadratura superficiei æque distantium laterum non quadrate, quam quadrare dicimur, cum inuenimus quadrate, quam quadrare dicimur, cum inuenimus quadratum ei æquale. Cum autem omnis superficies ęque distãtium laterum & rectorum angulorum ex duabus lineis contineatur, quæ rectum continent angulum, ita, ꝙ totalis superficies nihil est aliud quam ductus vnius earum in alia, tunc inuenimus quadratum ęquale superficiei prædictæ, quando inuenimus lineã quę sit media in proportione inter duas lineas prædictas. Puta, si linea A, ad lineam B se habeat sicut linea B ad lineã C, quadratũ lineæ B est æquale superficiei, quæ continetur in C & A, vt probatur in sexto Euclidis.



Ad inueniendum quadratum æquale tetragonismo, oportet accipere lineam mediam in proportione inter duas lineas, vt patet in istis lineis sequẽtibus.



Et apparet manifeste in numeris. Sex enim est medium in proportione inter nouem & quatuor. Nouẽ enim se habet ad sex in proportione sesquialtera, & similiter sex ad quatuor. Quadratum autem senarij est .36. Quod etiam perficitur ex ductu quaternarij in nouenarium. Quater enim nouẽ sunt .36. Et simile est in oĩbus alijs. Deinde ponit rõnem de causa mouẽte.

Circa generationem autem, & actiones totamque transmutationem, cum sciamus motus principium. hoc autem aliud, & fini oppositum est. Quare alterius esse scĩtiæ videatur, harum causarũ vnãquãque speculari.*

B E S S. Qñ sciẽtiã de mobilibus habeamus.

Circa generationes vero & actus, & circa omnem transmutationem opinamur nos perfecte cognoscere, quando cognoscimus principium principium motus. hoc autem alterum & oppositum fini. Quapropter videtur alterius esse scientiæ causarum harũ singulas speculari.

*a.l. non alterius.

A N T. Part. 8.

Videmus enim ꝙ circa generationes & actiones, & circa omnem transmutationem maxime dicimur aliquid qñ scire cognoscimus principium motus, eo ꝙ motus nihil est aliud quàm actus mobilis à mouente, vt dicitur in .3. Physico. Prætermittit aũt de causa materiali, quia illa imperfectissime se habet ad hoc, ꝙ sit principium cognoscendi. nõ enim fit cognitio per id, quod est in potentia, sed per id quod est in actu, vt infra in Nono dicetur. His igitur positis ad secũdam qõnem pertinentibus, inducit rationem ex eisdem rationibus supra positis ad primam quæstionem, scilicet ꝙ alterius scientię sit cõsiderare omnes istas causas, eo ꝙ in diuersis rebus diuersæ causæ videntur habere principalitatem, sicut in mobilibus principium motus, in scibilibus quod quid est, finis autem in his quæ ordinantur ad finem. Hanc autem quæstionem Arist. in sequentibus expresse soluere non inuenitur. potest tamen eius solutio ex his, quæ ipse inferius in diuersis locis determinat, colligi. Determinat enim in Quarto, quòd ista scientia considerat ens inquantũ est ens. vnde & eius est considerare primas substãtias, non autem scientiæ Naturalis, quia supra substantiã mobilem sunt aliæ substantiæ. Omnis autem substantia vel est ens per seipsam, si sit forma tãtum, vel si sit composita ex materia & forma est ens per suam formam. vnde inquantum hæc scientia est consideratiua entis, considerat maxime causam formalem. Primæ autem substantiæ non cognoscuntur à nobis, vt sciamus de eis quod quid est, vt potest aliqualiter haberi ex his, quæ in .ix. determinantur: & sic in earum cognitione nõ habet locum causa formalis. Sed quãuis ipsæ sint immobiles ẜm seipsas, sunt tamen causa motus aliorum per modũ finis. & ideo ad hanc scientiam, inquantum est consideratiua primarum substãtiarum, præcipue pertinet considerare causam finalẽ, & etiam aliqualiter causam mouentem. Causam autẽ materialem ẜm seipsam nullo modo, quia materia non conuenienter causa est entis, sed alicuius determinati generis, scilicet substantiæ mobilis. Tales autem causæ pertinent ad considerationem particularium scientiarũ, nisi forte considerentur ab hac scientia inquantum continentur sub ente. Sic enim ad omnia suam considerationem extendit. His autem visis rõnes inductas facile est soluere. Primo .n. nihil prohibet diuersas causas ad hanc scientiam pertinere vnã existentem, licet non sint contraria, quia reducuntur ad vnum, scilicet ad ens commune, sicut dictum est. Similiter nihil prohibet, & si non quælibet scientia consideret omnes causas, quin aliqua scientia possit considerare omnes vel plures earum inquantum reducuntur ad aliqđ vnum. Sed specialiter descedẽdo dicendum est, quòd nihil probibet in immobilibus considerari & principium motus, finem siue bonum, in immobilibus quæ sunt tamen mouentia sicut sunt primæ substantiæ, in bis autem, quæ neque mouentur, nec mouent, non est consideratio principij motus, nec finis sub ratione finis motus, quamuis possit cõsideri finis sub ratione finis alicuius operationes siue motu. Sicut si ponantur esse substantiæ intelligentes non mouentes, vt Platonici posuerunt, nihilominus tamen inquantum habent intellectum & volun-

Tex. c. 18.

Lect. 12. Text. c. 20.

Hic determinat prima qõ supra mota. Tex. c. 3.

Lect. 11. Tex. c. 28.

Ad rationes in oppositũ.

tatem oportet ponere in eis finem & bonū quod est obiectum voluntatis. Mathematica autem non mouentur, nec mouent, nec habent voluntatem. Vnde in eis non consideratur bonum sub nomine boni & finis. Consideratur tamen in eis id, quod est bonum, scilicet esse & quod quid est. Vnde falsum est, q in mathematicis non sit bonum, sicut ipse infra in.xi. probat. Ad quæstionem vero secundam iam patet responsio, quia ad hanc scientiam pertinet consideratio triū causarum, de quibus rationes inducit.

Lect. 8. fi. Per eadē patet ad quæstionē in hac etiā le. moram.

LECTIO V.

Duplicia principia hic memorantur demonstrationis, & substantiæ: de quibus quæritur num ad vnam, vel diuersas scientias spectent.

BESS. Tex.4.

At vero & de principijs demōstratiuis, vtrū vnius scientiæ, an plurium sunt, ambiguum est. dico autem demonstratiua, opiniones communes, ex quibus omnes demonstrant: vtputa quod necesse est omne, aut affirmare, aut negare. & quod impossibile est, simul esse & non esse. & quæcunque aliæ similes propositiones sunt. vtrum vna illarum, an substantiæ scientia est, an diuersæ? quod si non vna, vtra dicenda est illa esse, quę nunc quæritur?

ANT. Tex.cō.4. Parte.1.

At vero & de principijs demōstrationis utrū vnius scientiæ est aut plurium, dubitatio est. Dico autem demōstratiuas communes opiniones ex quibus demonstrant, vt quoniam omne necessarium est, aut dicere aut negare, & impossibile simul esse, & quæcunque tales propositiones. Vtrum harum vna scientia & substantiæ, aut aliæ? Et si non vna est, quam oportet appellare, quę nunc est quæsita.

Hęc qō fuit secūda mota supra ex parte considerationis & soluit i.4. tex·com.7. Prima par. lect. huius. Parte 2. Par.4.

Postquam disputauit de prima quæstione, quę erat de consideratione causarum. Hic intendit disputare de consideratione principiorum demonstrationis, ad quam scientiam pertineant, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem. Secundo disputat ad vnam partem. ibi: Vnius igitur esse &c. Tertio disputat ad aliam partem. ibi: At vero si alia &c. Dicit ergo primo, q dubitatio est de principijs demonstrationis, vtrum considerare de his pertineat ad vnam scientiā, vel ad plures. Et exponit, quæ sunt demonstrationis principia. Et dicit, quòd sunt cōmunes conceptiones omnium. ex quibus procedunt omnes demonstrationes, inquantum, scilicet singula principia propriarum conclusionum demonstratarum habent firmitatem virtute principiorum communiū. Et exemplificat de primis principijs maxime, sicut q necesse est de vnoquoque, aut affirmare, aut negare. Et aliud principium est quòd impossibile est idem simul esse & non esse. Est ergo hæc quæstio. (Quæstio.) Vtrum hæc principia & similia pertineant ad vnam scientiam vel ad plures. Et si ad vnam, vtrum pertineant ad scientiam quæ est considerans substantiam, vel aliā. Et si ad aliā, quam earum oportet nominare sapientiam vel philosophiam primā quā nunc quærimus. Deinde cū dicit.

BESS.

Vnius itaque, non est rationabile esse. cur enim geometriæ magis quam cuiuscunque, proprium sit de his speculari? si itaque æqualiter quidem cuiuscunque est, de omnibus vero non contingit, sicuti nec cæterarum, ita nec illius, quę cognoscit substantias, propriū est, de eis cognoscere.

ANT. Par.2.

Vnius igitur esse non est rationabile. Quid enim magis Geometriæ quàm qualiscunque de his est proprium audire? Si igitur similiter qualiscunque sit, omnium uero non contingit, sicut nec aliarum, ita neque ipsas substātias cognoscentes, proprium est de ipsis cognoscere.

Obijcit ad vnam partē quæstionis, scilicet ad ostendendum quòd non est vnius scientiæ cōsiderare principia omnia, supple demonstrationis & substantiam. Et ponit duas rationes, quarum prima talis est. Cum omnes scientiæ vtantur prædictis principijs demonstrationis nulla ratio esse videtur, quare magis pertineant ad vnam quàm ad aliam. nec etiam videtur rationabile, quòd eorum consideratio pertineat ad omnes scientias, quia sic sequeretur quòd idem tractaretur in diuersis scientijs, quod esset superfluum. Videtur igitur relinqui, quòd nulla scientia consideret de principijs istis: ergo per quam rationem non pertinet ad aliquam aliarum scientiarum tradere cognitionē de huiusmodi demonstrationis principijs, per eādam rationem non pertinet ad scientiam cuius est cōsiderare de substantia. Secunda ratio ponitur ibi.

SESS.

Et ad hæc, quomodo eorum sciētia erit? quid enim horū quodque est, nunc quoque cognoscimus. vtuntur namque eis cæteræ etiam artes, tanquam cognitis. Quòd si demonstratiua de eis est, oportebit aliquod genus subiectum esse, & aliquas passiones, & aliquas eorum dignitates esse. de omnibus enim demonstrationem esse, impossibile est. siquidem necesse est ex quibusdā & circa quippiam, & quorundam demonstrationem esse. Quare accidit cunctorum, quæ demonstrantur, vnum quoddam genus esse. omnes. n. demonstratiuæ vtuntur dignitatibus.

ANT. Par.3.

Simul autem quomodo erit ipsorum scientia? Quid enim & vnumquodque harum existit ens, & nunc nouimus. Vtun'tur ergo eis vt notis artes aliæ. Si autē de his demonstratio, oportebit aliquod igitur esse subiectum, & hęc quidem passiones, illa vero dignitates eorum. Nāque de omnibus esse demonstrationem est impossibile. Necesse enim ex aliquo esse & circa aliquid & aliquorū demonstrationem: quare accidit esse, vnum genus aliquid monstratorum. Omnes enim demonstratiuæ dignitatibus vtuntur.

Quæ talis est. Modus, de quibus est cognitio in sciētijs ex duplex. Vnus modus secundum quòd de vnoquoque cognoscitur quid est. Alius modus secūdum quòd cognitio per demonstrationem acquiritur. Primo autem modo non pertinet ad aliquam scientiam tradere cognitionem de principijs demonstrationis, quia talis cognitio principiorum præsupponitur ante omnes scientias. Quod enim vnumquodque horū sit ens (ex nunc nouimus) idest statim à principio cognoscimus quid significent hæc principia, per quorū cognitionem statim ipsa principia cognoscuntur. Et, quia talis cognitio principiorum inest nobis statim à natura, concludit, quòd omnes artes & scientiæ, quæ sunt de quibusdam alijs cognitionibus, vtuntur prædictis principijs tanquam naturaliter notis. Similiter autem probatur, quòd prædictorum principiorum cognitio non traditur in aliqua scientia per demonstrationem, quia, si esset aliqua demonstratio de eis, oporteret tria tunc principia considerari, scilicet genus subiectum, passiones, & dignitates. Et ad huius manifestationem, & subdit, quòd impossibile est de omnibus esse demonstrationem. non enim demonstrantur subiecta, sed de subiectis passiones. De subiectis vero oportet præcognoscere an est, & quid est, vt dicitur in.1. Poste. (Lect. 2.) Et hoc ideo, quia necesse est demonstrationem esse ex aliquibus, sicut ex principijs, quę sunt dignitates, & circa aliquod, quod est subiectum, & aliquorum, quæ sunt passiones. Ex hoc autem statim manifestum est ex vno horum trium, quod dignitates non demonstrantur, quia oporteret quod haberent aliquas dignitates priores, quod est impossibile. Vnde prætermisso hoc modo procedendi tanquam manifesto, procedit ex parte subiecti. Cum enim vna scientia sit vnius generis subiecti, oporteret q illa scientia, quæ demonstraret dignitates, ha-

tes, haberet vnum fubiectum. Et fic oporteret, quòd omnium fcientiarum demonftratiuarum effet vnum fubiectum, quia omnes fcientiæ demonftratiuæ vtuntur huiufmodi dignitatibus. Deinde cum dicit.

BESS. *At vero fi altera, quæ de fubftantia, & illa, quæ de his, vtra earum principalior, & prior eft? vniuerfaliter, & maxime principia omnium, dignitates funt, & fi non eft philofophi, cuius alterius erit de eis verum, & falfum fpeculari?*

ANT. *At vero fi alia quæ fubftantia, & quæ de his, quæ earum principalior & prior eft? Vniuerfaliter enim maxime omnium principia funt dignitates. Et fi non eft Philofophi, cuius erit alterius determinare veritatem & falfitatem?*

Obijcit ad aliam partem. Si enim dicatur, ꝙ alia fcientia fit, quæ eft de huiufmodi principijs, & alia, quæ eft de fubftantia, remanebit dubitatio, quæ ipfarum fit principalior & prior. Ex vna enim parte dignitates funt maxime vniuerfales, & principia omnium, quæ traduntur in quibufcunque fcientijs. Et fecundū hoc videtur ꝙ fcientia, quæ eft de huiufmodi principijs, fit principaliffima. Ex alia vero parte, cum fubftantia fit primum & principale ens, manifeftum eft, ꝙ Prima Philofophia eft fcientia fubftantię. Et fi non eft eadem fcientia fubftantiæ, & dignitatum, non erit de facili dicere cuius alterius fit confiderare veritatem & falfitatem circa dignitates, fi non primi philofophi qui confiderat fubftantiam. **Lect. 5. Tex.co. 7.** Hanc autem quæftionem determinat Philofophus in 4. huius, & dicit, quòd ad Philofophum potius pertinet cōfideratio dignitatum, inquantum ad ipfum pertinet confideratio entis in communi, ad quod fe pertinet huiufmodi principia prima, vt maxime apparet in eo quod eft maxime primum principium, fcilicet quod impoffibile eft idem effe & non effe. Vnde omnes fcientię particulares vtuntur huiufmodi principijs ficut vtuntur ipfo ente, quod tamen principaliter confiderat Philofophus Primus. Et per hoc foluitur ratio prima. Secunda autem ratio foluitur per hoc, quòd Philofophus non confiderat huiufmodi principia tāquam faciens ea fcire diffiniendo vel abfolute demōftrando, fed folum elenchice, ideft contradicendo difputatiue negantibus ea, vt in Quarto dicetur. **Tex.c.9. & inde.**

LECTIO XI.

Num omnium fubftantiarum vna fit fcientia, vel diuerfæ, & an ifta fcientia contempletur fubftantiam, & eius per fe accidentia.

BESS. *Et omnino vtrum vna omnium fubftantiarum, an plures fcientiæ funt.*

ANT. *Totaliter quæ fubftantiarum vtrum vna omnium fit aut plures fcientiæ.* **Tex.co.5. Parte. 1.**

Lect. 7. Hęc fuit tertiaqǒ fupra mota ex p̄te confiderationis. primo lect. huius. Poftquam difputauit duas quæftiones pertinentes ad confiderationem huius fcientiæ, hic difputat tertiam, quæ eft de confideratione fubftantiarum & accidentium. Et diuiditur in partes duas fecundū quòd circa hoc duas quęftiones difputat. Secunda incipit. ibi: Amplius autem vtrum fenfibiles fubftantiæ &c. Circa primum tria facit. Primo mouet quæftionem quæ eft, vtrum omnium fubftantiarum fit vna fcientia, aut plures fcientiæ confiderent diuerfas fubftantias. Secunda ibi.

BESS. *Si igitur non vna, cuius fubftantia hæc fcientia erit ponenda?*

ANT. Par.2. *Siquidem ergo non vna, cuius fubftantiæ ponenda eft fcientia?*

Obijcit ad primam partem, fcilicet ad oftendendū quòd vna fcientia fit de omnibus fubftantijs, quia fi non effet vna de omnibus fubftantijs, non poffet affignari, vt videtur, cuius fubftātiæ fit confideratiua hæc fcientia, eo quòd fubftantia, inquantum fubftantia, eft principaliter ens. Vnde non videtur quòd magis pertineat ad confiderationem principalis fcientię vna fubftantia quàm alia. Tertia ibi.

BESS. *Vnam autem omnium effe, non rationabile. etenim demonftratiua vna, de omnibus accidentibus effet. fiquidē omnis demonftratiua, ea, quæ per fe circa aliquod fubiectum accidunt, fpeculatur ex communibus opinionibus. Circa enim quod eft vnus, et ex quibus unius, fiue eiufdem, fiue alterius. vnde & accidentia, aut* a *hæ fpeculabuntur, aut ex his vna.*

ANT. Par.3. *Vnam vero omnium non eft rationabile. Etenim demonftratiua vna de omnibus erit vtique per fe accidentibus. Siquidem demonftratiua omnis circa aliquod fubiectum fpeculatur per fe accidentia ex cōmunibus opinionibus. Et circa idem igitur genus accidentia per fe eiufdem eft fpeculari ex eifdem opinionibus. Nam circa ipfum quia, vnius, & ex quibus, vnius: fiue eiufdem, fiue alterius. Quare & accidentia, fiue hæ fpeculentur, aut ex his, vna.*

Vtrum omnium fubftantiarum fit vna fcia. Vide docu. Auer.

a Leadē.

Obijcit in contrarium dicens ꝙ non eft rationabile ponere vnam effe fcientiam omnium fubftantiarū. Sequetur enim quòd effet vna fcientia demonftratiua de omnibus per fe accidentibus. Et hoc ideo, quia omnis fcientia demonftratiua aliquorum accidentium, fpeculatur per fe accidentia circa aliquod fubiectum: & hoc ex aliquibus conceptionibus communibus. Quia igitur fcientia demonftratiua non fpeculatur accidentia nifi circa fubiectum aliquod, fequitur quòd ad eandem fcientiam pertineat confiderare aliquod genus fubiectum, ad quā pertinet confiderare p̄ fe accidentia illius gn̄is, & ecōuerfo, dūmodo demonftratio fiat ex eifdē principijs. fed qnq; contingit ꝙ demōftrare, quia ita eft, per aliqua principia, pertinet ad aliquam fcientiam, & demonftrare principia, ex quibus demonftrabatur, quia ita eft, pertinet ad vnam fcientiam, quandoque quidem ad eandem, quandoque vero ad aliam. Ad eandem quidem ficut geometria demonftrat, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, per hoc quòd angulus exterior trianguli eft æqualis duobus interioribus fibi oppofitis quod tantum demonftrare pertinet ad geometriam. Ad aliam vero fcientiam ficut muficus probat quòd tonus non diuiditur in duo femitonia ęqualia, per hoc quòd proportio fexquioctaua cum fit fuperparticularis, non poteft diuidi in duo æqualia. Sed hoc probare nō pertinet ad muficum fed ad arithmeticum. Sic ergo patet, quòd quandoque accidit diuerfitas in fcientijs propter diuerfitatem principiorum, dum vna fcientia demonftrat principia alterius fcientiæ per quędam altiora principia. Sed fuppofita identitate principiorum non poteft effe diuerfitas in fcientijs, dūmodo fint eadē accidentia & idē genus fubiectū, quafi vna fci entia cōfideret fubiectū & eadem accidentia. Vnde fequitur, quòd fcientia, quæ confiderat fubftantiā, confideret etiam accidentia, ita quòd fi fint plures fcientiæ confiderantes fubftantias, erunt confiderantes accidētia. Si vero vna earum fola fit quæ confideret fubftantias, vna fola erit quæ confiderabit accidentia. Hoc autem eft impoffibile, quia fic fequeretur non effe nifi vnam fcientiam, cum nulla fcientia fit quæ non demonftret accidētia de aliquo fubiecto. non ergo ad vnam fcientiam pertinet confiderare omnes fubftantias. Hæc autem quæftio determinatur in Quarto huius, vbi oftēditur, ꝙ ad primam fcientiam, ad quam pertinet confiderare de ente inquantum eft ens, pertinet confiderare de **Lect.1.**

fubftantia

substantia inquantum est substantia, & sic considerat omnes substantias secundum communem rationem substantiæ, & per consequens ad eam pertinet considerare communia accidentia substantiæ. Particularia vero accidentia quarundam substantiarum pertinet considerare ad particulares scientias, quæ sunt de particularibus substantijs, sicut ad scientiam naturalem pertinet cōsiderare accidentia substantiæ mobilis. Verumtamen in substantijs est etiam ordo. nam primæ substantiæ sunt substantiæ immateriales. Vnde & earum consideratio pertinet proprie ad philosophum primum. Sicut si non essent aliæ substantiæ priores substantijs mobilibus corporalibus, scientia naturalis esset philosophia prima, vt dicitur infra in Sexto. Deinde cum dicit.

Tex. co. 4.

BESS. Tex. 10. Vtrum hæc scia sit solū circa subas.

Item vtrum circa substantias solum speculatio est, an etiam circa accidentia eis? dico autem, vtputa si solidū quædam substantia est, ac lineæ, & plana, vtrum eiusdem scientiæ est, ista cognoscere, et quæ circa vnumquodque genus accidunt, de quibus mathematicæ demonstrant, an alterius?

ANT. Te. co. 6. Part. 4.

Amplius autem vtrum circa substantiam solum theoria est, aut circa ipsas & accidentia. Dico autem vt si solidum quædam substantia est, & linea, & superficies, vtrum eiusdem scientiæ est eadem cognoscere, & accidētia circa vnumquodque genus, de quibus mathematicæ ostendunt, aut alterius.

Ponit aliam quæstionē de consideratione substantiæ & accidentis, & circa hoc etiam tria facit. Primo monet quæstionem quæ est. Vtrum consideratio huius scientiæ sit solum circa substantiam, aut etiam circa ea, quæ accidunt substantijs. Puta si dicamus quòd lineæ, superficies, & solida sint quædam substantiæ, vt quidam posuerunt, quæritur vtrum eiusdem scientiæ sit considerare ista, & per se accidentia horum, quæ demōstrantur in scientijs mathematicis, aut alterius. Secundo ibi.

BESS.

Si enim eiusdem, demonstratiua quædam erit etiam quæ substantiæ. non videtur autem ipsius quid est, demonstratio esse.

ANT. Par. 5.

Nam si eiusdem, demonstratiua quædam esset, & quæ substantiæ est. Non autem videtur eius quod quid est demonstratio.

Obijcit ad vnam partem. Si enim eiusdem scientiæ est considerare accidentia & substantias, cum scientia, quæ considerat accidentia sit demonstratiua accidentium, sequitur quòd scientia quæ considerat substantiam, sit demonstratiua substantiarum, quod est impossibile, cum diffinitio declarans substantiā, quæ significat quodquid est, non demonstretur. Sic ergo non erit eiusdem scientiæ substantias considerare & accidentia. Tertio ibi.

Ipsius quod quid est nō est demonstratio. 1. Post.

BESS.

Quod si alterius, quæ erit, quæ speculatur circa substantiam accidentia? hoc enim difficillimum reddere est.

ANT. Par. 6.

Si vero diuersæ, quæ erit speculans circa substantiā accidentia? Hoc enim reddere est valde difficile.

Obijcit in contrarium, quia si diuersæ scientiæ considerant substantiam & accidens, non erit assignare quæ scientia speculetur accidentia circa substantiam quia talis scientia considerabit vtrunque, cum tamen hoc videatur ad omnes scientias pertinere: quia omnis scientia considerat per se accidentia circa subiectum, vt dictum est. Hanc autem quæstionē determinat Philosophus in Quarto huius dicens, quòd ad eā scientiam, ad quam pertinet de substantia & ente, pertinet etiam considerare de per se accidentibus substātiæ & entis. Non tamen sequetur quòd eodem modo consideret vtrunque, scilicet demonstrando substantiam, sicut demonstrat accidens, sed diffiniendo substantiam & demonstrando accidens inesse, vt plenius habetur in fine Noni huius.

Lect. 1. 3. 4.

LECTIO VII.

Nū præter sensibiles substantias reperiantur aliquæ aliæ a sensibilibus separatæ: arguit itē illos qui inter species & sensibilia siue in ipsis sensibilibus mathematica existimauerunt.

BESS.

I*Tem vtrum sensibiles solum substantias esse dicendum est, an præter istas etiam alias? & vtrum vnū, an plura substantiarum genera sunt, vt hi, qui dicūt formas & media, circa q̄ mathematicas aiunt sciās esse?*

ANT. Tex. c. 7. Parte. 1.

Amplius autem vtrum sensibiles substantiæ solæ causæ sint dicendæ, aut præter eas aliæ. Et vtrum vnum genus, aut plura genera substantiarum sunt, ut dicentes species & intermedia, circa quæ mathematicas dicunt esse scientias.

Postquam disputauit Philosophus quæstiones pertinentes ad considerationem huius scientiæ, hic disputat quæstiones pertinentes ad ipsas substantias, de quibus principaliter considerat ista scientia. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstiones. Secundo ostendit vnde accipi possint rationes ad vnam partem. ibi: {Quomodo ergo dicimus &c.} Tertio obijcit ad partem contrariam, ibi: {Multis autem modis habentibus difficultatem &c.} Circa primum mouet duas quæstiones, quarum prima est. Vtrum in vniuersitate rerum solæ substantiæ sensibiles inueniantur, sicut aliqui antiqui naturales dixerunt, aut etiam inueniantur quædam aliæ substantiæ præter sensibiles, sicut posuerunt Platonici. Secunda quæstio est, supposito quòd sint aliquæ substantiæ præter sensibiles. Vtrum illæ substantiæ sint vnius generis, aut magis sint plura genera harum substantiarum. Vtrunque enim opinionem recipit. Quidam enim posuerunt præter substantias sensibiles esse solas species separatas, i. per se hominē immaterialem, & per se equū, & sic de alijs speciebus. Alij vero posuerūt quasdam alias intermedias substantias inter species & sensibilia scilicet mathematica, de quibus dicebant esse mathematicas scientias. Et huius ratio est, quia ponebant duplicem abstractionem rerum, puta abstractionem intellectus, qui dicitur abstrahere vno modo vniuersale à particulari, iuxta quam abstractionem ponebant species separatas per se subsistentes. Alio modo formas quasdam à materia sensibili, in quarum scilicet diffinitione non ponitur materia sensibilis sicut circulus abstrahitur ab ære. Iuxta quam ponebant mathematica abstracta, quæ dicebant media inter species & sensibilia, quia conueniunt cum vtrisque. Cum speciebus quidem inquantum sunt separata à materia sensibili, cum sensibilibus autem inquantum inueniuntur plura eis in vna specie, sicut plures circuli & plures lineæ. Deinde cum dicit.

In pri. lect. Par. 2. Par. 3.

Qō prima ex parte rerum cōsideratarum. Secunda.

BESS.

Quomodo igitur dicimus formas causas, & substantias per seipsas esse in superioribus sermonibus dictū est.

ANT. Part. 2.

Quomodo ergo dicimus species causasque & substantias secundum se, dictum est in prioribus de omnibus ipsis sermonibus.

Ostendit quomodo ad vnam partem argumentari possit, & dicit quòd hoc dictum est {in primis sermonibus} idest in primo libro, quomodo species ponantur causæ rerum sensibilium, & substantiæ quædam per se subsistentes. Vnde ex his, quæ ibi dicta sunt in recitatione opinionis Platonis, accipi

possunt rationes ad partem affirmatiuam. Deinde cum dicit.

[B E S S.] *Cum vero multiplicem difficultatem habeant, non minus est inconuenieas dicere quidem esse quasdam naturas præter eas, quę in cœlo sunt, illas vero easdem, quas & sensibiles ponere, nisi quòd illa quidem sempiterna, hæc vero corruptibilia. Idealem nanque hominem & idealem equum, & sanitatem aiunt, & nihil aliud simile, quid illis facietes, q dicũt quidẽ esse deos formæ similis hominibus: nec.n. isti aliud faciebant, nisi homines, sempiternos. nec illi formas, nisi sensibilia sempiterna.*

[A N T. Par. 3.] *Multis autem modis habentibus difficultatem, nullo minus absurdum dicere quidem alias aliquas esse naturas præter eas, quæ in cœlo sunt, has autem easdem dicere sensibilibus, nisi quia hæc quidem sempiterna, illa vero corruptibilia. Nam per se hominem dicunt hominem esse & equum & sanitatem, aliud autem nihil simile facientes deos esse ostendentibus, & humanę speciei esse. Nihil enim aliud illi fecerunt quàm homines sempiternos, nec hi species nisi sensibiles sempiternas.*

[Lect. 10.] Obijcit ad partem negatiuam, & primo ad ostendendum quod non sunt species separatæ à sensibilibus. Secundo ad ostendẽdũ quòd non sunt methematica separata. ibi: {Amplius autem siquis præter species &c.} [Par. seq.] Supra autem in Primo libro multas rationes posuit contra ponentes species. & ideo illis rationibus prætermissis ponit quandam rationem, quæ videtur efficacissima, & dicit, quòd cũ positio ponẽtium species separatas multas habeat difficultates, illud quod nunc dicetur non continet minorem absurditatem aliquo aliorũ, scilicet quòd aliquis dicat quasdam esse naturas præter naturas sensibiles, quæ sub cœlo continentur. Nam cœlum est terminus corporũ sensibilium, vt in Primo de cœlo & mundo probatur. Ponentes aũt species, non ponebant eas esse infra cœlum, nec extra, vt dicitur in Tertio physicor. Et ideo conuenienter dicit, quòd ponebãt quasdam naturas præter eas, quæ sunt in cœlo. Dicebant autem contrarias naturas esse easdem secundum speciem & rationem, & in istis sensibilibus, quinimmo dicebant illas naturas esse species horum sensibilium, puta quòd homo separatus est humanitas hominis huius sensibilis, & q homo sensibilis est hõ participatione illius hominis. Hanc tamen differentiam ponebant inter ea, quia illæ naturæ immateriales sunt sempiternæ, istæ vero sensibiles sunt corruptibiles. Et quòd ponerent illas naturas easdem istis patet per hoc, q sicut in istis sensibilibus inuenitur homo, equus, & sanitas, ita in illis naturis ponebant (hominem per se) idest sine materia sensibili, & similiter equum & sanitatẽ. & nihil aliud ponebant in substantijs separatis, nisi q erãt materialiter in sensibilibus. Quæ quidem, positio videtur esse similis positioni ponentium deos esse humanæ speciei, quę fuit positio Epicureorum, vt Tullius dicit in lib. de Natura deorum. Sicut enim qui ponebant deos humanæ speciei, nihil aliud fecerunt q̃ ponere homines sempiternos secundum suam naturam, ita & illi, qui ponebant species nihil aliud faciunt quam ponunt res sensibiles sempiternas, vt equum, bouem, & similia. Est autem valde absurdum, quod id, quod s̃m suam naturam est corruptibile, sit eiusdẽ speciei cum eo, quod per suã naturã est incorruptibile, quin potius corruptibile & incorruptibile differunt specie vt infra dicetur in. 10. huius. Potest tamen cõtingere q id, quod s̃m suam naturam est corruptibile, virtute diuina perpetuo cõseruetur in esse. Deinde cũ dicit.

[Margin: Rõ efficaciss. cõtra ideas Platonis. Tex co. 12. & inde. Tex. co. 45. — Positio Epicuri. — Corruptibile ex se, virtute alterius incorruptibile effici potest. Tex. co 26.]

[B E S S.] *Item siquis pręter formas, & sensibilia ponat media, multas dubitationes habebit. patet etenim quod similiter, & lineæ pręter etiam ipsas sensibiles erunt, & aliorum generum singula. Quare cum astrologia vna earum sit, erit & cœlum aliquod pręter sensibile cœlum, & sol, & luna, & cętera similiter quę in cœlo sunt. At quomodo credendum est talibus? nam immobile, nõ est rationabile esse: mobile autem, & omnino est impossibile. Similiter. & de quibus perspectiua tractat, & quę in mathematicis harmonica. & hæc enim impossibile est præter sensibilia esse, propter similes causas, si enim sensibilia sunt, media & sensus, patet quod animalia etiã erunt eorum mediorum, & quidem corruptibilium.*

[A N T. Pa. 4.] *Amplius autem siquis præter species & sensibilia intermedia ponat, multas habebit dubitationes. Palã enim quia similiter lineæ præter ipsas sensibiles erunt & vnumquodque aliorum generum. Igitur quoniam astrologia vna harum, est erit quoddam cœlum præter sensibile cœlum, & sol & luna & alia similiter cœlestia. Et quomodo his credere oportet? Neque enim immobile esse, mobile vero impossibile omnino. Similiter autem & de quibus perspectiua tractat, & in mathematicis harmonica. Etenim hoc impossibile esse præter sensibilia propter easdem causas. Nam si sunt sensibilia intermedia, & sensus. Palam & manifestum, quia & animalia erũt intermedia, & ipsorum, & corruptibiliũ.*

Obijcit contra ponentes mathematica media inter species & sensibilia, & primo contra illos, qui ponebant mathematica media, & à sensibilibus separata. Secundo contra illos, qui ponebant mathematica, sed in sensibilibus esse. ibi {Sunt autem & aliqui qui dicunt &c.} [Par. 8. Lect. huius.] Circa primum duo facit. Primo ponit rationes contra primam opinionem. Secundo obijcit pro ea. ibi {At vero nec sensibilium &c.} [Par. 7. Lect. huius.] Contra primum obijcit tribus uijs, quarũ prima est, quòd sicut scientia quædam mathematica est circa lineam, ita etiam sunt quædam mathematicæ scientiæ circa alia subiecta. Si igitur sunt quædã lineæ præter lineas sensibiles, de quibus geometra tractat, pari ratione in omnibus alijs generibus, de quibus aliæ scientiæ mathematicæ tractant, erunt quædam præter sensibilia. Sed hoc ponere, ostendit esse inconueniens in duabus scientijs mathematicis. Primo quidem in astrologia, quæ est vna scientiarum mathematicarum, cuius subiectum est cœlum & cœlestia corpora. sequetur ergo secundum prædicta quòd sit aliud cœlum præter cœlum sensibile, & similiter alius sol, & alia luna, & similiter de alijs corporibus cœlestibus. Sed hoc est incredibile, quia illud aliud cœlum, aut est mobile, aut immobile: si est immobile, hoc videtur esse irrationabile, cum videamus naturale esse cœlo q semper moueatur. Vnde & astrologus aliquid considerat circa motum cœli. Dicere vero q cœlum sit separatum, & sit mobile, est impossibile, eo quòd nihil separatum à materia potest esse mobile. Deinde ostendit idem esse inconueniens in alijs scientijs mathematicis, scilicet in Perspectiua, quæ considerat lineam visualem, & {in harmonica) idest musica, quæ considerat proportiones sonorum audibilium. Impossibile est autem hæc esse intermedia inter species & sensibilia, quia si ista sensibilia sint intermedia, scilicet soni & visibilia, sequetur etiã quòd sensus sunt intermedij. Et cum sensus non sint nisi in animali, sequetur quòd etiam aĩalia sint intermedia inter species & corruptibilia, quod est omnino absurdum

[B E S S. Tex. 8.] *Dubitauerit autem aliquis, circa quę entia oportet has scientias quęrere. sic enim in hoc differret solum à geometria, Geodęsia, quòd hęc quidem eorum est, quę sentimus, illa vero non sensibilium est, patet quod pręter*

medicina

medicinam erit aliqua scientia, & præter quamcunque, aliarum, inter ipsam medicinam, & hanc medicinam: at quomodo possibile est? et enim etiam salubria quædam esse, præter sensibilia, & ipsum salubre.

A N T. Tex. c. 8. Par. 5. *Dubitabit autem aliquis & circa quæ existentium quærere oportet has scientias. Nā si in hoc differt Geometria id est ars mensurandi terram, à geodæsia id est ab arte diuidendi terram solum, quia hac quidem horū est q̄ sentimus, illa verò non sensibilium, palam vero quòd præter medicinam, & alia erit scientia, & præter vnāquamque aliarum, inter ipsam medicinalem, & hanc medicinalem. Sed quomodo hoc possibile? Etenim salubria quædam vtique erunt præter sensibilia, & etiam sanū.*

Secunda via talis est. Si in illis generibus, de quibus sunt scientiæ mathematicæ, inuenitur triplex gradus rerum, scilicet sensibilia, species, & intermedia, cum de omnibus speciebus & omnibus sensibilibus videatur esse similis ratio, videtur sequi quòd inter quælibet sensibilia & suas species sunt aliqua media. vnde remanet dubitatio ad quæ rerum genera se extendant scientiæ mathematicæ. si enim scientia mathematica, puta Geometria differt à geodæsia, quę est scientia de mensuris sensibilibus, in hoc solum quòd geodæsia est de mensuris sensibilibus, geometria vero de intermediis non sensibilibus, pari ratione præter omnes scientias, quæ sunt de sensibilibus, erunt secundum prædicta quædam scientiæ mathematicæ de intermedijs, puta si scientia medicinalis est de quibusdam sensibilibus, erit quædam alia scientia præter scientiam medicinalem, & præter vnamquamque finalem scientiam, quæ erit media inter medicinalem, quæ est de sensibilibus, & medicinalem quæ est de speciebus. Sed hoc est impossibile, quia cum medicina sit circa salubria, idest circa sanatiua, si medicina est media, sequitur q̄ etiā sanatiua sint media præter sensibilia sanatiua & præter autosanum, idest per se sanum, quod est species sani separata, quod est manifeste falsum. Relinquitur ergo, quòd istæ scientiæ mathematicæ non sunt circa aliqua, quæ sunt media inter sensibilia & species separatas.

B E S S. *Simul autem nec hoc verum est, quod Geodæsia sensibilium, & corruptibilium magnitudinum sit. corrumperetur enim illis corruptis.*

A N T. Part. 6. *Similiter autem nec hoc videtur quòd geodæsia sensibilium sit magnitudinum & corruptibilium, corrupta enim esset vtique corruptis.*

Tertiam viam ponit, per quam destruitur quoddam, quod prædicta positio ponebat, quòd scilicet esset aliqua scientia circa sensibiles magnitudines, & sic si inueniretur alia sciētia circa magnitudines, ex hoc haberetur quòd essent magnitudines medię. Vnde dicit, quòd hoc non est verum quòd geodæsia sit scientia sensibilium magnitudinum, quia sensibiles magnitudines sunt corruptibiles. Sequeretur ergo, quòd geodæsia esset de magnitudinibus corruptibilibus. sed scientia videtur corrumpi corruptis rebus de quibus est. Socrate enim non sedente, iam non erit vera opinio, qua opinabamur eum sedere. Sequeretur ergo q̄ geodæsia vel geosophia, vt alij libri habent, corrumperetur corruptis magnitudinibus sensibilibus. quod est contra rationem scientiæ, quæ est necessaria & incorruptibilis. Posset tamen hæc ratio ad oppositum induci: vt dicatur quòd per hanc rationem intendit probare, quòd nullæ scientiæ sunt de sensibilibus. Et ita oportet quòd omnes scientiæ vel sint de rebus medijs, vel sint de speciebus. Deinde cum dicit.

B E S S. *At neque sensibilium magnitudinū, neque circa hoc cælū astrologia esset. nec enim sensibiles lineæ tales sunt, quales Geometria dicit: nil enim sensibilium, ita rectum atque rotundum. tangit enim circulus regulam, non secū dum punctum, sed sicut Protagoras dicebat redarguens geometras. nec motus, nec reuolutiones cæli similes, de quibus astrologia rationes facit: neque puncta eandem naturam, quam stella, habent.*

A N T. Par. 7. *At vero nec sensibilium erit magnitudinum, nec circa cælū hac Astrologia. Nec enim sensibiles lineæ sunt tales, quales dicit Geometra. nihil enim rectum sensibilium, ita nec rotundum. Tangit enim regulam non secundum punctum circulus, sed vt Prothagoras ait geometras redarguens. Nec motus, nec reuolutiones cæli similes, de quibus Astrologia sermones dicit, nec astris puncta naturam habent eandem.*

Obijcit pro prædicta positione in hunc modum. De ratione scientiæ est, quòd sit verorum. Hoc autem non esset, nisi esset de rebus prout sunt. Oportet igitur res, de quibus sunt scientiæ, tales esse, quales traduntur in scientijs. Sed sensibiles lineæ non sunt tales, quales dicit geometra. Et hoc probat per hoc, quòd Geometria probat, quòd circulus tangit regulam idest rectam lineam solum in puncto, vt patet in Tertio Euclidis. Hoc autem non inuenitur verum in circulo & linea sensibilibus. Et hac ratione vsus fuit Prothagoras, destruens certitudines scientiarum contra geometras. Similiter etiam motus & reuolutiones cœlestes non sunt tales, quales astrologus tradit. Videtur enim naturæ repugnare, quòd ponantur motus corporum cœlestium per accentricos, & epiciclos, & alios diuersos motus, quos in cœlo describunt astrologi. Similiter etiam nec quantitates corporum cœlestium sunt tales, sicut discribunt eas astrologi. Vtuntur enim astris vt punctis, cum tamen sint corpora magnitudinem habentia. Vnde videtur quòd nec Geometria sit de sensibilibus magnitudinibus, nec Astrologia de cœlo sensibili. Relinquitur igitur, quòd sint de aliquibus alijs medijs. Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 9. *Sunt autem quidam dicentes, esse quidem hæc, quę formarum, & sensibilium media dicuntur, non tamen à sensibilibus separata, sed in eis: quos quā impossibilia sequātur, omnia quidem enumerare longi sermonis esset: sufficit autem talia speculari.*

A N T. Tex. co. 9. Part. 8. *Sunt autem & aliqui, qui dicunt esse quidem intermedia hæc infra species & sensibilia, non extra sensibilia, sed in his. Quibus accidentia impossibilia omnia quidem maioris est orationis pertransire. sufficit enim talia speculari.*

Obijcit contra aliam positionem, & primo ponit intentum. Secundo inducit rationes ad propositum. ibi: Non enim in talibus &c. Dicit ergo primo, quòd quidam ponunt esse quasdam naturas medias inter species & sensibilia, & tamen non dicunt ea esse separata à sensibilibus, sed quòd sunt in ipsis sensibilibus. Sicut patet de opinione illorum, qui posuerunt dimensiones quasdam per se existentes, quæ penetrant omnia corpora sensibilia, quas quidam dicunt esse locum corporum sensibilium, vt dicitur in. 4. Physicæ, & ibidem improbatur. Vnde dicit, quòd prosequi omnia impossibilia, quæ sequuntur ad hanc positionem, maioris est negocij. Sed nunc aliqua breuiter tangere sufficit. Deinde cum dicit. Tex. co. 33. Tex. co. 37.

B E S S. *Non enim de his solum, vt ita se habeant, rationabile est, sed patet, quod etiam formas contingeret in sensibilibus esse: eiusdem enim rationis vtraque hæc sunt.*

A N T. Par.9. *Non enim in talibus congruum est habere sic solum, sed palam quia & species contingit in sensibilibus esse. Eiusdem enim rationis vtraque ea sunt.*

Inducit quatuor rationes contra prædictam positionem, quarum prima talis est. Einsdem rationis videtur esse quòd præter sensibilia ponantur species & mathematica media, quia vtrunque ponitur propter abstractionem intellectus: si igitur ponuntur mathematica esse in sensibilibus, congruum est ꝙ nõ solum ita se habeant in eis, sed etiam quòd species ipsæ sint in sensibilibus, quod est contra opinionem ponentiũ species. Ponunt enim eas esse separatas: & non esse alicubi. Secundam rationem ponit ibi.

B E S S. *Item duo solida in eodem loco necesse esset esse.*

A N T. Par.10. *Amplius autem duo solida in eodem necesse loco esse.*

Quæ talis est. Si mathematica sunt alia à sensibilibus, & tamen sunt in eis, cum corpus sit quoddam mathematicum, sequitur quòd corpus mathematicum simul est in eodem cum corpore sensibili, ergo [duo solida] idest duo corpora erunt in eodem loco, quod est impossibile, non solum de duobus corporibus sensibilibus, sed etiam de corpore sensibili & mathematico, quia vtrunque habet dimensiones, ratione quarũ duo corpora prohibentur esse in eodem loco. Tertiã rationem ponit ibi.

B E S S. *Et non esse immobilia, in sensibilibus existẽtia motis.*

A N T. Par.11. *Et non esse immobilia in motis, existẽtia sensibilibus.*

Moto enim aliquo mouetur id, quod in eo est: sed sensibilia mouentur: si igitur mathematica sunt in sensibilibus, sequetur quòd mathematica moueãtur, quod est contra rationem mathematicorum, quę nõ solum abstrahunt à materia, sed etiam à motu. Quartam rationem ponit ibi.

B E S S. *Et omnino cuius causa quis ponet quidem esse ea, esse autem in sensibilibus? eadem enim, quæ prædicta sunt, absurda sequentur: erit nanque aliud quoddam cælum præter cælum: nisi quod non separatum, sed in eodem loco: quod impossibilius est. magna itaque iam de his dubitatio est, quonam modo ponendo, veritatem consequemur.*

A N T. Pa.12. *Totaliter autem cuius causa quis ponet esse quidem ipsa, esse autem in sensibilibus. Eadem enim contingunt inconuenientia eis quæ dicta sunt. Erit enim cælum aliquod præter cælum, non tamen extra, sed in eodem loco: quod est magis impossibile. De his ergo dubitatio multa, quomodo oportet positam habere veritatem.*

Quæ talis est. Nihil rationabiliter ponitur nisi propter aliquam causarum, & præcipue si ex tali positione maius inconueniens sequatur: sed ista positio ponitur sine causa. Eadem enim inconuenientia sequuntur ponentibus mathematica esse media & in sensibilibus, quæ sequuntur ponentibus ea non esse in sensibilibus, & adhuc quædam alia propria & maiora, vt ex prædictis patet. Hæc igitur positio est irrationabilis. Vltimo autem concludit quòd prædictę quæstionęs habent multam dubitationem, quomodo se habeat veritas in istis. Has autem quæstiones pertractat philosophus infra. 12. 13. 14. huius, ostendẽs non esse mathematicas substantias separatas, nec etiã species. Et ratio quæ mouebat ponentes mathematica & species sumpta ab abstratione intellectus, soluitur in principio. 13. Nihil enim prohibet aliquid quod est tale, salua veritate considerari ab intellectu non inquantum tale, sicut homo albus potest considerari non inquantum albus. & hoc modo intellectus potest considerare res sensibiles, non inquãtum mobiles & materiales, sed inquantum sunt quædam substantiæ vel magnitudines. & hoc est intellectum abstrahere à materia & motu. Non autem sic abstrahit secundum intellectum, quòd intelligat magnitudines & species esse sine materia & motu. Sic enim sequeretur quòd vel esset falsitas intellectus abstrahentis, vel quòd ea, quæ intellectus abstrahit, sint separata secundum rem.

LECTIO VIII.

Num genera sint Principia, & horum magis vniuersalia, vel indiuiduis proxima, arguit.

B E S S. *Et de principijs, vtrum oporteat genera existimare elemẽta, & principia, an illa magis, ex quibus inexistentibus quicquam primum est.*

A N T. Tex.co. 10. Par.1. *Et de principijs, vtrum oportet genera elementa & principia suscipere, aut magis ex quibus cum insint est vnumquodque primis.*

Postquam Philosophus disputauit de quæstionibus motis de substantijs, hic disputat de quæstionibus motis de principijs. Et diuiditur in partes duas. In prima disputat de quæstionibus, quibus quærebatur quæ sunt principia. Secundo de quæstionibus quibus quærebatur qualia sint principia, & hoc ibi [Adhuc autem vtrum substantia.] Circa primum disputat de duabus quæstionibus. Primo vtrum vniuersalia sint principia. Secundo vtrum sint aliqua principia à materia separata. ibi: [Est autem habita de his dubitatio &c.] Circa primum disputat duas quæstiones, quarum prima est, vtrum genera sint principia: secundã, quæ genera, vtrum scilicet prima genera, vel alia. ibi: [Ad huc autem si maxime principia sunt genera &c.] Circa primũ duo facit. Primo mouet quæstionem, secundo disputat. Secunda ibi: [Vt vocis elemẽta &c.] Est ergo quæstio prima de principijs, vtrũ oportet recipere vel opinari ꝙ ipsa genera, quę de pluribus prædicantur, sint elementa & principia rerum, vel magis sint dicenda principia & elementa ea, ex quibus vnumquodque est, sicut ex partibus. Sed addit duas conditiones, quarum vna est [cum insint] quod ponitur ad differentiam contrarij & priuationis. Dicitur enim album fieri ex nigro, vel non albo, quæ tamen non insunt albo. Vnde non sunt eius elementa. Alia conditio est qua dicit [primis] quod ponitur ad differentiam secundorum componentium. Sunt enim corpora animalium ex carnibus & neruis quæ insunt animali, non tamen dicũtur animalis elementa, quia nõ sunt hæc prima ex quibus animal componitur, sed magis ignis, aer, aqua, & terra, ex quibus etiam existũt carnes & nerui. Deinde cum dicit.

Infra le. 10. Infra lect. 9. Par.9. huius lect. parte. sequ. Quomodo prima supremotae x parte cõsideratorũ in hac scia, & sol.i tine hui' le. & in. 10. le. tertiæ. elemẽtum quid.

B E S S. *Vt vocis elementa, & principia videntur ea esse, ex quibus primo omnes voces compositæ sunt, sed non vox in communi, & designationum ea dicimus elementa, quorum demonstrationes, in aliarum, aut omnium, aut plurium demonstrationibus, insunt.*

A N T. Parte 2. *Vt vocis elementa & principia videntur esse ex quibus componuntur voces omnes primum, sed non commune vox.* Et diagrammatum ea dicimus elementa, quorũ demonstrationes insunt in aliorum demonstrationibus, aut omnium, aut plurimorum.*

*i. descriptionum.

Disputat ad hanc quæstionem, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd ea, ex quibus primis aliquid componitur, sint principia & elementa. Secundo obijcit ad partem contrariam. ibi (inquantum autem cognoscimus vnumquodque &c.) Tertio excludit quandam responsionem qua posset dici, ꝙ vtraque sunt principia & elementa. ibi (At vero nec vtrobique

que &c. } Circa primum primo ponit tres rationes, quarum prima procedit ex naturalibus, in qnibus manifestat propositum secundum duo exempla, quorum primum est de voce dearticulata, cuius principium & elemẽtum non dicitur esse commune, qnod est vox, sed magis illa, ex quibus primis componuntur omnes voces quę dicuntur literæ. Secundum exẽplum ponit in diagrammatibus idest in demonstratiuis descriptionibus figurarum geometricarum. Dicũtur enim horum diagrammatum esse elementa non hoc commune quod est diageamma, sed magis illa theoremata, quorum demonstrationes insunt demonstrationibus alioeum theorematum geometralium, aut omnium, aut plurimorum, quia scilicet aliæ demonstrationes procedunt ex suppositione primarum demonstrationem. Vnde & libee Euclidis dicitur liber elementorum, quia, scilicet in eo demonstrãtur prima Geometriæ theoremata, ex quibus aliæ demonsteationes procedunt. Secundam rationem ponit ibi.

BESS.

Item etiam corporum, & qui plura dicunt elementa esse, & qui unum, ex quibus cõponuntur, & ex quibus cõstant, principia esse aiunt. ut Empedocles ignẽ & aquã, & qua cum eis suat, elementa ait esse, ex quibus inexistentibus entia sunt. sed non ea ut genera entium ponit.

ANT. Par. 3.

Amplius autem corporum qui dicunt esse plura elementa, & qui vnum, ex quibus componuntur & constãt principia dicunt esse. vt Empedo. ignem & aquã & quę sunt insimul, hæc elementa dicit esse, ex quibus sunt entia quæ sunt. sed non vt genera dicit ea eorum quæ sunt.

Quę procedit in rebus naturalibus. Et dicit quòd illi, qui ponunt elementa corporum vel plura vel vnũ, illa dicunt esse principia & elementa corporum, ex quibus componuntur & constant tanquam in eis existentibus. Sicut Empedoc. dicit, elementa corporum naturalium esse ignem, & aquam, & alia huiusmodi; quæ simul cum his elementa rerum dicit, ex quibus primis cum insint corpora naturalia constituuntue. Ponebant autem præter hæc duo alia quatuor principia, scilicet aerem, & terram, litem & amicitiam, vt in primo dictum est. Non autem dicebat nec Empedo. nec alij naturales Philosophi, quòd genera rerum essent earum principia & elementa. Tertiam rationẽ ponit ibi.

BESS.

Et ad hac siquis caterorum quoque naturã uelit considerare, veluti lectum ex quibus partibus, & quomodo compositus est, tunc eius naturam cognoscis. Ex his itaque rationibus, non essent principia, genera entium.

ANT. Par. 4.

Adhuc autem & aliorum siquis vult naturam speculari, vt lectum ex quibus partibus, & quomodo compositis, cognoscet eius naturam. Et ex his quidem rationibus non sunt principia genera existentium.

Quæ procedit in artificialibus. & dicit, quòd siquis velit {speculari naturã } idest diffinitionem indicantẽ essentiam aliorum corporum à corporibus naturalibus, scilicet artificialium, puta si vult cognoscere lectum, oportet considerare ex quibus partibus componitur, & modum compositionis earum, & sic cognoscet naturam lecti. Et post hoc concludit quòd genera non sunt principia entium. Deinde cum dicit.

BESS.

Cum autẽ singula cognoscimus per diffinitiones, principia vero definitionum genera sint, necesse est definitorum etiam principia genera esse.

ANT. Par. 5.

Quod si cognoscimus unumquodque per diffinitiones, & principia diffinitorum sunt ipsa genera, necesse & diffinitorum principia esse genera.

Obijcit ad partem contrariam, & ponit tres rationes, quarum prima talis est. Vnumquodque cognoscitue per suam diffinitionem, si igitue idem est principium essendi & cognoscendi, videtur, ꝙ id, qđ est principium diffinitionis sit principium rei diffinitæ. sed genera sunt principia diffinitionum, quia ex eis primo diffinitiones constituuntur, ergo genera sunt principia rerum quæ diffiniuntur. Secundam rationem ponit ibi.

BESS. Part. 6.

Et si entium habere sciẽtiam est ipsum habere specierum scientiam secundum quas etiam dicuntur, specierũ principia, ipsa genera sunt.

ANT.

Et si est eorum quæ sunt accipere scientiam, accipiẽda est scientia specierum, secũdum quas dicuntur esse entia. Specierum autem principia sunt genera.

Quæ talis est. Per hoc accipitur scientia de vnaquaque re, ꝙ scitur species eius secundum quam res est. non enim potest cognosci Soc. nisi pee hoc sciatur ꝙ est homo. Sed genera sunt principia specierum, quia species constituũtur ex genere & differentia, ergo genera sunt principia eorum quæ sunt. Tertiam rationem ponit ibi.

BESS.

Videntur autem quidam etiam eorum, qui elementa entium ipsum, vnum, aut ens, aut magnum, aut paruum dicunt, tanquam generibus eis vti.

ANT. Par. 7.

Videntur autem quidam dicentiũ elementa existẽtiũ vnũ, aut ens, aut magnũ, aut paruũ, vt generibus eis uti.

Et sumitue ex authoritate Platonicorum, qui posuerunt vnum, & ens esse principia, & magnum & paruum, quibus vtuntur vt generibus, ergo genera sunt principia. Deinde cum dicit.

BESS.

At vero non possibile est vtroque modo principia dicere. ratio nãque substantiæ, vna. diuersa vero erit, q̃ fit per genera, definitio, & q̃ dicit, ex quibus inexistẽtibus.

ANT. Part. 8.

Sed non possibile dicere vtrobique principia ipsa. Rõ nanque substantiæ est vna. Diuersa ergo erit quæ est per genera diffinitio, & quę dicit ex quibus est quę insunt.

Excludit quandam responsionem, qua posset dici ꝙ vtraque sunt principia, dicens ꝙ non est possibile dicere vtrobique esse {principia} vt elementa, id est partes ex quibus componitur aliquid, & genera. Et hoc probat tali ratione. Vnius rei vna est ratio diffinitiua manifestans eius substantiam, sicut & vna est substantia vniuscuiusque, sed non est eadem ratio diffinitiua, quæ datur per genera & quæ datur per partes, ex quibus aliquid componitur, ergo non potest esse vtraque diffinitio indicans substantiam rei. Ex principijs autem rei potest sumi ratio diffinitiua significãs substantiam eius. Impossibile est ergo quòd principia rerum sint simul genera, & ea ex quibus res componuntur. Deinde cum dicit.

BESS. Qõ lectã a supra motaex parte consideratorũ in scientia. Et sol. in fine huius lect. Parte. 9.

Et ad hęc, & quàm maxime ipsa genera, principia sunt vtrũ prima generũ arbitrandũ sit esse principia, an ultima, q̃ de indiuiduis prędicãtur? etenim hoc dubitatũ.

ANT. Par. seq.

Adhuc autem, si maxime principia sunt genera, vtrũ prima generũ oportet existimare principia, aut ultima p̃dicata de indiuiduis? Etenim hoc dubitationem habet.

Disputat secundam quæstionem, & peimo mouet eam. Secundo ad eam rationes inducit ibi: { Nam si quidem vniuersalia &c. } Dicit ergo, ꝙ si ponamus ꝙ geneea sint maxime principia, quæ opoetet existimare magis esse principia, vtrum prima de numero {generum }, scilicet communissima, aut etiam infima, quæ proxima prædicantue de indiuiduis, scilicet species specialissimas. Hoc enim habet dubitationem sicut ex sequentibus patet. Deinde cum dicit.

Si.n. quoniã uniuersalia, magis principia sunt, patet quòd suprema generum (hęc enim de omnibus dicuntur)

Tot igitur principia entium erunt, quot prima generum sunt. Quare & ipsum ens, & ipsum vnum, principia & substantia erunt, hæc enim de omnibus maxime entibus dicuntur. Non est autem possibile, neque ipsum vnum, entium esse genus, neque ipsum ens. necesse etenim est vniuscuiusque generis differentias & esse, & vnāquamque vnam esse. impossibile uero est, aut species generis de proprijs differentijs prędicari, aut genus esse absque suis speciebus. Quare si vnum, vel ens genus est, nulla differentia, nec vnum, nec ens erit. at si non genera, nec principia erunt. siquidem genera principia sunt.

A N T. Part. 10.

Nam siquidem vniuersalia sunt magis principia, palam quia suprema generum. ea nanque maxime dicuntur de omnibus existentibus. tot igitur erunt entium principia, quot & prima genera. quare erit ens & vnū principia & substantiæ. ea nanque de omnibus maxime dicū tur existentibus. Non est autem possibile genus entium esse vnum, neque vnum neque ens. Nam necesse est differentias cuiusque generis & esse, & unam esse quamlibet. Impossibile autem prædicari aut species de propriorum generum differentijs: aut genus sine suis speciebus. Quare si unum genus aut ens, nulla differentia neque unum neque ens erit. Sed si non genera, nec principia erunt si principia genera.

Obijcit ad propositam quæstionem, & circa hoc tria facit. Primo enim inducit rationes ad ostendendum, ꝙ prima genera non possent esse principia. Secundo inducit rationes ostendendum, quòd species vltimæ magis debent dici principia: ibi {At vero & si magis.} Tertio obijcit ad propositum. ibi {Iterum autem &c.} Circa primum ponit tres rationes, quarum prima talis est. Si genera sunt magis principia quanto sunt vniuersalia, oportet quòd illa, quæ sunt maxime vniuersalia, quæ scilicet dicuntur de omnibus, sint prima inter genera & maxime principia. tot ergo erunt rerum principia, quot sunt huiusmodi genera communissima. Sed communissima omnium sunt vnum & ens, quæ de omnibus prædicantur: ergo vnum & ens erunt principia & substantię omnium rerum. Sed hoc est impossibile, quia non possunt omnium rerum esse genus, vnum & ens: quia, cum ens & vnum vniuersalissima sint, si vnum & ens essent principia generum, sequetur quòd principia non essent genera. Sic ergo positio, qua ponitur communissima generum esse principia est impossibilis, quia sequitur ex ea oppositum positi, scilicet ꝙ principia non sunt genera. Quod autem ens & vnum non possint esse genera, probat tali ratione. Quia cum differētia addita generi constituat speciem, de differentia prædicari non poterit, nec species sine genere, nec genus sine speciebus. Quod autem species de differentia prædicari non possit, patet ex duobus. Primo quidem, quia differentia in plus est quam species, vt Porphyrius tradit. Secundo quia cum differentia ponatur in diffinitione speciei, non posset species prædicari per se de differentia, nisi intelligeretur quòd differentia esset subiectum speciei, sicut numerus est subiectum paris, in cuius diffinitione ponitur. Hoc autem non sic se habet, sed magis differentia est quædam forma speciei. Non ergo posset species prædicari de differentia, nisi forte per accidens. Similiter etiam nec genus per se sumptum, potest prædicari de differentia prædicatione per se. Non.n. genus ponitur in diffinitione differētiæ qa differētia nō participat genus: vt dr in Quarto Topicorum. Nec etiam differentia ponitur in diffinitione generis, ergo nullo modo per se genus prædicatur de differentia. Prædicatur tamen de eo quod {habet differentiam} idest de specie, quæ habet differentiam in actu. Et ideo dicit, ꝙ de proprijs differentijs generis non prædicatur species, nec genus sine speciebus, quia scilicet genus prædicatur de differentijs secundum ꝙ sunt in speciebus. Nulla autem differentia potest accipi, de qua non prædicetur ens & vnum, quia q̄libet differentia cuiuslibet generis est ens & est vna. Alioquin non posset constituere vnam aliquam speciem entis. ergo impossibile est quòd vnum & ens sint genera.

Par. 12. Part. 15.

Ens non potest esse genus.

Genus non potest prædicari per se primo modo de differentia. Cap. 3.

B E S S.

Item etiam media cum differentijs collecta, erunt genera vsque ad indiuidua. nunc autem quædam videntur, quædam vero non videntur. & ad hęc, differentiæ magis principia, quàm genera. si igitur istę etiā principia, infinita (vt ita dicam) principia fiūt, & maxime si quis primum genus principium ponat.

A N T. Tex. c. 11. Pa. 11.

Amplius autem quę sunt intermedia, & coaccepta cum differentijs erunt genera vsque ad indiuidua. Nunc autem hęc quidem videntur, illa autem non videntur. Adhuc magis differentiæ sunt principia quàm genera, & si hę sunt principia, infinita (vt ita dicatur) erunt principia. Aliter & si primum quidem genus principium ponat.

Secundam rationem ponit, quæ talis est. Si genera dicuntur principia, quia sunt communia & prædicā-tur de pluribus, oportebit quòd omnia q̄ pari ratione erunt principia, quia sunt communia, & prædicata de pluribus sint genera. Sed omnia quæ sunt media inter prima genera & indiuidua, quæ scilicet sunt coaccepta cum differentijs aliquibus sunt communia prædicata de pluribus: ergo sunt principia & sunt genera, quod patet esse falsum. Quædam enim eorum sunt genera sicut species subalternæ, quædam vero non sunt genera sicut species specialissimæ. Non ergo verum est, quòd prima genera siue communia sint principia prima. Præterea. Si prima genera sunt principia, quia sunt principia cognitionis specierum, multo magis differentiæ sunt principia, quia differentiæ sunt principia formalia specierum. Forma autem & actus est maxime principium cognoscendi. Sed differentias esse principia rerum est inconueniens, quia secundum hoc erunt quasi infinita principia. Sunt.n. vt ita dicatur, infinitæ rerum differentiæ, nō quidem infinitæ ſm rerū naturā, sed quo ad nos. Et ꝙ sint infinitæ patet dupliciter. Vno modo siquis consideret multitudinem ipsam differentiarum secundum se. Alio modo siquis accipiat primum genus quasi primum principium. Manifestum enim est ꝙ sub eo cōtinentur innumerabiles differentiæ. Non ergo prima genera sunt principia. Deinde cum dicit.

B E S S.

At vero & si principalis species, magis ipsum vnum est. (vnum autem est, quod indiuisibile est, omne vero indiuisibile. aut secundum quantum, aut secundum speciem. prius autem, quod secundum speciem est. genera autem, magis diuisibilia in species) vnum erit profectò, quod vltimo prædicatur. non enim est homo, genus singularium hominum.

A N T. Pa. 12.

At vero et si magis principium speciale sit vnum, vnum autē indiuisibile, indiuisibile vero omne siue secūdum quantitatem, siue secundum speciem, & prius quod secundum speciem: genera vero diuisibilia in species: magis vtique erit vnum vltimum prædicatum. Non enim est genus homo aliquorum hominum.

Ostēdit, ꝙ species specialissimæ sunt magis principia q̄ genera, & ponit tres rationes, quarum prima talis est. Vnū ſm Platonicos maxime vr habere {spēm} idest rōnē principij. vnum vero habet rōnē indiuisibilitatis, quia vnum nihil est aliud q̄ ens indiuisum. Dupliciter est autem aliquid indiuisibile, scilicet secundum quantitatem, & secundum speciem. Secundum quantitatem quidem, sicut punctus & vnitas, & hoc

indiuisi-

indiuisibile opponitur diuisioni quantitatis. Secundū speciem autem, sicut quod non diuiditur in multas species. Sed inter hæc duo indiuisibilia prius & principalius est, quod est indiuisibile secundum speciem, sicut & species rei est prior quàm quantitas eius, ergo illud quod est indiuisibile secundum speciem, est magis principium eo, quod est indiuisibile secundum qualitatem. Et quidem fm quantitatis numeralis diuisionem videtur esse magis indiuisibile genus, quia multarum specierum est vnum genus, sed secūdum diuisionem speciei magis est indiuisibilis vna species. Genera enim diuiduntur in species. Et sic vltimum prædicatum de pluribus quod non est genus, plurium specierum, scilicet specialissima est magis vnum secundum speciem quàm genus. Sicut homo & quælibet alia species specialissima, non est genus aliquorum hominum. Est ergo magis principium species quàm genus.

BESS. *Item in quibus prius, & posterius est, non est impossibile, quod de his dicitur, aliquid præter hæc esse. Vt puta si dualitas numerorum est prima, non erit aliquis numerus, præter species numerorum. similiter neque figuræ præter species figurarum. quòd si non horum, multo minus aliorum. erunt genera præter species. horum enim, maxime videntur genera esse. in indiuiduis vero, non est hoc quidem prius, illud vero posterius.*

ANT. Par. 13. *Amplius in quibus est prius & posterius est, non est possibile in his aliquid esse præter ea. Vt si prima numerorum est dualitas, non erit numerus aliquis præter species numerorū. similiter autem nec figura aliqua, præter species figurarum. Si autem non horum, scholia, idest interpretatio aliorum genera erunt præter species. Horū enim maxime videntur esse genera. In indiuiduis vero non hoc est primum & aliud posterius.*

Quare Plato posuit ideas specierum & non generum. Secundam rationem ponit, quæ procedit ex quadam positione Platonis, qui quando aliquid vnum de pluribus prædicatur, non secundum prius & posterius, posuit illud vnum separatum, sicut hominē præter omnes homines. Quando vero aliquid prædicatur de pluribus secundum prius & posterius, non ponebat illud separatum. Et hoc est quod dicit quod in quibus prius & posterius est, scilicet quando vnum eorum, de quibus aliquod commune prædicatur est altero prius, non est possibile in his aliquid esse separatum, præter hæc multa de quibus prædicatur. Sicut si numeri se habent secundum ordinem, ita quod dualitas est prima species numerorum, non inuenitur idea numeri præter omnes species numerorum. Eadem ratione non inuenitur figura separata, præter omnes species figurarum. Et huius ratio esse potest, quia ideo aliquod commune ponitur separatum, vt sit quoddam primum quod omnia alia participent. Si igitur vnum de multis sit primū, quod omnia alia participent, non oportet ponere aliquid separatum, quod omnia participant. Sed talia videntur omnia genera, quia omnes species generum inueniuntur differre secundum perfectius & minus perfectum. Et per consequens secundum prius & posterius secundum naturam. Si igitur eorum quorum vnum est prius altero, nō est accipere aliquid commune separatum, si genus præter species inueniatur, erunt schola aliorum, idest erit eorum alia doctrina & regula, & non tal dabitur in eis prædicta regula. Sed manifestum est quod inter indiuidua vnius speciei, non est vnum primum & aliud posterius secundum naturam, sed solum tempore. Et ita species secundum scholam Platonis est aliquid separatum. Cum igitur eo nūmia sint principia inquantum sunt separata, sequitur quod sit magis principium species quàm genus.

BESS. *Item vbicunque hoc quidem melius, hoc vero deterius est, semper prius est, quod melius est. quare nihil horum genus esset. Ex his itaque magis apparent, quæ de indiuiduis prædicantur quàm genera esse principia.*

ANT. Par. 14. *Amplius autem vbi hoc quidem melius, illud autem vilius, semper quod est melius, prius. Quare nihil horum erit genus. Ex his igitur magis uidentur quę de indiuiduis sunt prædicata, esse generum principia.*

Idest quorū vnū est prius fm naturā & alterum posterius. Tertiam rationem ponit quæ sumitur ex meliori & peiori, quia in quibuscunque inuenitur vnum alio melius, semper illud quod est melius, est prius secundum naturam. Sed horum quæ sic se habent nō potest poni vnum genus commune separatum, ergo eorum quorum vnum est melius, & aliud peius, non potest poni vnum genus separatum. Et sic redit in idem quod prius. Hæc enim ratio reducitur quasi confirmatio præcedentis ad ostendendum, quod in speciebus cuiuslibet generis inuenitur prius & posterius. Et ex tribus his rationibus concludit propositum, scilicet quod species specialissimæ quæ immediate de indiuiduis prædicantur, magis videntur esse principia quàm genera. Ponitur enim genitiuus generum loco ablatiui more græcorū. Vnde litera Boetij planior est, quæ expresse concludit huiusmodi prædicata magis esse principia quàm genera. Deindè cum dicit.

BESS. *Rursus tamen quomodo oporteat ista existimare principia, nō est facile dictu. principium enim & causam esse oportet præter res, quarum principium est, & posse esse separatum ab eis. tale quid autem esse præter singulare, cur quisquam opinaretur, nisi quoniam vniuersaliter, & de omnibus prædicatur? at si propter hoc, quæ magis vniuersalia sunt, magis ponēda principia sunt. quare prima genera, vtique principia sint.*

ANT. Par. 15. *Iterum autem quomodo oportet suscipere principia, dicere facile non est. Principium enim causam oportet esse præter res quarum est principium, & possibile ab eis separatum esse. Tale vero aliquid præter singularia esse, quare aliquis suscipit, nisi quia vniuersaliter & de omnibus prædicatur? Sed si propter hoc, magis vniuersalia, magis ponenda sunt principia. Quare principia erunt genera.*

Obijcit in contrarium tali ratione. Principium & causa est præter res quarum est principium & causa, & possibile est ab eis esse separatum. Et hoc ideo quia nihil est causa suijpsius. Et loquitur hic de principijs & causis extrinsecis, quæ sunt causæ totius rei. Sed aliquid esse præter singularia non ponitur, nisi quia est commune & vniuersaliter de omnibus prædicatum, ergo quanto aliquid est magis vniuersale, tanto magis est separatum, & magis debet poni principium. Sed genera prima sunt maxime vniuersalia, ergo genera prima sunt maxime principia. Harum autem quæstionum solutio innuitur ex hac vltima ratione. Secundum hoc enim genera vel species vniuersalia principia ponebantur, inquantum ponebantur separata. Quod autem non sint separata & per se subsistentia ostendetur in 7. huius. Vnde & Commentator in 8. ostendet quod principia rerum sunt materia & forma, ad quorum similitudinem se habent genus & species. Nam genus sumitur à materia, differentia vero à forma, vt in eodē libro manifestabitur. Vnde cū forma sit magis principium quàm materia, secundū hoc etiā erunt species magis principia quàm genera. Quod vero contra obijcitur ex hoc quod genera sunt principia cognoscendi speciem & diffinitiones ipsius, eodem modo soluitur sicut & de separatione. Quia enim separatim accipitur à ratione genus sine speciebus, est principium in cognoscendo. Et eodem

Soluit quænes hic & parti in 7. Tex.c.51. & inde. Cō. 15. sup Tex.c.6.

modo esset principium in essendo, si haberet esse separatum.

LECTIO IX.

Num aliqua vniuersalia sint à sensibilibus singularibus, etiãex materia & forma compositis, separata, inquirit.

BESS. Tex.12.

Est autem consequens his, & ad speculandum omnium difficillima, maximeque necessaria dubitatio, de qua præsens fit sermo.

ANT. Tex.c.12. Par.1.

Est autem habita his dubitatio & omnium difficillima, & ad considerandum maxime necessaria, de qua ratio nunc existit.

Postquam Philosophus disputauit quæstionem de vniuersalibus, vtrum sint principia. Hic consequenter mouet quæstionem de separatis, vtrũ scilicet aliquid sit separatum à sensibilibus, quod sit eorum principium. Et circa hoc pertractat duas questiones, quarũ prima est. An vniuersalia sint separata à singularibus. Secunda est, an sit aliquid formale separatum ab his, quæ sunt cõposita ex materia & forma, ibi. §Amplius autem si quãmmaxime &c.§ Circa primum tria facit. Primo describit dubitationẽ. Secundo obijcit ad vnã partem, ibi. §Nam si non est &c.§ Tertio obijcit ad partem aliam, ibi. §At vero &c.§ Est ergo hæc dubitatio de eo quod tactum est in vltima ratione præcedẽtis quæstionis, vtrum scilicet vniuersale sit separatum à singularibus, sicut præmissa rõ supponebat. Et hoc est quod dicit. §De qua ratio nũc extitit§ idest de qua immediate præcedens ratio præcelsit. De hac autem dubitatione ita dicit, primo q́ est habita§ idest consequenter se habens ad præmissa: quia sicut iam dictum est, ex hoc dependet cõnsideratio præcedentis quæstionis. Nam si vniuersalia non sunt separata, non sunt principia, si autem sunt separata, sunt principia. Secundo dicit de ea, q̃ de difficillima oĩum dubitationum huius scientiæ. Quod ostenditur ex hoc quòd eminentissimi philosophi de ea diuersimode senserunt. Nam Platonici posuerunt vniuersalia esse separata, alijs philosophis contra ponentibus. Tertio dicit de eaquòd est maxime necessaria ad considerandum, quia, scilicet ex ea dependet tota cognitio substantiarum tam sensibilium quàm immaterialiũ. Deinde eum dicit.

In parte.4. parte.sequ. parte.3.

Qõ tangẽs motiuũ.3. 4.& 5.q.superius motarũ ex par. te considerationum & soluit in.7 lect.13.14.

BESS.

Si etenim non est quicquam præter singularia, singularia vero infinita sunt, quõ possibile est infinitorum habere scientiã? quatenus enim vnum quid, & idẽ, & quatenus vniuersale quid est, eatenus oĩa cognoscimus.

ANT. Par.2.

Nam si non est aliquid præter singularia, singularia vero infinita, quomodo accipere contingit scientiam? Nam inquantum vnum aliquid & idem, & inquantum vniuersale aliquid est, intantum omnia cognoscimus.

Obijcit ad ostendendum, q̃ vniuersalia sint separata à singularibus, singulari a enim sunt infinita, infinita autem cognosci nõ possunt. Vnde singularia omnia cognosci non possunt, nisi inquantum reducũtur ad aliquid vnum, quod est vniuersale. Sic igitur scientia de rebus singularibus non habetur, nisi inquantũ sciuntur vniuersalia. Sed scia non est nisi verorum & existentium, ergo vniuersalia sunt aliqua per se existentia præter singularia. Deinde cum dicit.

BESS.

At si hoc necesse est, & oportet aliquid præter singularia esse, necesse erit, vt genera aut vltima, aut prima sint præter singularia: hoc autem, quod impossibile sit paulo ante dubitauimus.

ANT. Par.3.

At vero si hoc est necesse, & oportet aliqd esse p̃ter singularia, erit necesse esse gña p̃ter singularia, aut vltima, aut prima. Hoc aũt q̃ ipossibile, nũc dubitauimus.

Obijcit in contrarium hoc modo. Si necesse est vniuersalia esse aliquid præter singularia, oportet q̃ genera sint præter singularia, vel prima generum, vel etiam vltima, quæ sunt immediate ante singularia. sed hoc est impossibile, vt ex præcedenti dubitatione patet, ergo vniuersalia non sunt à singularibus separata. Hanc autem dubitationem soluit Philosophus in.7.huius, vbi ostendit multipliciter vniuersalia non esse substantias per se subsistentes.

Lec.13.14. Tex.co.45. & inde.

Nec oportet, sicut multoties dictũ est, q̃ aliquid eundem modum: essendi habeat in rebus, per quem modum ab intellectu scientis comprehẽditur. Nam intellectus immaterialiter cognoscit materialia, & similiter naturas rerum, quæ singulariter in rebus existunt, intellectus cognoscit vniuersaliter, idest absque consideratione principiorum & accidentium indiuidualium. Deinde cum dicit.

BESS.

Item, si quam maximè aliquid est præter totum, cum quicquam de materia prædicetur, vtrum si aliqua species est, præter omnia esse aliquid oporteat, an præter aliqua esse, & præter aliqua non esse, an præter nullum.

ANT. Parte.4.

Amplius autem, si quam maxime est aliquid præter simul totum, quãdo prædicatur aliquid de materia, vtrũ si est aliquid prçteromnia oportet aliqd esse, aut prçter quædã esse, & præter quædam non esse, aut prçter nihil.

Prosequitur de alia quæstione, vtrum scilicet aliquid sit separatum à compositis ex materia & forma, & circa hoc duo facit. Primo mouet quæstionem, secundo prosequitur eam, ibi. §Si igitur &c.§ Circa primum considerandum est, q̃ primo mouet quæstionem, vtrum vniuersale sit separatum à singularibus. Contingit autem aliquod singulare esse compositum ex materia & forma, non tamen omne singulare ex materia & forma est cõpositum, nec secundum rei veritatem, quia substantiæ separatæ sunt quædam particulares substantiæ, quia per se stantes & per se operantes: nec etiam secundum opi. Platonicorum, qui ponebant etiam in mathematicis separatis esse quædam particularia, ponendo plura ex eis in vna specie. Et quamuis dubitari possit, vtrum etiam in his, quæ nõ sunt composita ex materia & forma, sit aliquid separatum sicut vniuersale à singulari, tamen hoc maxime habet dubitationem in rebus compositis ex materia & forma: & ideo dicit, quòd maxime est dubitabile, vtrum sit aliquid §præter simul totum &c.§ idest præter rem compositam ex materia & forma. Et quare dicatur simul totum cõpositum, exponit subdens, vt quando prædicatur aliquid de materia. Ponebat enim Plato q̃ sensibilis materia participabat vniuer salia separata. Et ex hoc erat q̃ vniuersalia prædicantur de singularibus. Et ipse participationes vniuersalium formarum in materialibus sensibilibus cõstituunt simul totum, quasi vniuersalis forma per modum participationis cuiusdam sit de materia prædicata. In his autem quæstionem trimembrem proponit; vtrum, s. præter omnia huiusmodi sit aliquid separatum, aut præter quædam eorum, & non prçter alia, aut præter nihil eorum. Deinde eum dicit.

Parte.seq. Hæc est q̃ 6. superius mota ex part. considerationum, & soluitur par tim in 12. Lec 6. perse vero in.7. Lect.7.

BESS.

Si igitur nihil prçter singularia est, nihil intelligibile erit, sed omnia sensibilia. & scientia nullius erit: nisi quis sensum dicat scientiam esse.

ANT. Part.5.

Si igitur nihil est prçter singularia, nihil est intellectuale, sed omnia sensibilia. & scientia nullius, nisi quis dicat sensum esse scientiam.

Prosequitur prædictam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo obijcit contra hoc, quòd poni posset nihil separatum esse ab his quæ sunt composita ex materia & forma. Secundo obijcit ad oppositum, ibi. §Sed si hoc &c.§ Circa primum obijcit duplici

Infra. Part. 10.

dupliciuia. Primo quidem ex hoc, quòd ea, quæ sunt composita ex materia & forma sunt sensibilia, unde proponit quòd ea quæ sunt composita ex materia & forma sunt singularia. Singularia autem non sunt intelligibilia, sed sensibilia. Si igitur nihil est præter singularium composita ex materia & forma, nihil erit intelligibile, sed omnia entia erunt sensibilia. Sciẽtia autem non est nisi intelligibilium, ergo sequitur ꝙ nullius rei sit scientia: nisi aliquis dicat quòd sensus & scientia sunt idem, vt antiqui naturales posuerunt: sicut dicitur in primo de anima. Vtrunque autem horum est inconueniens, s. uel ꝙ non sit scientia, uel ꝙ scia sit sensus, ergo & primum est inconueniens, s. ꝙ nihil sit pręter singularia composita ex materia & forma. Secundo obijcit ex hoc, ꝙ composita ex materia & forma sunt mobilia.

Lect. 5. Tex. c. 12.

BESS. *Item nihil esset sempiternum, nec immobile. sensibilia enim omnia corrumpuntur, & in motu sunt.*

ANT. Par. 6. *Amplius autem neque sempiternum est aliquid, nec immobile. Nam sensibilia omnia corrumpuntur & in motu sunt.*

Inducit talem rationem. Omnia sensibilia composita ex materia & forma corrumpuntur & in motu sunt: si igitur nihil sit præter huiusmodi entia, sequetur quòd nihil sit sempiternum, nec immobile. Deinde cum dicit.

BESS. *At si nihil est sempiternum, neque generationem esse possibile est. necesse est enim aliquid esse id, quod fit, & ex quo fit, & ultimum horum ingenitum esse. siquidem stat, & ex non ente fieri impossibile est.*

ANT. Part. 7. *At vero si sempiternum nihil est, nec generationem possibile est esse. Necesse enim est aliquid esse quod factũ est, & ex quo fit, & horum ultimum ingenitum, si stat, & ex non ente generari impossibile.*

Ostendit esse inconueniens, scilicet quòd nihil sit sempiternum & immobile, & primo ex parte materiæ. Secundo ex parte formæ, ibi. {Amplius autem cũ fit &c.} Dicit ergo primo, quòd si nihil est sempiternum, non est possibile esse generationem alicuius rei. Et hoc probat sic. Quia in omni generatione necesse est aliquid quod fit, & aliquid ex quo fit. Si ergo id, ex quo fit aliquid, iterum generatur, oportet quòd ex aliquo generetur. Aut ergo necesse est quòd in infinitũ ꝓcedatur in materijs, aut quòd stet processus in aliquo primo, quod sit aliquod primum materiale principium non generatum, nisi forte dicatur quòd generetur ex non ente, quod est impossibile. Si autem in infinitum procederetur, nunquam posset compleri generatio, quia infinita non est transire, ergo uel oportet ponere aliquid ingenitum materiale principium, aut impossibile est esse aliquam generationem. Deinde cum dicit.

par. sequen.

BESS. *Item generatione & motu existente necesse est, vt finis etiam sit. nec enim infinitus est aliquis motus, sed cuiusque est finis. & fieri non est possibile, quod factum esse impossibile sit, quòd autem factum est, necesse est, vt sit, cum primo factum est.*

ANT. Part. 8. *Amplius autem cum sit generatio & motus, finem esse necesse est. Motus enim nullus est infinitus, sed omnis est finitus. Generariq; impossibile, quod est impossibile factum esse. Quod autem generatum est, esse necesse est, quando primum factum est.*

Ostendit idem ex parte causæ formalis, & ponit duas rationes, quarum prima talis est. Omnis generatio & motus necesse est quòd habeat aliquem finem. Et hoc probat, quia nullus motus est infinitus, sed cuiuslibet motus est aliquis finis. Hoc aut. m planum est in illis motibus, qui finiuntur in suis terminis. Sed videtur habere instantiam in motu circulari, qui potest esse perpetuus & infinitus, ut probatur in 8. Phy. Et quamuis supposita sempiternitate motus, tota cõtinuitas circularis motus sit infinita, secundum quod circulatio succedit circulationi, tamen qnælibet circulatio secundum speciem suam, completa & finita est. Quod autem ei succedat alia circulatio, hoc accidit quantum ad circulationis speciem. Et quod dixerat de motu uniuersaliter, specialiter ostendit de generatione. non enim potest esse aliqua generatio una infinita, quia nõ potest aliquid generari quod impossibile est peruenire ad finem generationis, cuius finis est factum esse. Et quòd factum esse sit terminus generationis, ex hoc patet, quia quod generatum est, necesse est esse. {Quando primo factũ est} id est quando primo terminatur generatio eius. Oportet igitur ꝙ cum forma secundum quam aliquid est, sit terminus generationis, quòd non sit procedere in infinitum in formis, sed quòd sit aliqua forma ultima, cuius non sit aliqua generatio. Omnis enim generationis finis est forma, ut dictum est. Et sic videtur & quòd sicut materiam, ex qua aliquid generatur, oportet esse ingenitam, ex eo quòd non proceditur in infinitum, ita etiam quòd formam aliquam oportet esse ingenitam, ex hoc quòd in infinitum non procedatur in formis.

Tex. c. 10. Quo motus cęli sit finitus, uel infinitus.

BESS. *Item si materia est, propterea quod ingenita est, multo magis rationabile est ipsam substantiam esse, cum illa existat, ut hæc sit. si enim nec hæc erit, nec illa, nihil erit omnino. quòd si hoc impossibile est, necesse est, ut forma, & species aliquid præter totum sit.*

ANT. Part. 9. *Amplius autem si materia est, quia est ingenita, multo rõnabilius est esse substantiam, quando hæc aliquando fit esse. Nam si nec hæc erit, nec illa, nihil erit omnino. Sed si hoc est impossibile, necesse est aliquid esse præter synolon. scilicet formam & speciem.*

Secundam rationem ponit quæ talis est. Si materia aliqua est prima, quia est ingenita, multo rationabilius est quod sit substantia, idest forma ingenita, cum per formam res habeat esse, materia uero magis sit subiectum generationis & transmutationis. Si vero neutrum eorum sit ingenitum, nihil omnino erit ingenitum, cum omne quod est, pertineat ad rationem materiæ vel formæ, uel sit compositum ex utroque. Hoc autem est impossibile, ut nihil sit ingenitum, sicut probatum est. Ergo relinquitur quod necesse est aliquid esse {præter synolon}, idest simul totum, idest præter singulare compositum ex materia & forma. Et hoc dico aliquid quod sit forma & species. Materia enim per se non potest esse separata à singularibus, quia non habet esse nisi per aliud. De forma uero hoc magis videtur, per quam est esse rerum. Deinde cum dicit.

BESS. *Si autem rursus hoc aliquis ponet, dubium est, de quibus hoc ponet, & de quibus non. quòd enim de omnibus non est possibile, patet: non enim ponemus aliquam esse domum, præter domos singulares.*

ANT. Par. 10. *Sed si hoc iterum quis ponit, dubitatio est, in quibus hoc ponet, & in quibus non. Nam quia in omnibus non existimatur manifestum. Non enim ponemus domum aliquam præter domos aliquas.*

Obijcit in contrarium. Si enim aliquis ponat aliquam formam esse separatam præter singularia composita ex materia & forma, erit dubitatio in quibus hoc sit ponendum, & in quibus non. Manifestum enim est quòd hoc non est ponendum in omnibus præcipue in artificialibus. Non enim est possibile ꝙ sit aliqua domus, pręter hanc domum sensibilem cõpositam ex materia & forma. Hanc autem dubitationem

Tex. c. 14. Tex. c. 28. Solui qō.

nem soluit Aristo. partim quidem in 12. huius; ubi ostendit esse quasdam substantias à sensibilibus separatas, quæ sunt secundũ seipsas intelligibiles: partim vero in septimo huius, ubi ostendit formas & species rerum sensibilium non esse à materia separatas. Non tamen sequitur, quòd de rebus sensibilibus non possit haberi scientia, vel quòd scientia sit sensus. Non. n. oportet quòd eundem modum essendi habeant res in seipsis, quem habent in consideratione scientis. Quæ enim seiptis materialia sunt, ab intellectu im materialiter cognoscuntur, ut etiam supra dictum est. Nec etiam oportet si forma non est separata à materia quòd generetur, quia formarum nõ est generatio, sed compositorum, ut in septimo huius ostendetur. Patet ergo in qbus oportet ponere separatas formas, & in quibus non. Nam omnium eorum quæ sunt secundum suam naturam sensibilia, formæ non sunt separatæ. Sed illa quæ sunt secundum naturam suam intelligibilia, sunt à materia separata. Non. n. substantiæ separatæ sunt naturæ horum sensibilium, sed sunt altioris naturæ, alium habentes ordinem in rebus.

Lect. 8. Tex. c. 27.

LECTIO X.

Num omnium sit una substantia, & eadem sint omnium rerum principia, uel diuersa inquirit.

BESS. Text. c. 13.

ET ad hæc vtrum vna erit omnium substantia, vt puta hominum.

ANT. Tex. c. 13.

Adhuc autem vtrum substantia una est omnium, vt hominum.

Par. prima. Infra le. 15. Ibi par. 4. Infra lec. 12

Postquam Philosophus inquisiuit quæ sunt principia, & utrum sint aliqua à materia separata, hic inquirit qualia sint principia. Et primo inquirit de unitate & multitudine ipsorum. Secundo inquirit, utrũ sint in potentia vel in actu, ibi. (His autem à fine est quærere &c.) Tertio utrum principia sint uniuersalia vel singularia, ibi. (Et vtrum uniuersalia sint &c.) Circa primum duo facit. Primo inquirit qualiter principia se habeant ad unitatem. Secundo qualiter ipsum unũ se habeat ad rationem principij, ibi. (Omnium aũt &c.) Circa primum tria facit. Primo inquirit specialiter de principio formali, utrum sit unum omnium existentium in una specie. Secundo inquirit idem de omnibus generaliter principijs, ibi. (Amplius autem &c.) Tertio inquirit, utrum eadem sint principia aut diuersa corruptibilium & Incorruptibilium, ibi. (Non minor autem &c.) Circa primum duo facit: Primo mouet dubitationem. Secundo obijcit ad quæstionem, ibi. (Sed impossibile &c.) Est ergo dubitatio, utrum sit una substantia, idest forma omnium existẽtium in una specie, puta hominũ. Deinde cum dicit;

Infra par. 4. Lect. seq. Par. seq. Hæc qō ranqi motiuũ 7. q. supius mota ex parte cõsiderãtorũ, & soluitur i septimo lect. 10.

BESS. *Sed absurdum est. non enim unum essent omnia, quorum substantia una, sed multa atque diuersa, sed hoc etiam inconueniens est.*

ANT. Par. 2. *Sed impossibile est. Non enim unum omnium quorũ substantia una, sed multa & differentia. Sed hoc extra rationem est.*

Obijcit ad unam partem quæstionis, scilicet ad ostendendum quòd non sit una forma omnium existentium in una specie, & hoc duab[9] rationibus, quarum prima talis est. Ea, quæ sunt in una specie, sunt multa & differentia: si igitur omnium in una specie existentium sit una substantia: sequetur quòd ea, quorum substantia est una sint multa & differentia, quod est irrationabile.

BESS. *Simul autem quomodo materia unumquodque horũ est, & est totum hæc ambo?*

ANT. Par. 3. *Simul autem & quomodo sit materia horum singulum, & sit horum totum, simul ea ambo? [illegible]*

Hic ponit secũdam rationem, quæ talis est. Illud, quod est in se unum & indiuisum, non componitur cum aliquo diuiso ad constitutionem multorum; sed manifestũ est quòd materia diuiditur in diuersis singularibus. Si igitur substantia formalis esset una & eadem, non esset assignare quomodo singulum horum singularium sit materia, habens talem substantiam, quæ est una & idiuisa, ita quòd singulariter sit simul totum habens hæc duo, scilicet materiam & formam substantialem, quæ est una & indiuisa. In contrarium autem non obijcit, quia rationes, quæ ad sequentem quæstionem proponuntur, ad oppositum prædictarum rationum, sunt etiam illæ, quæ sunt propositæ supra de separatione uniuersalium. Ná si sit uniuersale separatum, necesse est ponere unam numero substantiam eorum, quæ conueniunt in specie, quia uniuersale est substantia singularium. Huius autem quæstionis ueritas determinatur in Septimo huius, ubi ostẽdetur quodquidest, idest essentiam cuiuslibet rei non esse aliud quàm rem ipsam, nisi per accidens, ut ibi dicetur. Deinde cum dicit.

Tex. c. 20.

BESS. *Item de principijs hoc etiam aliquis dubitabit, nam si specie sunt unum, nihil erit numero unum, nec ipsum unum, & ipsum ens. Ipsumq; scire quomodo erit, si non aliquod unum in omnibus erit?*

ANT. Tex. c. 14. Par. 4. *Amplius autem & de principijs hoc dubitabit aliqs. Nam si specie sunt vnum, nihil erit numero unum. Nec unũ iterum unum ipsum & ens. Et scire quomodo erit, nisi quid unum fuerit in omnibus?*

Hæc fuit 7. qō sup. mota ex parte cõsideratorũ, & soluitur in. 12. Tex. co. 19. Part. seq.

Mouet dubitationem de unitate principiorum in communi. Vtrum, scilicet principia rerum sint eadẽ numero: uel eadem specie, & numero diuersa, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum, quòd sint eadem numero, secundo ad oppositum, ibi, (At uero &c.) Circa primum ponit tres rationes, & præmittit dubitationem dicens, quòd idem potest quæri uniuersaliter de principijs rerum, quod quæsitum est de substantia, utrum scilicet principia rerum sint eadem numero. Et inducit primam rationem ad ostendendum, quòd sint eadem numero. Nõ enim inuenitur in principiatis nisi quod ex principijs habent: si igitur in principijs non inueniatur unũ numero, sed solum unum specie, nihil erit in principiatis unum numero, sed solum unum specie. Secunda ratio talis est quia illud quod est ipsum unum uel ipsum ens, oportet quòd sit unum numero. Dicit autem ipsum vnum, uel ipsum ens, vnitatem, aut ens abstractum. Si igitur principium rerum non sit unum numero, sed solum unum specie, sequetur, quòd nihil sit ipsum unum & etiam ipsum ens, idest quod ens & unum non per se subsistant. Tertia ratio est, quia sciẽtia habetur de rebus per hoc, quòd unum inuenitur in multis, sicut homo communis inuenitur in omnibus hominibus. nõ enim est scientia de singularibus, sed de uno quod inuenitur in eis. Omnis autem scientia uel cognitio principiatorum dependet ex cognitione principiorum. Si igitur principia non sunt vnũ numero, sed solum unum specie, sequitur, quod scientia non sit de rebus. Deinde cum dicit.

BESS. *At uero si numero unum, quodq; principiorum unũ, & non, ut in sensibilibus, alia aliorum, ut puta huius syllabæ cum specie sit eadem, etiam principia specie eadẽ sunt; etenim hæc; numero alia sunt. quod si non ita, sed principia entium numero sunt vnum, non erit præter elementa aliquid aliud. numero unum dicere, aut singulare, nil differt. ita enim singulare dicimus, quod unum numero est, uniuersale uero, quod in his. quemadmodum si vocis elementa, eo quòd unum numero est, determinata essent, necesse esset tot omnes literas esse, quot elementa*

ta

ta, cum non essent duo, aut plura eadem.

A N T. Par. 3.

At vero si numero vnum & vnum quodlibet principiorum, & nõ quemadmodum in sensibilibus alia aliorum, ut in hac syllaba, ba. specie existente & principia specie eadem. etenim ea sunt numero diuersa. Quod; si nõ ita, sed quæ sunt entium principia, numero unum sunt, non erunt præter elementa quippiam aliud. Nam dicere numero vnum, aut singulare nihil differt. Sic enim dicimus vnumquodque numero vnum. Vniuersale vero quod in his est. Vt si vocis elementa numero essent determinata, tot literas esse necesse esset, quot elementa. Duobus quidem eisdem non existentibus, nec pluribus.

Obijcit in cõtrarium tali ratione. Si principia sunt vnum uumero, ita quòd quodlibet principiorum in se consideratum sit unum, non erit dicere de principijs existentium, quod hoc modo se habẽt sicut principia sensibilium. Videm⁹ enim in sensibilibus, quòd diuersorum sunt diuersa principia secundũ numerum, sed eadem secundum speciem, sicut & eorum, quorum sunt principia, sunt diuersa secundum numerum, sed eadem secundum speciem. Sicut videmus ꝙ diuersarum syllabarum secundum numerum, quæ conueniunt in specie, sunt principia eædem literæ secundum speciem, sed non secundũ numerum. Si quis autem dicat quòd nõ est ita in principijs entium, sed omnium entium principia sunt unũ numero, sequetur quòd nihil sit in rebus præter elemẽta, quia quod est unum numero, est singulare. Sic enim appellamus singulare quod est unum numero, sicut vniuersale quod est in multis. Quod autem est singulare, non multiplicatur nec inuenitur nisi singulariter. Si igitur ponatur quòd omnium syllabarum essent principia eædem literæ numero, sequeretur quòd illæ literæ nũquam possent multiplicari, ut scilicet essent duo aut plura: & sic non posset seorsum inueniri in syllaba ista, ba, uel da. Et eadem ratio est de alijs literis. Pari igitur ratione si omnium entium sint principia eadẽ numero, sequetur quòd nihil sit præter principia, quod videtur inconueniens: quia cum principium alicuius sit, non erit principium nisi sit aliquid præter ipsum. Hæc autem quæstio soluetur in 12. Ibi enim ostẽdetur quòd principia, quæ sunt intrinseca rebus, scilicet materia & forma, uel priuatio, non sunt eadẽ numero omnium, sed analogia siue ꝓportione. Principia autem separata, scilicet substãtiæ intellectuales, quarum suprema est Deus, sunt unum numero unaquæque secundum seipsam. Id autem quod est ipsum unum & ens, Deus est, & ab ipso deriuatur unitas secũdum numerum in rebus omnibus. Scientia autem est de his, non quia sint unum numero in omnibus, sed quia est unum in multis secundum rationem. Ratio autem quæ est ad oppositum uerificatur in principijs essentialibus, non autem in principiis separatis, cuiusmodi sunt agens & finis. Multa enim possunt ꝓduci ab uno agente uel mouente, & ordinari in unũ finem.

Tex. c. 19.

LECTIO XI.

Num eadem uel diuersa principia sint corruptibilium & incorruptibilium ad partes arguit.

B E S S. Tex. 15. Verũ corruptibilium & incorruptibilium eadẽ sint principia.

Nihilo autem minor dubitatio & posterioribus, & prioribus prætermissa est, vtrum eadem corruptibilium & incorruptibilium principia sint, an diuersa.

Non autem minor dubitatio modernis & prioribus relinquitur, vtrum eadem corruptibilium & incorruptibilium sint principia, aut diuersa.

A N T. Tex. c. 15. Part. 5.

Postquam Philosophus inquisiuit uniuersaliter, vtrum principia sint eadem uumero omnia, quæ sunt unius speciei uel eadem specie: hic inquirit utrum eadem numero sint principia corruptibilium & incorruptibilium, & circa hoc tria facit. Primo proponit quæstionem. Secundo inducit rationem ad ostendendum quòd nõ sunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium, ibi. {Nam si eadem &c.} Tertio inducit rationes ad ostendendum quòd non sunt diuersa, ibi. {Si uero diuersa &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quædam dubitatio est, quæ non minus relinquitur modernis philosophis Platonem sequentibus, quàm fuit apud antiquos philosophos. qui etiam dubitauerunt, utrum corruptibilium & incorruptibilium sint eadem principia uel diuersa. Deinde cum dicit.

Par. seq. Par. 14. Hæc qõ est octaua superius mota ex parte cõsideratorũ.

B E S S.

Si enim eadem sunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hæc vero corruptibilia sunt, & propter quam causam?

A N T. Par. 2.

Nam si eadem sint, quomodo hæc quidem incorruptibilia, illa uero corruptibilia, & propter quam causam?

Obijcit ad ostendendum quòd non sunt eadẽ principia corruptibilium, & incorruptibiliũ, & circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo improbat solutionem positæ rationis, quam poetæ theologi adhibebant, ibi. {Qui quidem &c.} Tertio excludit solutionem quam adhibebant quidam philosophi naturales: ibi. {A dicentibus &c.} Dicit ergo, quòd si ponantur corruptibilium & incorruptibilium esse eadẽ principia, cum ex eisdem principijs idem sequatur effectus, videtur quòd omnia vel sint corruptibilia, vel omnia sint incorruptibilia. Relinquitur ergo quęstio quomodo quædam sunt corruptibilia & quædam incorruptibilia, & propter quam causam. Deinde cum dicit.

par. sequen.

B E S S.

Quicunque igitur circa tempora Hesiodi fuerunt, et cuncti Theologi, solum quo ad sibi persuaderẽt, curæ habuerunt: nos autem contempserunt. cum enim principia deos facerent, & ex dijs fuisse dicerent, quæcunque non gustarunt nectar, & ambrosiam, mortalia dicunt fuisse.

A N T. Part. 3.

Qui quidẽ igitur circa Hesiodum & omnes, qui theologi erant, solum apud ipsos persuasionem curauerunt: nos autem neglexerunt. Deos autem faciẽtes principia, & ex deis esse facta, quæ non gustauerunt nectar & mãna, mortalia facta esse dicunt.

Par. seq.

Excludit solutionem poetarum theologorum, & primo ponit eorum solutionem. Secundo obijcit cõtra prædictam positionem, ibi. {Palam quòd hæc omnia sibi nota dicentes &c.} Tertio se excusat à diligẽtiori improbatione huius positionis, ibi. (Sed de fabulose &c.) Circa primum considerandum est, quòd apud græcos, aut naturales philosophos fuerunt quidam sapientiæ studentes, qui deis se intromiserunt occultantes ueritatem diuinorum sub quodam tegmine fabularum, sicut Orpheus, Hesiodus & quidam alij: sicut etiam Plato occultauit ueritatem philosophiæ sub mathematicis, ut dicit Simplicius in commento prædicamentorum. Dicit ergo, quòd sectatores Hesiodi & omnes, qui dicebantur theologi, curauerunt persuadere solis sibi, & nos alios spreuerunt: quia scilicet ueritatem, quam intellexerunt taliter tradiderũt, quod eis solum potuit esse nota. Si enim per fabulas ueritas obumbretur, non potest sciri quid uerum sub fabula lateat, nisi ab eo, qui fabulam confixerit. Ij igitur Hesiodistæ prima rerum principia deos nominauerunt, & dixerunt, quod illi de numero deorum, qui non gustauerunt de quodam dulci cibo, qui uocatur nectar uel manna, facti sunt mortales. Illi uero qui gustauerunt, facti sunt immortales. Potuit autem sub hac fabula aliquid ueritatis occulte latere,

re,

re, ut scilicet per nectar & manna intelligatur ipsa suprema bonitas primi principij. Nam omnis dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatem refertur, omne autem bonum à primo bono derivatur. Potuit ergo esse intellectus eorum quod ex participatione propinqua summæ bonitatis aliqua incorruptibilia reddantur, sicut quæ perfecte participant diuinum esse. Quædam vero propter longe distare à primo principio quod est non gustare manna & nectar, non possunt perpetuitatem conseruare secundum idem numero, sed secundum idem speciem: sicut dicit Philosophus in 2. de Generatione. Sed utrum hoc intenderint occulte tradere, uel aliud, ex hoc dicto plenius percipi non potest.

F. BARTHOLOMAEI DE SPINA SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS Acutissimæ Defensiones

Doctrinæ S. Tho. Aquinatis nonnullis in locis in his commentarijs super Duodecim libros Metaphysicorum ab Antonio And. impugnatæ, suis nunc locis insertæ.

DEFENSIO I.

In qua huius fabulę expositionem hic inutiliter afferri arguit Antonius Andreas, & illius rationes facile dissoluuntur.

Hoc in loco Antonius Andreas de superfluitate notat Sanctum Thomam in hoc, quod quandam Hesiodi fabulam ab Arist. recitatam ad sensum ueritatis trahit. Dicit enim Sanctus Doctor, quod Hesiodistæ prima rerum principia deos nominauerunt, & dixerunt, quod illi de numero deorum, qui non gustauerunt de quodam dulci cibo, qui uocatur nectar vel manna, facti sunt mortales. Potuit autem sub hac fabula, (inquit S. Tho.) aliquid veritatis occultæ latere, ut. s. per nectar & manna intelligatur suprema bonitas primi principij. Nam omnis dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatem refertur. Omne autem bonum à primo bono deriuatur. Potuit ergo esse intellectus eorum, quod ex participatione propinqua summæ bonitatis, aliqua incorruptibilia reddantur, sicut quæ perfecte participãt diuinum esse. Quædam uero propter lõge distare à primo principio, quod est non gustare manna & nectar, non põt perpetuitatem conseruare, secundum idem numero, sed secundum idem speciem. ut dicit Philosophus in 2. de Generatione. Hæc S. Thom.

Hac fabulæ expositione recitata, ac ex nomine per Mauritiũ citato in marginibus Sancto Thomæ, subiungit Ant. And. dicens: Sed quæ utilitas est immorari circa intentionem fabularum? Licet ergo illud forsitan sit bene dictum, tamen dubium est, & forsitan falsum, quod illa fuerit intentio poetarũ. Hæc ille. Quamquam autem verear plurimium opusculum hoc ab intentione fabulę initium sumere, ne tamen meo silentio in hoc etiam sibiipsis sapientes hi viderentur, adortus sum eisdem me opponere loco isto. Ad prædictam igitur impugnationem respondentes primo dicimus, quod hic homo incidit in foueam quam parauit. Neque enim potest dicere aliquo modo esse inutile, circa intentionẽ fabularum immorari: nisi quia ea quæ non sunt necessaria ad explanationem textus, non sunt etiam expositioni eius interserenda, quatenus mora legẽdi, prolixitasq; scripturę ꝓ posse uitetur. Quare igitur & tu hæc interseruisti quæ iudicas inutilia? Sufficiẽs quippe tibi fuisset, unico verbo pertransire & dicere: Circa intentionem autem huius fabulæ non est inutiliter immorandum, ut facit quidam expositor &c. Secundo dicendum quod homo ille uidetur dubitare hanc fabulæ explanationem continere veritatem, dum dicit forsitan. Quod uel ex ignorantia prouenit, uel contemptu, ut etiam uerissima, quia tamen ab eo, quem spernit prolata sunt, suspecta quasi falsitate ex modo dicendi commaculet. Tertio ea quę S. Tho. in aliquam sui excusationem adducit, iste homo non ex S. Tho. sed quasi ex se contra S. Tho. in argumentum superfluitatis inducit. Ante præmissam enim fabulæ expositionem S. Tho. sic ait: Non potest autem perfecte sciri, quod uerũ sub fabula lateat, nisi ab

Non inconuenit Expositorẽ in doctrinis non nunquam exponere poetarũ fabulas.

eo qui fabulam ipsam confinxerit. Et in fine dum fabulam explanauerat, subiungit: sed utrum hoc intenderit occulte tradere, uel aliud, ex hoc dicto plenius percipi non potest. Hæc ille. Ant. autem And. dicit quod dubiũ est, & forte falsum &c. Et ego dico, quod & forte uerum, licet incertum, & non plene ex dictis habitum, sed quadã ueritatis imagine, cum prædicta explanatio altissimo sensu fabulosam quadret sententiam. Et licet non sit dignum cum studio intendere circa istas fabulas, sicut uigilanti studio intendimus serio propositis in Metaphysica, non tamẽ est indignum aliqualiter explanare, quasi aliquid non sine omni ratione dictum. Quarto ad principale motiuum dicimus non fuisse inutile, immo valde utile & decentissimum hanc fabulam ad veritatis intellectum deducere. Cum enim hic tam per Philosophum quàm per omnes expositores, supponatur per hanc poetæ fabulam, alta quædam de Deo veritas occultari: & Arist. improbet non latentem illum veritatis sensum, secundum quem prima facie fabulæ verba proponunt, statim fidelibus se ingerit desiderium nosse, quidnam sit misterium absconditum etiã Philosopho, infideles quoq; eiusdem fabulæ occasione, veritatẽ inquirentes, & ab eadem fabula velut auriga similitudinem trahentes, fortassis antumarent mortalia ab immortalibus cibi alicuius, non nostro quidem unigeneri (id enim egregie Philosophus hic elidit.) sed alterius forte generis à nostro, participatione vel negatione seiunctos: aut certe deos vere quosdam esse mortales, mortalium causas atque principia: immortalibus itidem alios circa immortalia tantum intentis: & sic duo generalia esse rerum prima principia iuxta manicheorum errorem, uel in alias similes falsitates, quasi ueritatem assecuti deciderent. Ut igitur diuinus Doctor omnibus omnia factus, altissima ueritate à metaphysicali sapientia non aliena, fabulosęque similitudini facile respondente fidelium vocis occurrat, ac eorum mentes illustrans conquiescere faciat. Infidelibus etiam nedum ea fabula illa, uerum etiã ex omni alia fictione occasionatæ deceptionis viam prorsus præcludat: altissimum & qui etiam theologo condeceat fabulæ huius sensum, affert mira correspondentia ueritatis ad umbram. Et utinam omnes poetarum fabulas, dum se occasio præbet de eis uerba fieri, ad sensum ueritatis, moresque componendos Christicolæ traherent, prout facile possent. Satis enim superque facerent & authoribus, qui per huiusmodi fabulosa rudes prouehere satagebant ad alta capescenda, uteque probitatem & imbuendis, dum liberos ab infidelitatibus eos redderent, quibus nunc ob poetarum fictitia imprudenter à magistris interpretata, & à teneris tota imbibita, totus orbis respergitur & fœdatur. Ut sanctissimum igitur, ut sapientissimũ, prudentissimumq; in huius fabulæ declaratione se præbuit diuinus Doctor, dum fideles confortas, infideles purgas, utrosque instruis, exemplar se præbes cęteris doctoribus & nihilominus limites non transcendit metaphysicalis obiecti, non extra propositum euagatur, quinimmo sua has doctrina quæstioni propositæ à Philosopho satisfacit. Hinc enim habetur quòd ambo rerum genera, mortalia inquam & immortalia, ab uno primo immortali proficiscuntur numine. Cui inquam eo quod illa propius, illa longius ac intimius haberet, differentes etiam gradus entitatis participant, & plures ac potiores suprema, pauciores autem & ignobiliores ac exiles infima. Et hæc de prima defensione sufficiant, atque per omnia benedictus Deus. Amen. Deinde cum dicit.

Manifestum autem est, quod sibiipsis hac nomina cognita dicentes, talesq; afferentes causas, supra vires nostras dixerunt. nam si uoluptatis gratia ea attigerunt, nequaquam sunt ipsius esse causa nectar & ambrosia. quod si ipsius esse gratia, quomodo essent sempiterni, cũ alimento indigerent?

B E S S.

Palam quòd hęc omnia sibi nota dicentes, equidẽ de allatione harum causarum super nos dixerunt. Nam si gratia uoluptatis ipsa tangunt, nõ est causa existendi nectar & manna. Si uero essendi, quomodo erunt sempiterni, cibi egentes?

A N T. Part. 4.

Objicit contra prædictam positionem, & dicit, quod prædicti Hesiodistæ quid significare uoluerint per ista nomina nectar & manna fuit eis notum, sed non nobis. Et ideo quomodo afferantur istæ causæ ad istam quæstionem soluendam, & ad incorruptionem prestandam rebus, dixerunt supra nostrũ intellectum.

Nectar. s. Ambrosia scđm gre.

ctum. Si enim intelligātur ista verba secundum quòd sonant, nullius efficaciæ esse videntur. Dij enim, qui gustauerunt nectar & manna, aut gustauerunt propter delectationem, aut propter necessitatem essendi. His enim de causis aliqui sumunt cibum. Siquidem sumpserunt ista propter delectationem, non possunt nectar & manna esse eis causa existendi, ita quòd per hoc incorruptibiles reddantur: quia delectatio est quoddam cōsequens ad esse. Si autem propter necessitatem essendi prædicta sumpserunt, non erunt semper iterum cibo indigentes. Videtur ergo quòd corruptibiles existentes prius tāquam cibo indigentes, per cibum facti sunt incorruptibiles. Quod iterum videtur inconueniens, quia cibus nō nutrit in sua specie, nisi corruptus transeat in speciem nutriti. Quod autem est corruptibile non potest alij incorruptionem præstare. Deinde cum dicit.

B E S S.

Sed de his, quæ fabulose & sophisticè dicuntur, non est dignum accuratè considerare.

A N T. Par. 5.

Sed de fabulose sophisticantibus non est dignum cum studio intendere.

Excusat se à diligentiori huius opinionis inuestigatione, & dicit quòd de illis, qui philosophari uoluerunt {fabulose} ueritatem, scilicet sapientiæ sub fabulis occultantes non est dignum cum studio intendere, quia siquis contra dicta eorum disputaret secundum quòd exterius sonant, ridiculosa sunt. Si vero aliquis velit de his inquirere secundum veritatem fabulis occultatam, immanifesta est. Ex quo accipitur quòd Arist. disputans contra Platonem & alios huiusmodi, qui tradiderunt suam doctrinam occultantes sub quibusdam alijs rebus, non disputat secūdum ueritatem occultam, sed secundum ea, quæ exterius proponuntur. Deinde cum dicit.

B E S S.

Ab illis vero, qui per demonstrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, cur cum ex eisdem sint, hæc qdem entiū sempiterna natura sunt, hæc vero corrumpuntur? cum autem neque dicant causam, neque rationabile sit, ita se habere, patet quòd non sunt eorum eadem principia, neque causæ.

A N T. Pa. 6.

A dicentibus vero per demonstrationem oportet sciscitari interrogantes, quare ex eisdem existentia hæc qdem sempiterna secundum naturam sunt, illa vero corrumpuntur existentium? Quoniam autem nec causam dicunt, nec rationabile est sic se habere, palam quòd nec eadem principia, nec causæ ipsorum erunt.

par. sequen. Part. 8.

Disputat contra responsionem quorundam philosophorum naturalium, & circa hoc tria facit. Primo recitat rationem. Secundo ponit responsionem, ibi: {Etenim quam existimabit &c.} Tertio improbat ipsam, ibi: {Videbitur autem &c.} Dicit ergo primo, quod prætermissis illis, qui sub fabulis ueritatem tradiderunt, oportet à tradentibus veritatem per modum demonstrationis inquirere de quæstione prædicta, scilicet si ex eisdem principijs sunt omnia existentia, quare quædam existentium naturaliter sunt sempiterna, quædam vero corrumpantur. Et quia nec ipsi causam dicunt quare hoc sit, nec rationabile est sic se habere, ut ex eisdem principijs existentium quædam sint corruptibilia, quædam sempiterna: uidetur manifeste sequi quòd non sunt eadem principia nec causæ corruptibilium & sempiternorum. Deinde cū dicit.

B E S S.

Empedocles nanque, quem quis maxime sibi ipsi putauerit consona dicere, is quoq; idem passus est. ponit enim quoddam principium, corruptionis causam, cōtentionē.

A N T. Par. 7.

Etenim quàm existimabit aliquis utiq; maxime dicere ipsi confesse Empedocli, est & idē passus. Ponit enim quoddam principium causam corruptionis, odium.

Ponit quandam solutionem, & dicit, quòd ratio assignata circa prædictam dubitationem, quæ maxime videtur esse conueniens ad quęstionem, est quam assignauit Empedo. qui tamen idem passus est cum alijs: quia ratio, quam assignauit, non est conueniens, sicut nec aliorum, ut ostendetur. Posuit enim quædā principia commonia corruptibilium & incorruptibilium, sed posuit quoddā principium esse causam specialem corruptionis, scilicet odium elementorum: ita scilicet quòd adiunctio huius causæ ad principia facit corruptionem in rebus. Deinde cum dicit.

B E S S.

Nihilominus tamen, & hæc videbitur generare præter deum. dicit enim.

Ex quibus omnia, quæ erant, quæ sunt, quæque in posterum erunt,
Ac arbores pullularunt & viri, ac mulieres,
Feræ, alitesque & pisces in aqua nutriti,
Ac dij longæui.

At etiam absque his, patet. nam si non inesset in rebus contentio, unum omnia (ut ait) essent. cum enim conueniant, tunc extima statuitur contentio.

A N T. Part. 8.

Videbitur autem nihilominus et hoc generare extra vnum. Nam omnia ex hoc alia sunt præter Deum. Dicit ergo ex quibus omnia, & quæcunque erant, & arbores pullulauerant & viri & fęminæ, bestiæq; & volucres, & aqua nutriti pisces, & dij longæui. Et pręter hęc palam, quia si non esset in rebus, essent vnum omnia, vt ait. Nam quando conuenerunt: tunc ultimum omnium stabit odium.

Infra parte. 11.

Improbat prædictam rationem Empedo. & hoc tripliciter. Primo quidem ostendendo, quòd ratio ab eò assignata non conuenit suæ positioni. Secundo ostendendo, quòd nō est sufficiens. ibi: (Similiter quoque ipsius transmutationis &c.) Tertio ostendendo: quòd non est ad propositum. ibi. (Attamen tantum solum dicit &c.) Circa primum tria facit. Primo ostēdit suam rationem non conuenire alijs eius positionibus ex parte odij. Secundo ex parte ipsius dei. ibi: (Propter quod &c.) Tertio ex parte amoris. ibi: (Similiter autem nec amor &c.) Dicit ergo primo, quòd inconuenienter Empedo. ponit odium esse causam corruptionis: quia non minus secundum eius positionem videtur esse causa generationis in omnibus rebus, nisi in una re tantum. Ponebat enim omnia alia essentialiter composita ex odio simul cum alijs principijs, nisi solus De⁹, quem ponebat compositum esse ex alijs principijs præter odium. Deum autem appellabat cęlum, sicut supradictum est in primo, quòd Xenophanes ad totum cælum respiciens, ipsum unum dicit esse Deum. Ponebat autem Emped. cælum esse compositum ex quatuoe elementis, & ex amicitia: non autē ex lite siue ex odio, considerans indissolubilitatem cęli. Sed quantum ad alias res dicebat, quòd omnia sunt ex odio quæcunque sunt, erunt uel fuerunt: sicut arbores pullulātes, & uiri, & fęminæ, & bestiæ quę sunt animalia terrestria: & vultures, quæ sunt uolantia diu viuentia: & pisces nutriti in aqua, & dij longæui. Videtur autem hos deos uocare uel stellas, quas ponebat quandoque corrumpi, licet post longum tempus: uel dæmones quos ponebant Platonici esse animalia aerea. Vel etiam dij quos ponebant Epicurei in forma humana, sicut supra dictū est. Ex hoc ergo quòd omnia animalia pręter unū sunt generata ex odio, potest haberi quòd odium sit causa generationis. Et præter hoc etiam ex alia ratione. Manifestum est enim secundum positionem Emped. quòd si non esset odium in rebus, omnia essent vnum. Odium enim est causa distinctionis secūdum Empedoclem. Vnde inducit verba

Par. seq. Part. 10.

In Deo nō cadit odiū scd̄ m Emp. Lect. 9.

Dij longæui quid.

ba

ba Emped. dicentis, quòd quando omnes res in unum conueniunt, ut puta quando fit chaos, tunc ultimum stabit odium separans & dissoluens. Vnde litera Boethij habet: Ea enim conuenit, tunc ultimam scit discordiam. Et sic patet quòd cum esse mundi consistat in distinctione rerum, odium est causa generationis mundi. Deinde cum dicit.

BESS. *Vnde & accidit ei, fœlicissimum deum, minus sapientem cæteris esse, non enim cognoscit omnia elementa. contentionem nanque non habet: cognitio autem simili similis.*

Terra enim (ait) terram inspicim', aquâ uero aqua: Aethere autem æthera diuum, sed igne ignem manifestum:

Ac amicitia amicitiam, & contentionem contentione pernitiosa.

Sed vnde sermo digressus est, hoc est manifestũ, quod accidit ei, contentionem non magis corruptionis quam ipsius esse causam esse.

ANT. Partic. 9. *Propter quod etiam accidit ipsi felicissimum Deum, minus prudentem alijs. Non enim cognoscit elementa omnia, nam odium non habet. notitia vero similis simili. Terram nanque ait per terram cognoscimus, & per aquam aquã, & per affectum affectum, & adhuc odium per odium triste. Sed vnde ratio hæc etiam palam, quia accidit ei odium non magis corruptionis quàm existendi causam.*

Ponit secundam rationem sumptam ex parte Dei, & dicit, quòd cũ Emped. poneret odium non esse de compositione Dei, accidit secundum rationes eius, quòd Deus, qui est felicissimus secundum omnium dicta, & per consequens maxime cognoscens, sit minus prudens omnibus alijs cognoscentibus. Sequetur enim secundum positionem Empedo. quòd non cognoscat omnia elementa, quia non habet odium vnde non cognoscit ipsum. Cognoscit autem simile simili secundum opinionem Empedo. qui dixit, quòd per terram cognoscimus terram, per aquam cognoscimus aquam}& affectum}idest amorem uel concordiam cognoscimus}per affectum} idest amorem uel concordiam:& similiter(odium per odium)quod est triste siue graue vel malum secundum literam Boethij, qui dicit, discordiam autem discordia malum. Sic igitur patet, quòd Aristot. reputat inconueniens, & contra id qđ ponitur Deus felicissimus, quod ipse ignoret aliquid eorum, quæ nos scimus. Sed quia ista ratio videbatur esse præter propositum, ideo ad principale propositum rediens dicit, quod redeundo ad illud unde prius erat ratio, manifestum est ꝙ accidit Empedocli ꝙ odium non sit magis causa corruptionis quàm existendi. Deinde cum dicit.

BESS. *Similiter nec amicitiam ipsius esse. cum enim congreget in unum, corrumpit cætera.*

ANT. Par. 10. *Similiter autem nec amor existendi. colligens enim in vnum corrumpit alia.*

Ponit tertiam rationem ex parte amoris, & dicit, ꝙ similiter etiam amor non est causa generationis uel existendi, vt ipse ponebat, si alia eius positio attendatur. Dicebat enim quod cum omnia elementa in unum congregabuntur, tunc erit corruptio mundi. Et sic amor corrumpit omnia, ergo quantum ad totum mundum amor erat causa corruptionis, odium autem generationis. Quantum autem ad singulares odiũ erat causa corruptionis, & amor generationis. Deinde cum dicit.

BESS. *Et simul ipsius transmutationis nullam causam dicit, nisi quod ita natura aptum est. ait enim.*

ANT. Par. 11. *Similiter quoque ipsius transmutationis causam nullam, nisi quia sic aptum natum fuit.*

Ostendit ꝙ ratio eius non fuit sufficiens. Dicebat enim quandam transmutationem esse in rebus odij & amicitiæ, ita scilicet ꝙ amor quandoq; omnia vniebat, & postmodum omnia odium separabat. Sed causam, quare sic transmutabatur, ut quodam tempore dominaretur odium, & alio tempore amor, nullam aliam dicebat, nisi quia sic aptum natum est esse. Et ponit consequenter verba Empedoclis, quæ, quia in Græco metrice scripta sunt, habent aliquam difficultatem & diuersitatem à communi modo loquendi.

BESS. *Magna contentio in membris nutrita fuit,*

Ac ad honores, ascendit tempore perfecto:

Quod eis cum alternum sit, amplum præcessit iusiurandum. tanquam necesse sit quidem transmutari, causam tamen necessario nullam manifestat.

ANT. Par. 12. *Sed itaque magnum odium in membris nutritum est, & ad honorem intendebat perfecto tempore, qui mutabilis dissoluit sacramentũ. Quare necessarium ens transmutari, causam vero necessitatis nullam ostendit.*

Sunt autem hæc verba eius (Sed itaque magnum odium in membris nutritum est, & ad honorem intendebat perfecto tempore, qui mutabilis dissoluit sacramentum.) Litera uero Boethij sic habet (Sed cum magna discordia in membris alita sit ĩ honores: quia processit completo anno, qui illis mutatis amplo redijt sacramento.) Ad cuius intellectũ notandum est, quod loquitur poetice de toto mundo, ad similitudinem unius animalis, in cu ius membris & partibus primo quidem est magna conuenientia, quam amorem nominabat siue concordiam: sed postea paulatim incipit aliqua dissonantia esse, quam dicit discordiam. Et similiter in partibus uniuersi à principio erat magna concordia, sed postea paulatim nutritur odium quousque odium ꝓcedat (ad honorem) idest ad hoc quòd dominetur super elementa. Quod quidem fit perfecto tempore quodam determinato, vel completo quodam anno, quem ponebat Emped. (Qui) scilicet odium & discordia, vel annus mutabilis existens dissoluit (sacramentum) idest unionem præexistentem elementorum, ue. annus siue odium cedit amplo sacramento, quia quadam potentia & secreta uirtute redit ad dominandum in rebus. Post quæ verba Empedo. Arist. faciens uim in hoc quod dixerat mutabilis, subiungit exponens quasi necessarium ens transmutari, quasi dicat. Sic prædicta dixit Emped. ac si necessarium sit esse transmutationem odij & amoris, sed nullam causam ostendit huius necessitatis. In uno enim animali est manifesta causa transmutationis & odij & amoris, propter motum cæli, qui causat generationem & corruptionem in rebus. Sed talis cã non potest assignari totius uniuersi sic transmutati per amicitiam & litem. Vnde patet, ꝙ eius ratio fuit insufficiens. Deinde cum dicit.

BESS. *Tantum tamen sibijpsi consentanee dicit, quod non facit hæc quidem entium corruptibilia, hæc uero incorruptibilia, sed omnia corruptibilia præter elemẽta. Quę autem dicitur nũc, dubitatio est, cur si omnia ex eisdem sunt, hæc quidem sunt, hæc uero non? Quòd igitur non sint eadem principia, hæc demum dicta sint.*

ANT. Par. 13. *Attamen tantum solum dicit confessè. Non enim existentium hæc quidem corruptibilia, illa vero incorruptibilia facit, sed omnia corruptibilia præter elementa. Dicta uero dubitatio est, cur hæc quidem, illa vero non, si ex eisdem sunt? Quod quidem igitur non vtique erunt eadem principia, tot dicta sunt.*

Osten-

Ostendit quòd prædicta ratio Empedo. non est ad propositum, & dicit quòd hoc solum videtur dicere (confesse) idest manifeste quod non ponit quædam existentium ex principijs esse corruptibilia, & quædã non corruptibilia, sed omnia ponit esse corruptibilia præter sola elementa. Et ita videtur euadere prædictã dubitationem, qua dubitabatur, quare quædam sunt corruptibilia & quædam non, si sunt ex eisdem principijs? Vnde etiam patet, ꝙ eius ratio non est ad propositum, quia interemit id de quo est dubitatio. Sed potest quæri quomodo hic dicit, quòd Empe. ponebat omnia esse corruptibilia præter elementa, cum supra dixerit unum esse deum, scilicet ex alijs principijs compositum præter quàm ex odio? Sed dicendũ, quòd Empedo. ponebat, duplicem corruptionem in rebus, sicut ex prædictis patet. Vnam quidem secundum confusionem totius vniuersi, quam faciebat amor, & ab hac corruptione nec ipsum deum faciebat immunem, cum in eo poneret amorem, qui alia ei cõmiscebat. Aliam autem corruptionem ponebat singularium rerum, quarum principium est odium. Et hanc corruptionem excludebat à deo per hoc, quòd in eo odium non ponebat. Sic igitur Arist. epilogando concludit tot dicta esse ad ostendendum, ꝙ non sunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium. Deinde cum dicit.

B E S S. *Quòd si diuersa principia sunt, una quidem dubitatio est, vtrum incorruptibilia etiam ista erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibilia, patet quod necesse est ea quo que ex aliquibus esse, omnia enim in illa, ex quibus sunt, corrumpuntur. Quare accidit, principiorum alia esse principia priora. hoc autem impossibile, siue statur, siue in infinitum progreditur. Item si principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd si incorruptibilia sunt, cur ex his quidem, cum incorruptibilia sint, corruptibilia erũt, ex alteris vero incorruptibilia? hoc enim non est rationabile, sed aut impossibile est, aut multis indiget rationibus.*

A N T. Part. 14. *Si uero diuersa principia, una quidem dubitatio, utrũ & incorruptibilia hæc erunt, aut corruptibilia. Nam si corruptibilia, manifestum quia necessarium & ea ex aliquibus esse. omnia enim corrumpuntur in ea ex quibus sunt: Quare contingit principiorum alia esse principia priora. hoc autem & impossibile, siue stet, siue in infinitum uadat. Amplius autem, quomodo erunt corruptibilia, si destruentur principia? Si uero incorruptibilia, cur ex his quidem incorruptibilibus existentibus corruptibilia erunt, ex diuersis vero incorruptibilia? Hoc enim non rationabile est, sed aut impossibile, aut multa ratione eget.*

Obijcit ad contrariam partem per duas rationes, quarum prima est: Si non sint eadem principia corruptibilium & incorruptibilium, relinquitur quæstio, utrum principia corruptibilium sint corruptibilia, an incorruptibilia. si dicatur quòd sint corruptibilia, ostẽdit hoc esse falsum duplici ratione: quarum prima est: Omne corruptibile corrumpitur in ea ex quibus est: si igitur principia corruptibilium sunt corruptibilia, oportet iterum ponere alia principia ex quibus sint. Et hoc inconueniens est, nisi ponantur principia procedere in infinitum. Ostensum autem est in secundo, quòd secundum nullum genus causæ cõtingit in principijs procedere in infinitum. Similiter etiam est inconueniens si dicatur, quòd sit status in principijs corruptibilibus, cum corruptio uideatur esse per resolutionem in aliqua priora. Secunda ratio est, quia si principia corruptibilium sint corruptibilia, oportet quòd corrumpantur, quia omne corruptibile corrũpetur. Sed postquam sunt corrupta non possunt esse principia, quia quod corrumpitur vel corruptum est, non potest causare aliquid. Cum ergo corruptibilia semper consentur per successionem, non potest dici, quòd principia corruptibilium sint corruptibilia. Si autẽ dicatur, quòd principia corruptibilium sunt incorruptibilia, manifestum est quòd principia incorruptibilium sunt incorruptibilia. Relinquitur ergo quæstio, quare ex quibusdam incorruptibilibus principijs producantur effectus corruptibiles, & ex quibusdam effectus incorruptibiles. Hoc enim non videtur esse rationabile, sed aut est impossibile, aut indiget multa manifestatione.

Lec. 3. & 4.

B E S S. *Item nemo conatus est alia ostendere, sed eadem omnium principia dicunt. et quod primo dubitatum est, tãquam paruum quiddam putantes, prætereunt.*

A N T. *Amplius autem nec conatus est aliquis diuersa dicere, sed eadem omnium dicunt principia. Verum primum dubitatum concedunt, tanquam hoc paruum aliquid accipientes.*

Secundam rationem ad principale propositum ponit, quæ sumitur ex communi opinione omnium. Nullus enim conatus est hoc dicere, quòd sint diuersa principia corruptibilium & incorruptibilium, sed omnes dicunt eadem esse principia omnium. Et tamen id quod primo obiectum est, scilicet pro prima parte, ac si esset aliquid modicum omnes leuiter transeunt, quod est concedere. Vnde litera Boethii habet. (Sed primum obiectum deglutiunt, sicut hoc paruũ quoddam opinantes) Huius autem dubitationis solutio ponitur in xii. ubi Philosophus ostẽdit prima quidem principia actiua uel motiua esse eadem omniũ, sed quodam ordine. nam prima quidem sunt principia simpliciter incorruptibilia & immobilia. Sunt autem secunda incorruptibilia & mobilia, scilicet cælestia corpora, quæ per sui motum causant generationem & corruptionem in rebus. Principia autem intrinseca non sunt eadem numero corruptibilium & incorruptibilium, sed secundum analogiam. Nec tamẽ principia intrinseca corruptibilium, quæ sunt materia & forma, sunt corruptibilia per se, sed solum per accidens. Sic enim corrumpitur materia & forma corruptibilium, ut habetur in Primo Physicorum.

Determinatio q̃onis. Lect. 4. Tex. c. 19.

LECTIO XII.

Nunquid unum & ens sint omnium rerum substãtia, & principium, inquirit.

B E S S. Tex. 16. Vtrũ unum & ens sint substantiæ entium.

Omnium autem, & ad speculandum difficillimũ, & ad cognoscendam ueritatem, maxime necessarium est, vtrum ipsum ens, & ipsum unum substantia entium sint, & non aliquid aliud utrunque eorũ sit, sed hoc vnum, illud uero ens sit, aut oporteat quidnam sit, ipsum ens, & ipsum unum quærere, tanquam altera natura subiecta?

A N T. Tex. c. 16. Part. 1. *Omnium autem ad considerandum difficillimum, & ad cognoscendum veritatem maxime necessarium, utrũ vnum & ens substantiæ entium sunt: & vtrum ipsorũ non alterum aliquid ens, hoc quidem unum, hoc autem quidem ens est. Aut oportet quærere quid sit ipsum ens & unum, quasi subiecta alia natura.*

Postquam Philosophus inquisiuit utrum principia sint eadem uel diuersa, hic inquirit quomodo se habeat ipsum unum ad hoc quod sit principium, & circa hoc tria facit. Primo inquirit, an ipsum unum sit principium. Secundo inquirit an numeri, qui ex uno oriuntur uel cõsequuntur, sint principia rerum,

ibis

Infra l. 13. ibi: {Horum autem habita dubitatio &c.} Tertio inquirit utrum species, quæ sunt quædam unitates sepa-
Infra l. 18. ratæ sint principia, ibi: {Omnino uero dubitabit aliquis &c.} Et circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ponit opiniones ad utranq; partem, ibi: {Hi nanque illo modo} Tertio ponit rationes ad utranque partem, ibi: {Accidit autem si quidem &c.} Dicit ergo primo, quòd inter omnes alias quæstiones motas una est difficilior ad considerandum, propter efficaciam rationum ad utranque partem, in qua etiam ueritatem cognoscere est maxime necessarium, quia ex hoc dependet iudicium de substantijs rerũ. Est ergo quæstio ista, utrũ unũ & ens sint substantiæ rerum, ita scilicet quòd neutrum eorum oporteat attribuere alicui alteri naturæ, quæ quasi in formetur unitate & entitate, sed potius ipsa unitas & esse rei sit eius substantia: uel econtrario oportet inquirere quid sit illud, cui conuenit esse unum uel ens, quasi quædam alia natura subiecta entitati & unitati. Deinde cum dicit.

Par. seq. Part. 3. Hæc est nona qō superius mota e x parte rerum considerãdarũ.

BESS. *Quidam enim illo, quidam vero hoc modo putant naturam habere. Plato nanque ac Pythagorici, non esse aliud quid ipsum ens, nec ipsum vnum aiebant, sed hoc eorum naturam esse, tanquam substantia idem vnum, & ens esset.*

Qui autem de natura tractarunt, vt Empedocles, tanquam in magis cognitum reducens, dicit quòd unum est ens, videri nanque possit dicere hoc amicitiam esse. causa enim hæc omnibus est, vt vnum sint. Alij vero ignem, & alij aerem aiunt ipsum vnum, & ipsum ens esse, ex quo entia & esse & facta esse. Similiter, & qui plura elementa ponunt, necesse enim & his est, tot esse dicere ipsum ens, & ipsum vnum, quot aiunt principia esse.

ANT. Par. 2. *Hi nanque illo modo, illi hoc modo putant naturam se habere. Plato nanque & Pythagorici non aliquid aliud ens nec vnum, sed hoc ipsorum naturam, esse quasi existente substantia ipsum unum esse & ens aliquid. Alij uero de natura ut Empedocles, vt ad aliquid notius reducens, dicit quòd vnum aut est: videbitur enim utiq; dicere hoc amorem esse, causa nanque est hoc unum omnibus esse. Alij vero ignem, alij aerem dicunt esse unum hoc & ens, ex quo entia esse & facta esse. Similiter & qui plura elementa ponunt. Necesse nanque & his tot dicere ens & unum, quot principia dicunt esse.*

Opinio duplex d' ente & uno. Ponit opiniones ad utranque partem, & dicit, quòd Philosophorum quidam opinati sunt natura rerum se habere uno modo, quidam alio. Plato enim & Pythagorici non posuerunt quòd unum & ens aduenirent alicui naturæ, sed unum & ens essent natura rerum, quasi hoc ipsum quod est esse & unitas sit substantia rerum. Alij vero philosophi de naturalibus loquentes, attribuerunt unum & ens aliquibus alijs naturis, sicut Empedocles reducit unum ad aliquid notius, quod dicebant esse unum & ens. Et hoc uidetur esse amor, qui est causa unitatis in omnibus. Alij vero philosophi naturales attribuerunt quibusdam causis elementalibus siue ponerent unum primum, ut ignem uel aerem, siue etiam ponerent plura principia. Cum enim ponerent principia rerum materialia esse substantias rerum, oportebat, quod in uno quoque eorum constituerent unitatem, & entitatem rerum, ita quod quicquid aliquis poneret esse principium, ex cõsequenti opinaretur, quod per illud attribuitur omnibus esse & unum, siue poneret unum principium siue plura. Deinde cum dicit.

BESS. *Accidit autem, quòd si quis non ponet esse aliquam substantiam ipsum vnum, & ipsum ens, nec aliorum vniuersalium quicquam esse. hæc enim uniuersalia maxime omnium sunt. Quòd si non est aliquid ipsum ens, & ipsum vnum, multo minus quicquam aliorum sit præter ea, quæ singularia dicuntur. Item si ipsum vnum non sit substantia, patet quòd nec numerus erit tanquam natura alia separata ab entibus. numerus enim, unitates, vnitas vero unum quid est. Quòd si quid est ipsum vnum & ipsum ens, necesse est eorum substantiam esse vnum & ens. nõ enim aliquid aliud vniuersaliter prædicatur, sed eadem ipsa.*

ANT. Par. 3. *Accidit autem siquidem quis non ponit esse quãdam substantiam vnum & ens: neque aliorum esse uniuersalium nullum: hæc nanque vniuersalia sunt maxime omnium. Si vero non est aliquid unum ipsum nec ipsum ens, vix aliorum aliquid erit præter ea, quæ dicta sunt singula. Amplius autem non existente vnum substantia, palam quia nec numerus erit quasi natura alia ab existentibus separata. Numerus enim vnitates: Vnitas vero quod verè vnum aliquid est. Si autem est aliquid ipsum vnum & ens, necesse est substantiam ipsorum esse ipsum vnum & ens: non enim aliquid vniuersaliter prædicatur, sed hæc ipsa.*

Par. seq. Ponit rationes ad utranque partem, & primo ponit rationes pro opinione Platonis & Pythagoræ. Secundo ponit rationes in contrarium pro opinione naturalium, ibi: {At vero si erit &c.} Circa primum utitur tali diuisione. Necesse est ponere quod uel ipsum vnum & ens separatum sit quædam substantia, uel non: si dicatur quòd nun est aliqua substantia quæ sit vnum & ens, sequuntur duo inconuenientia, quorum primum est, quòd dicitur vnum & ens sint maxime uniuersalia inter omnia, si igitur unum & ens non sunt separata quasi ipsum unũ aut ens sit substantia quædam, sic sequitur quòd nullum uniuersale erit separatum, & ita sequetur, quòd nihil erit in rebus nisi singularia, quod uidetur esse inconueniens, ut in superioribus quæstionibus habitum est. Aliud inconueniens est, quia numerus non est aliud quàm unitates: ex unitatibus enim componitur numerus. Vnitas enim nihil aliud est quàm ipsum unum. Si igitur ipsum unum nõ sit separatum quasi substantia per se existens, sequeꝰ quòd numerus non erat quædam natura separata ab his, quæ sunt in materia. Quod potest probari esse inconueniens, secundum ea quæ dicta sunt in superioribus. Sic ergo non potest dici quòd unum & ens non sit aliqua substantia per se existens. Si ergo detur alia pars diuisionis, scilicet quòd aliquid sit ipsum unum & ens separatũ existens, necesse est, quod ipsum sit substantia omnium eorum, de quibus dicitur unum & ens. Omne enim separatum existens, quod de pluribus prædicatur, est substantia eorum, de quibus prædicatur. sed nihil aliud prædicatur ita uniuersaliter de omnibus sicut unum & ens, ergo unum & ens erit substantia omnium. Deinde cum dicit.

BESS. *At vero si quid erit ipsum ens, & ipsum unum, magna dubitatio est, quonã modo aliqua aliud præter hæc erit. dico autem quomodo entia erunt plura uno. quod enim aliud ab ente est, non est. quare secundum Parmenidis rationem, necesse est accidere omnia entia, esse vnum, & hoc esse ens.*

ANT. Par. 4. *At uero si erit aliquid ens ipsum et ipsum vnũ, multa erat dubitatio quomodo erat diuersum aliquid præter hæc. Dico autem, quomodo erunt uno plura entia. Quod enim diuersum est ab ente, non est. Quare secundum Parmenidis rationem accidere necesse est, vnum omnia esse entia, & hoc esse ens.*

Infra par. 6. Obijcit ad partem contrariam, & ponit duas rationes, quarum secunda incipit, ibi: (Amplius si indiuiu-

uisibile &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit rōnem. Secūdo ostendit quomodo ex rōne inducta q̄stio redditur difficilis, ibi (Vtrobiq; vero difficile &c.) Est ergo prima rō talis. Si est aliquid, quod est ipsum ens & ipsum unum, quasi separatum existens, oportebit dicere quòd idipsum sit unū quod ens. sed quicquid est diuersum ab ente nō est, ergo sequetur s̄m rōnem Parmenidis, quod quicquid est p̄ter unum sit nō ens. Et ita necesse erit oīa esse unum, quia non poterit poni quòd id quod est diuersum ab uno, quod est per se, separatum sit aliquod ens. Deinde cum dicit.

BESS.

Vtrobique aūt mō difficile est, siue.n. unum non sit substantia, siue ipsum unum sit, impossibile est numerū esse substantiā. Si igit non sit, dictū est prius. Si aūt sit, eadē ac de ente dubitatio est. ex quo.n. & præter ipsum unū, erit aliud unū, necesse profectò est nihil esse. oīa vero entia, aut unum, aut plura, quorū unumquodque unum est.

ANT. Part. 5.

Vtrobique vero difficile: siue nanque non sit ipsum vnū substantia, siue sit vnum idē, substantiā esse numerum est impossibile. Siquidē igitur nō sit, dictum est prius propter quid. si autem fuerit, eadem est dubitatio & de ente. Ex aliquo nanque & præter ens, erit ipsum aliud vnum. Nihil enim esse est necesse. Omnia autem entia, aut unum sunt aut multa, quorum est unumquodque.

Ostendit quomodo ista ratio difficultatem facit in opinione Platonis ponentis numerum esse substantiam rerum, & dicit quòd ex utraq; parte sequitur difficultas contra eum, siue dicatur q̄ ipsum unum separatum sit substātia q̄dam, siue q̄ non sit. Quodcunq; enim horum ponatur, vr̄ impossibile esse, quòd numerus sit substantia rerum, Quia si ponatur, quòd unum non sit substantia, dictū est prius, quare numerus non pōt poni substantia. Si aūt ipsum vnum fuerit substātia, oportet quòd eadem dubitatio ponatur circa vnum & ens. aut.n. præter ipsum unum, quòd est separatum per se existens, est aliud aliquod unum, aut non, & si quidē non sit aliquod aliud unum, non erit iam multitudo, sicut Parmenides dicebat. Si autē sit aliquod aliud vnum, oportebit, quòd illud aliud unū cum non sit, hoc ipsum quod est vnū, quòd sit materialiter ex aliquo quod est præter ipsum unum, & per consequens præter ens. Et sic necesse est ut illud aliquid, ex quo fit illud s̄m vnum, non sit ens. Et sic ex ipso uno quod est præter ipsum unum, non pōt constitui multitudo in entib⁹, quia omnia entia aut sunt unum, aut multa, quorum unumquodque est unum, Hoc autem unum est materialiter ex eo, quòd non est unum nec ens. Deinde cum dicit.

BESS.

Item si ipsum unum indiuisibile, secundum quidem Zenonis positionē, nihil vtiq; fuerit. Quod.n. neq; additū, neque demptū facit aliquid maius nec minus, id nō esse entium aiunt, tanquam ens magnitudo sit. & si magnitudo corporalis: hæc nanque omniquaque ens: cætera vero quodammodo quidem addita facient maius, quodammodo vero vt nihil. superficies, & linea facient, punctū vero, & vnitas minime.

ANT. Par. 6.

Amplius si indiuisibile est ipsum unum, secundum Zenonis dignitatem, nihil utique erit. Quod enim nec additum nec ablatum facit maius nec minus, non ait esse hoc existentium aliquam palam existente magnitudine ipso ente. Et si magnitudo corporalis. Hoc enim omnino ens. Alia u. ro aliqualiter quidem addita facient maius, aliqualiter autem nihil, vt superficies & linea: Punctus vero & vnitas nullatenus.

Ponit secundam rationem, & circa hoc tria facit. Primo ponit rōnem. Secūdo soluit eā, ibi: (Sed q̄m &c.) Tertio ostendit adhuc difficultatem remanere, ibi: (Sed quomodo ex uno &c.) Dicit ergo primo, q̄ si ipsum vnū separatum sit indiuisibile, sequitur s̄m hoc aliud, quod supponebat Zeno, q̄ nihil sit. Supponebat.n. Zeno, quòd illud, quod additū nō facit maius, & ablatū nō facit minus, nō est aliquid existentium. Hoc aūt supponit ac si idē sit ens quod magnitudo. Manifestum est.n. quòd non est magnitudo, illud.s. quod additū non facit maius & subtractum nō facit minus. Sic ergo si oē ens esset magnitudo, sequeretur quòd illud, quod nō facit mai⁹ & minus additum & subtractum nō sit ens. Et adhuc perfectius si aliquid velit hoc uerificare, oportebit quòd oē ens sit magnitudo corporalis. Corpus.n. s̄m quamcunq; dimensionē additum & subtractū facit maius & minus. Aliæ vero magnitudines, vt superficies & linea, s̄m aliquam dimensionem additam facerent maius, s̄m aūt aliquā non. Linea enim addita lineæ s̄m longitudinem facit maius, non aūt s̄m latitudinem. Superficies aūt addita superficiei facit quidē maius s̄m latitudinem & lōgitudinem, sed non s̄m profunditatem. Punctus autē & vnitas nullo mō faciunt maius vel minus. Sic ergo s̄m principium Zenonis sequeretur quòd punctus & vnitas sint omnino non entia, corpus autem omnimodo ens, superficies & linea quodammodo entia & quodammodo non entia. Deinde cum dicit.

Principium Zenonis.

BESS.

Sed cum ipse molestè speculetur, ac contingat aliquid indiuisibile esse, sic ad illum habeatur aliqua responsio. huiusmodi nanque additum non maius, sed plus efficit.

ANT. Part. 7.

Sed quoniam hic speculatur onerose, & contingit esse indiuisibile, vt & sic ad illum aliqua habeatur responsio: maius enim non faciet, sed plus additum tale.

Soluit p̄positam rationem, & dicit, quòd quia Zeno proponēdo tale principium speculatur (onerose) i. ruditer & grosse, ita quod s̄m ipsum non contingit aliquid esse indiuisibile, oportet quod aliqua ratio p̄dictæ rōni detur, & si non sit ad rem, sit tamen ad hominem. Dicemus aūt quod vnum & si additum alteri non faciat maius, facit tamen plus. Et hoc sufficit ad rationem entis, quod faciat maius in continuis, & plus in discretis. Deinde cum dicit.

Indiuisibile additum [illegible] aute maius.

BESS.

Sed quomodo ex una tali, aut pluribus, magnitudo erit? simile nāque est, ac si dicatur ex punctis lineā esse.

ANT. Par. 8.

Sed quomodo ex vno tali, aut pluribus erit magnitudo? Simile nanque est & lineam ex punctis esse dicere.

Ostendit difficultatem, q̄ adhuc remanet Platonicis post p̄dictam solutionem, & inducit duas difficultates, quarum prima est, quia Platonici ponebant, q̄ illud unum indiuisibile, non solum est cā numeri, qui est pluralitas q̄dam, sed etiam est causa magnitudinis. Si igitur detur, quod vnum additum faciat plus, quod vr̄ sufficere ad hoc quod unum sit cā numeri, quomodo poterit esse quod ex tali vno indiuisibili, aut ex pluribus talibus, fiat magnitudo, vt Platonici posuerunt? Simile enim hoc videtur, ac si aliquis ponat lineam ex punctis. Nam vnitas est indiuisibilis sicut & punctus. Secundam difficultatem ponit ibi.

BESS.

Quòd si quis ita putat, vt quemadmodum quidam aiunt; ex ipso uno, & alio quodam non uno numerus fiat, nihilominus tn̄ quærendum est, cur, & quomodo quandoque numerus, quandoque magnitudo erit, quod [illegible] ipsum non vnum, inæqualitas, ac eadem natura erat. nec enim apparet, quo pacto ex vno, et ista, neque quo pacto ex aliquo numero, & ista, magnitudines fieri queant.

ANT. Par. 9.

At vero & si qs ita putat vt factus sit, vt quidā dicunt ex vno ipso, & alio non vno aliquo, numerus, nihil minus est quærendum quare & quomodo. Quandoq; quidem numerus, quandoque autē magnitudo erit quod factum

 est,

est. si non vnum inæqualitas & eadem natura erat. Nec enim quomodo ex vno & hac, nec quomodo ex numero aliquo & hac, fient vtique magnitudines palam.

Et dicit si quis existimet ita, quòd numerus sit effectus ex uno indiuisibili, & ex aliquo alio q non sit unum, sed participet unum sicut quædam materialis natura, vt quidam dicunt, nihilominus remanet q̃ren dum pp quid, & per quem modum illud, quod fit ex illo uno formali & alia natura materiali, q̃ dr̃ non unum, quandoq; est numerus, quandoque autem est magnitudo. Et p̃cipue si illud non vnum materiale sit inæqualitas, q̃ significatur per magnum, & sit eadem natura. Non.n. est manifestum quô ex hac inæqualitate quasi materia & uno formali fiant numeri, neq; et quô ex aliquo numero formali & hac inæqualitate quasi materiali fiant magnitudines. Ponebant.n. Platonici q ex primo uno & ex prima dualitate fiebat numerus, ex quo numero & à qua inæqualitate materiali fiebat magnitudo. Huius aût dubitationis solutio ab Arist. in sequentibus traditur. Quod.n. sit aliquod separatũ, quod sit ipsum unum & ens infra in. xiij. probabit. Ostendens vnitatẽ primi principij oino separati, quod tamẽ nõ est sub̃a oim eorum, q̃ sunt unum, sicut Platonici putabant, sed est oĩbus vnitatis cã & principium. Vnũ autem ẽm q dr̃ de alijs rebus dr̃ dupliciter. Vno modo ẽm quòd conuertitur cum ente, & sic unaquæque res est vna per suam essentiam, vt infra in Quarto probabitur, nec aliquid addit vnũ supra ens nisi solam rõnem indiuisionis. Alio modo dr̃ vnum ẽm quòd significat rationem primæ mensuræ uel simpliciter, uel in aliquo genere. Et hoc quidẽ si sit simpliciter minimum & indiuisibile, est unum quod est principium & mensura numeri. Si autẽ non sit simpliciter minimum & indiuisibile, nec simpliciter, sed ẽm positionem erit vnum & mensura, ut as in ponderibus, & diesis in melodijs, & mensura pedalis in lineis. & ex tali vno nihil prohibet cõponi magnitudinem, & hoc determinabit in x. huius. Sed quia Platonici æstimauerunt idem esse vnum quòd est principium numeri, & quod conuertitur cum ente, ideo posuerunt vnum, quod est principium numeri, esse substantiam cuiuslibet rei, & per consequens numerum, inquantum ex pluribus substantialibus principijs, rerum cõpositarum substantia cõsistit vel constat. Hãc aût quæstionem diffusius pertractabit in xiij. & xiiij.

[Margin: Determinatio q̃onis. quarto huius. Tex. c. 3. Lect. vlt. Lect. 2. Lect. prima.]

LECTIO XIII.

Nunquid Numeri & Magnitudines substantiæ rerum sint, & principia.

B E S S. Text. 17.

His autem consequens dubitatio est vtrum numeri, & corpora, superficies, & puncta aliqua substantiæ sint, an non.

A N T. Tex. c. 17. Part. 1.

Horũ autem habita est dubitatio utrum numeri & corpora & superficies & puncta substãtiæ aliqua sunt, aut non.

Postquam Philosophus inquisiuit vtrum vnum & ens sint substantia rerum, hic inquirit utrum numerus & magnitudo sint substantiæ rerum, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Scdo objicit pro una parte. ibi { Nam si non sunt &c. } Tertio objicit ad cõtraria, ibi { At vero si hoc quidem cõcessum est &c. } Dicit ergo primo, q dubitatio habita { .i. cõsequens ad præmissam est, utrum numeri & magnitudines, s. corpora & superficies & termini eorũ, ut puncta, sint aliquæ substantiæ uel a rebus separatæ, uel ẽt sint substantiæ ipsorum sensibilium, aût non. Dicit autem hanc dubitationem esse consequentem ad præmissam, quia in p̃missa dubitatione q̃rebatur utrũ unum sit substantia rerum. unum aût est principium numeri. numerus aût vr̃ esse substãtia magnitudinis, sicut & pũctum, quod est principium magnitudinis, nihil aliud vr̃ quàm unitas positionem habens, & linea dualitas positionem habens. Prima autem superficies est ternarius positionem habens, corpus autem quaternarius positionem habens. Deinde cum dicit.

[Margin: Par. seq. Part. 5. Hę eqũ est 17. superius ab ignataex parte consideratorum & solutur i fine huius lect. & in ij & 14.]

B E S S.

Si. n. non sunt, fugit nos quidnã ipsum ens, & q̃ entiũ substantiæ sint. passiones. n. & motus, & quæ ad aliquid sunt, ipsaq; dispositiones, ac rões, nullius substantiã significare videntur. cuncta etenim de aliquo subiecto dicunt, nihil q; horũ ipsum qd est. Quæ vero maxime substantiã videant significare, sunt aqua, terra, et ignis, ex qbus composita corpora consistunt: horum aũt caliditates qdem & frigiditates, & huiuscemodi passiones non substantiæ sunt. corpus vero solũ, quod hæc patit, permanet, tanquam aliquod ens, & aliqua existens substãtia.

A N T. Par. 2.

Nam si non sunt, diffugit nos quid nam sit ipsum ens, & quænam entium substantiæ. Passiones. n. & motus et ad aliquid & dispositiones & orationes nullius videntur substantiam significare. Dicuntur. n. omnia de subiecto aliquo, & nihil hoc aliquid. Quæ uero maxime substantiam significare videntur aqua & ignis & terra, ex quibus corpora composita constant: horum calores quidem & frigiditates & similes passiones non sunt substantiæ. Corpus vero hæc patiens, solum remanet vt ens aliquod & substantia aliqua existens.

Obijcit ad ostendendum q p̃dicta sint substantiæ rerum, & circa hoc duo facit. Primo objicit ad ostendendum q p̃dictæ sunt substantiæ rerum. Secundo ostendit quô p̃bi præcedentes secuti fuerunt rões primas, ibi: { Propter qđ multi. } Circa primũ duo facit. Primo. n. objicit ad ostendendum q corpus sit substantia rerum. Secundo q multo magis alia, ibi: { At vero corpus &c. } Dicit ergo primo, q si p̃dicta non sunt substantiæ quædam, fugiet à nobis quid sit substãtialiter ens, & quæ sunt substantiæ entium. Manifestum est. n. q passiones & motus, & relationes, & dispositiones seu ordines, & orationes ẽm q uoce proferuntur, prout ponuntur in genere quantitatis, non videntur alicuius significare substãtiam, quia omnia hmôdi videntur dici de aliquo subiecto, & nihil eorũ significare { hoc aliquid } .i. aliquid absolutũ & per se subsistẽs. Et hoc p̃ncipaliter manifestum est in p̃missis, q̃ non dicuntur absolute, sed eorum rõ in quadã relatione consistit. Inter oĩa uero, quæ maxime videntur significare substantiã, sunt ignis & terra & aqua, ex quibus cõponuntur corpora multa. Prætermittit autem aerem, quia minus est sensibilis, unde aliqui opinati sunt aerem nihil esse. In his autem corporibus inueniuntur q̃dam dispositiones, s. calor & frigus & aliæ hmôdi passiones uel passibiles qualitates, q̃ non sunt substantiæ secundum prædicta. Vnde relinquitur q solum corpus sit substantia. Deinde cum dicit.

[Margin: Par. 5. Lec. huius. Par. 3. Lec. huius.]

B E S S.

At uero corpus, minus est substãtia, quã superficies, & superficies quã linea, & linea, quàm vnitas, & punctũ: his. n. corpus definitur. & hæc quidẽ videntur posse sine corpore esse, corp⁹ uero absque his impossibile esse.

A N T. Par. 5.

At vero corpus est minus substantia superficie, & hæc linea, & hæc vnitate & puncto: his enim diffinitur corpus. Et hęc quidem sine corpore contingere videntur esse, corpus vero sine his impossibile.

Procedit ulterius ad alia, quæ ẽt videntur magis esse substantia q̃ corp⁹, & dicit, quòd corpus videtur minus esse substantia quàm superficies, & superficies minus quàm linea, & linea minus quàm punctus aut vnitas. Et hoc probat per duo media, quorum vnum est. Quia id, per quod aliquid diffinitur, uidetur esse substantia eius: nam diffinitio significat substantiam. Sed corpus diffinitur per superficiem, & super-

perficies per lineam,& linea per punctum,& punctus per unitatem,qa dicunt ꝙ punctus est vnitas positionem habens: ergo supficies est substātia corporis, & sic de alijs. Secũ m medium est, qa cum substantia sit primũ in entibus, illud, quod est prius, vr̃ esse magis substantia:sed superficies natura prior est corpore,qa superficies põt esse sine corpore, non aũt corpus sine superficie: ergo superficies est magis substantia quàm corpus.Et idem potest argui de omnibus alijs per ordinem.Deinde cum dicit.

BESS. *Quare plures quidem,& antiquiores,substantiam quidem & ens, putabāt esse corpus,cetera vero huius passiones, ut & principia corporum entium essent principia,posteriores vero, & illis sapientiores habiti,numeros.Quemadmodum itaq; diximus, si hæc non sunt substantiæ,nulla substantia,nec aliquod ens omnino est.quę enim eis accidunt,non conuenit entia nominare.*

ANT. Par.4. *Propter quod multi quidem & priores substantiam & ens putabant corpus esse, alia vero hmõi passiones. Quare & principia corporum entiũ esse principia,posteriores vero & sapientiores his,esse opinabantur numeros.Quemadmodum ergo dicebamus,si non sunt substantia hæc, omnino nulla substantia est,neque ens nullum. non enim horum accidentia dignum est uocare entia.*

Ostendit quomodo philosophi præcedentes secuti fuerũt prædictas rõnes,& dicit, quod pp prædictas rõnes multi antiquorum philosophorũ, & maxime illi,qui fuerunt priores, nihil opinabantur esse ens & substantiã nisi corpus, oĩa uero alia esse q̃dam accidẽtia corporis.Et inde est, ꝙ quando volebant inqrere principia entium ,inquirebant principia corporum, vt supra in Primo circa opiniones antiquorum naturaliũ habitum est. Alij vero posteriores philosophi, qui reputabãt sapientiores pdictis philosophis, qua si altius attingentes ad principia rerum, s.Pythagorici & Platonici opinati sunt numeros esse rerum substãtias, inquantũ,s.numeri cõponuntur ex unitatib'. Vnum autẽ vr̃ esse una substantia rerum. Sic ergo vr̃ ſm premissas rationes & Philosophorum opiniones, quòd,si prædicta non sunt substantiæ rerum,s.numeri,& lineæ,& superficies,& corpora,nihil erit ens.Nõ est enim dignum ut si illa non sunt entia, quòd accidentia eorum entia vocentur.Deinde cum dicit.

BESS. *At si hoc quidem conceditur, quòd longitudines,& puncta magis quàm corpora substantiæ sint, at qualia corpora, hæc sint non uidemus (in sensibilibus namque impossibile est esse) non erit profectò ulla substantia.*

ANT. Par.5. *At uero si hoc quidem confessum est, quia magis substantiæ sunt lõgitudines corporibus, & puncta,hæc aũt non uidemus qualium utique erunt corporum. Nam in sensibilibus impossibile esse : nõ utiq; erit substãtia ulla.*

Obiicit in cõtrarium,& ponit quatuor rationes,quarum prima talis est.Si quis cõfitetur, ꝙ longitudines & puncta sint magis substantiæ q̃ corpora, sequetur ꝙ si hmõi non sint substantiæ & corpora non sint substantiæ,& p consequẽs nihil erit substantia,quia accidentia corporum nõ sunt substantiæ, ut supra dictum est ; sed puncta & lineæ & superficies non sunt substantiæ.Hæc.n.oportet aliquorum corporum esse terminos. nam punctus est terminus lineæ,linea superficiei,& superficies corporis. Non autem vr̃ qualium corporum sint illæ superficies,quæ sunt substantiæ,uel lineæ,vel puncta. Manifestum.n.est, quòd lineæ & superficies sensibilium corporum nõ sunt substantiæ.uariantur enim per modum aliorum accidentium circa idem subiectum. Sequetur ergo,quòd nihil erit substantia. Secundam rationem ponit ibi.

BESS. *Item uidentur hęc omnia, dimensiones corporis esse, hoc quidem ad latitudinem,hoc uero ad profunditatem, illud porrò ad longitudinem.*

ANT. Par.6. *Amplius autem hæc omnia videntur dimensiones corporis: hoc quidem ad latitudinem, hoc vero ad profunditatem, aliud ad longitudinem.*

Quæ talis est. Omnia prædicta uidentur esse quędã corporis dimensiones, uel ſm latitudinem,ut superficies:uel secundum profunditatem,vt corpus:uel secũdum longitudinem,ut linea. Sed dimensiones corporis non sunt substantiæ:ergo huiusmodi nõ sunt substantiæ. Tertiam rationem ponit ibi.

BESS. *Et ad hæc similiter inest in solido quæcunque figura Quare si nec in lapide Mercurius,nec in cubo dimidium cubi,sic ut disterminatum,ergo nec superficies.nam si q̃ cunque,& ea profectò sit, q̃ dimidium disterminat: eadem autem rõ & de linea,puncto, & unitate est. Quare si corpus maximè substantia est,hæc aũt corpore magis, hæc uero non sint, neq; substantiæ q̃dam sint, fugiet nos profectò quidnam sit ens,quæue entium substantia est.*

ANT. Part.7. *Adhuc aũt similiter est in solido q̃cunq; figura . Quare si nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo sic ut segregata,nõ igitur ueque superficies. Nam si quæ cunque,& hæc utique erat determinans medietatem.eadem enim ratio & in linea & in puncto & in unitate. Quare si maxime quidem substantia est corpus,hoc autem magis ea, non sunt autem ea,nec substantia aliquæ, nos fugit quid est ipsum ens, & quæ substantia entium.*

Quæ talis est.In corpore solido simili mõ inest,s. potentialiter q̃libet figura, q̃ põt protrahi ex illo solido p aliquã dimensionẽ. sed manifestũ est ꝙ in quodã magno lapide nondũ secto non inest(Mercurius) idest figura mercurij in actu,sed solũ in potentia:ergo similiter(in cubo).i.in corpore habente sex superficies quadratas, non inest medietas cubi,q̃ est q̃dam alia figura, actu.Sed hoc mõ est actu,qñ iã cubus diuiditur in duas medietates. Et quia oĩs ꝑtractio nouæ figuræ in solido excisio fit ſm aliquã superficiem,quæ terminat figurã , manifestum est ꝙ nec ẽt superficies talis est in corpore in actu, sed solũ in potentia:quia si quęcunq; superficies pter exteriorẽ essent in actu in corpore solido,pari rõne esset in actu supficies, q̃ terminat medietatẽ figuræ. Quod aũt dictũ est de superficie,intelligendũ est in linea, pũcto,& vnitate. Hęc.n. in cõtinuo nõ sunt in actu, nisi solum quantum ad illa, q̃ terminant continuum,q̃ manifestum est nõ esse substantiã corporis. Aliæ uero superficies uel lineæ nõ põt esse corporis substantiæ, quia non sunt actu in ipso. Substantia autem actu est in eo cuius est substantia. Vnde concludit ꝙ inter oĩa,maxime vr̃ esse substãtia corpus. superficies autem & lineæ magis videntur esse substantia q̃ corpus. Hæc autem si non sunt entia in actu, nec sunt aliquæ substantiæ, videtur effugere conditionem nostram, quid sit ens, & quæ sit rerum substantia. Quartam rationem ponit ibi.

BESS. *Ad hæc.n.quę dicta sunt,ẽt quę circa generationẽ,et corruptionẽ accidunt inconuenientia. Vr̃.n.substantia cum ante non existens,nunc sit,aut cũ antea existens,postea nõ,hæc pati,fieri.s.atq; corrumpi.at puncta,lineas, & superficies,neq; fieri, neq; corrumpi contingit, cum quque sint,quque vero non sint. cum.n.tangant,aut diuidantur corpora,quque una,cum simul tangunt,quque duæ, cum diuiduntur, fiunt. quare neq; iam composita sunt, sed corrupta sunt,& diuisis sunt,cũ antea non essent.punctum namq; indiuisibile,non est diuisum in duo. Cęterũ si generantur, & corrumpũtur, ex aliquo fiunt.*

ANT. *Nam cum dictis,& circa generationẽ & corruptionem accidunt irrationabilia. Videtur enim substantia*

non ens prius nunc esse: aut prius existens, posterius non esse, tum generatione & corruptione ea pati. Puncta uero & lineas & superficies non contingit neque fieri & corrumpi, quandoque existentes, quandoque vero non existentes. Nam quando copulantur aut distinguuntur corpora, simul quandoq; quidem vna copulatorum, quandoque duæ diuisorum fiunt: quia non compositorum est. Sed corruptum est, diuisorumq; sunt prius non existentes. non enim indiuisibile punctum diuisum est in duo. & si generantur & corrumpuntur, ex aliquo generantur.

Par. seq.

Et primo ponit ipsam. Secundo manifestat eam in quodam simili, ibi (Similiter autem se habet &c.) Dicit ergo primo, ꝙ cũ dictis incõuenientibus alia ẽt irrationabilia accidunt ex parte generationis & corruptionis, ponentibus lineas & superficies esse substãtias rerum. Oĩs.n.substantia, quę prius non fuit, & postea est, aut prius fuit, & postea non est, vr̃ hoc pati cũ generatione & corruptione. Et hoc manifeste apparet in oĩbus his quę per motum causantur. Pũcta aũt & lineæ & superficies qñque quidem sunt, qñque vero non sunt, & tñ non generãtur nec corrumpuntur, ergo nec sunt substantiæ. Probat aũt vtrunq; suppositorum, primo quidem, ꝙ qñque sint & qñque nõ sint. Contingit.n.corpora prius diuisa copulari in unum, aut prius copulata diuidi. Quãdo aũt corpora primũ diuisa copulantur, fit vna superficies duorum corporum, quia partes corporis cõtinui copulantur ad vnũ communem terminum, qui est superficies vna. Quando uero corpus vnum diuiditur in duo, efficiunt̃ duę superficies. Quia non pôt dici ꝙ qñ corpora duo componuntur, ꝙ due superficies eorum maneant, sed vtraque (corrumpuntur).i.desinunt esse. Similiter quãdo corpora diuiduntur, incipiunt esse de nouo duę superficies prius non existentes. Non n.potest dici ꝙ superficies, q̃ est indiuisibilis ſm profunditatem, diuidatur in superficies duas ſm profunditatem: aut linea, q̃ est indiuisibilis ſm latitudinem, diuidatur ſm latitudinem: aut punctum, quod oĩno est indiuisibile, quocũque modo diuidatur. Et sic patet ꝙ ex vno nõ possent fieri duo in uia diuisionis: nec ex duobus prædictorũ potest fieri unum in via cõpositionis. Vnde relinquitur quòd puncta & lineæ & superficies quandoq; esse incipiant, & quandoq; esse deficiant. Consequenter probat ſm ꝙ supponebatur, s.ꝙ ista non generantur nec corrũpuntur. Omne.n.quod generatur, ex aliquo generatur: & oẽ quod corrumpitur, in aliquid corrũpitur sicut in materiam. Sed non est dare aliquam materiam, ex qua ista generentur, & in qua corrumpantur, propter eorum simplicitatem, ergo non generantur nec corrumpuntur. Deinde cum dicit.

B E S S.

Similiter autem se habet & circa nunc quod est in tẽpore. nec hoc.n.contingit generari, & corrumpi, sed tñ aliud esse semper videtur, cum non substantia aliqua sit. patet autem quod etiam circa puncta, lineas, & superficies, similiter se habet. eadem enim ratio est. cuncta namque similiter, aut fines, aut diuisiones sunt.

A N T. Part. 9.

Similiter autem se habet circa nunc in tempore. non enim contingit fieri & corrumpi. Attamen videtur semper esse, non substantia aliqua existens. Similiter autem palam, quia se habet & circa puncta & lineas & superficies: eadem enim ratio. Nam omnia similiter aut termini aut diuisiones sunt.

Manifestat prædictam rationem in simili. sita.n.se habet nunc in tpe, sicut pũctus in linea. Nunc autem non vr̃ generari & corrumpi, quia si generaretur, uel corrũperetur, oporteret quòd generatio & corruptio ipsius mensurarentur aliquo tẽpore vel instanti. Et sic mensura ipsius nunc, esset uel aliud nunc in infinitũ, uel tp̃s, quod est impossibile. Et licet nunc non generetur & corrumpetur, tamen videtur sp esse aliud & aliud nunc. non quidem quòd differant ſm substantiam, sed ſm esse, quia substantia ipsius nunc, respondet subiecto mobili. Variatio autem ipsius nunc ſm esse, respõdet uariationi motus, ut ostẽditur in Quarto Physi. Similiter ergo vr̃ se habere de puncto in cõparatione ad lineam, & de linea in comparatione ad superficiem, & de superficie in comparatione ad corpus, s.quòd non corrumpantur nec generentur, & tamen aliqua variatio attendatur circa hm̃õi. Eadem enim ratio est de omnibus his. oĩa.n.hm̃õi similiter sunt termini, ſm quòd in extremo considerantur, uel diuisiones ſm quòd sunt in medio. Vnde sicut scd̃m defluxũ motus uariatur nunc ſm esse, licet maneat idem ſm substantiam propter identitatem mobilis, ita ẽt uariatur punctus, nec fit aliud & aliud propter diuisionem lineæ, licet non corrumpatur nec generetur simpliciter. Et eadem ratio est de alijs. Hanc autẽ quæstionem Philosophus pertractat in. xiii. & xiiij.

Lect. 18. Tex. c. 103.

Et ueritas quæstionis huius est, quòd hm̃õi mathematica non sunt substantiæ rerum, sed sunt accidentia superuenientia substantiis. Deceptio autem quantum ad magnitudines prouenit ex hoc, quòd nõ distinguitur de corpore secũdum quod est in genere substantiæ, & ſm quod est in genere quantitatis. In genere.n.substantię est ſm quòd componitur ex materia & forma, quam consequuntur dimensiones in materia corporali. Ipsæ aũt dimẽsiones pertinent ad genus quantitatis, q̃ non sunt substantiæ, sed accidentia, quibus subiicitur substantia composita ex materia & forma, sicut ẽt supra dictum est, ꝙ deceptio ponentium numeros esse substantias rerũ, proueniebat ex hoc quod nõ distinguebant inter unum quod est principiũ numeri, & unũ quod cõuertitur cum ente.

Veritas q̃sti.

Corpus de genere substãtiæ est cõpositum ex materia & forma: quã cõsequũtur dimẽsiones de gñe quãtitatis, tanq̃ prima esse accidentia.

L E C T I O XIIII.

Num præter mathematica & sensibilia sint aliquæ rerum species separatæ.

B E S S. Tex. 18.

Omnino autem aliquis dubitabit, quare oportet alia quadam præter sensibilia, & media quærere, vtputa eas, quas ponimus formas.

A N T. Tex. co. 18. Part. 1.

Omnino vero dubitabit aliquis, quare oportet quærere quadam præter sensibilia, quæ sunt inter media, quas ponimus species.

Postqñ Philosoph⁹ inquisiuit utrum mathematica sint principia rerũ sensibilium, hic inquirit utrũ supra mathematica sint aliqua alia principia, puta q̃ dicuntur spẽs, q̃ sunt substantiæ & principia horũ sensibiliũ. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Scd̃o inducit rõnem ad vnam partẽ, ibi: (Nam si ideo.) Tertio obiicit ad partem contrariã, ibi: (At vero si ponimus &c.). Dicit ergo primo, ꝙ supposito ꝙ mathematica non sint principia rerũ sensibiliũ & eorũ substantia, ulterius aliquis dubitabit q̃ est rõ quare ꝑter substãtias sensibiles & præter mathematica quæ sunt media inter sensibilia & species, oportet iterum ponere tertium genus, scilicet ipsas (species).i. ideas vel formas separatas. Deinde cum dicit.

Par. seq. Par. 3.

B E S S.

Si enim propterea quod mathematica quidem ab his, quæ hic sunt, alio quodam differunt, in eo sanè, quòd plura eiusdẽ speciei sunt, nihil differunt. & ideo non erunt eorum principia, numero determinata. sicuti etiam literarum quæ hic numero quidem non sunt, omnium principia determinata, sed spẽ, nisi quis huius syllabæ, & hu⁹ vocis accipiat: harum enim numero etiam determinata erunt. Similiter etiam de medijs. infinita etenim etiam illæ sunt, quæ eiusdem speciei sunt. quare si præter sensibi-

sibilia, & mathematica non sint alia quędam, qualia dicunt quidam formas esse, non erit vna numero, & specie substantia, nec entium principia aliqua numero aliquot, sed spē erunt. Si itaque hoc necessarium est, & formas propterea necesse est esse. etenim quāquam non bene declarent, qui hęc dicunt, hoc tamen est, quod uolunt. & necesse est eis hoc dicere, quod formarum unaquęq; substantia quędam sit, & nulla secundum accidens.

ANT. Par. 2.

Nam si ideo qui mathematica à pręsentibus ī aliquo quodam differunt, in esse vero plures similis speciei nihil differunt. Quare non erunt eorum principia numero determinata, quemadmodum nec pręsentium literarum numero quidem omnium non sunt principia determinata, sed specie: nisi quis sumat huius syllabę, aut huius nocis: harum enim erunt & numero determinata. Similiter autem & in eis, quę sunt intermedia. infinita enim & illic sunt quæ eiusdem speciei. Quare, si non præter sensibilia & mathematica, alia quędam, qualia dicunt species ipsas quidam, non erit vna numero & specie substantia. Nec principia entium numero existunt quanta aliqua, sed specie. Ergo si hoc est necessarium, & species necessarium est propter hoc esse. Etenim & si non bene dearticulant dicentes, sed hoc est quod volunt, & eos ea necesse est dicere: quia specierum singula substantia quędam est, sed non secundum accidens.

Obijcit ad vnam partem, & videtur hæc esse rō quare oportet species ponere præter sensibilia & mathematica: quia mathematica {à præsentibus}. i. à sensibilibus, q̄ in vniuerso sunt, differunt quidem in aliquo, quia mathematica abstrahunt à materia sensibili, nō tñ differunt in hoc, sed magis conueniunt: quia sicut in sensibilibus inueniuntur plura numero differentia eiusdē speciei, vtpote plures homines, aut plures equi, ita ēt in mathematicis inueniūtur plura numero differentia eiusdem speciei, puta plures trianguli æquilateri, & plures lineæ æquales. Et si ita est, sequitur ꝙ sicut principia sensibilium non sunt determinata ſm numerū, sed ſm speciem, ita etiam sit {in medijs}. i. in mathematicis. Manifestum est. n. ꝙ in sensibilibus ꝓpter hoc, quòd sunt plura indiuidua unius speciei sensibilis, principia sensibilium non sunt determinata à numero, sed specie, nisi forte accipiantur principia ꝓpria huius indiuidui, q̄ sunt ēt in numero determinata & indiuidualia. Et ponit exemplum in vocibus. Manifestum est. n. quòd vocis literatæ, literæ sunt principia, non tñ sunt aliquo numero determinato indiuidualium literarum, sed solum ſm spēm sunt determinatę literæ ſm aliquem numerum, quarum aliæ sunt vocales, & aliæ consonantes. sed hæc determinatio est ſm spēm, non ſm numerum. non. n. vnum solum est. a. sed multa, & sic de alijs literis. Sed si accipiantur hæ literæ, q̄ sunt principia huius determinatæ syllabæ vel dictionis aut ośonis, sic sunt determinatæ numero. Et eadem rōne, cum sint multa mathematica numero differentia in vna specie, non poterunt esse mathematica principia mathematicorum determinata numero, sed determinata specie solum. puta si dicamus, ꝙ principia triangulorum sunt tria latera & tres anguli. Sed hæc determinatio est ſm speciem. contingit. n. quodlibet eorum in infinitum multiplicari. Si igitur nihil esset pręter sensibilia & mathematica, sequeretur quòd substantia speciei non esset una ſm numerum, & ꝙ principia entium nō essent determinata in aliquo numero, sed erunt determinata solum ſm speciem. Si ergo est necessarium ꝙ sint determinata ſm numerum, alioquin contingeret esse principia rerum infinita numero, sequitur ꝙ necesse sit spēs esse ꝑter mathematica & sensibilia. Et hoc est quod Platonici uolūt dicere, ꝙ sequitur ex necessitate ad positiones eorū, ꝙ sit in singulariū substantia spēs aliquid vnū, cui non conueniat aliquid sc̄d̄m accidens. Homini. n. indiuiduo conuenit aliquid sc̄d̄m accidens. s. album vel nigrum, sed homini separato, qui est spēs secundū Platonicos, nihil cōuenit per accidens, sed solū quod pertinet ad rationem speciei. Et quamuis hoc dicere intendant, non tamen bene {dearticulant}. i. non bene distinguunt. Deinde cum dicit.

BESS.

At vero si ponemus formas esse, & principia unum numero, non specie esse diximus, quę impossibilia necesse est accidere:

ANT. Par. 3.

At vero si ponimus spēs esse & unū numero principia & non spē, diximus q̄ contingere necesse est īpossibilia.

Obijcit in contrariū & dicit, ꝙ si ponamus spēs separatas esse, & ꝙ principia rerum nō sunt solum determinata spē, sed ēt numero, quędam inconuenientia sequuntur, q̄ superius in quadam q̄stione sunt tacta. Hāc aūt dubitationem Philosophus determinat. xij. & xiiij. huius libri. Et ueritas dubitationis est, quòd sicut mathematica non sunt præter sensibilia, ita nec spēs rerum separatæ ꝑter mathematica & sensibilia. Principia aūt rerum efficientia & mouentia sunt quidem determinata numero, sed principia rerum formalia quorum sunt multa indiuidua, unius speciei, nō sunt determinata numero, sed solum specie.

Veritas quęstionis.

LECTIO XV.

Num prima rerum principia in Actu uel in potentia, uniuersalia, an singularia sint.

BESS. Tex. 19.

His autem prope est dubitare, utrum potentia, an alio quodam modo elementa sint.

ANT. Tex. c. 19. Part. 1.

His autem affine est quærere, utrum potestate sunt elementa, aut aliquo alio modo.

Postquam philosoph⁹ inquisiuit q̄ sunt principia, hic inquirit quomodo sunt: & primo utrum sint in potentia uel in actu. Sc̄d̄o vtrum sint vniuersalia vel singularia, ibi: {Et vtrū uniuersalia &c.} Circa primū tria facit. Primo mouet dubitationē: Sc̄d̄o obijcit ad unam partem, ibi: {Nā si aliter &c.} Tertio obijcit in contrarium, ibi: (Si uero potestate &c.) Quærit ergo primo, utrum prima principia sint in potentia, vel (aliquo alio modo). i. in actu. Et hæc dubitatio īducitur propter antiquos naturales, qui ponebant sola principia materialia, quæ sunt in potentia. Platonici autem ponentes species quasi principia formalia ponebant eas esse in actu. Deinde cum dicit.

Part. 4. Tex. seq. Q5 ista est xj. sup. ex parte considerationum mota, & solvitur in 8. lect. 7. & 8.

BESS.

Si enim alio quodā modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia nanque, prior illa causa est, non est autem necesse, vt omne, quod potentia est, illo modo se habeat.

ANT. Par. 2.

Nam si aliter, prius aliqd erit principijs aliud. Prior enim erit potestas causa illa. Possibile autem non est necessarium illo modo se habere.

Probat ꝙ principia sint in potentia. Si. n. essent {aliter,} scilicet in actu, sequeretur ꝙ aliquid esset prius principiis. Potentia. n. actu prior est. Quod patet ex hoc, ꝙ prius est à quo non cōuertitur consequentia essendi: sequitur autē si est, ꝙ possit esse, non autem ex necessitate sequitur, si est possibile, quòd sit actu. Hoc aūt est incōueniens quòd aliquid sit prius primo principio, ergo īpossibile quòd primum principium sit aliter quàm in potentia. Deinde cum dicit.

Ab esse ad posse, nō autē econuerso nisi in necessarijs ualet argumentum.

BESS.

Quòd si elemēta potētia sunt, cōtingit nihil entium esse possibile. n. est esse, etiā quod nondum est: fit. n. quod non est, sed nihil eorum fit, quę esse impossibilia sunt. Et has itaque de principijs dubitationes, necesse est dubitare.

ANT. Par. 3.

Si uero ptāte sunt elementa, nihil entiū esse cōuenit. Nam possibile est esse, quod nondum est ens: fit. n. non ens. Nihil autem fit impossibilium esse. Has igitur dubitationes quęrere necesse est.

Obijcit in contrarium, quia si principia rerũ sint in potentia, sequitur quòd nihil sit entium in actu, nã illud quod est possibile esse, nõdum est ens. & hoc ꝓbat per hoc quòd id quod fit, non est ens. quod enim est, non fit. Sed nihil fit nisi quod possibile est esse, ergo omne quod est possibile esse, est non ens. si igitur principia sint tantum in potentia, erunt non entia. Si aũt principia non sint, nec effectus sunt, sequitur ergo quòd contingit nihil esse in entibus. Et concludit epilogando quod secundum prædicta necessarium est dubitare de principijs ꝓpter præmissas rationes. Hæc autem quæstio determinabitur in Nono huius, ubi ostendetur quòd actus est simpliciter prior potentia. Sed potẽtia est prior actu tempore in eo, ꝙ mouetur de potentia ad actum. Et sic oportet primum principium esse in actu & non in potentia, ut ostendit in Duodecimo huius. Deinde cum dicit.

Lect.7.& 8. Determinatio quæstionis tex. cõ.34.& 35. Lect.5.

BESS. *Et vtrũ vniuersalia sint, an (vt dicimus) singularia.*

Tex. 20. *Et vtrum vniuersalia sint, aut vt dicimus singularia.*

ANT. Tex. co.20. Part.4. Par.seq. Inquirit vtrum principia sint per modum uniuersalium aut per modum singularium, & circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationem. Secundo obijcit ad vnam partem, ibi: §Nam si uniuersalia &c.§ Tertio obijcit ad aliã, ibi: §Si autem non uniuersalia &c.§ Est ergo dubitatio, utrum principia sint vniuersalia, uel existant per modum quorundam singularium. Deinde cum dicit.

Hæc quæstio est decima supe rius ex parte cõsideratorũ mota & soluitur i septimo le. 13.14.

BESS. *Si enim vniuersalia, non erunt substantiæ: nihil enim communium, quod quid, sed quale significat: sed substantia quod quid.*

ANT. Par.5. *Nam si vniuersalia, nõ erunt substantiæ. Nihil enim communium hoc aliquid significat, sed quale quid. Substantia vero hoc aliquid est.*

Tex. c.19. Probat quòd principia non sunt vniuersalia tali ratione. Nullum communiter prædicatum de multis significat hoc aliquid, sed significat tale siue quale, nõ quidem secundum qualitatem accidentalem, sed secundum qualitatem substãtialem. est enim quædam substantialis qualitas, ut infra in Quinto huius dicetur. Et ratio huius est, quia hoc aliquid dicitur secundum quòd in se subsistit: quod autem in se subsistit, non potest esse in multis ens, quod est de ratione cõmunis. Quod enim in multis est, nõ est in se subsistẽs, nisi & ipsum esset multa, quod est contra rationem communis. Nam cõmune est, quod est vnum in multis. Sic igitur patet, quòd nullum communium significat hoc aliquid, sed significat formam in multis existentem. Addit autem minorem, scilicet quòd substãtia significat hoc aliquid. Et hoc quidem verum est quantum ad primas substantias, quæ maxime & proprie substantiæ dicuntur, vt habetur in prædicamentis. hmõdi enim substantiæ sunt in se subsistentes. Relinquitur ergo quòd principia si sunt vniuersalia nõ sunt substantiæ. Et ita uel substantiarum non erunt aliqua principia, uel oportebit dicere quod non sint substantiæ substantiarum principia. Sed quia aliquis posset concedere quod aliquid communiter prædicatum significet hoc aliquid, consequenter diluitur cum dicit.

Subaprima significat hoc aliqd, scđa uero quale quid, qᵹ sicalus.

BESS. *Quòd si quod communiter prædicatur, quod quid sit, & exponi possit, multa animalia erunt ipse Socrates, & homo, et animal, si singula quidẽ, quod quid & vnũ significant. Si igitur principia uniuersalia sunt, hæc accidũt.*

ANT. Par.6. *Sed si est hoc aliquid, & ponitur quid communiter quod prædicatur, multa erit animalia Socra. ipseq; homo, et animal: si significat singulum hoc aliquid & vnũ. Si igitur vniuersalia sint principia, ea contingunt.*

Ostendit, quod inconueniens ex hoc sequitur. Si enim id, quod communiter prædicatur sit hoc aliqd, sequeretur quod omne id, de quo illud commune ꝓdicatur, sit hoc aliquid quod est commune. Sed planum est, quod de Socrat. prædicatur & homo & animal, quorum utrunque, scilicet homo & animal est quoddam commune prædicatum. Vnde si omne cõe prædicatum sit hoc aliquid, sequitur quod Socra. sit tria hoc aliquid, quia Socrates est Socrates quod est hoc aliquid: ipse etiam est homo, quod est secundum prædicta hoc aliquid: ipse etiã est animal, quod similiter est hoc aliquid. Erit ergo tria hoc aliquid. Et ulterius sequitur quod sit tria animalia. nam animal ꝓdicatur de ipso & de homine & de Socra. Cum ergo hoc sit inconueniens, inconueniens est quod aliquid communiter prædicatum sit hoc aliquid. Hæc igitur sunt incõuenientia quæ sequuntur, si uniuersalia sint principia. Deinde cum dicit.

BESS. *Quòd si non vniuersalia sint, sed vt ipsa singularia, non erũt scibilia. Ipsius enim vniuersalis oĩum scientiæ sunt. quare erunt alia principia priora de principijs vniuersaliter prædicata, si sit quidem eorum futura sciẽtia.*

ANT. Part.7. *Si autem non vniuersalia, sed quasi singularia, non erunt scibilia. Vniuersales enim sunt omnes scientiæ. Quare erũt diuersa priora principijs vniuersaliter prędicata, si futura est eorum scientia.*

Obijcit in contrarium. Cum.n. omnes scientiæ sint vniuersales non sunt singularium, sed vniuersaliũ. Si igitur aliqua principia non sint vniuersalia, sed singularia, non erunt scibilia secũdum seipsa. Si ergo de eis debet aliqua scientia haberi, oportebit esse aliqua priora principia, quæ sunt vniuersalia. Sic igitur oportet prima principia esse vniuersalia, ad hoc quod scientia habeatur de rebus, quia ignoratis principijs necesse est alia ignorare. Hæc autem quæstio determinatur in Septimo huius, vbi ostenditur quod vniuersalia non sunt substantiæ, nec principia rerum. Non autem propter hoc sequitur, quod si principia & substantiæ rerum sint singularia, quod eorum non possit esse scientia, tum quia res immateriales & si sint singulariter subsistentes, sunt tamen etiam intelligibiles, tum etiam quia de singularibus est scientia secundum vniuersales eorum rationes per intellectum apprehensas.

Lect.13.14. Determinatio qõnis.

FINIS.

LIBRI TERTII METAPHYSICORVM.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER QVARTVS.

CVM SANCTI THOMAE EXPOSITIONE.

LECTIO I.

Hanc sciētiam uersari circa ens inquantum ens & circa substantiam & accidens, tanquam eius æquatum subiectum: probat.

BESS. Tex. 1. ANT. Tex. c. 1. Part. 1.

Est quadam sciētia, quę speculatur ens, prout ens est, & quæ ei per se insunt.

Est autem scientia quadam quæ speculatur ens inquantum ens, & quæ huic insunt secundum se.

In præcedenti libro Philosophus disputatiue processit de illis, quæ debent in hac scientia considerari, hic incipit procedere demonstratiue: determinando veritatem quæstionum prius motarū & disputatarum. Fuit autem in pcedenti libro disputatum tam de his, quę pertinent ad modum huius scientiæ, scilicet ad quę se extendit huius scientiæ cōsideratio, quàm etiam de his, quæ sub consideratione huius scientiæ cadunt. Et quia prius oportet cognoscere modum sciētiæ, quàm procedere in scientia ad ea consideranda de quibus est scientia, vt in 2. Lib. dictū est, ideo diuiditur hæc pars in duas. Primo dicit de quibus est consideratio huius scientiæ. Secundo dicit de rebus quæ sub consideratione huius scientiæ cadunt in 5. Lib. ibi (Principium dr̄ aliud quidem &c.) Prima in duas. Primo subiectum stabilit huius scientiæ: Secundo procedit ad soluendum quæstiones motas in libro præcedenti de consideratione huius scientiæ, ibi (Ens autem multis.) Circa primum tria facit. Primo supponit aliquam esse scientiam cuius subiectum sit ens. Secundo ostendit φ ista non est aliqua particularium scientiarum, ibi (Hæc autem &c.) Tertio ostendit φ hęc est scientia quæ præ manibus habetur, ibi (Qm̄ autem principia &c.) Quia uero scientia non solum debet speculari subiectum, sed etiam subiecto per se accidentia, ideo dicit primo, φ est quędam scientia, quæ speculatur ens scd̄m φ ens, sicut subiectum, & speculatur (ea quæ insunt enti per se) idest entis per se accidētia. Dicit aūt secundum quòd est ens, quia scientiæ aliæ, quæ sunt de entibus particularibus, considerant quidem de ente, cum oīa subiecta scientiarum sint entia, non tñ considerant ens s̄m φ ens, sed s̄m φ est huiusmodi ens, s. uel numerus, uel linea, uel ignis, aut aliquid hmōdi. Dicit ēt & q̄ huic insunt per se, & non simpliciter quæ huic insunt, ad significandum quód ad scientiam non pertinet considerare de his, quæ per accidens insunt subiecto suo, sed solum de his, quæ per se insunt. Geometra. n. non cōsiderat de triangulo, utrum sit cupreus uel ligneus, sed solum considerat ipsum absolute secūdum quòd habet tres angulos æquales &c. Sic igitur huiusmodi scientia, cuius est ens subiectum, non oportet quòd consideret de omnibus, quæ insunt enti per accidēs, quia sic consideraret accidentia quæsita in omnibus scientijs, cum omnia accidentia insint alicui enti, non tamen s̄m φ est ens. Quæ. n. sunt per se accidentia inferioris, per accidens se hñt ad superius, sicut per se accidentia hominis non sunt per se accidentia animalis. Necessitas aūt huius scientiæ quæ speculatur ens & p se accidentia entis, ex hoc apparet, quia huiusmodi non debent ignota remanere, cum ex eis aliorum dependeat cognitio, sicut ex cognitione communium dependet cognitio rerum propriarum.

Lect. ult. In toto libro quarto. In quinto per totum. Part. 4. Lec. huius. Par. seq. Par. 3.

Ens metaphysicæ subiectum.

BESS.

Hæc aūt, nulli earum, q̄ in parte dicuntur, eadem est. nullæ nāque cæterarum vniuersaliter de ente, prout ens est, considerant. sed eius aliquam partem abscindentes, quod ei accidit speculantur, ut Mathematicæ scientiæ.

ANT. Par. 2.

Hęc aūt nulli est in parte dictarū eadē. Aliarum. n. nulla intendit uniuersaliter de ente inquantū est ens, verū partē eius abscindētes aliquā, circa qdem hanc speculantur ipsum accidens, veluti sciētiarum mathematicę.

Hic ostendit, φ ista scientia nō sit aliqua particularium scientiarū, tali rōne. Nulla scientia particularis cōsiderat ens uniuersale inquantū hmōdi, sed solum aliquam partē entis diuisam ab alijs, circa quam speculatur per se accidens, sicut scientiæ mathematicæ aliquod ens speculantur, s. ens quantum. Scientia aūt cōmunis considerat uniuersale ens secundum φ ens: ergo non est eadem alicui scientiarū particularium.

BESS.

Cum aūt principia, & supremas cās quæramus, patet quòd alicuius naturę per se necesse est eas esse. si igiť illi ēt, qui entium elementa quęrebant, ista principia quęrebant, necesse est etiam elementa entis non secundum accidens esse, sed prout entia sunt. Quare nobis quoque entis, prout entis, primas causas accipiendum est.

ANT. Par. 3.

Quoniam aūt principia & extremas quærimus cās palam, quia cuiusdam eas naturę secundum se esse necesse est. Si ergo & entium elementa quęrentes, ea quæsierunt principia, necesse & entis elementa esse non secundum accidens, sed inquantum sunt entia. Vnde & nobis entis inquantum est ens, primę causę sunt accipiendę.

Hic ostendit, φ ista scientia, quę præ manibus habetur, habet ens p subiecto tali ratione. Omne principium est per se principium & cā alicuius naturę: sed nos quærimus prima rerū principia & altissimas cās, sicut in primo dictum est, ergo sunt per se cā alicuius naturæ, sed non nisi entis. Quod ex hoc patet, quia oēs philosophi elementa quærentes secundum quòd sunt entia quęrebant huiusmodi principia. s. prima & altissima, ergo in hac sciētia nos quærimus principia entis inquantum est ens: ergo ens est subiectum huius scientiæ, quia quælibet scientia est quærens causas proprias sui subiecti.

Lect. 2.

BESS. Tex. 2.

Ens autem multipliciter quidem dicitur, verum ad vnum, vnamque quandam naturam: & non æquiuoce. sed quemadmodum omne salubre ad sanitatem. quoddam eo quòd conseruat, quoddam eo quòd facit; quoddam eo, quod signum sanitatis, quoddam uero capax eius est. & medicinale, ad medicinam: quoddam enim eo, quod habet

medicinā, medicinale dicitur: quoddam propterea quod natura aptum ad eam sit, quoddam propterea quod opus medicinæ sit. Eodem modo cætera quoque accipiemus: Ita & ens multipliciter quidem dicitur, sed totum ad unum principium. Quædam enim, quoniam substantiæ, entia dicuntur. quædam, quoniam passiones substantiæ: quędam, quoniam via ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substantiæ, siue eorum, quæ ad substantiam dicuntur, aut ad aliquorum ex his negationes, aut substantiæ. Quare & ipsum non ens, esse non ens dicimus.

ANT. Tex. c. 2. Par. 4.

Ens autem multis quidem dicitur modis, sed ad unum & ad unam naturam aliquam, & non æquiuoce. Sed quemadmodum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem ad conseruationem, id vero in actione, aliud quia est signum ut vrina sanitatis, hoc autem quia illius est susceptibile. Et medicinale à medicina. Hoc enim habēdo medicinas dicitur medicinale, illud uero susceptibile ad eā, aliud vero per actus existentium medicina. Similiter autem alia sumemus his dicta. Ita vero & ens multipliciter dicitur quidem, sed omne ad primum principium. Hæc enim quia substantiæ entia dicuntur, illa vero quia passiones substantiæ dicuntur, aliæ quia via ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substantiæ, aut ad substantiam dictorum, aut quorundam horum negationes, aut substantiæ. Quare & non ens esse non ens dicimus.

Ens est analogum substātię & accidenti ſm analo. attributionis, & proportionalitatis, deo uero & creaturę nō nisi ſm proportionalitatē. Caue etiam ꝙ non sic præcise ut sanum, ens dicas analogū, qđ lapis potius ęquiuoci naturā id qđ forte negauit Socrates, & uniuocum ipsum tale posuit, quod ad contradictionē sufficiat.

Hic proceditur ad soluendum quęstiones in præcedenti libro motas de consideratione huius scientiæ, & diuiditur in tres partes. Primo soluit quæstionem, qua quærebant vtrum huius scientiæ esset consideratio de substantijs & accidentibus simul, & utrum de omnibus substātijs. Secundo qua quærebatur utrum huius scientiæ esset considerare de omnibus istis, quæ sunt unum & multa, idem & diuersum, oppositum cōtrarium, & hmōdi, ibi: {Si igitur ens & unum &c.} Tertio soluit quęstionem, qua quærebatur vtrum huius scientiæ esset considerare demonstrationis principia, ibi: {Dicēdum est aūt utrum unius &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit ꝙ huius scientiæ est cōsiderare tam de substantijs quàm de accidentibus. Secundo ꝙ principaliter de substantijs, ibi: {Vbiq; vero proprie &c.} Tertio ꝙ de omnibus substātijs, ibi: (Omnis autem generis.) Circa primum vtitur tali ratione. Quæcunque communiter vnius recipiunt prædicationē, licet non vniuoce, sed analogice de his prædicetur, pertinent ad unius scientiæ cōsiderationem: sed ens hoc modo prædicatur de oībus entibus, ergo oīa entia pertinent ad considerationem unius scientiæ, quæ considerat ens inquantum est ens, scilicet tā substantias quàm accidentia. In hac autem ratione primo ponit minorem. Secūdo maiorem, ibi: (Quemadmodum ergo salubrium omnium.) Tertio conclusionem, ibi (Manifestum igitur &c.) Dicit ergo primo, ꝙ ens siue quod est, dr multipliciter. Sed sciendū quod aliquid pręedicatur de diuersis multipliciter, qñque quidem secundum rationem oīno eandem, & tunc dicitur de eis uniuoce prædicari, sicut animal de equo & boue. Quandoque vero ſm rationes oīno diuersas, & tunc dr de eis ęquiuoce prædicari, sicut canis de sydere & animali. Quandoque uero secundum rationes quæ partim sunt diuersæ quidem ſm ꝙ diuersas habitudines important. Vnæ autem secūdum ꝙ ad unum aliquid & idem, istæ diuersæ habitudines referuntur, & illud dicitur (analogice pręedicari). i. proportionaliter, prout unumquodque secundum suam habitudinem ad illud unum refertur. Item sciendum quòd illud unum ad quod diuersæ habitudines referuntur in analogicis, est unum numero, & non solū unum ratione, sicut est unum illud quod per nomen uniuocum designatur. Et ideo dicit quòd ens & si dicatur multipliciter, non tamen dicitur æquiuoce, sed per respectum ad unum, non quidem ad vnum quod sit solum ratione unum, sed quod est unum sicut una quædam naturā. Et hoc patet in exemplis infra positis. Ponit enim primo unum exemplum quando multa comparantur ad vnum, sicut ad finem, sicut patet de hoc nomine sanatiuū uel salubre. Sanatiuum enim non dicitur uniuoce de diæta, medicina, urina, & animali. Nam ratio sani secundum quòd dicitur de diæta, consistit in conseruando sanitatem. Secundum vero quòd dicitur de medicina, in faciendo sanitatem. Prout vero dicitur de urina, inquantum est signum sanitatis. Secundum uero quòd dicitur dę animali ratio eius est, quoniam est receptiuum uel susceptiuū sanitatis. Sic igitur omne sanatiuum uel sanum dicitur ad sanitatem vnam & eandem. Eadem enim est sanitas quām animal suscipit, urina significat, medicina facit, & dięta conseruat. Secundo ponit exemplum quando multa comparantur ad unum sicut ad principium efficiens. Aliquid enim dicitur medicatiuum, vt qui hēt artem medicinæ, sicut medicus peritus. Aliquid uero quia est bene aptum ad habendum artem medicinæ, sicut homines qui sunt dispositi ut de facili artem medicinæ acquirāt. Ex quo contingit quòd ingenio proprio quædam medicinalia operantur. Aliquid vero dicitur medicatiuum vel medicinale, quia eo opus est ad medicinam, sicut instrumenta quibus utūtur, medicinalia dici possunt, & etiam medicinæ quibus medici utuntur ad sanandum. Et similiter accipi possunt alia quæ multipliciter dicuntur, sicut & ista. Et sicut est de prædictis, ita etiam & ens multipliciter dicitur. Sed tamen omne ens dicitur per respectum ad unum primum. Sed hoc primum non est finis uel efficiens sicut in præmissis exemplis, sed subiectum. Alia. n. dicuntur entia uel esse, quia per se habēt esse sicut substantiæ, quæ principaliter & prius entia dicuntur. Alia uero quia sunt passiones siue proprietates substantiæ, sicut per se accidentia uniuscuiusque substantię. Quædam autem dicuntur entia, quia sunt uia ad substantiam, sicut generationes & motus. Alia autem entia dicuntur, quia sunt corruptiones substantiæ. Corruptio enim est uia ad non esse, sicut generatio via ad substantiam. Et quia corruptio terminatur ad priuationem, sicut generatio ad formam, conuenienter ipsa etiam priuationes formarum substantialium esse dicuntur. Et iterum qualitates uel accidentia quædam dicuntur entia, quia sunt actiua uel generatiua substantiæ, vel eorum quæ secundum aliquam habitudinem prædictarum ad substantiam dicuntur uel secūdum quamcunque aliam. Item negationes eorum quæ ad substantiam habitudinem habent, uel etiam ipsius substantiæ esse dicuntur. Vnde dicimus quòd non ens est non ens. Quod non diceretur nisi negationi aliquo modo esse competeret. Sciendum tamen quòd prædicti modi essendi ad quatuor possunt reduci. Nam unum eorū quod est debilissimum, est tantum in ratione, scilicet negatio & priuatio, quam dicimus in ratione esse, quia ratio de eis negociatur quasi de quibusdam entibus, dum de eis affirmat vel negat aliquid. Secundum quid autem differant negatio & priuatio, infra dicetur. Aliud autem huic proximum in debilitate est, secūdum quòd generatio & corruptio & motus entia dicuntur. Habent enim aliquid admixtum de priuatione & negatione. Nam motus est actus imperfectus, ut dicitur Tertio Physicorum. Tertium autem dicitur quòd nihil habet de non ente admixtum, habet tamen esse debile, quia nō per se, sed in alio, sicut

sunt

Lect. seq. Infra lec. 5.

Infra par. 6 Par. 7. lect. huius.

Par. 5. lect. huius. Infra par. 6 in prin.

Analogum quid sit.

Tex co. 6. L. c. 3.

4. sunt qualitates, quantitates, & substantiæ proprietates. Quartum autem genus est quod est perfectissimum, quod scilicet habet esse in natura absque admixtione priuationis, & habet esse firmum & solidum, quasi per se existens sicut sunt substantiæ. Et ad hoc sicut ad primum & principale omnia alia referũtur. Nam qualitates & quantitates dicuntur esse, inquantum insunt substantiæ: motus & generationes, inquãtum tendunt ad substantiam vel ad aliquid prædictorum: priuationes autem & negationes, inquantum remouent aliquid trium prædictorum.

BESS. *Quemadmodum igitur sanorum omnium una scientia est, ita & de cæteris est. non enim solum eorum, quæ secundum vnum dicuntur, uerum etiam eorum, quæ ad unã naturam dicuntur, vnius scientiæ est speculari: etenim hæc etiam quodammodo secundum vnum dicuntur.*

ANT. Par. 5. *Quemadmodum ergo salubrium omniũ vna est scientia, ita hoc etiam & in alijs. Non enim solum circa vnũ dictorũ unius est scientiæ speculari, sed ad unã dictorum naturã. Etenim ea modo quodam circa unum dicuntur.*

Maior. Hic ponit maiorem primę rationis dicens, quòd est vnius scientiæ speculari non solum illa quæ dicuntur § secundum vnum § idest secundum vnam rationẽ omnino, sed etiam eorum quæ dicuntur per se respectum ad vnam naturam secundum habitudines diuersas. Et huius ratio est propter vnitatem eius ad quod ista dicuntur, sicut patet quòd de omnibus sanatiuis considerat vna scientia scilicet medicinalis, & similiter de alijs quæ eodem modo dicuntur.

BESS. *Patet itaque unius esse, & entia prout entia speculari, ubique autem propriè primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur, scientia. Quòd si hoc substantia est, oportet profectò, vt substantiarum principia, & causas Philosophus habeat.*

ANT. Par. 6. *Manifestum igitur quia entia vnius est scientię speculari inquantum entia. Vbique vero propriè primi est scientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Ergo si hoc, est substantiarum oportet principia & causas habere philosophum ipsum.*

Co. Hic ponit conclusionem intentam, quæ per se est manifesta. § Vbique vero &c. § Hic ponit quod hæc scientia principaliter considerat de substantijs, & si de omnibus entibus consideret, tali ratione. Omnis scientia quæ est de pluribus quæ dicuntur ad vnum primum, est proprie & principaliter illius primi, ex quo alia dependent secundum esse, & propter quod dicuntur secundum nomen, & hoc vbique est verum. Sed substãtia est hoc primum inter omnia entia. Ergo philosophus qui considerat omnia entia primo & principaliter, debet habere in sua consideratione principia & causas substantiarum, ergo per consequens eius consideratio primo & principaliter de substantijs est.

Metaphysica principaliter est de substantia.

BESS. *Omnis autem generis, & sensus vnus vnius, & scientia, velut Grammatica vna existens omnes voces speculatur. Quare entis quoque quot species sunt, & species specierum speculari vnius scientię genere est.*

ANT. Pa. 7. *Omnis autem generis vnius est sensus vnus & scientia: vt grammatica vna ens, omnes speculatur voces. Quapropter & entis inquantum est ens, quascunque species speculari vnius est scientiæ genere, & species specierum.*

Sciẽtia vna est vnius generis.

Hic ostendit quòd primi philosophi est considerare de omnibus substantijs, tali ratione. Omnium eorum quæ sunt vnius generis, est vnus sensus & vna sciẽtia, sicut visus est de omnibus coloribus, & grammatica considerat oẽs voces. Si igitur omnia entia sint vnius generis aliquo modo, oportet quòd omnes species eius pertineant ad considerationẽ vnius scientiæ quæ est generalis: & species entium diuersæ pertineant ad species illius scientiæ diuersas. Hoc autem dicit, quia non oportet quòd vna scientia consideret de omnibus speciebus vnius generis secundum proprias rationes singularum specierum, sed secundum quòd conueniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad scientias speciales, sicut est in proposito. Nam omnes substantię inquantum sunt entia vel substantiæ, pertinent ad considerationem huius sciẽtiæ: inquantum autem sunt talis vel talis substantia, vt leo vel bos, pertinent ad scientias speciales.

LECTIO II.

Quod ad hanc scientiã spectet consideratio entis & vnius iuxta quorum diuisiones sumuntur etiam philosophiæ partes.

BESS. Te. 3. *SI itaque ens, & vnum idem, ac vna natura sunt, propterea quòd se inuicem sequuntur, quemadmodum principium, & causa, non quòd vna ratione significantur, nihil quidem refert, si etiam similiter putabimus, quinimmo magis proderit.*

ANT. Te. co. 3. Par. 1. *Si igitur ens & vnum idem, & vna natura: quia se adinuicem consequuntur vt principium & causa, sed nõ vt vna ratione ostensa. Nihil autem differt, nec si similiter suscipimus, sed & præ opere magis.*

Hic procedit ad ostendendum, quòd ad considerationem vnius scientiæ pertineat considerare huiusmodi communia, scilicet vnum & multa, idem & diuersum, & circa hoc duo facit. Primo ostendit hoc de singulis per proprias rationes. Secundo de omnibus simul per quasdam rationes communes, ibi: § Et philosophi est de omnibus posse speculari. § Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd de omnibus his considerare debet philosophus. Secundo docet modum considerandi, ibi: § Quare quoniam vnum multipliciter &c. § Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd ad hanc scientiam pertineat cõsiderare de vno & de speciebus vnius. Secundo quòd ad eandem scientiam pertineat cõsiderare de omnibus oppositis, ibi: § Quoniam autem vnius est opposita considerare. § Circa primum duo facit. Primo enim ostendit quòd huius scientiæ est considerare de vno. Secundo quod eius sit considerare de speciebus vnius, ibi: § Quare quotcunque vnius. § Dicit ergo primo, quòd ens & vnum sunt idem & vna natura. Hoc ideo dicit, quia quædam sunt idem numero quæ non sunt vna natura, sed diuersæ, sicut idem numero quæ non sunt vna natura, sed diuersæ, sicut Socrates, & hoc album, & hoc musicum. Vnum autem & ens non diuersas naturas, sed vnam significant. Hoc autem contingit dupliciter. Quædam enim sunt vnum quæ consequuntur se adinuicem conuertibiliter sicut principium & causa. Quædam vero non solum conuertuntur vt sint idem subiecto, sed etiam sunt vnum secundum rationem, sicut vestis & indumentum. Vnum autem & ens significant vnam naturam secundum diuersas rationes. Vnde sic se habent sicut principium & causa, sed non sicut tunica & vestis, quæ sunt nomina penitus synonyma. Nihil tamen differt ad propositum, si similiter accipiamus ea dici, sicut illa quæ sunt vnum & subiecto & ratione. Sed hoc erit § magis præ opere § idest magis vtile ad hoc quod intendit. Intẽdit enim probare quòd vnũ & ens cadũt sub eadem consideratione, & quòd habẽt spẽs sibi correspondentes. Quod manifestius probaretur si vnum & ens essent idem re & ratione, quàm si sint idem re & non ratione. Quod autem sint idem reprobat duabus rationibus, quarum primam ponit ibi.

Infra le. 4. — Lect. 3. seq. Par. 3. — Lect. seq. — Pa. 4. huius lect.

Principium & causa in creatis distinguũtur.

Idem

BESS. *Idem enim vnus homo, & ens homo, ac homo & non significat diuersum aliquid secundum dictionem repetitam, id est homo, & homo, & vnus homo. Patet autem quod non separatur ens, nec in generatione, nec in corruptione. Similiter & in vno, quare manifestum est, quod additio in his idem significat, & quod vnum nihil aliud est præter ens.*

ANT. Par.2. *Idem enim unus homo, & ens homo: & homo: & non diuersum aliquid ostenditur secundum repetitam dictionem, ipsum est homo, & homo, & vnus homo. Palam autem, quia non separantur nec in generatione neq; in corruptione. Similiter aût & in vno. Quare palã quia additio in his idem ostendit: & nihil aliud vnum præter ens.*

Quæ talis est. Quæcunque duo addita vni nullam diuersitatem afferunt, sunt penitus idem: sed vnum & ens addita homini vel cuicunque alij nullam diuersitatem afferunt: ergo sunt penitus idem. Minor patet Idem enim est dictu, homo, & vnus homo. Et similiter est idem dictu, ens homo, vel quod est homo: & non demonstratur aliquid alterum cum secundum dictionem replicamus dicendo, est ens homo, & homo, & vnus homo. Quod quidem probat sic. Idem enim est generari & corrumpi hominem, & id quod est homo. Quod ex hoc patet, quia generatio est via ad esse, & corruptio mutatio ab esse ad non esse. Vnde nunquam generatur homo, quin generetur ens homo: nec vnquam corrumpitur homo, quin corrumpatur ens homo. Quæ autem simul generantur & corrumpuntur sunt vnum. Et sicut dictum est quod ens & homo non separantur in generatione & corruptione, similiter apparet de vno. Nam cum generatur homo, generatur vnus homo: & cum corrumpitur, similiter corrumpitur. Vnde manifestum est quod appositio in istis ostendit idem, & per hoc quod additur vel vnum vel ens non intelligitur addi aliqua natura supra hominem. Ex quo manifeste apparet, quod vnũ non est aliud præter ens: quia quæcunque vni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem. Patet autẽ ex prædicta ratione, non solum quod sunt vnum re, sed quod differunt ratione. Nam si non differrent ratione, essent penitus synonyma, & sic nugatio esset cũ dicitur, ens homo & vnus homo. Sciendum est enim quod hoc nomen Homo, imponitur à quidditate tantum, hoc vero nomẽ Ens, imponitur ab actu essendi: & hoc nomen Vnum, ab ordine vel indiuisione. Est enim vnum ens indiuisum. Idem autem est quod habet essentiam, & quod est in se indiuisum. Vnde ista tria, res, ens, vnum, significant omnino idem: sed secundum diuersas rationes.

Quæ simul non solum tẽpore, sed natura generantur, sunt vnum realiter, & subiecto.

Ens & vnũ re non differunt sed ratione.

BESS. *Item euiuscunque substantia vnum est, non secundum accidens, similiter & ipsum ens quoduis.*

ANT. Pa.3. *Amplius autem cuiuscunque substantia vnum est nõ secundum accidens, similiter & quod ens aliquid.*

Hic ponit secundam rationem ad idem, quæ talis est. Quæcunque duo prædicantur de substantia alicuius rei per se & non per accidens, illa sunt idem secundum rem: sed ita se habent vnum & ens, quod prædicantur per se & non secundum accidens de substantia cuiuslibet rei est. Substantia enim cuiuslibet rei est vnum per se & non secundum accidens. Ens ergo & vnum significant idem secundum rem. Quod autem ens & vnum prædicentur de substantia cuiuslibet rei per se & non secundum accidens, sic potest probari. Si enim prædicarentur de substantia cuiuslibet rei per aliquod ens ei additum, de illo iterum necesse est prædicari ens, quia vnumquodque est vnum & ens. Aut ergo iterum de hoc prædicatur per se, aut per aliquid aliud additum. Si per aliquid aliud, iterum esset quæstio de illo addito, & sic erit procedere vsque ad infinitum. Hoc autem est impossibile: ergo necesse est stare in primo, scilicet q substantia rei sit vna & ens per seipsam, & non per aliquid additum.

Sciendum est autem quod circa hoc Auicẽ. aliud sensit. Dixit.n.q vnum & ens non significant substantiam rei, sed significant aliquid additum. Et de ente quidem hoc dicebat, quia in qualibet re quæ habet esse ab alio, aliud est esse rei, & substantia siue essentia eius: hoc autem nomen Ens, significat ipsum esse. Significat igitur (vt videtur) aliquid additum essentiæ. De vno autem hoc dicebat, quia æstimabat quod illud vnum quod conuertitur cum ente, sit idem quod illud vnum quod est principium numeri. Vnum autẽ quod est principium numeri necesse est significare quandam naturam additam substantiæ. Alioquin cũ numerus ex vnitatibus constituatur, non esset numerus species quantitatis, quæ est accidens substantiæ superadditum. Dicebat autem quod hoc vnum conuertitur cum ente, non quia significat ipsam rei substantiam vel entis, sed quia significat accidens quod inhæret omni enti, sicut risibile quod conuertitur cum homine. Sed in primo quidem non videtur dixisse rectè. Esse enim rei quamuis sit aliud ab eius essentia, nõ tamen est intelligendum q sit aliquod superadditum ad modum accidentis, sed quasi constituitur per principia essentiæ. Et ideo hoc nomen ens quod imponitur ab ipso esse, significat idẽ cum nomine quod imponitur ab ipsa essentia. De vno autem non videtur esse verum, quod sit idem quod conuertitur cum ente, & quod est principiũ numeri. Nihil.n. quod est in determinato genere vr consequi omnia entia. Vnde vnum quod determinatur ad speciale genus entis, scilicet ad genus quantitatis discretæ, non videtur posse cum ente vniuersali conuerti. Si enim vnum est proprium & per se accidens entis, oportet quod ex principijs causetur entis in quantum ens, sicut quodlibet accidens proprium ex principijs sui subiecti. Ex principijs autem communibus entis inquantum est ens, non intelligitur causari aliquod particulariter ens sufficienter. Vnde non potest esse quod ens aliquod determinati generis & speciei sit accidens omnis entis. Vnum igitur quod est principium numeri, aliud est ab eo quod cum ente conuertitur. Vnum enim quod, cum ente conuertitur, ipsum ens designat, superaddens indiuisionis rationem, quæ cum sit negatio vel priuatio non ponit aliquam naturam enti additã. Et sic in nullo differt ab ente secundum rem, sed solum ratione. Nam negatio vel priuatio non est ens naturæ, sed rationis, sicut dictum est. Vnum vero quod est principium numeri addit supra substãtiam, rationem mensuræ, quæ est propria passio quantitatis, & primo inuenitur in vnitate. Et dicitur per priuationẽ vel negationem diuisionis, quæ est secundum quantitatem continuam. Nam numerus ex diuisione continui causatur. Et ideo numerus ad scientiam mathematicam pertinet, cuius subiectum extra materiam esse non potest, quamuis sine materia sensibili consideretur. Hoc autem non esset, si vnum quod est principium numeri, secundum esse à materia separetur in rebus immaterialibus existens, quasi cum ente conuersum.

Sententia Auicennæ.

Contra Auicẽn.

Quomodo vnum quod est numeri principium nõ sit idem & quod conuertitur cum ente.

BESS. *Quare quot vnius species, totidem & entis sunt, de quibus ipsum quid speculari, eiusdem generis scientiæ est. Dico autem, vtputa, de eodem, & simili, cæterisque huiuscemodi. Ferè autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Considerata sunt autem hæc in electione contrariorum.*

ANT. Par.4. *Quare quotcunque vnius sunt species, tot entis, & de quibus quidem est eiusdem scientiæ genere speculari. Dico autem vt de eodem & simili & alijs talibus. Fere autem*

Tex. c. 4.

autem omnia referuntur contraria ad principium illud. Speculata sunt autem & ea à nobis in ecloga, idest explanatione, vel tractatione contrariorum.

Hic concludit quòd philosophi est considerare de partibus vnius, sicut de partibus entis. & primo hoc ostendit, secundo etiam ostendit, quòd secundum diuersas partes entis & vnius, sunt diuersæ partes philosophiæ, ibi. {Et tot partes.} Dicit ergo primo, quòd ex quo vnum & ens idem significant, & eiusdem sunt species eædem, oportet quòd tot sint species entis, quot sunt species vnius & sibi inuicem respondentes. Sicut enim partes entis sunt substantia, quantitas & qualitas &c. ita & partes vnius sunt idem, æquale, & simile. Idem enim vnum in substantia est. Aequale, vnum in quantitate. Simile, vnum in qualitate. Et secundum alias partes entis possent sumi aliæ partes vnius, si essent nomina posita: & sicut ad vnam scientiam, scilicet ad philosophiam pertinet consideratio de omnibus partibus entis, ita & de omnibus partibus vnius, scilicet eodem & simili & huiusmodi. Et ad hoc {principium}, scilicet vnum reducuntur omnia contraria {fere.} Et hoc addit, quia in quibusdam non est ita manifestum: & tamen hoc necesse est: quia, cum in omnibus contrarijs alterum habeat priuationem inclusam, oportet fieri reductionem ad priuatiua prima, inter quæ præcipue est vnum. Et iterum multitudo, quæ ex vno causatur, causa est diuersitatis differentiæ & contrarietatis, vt infra dicetur. Et hæc dicit esse considerata {in ecloga} idest in electione {contrariorum}, idest in tractatu, quæ est pars electa ad tractandum de contrarijs, scilicet in .x. huius.

Lect. 10.
Lect. 5. & 6.

B E S S.
Tex. 4.

Atque tot philosophiæ partes sunt, quot substantiæ. Quare necesse est, vt aliqua earum prima, & alia sequēs sit. Sunt autem subinde habentia genera, ipsum vnum & ens. quare etiā scientię sequentur ista. Philosophus nanque est, vt ille, qui mathematicus dicitur. & hæc enim habet partes, ac prima quædam, & secunda scientia est. ceteræ quoque consequenter in mathematibus.

A N T.
Parte. 5.

Et tot partes sunt philosophiæ quot substantiæ. Quare aliquam esse primam necesse, & habitam ipsis. Existunt enim recte genera ens & vnum habentia. Quapropter & hæc sequuntur scientiæ. Est enim philosophus vt mathematicus dictus. Etenim ea partes habet, & prima quædam, & secunda est scientia, & alia deinde in mathematicis.

Hic ostendit partes philosophię distingui secundū partes entis & vnius. & dicit, quòd tot sunt partes philosophiæ, quot sunt partes substantiæ, de qua dicitur principaliter ens & vnum, & de qua principalis est huius scientiæ consideratio & intentio. Et, quia partes substantiæ sunt ordinatæ ad inuicem. Nam substantia immaterialis est prior substantia sensibili naturaliter, ideo necesse est inter partes philosophiæ esse quandam primam. Illa tamen, quæ est de substantia sensibili, est prima ordine doctrinæ, quia à notioribus nobis oportet incipere disciplinam: & de hac determinatur in Septimo & Octauo huius. Illa vero, quæ est de substantia immateriali est prior dignitate & intentione huius scientiæ, de qua traditur in .xij. huius. Et tamen quæcunque sunt prima, necesse est quòd sint cōtinua alijs partibus, quia omnes partes habent pro genere vnum & ens. Vnde in consideratione vnius & entis diuersæ partes huius scientiæ vniuntur, quamuis sint de diuersis partibus substantiæ, vt sic sit vna scientia inquantum partes prædictæ sunt consequentes {hoc} idest vnum & ens, sicut communia substantiæ. Et in hoc philosophus est similis mathematico. Nam mathematica habet diuersas partes, & quandam principaliter sicut arithmeticam, & quandam secundario sicut geometriam, & alia consequenter se habent his, sicut perspectiua, astrologia, & musica.

LECTIO III.

Vnum & multa, & quæcunque opposita ad eandem scientiam attinere, & quomodo, docetur.

B E S S.

Caeterum cum vnius est opposita speculari, vni vero opponitur pluralitas: negationem quoque & priuationem vnius est speculari, propterea quòd vtroque modo vnum speculatur id, cuius est negatio, aut priuatio, siue quæ simpliciter dicitur, quòd non inest illi, siue alicui generi. ibi siquidem vni differentia est, præter illud, quod in negatione. negatio nanque absentia illius est, in priuatione vero & subiecta quædam natura fit, de qua priuatio dicitur.

A N T.
Par. 1.

Quoniam autem vnius est opposita speculari, & vni opponitur pluralitas, & negationem & priuationem vnius est speculari: quia vtrunque speculatur vnum, cuius negatio aut priuatio. Hæc autem quæ simpliciter dicitur, quia nō inest illi, aut alicui generi. Huic igitur vni differētia adest præter quòd est in negatione. Illius enim absentia negatio est. In priuatione vero subiecta quædā fit natura, de qua dicitur priuatio.

Hic ostendit, quòd considerare de oppositis pertinet ad scientiam istam, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd eius est cōsiderare de negatione & priuatione. Secundo de contrarijs. ibi: {Sed vni &c.} Dicit ergo, quòd, cum ad vnam scientiam pertineat considerare opposita, sicut ad medicinam considerare sanum & ægrum, & ad grammaticam congruum & incongruum: vni autem opponitur multitudo: necesse est, quòd illius scientiæ sit speculari negationem & priuationem, cuius est speculari vnum & multitudinem. Propter quod {vtriusque} est considerare vnum, scilicet ex vtroque dependet vnius consideratio, de cuius ratione est negatio & priuatio. Nam sicut dictum est, vnum est ens non diuisum: diuisio autem ad multitudinem pertinet, quę vni opponitur. Vnde cuius est considerare vnum, eius est considerare negationem vel priuationem. Negatio autem est duplex, per quam absolute dicitur quòd hoc non inest illi. Alia est negatio in genere, per quam aliquid non absolute negatur, sed infra metas alicuius generis. sicut cęcū dicitur non simpliciter, quod non habet visum, sed infra genus animalis quod natum est habere visum. & hæc adest differentia huius quod dico vnum præter [quod est in negatione] idest per quam distat à negatione: quia negatio dicit tantum absentiam alicuius, scilicet quod remouet, siue quòd determinet subiectum. Vnde absoluta negatio potest verificari tam de non ente, quod est natū habere affirmationem, quàm de ente, quod est natum habere & non habet. Non videns enim potest dici tam chimera quàm lapis quàm etiam homo. Sed in priuatione est quædā natura vel substantia determinata, de qua dicitur priuatio. non enim omne non videns potest dici cęcum, sed solum quod est natum habere visum. Et sic, cum negatio, quæ in ratione vnius includitur, sit negatio in subiecto, aliàs non ens, vnum dici posset: patet, quod vnum differt à negatione simpliciter & magis trahit se ad naturam priuationis, vt infra .x. huius habetur. Sciendum est autem quod quamuis vnum importet priuationem implicitam, non tamen est dicēdum quòd importet priuationem multitudinis, quia cum priuatio sit posterior naturaliter eo cuius est priuatio, sequeretur quòd vnum esset posterius naturaliter multitudine. Item quòd multitudo ponere tur

Infra Part. seq.

Negatio duplex.

Differentia inter negationem simpliciter & priuationem.

Quā negationem vnū importat. Tex. c. 9.

tur in diffinitione vnius. Nam priuatio diffiniri non potest nisi per suum oppositum, vt quid est cęcitas, priuatio visus. Vnde cũ in diffinitione multitudinis ponatur vnũ (nam multitudo est aggregatio vnitatum) sequitur ꝙ sit circulus in diffinitionibus. Et ideo dicẽdum ꝙ vnum importat priuationem diuisionis, non quidem diuisionis quæ est ſm quantitatem, nam ista diuisio determinatur ad vnum particulare genus entis, & non posset cadere in diffinitione vnius. Sed vnũ quod cum ente conuertitur importat priuationem diuisionis formalis quæ fit per opposita, cuius prima radix est oppositio affirmationis & negationis. Nam illa diuiduntur adinuicem quæ ita se habent, ꝙ hoc non est illud. Primo igitur intelligitur ipsum ens, & ex consequenti non ens, & per consequens diuisio, & per se consequens vnum quod diuisionem priuat, & per cõsequens multitudo in cuius rõne cadit diuisio, sicut in ratione vnius indiuisio, quamuis aliqua diuisa mõ prędicto rõnẽ multitudinis habere nõ possint, nisi prius cuilibet diuisorum ratio vnius attribuatur.

Ordo cognitionis.

BESS. *Vni autem pluralitas opponitur. Quare etiam prædictis opposita, diuersum, dissimile, & inæquale, & quæcunque alia, quæ aut secundum eadem dicuntur, aut secundum pluralitatem, & vnitatem cognoscere, dicta scientiæ est: ex quibus vnum quidem est & ipsa contrarietas. Contrarietas enim differentia quædam: differentia vero diuersitas.*

ANT. Par.2. *Sed vni pluralitas opponitur. Quare opposita dictis diuersumque & dissimile & inæquale & quæcunque alia dicuntur, aut secundum pluralitatem & vnum, est dictæ cognoscere scientiæ, quorum vnum quidem contrarietas est. Differentia nãque quædam contrarietas est, & differentia diuersitas.*

Hic ostendit ꝙ philosophi est considerare contraria. Vni enim multitudo opponitur, vt dictũ est. Opposita autem est vnius scientiæ considerare. Cum igitur ista scientia consideret vnum, & idem, æquale & simile, necesse est quòd consideret opposita his, scilicet multum, alterum siue diuersum, dissimile & inæquale, & quæcunque alia reducuntur ad illa, siue etiam ad vnum & pluralitatem. Et inter ista vna est contrarietas. Nam contrarietas est quædam differentia, eorum scilicet quæ maxime differunt in eodem genere: differentia vero est quædam alteritas siue diuersitas, vt.10.huius habetur: igitur contrarietas pertinet ad considerationem huius scientiæ.

Te. c.10.

BESS. *Quare cum vnum multipliciter dicatur, hæc quoque multipliciter quidem dicentur. vnius tamen est cuncta cognoscere. non enim si multipliciter, ideo alterius: sed si neque secundum vnum, neque ad vnum rationes reducuntur, tunc alterius: cum autem ad primum cuncta reducuntur, vtputa quotcunque vnum dicatur ad primum vnum. similiter de eodem, & diuerso, & contrarys dicendum se habere. Quapropter diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuendum est ad primum in vno quoque prædicamento, quomodo ad illud dicitur. quædã, eo quod habent illud: quædam, eo quòd faciunt: quędam secundum alios huiuscemodi modos dicentur.*

ANT. Pa.3. *Quare quoniam vnum multipliciter dicitur, & hæc quidem multipliciter dicentur. Attamen vnius omnia cognoscere. Non enim simpliciter alterius. Quare si nec secundum vnum, nec ad unum rationes referuntur, tunc alterius. Quoniam uero ad primum omnia referuntur, ut quęcunque unum dicuntur, ad primum unum, similiter dicendum est & de eodem & diuerso & contrarijs se habere. Ergo diuisum quoties dicitur singulũ, sic reducendum est ad primum in singulis pręd icatis, quo modo ad illud dicitur. Hoc enim habendo illud, illa uero faciendo illud, alia uero secundum alios dicentur modos.*

Hic tradit modum, quo Philosophus de his debet determinare, & dicit, ꝙ cum omnia prædicta deriuẽtur ab vno, & vnum multipliciter dicatur, etiam omnia ista necesse est multipliciter dici, scilicet idem & diuersum, & alia huiusmodi. Sed tamen quamuis multipliciter dicantur omnia, tamen quæ significantur per quodlibet horum nominum est cognoscere vnius scientiæ, scilicet philosophiæ. Non enim sequitur, ꝙ si aliquid dicitur multipliciter, ꝙ propter hoc sit alterius scientiæ vel diuersæ. Diuersa enim significata si neque dicuntur [secundum vnum], idest secundum vnam rationem, scilicet vniuoce, nec ratione diuersa referuntur ad vnum, sicut est in analogicis: tunc sequitur, ꝙ sit alterius idest diuersæ scientiæ de his considerare, vel ad minus vnius per accidens. Sicut cœleste sydus, quod est canis, considerat astrologus. Naturalis autem canem marinum & terrestrem, hæc autem omnia referuntur ad vnum principium. Sicut enim quæ significantur per hoc nomen vnum, licet sint diuersa, reducuntur tamen in vnum primum significatum: similiter est dicendum de his cõtrarium, & huiusmodi. Et ideo circa vnumquodque istorum Philosophus duo debet facere, videlicet primo diuidere quot modis dicitur vnumquodque. Et hæc diuisio consequenter assignatur in [vnoquoque prædicato], idest in vnoquoque istorum nominum de pluribus prædicatorum, ad quod primum dicatur, sicut quid est primum significatũ huius nominis idem vel diuersum, & quomodo ad illud omnia alia referantur, aliquid quidem inquantum habet illud. aliquid autem inquantum facit illud, vel secundum alios huiusmodi modos.

Quæ diuersitas obiectorum variet scientiam, & quę non.

BESS. *Manifestum itaque quòd in dubitationibus dictum est, unius esse tam de his, quam de substantia rationem habere. hoc autem unum erat eorum, quę in dubitationibus diximus.*

ANT. Par.4. *Palam ergo, quòd in quęstionibus dictum est, quia uni est de his & de substantia sermonem habere: hoc autem erat unum dubitatorum.*

Inducit conclusionem ex omnibus pręcedentibus, scilicet ꝙ huius scientiæ est ratiocinari de his communibus & de substantia: & hoc fuit vnum quæsitũ inter quæstiones in tertio disputatas.

LECTIO IIII.

Quod primum philosophia consideret omnia contraria cum consideret est & vnum & cõtraria, quorũ speculatio ad nullam scientiam particularem attinet, probat.

BESS. *ET Philosophi est de omnibus posse speculari. si .n. non philosophi, quis erit, qui considerabit, si idẽ Socrates, & Socrates sedens? aut si unum uni cõtrarium? aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? Similiter de cæteris quoque huiuscemodi. Cum itaque unius prout unius, & entis prout entis, hę per se passiones sint, & non prout numeri, aut lineę, aut ignis, patet quòd illius scientię est, & quid est cognoscere, & accidẽtia eis: & non in hoc errant, qui de his considerãt, tanquam non Philosophantes, sed quoniam substantia, de qua nihil sciunt, prior est. Nam quemadmodum & numeri prout numerus est, propria passiones sunt, vt imparitas paritas, commensuratio æqualitas, excessus defectus, & hęc tum absolutis, tum mutuo relatis insunt numeris, similiter solido, & immobili, & mobili, & leui & graui aliqua propria sunt, ita & enti prout ens est,*

quædam

quædam propria sunt, & hæc sunt, de quibus veritatem considerare Philosophi est.

A N T.
Te.co.5.
Par.1.

Et philosophi est de omnibus posse speculari. Nam, si non Philosophi, quis est qui inuestigat si idem Socrates & Socrates sedens, aut si vnũ vni cõtrariũ, aut quid est contrarium, aut quoties dicitur, similiter autem & de talibus? Quoniam ergo vnius inquantum est vnum, & entis inquantum est ens, eadem secundum se passiones sunt, sed non inquantum numeri, aut lineę, aut ignis, palã qa illius sciẽ & qd est in eis cognoscere & eorũ accidentia. Et ideo non peccant qui de eis intendebant quasi non philosophantes, sed quia primum est substantia, de qua nihil audiunt. Quare sicut sunt & numeri & inquã tum numeri proprię passiones sunt, vt imparitas & paritas, & mensuratio, equalitas, excedentia, & defectio, ea, quæ secundum se & adinuicem insunt numeris, similiter autem & solido, & mobili, & immobili, & leui, & graui sunt alia propria, sic entis inquantum est ens quędam propria, & ea sunt, de quibus est Philosophi perscrutari veritatem.

Infra parte vlt.lect.
Pa.7.
huius lect.
Part.seq.
Par.3.

Hic ostendit per rationes communes, ꝙ de omnibus prædictis Philosophus debet considerare. & primo ostendit propositum, secundo conclusionem inducit intentam, ibi: {Quod quidem igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum, secundo ex dictis infert quoddam corollarium, ibi: {Et propter hoc &c.} Ostendit autem primum tribus rationibus, secunda ibi: {Signum autem &c.} tertia ibi: {Amplius autem &c.} Prima ratio talis est. Omnes dubitationes, quæ possunt moueri, sunt in aliqua scientia soluendæ: sed de prædictis communibus mouentur quædam quæstiones, sicut de eodem & de diuerso mouetur illa quæstio, vtrum sit idẽ Socrates, & Socrates sedens: & de contrarijs mouetur ista quæstio, vtrum vnum sit contrarium vni, & quot modis dicitur: ergo oportet, quòd in aliqua scientia ista soluantur, quæ consideret de eodem & contrario & alijs prædictis. Et quod hoc pertineat ad Philosophum & ad nullum alium sic probat. Eius est considerare primas passiones entis, cuius est considerare ens secundum quòd est ens: sed prædicta omnia sunt per se accidentia entis & vnius secundum ꝙ huiusmodi. Sicut enim numerus inquãtum huiusmodi habet proprias passiones, vt superfluum, æquale, commensuratum & huiusmodi, quorum quædam insunt alicui numero absolute, vt par & impar: quædam vni per comparationem ad alterum, vt æquale: & etiam substantia habet proprias passiones {vt firmum}, idest corpus, & alia huiusmodi. Similiter & ens inquantum ens, habet quædam propria, quæ sunt communia prædicta, ergo consideratio eorum pertinet ad Philosophum. Et ideo tradentes philosophiã non peccauerunt de his tractando tanquam {non philosophantes}, idest tanquam ista non pertineant ad considerationem philosophiæ, sed quia de his tractãtes de substantia nihil audiunt, quasi substantiæ omnino obliuiscantur, cum tamen ipsa sit primum inter illa, de quibus Philosophus debet considerare.

Ens habet passiones.

B E S S.

Signum autem est, quod dialectici, & sophistę eandẽ quidem quam Philosophus subeunt figuram. sophistica enim apparens solum sapientia est: dialectici quoque de omnibus disputant. ens uero commune omnibus est, disputant autem de his, scilicet, eo quòd hæc propria philosophię sunt. circa idem enim genus sophistica & dialectica versatur cum philosophia: verum philosophia ab hac quidem modo potestatis, ab illa vero electione vitę differt. dialectica autem est tentatiua, de quibus philosophia est cognitiua, sophistica vero apparens, existens vero minime.

Circa idem genus versatur dialectica sophistica & philosophia.

Signum autem. Dialectici nanque & sophistę eandem subinduunt figuram philosopho, quia sophista apparens est sophia, & dialectici de omnibus disputant: omnibus autem commune ens est. Disputant autem & de his, scilicet quia sophistę sunt ea communia. Nam circa idem genus versatur & sophistica & dialectica cum philosophia.

A N T.
Par.2.
Sophistę proprium apparere est.

Sed differt ad hac quidem modo potestatis, ab illa vero vitę prohæresi idest electione. Est autem dialectica tentatiua, de quibus philosophia est sciẽs: sophistica quidem visa, ens vero non.

Hic ponit secundam rationem ad idem ostendendum, quæ est per signum, quæ talis est. Dialectici & sophistæ induunt figuram eandem Philosopho, quasi similitudinem cum eo habentes: sed dialectici & sophistæ disputant de prædictis: ergo & philosophi est ea considerare. Ad manifestationem autem primę ostendit quomodo dialectica & sophistica cum philosophia habeant similitudinem, & in quo differunt ab ea. Conueniunt autem in hoc, quòd dialectici est considerare de omnibus. Hoc autem esse non posset nisi consideraret omnia secundum quòd in aliquo vno conueniunt: quia vnius sciẽtiæ vnum subiectum est, & vnius artis vna est materia, circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conueniant nisi in ente, manifestum est quòd dialecticæ materia est ens, & ea quæ sunt entis, de quibus etiam Philosophus cõsiderat. Similiter etiam sophistica habet quandam similitudinem philosophiæ. Nam sophistica est visa siue apparens sapientia, non existens. Quod autem habet apparentiam alicuius rei oportet quod aliquam similitudinem cum illa habeat. Et ideo oportet quòd eadem consideret Philosophus, Dialecticus, & Sophista. Differũt autem abinuicem. Philosophus quidem à dialectico secundum potestatem. Nam maioris virtutis est consideratio philosophi quàm consideratio dialectici. Philosophus enim de prædictis communibus procedit demonstratiue. Et ideo eius est habere scientiam de prædictis, & est cognscitiuus eorum per certitudinem. Nam certa cognitio siue sciẽtia est effectus demõstrationis. Dialecticus autem circa omnia prædicta procedit ex probabilibus, vnde non facit scientiam, sed quandam opinionem. Et hoc ideo est, quia ens est duplex, ens scilicet rationis & ens naturę. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas rõ adinuenit in rebus consideratis, sicut intentio generis, speciei, & similium, quæ quidem non inueniuntur in rerum natura, sed considerationem rationis consequuntur. Et huiusmodi, scilicet ens rationis, est proprie subiectum logicæ. Huiusmodi autem intentiones intelligibiles, entibus naturæ æquiparantur, eo quòd omnia entia naturæ sub consideratione rationis cadunt. Et ideo subiectum logicæ ad omnia se extendit, de quibus ens naturæ prædicatur. Vnde concludit, quòd subiectum logicę æquiparatur subiecto philosophiæ, quod est ens naturæ. Philosophus igitur ex principijs ipsius procedit ad probandum ea, quæ sunt consideranda circa huiusmodi communia accidentia entis. Dialecticus autem procedit ad ea cõsideranda ex intentionibus rõnis, quæ sunt extranea à natura rerum. Et ideo dicitur, ꝙ dialectica est tentatiua, quia tentare proprium est ex principijs extraneis procedere. A sophista vero differt philosoph. {prohæresi}, idest electione vel voluptate idest desiderio vitæ. Ad aliud enim ordinat vitam suam & actiones philosophus & sophista. Philosophus quidem ad sciẽdum veritatem, sophista vero ad hoc ꝙ videatur scire quamuis nesciat. Licet autem dicatur, ꝙ Philosophia

In quibus conueniant aut differant Philosoph. Dialecticus & Sophista.

Ens rationis est subiectũ logicæ.

phia est scientia, non autem dialectica & sophistica, non tamen per hoc remouetur quin dialectica & sophistica sunt scientiæ. Dialectica enim potest considerari secundum quod est docens, & secundum quod est vtens. Secundum quidem quod est docens habet considerationem de istis intentionibus instituens modum, quo per eas procedi possit ad conclusiones in singulis scientijs probabiliter ostendendas, & hoc demonstratiue facit, & secundum hoc est scientia. Vtens vero est secundum quod modo adiuncto vtitur ad concludendum aliquid probabiliter in singulis scientijs, & sic recedit à modo scientiæ. Et similiter dicendum est de sophistica, quia prout est docens tradit per necessarias & demonstratiuas rationes modum arguendi apparenter. Secundum vero quod est vtens, deficit à processu veræ argumentationis. Sed in parte logicæ quæ dicitur demonstratiua solum doctrina pertinet ad logicam, vsus vero ad philosophiam & ad alias particulares scientias quæ sunt de rebus naturæ. Et hoc ideo, quia vsus demonstratiuæ consistit in vtendo principijs rerum, de quibus fit demonstratio, quæ ad scientias reales pertinet non vtendo intentionibus logicis. Et sic apparet quod quædam partes logicæ habent ipsam scientiam & doctrinam & vsum, sicut dialectica tentatiua & sophistica, quædam autem doctrinam & non vsum, sicut demonstratiua.

dialectica quædã docens quædã vtens.

BESS. *Item contrariorũ altera coordinatio priuatio est, & cuncta ad ens & non ens, & vnum, & pluralitatem reducuntur: vtputa status quidem vnius est. motus vero pluralitatis.*

ANT. Tex. c. 6. Parte. 3. *Amplius contrariorum aliæ coelementatio priuatio, & omnia referuntur ad ens & ad non ens, & ad vnum & ad pluralitatem: vt status vnius, & motus pluralitatis.*

Hic ponit tertiam rationem, quæ talis est. Quæcunque reducuntur in vnum & ens, debent considerari à Philosopho, cuius est considerare vnum & ens: sed omnia contraria reducuntur ad vnum & ens: ergo omnia contraria sunt de consideratione philosophi, cuius est cõsiderare vnum & ens. Quod autem omnia contraria reducantur ad vnum & ens, ostendit quidẽ primo quantum ad ens hoc modo. Inter duo contraria, quæ à philosophis principia ponuntur, vt in Primo habitum est, semper vnum quidem est alteri correlatiuum & ei coordinatum est, vt priuatio. Quod ex hoc patet, quia semper alterum contrariorum est imperfectum respectu alterius, & sic quãdam perfectionis priuationem alterius importat. Priuatio autem est quædam negatio, vt dictum est supra, & sic est non ens. Et sic patet quod omnia contraria reducuntur in ens & non ens. Similiter etiam ostendit, quod reducuntur in vnum & multitudinem per quoddam exemplum. Status enim siue quies reducitur in vnitatem. Illud enim quiescere dicitur, quod vno modo se habent nunc & prius, vt in. 6. Phy. traditur. Motus autem ad multitudinem pertinet, quia quod mouetur diuersimode se habet nunc & prius, quod multitudinem importat. Deinde ibi.

Lect. 6. Lect. 7. Tex. co. 32.

BESS. *Entia vero, & substantiam ferè cuncti concedunt ex contrarijs compositam esse. omnes etenim principia aiũt esse contraria. quidam, par & impar: quidam calidum & frigidum: quidam finem & infinitum: quidam amicitiam & contentionem.*

ANT. Par. 4. *Entia vero & substantiam confitentur fere omnes ex contrarijs componi. Omnes enim principia contraria dicunt. Hi nanque impar & par, illi vero calidum & frigidum, alij finitum & infinitum, alij amorem & odium.*

Ostendit alio modo, quod contraria reducuntur ad ens, quia principia & principiata sunt vnius considerationis. Principia autem entium inquantum huiusmodi confitentur Philosophi esse contraria. Omnes enim dicunt entia & substantias entium ex contrarijs componi, vt in. 1. Physi. dictum est, & primo huius. Et quamuis in hoc conueniant, quod entium principia sint contraria, differunt tamẽ quantum ad contraria quæ ponit. Quidam enim ponunt par & impar, sicut Pythagorici, Et alij calorem & frigus, sicut Parmenides. Quidam finem siue terminum (& infinitum), idest finitum & infinitum, sicut idem Pythagoras. Nam pari & impari, finitum & infinitum attribuebãt vt in primo habitum est. Alij concordiam & discordiam, sicut Empe. Patet ergo quòd contraria reducũtur in considerationem entis. Deinde vlterius ibi.

Lect. 10. Lect. 6.

BESS. *Cæteru quoque omnia videntur reducta ad vnum, & pluralitatem. Accipiatur enim reductio à nobis, principia vero, & omnino, quæ ab alijs, in hæc tanquam in genera cadunt.*

ANT. Par. 5. *Omnia vero alia reducta videntur ad vnum & plura litatem. Sumatur ergo illa reductio à nobis. Principia vero & omnia quæ de alijs, ad vnum & ens vt in genera ea cadunt.*

Dicit, quòd sicut prædicta contraria reducuntur ad ens, ita habent reduci ad vnum & multitudinem. Quod apparet. Nam imparitas aliquid vnitatis habet propter indiuisionem. paritas autẽ ad naturam multitudinis pertinet propter suam diuisionem. Sic autẽ finis siue terminus ad vnitatem pertinet, quæ est terminus omnis resolutionis, infinitum autem pertinet ad multitudinem, quæ in infinitum augetur. Concordia etiam vnitatis est manifeste, Discordia vero multitudinis. Calor autem ad vnitatem pertinet inquantum habet vnire homogenea, Frigus autem ad multitudinem inquantum habet ea separare. Nec solũ ista contraria reducuntur sic in vnum & multitudinem, sed etiam alia. Sed ista reductio siue introductio ad vnum & multitudinem accipiatur siue (sumatur,) idest supponatur nunc à nobis, quia longum esset per singula contraria hoc discutere. Deinde ostendit consequenter quòd omnia contraria reducuntur ad vnũ & ens. Cõstat enim quòd omnia tam principia quàm quæ sunt (de alijs), idest principiata inducunt in vnũ & ens tanquam in genera, non quòd sint vere genera, sed ratione suæ communitatis quandam similitudinem generum habent. Si igitur contraria omnia sunt principia vel ex principijs, oportet quòd ad vnum & ens reducantur. Sic igitur patet, quod dupliciter ostendit contraria reduci ad ens, primo per naturam priuationis, secundo per hoc quòd contraria sunt principia. Quod vero reducantur ad vnum ostendit per exẽplum, & per quandam reductionem, Finaliter autem ostendit quòd reducantur ad vnum & ens inquãtum sunt genera.

Vel sumat talis reductio ex primo libro de Bono Arist. vt ex græcis codicibus haberi potest.

BESS. *Manifestum itaque ex his etiam est, quod vnius sciẽtiæ est ens prout ens est, speculari. cunctu etenim aut cõtraria, aut ex contrarijs: principia vero contrariorum, vnum & pluralitas. hæc autem vnius scientiæ, siue secũdum vnum dicantur, siue non, sicuti fortassis, & veritas se habet. Et quamuis vnum multipliciter dicatur, ad primum tamen cætera reducentur: & contraria, similiter. Ac propterea & si ens, aut vnum non est vniuersale, & idem in omnibus, aut separatum, sicuti fortassis nõ est, hæc nihilominus ad vnũ, illa vero cõsequẽter.*

ANT. Par. 6. *Palam igitur ex his, quia vnius est scientiæ ens inquãtum est ens speculare. Omnia nanque aut ex contrarijs, aut contraria. Principia vero contrariorum vnum & pluralitas: & ea vnius scientiæ, siue secundum vnum dicuntur,*

nutur, siue non, vt forsan habet veritas. Attamen & si multipliciter dicitur vnum, ad principium omnia dicentur, & contraria similiter. Et propter hoc si non ens & vnum vniuersaliter idem in omnibus, aut separabile, vt forsan non est: sed hoc quidem ad vnum, illud uero ad ea quæ consequenter sunt.

Hic ostendit conuersum, scilicet quòd ista scientia considerat ens, quia considerat prædicta tali ratione. Omnia entia reducuntur ad contraria quia vel sunt contraria, vel sunt ex contrarijs, contraria vero reducuntur ad vnum & multitudinem, quia vnum & multitudo sunt principia cótrariorum. vnum autem & multitudo sunt vnius scientiæ, scilicet philosophiæ: ergo & eius est considerare ens secundum quòd est ens. Sciendum est tamen, quòd prædicta omnia in vnius scientiæ considerationem cadunt siue dicantur secundum vnum idest vniuoce, siue non, sicut fortasse verum est. Sed tamen quamuis vnum dicatur multipliciter, omnia tamen alia, idest omnes significationes, reducuntur ad vnam primam significationem. Et similiter est etiam de contrarijs, quæ dicuntur multipliciter, sed omnes significationes ad vnam primam reducuntur. Et propter hoc si etiam vnum & ens non est vnum vniuersale quasi genus existens, sicut supra ponebatur, siue dicamus q vniuersale sit vnum in omnibus secundum opinionem nostrá siue quòd sit aliquid separatum à rebus secundum opinionem Platonis, sicut fortassis non est verum: tamen dicuntur secundum prius & posterius, sicut & aliæ significationes referuntur ad vnum primum, & aliæ se habent consequenter respectu illius primi. Vtitur tamen aduerbio dubitandi, quasi nunc supponens quæ inferius probabuntur. Sciendum tamé est, quòd hoc, quod dixit, omnia entia contraria esse vel ex contrarijs, non posuit secundum suam opinionem, sed accepit quasi opinionem philosophorum antiquorum: entia enim immobilia nec sunt contraria, nec ex contrarijs. Vnde nec Plato circa sensibiles substantias immobiles posuit contrarietatem. Fecit enim vnitatem ex parte formæ, contrarietatem ex parte materiæ. Antiqui vero philosophi solummodo substantias sensibiles posuerunt, in quibus necesse est contrarietatem esse secundum quod mobiles sunt. Deinde cum dicit.

Nó omnia entia aut có traria aut ex cótrarijs

BESS. *Et propterea non est geometræ, quid contrarium, aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idem, aut diuersum sit speculari, nisi ex supposito.*

ANT. Par.7. *Et propter hoc non est Geometræ speculari quid contrarium, aut perfectum, aut unum, aut ens, aut idem, aut diuersum, nisi ex conditione.*

Inducit quoddam corollarium ex prædictis dicés, quòd Geometriæ non est speculari de prædictis, quæ sunt accidentia entis inquantum est ens, scilicet quid est contrarium, aut quid est perfectum, & huiusmodi. Sed si consideret, hoc erit ex conditione, idest ex suppositione, quasi supponens ab aliquo priori Philosopho, à quo sumit quátum est necessarium ad suam materiam. Et hoc quod dicitur de Geometria, similiter est intelligendum in qualibet alia particulari sciétia. Deinde cum dicit.

BESS. *Quòd igitur unius scientiæ est ens prout ens est, & quæ ei prout enti insunt speculari, manifestum est: & quod non solum substantiarũ, uerum etiam eorum, quæ substantijs insunt eadem speculatiua est: ac illorum, quæ dicta sunt, & de priori & posteriori, & genere & specie, & toto & parte, cæterisque huiusmodi.*

ANT. Par.8. *Quod quidem igitur unius scientiæ est ens inquantum ens speculari, & quæ insunt ei inquantum ens, manifestum. Et quia non solum substantiarum, sed accidentiũ eadem est theoria, & dictorũ, & de priore & posteriore, & genere & spẽ, & toto & parte, & talibus alijs.*

Colligit quæ sunt supra ostésa dicens, manifestum esse, quòd ad vnam scientiam pertinet considerare ens secundũ q est ens, & ea, quæ per se illi insunt. Et per hoc patet, quòd illa scientia non solum est considerativa substantiarum, sed etiam accidentium, cum de vtrisque ens prædicetur. Et est consideratiua eorũ quæ dicta sunt, scilicet eiusdem & diuersi, similis & dissimilis, æqualis, & inæqualis, negationis & priuationis, & contrariorum, quæ supra diximus esse per se entis accidentia. Et non solum est considerativa istorum, de quibus ostensum est sigillatim proprijs rationibus, quæ cadunt in consideratione huius scientiæ, sed etiam considerat de priori & posteriori, genere & specie, toto & parte, & alijs huiusmodi pari ratione, quia hæc etiam sunt accidentia entis inquantum est ens.

Lect. prima quarti lib.

LECTIO V.

Eam hic dissoluit quæstionem, quia de primorũ principiorum demonstrationis tráctatione agebatur in tertio.

BESS. *Dicendum autem est, utrum unius, an alterius sciétia est de hisce, quæ in mathematibus dignitates nominantur, & de substantia speculari.*

ANT. Te. c.7. Par.1. *Dicendum autem, utrum unius, aut diuersæ sciẽtiæ de uocatis in mathematicis dignitatibus & substantia.*

Hic soluit aliam quæstionem in tertio motam, scilicet vtrùm ad istam scientiam pertineat considerare prima principia demõstrationis. Et diuiditur in duo. Primo ostendit, quòd eius est considerare vniuersaliter de omnibus his principijs, secundo specialiter de primo eorum. ibi (Congruit autem &c.) Circa primũ tria facit. Primo mouet quæstionem, quæ est, Vtrum vnius scientiæ sit considerare de substantia, & de principijs, quæ in scientijs mathematicis vocãtur dignitates, aut est alterius & alterius scientiæ considerare. Appropriat autem ista principia magis mathematicis scientijs, quia certiores demonstrationes habent & manifestius istis principijs per se notis vtuntur, omnes suas demonstrationes ad hæc principia resoluẽtes.

Lec.5.

Lect. seq. prima par. & le.2. & 3.

BESS. *Patet utique quòd unius est, & eius, quæ Philosophi est consideratio.*

ANT. Par.2. *Palam autem, quia unius est, & eius, quæ est philosophi, quæ de his perscrutatio.*

Secundo soluit quæ quidem solutio est, quia vna scientia intendit de vtrisque prædictis: hæc est philosophia, quæ præ manibus habetur.

BESS. *Omnibus enim entibus insunt, sed non alicui generi separatim ab alijs: & omnes quidem utuntur, quia entis, prout entis sunt, unumquodque autem genus, ens. At eatenus utuntur, quatenus eis satis est. hoc autem est, quantum illud continet genus, de quo demonstrationes afferunt. Quare cum pateat, quòd prout entia sunt, eis insunt (hoc namque eis commune est) illius de his speculatio est, cuius est de ente prout ens est cognoscere.*

ANT. Par.3. *Omnibus enim insunt existentibus, sed non generi alicui separatim ab alijs: & utuntur omnes, quia entis inquantum est ens: unumquodque enim genus est ens: inquantum vero utuntur, inquantum eis est sufficiens. Hoc autem est quantum continet genus, de quo demonstrationes ferunt. Quare, quoniam manifestum est, quòd inquantum sunt entia insunt omnibus, hoc enim eis est commune de ente inquantum est ens cognoscere, & de eis est speculatio.*

Tertio

Pa.7. Lect. huius. par.seq.

Tertio probat solutionem propositam, & circa hoc duo facit. Primo probat propositum; secundo conclusionem principalem inducit. ibi {Quoniam igitur &c.} Probat autem solutionem propositam dupliciter. Primo per rationem. Secundo per signũ. ibi {Vnde nullus &c.} Ratio talis est. Quæcunque insunt omnibus entibus, & non solum alicui generi entium separatim ab alijs, hæc pertinent ad considerationem Philosophi: sed prædicta principia sunt huiusmodi: ergo pertinẽt ad considerationem philosophi. Minorem sic probat. Illa, quibus vtuntur omnes scientiæ, sunt entis inquantum huiusmodi: sed prima principia sunt huiusmodi: ergo pertinẽt ad ens inquantum est ens. Rationem autem, quare omnes scientiæ eis vtuntur, sic assignat, quia vnumquodque genus subiectum alicuius scientiæ recipit prædicationem entis. Vtuntur autem principijs prædictis scientiæ particulares non secundum suam communitatem, prout se extendunt ad omnia entia, sed quantum sufficit eis & hoc secundum continentiam generis, quod in scientia subijcitur, de quo ipsa scientia demõstrationes affert. Sicut ipsa philosophia naturalis vtitur eis secundum quod se extendunt ad entia mobilia, & non vlterius. Deinde cum dicit.

B E S S.

Propter quod nemo eorum qui particulariter considerant, conatur aliquid de his, siue quatenus vera, siue non, dicere. nec enim geometra, nec arithmeticus.

A N T. Par.4.

Vnde nullus particulariter intendentium nititur dicere aliquid de eis, si vera aut non, neque Geometra neque Arithmeticus.

Part.seq. circa mediũ.

Probat quod dixerat per signum, & primo inducit probationem. Secundo excludit quorundam errorem. ibi {Sed quoniam est adhuc.} Dicit ergo primo, quod nullus intendens primo tradere scientiam alicuius particularis entis, conatus est aliquid dicere de primis principijs vtrum sint vera aut non: nec geometra, aut arithmeticus, qui tamen istis principijs plurimum vtuntur, vt supra dictum est. Vnde patet quod consideratio dictorum principiorum ad hanc scientiam pertinet. Deinde cum dicit.

B E S S.

Sed naturalium quidam merito hoc facientes. soli nanque putabãtur, & de tota natura, & de ente considerare. cum autem aliquid adhuc superior naturali sit (natura nanque vnum quoddam entis genus est) illius vniuersalis, & circa primam substantiam speculatiui, profectò fuerit de his etiam consideratio. Est autem Naturalis, sapientia quædam, sed non prima.

A N T. Par.5.

Nisi physicorum quidam merito hoc facientes. Soli nanque putantur de tota natura intendere & de ente. Sed quoniam est adhuc physico aliquid superior. Vnum enim aliquid genus est natura entis ipsius vniuersalis, & circa substantiã primam theorizantis, idest speculãtis, & de his erit perscrutatio. Est autem sophia, idest sapientia quædam physica, sed non prima.

Excludit errorem quorundam, & circa hoc duo facit. Primo excludit errorem eorum, qui de prædictis se intromittebant, cum ad eos non pertinerent. Secundo eorum, qui de eis alio modo volebant tractare quàm de eis sit tractandum. ibi {Quicunque autem vtuntur &c.} Dicit ergo primo, quod quamuis nulla scientiarum particularium de prædictis principijs se intromittere debeat, quidam tamen naturalium de his se intromiserunt, & hoc non sine ratione. Antiqui enim non opinabantur aliquam substantiam esse præter substantiam corpoream mobilem, de qua physicus tractat. Et ideo creditum est, quod soli determinent de tota natura, & per consequens de ente, & ita etiam de primis principijs quæ sunt simul considerã-

Par.seq.

da cum ente. Hoc autem falsum est, quia adhuc est quædam scientia superior naturali. ipsa enim natura, idest res naturalis habens in se principium motus, in se ipsa est vnum aliquod genus entis vniuersalis. Non enim omne ens est huiusmodi, cum probatum sit in 8. Phy. esse aliquod ens immobile. Hoc autem ens immobile superius est & nobilius ente mobili, de quo considerat naturalis. Et quia ad illam scientiam pertinet consideratio entis communis, ad quam pertinet consideratio entis primi, ideo ad aliam scientiam quàm ad naturalem pertinet consideratio entis communis, & eius etiam erit considerare huiusmodi principia communia. Physica enim est quædam pars philosophiæ, sed non prima, quæ considerat ens commune, & ea quæ sunt entis inquantum huiusmodi. Deinde cum dicit.

tex.c 48. L.&.11.

B E S S. Te.8.

Quæcunque vero, quidam eorum qui de veritate dicunt, quonammodo oportet admitti, dicere conantur, propter ignorantiam Resolutiuorum hoc faciunt. Oportet enim accedere hæc edoctum, sed nequaquam dum audiunt, quærere.

A N T. tex c 8. par.6.

Quicunque vero conantur dicentium dicere quid de veritate quo oportet modo recipere, propter ignorantiam analyticorum hoc faciunt. Oportet enim de his præscientes scientes, sed non audientes quærere.

Excludit alium errorem circa modum tractandi huiusmodi principia. Quidã enim tractabant de istis principijs volentes ea demonstrare, & quæcunque isti dixerunt de veritate prædictorum principiorum, quomodo oporteat ea recipere per vim demonstrationis, vel quomodo oporteat contingere veritatẽ in omnibus illis ita se habere, hoc fecerunt propter ignorantiam, vel propter instructionem {analyticorum} idest illius partis logicæ, in qua ars demonstrandi traditur. quia oportet scientes de his peruenire, idest omnis scientia per demonstrationem acquisita ex his principijs causatur. Sed non oportet {audientes}, idest discipulos instruendos in aliqua scientia, quærere de his, sicut de aliquibus demonstrandis. Vel secundum aliam literam (oportet de his peruenire scientes) idest oportet, quod qui acquirunt scientiam per demonstrationem perueniant ad cognoscendum huiusmodi principia communia, & non quod quærant ea sibi demonstrari. Deinde cum dicit.

B E S S.

Quod itaque Philosophi, & eius, qui de tota substantia, quoad natura fert speculatur, etiam de principijs syllogisticis est considerare, manifestum est.

A N T. T.7.

Quoniam igitur Philosophi, & de omni substantia speculantis inquantum congruit, & de omnibus syllogisticis principijs est perscrutari, palam.

Concludit conclusionem principaliter intentam, scilicet quod Philosophi erit considerare de omni substantia inquantum huiusmodi, & de primis syllogismorum principijs. Ad huius autem euidentiam sciendum, quod propositiones per se notæ sunt, quæ statim notis terminis cognoscuntur, vt dicitur Primo Poster. Hoc autem contingit in illis propositionibus, in quibus prædicatum ponitur in diffinitione subiecti, vel prædicatum est idem subiecto. Sed contingit aliquam propositionẽ quantum in se est esse per se notam, nõ tamen esse per se notam omnibus, qui ignorant diffinitionem prædicati & subiecti. Vnde Boethius dicit in libro de Hebdo. quod quædam sunt per se nota sapientibus, quæ non sunt per se nota omnibus. Illa autem sunt per se nota omnibus, quorum termini in conceptionem omnium cadunt. Huiusmodi autem sunt communia, eo quod nostra cognitio à communibus ad propria peruenit, vt dicitur in Primo Physicorum. Et ideo illæ propositiones sunt prima demon-

Quæ sit propositio per se nota.

text.c.4.

uisibile &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit rõnem. Scđo ostendit quomodo ex rõne inducta q̃stio redditur difficilis, ibi: (Vtrobiq; vero difficile &c.) Est ergo prima rõ talis. Si est aliquid, quod est ipsum ens & ipsum unum, quasi separatum existens, oportebit dicere quòd idipsum sit unũ quod ens. sed quicquid est diuersum ab ente nõ est, ergo sequetur ſm rõnem Parmenidis, quod quicquid est p̃ter unum sit nõ ens. Et ita necesse erit oĩa esse unum, quia non poterit poni quòd id quod est diuersum ab uno, quod est per se, separatum sit aliquod ens. Deinde cum dicit.

BESS.

Vtrõq; aũt mõ diffi. ile est, siue.n. vnum non sit substantia, siue ipsum vnum sit, impossibile est numerũ esse substantiã. Si igit non sit, dictu est prius. Si aũt sit, eadẽ ac de ente dubitatio est. ex quo.n. & præter ipsum unũ, erit aliud unũ, necesse profectò est nihil esse. oĩa vero entia, aut unum, aut plura, quo. ũ unumquodque unum est.

ANT. Par. 5.

Vtrobique vero difficile: siue nanque non sit ipsum vnũ substantia, siue sit vnum idẽ, substantiã esse numerum est impossibile. Siquidẽ igitur nõ sit, dictum est prius propter quid. si autem fuerit, eadem est dubitatio & de ente. Ex aliquo nanque & præter ens, erit ipsum aliud vnum. Nihil enim esse est necesse. Omnia autem entia, aut unum sunt aut multa, quorum est unumquodque.

Ostendit quomodo ista ratio difficultatem facit in opinione Platonis ponentis numerum esse substantiam rerum, & dicit quòd ex utraq; parte sequitur difficultas contra eum, siue dicatur q̃ ipsum unum separatum sit substãtia q̃dam, siue q̃ non sit. Quodcunq; enim horum ponatur vr̃ impossibile esse, quòd numerus sit substantia rerum. Quia si ponatur, quòd unum non sit substantia, dictũ est prius, quare numerus nõ põt poni substantia. Si aũt ipsum vnum fuerit substãtia, oportet quòd eadem dubitatio ponatur circa vnum & ens. aut.n. præter ipsum unum, quòd est separatum per se existens, est aliud aliquod unum, aut non. & si quidẽ non sit aliquod aliud unum, non erit iam multitudo, sicut Parmenides dicebat. Si autẽ sit aliquod aliud vnum, oportebit, quòd illud aliud unũ cum non sit, hoc ipsum quod est vnũ, quòd sit materialiter ex aliquo quod est præter ipsum unum, & per consequens præter ens. Et sic necesse est ut illud aliquid, ex quo fit illud ſm vnum, non sit ens. Et sic ex ipso uno quod est præter ipsum unum, non põt constitui multitudo in entib᷑, quia omnia entia aut sunt unum, aut multa, quorum unumquodque est unum. Hoc autem unum est materialiter ex eo, quòd non est unum nec ens. Deinde cum dicit.

BESS.

Item si ipsum unum indiuisibile, secundum quidem Zenonis positionẽ, nihil vtiq; fuerit. Quod.n. neq; additũ, neque demptũ facit aliquid maius nec minus, id nõ esse entium aiunt, tanquam ens magnitudo sit. & si magnitudo corporalis: hęc nanque omniquaque ens. cætera vero quodammodo quidem addita facient maius, quodammodo vero vt nihil superficies, & linea facient, punctũ vero, & vnitas minime.

ANT. Par. 6.

Amplius si indiuisibile est ipsum unum, secundum Zenonis dignitatem, nihil utique erit. Quod enim nec additum nec ablatum facit maius nec minus, non ait esse hoc existentium: tanquam palam existente magnitudine ipso ente. Et si magnitudo corporalis. Hoc enim omnino ens. Alia vero aliqualiter quidem addita facient maius, aliqualiter autem nihil, vt superficies & linea. Punctus vero & vnitas nullatenus.

Ponit secundam rationem, & circa hoc tria facit. Primo ponit rõnem. Scđo soluit eã, ibi: (Sed q̃m &c.) Tertio ostendit adhuc difficultatem remanere, ibi: (Sed quomodo ex uno &c.) Dicit ergo primo, q̃ si ipsum vnũ separatum sit indiuisibile, sequitur ſm hoc aliud, quod supponebat Zeno, q̃ nihil sit. Supponebat.n. Zeno, quòd illud, quod additũ nõ facit maius, & ablatũ nõ facit minus, nõ est aliquid existentium. Hoc aũt supponit ac si idẽ sit ens quod magnitudo. Manifestum est.n. quòd non est magnitudo, illud.s. quod additũ non facit maius & subtractum nõ facit minus. Sic ergo si oẽ ens esset magnitudo, sequeretur quòd illud, quod nõ facit mai᷑ & minus additum & subtractum nõ sit ens. Et adhuc perfectius si aliquid velit hoc uerificare, oportebit quòd oẽ ens sit magnitudo corporalis. Corpus.n. ſm quamcunq; dimensionẽ additum & subtractũ facit maius & minus. Aliæ vero magnitudines, vt superficies & linea, ſm aliquam dimensionem additam facerent maius, ſm aũt aliquã non. Linea enim addita lineæ ſm longitudinem facit maius, non aũt ſm latitudinem. Superficies aũt addita superficiei facit quidẽ maius ſm latitudinem & lõgitudinem, sed non ſm profunditatem. Punctus autẽ & vnitas nullo mõ faciunt maius vel minus. Sic ergo ſm principium Zenonis sequeretur quòd punctus & vnitas sint omnino non entia, corpus autem omnimodo ens, superficies & linea quodammodo entia & quodammodo non entia. Deinde cum dicit.

Principium Zenonis.

BESS.

Sed cum ipse molestè speculetur, ac contingat aliquid indiuisibile esse, sic ad illum habebitur aliqua responsio. huiusmodi nanque additum non maius, sed plus efficiet.

ANT. Par. 7.

Sed quoniam hic speculatur onerosè, & contingit esse indiuisibile, vt & sic ad illum aliqua habeatur responsio; maius enim non faciet, sed plus additum tale.

Soluit p̃positam rationem, & dicit, quòd quia Zeno proponẽdo tale principium speculatur (onerose) i. rudiẽr & grosse, ita quod ſm ipsum non contingit aliquid esse indiuisibile, oportet quod aliqua solutio p̃dictæ rõni detur, & si non sit ad rem, saltem sit ad hominem. Dicemus aũt quòd vnum & si additum alteri non faciat maius, facit tamen plus. Et hoc sufficit ad rationem entis, quod faciat maius in continuis, & plus in discretis. Deinde cum dicit.

Indiuisibile additum facit plus, nõ autẽ maius.

BESS.

Sed quomodo ex uno tali, aut pluribus, magnitudo erit? simile naque est, ac si dicatur ex punctis lineã esse.

ANT. Par. 8.

Sed quomodo ex vno tali, aut pluribus erit magnitudo? Simile nanque est & lineam ex punctis esse dicere.

Ostendit difficultatem, q̃ adhuc remanet Platonicis post p̃dictam solutionem, & inducit duas difficultates, quarum prima est, quia Platonici ponebant, q̃ illud unum indiuisibile, non solum est cã numeri, qui est pluralitas q̃dam, sed etiam est causa magnitudinis. Si igitur detur, quod vnum additum faciat plus, quod vr̃ sufficere ad hoc quod unum sit cã numeri, quomodo poterit esse quod ex tali vno indiuisibili, aut ex pluribus talibus, fiat magnitudo, vt Platonici posuerunt? Simile enim hoc videtur; si aliquis ponat lineam ex punctis. Nam vnitas est indiuisibilis sicut & punctus. Secundam difficultatem ponit ibi.

BESS.

Quod si quis ita putat, vt quemadmodum quidam dicunt, ex ipso uno, & alio quodam non uno numerus fiat, nihilominus tñ quærendum est, cur, & quomodo quandoque numerus, quandoque magnitudo erit, quod fit, si ipsum non vnum, inæqualitas, ac eadem natura erit? nec enim apparet, quo pacto ex vno, et ista, neque quo pacto ex aliquo numero, & ista, magnitudines fieri queant.

ANT. Par. 9.

At vero & si quis ita putat vt factus sit, vt quidã dicunt ex vno ipso, & alio non vno aliquo, numerus, nihil minus est quærendum quare & quomodo. Quandoq; quidem numerus, quandoque autẽ magnitudo erit quod factum

est. si non vnum inæqualitas & eadem natura erat. Nec enim quomodo ex vno & hac, nec quomodo ex numero aliquo & hac, fient vtique magnitudines palam.

Et dicit si quis existimet ita, quòd numerus sit effectus ex uno indiuisibili, & ex aliquo alio ꝙ non sit unum, sed participet unum sicut quædam materialis natura, vt quidam dicunt, nihilominus remanet q̃ren dum pp quid, & per quem modum illud, quod fit ex illo uno formali & alia natura materialia, q̃d non unum, quandoq; est numerus, quandoque autem est magnitudo. Et pcipue si illud non vnum materiale sit inæqualitas, q̃ significatur per magnum, & sit eadem natura. Non.n. est manifestum q̃ùo ex hac inæqualita te quasi materia & uno formali fiant numeri, neq; ẽt q̃uo ex aliquo numero formali & hac inæqualitate quasi materiali fiant magnitudines. Ponebant.n. Platonici ꝙ ex primo uno & ex prima dualitate fiebat numerus, ex quo numero & à qua inæqualitate materiali fiebat magnitudo. Huius aũt dubitationis solutio ab Arist. in sequentibus traditur. Quod.n. sit aliquod separatũ, quod sit ipsum unum & ens infra in. xij. probabit. Ostendens vnitatẽ primi principij oĩno separati, quod tamẽ nõ est subã oĩum eorum, q̃ sunt unum, sicut Platonici putabant, sed est oĩbus vnitatis cã & principium. Vnũ autem ƒm ꝙ dr̃ de alijs rebus dr̃ dupliciter. Vno modo ƒm quòd conuertitur cum ente, & sic unaquęque res est vna per suam essentiam, vt infra in Quarto probabitur, nec aliquid addit vnũ supra ens nisi solam rõnem indiuisionis. Alio modo dr̃ vnum ƒm quòd significat rationem primæ mensuræ uel simpliciter, uel in aliquo genere. Et hoc quidẽ si sit simpliciter minimum & indiuisibile, est unum quod est principium & mensura numeri. Si autẽ non sit simpliciter minimum & indiuisibile, nec simpliciter, sed ƒm positionem erit vnum & mensura, ut as in ponderibus, & diesis in melodijs, & mensura pedalis in lineis. & ex tali vno nihil prohibet cõponi magnitudinem, & hoc determinabit in x. huius. Sed quia Platonici æstimauerunt idem esse vnum quod est principium numeri, & quòd conuertitur cum ente, ideo posuerunt vnum, quod est principium numeri, esse substantiam cuiuslibet rei, & per consequens numerum, inquantum ex pluribus substantialibus principijs, rerum cõpositarum substantia cõsistit vel constat. Hãc aũt quæstionem diffusius pertractabit in xiij. & xiiij.

Determinatio q̃onis. quarto huius. Tex. c. 3. Lect. vlt. Lect. 2. Lect. prima.

LECTIO XIII.

Nunquid Numeri & Magnitudines substantiæ rerum sint, & principia.

BESS. Text. 17.

His autem consequens dubitatio est vtrum numeri, & corpora, superficies, & puncta aliquæ substantiæ sint, an non.

ANT. Tex. c. 17. Part. 1.

Horũ autem habita est dubitatio utrum numeri & corpora & superficies & puncta substãtiæ aliquæ sunt, aut non.

Postquam Philosophus inquisiuit vtrum vnum & ens sint substantia rerum, hic inquirit utrum numerus & magnitudo sint substantiæ rerum, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Scđo obijcit pro una parte. ibi: {Nam si non sunt &c.} Tertio obijcit ad cõtraria, ibi {At vero si hoc quidem cõfessum est &c.} Dicit ergo primo, ꝙ dubitatio{habita}.i. cõsequens ad præmissam est, utrum numeri & magnitudines, s. corpora & superficies & termini eorũ, ut puncta, sint aliquæ substantiæ uel a rebus separatæ, uel ẽt sint substantiæ ipsorum sensibilium, aut non. Dicit autem hanc dubitationem esse consequentem ad præmissam, quia in pmissa dubitatione q̃rebatur utrũ unum sit substantia rerum, unum aũt est principium numeri. numerus aũt vr̃ esse substãtia magnitudinis,

Par. seq. Part. 1. Hęc q̃o est 13. superius assignatæ & soluitur à parte considerationis & fine huius lect. & in 13. & 14.

sicut & pũctum, quod est principium magnitudinis, nihil aliud vr̃ quàm unitas positionem habens, & linea dualitas positionem habens. Prima autem superficies est ternarius positionem habens, corpus autem quaternarius positionem habens. Deinde cum dicit.

BESS.

Si.n. non sunt, fugit nos quidnã ipsum ens, & q̃ entiũ substantiæ sint. passiones.n. & motus, & quæ ad aliquid sunt, ipsæq; dispositiones, ac rõnes, nullius substantiã significare videntur. cuncta etenim de aliquo subiecto dicunt, nihilq; horũ ipsum qd est. Quæ vero maxime substantiã videanꝰ significare, sunt aqua, terra, et ignis, ex qbus composita corpora consistunt: horum aũt caliditates qdem, & frigiditates, & huiuscemodi passiones non substantiæ sunt. corpus vero solũ, quod hæc patiꝰ, permanet, tanquam aliquod ens, & aliqua existens substãtia.

ANT. Par. 2.

Nam si non sunt, diffugit nos quid nam sit ipsum ens, & quænam entium substantiæ. Passiones.n. & motus et ad aliquid & dispositiones & orationes nullius videntur substantiam significare. Dicuntur.n. omnia de subiecto aliquo, & nihil hoc aliquid. Quæ uero maxime substantiam significare videntur aqua & ignis & terra, ex quibus corpora composita constant: horum calores quidem & frigiditates & similes passiones, non sunt substantiæ. Corpus vero hæc patiens, solum remanet vt ens aliquod & substantia aliqua existens.

Obijcit ad ostendendum ꝙ pdicta sint substantiæ rerum, & circa hoc duo facit. Primo obijcit ad ostendendum ꝙ prędictæ sunt substantiæ rerum. Secundo ostendit q̃uo pꝰi præcedentes secuti fuerunt rõnes primas, ibi: {Propter qđ multi.} Circa primũ duo facit. Primo.n. obijcit ad ostendendum ꝙ corpus sit substantia rerum. Secundo ꝙ multo magis alia, ibi: {At vero corpus &c.} Dicit ergo primo, ꝙ si pdicta non sunt substantiæ quædam, fugiet à nobis quid sit substãtialiter ens, & quæ sunt substantiæ entium. Manifestum est.n. ꝙ passiones & motus, & relationes, & dispositiones seu ordines, & orationes ƒm ꝙ uoce proferuntur, prout ponuntur in genere quantitatis, non videntur alicuius significare substãtiam, quia omnia hmõi videntur dici de aliquo subiecto, & nihil eorũ significare {hoc aliquid} .i. aliquid absolutũ & per se subsistẽs. Et hoc spãliter manifestum est in pmissis, q̃ non dicuntur absolute, sed eorum rõ in quadã relatione consistit. Inter oĩa uero, quæ maxime videntur significare substantiã, sunt ignis & terra & aqua, ex quibus cõponuntur corpora multa. Prætermittit autem aerem, quia minus est sensibilis, unde aliqui opinati sunt aerem nihil esse. In his autem corporibus inueniuntur q̃dam dispositiones, s. calor & frigus & aliæ hmõi passiones uel passibiles qualitates, q̃ non sunt substantiæ secundum prædicta. Vnde relinquitur ꝙ solum corpus sit substantia. Deinde cum dicit.

Par. 5. Lec. huius. Par. 3. Lec. huius.

BESS.

At uero corpus, minus est substãtia, quã superficies, & superficies quã linea, & linea, quàm vnitas, & punctũ: his.n. corpus definitur, & hæc quidẽ videntur posse sine corpore esse, corpꝰ uero absque his impossibile esse.

ANT. Par. 3.

At vero corpus est minus substantia superficie, & hæc linea, & hæc vnitate & puncto: his enim diffinitur corpus. Et hęc quidem sine corpore contingere videntur esse, corpus vero sine his impossibile.

Procedit ulterius ad alia, quæ ẽt videntur magis esse substantia q̃ corpꝰ, & dicit, quòd corpus videtur minus esse substantia quàm superficies, & superficies minus quàm linea, & linea minus quà m punctus aut vnitas. Et hoc probat per duo media, quorum vnum est. Quia id, per quod aliquid diffinitur, uidetur esse substantia eius: nam diffinitio significat substantiam. Sed corpus diffinitur per superficiem, & super-

perficies per lineam,& linea per punctum,& punctus per unitatem,qa dicunt q punctus est vnitas politionem habens: ergo supficies est substātia corporis; & sic de alijs. Scdm medium est, qa cum substantia sit primū in entibus, illud, quod est prius, vr esse magis substantia:sed superficies natura prior est corpore,qa superficies pōt esse sine corpore, non aūt corpus sine superficie: ergo superficies est magis substantia quàm corpus.Et idem potest argui de omnibus alijs per ordinem.Deinde cum dicit.

BESS. *Quare plures quidem,& antiquiores,substantiam quidem & ens, putabāt esse corpus,cętera vero huius passiones, vt & principia corporum entium essent principia,posteriores vero,& illis sapientiores habiti,numeros. Quemadmodum itaq; diximus, si hæc non sunt substantiæ,nulla substantia,nec aliquod ens omnino est.quę enim eis accidunt,non conuenit entia nominare.*

ANT. Par.4. *Propter quod multi quidem & priores substantiam & ens putabant corpus esse, alia vero hmōdi passiones. Quare & principia corporum entiū esse principia,posteriores vero & sapientiores his,esse opinabantur numeros. Quemadmodum ergo dicebamus,si non sunt substantia hæc, omnino nulla substantia est,neque ens nullum. non enim horum accidentia dignum est uocare entia.*

Ostendit quomodo philosophi præcedentes secuti fuerūt prædictas rōnes,& dicit, quod pp prædictas rōnes multi antiquorum philosophorū, & maxime illi,qui fuerunt priores, nihil opinabantur esse ens & substantiā nisi corpus, oīa uero alia esse qdam accidētia corporis.Et inde est, q quando uolebant ingrere principia entium, inquirebant principia corporum, vt supra in Primo circa opiniones antiquorum naturaliū habitum est. Alij vero posteriores philosophi, qui reputabant sapientiores pdictis philosophis, qua si altius attingentes ad principia rerum, f.Pythagorici & Platonici opinati sunt numeros esse rerum substātias, inquantū,f.numeri cōponuntur ex unitatib'. Vnum autē vr esse una substantia rerum. Sic ergo vr fm præmissas rationes & Philosophorum opiniones, quod,si prædicta non sunt substantiæ rerum,f.numeri,& lineæ,& superficies,& corpora, nihil erit ens.Nō est enim dignum ut si ista non sunt entia, quòd accidentia eorum entia vocentur.Deinde cum dicit.

BESS. *At si hoc quidem conceditur, quòd longitudines,& puncta magis quàm corpora substantiæ sint, at quales corpora, hæ sint non videmus (in sensibilibus nanque impossibile est esse) non erit profectò ulla substantia.*

ANT. Par.8. *At uero si hoc quidem confessum est, quia magis substantia sunt lōgitudines corporibus, & puncta,hæc aūt non videmus qualium utique erunt corporum. Nam in sensibilibus impossibile esse: nō utiq; erit substātia ulla.*

Obijcit in cōtrarium,& ponit quatuor rationes,quarum prima talis est. Si quis cōfitetur, q longitudines & puncta sint magis substantiæ q corpora, sequetur q si hmōdi non sint substantiæ & corpora non sint substantiæ, & p consequēs nihil erit substantia,quia accidentia corporum nō sunt substantiæ, ut supra dictum est; sed puncta & linea & superficies non sunt substantiæ. Hæc.n.oportet aliquorum corporum esse terminos. nam punctus est terminus lineæ,linea superficiei,& superficies corporis. Non autem vr quarum corporum sint illæ superficies,quæ sunt substantiæ,uel lineæ,vel puncta. Manifestum.n.est; quòd lineæ & superficies sensibilium corporum nō sunt substantiæ.uariantur enim per modum aliorum accidentium circa idem subiectum. Sequetur ergo,quòd nihil erit substantia.Secundam rationem ponit ibi.

BESS. *Item videntur hęc omnia, dimensiones corporis esse, hoc quidem ad latitudinem,hoc uero ad profunditatem, illud porrò ad longitudinem.*

ANT. Par.6. *Amplius autem hæc omnia videntur dimensiones corporis: hoc quidem ad latitudinem, hoc vero ad profunditatem, aliud ad longitudinem.*

Quæ talis est. Omnia prędicta uidentur esse quędā corporis dimensiones, uel fm latitudinem,ut superficies:uel secundum profunditatem, ut corpus:uel secūdum longitudinem,ut linea. Sed dimensiones corporis non sunt substantiæ:ergo huiusmodi nō sunt substantiæ. Tertiam rationem ponit ibi.

BESS. *Et ad hæc similiter inest in solido quæcunque figura Quare si nec in lapide Mercurius,nec in cubò dimidium cubi,sic ut disterminatum,ergo nec superficies.nam si q cunque,& ea profectò sit, q dimidium disterminat: eadem autem rō & de linea,puncto, & unitate est. Quare si corpus maximè substantia est,hæc aūt corpore magis, hæc uero non sint, neq; substantiæ qdam sint, fugiet nos profectò quidnam sit ens,quæue entium substantia est.*

ANT. Part.7. *Adhuc aūt similiter est in solido qcunq; figura. Quare si nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo sic ut segregata,nō igitur neque superficies. Nam si quæcunque,& hæc utique erat determinans medietatem.ea dem enim ratio & in linea & in puncto & in unitate. Quare si maxime quidem substantia est corpus,hoc autem magis ea, non sunt autem ea,nec substantiæ aliquæ, nos fugit quid est ipsum ens, & quæ substantia entium.*

Quæ talis est. In corpore solido simili mō inest,f. potentialiter qlibet figura, q pōt protrahi ex illo soli do p aliquā dimensionē. sed manifestū est q in quodā magno lapide nondū secto non inest (Mercurius) idest figura mercurij in actu,sed solū in potentia:ergo similiter in cubo,i.in corpore habente sex superficies quadratas, non inest medietas cubi,q est qdam alia figura,actu.Sed hoc mō est actu,qñ cubus diuiditur in duas medietates. Et quia oīs ,ptractio nouæ figuræ in solido exciso fit fm aliquā superficiem,quæ terminat figurā, manifestum est q nec ēt superficies talis erit in corpore in actu, sed solū in potentia:quia si quęcunq; superficies pter exteriorē essent in actu in corpore solido,pari rōne esset in actu supficies, q terminat medietatē figuræ. Quod aūt dictū est de superficie,intelligendū est in linea, pūcto,& vnitate. Hęc.n. in cōtinuo nō sunt in actu, nisi solum quantum ad illa, q terminant continuum,q manifestum est nō esse substantiā corporis. Aliæ uero superficies uel lineæ nō pōt esse corporis substantiæ, quia non sunt actu in ipso. Substantia autem actu est in eo cuius est substantia. Vnde concludit q inter oīa, maxime vr esse substantia corpus. superficies autem & lineæ magis videntur esse substantia q corpus. Hæc autem si non sunt entia in actu, nec sunt aliquæ substantiæ, videtur effugere conditionem nostram, quid sit ens, & quæ sit rerum substantia. Quartam rationem ponit ibi.

BESS. *Ad hæc.n.quę dicta sunt,ēt quę circa generationē,et corruptionē accidunt inconuenientia. Vr.n.substantia cum ante non existens,nunc sit,aut cū antea existens,postea nō,hæc pati,fieri.f.atq; corrumpi.at puncta,lineas, & superficies, neq; fieri,neq; corrumpi contingit, cum qñque sint,qñque vero non sint. cum.n.tangant,aut diuidantur corpora, qñque una, cum simul tangunt,qñque duæ, cum diuiduntur, fiunt. quare neq; iam compositis sunt,sed corrupta sunt,& diuisis sunt,cū antea non essent.punctum nanq; indiuisibile,non est diuisum in duo. Cęterū si generantur, & corrumpūtur, ex aliquo fiunt.*

ANT. *Nam cum dictis,& circa generationē & corruptionem accidunt irrationabilia. Videtur enim substantia*

non ens prius nunc eſſe: aut prius exiſtens, poſterius non eſſe, cum generatione & corruptione ea pati. Puncta uero & lineas & ſuperficies non contingit neque fieri & corrumpi, quandoque exiſtentes, quandoque vero non exiſtentes. Nam quando copulantur aut diſtinguuntur corpora, ſimul quandoq; quidem vna copulatorum, quandoque duæ diuiſorum ſiunt: quia non compoſitorum eſt. Sed corruptum eſt, diuiſorumq; ſunt prius non exiſtentes. non enim indiuiſibile punctum diuiſum eſt in duo. & ſi generantur & corrumpuntur, ex aliquo generantur.

Par. ſeq. Et primo ponit ipſam. Secundo manifeſtat eam in quodam ſimili, ibi (Similiter autem ſe habet &c.) Dicit ergo primo, ꝙ cũ dictis incõuenientibus alia ẽt irrationabilia accidunt ex parte generationis & corruptionis, ponentibus lineas & ſuperficies eſſe ſubſtãtias rerum. Oĩs.n. ſubſtantia, quę prius non fuit, & poſtea eſt, aut prius fuit, & poſtea non eſt, vr̃ hoc pati cũ generatione & corruptione. Et hoc manifeſte apparet in oĩbus his quę per motum cauſantur. Pũcta aũt & lineæ & ſuperficies qñque quidem ſunt, qñque vero non ſunt, & tñ non generãtur nec corrumpuntur, ergo nec ſunt ſubſtantiæ. Probat aũt vtrunq; ſuppoſitorum, primo quidem, ꝙ qñque ſint & qñque nõ ſint. Contingit.n. corpora prius diuiſa copulari in unum, aut prius copulata diuidi. Quãdo aũt corpora primũ diuiſa copulantur, fit vna ſuperficies duorum corporum, quia partes corporis cõtinui copulantur ad vnũ communem terminum, qui eſt ſuperficies vna. Quando uero corpus vnum diuiditur in duo, efficiunt̃ duę ſuperficies. Quia non põt dici ꝙ qñ corpora duo componuntur, ꝙ due ſuperficies eorum maneant, ſed vtraque (corrumpuntur).i. deſinunt eſſe. Similiter quãdo corpora diuiduntur, incipiunt eſſe de nouo duę ſuperficies prius non exiſtentes. Non n. poteſt dici ꝙ ſuperficies, q̃ eſt indiuiſibilis ſm profunditatem, diuidatur in ſuperficies duas ſm profunditatem: aut linea, q̃ eſt indiuiſibilis ſm latitudinem, diuidatur ſm latitudinem: aut punctum, quod oĩno eſt indiuiſibile, quocũque modo diuidatur. Et ſic patet ꝙ ex vno nõ poſſent fieri duo in uia diuiſionis: nec ex duobus prædictorũ poteſt fieri unum in via cõpoſitionis. Vnde relinquitur quòd puncta & lineæ & ſuperficies quandoq; eſſe incipiant, & quandoq; eſſe deficiant. Conſequenter probat ſm ꝙ ſupponebatur, ſ. ꝙ iſta non generantur nec corrũpuntur. Omne.n. quod generatur, ex aliquo generatur: & oẽ quod corrumpitur, in aliquid corrũpitur ſicut in materiam. Sed non eſt dare aliquam materiam, ex qua iſta generentur, & in qua corrumpantur, propter eorum ſimplicitatem, ergo non generantur nec corrumpuntur. Deinde cum dicit.

B E S S. *Similiter autem ſe habet & circa nunc quod eſt in tẽpore. nec hoc.n. contingit generari, & corrumpi, ſed tñ aliud eſſe ſemper videtur, cum non ſubſtantia aliqua ſit: patet autem quod etiam circa puncta, lineas, & ſuperficies. ſimiliter ſe habet. eadem enim ratio eſt. cuncta namque ſimiliter, aut fines, aut diuiſiones ſunt.*

A N T. Part. 9. *Similiter autem ſe habet circa nunc in tempore. non enim contingit fieri & corrumpi. Attamen videtur ſemper eſſe, non ſubſtantia aliqua exiſtens. Similiter autem palam, quia ſe habet & circa puncta & lineas & ſuperficies: eadem enim ratio. Nam omnia ſimiliter aut termini aut diuiſiones ſunt.*

Manifeſtat prædictam rationem in ſimili. ſita.n. ſe habet nunc in tpe, ſicut pũctus in linea. Nunc autem non vr̃ generari & corrumpi, quia ſi generaretur, uel corrũperetur, oporteret quòd generatio & corruptio ipſius menſurarentur aliquo tẽpore vel inſtanti. Et ſic menſura ipſius nunc, eſſet uel aliud nunc in infinitũ, uel tps, quod eſt impoſſibile. Et licet nunc non generetur & corrumpetur, tamen videtur ſp eſſe aliud & aliud nunc. non quidem quòd differant ſm ſubſtantiam, ſed ſm eſſe, quia ſubſtantia ipſius nunc, reſpondet ſubiecto mobili. Variatio autem ipſius nunc ſm eſſe, reſpõdet uariationi motus, ut oſtẽditur in Quarto Phyſi. Similiter ergo vr̃ ſe habere de puncto in cõparatione ad lineam, & de linea in comparatione ad ſuperficiem, & de ſuperficie in comparatione ad corpus, ſ. quòd non corrumpantur nec generentur, & tamen aliqua variatio attendatur circa hmõdi. Eadem enim ratio eſt de omnibus his. oĩa.n. hmõdi ſimiliter ſunt termini, ſm quòd in extremo conſiderantur, uel diuiſiones ſm quòd ſunt in medio. Vnde ſicut ſcd̃m defluxũ motus uariatur nunc ſm eſſe, licet maneat idem ſm ſubſtantiam propter identitatem mobilis, ita ẽt uariatur punctus, nec fit aliud & aliud propter diuiſionem lineæ, licet non corrumpatur nec generetur ſimpliciter. Et eadem ratio eſt de alijs. Hanc autẽ quæſtionem Philoſophus pertractat in. xiii. & xiiij.

Lect. 18. Tex. c. 10ʒ.

Veritas q. ſiti. Et ueritas quæſtionis huius eſt, quòd hmõdi mathematica non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſunt accidentia ſuperuenientia ſubſtantiis. Deceptio autem quantum ad magnitudines prouenit ex hoc, quòd nõ diſtinguitur de corpore ſecũdum quod eſt in genere ſubſtantiæ, & ſm quod eſt in genere quantitatis. In genere.n. ſubſtantię eſt ſm quòd componitur ex materia & forma, quam conſequuntur dimenſiones in materia corporali. Ipſæ aũt dimẽſiones pertinent ad genus quantitatis, q̃ non ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia, quibus ſubiicitur ſubſtantia compoſita ex materia & forma, ſicut ẽt ſupra dictum eſt, ꝙ deceptio ponentium numeros eſſe ſubſtantias rerũ, proueniebat ex hoc quod nõ diſtinguebant inter unum quod eſt principiũ numeri, & unũ quod cõuertitur cum ente.

Corpus de genere ſubſtãtiæ eſt cõpoſitum ex materia & forma: quã cõſequũtur dimẽſiones de gñe quãtitatis, tanq̃ prima eſſe accidentia.

L E C T I O XIIII.

Num præter mathematica & ſenſibilia ſint aliquæ rerum ſpecies ſeparatæ.

B E S S. Tex. 18. *Omnino autem aliquis dubitabit, quare oportet alia quædam præter ſenſibilia, & media quærere, vtputa eas, quas ponimus, formas.*

A N T. Tex. co. 18. Part. 1. *Omnino vero dubitabit aliquis, quare oportet quærere quædam præter ſenſibilia, quæ ſunt inter media, quas ponimus ſpecies.*

Poſtquã Philoſoph' inquiſiuit utrum mathematica ſint principia rerũ ſenſibilium, hic inquirit utrũ ſupra mathematica ſint aliqua alia principia, puta q̃ dicuntur ſpẽs, q̃ ſunt ſubſtantiæ & principia horũ ſenſibiliũ. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Scd̃o inducit rõnem ad vnam partẽ, ibi: (Nam ſi ideo.) Tertio obiicit ad partem contrariã, ibi: (At vero ſi ponimus &c.) Dicit ergo primo, ꝙ ſuppoſito ꝙ mathematica non ſint principia rerũ ſenſibiliũ & eorũ ſubſtantia, ulterius aliquis dubitabit q̃ eſt rõ quare ꝑter ſubſtãtias ſenſibiles & præter mathematica quæ ſunt media inter ſenſibilia & ſpecies, oportet iterum ponere tertium genus, ſcilicet ipſas (ſpecies). i. ideas vel formas ſeparatas. Deinde cum dicit.

Par ſeq. Par. 3.

B E S S. *Si enim propterea quod mathematica quidem ab his, quæ hic ſunt, alio quodam differunt, in eo ſanè, quòd plura eiuſdẽ ſpeciei ſunt, nihil differunt. & ideo non erunt eorum principia, numero determinata. ſicuti etiam literarum quæ hic numero quidem non ſunt, omnium principia determinata, ſed ſpẽ, niſi quis huius ſyllabæ, & hu' vocis accipiat: harum enim numero etiam determinata erunt. Similiter etiam de medijs infinita etenim etiam illic ſunt, quæ eiuſdem ſpeciei ſunt. quare ſi præter ſen-*

ſibi-

ſibilia, & mathematica non ſint alia quędam, qualia dicunt quidam formas eſſe, non erit vna numero, & ſpecie ſubſtantia, nec entium principia aliqua numero aliquot, ſed ſpē erunt. Si itaque hoc neceſſarium eſt, & formas propterea neceſſe eſt eſſe. etenim quāquam non bene declarent, qui hęc dicunt, hoc tamen eſt, quod uolunt. & neceſſe eſt eis hoc dicere, quod formarum unaquaq; ſubſtantia quędam ſit, & nulla ſecundum accidens.

A N T. Par. 2.

Nam ſi ideo qui mathematica à pręſentibus ī aliquo quodam differunt, in eſſe vero plures ſimilis ſpeciei nihil differunt. Quare non erunt eorum principia numero determinata, quemadmodum nec pręſentium literarum numero quidem omnium non ſunt principia determinata, ſed ſpecie: niſi quis ſumat huius ſyllabæ, aut huius uocis: harum enim erunt & numero determinata. Similiter autem & in eis, quę ſunt intermedia. infinita enim & illic ſunt quæ eiuſdem ſpeciei. Quare, ſi non præter ſenſibilia & mathematica, alia quędam, qualia dicunt ſpecies ipſas quidam, non erit vna numero & ſpecie ſubſtantia. Nec principia entium numero exiſtunt quanta aliqua, ſed ſpecie. Ergo ſi hoc eſt neceſſarium, & ſpecies neceſſarium eſt propter hoc eſſe. Etenim & ſi non bene dearticulant dicentes, ſed hoc eſt quod volunt, & eos ea neceſſe eſt dicere: quia ſpecierum ſingula ſubſtantia quędam eſt, ſed non ſecundum accidens.

Obijcit ad vnam partem, & videtur hæc eſſe rō quare oportet ſpecies ponere præter ſenſibilia & mathematica: quia mathematica {à præſentibus} .i. à ſenſibilibus, q̄ in vniuerſo ſunt, differunt quidem in aliquo, quia mathematica abſtrahunt à materia ſenſibili, nō tñ differunt in hoc, ſed magis conueniunt: quia ſicut in ſenſibilibus inueniuntur plura numero differentia eiuſdē ſpeciei, vtpote plures homines, aut plures equi, ita ēt in mathematicis inueniūtur plura numero differentia eiuſdem ſpeciei, puta plures trianguli æquilateri, & plures lineæ æquales. Et ſi ita eſt, ſequitur ꝙ ſicut principia ſenſibilium non ſunt determinata ſm numerū, ſed ſm ſpeciem, ita etiam ſit {in medijs} .i. in mathematicis. Manifeſtum eſt.n. ꝙ in ſenſibilibus ꝓpter hoc, quòd ſunt plura indiuidua unius ſpeciei ſenſibilis, principia ſenſibilium non ſunt determinata à numero, ſed ſpecie, niſi forte accipiantur principia ꝓpria huius indiuidui, q̄ ſunt ēt in numero determinata & indiuidualia. Et ponit exemplum in vocibus. Manifeſtum eſt.n. quòd vocis literatæ, literæ ſunt principia, non tñ ſunt aliquo numero determinato indiuidualium literarum, ſed ſolum ſm ſpēm ſunt determinatę literæ ſm aliquem numerum, quarum aliæ ſunt vocales, & aliæ conſonantes. ſed hæc determinatio eſt ſm ſpēm, non ſm numerum. non.n. vnum ſolum eſt. a. ſed multa, & ſic de alijs literis. Sed ſi accipiantur hæ literæ, q̄ ſunt principia huius determinatæ ſyllabæ vel dictionis aut orōnis, ſic ſunt determinatæ numero. Et eadem rōne, cum ſint multa mathematica numero differentia in vna ſpecie, non poterunt eſſe mathematica principia mathematicorum determinata numero, ſed determinata ſpecie ſolum. puta ſi dicamus, ꝙ principia triangulorum ſunt tria latera & tres anguli. Sed hæc determinatio eſt ſm ſpeciem. contingit.n. quodlibet eorum in infinitum multiplicari. Si igitur nihil eſſet præter ſenſibilia & mathematica, ſequeretur quòd ſubſtantia ſpeciei non eſſet una ſm numerum, & ꝙ principia entium nō eſſent determinata in aliquo numero, ſed erunt determinata ſolum ſm ſpeciem. Si ergo eſt neceſſarium ꝙ ſint determinata ſm numerum, alioquin contingeret eſſe principia rerum infinita numero, ſequitur ꝙ neceſſe ſit ſpēs eſſe ꝑter mathematica & ſenſibilia. Et hoc eſt quod Platonici volūt dicere, ꝙ ſequitur ex neceſſitate ad poſitiones eorū, ꝙ ſit in ſingulariū ſubſtantia ſpēs aliquid vnū, cui non conueniat aliquid ſcđm accidens. Homini.n. indiuiduo conuenit aliquid ſcđm accidens. ſ. album vel nigrum, ſed homini ſeparato, qui eſt ſpēs ſecundū Platonicos, nihil cōuenit per accidens, ſed ſolū quod pertinet ad rationem ſpeciei. Et quamuis hoc dicere intendant, non tamen bene {dearticulant} .i. non bene diſtinguunt. Deinde cum dicit.

B E S S.

At vero ſi ponemus formas eſſe, & principia unum numero, non ſpecie eſſe diximus, quę impoſſibilia neceſſe eſt accidere:

A N T. Par. 3.

At vero ſi ponimus ſpēs eſſe & unū numero principia & non ſpē, diximus q̄ contingere neceſſe eſt īpoſſibilia.

Obijcit in contrariū & dicit, ꝙ ſi ponamus ſpēs ſeparatas eſſe, & ꝙ principia rerum nō ſunt ſolum determinata ſpē, ſed ēt numero, quędam inconuenientia ſequuntur, q̄ ſuperius in quadam q̄ſtione ſunt tacta. Hāc aūt dubitationem Philoſophus determinat. xij. & xiiij. huius libri. Et ueritas dubitationis eſt, quòd ſicut mathematica non ſunt præter ſenſibilia, ita nec ſpēs rerum ſeparatæ ꝑter mathematica & ſenſibilia. Principia aūt rerum efficientia & mouentia ſunt quidem determinata numero, ſed principia rerum formalia quorum ſunt multa indiuidua unius ſpeciei, nō ſunt determinata numero, ſed ſolum ſpecie.

Veritasque ſui.

L E C T I O   XV.

Num prima rerum principia in Actu uel in potentia, uniuerſalia, an ſingularia ſint.

B E S S. Tex. 19.

HIs autem prope eſt dubitare, utrum potentia, an alio quodam modo elementa ſint.

A N T. Tex. c. 19. Part. 2.

His autem affine eſt quærere, utrum poteſtate ſunt elementa, aut aliquo alio modo.

Poſtquam philoſoph' inquiſiuit q̄ ſunt principia, hic inquirit quomodo ſunt: & primo utrum ſint in potentia uel in actu. Scđo vtrum ſint vniuerſalia vel ſingularia, ibi: {Et vtrū uniuerſalia &c.} Circa primū tria facit. Primo mouet dubitationē: Scđo obijcit ad unam partem, ibi: {Nā ſi aliter &c.} Tertio obijcit in contrarium, ibi: (Si uero poteſtate &c.) Quærit ergo primo, utrum prima principia ſint in potentia, vel (aliquo alio modo) .i. in actu. Et hæc dubitatio inducitur propter antiquos naturales, qui ponebant ſola principia materialia, quæ ſunt in potentia. Platonici autem ponentes ſpecies quaſi principia formalia ponebant eas eſſe in actu. Deinde cum dicit.

Part. 4. Tex. ſeq. Qō iſta eſt aj. ſup. ex parte conſideratorum mota, & ſoluitur in 8. lect. 7. & 8.

B E S S.

Si enim alio quodā modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia nanque, prior illa cauſa eſt, non eſt autem neceſſe, vt omne, quod potentia eſt, illo modo ſe habeat.

A N T. Par. 2.

Nam ſi aliter, prius aliqd erit principijs aliud. Prior enim erit poteſtas cauſa illa. Poſſibile autem non eſt neceſſarium illo modo ſe habere.

Probat ꝙ principia ſint in potentia. Si.n. eſſent {aliter,} ſcilicet in actu, ſequeretur ꝙ aliquid eſſet prius principiis. Potentia.n. actu prior eſt. Quod patet ex hoc, ꝙ prius eſt à quo non cōuertit conſequentia eſſendi: ſequitur autē ſi eſt, ꝙ poſſit eſſe, non autem ex neceſſitate ſequitur, ſi eſt poſſibile, quòd ſit actu. Hoc aūt eſt incōueniens quòd aliquid ſit prius primo principio, ergo impoſſibile quòd primum principium ſit aliter quàm in potentia. Deinde cum dicit.

Ab eſſe ad poſſe, nō autē econuerſo niſi in neceſſarijs ualet argumentum.

B E S S.

Quòd ſi elemēta potētia ſunt, cōtingit nihil entiū eſſe poſſibile.n. eſt eſſe, etiā quod nondum eſt: fit.n. quod non eſt, ſed nihil eorum fit, quę eſſe impoſſibilia ſunt. Et has itaque de principijs dubitationes, neceſſe eſt dubitare.

A N T. Par. 3.

Si uero pōtē ſunt elementa, nihil entiū eſſe cōuenit. Nam poſſibile eſt eſſe, quod nondū eſt ens: fit.n. non ens. Nihil autem fit impoſſibilium eſſe. Has igitur dubitationes quęrere neceſſe eſt.

Obijcit in contrarium, quia si principia rerũ sint in potentia, sequitur quòd nihil sit entium in actu. nã illud quod est possibile esse, nõdum est ens. & hoc ꝓbat per hoc quòd id quod fit, non est ens. quod enim est, non fit. Sed nihil fit nisi quod possibile est esse, ergo omne quod est possibile esse, est non ens. si igitur principia sint tantum in potentia, erunt non entia. Si aũt principia non sint, nec effectus sunt. sequitur ergo quòd contingit nihil esse in entibus. Et concludit epilogando quod secundum prædicta necessarium est dubitare de principijs ꝓpter præmissas rationes. Hæc autem quæstio determinabitur in Nono huius, ubi ostendetur quòd actus est simpliciter prior potentia. Sed potẽtia est prior actu tempore in eo, ꝗ mouetur de potentia ad actum. Et sic oportet primum principium esse in actu & non in potentia, ut ostendit in Duodecimo huius. Deinde cum dicit.

Lect. 7. & 8. Determinatio q̃õnis tex. cõ. 34. & 35. Lect. 5.

BESS. Tex. 20. *Et vtrũ vniuersalia sint, an (vt dicimus) singularia.*

ANT. Tex. co. 20. Part. 4. *Et vtrum vniuersalia sint, aut vt dicimus singularia.*

Inquirit vtrum principia sint per modum uniuersalium aut per modum singularium, & circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationem. Secundo obijcit ad vnam partem, ibi: {Nam si uniuersalia &c.} Tertio obijcit ad aliã, ibi: {Si autem non uniuersalia &c.} Est ergo dubitatio, utrum principia sint vniuersalia, uel existant per modum quorundam singularium. Deinde cum dicit.

Par. seq. Hæc q̃õ est decima superius ex parte cõsideratorũ mota & soluitur i septimo le. 13. 14.

BESS. *Si enim vniuersalia, non erunt substantiæ: nihil enim communium, quod quid, sed quale significat: sed substantia quod quid.*

ANT. Par. 5. *Nam si vniuersalia, nõ erunt substantiæ. Nihil enim communium hoc aliquid significat, sed quale quid. Substantia vero hoc aliquid est.*

Tex. c. 19. Sub a prima significat hoc aliqd, scd'a uero quale quid, qs sensus.

Probat quòd principia non sunt vniuersalia tali ratione. Nullum communiter prædicatum de multis significat hoc aliquid, sed significat tale siue quale, nõ quidem secundum qualitatem accidentalem, sed secundum qualitatem substãtialem. est enim quædam substantialis qualitas, ut infra in Quinto huius dicetur. Et ratio huius est, quia hoc aliquid dicitur secundum quòd in se subsistit: quod autem in se subsistit, non potest esse in multis ens, quod est de ratione cõmunis. Quod enim in multis est, nõ est in se subsistẽs, nisi & ipsum esset multa, quod est contra rationem communis. Nam cõmune est, quod est vnum in multis. Sic igitur patet, quòd nullum communium significat hoc aliquid, sed significat formam in multis existentem. Addit autem minorem, scilicet quòd substãtia significat hoc aliquid. Et hoc quidem verum est quantum ad primas substantias, quæ maxime & proprie substantiæ dicuntur, vt habetur in prædicamentis. hmõdi enim substantiæ sunt in se subsistentes. Relinquitur ergo quòd principia si sunt vniuersalia nõ sunt substantiæ. Et ita uel substantiarum non erunt aliqua principia, uel oportebit dicere quod non sint substantiæ substantiarum principia. Sed quia aliquis posset concedere quod aliquid communiter prædicatum significet hoc aliquid, consequenter diluitur cum dicit.

BESS. *Quòd si quod communiter prædicatur, quod quid sit, & exponi possit, multa animalia erunt ipse Socrates, & homo, et animal, si singula quidẽ, quod quid & vnũ significant. Si igitur principia uniuersalia sunt, hæc accidũt.*

ANT. Par. 6. *Sed si est hoc aliquid, & ponitur quid communiter quod prædicatur, multa erit animalia Socra. ipseq; homo, et animal: si significat singulum hoc aliquid & vnũ. Si igitur vniuersalia sint principia, ea contingunt.*

Ostendit, quod inconueniens ex hoc sequitur. Si enim id, quod communiter prædicatur sit hoc aliqd, sequeretur quod omne id, de quo illud commune ꝑdicatur, sit hoc aliquid quod est commune. Sed planum est, quod de Socrat. prædicatur & homo & animal, quorum utrunque, scilicet homo & animal est quoddam commune prædicatum. Vnde si omne cõe prædicatum sit hoc aliquid, sequitur quod Socra. sit tria hoc aliquid, quia Socrates est Socrates quod est hoc aliquid: ipse etiam est homo, quod est secundum prædicta hoc aliquid: ipse etiã est animal, quod similiter est hoc aliquid. Erit ergo tria hoc aliquid. Et ulterius sequitur quod sit tria animalia. nam animal ꝑdicatur de ipso & de homine & de Socra. Cum ergo hoc sit inconueniens, inconueniens est quod aliquid communiter prædicatum sit hoc aliquid. Hæc igitur sunt incõuenientia quæ sequuntur, si uniuersalia sint principia. Deinde cum dicit.

BESS. *Quod si non vniuersalia sint, sed vt ipsa singularia, non erũt scibilia. Ipsius enim vniuersalis oĩum scientia sunt. quare erunt alia principia priora de principijs vniuersaliter prædicata, si sit quidem eorum futura sciẽtia.*

ANT. Part. 7. *Si autem non vniuersalia, sed quasi singularia, non erunt scibilia. Vniuersales enim sunt omnes scientiæ. Quare erunt diuersa priora principijs vniuersaliter prędicata, si futura est eorum scientia.*

Obijcit in contrarium. Cum. n. omnes scientiæ sint vniuersales non sunt singularium, sed vniuersaliũ. Si igitur aliqua principia non sint vniuersalia, sed singularia, non erunt scibilia secũdum seipsa. Si ergo de eis debet aliqua scientia haberi, oportebit esse aliqua priora principia, quæ sunt vniuersalia. Sic igitur oportet prima principia esse vniuersalia, ad hoc quod scientia habeatur de rebus, quia ignoratis principijs necesse est alia ignorare. Hæc autem quæstio determinatur in Septimo huius, vbi ostenditur quod vniuersalia non sunt substantiæ, nec principia rerum. Non autem propter hoc sequitur, quod si principia & substantiæ rerum sint singularia, quod eorum non possit esse scientia, tum quia res immateriales & si sint singulariter subsistentes, sunt tamen etiam intelligibiles, tum etiam quia de singularibus est scientia secundum vniuersales eorum rationes per intellectum apprehensas.

Lect. 13. 14. Determinatio q̃õnis.

FINIS.

LIBRI TERTII METAPHYSICORVM.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER QVARTVS.

CVM SANCTI THOMAE EXPOSITIONE.

LECTIO I.

Hanc scietiam uersari circa ens inquantum ens & circa substantiam & accidens, tanquam eius æquatum subiectum probat.

BESS. Tex. 1. ANT. Tex. c. 1. Part. 1.

Est quædam scientia, quę speculatur ens, prout ens est, & quæ ei per se insunt. Est autem scientia quædam quæ speculatur ens inquantum ens, & quæ huic insunt secundum se.

In præcedenti libro Philosophus disputatiue processit de illis, quæ debent in hac scientia considerari, hic incipit procedere demonstratiue determinando veritatem quæstionum prius motarũ & disputatarum. Fuit autem in pcedenti libro disputatum tam de his, quę pertinent ad modum huius scientiæ, scilicet ad quę se extendit huius scientiæ cõsideratio, quàm etiam de his, quæ sub consideratione huius scientiæ cadunt. Et quia prius oportet cognoscere modum sciẽtiæ, quàm procedere in scientia ad ea consideranda de quibus est scientia, vt in 2. Lib. dictũ est, ideo diuiditur hæc pars in duas. Primo dicit de quibus est consideratio huius scientiæ. Secundo dicit de rebus quæ sub consideratione huius scientiæ cadunt in 5. Lib. ibi: (Principium dr̃ aliud quidem &c.) Prima in duas. Primo subiectum stabilit huius scientiæ: Secundo procedit ad soluendum quæstiones motas in libro præcedenti de consideratione huius scientiæ, ibi: (Ens autem multis.) Circa primum tria facit. Primo supponit aliquam esse scientiam cuius subiectum sit ens. Secundo ostendit ꝙ ista non est aliqua particularium scientiarum, ibi: (Hæc autem &c.) Tertio ostendit ꝙ hęc est scientia quæ præ manibus habetur, ibi: (Qm autem principia &c.) Quia uero scientia non solum debet speculari subiectum, sed etiam subiecto per se accidentia, ideo dicit primo, ꝙ est quędam scientia, quæ speculatur ens scdm ꝙ ens, sicut subiectum, & speculatur (ea quæ insunt enti per se) idest entis per se accidẽtia. Dicit aũt secundum quòd est ens, quia scientiæ aliæ, quæ sunt de entibus particularibus, considerant quidem de ente, cum oĩa subiecta scientiarum sint entia, non tñ considerant ens ſm ꝙ ens, sed ſm ꝙ est huiusmodi ens, s. uel numerus, uel linea, uel ignis, aut aliquid hmõi. Dicit ẽt & ꝗ huic insunt per se, & non simpliciter quæ huic insunt, ad significandum quòd ad scientiam non pertinet considerare de his, quæ per accidens insunt subiecto suo, sed solum de his, quæ per se insunt. Geometra. n. non cõliderat de triangulo, utrum sit cupreus uel ligneus, sed solum considerat ipsum absolute secũdum quòd habet tres angulos æquales &c. Sic igitur huiusmodi scientia, cuius est ens subiectum, non oportet quòd consideret de omnibus, quæ insunt enti per accidẽs, quia sic consideraret accidentia quæsita in omnibus scientijs, cum omnia accidentia insint alicui enti, non tamen ſm ꝙ est ens. Quæ. n. sunt per se accidentia inferioris, per accidens se hñt ad superius, sicut per se accidentia hominis non sunt per se accidentia animalis. Necessitas aũt huius scientiæ quæ speculatur ens & ꝑ se accidentia entis, ex hoc apparet, quia huiusmodi non debent ignota remanere, cum ex eis aliorum dependeat cognitio, sicut ex cognitione communium dependet cognitio rerum propriarum.

Lect. ult. In toto sibro quarto. In quinto ꝑ totum. Part. 4. Lec. huius. Par. seq. Par. 3.

BESS. *Hæc aũt, nulli earum, ꝗ in parte dicuntur, eadem est. nullæ nãque cæterarum vniuersaliter de ente, prout ens est, considerant. sed eius aliquam partem abscindentes, quod ei accidit speculantur, ut Mathematicæ scientiæ.*

ANT. Par. 2. *Hęc aũt nulli est in parte dictarũ eadẽ. Aliarum. n. nulla intendit uniuersaliter de ente inquantũ est ens, verũ partẽ eius abscindẽtes aliquã, circa qdem hanc specu lantur ipsum accidens, veluti sciẽtiarum mathematicę.*

Hic ostendit, ꝙ ista scientia nõ sit aliqua particularium scientiarũ, tali rõne. Nulla scientia particularis cõsiderat ens uniuersale inquantũ hmõi, sed solum aliquam partẽ entis diuisam ab alijs, circa quam speculatur per se accidens, sicut scientiæ mathematicæ aliquod ens speculantur, s. ens quantum. Scientia aũt cõmunis considerat uniuersale ens secundum ꝙ ens: ergo non est eadem alicui scientiarũ particularium.

BESS. *Cum aũt principia, & supremas cãs quærimus, patet quòd alicuius naturę per se necesse est eas esse. si igiť illi ẽt, qui entium elementa quærebant, ista principia quęrebant, necesse est etiam elementa entis non secundum accidens esse, sed prout entia sunt. Quare nobis quoque entis, prout entis, primas causas accipiendum est.*

ANT. T. Par. 3. *Quoniam aũt principia & extremas quærimus cãs palam, quia cuiusdam eas naturę secundum se esse necesse est. Si ergo & entium elementa quęrentes, ea quæsierunt principia, necesse & entis elementa esse non secundum accidens, sed inquantum sunt entia. Vnde & nobis entis inquantum est ens, primę causę sunt accipiendę.*

Hic ostendit, ꝙ ista scientia, quę præ manibus habetur, habet ens ꝓ subiecto tali ratione. Omne principium est per se principium & cã alicuius naturę: sed nos quærimus prima rerũ principia & altissimas cãs, sicut in primo dictum est, ergo sunt per se cã alicuius naturæ, sed non nisi entis. Quod ex hoc patet, quia oẽs philosophi elementa quærentes secundum quòd sunt entia quęrebant huiusmodi principia. s. prima & altissima, ergo in hac sciẽtia nos quærimus principia entis inquantum est ens: ergo ens est subiectum huius scientiæ, quia quælibet scientia est quærens causas proprias sui subiecti.

Lect. 2.

BESS. Tex. 2. *Ens autem multipliciter quidem dicitur, verum ad vnum, vnamque quandam naturam: & non ęquiuoce, sed quemadmodum omne salubre ad sanitatem. quoddam eo quòd conseruat, quoddam eo quòd facit, quoddam eo, quod signum sanitatis, quoddam uero capax eius est. & medicinale, ad medicinam: quoddam enim eo, quod habet medi-*

meditinã, medicinale dieitur: quoddam propterea quod natura aptum ad eam ſit, quoddam propterea quod opus medicinæ ſit. Eodem modo cætera quoque accipiemus. Ita & ens multipliciter quidem dicitur, ſed totum ad vnum principium. Quædam enim, quoniam ſubſtantiæ, entia dicuntur. quædam, quoniam paſſiones ſubſtantiæ: quędam, quoniam via ad ſubſtantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſubſtantiæ, ſiue eorum, quæ ad ſubſtantiam dicuntur, aut ad aliquorum ex his negationes ẓ ꝗs ſubſtantias. Quare & ipſum non ens, eſſe non ens dicimus.

> A N T. Tex. c. 2. Par. 4.

Ens autem multis quidem dicitur modis, ſed ad unum & ad vnam naturam aliquam, & non æquiuoce. Sed quemadmodum ſalubre omne ad ſanitatem, hoc quidem ad conſeruationem, id vero in actione, aliud quia eſt ſignum vt vrina ſanitatis, hoc autem quia illius eſt ſuſceptibile. Et medicinale à medicina. Hoc enim habẽdo medicinas dicitur medicinale, illud uero ſuſceptibile ad eã, aliud vero per actus exiſtentium medicinæ. Similiter autem alia ſumemus his dicta. Ita vero & ens multipliciter dicitur quidem, ſed omne ad primum principium. Hæc enim quia ſubſtantiæ entia dicuntur, illa vero quia paſſiones ſubſtantiæ dicuntur, alia quia via ad ſubſtantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſubſtantiæ, aut ad ſubſtantiam dictorum, aut quorundam horum negationes, aut ſubſtantiæ. Quare & non ens eſſe non ens dicimus.

> Ens eſt analogum ſubſtãtię & accidenti ſm analo. attributionis, & ꝓportionalitatis, deo uero & creaturę nõ niſi ſm proportionalitatẽ. Caue etiam ꝙ non ſic præciſe, ut ſanum, ens dicas analogũ, qđ lapit potius ęquiuoci naturã id qđ forte negauit Socrates, & vniuocum ipſum tale poſuit, quod ad contradi ctionẽ ſufficiat.

Hic proceditur ad ſoluendum quęſtiones in præcedenti libro motas de conſideratione huius ſcientiæ, & diuiditur in tres partes. Primo ſoluit quæſtionem, qua quærebant vtrum huius ſcientiæ eſſet conſideratio de ſubſtantijs & accidentibus ſimul, & utrum de omnibus ſubſtãtijs. Secundo qua quærebatur utrum huius ſcientiæ eſſet conſiderare de omnibus iſtis, quæ ſunt unum & multa, idem & diuerſum, oppoſitum cõtrarium, & hmõdi, ibi: {Si igitur ens & unum &c.} Tertio ſoluit quęſtionem, qua quærebatur vtrum huius ſcientiæ eſſet conſiderare demonſtrationis principia, ibi: {Dicẽdum eſt aũt utrum unius &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit ꝙ huius ſcientiæ eſt cõſiderare tam de ſubſtantijs quàm de accidentibus. Secundo ꝙ principaliter de ſubſtantijs, ibi: {Vbiq; vero proprie &c.} Tertio ꝙ de omnibus ſubſtãtijs, ibi: (Omnis autem generis.) Circa primum vtitur tali ratione. Quæcunque communiter vnius recipiunt prædicationẽ, licet non vniuoce, ſed analogice de his prædicetur, pertinent ad unius ſcientiæ cõſiderationem: ſed ens hoc modo prædicatur de oĩbus entibus, ergo oĩa entia pertinent ad conſiderationem unius ſcientiæ, quæ conſiderat ens inquantum eſt ens, ſcilicet tã ſubſtantias quàm accidentia. In hac autem ratione primo ponit minorem. Secũdo maiorem, ibi: Quemadmodum ergo ſalubrium omnium.) Tertio concluſionem, ibi (Manifeſtum igitur &c.) Dicit ergo primo, ꝙ ens ſiue quod eſt, dr̃ multipliciter. Sed ſciendũ quod aliquid prędicatur de diuerſis multipliciter, qñque quidem ſecundum rationem oĩno eandem, & tunc dicitur de eis uniuoce prædicari, ſicut animal de equo & boue. Quandoque vero ſm rationes oĩno diuerſas, & tunc dr̃ de eis ęquiuoce prædicari, ſicut canis de ſydere & animali. Quandoque uero ſecundum rationes quæ partim ſunt diuerſæ quidem ſm ꝙ diuerſas habitudines important. Vnæ autem ſecũdum ꝙ ad unum aliquid & idem, iſtæ diuerſæ habitudines referuntur, & illud dicitur (analogice prędicari). i. ꝓportionaliter, prout unumquodque ſecundum ſuam habitudinem ad illud unum refertur. Item ſciendum quòd illud unum ad quod diuerſæ habitudines referuntur in analogicis, eſt unum numero, & non ſolũ unum ratione, ſicut eſt unum illud quod per nomen uniuocum deſignatur. Et ideo dicit quòd ens & ſi dicatur multipliciter, non tamen dicitur æquiuoce, ſed per reſpectum ad unum, non quidem ad vnum quod ſit ſolum ratione unum, ſed quod eſt unum ſicut una quædam natura. Et hoc patet in exemplis infra poſitis, Ponit enim primo unum exemplum quando multa comparantur ad vnum, ſicut ad finem, ſicut patet de hoc nomine ſanatiuũ uel ſalubre. Sanatiuum enim non dicitur uniuoce de diæta, medicina, urina, & animali. Nam ratio ſani ſecundum quòd dicitur de diæta, conſiſtit in conſeruando ſanitatem. Secundum vero quòd dicitur de medicina, in faciendo ſanitatem. Prout vero dicitur de urina, inquantum eſt ſignum ſanitatis. Secundum uero quòd dicitur dę animali ratio eius eſt, quoniam eſt receptiuum uel ſuſceptiuũ ſanitatis. Sic igitur omne ſanatiuum uel ſanum dicitur ad ſanitatem vnam & eandem. Eadem enim eſt ſanitas quam animal ſuſcipit, urina ſignificat, medicina facit, & dięta conſeruat. Secundo ponit exemplum quando multa comparantur ad unum ſicut ad principium efficiens. Aliquid enim dicitur medicatiuum, vt qui hẽt artem medicinæ, ſicut medicus peritus. Aliquid uero quia eſt bene aptum ad habendum artem medicinæ, ſicut homines qui ſunt diſpoſiti ut de facili artem medicinæ acquirãt. Ex quo contingit quòd ingenio proprio quædam medicinalia operantur. Aliquid vero dicitur medicatiuum vel medicinale, quia eo opus eſt ad medicinam, ſicut inſtrumenta quibus utũtur, medicinalia dici poſſunt, & etiam medicinæ quibus medici utuntur ad ſanandum. Et ſimiliter accipi poſſunt alia quæ multipliciter dicuntur, ſicut & iſta. Et ſicut eſt de prædictis, ita etiam & ens multipliciter dicitur. Sed tamen omne ens dicitur per reſpectum ad unum primum. Sed hoc primum non eſt finis uel efficiens ſicut in præmiſsis exemplis, ſed ſubiectum. Alia .n. dicuntur entia uel eſſe, quia per ſe habẽt eſſe ſicut ſubſtantiæ, quæ principaliter & prius entia dicuntur. Alia uero quia ſunt paſsiones ſiue proprietates ſubſtantiæ, ſicut per ſe accidentia uniuſcuiuſque ſubſtantię. Quædam autem dicuntur entia, quia ſunt uia ad ſubſtantiam, ſicut generationes & motus. Alia autem entia dicuntur, quia ſunt corruptiones ſubſtantiæ. Corruptio enim eſt uia ad non eſſe, ſicut generatio via ad ſubſtantiam. Et quia corruptio terminatur ad priuationem, ſicut generatio ad formam, conuenienter ipſa etiam priuationes formarum ſubſtantialium eſſe dicuntur. Et iterum qualitates uel accidentia quædam dicuntur entia, quia ſunt actiua uel generatiua ſubſtantiæ, vel eorum quæ ſecundum aliquam habitudinem prædictarum ad ſubſtantiam dicuntur uel ſecũdum quamcunque aliam. Item negationes eorum quæ ad ſubſtantiam habitudinem habent, uel etiam ipſius ſubſtantiæ eſſe dicuntur. Vnde dicimus quòd non ens eſt non ens. Quod non diceretur niſi negationi aliquo modo eſſe competeret. Sciendum tamen quòd prædicti modi eſſendi ad quatuor poſſunt reduci. Nam unum eorũ quod eſt debiliſsimum, eſt tantum in ratione, ſcilicet negatio & priuatio, quam dicimus in ratione eſſe, quia ratio de eis negociatur quaſi de quibuſdam entibus, dum de eis affirmat vel negat aliquid. Secundum quid autem differant negatio & priuatio, infra dicetur. Aliud autem huic proximum in debilitate eſt, ſecũdum quòd generatio & corruptio & motus entia dicuntur. Habent enim aliquid admixtum de priuatione & negatione. Nam motus eſt actus imperfectus, ut dicitur Tertio Phyſicorum. Tertium autem dicitur quòd nihil habet de non ente admixtum, habet tamen eſſe debile, quia nõ per ſe, ſed in alio, ſicut ſunt

> Lect. ſeq. Infra lec. 5. Infra par. 6 Par. 7. lect. huius. Par. 5. lect. huius. Infra par. 6 in prin. Analogum quid ſit. Tex co. 6. Lect. 3.

sunt qualitates, quantitates, & substantiæ proprietates. Quartum autem genus est quod est perfectissimum, quod scilicet habet esse in natura absque admixtione priuationis, & habet esse firmum & solidum, quasi per se existens sicut sunt substantiæ. Et ad hoc sicut ad primum & principale omnia alia referũtur. Nam qualitates & quantitates dicuntur esse, inquantum insunt substantiæ: motus & generationes, inquantum tendunt ad substantiam vel ad aliquid prædictorum: priuationes autem & negationes, inquantum remouent aliquid trium prædictorum.

BESS. *Quemadmodum igitur sanorum omnium una scientia est, ita & de cæteris est. non enim solum eorum, quæ secundum vnum dicuntur, uerum etiam eorum, quæ ad unã naturam dicuntur, vnius scientiæ est speculari: etenim hæc etiam quodammodo secundum vnum dicuntur.*

ANT. Par.5. *Quemadmodum ergo salubrium omniũ vna est scientia, ita hoc etiam & in alijs. Non enim solum circa vnũ dictorũ unius est scientiæ speculari, sed ad unã dictorum naturã. Etenim ea modo quodam circa unum dicuntur.*

Hic ponit maiorem primę rationis dicens, quòd est vnius scientiæ speculari non solum illa quæ dicuntur secundum vnum, idest secundum vnam rationẽ omnino, sed etiam eorum quæ dicuntur per se respectum ad vnam naturam secundum habitudines diuersas. Et huius ratio est propter vnitatem eius ad quod ista dicuntur, sicut patet quòd de omnibus sanatiuis considerat vna scientia scilicet medicinalis, & similiter de alijs quæ eodem modo dicuntur.

BESS. *Patet itaque unius esse, & entia prout entia speculari, ubique autem propriè primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur, scientia. Quòd si hoc substantia est, oportet profectò, vt substantiarum principia, & causas Philosophus habeat.*

ANT. Par.6. *Manifestum igitur quia entia vnius est scientię speculari inquantum entia. Vbique vero propriè primi est scientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Ergo si hoc, est substantiarum oportet principia & causas habere philosophum ipsum.*

Hic ponit conclusionem intentam, quæ per se est manifesta. Vbique vero &c. Hic ponit quòd hæc scientia principaliter considerat de substantijs, & si de omnibus entibus consideret, tali ratione. Omnis scientia quæ est de pluribus quæ dicuntur ad vnum primum, est propriè & principaliter illius primi, ex quo alia dependent secundum esse, & propter quod dicuntur secundum nomen, & hoc vbique est verum. Sed substãtia est hoc primum inter omnia entia. Ergo philosophus qui considerat omnia entia primo & principaliter, debet habere in sua consideratione principia & causas substantiarum, ergo per consequens eius consideratio primo & principaliter de substantijs est.

Metaphysicæ principaliter est de substantia.

BESS. *Omnis autem generis, & sensus vnus vnius, & scientia, velut Grammatica vna existens omnes voces speculatur. Quare entis quoque quot species sunt, & species specierum speculari vnius scientiæ genere est.*

ANT. Pa.7. *Omnis autem generis vnus est sensus vnus & scientia: vt grammatica vna ens, omnes speculatur voces. Quapropter & entis inquantum est ens, quascunque species speculari vnius est scientiæ genere, & species specierum.*

Sciẽtia vna est vnius generis.

Hic ostendit quòd primi philosophi est considerare de omnibus substantijs, tali ratione. Omnium eorum quæ sunt vnius generis, est vnus sensus & vna sciẽtia, sicut visus est de omnibus coloribus, & grammatica considerat oẽs voces. Si igitur omnia entia sint vnius generis aliquo modo, oportet quòd omnes species eius pertineant ad consideratiõẽ vnius scientiæ quæ est generalis: & species entium diuersæ pertineant ad species illius scientiæ diuersas. Hoc autem dicit, quia non oportet quòd vna scientia consideret de omnibus speciebus vnius generis secundum proprias rationes singulas specierum, sed secundum quòd conueniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad scientias speciales, sicut est in proposito. Nam omnes substantię inquantum sunt entia vel substantiæ, pertinent ad considerationem huius sciẽtiæ: inquantum autem sunt talis vel talis substantia, vt leo vel bos, pertinent ad scientias speciales.

LECTIO II.

Quod ad hanc scientiã spectet consideratio entis & vnius iuxta quorum diuisiones sumuntur etiam philosophiæ partes.

BESS. Te.3. *Si itaque ens, & vnum idem, ac vna natura sunt, propterea quòd se inuicem sequuntur, quemadmodum principium, & causa, non quòd vna ratione significantur, nihil quidem refert, si etiam similiter putabimus, quinimmo magis proderit.*

ANT. Te. co.3. Par.1. *Si igitur ens & vnum idem, & vna natura: quia se adinuicem consequuntur vt principium & causa, sed nõ vt vna ratione ostensa. Nihil autem differt, nec si similiter suscipimus, sed & præ opere magis.*

Hic procedit ad ostendendum quòd ad considerationem vnius scientiæ pertineat considerare huiusmodi communia, scilicet vnum & multa, idem & diuersum, & circa hoc duo facit. Primo ostendit hoc de singulis per proprias rationes. Secundo de omnibus simul per quasdam rationes communes, ibi: Et philosophi est de omnibus posse speculari. Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd de omnibus his considerare debet philosophus. Secundo docet modum considerandi, ibi: Quare quoniam vnum multipliciter &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd ad hanc scientiam pertineat cõsiderare de vno & de speciebus vnius. Secundo quòd ad eandem scientiam pertineat cõsiderare de omnibus oppositis, ibi: Quoniam autem vnius est opposita considerare. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit quòd huius scientiæ est considerare de vno. Secundo quod eius sit considerare de speciebus vnius, ibi: Quare quotcunque vnius. Dicit ergo primo, quòd ens & vnum sunt idem & vna natura. Hoc ideo dicit, quia quædam sunt idem numero quæ non sunt vna natura, sed diuersæ, sicut idem numero quæ non sunt vna natura, sed diuersæ, sicut Socrates, & hoc album, & hoc musicum. Vnum autem & ens non diuersas naturas, sed vnam significant. Hoc autem contingit dupliciter. Quædam enim sunt vnum quæ consequuntur se adinuicem conuertibiliter sicut principium & causa. Quædam vero non solum conuertuntur vt sint idem subiecto, sed etiam sunt vnum secundum rationem, sicut vestis & indumentum. Vnum autem & ens significant vnam naturam secundum diuersas rationes. Vnde sic se habent sicut principium & causa, sed non sicut tunica & vestis, quæ sunt nomina penitus synonyma. Nihil tamen differt ad propositum, si similiter accipiamus ea dici, sicut illa quæ sunt vnum & subiecto & ratione. Sed hoc erit magis præ opere, idest mag is vtile ad hoc quod intendit. Intẽdit enim probare quòd vnũ & ens cadũt sub eadem consideratione, & quòd habẽt spẽs sibi correspondentes. Quod manifestius probaretur si vnum & ens essent idem re & ratione, quàm si sint idem re & non ratione. Quod autem sint idem reprobat duabus rationibus, quarum primam ponit ibi.

Infra le.4.

Lect.3. seq. Par.3.

Lect. seq.

Pa.4. huius lect.

Principium & causa increatis distinguũtur.

Idem

BESS. *Idem enim vnus homo, & ens homo, ac homo. & non significat diuersum aliquid secundum dictionem repetitam, id est homo, & homo, & vnus homo. Patet autem quod non separatur ens, nec in generatione, nec in corruptione. Similiter & in vno, quare manifestum est, quod additio in his idem significat, & quod vnum nihil aliud est præter ens.*

ANT. Par. 2. *Idem enim vnus homo, & ens homo: & homo: & non diuersum aliquid ostenditur secundum repetitam dictionem, ipsum est homo, & homo, & vnus homo. Palam autem, quia non separantur nec in generatione neq; in corruptione. Similiter aũt & in vno. Quare palã quia additio in his idem ost[enditur]: & nihil aliud vnum præter ens.*

Quæ talis est. Quæcunque duo addita vni nullam diuersitatem afferunt, sunt penitus idem: sed vnum & ens addita homini vel cuicunque alij nullam diuersitatem afferunt: ergo sunt penitus idem. Minor patet. Idem enim est dictu, homo, & vnus homo. Et similiter est idem dictu, ens homo, vel quod est homo: & non demonstratur aliquid alterum cum secundum dictionem replicamus dicendo, est ens homo, & homo, & vnus homo. Quod quidem probat sic. Idem enim est generari & corrumpi hominem, & id quod est homo. Quod ex hoc patet, quia generatio est via ad esse, & corruptio mutatio ab esse ad non esse. Vnde nunquam generatur homo, quin generetur ens homo: nec vnquam corrumpitur homo, quin corrumpatur ens homo. Quæ autem simul generantur & corrumpuntur sunt vnum. Et sicut dictum est quòd ens & homo non separantur in generatione & corruptione, similiter apparet de vno. Nam cum generatur homo, generatur vnus homo: & cum corrumpitur, similiter corrumpitur. Vnde manifestum est quòd appositio in istis ostendit idem, & per hoc quòd additur vel vnum vel ens non intelligitur addi aliqua natura supra hominem. Ex quo manifeste apparet, quod vnũ non est aliud præter ens: quia quæcunque vni & eidem sunt eadem, sibijnuicem sunt eadem. Patet autẽ ex prædicta ratione, non solum quòd sunt vnum re, sed quòd differunt ratione. Nam si non differrent ratione, essent penitus synonyma, & sic nugatio esset cũ dicitur, ens homo & vnus homo. Sciendum est enim quod hoc nomen Homo, imponitur à quidditate tantum, hoc vero nomẽ Ens, imponitur ab actu essendi: & hoc nomen Vnum, ab ordine vel indiuisione. Est enim vnum ens indiuisum. Idem autem est quod habet essentiam, & quod est in se indiuisum. Vnde ista tria, res, ens, vnum, significant omnino idem: sed secundum diuersas rationes.

Quæ simul non solum tẽpore, sed natura generantur, sunt vnum realiter, & subiecto.

Ens & vnũ re non differunt sed ratione.

BESS. *Item cuiuscunque substantia vnum est, non secundum accidens, similiter & ipsum ens quoduis.*

ANT. Pa. 3. *Amplius autem cuiuscunque substantia vnum est nõ secundum accidens, similiter & quod ens aliquid.*

Hic ponit secundam rationem ad idem, quæ talis est. Quæcunque duo prædicantur de substantia alicuius rei per se & non per accidens, illa sunt idem secundum rem: sed ita se habent vnum & ens, quòd prædicantur per se & non secundum accidens de substantia cuiuslibet rei. Substantia enim cuiuslibet rei est vnum per se & non secundum accidens. Ens ergo & vnum significant idem secundum rem. Quod autem ens & vnum prædicentur de substantia cuiuslibet rei per se & non secundum accidens, sic potest probari. Si enim prædicarentur de substantia cuiuslibet rei per aliquod ens ei additum, de illo iterum necesse est prædicari ens, quia vnumquodque est vnum & ens. Aut ergo iterum de hoc prædicatur per se, aut per aliquid aliud additum. Si per aliquid aliud, iterum esset quæstio de illo addito, & sic erit procedere vsque ad infinitum. Hoc autem est impossibile: ergo necesse est stare in primo, scilicet ꝙ substantia rei sit vna & ens per seipsam, & non per aliquid additum.

Sciendum est autem quòd circa hoc Auicẽ. aliud sensit. Dixit. n. ꝙ unum & ens non significant substãtiam rei, sed significant aliquid additum. Et de ente quidem hoc dicebat, quia in qualibet re quæ habet esse ab alio, aliud est esse rei, & substantia siue essentia eius: hoc autem nomen Ens, significat ipsum esse. Significat igitur (vt videtur) aliquid additum essentiæ. De vno autem hoc dicebat, quia æstimabat quòd illud vnum quod conuertitur cum ente, sit idem quòd illud vnum quod est principium numeri. Vnum autẽ quod est principium numeri necesse est significare quandam naturam additam substantiæ. Alioquin cũ numerus ex vnitatibus constituatur, non esset numerus species quantitatis, quæ est accidens substantiæ superadditum. Dicebat autem quòd hoc vnum conuertitur cum ente, non quia significat ipsam rei substantiam vel entis, sed quia significat accidens quod inhæret omni enti, sicut risibile quod conuertitur cum homine. Sed in primo quidem non videtur dixisse recte. Esse enim rei quamuis sit aliud ab eius essentia, nõ tamen est intelligendum ꝙ sit aliquod superadditum ad modum accidentis, sed quasi constituitur per principia essentiæ. Et ideo hoc nomen ens quod imponitur ab ipso esse, significat idẽ cum nomine quod imponitur ab ipsa essentia. De vno autem non videtur esse verum, quòd sit idem quod conuertitur cum ente, & quod est principiũ numeri. Nihil. n. quod est in determinato genere vr consequi omnia entia. Vnde vnum quod determinatur ad speciale genus entis, scilicet ad genus quantitatis discretæ, non videtur posse cum ente vniuersali conuerti. Si enim vnum est proprium & per se accidens entis, oportet quòd ex principijs causetur entis inquantum ens, sicut quodlibet accidens proprium ex principijs sui subiecti. Ex principijs autem communibus entis inquantum est ens, non intelligitur causari aliquod particulariter ens sufficienter. Vnde non potest esse quòd ens aliquod determinati generis & speciei sit accidens omnis entis. Vnum igitur quod est principium numeri, aliud est ab eo quod cum ente conuertitur. Vnum enim quod cum ente conuertitur, ipsum ens designat, superaddens indiuisionis rationem, quæ cum sit negatio vel priuatio non ponit aliquam naturam enti additã. Et sic in nullo differt ab ente secundum rem, sed solum ratione. Nam negatio vel priuatio non est ens naturæ, sed rationis, sicut dictum est. Vnum vero quod est principium numeri addit supra substãtiam, rationem mensuræ, quæ est propria passio quantitatis, & primo inuenitur in vnitate. Et dicitur per priuationẽ vel negationem diuisionis, quæ est secundum quantitatem continuam. Nam numerus ex diuisione continui causatur. Et ideo numerus ad scientiam mathematicam pertinet, cuius subiectum extra materiam esse non potest, quamuis sine materia sensibili consideretur. Hoc autem non esset, si vnum quod est principium numeri, secundum esse à materia separetur in rebus immaterialibus existens, quasi cum ente conuersum.

Sententia Auicennæ.

Contra Auicen.

Quomodo vnum quod est numeri principium nõ sit idem quod conuertitur cum ente.

BESS. *Quare quot vnius species, totidem & entis sunt, de quibus ipsum quid est speculari, eiusdem genere scientiæ est. Dico autem, vtputa, de eodem, & simili, cæterisque huiuscemodi, ferè autem omnia contraria ad hoc principium redeuntur. Considerata sunt autem hæc in electione contrariorum.*

ANT. Par. 4. *Quare quotcunque vnius sunt species, tot entis, & de quibus quidem est eiusdem scientiæ genere speculari. Dico autem vt de eodem & simili & alijs talibus. Fere*

autem

autem omnia referuntur contraria ad principium illud. Speculata sunt autem & ea à nobis in ecloga, idest explanatione, vel tractatione contrariorum.

Tex. 4.

Hic concludit quòd philosophi est considerare de partibus vnius, sicut de partibus entis. & primo hoc ostendit, secundo etiam ostendit, quòd secundum diuersas partes entis & vnius, sunt diuersæ partes philosophiæ, ibi. {Et tot partes.} Dicit ergo primo, quòd ex quo vnum & ens idem significant, & eiusdem sunt species eædem, oportet quòd tot sint species entis, quot sunt species vnius & sibi inuicem respondentes. Sicut enim partes entis sunt substantia, quantitas & qualitas &c. ita & partes vnius sunt idem, æquale, & simile. Idem enim vnum in substantia est. Aequale, vnum in quantitate. Simile, vnum in qualitate. Et secundum alias partes entis possent sumi aliæ partes vnius, si essent nomina posita: & sicut ad vnam scientiam, scilicet ad philosophiam pertinet consideratio de omnibus partibus entis, ita & de omnibus partibus vnius, scilicet eodem & simili & huiusmodi. Et ad hoc {principium}, scilicet vnum reducuntur omnia contraria {fere.} Et hoc addit, quia in quibusdam non est ita manifestum: & tamen hoc necesse est: quia, cum in omnibus contrarijs alterum habeat priuationem inclusam, oportet fieri reductionem ad priuatiua prima, inter quæ præcipue est vnum. Et iterum multitudo, quæ ex vno causatur, causa est diuersitatis differentiæ & contrarietatis, vt infra dicetur. Et hæc dicit esse considerata {in ecloga} idest in electione {contrariorum}, idest in tractatu, quæ est pars electa ad tractandum de contrarijs, scilicet in. x. huius.

Lect. 10. Lect. 5. & 6.

BESS. Tex. 4.

Atque tot philosophiæ partes sunt, quot substantiæ. Quare necesse est, vt aliqua earum prima, & alia sequēs sit. Sunt autem subinde habentia genera, ipsum unum & ens. quare etiā scientiæ sequentur ista. Philosophus nanque est, vt ille, qui mathematicus dicitur. & hæc enim habet partes, ac prima quadam, & secunda scientia est. cæteræ quoque consequenter in mathematibus.

ANT. Parte. 5.

Et tot partes sunt philosophiæ quot substantiæ. Quare aliquam esse primam necesse, & habitam ipsis. Existunt enim rectè genera ens & vnum habentia. Quapropter & hæc sequuntur scientiæ. Est enim philosophus vt mathematicus dictus. Etenim ea partes habet, & prima quædam, & secunda est scientia, & alia deinde in mathematicis.

Hic ostendit partes philosophiē distinguī secundū partes entis & vnius. & dicit, quòd tot sunt partes philosophiæ, quot sunt partes substantiæ, de qua dicitur principaliter ens & vnum, & de qua principalis est huius scientiæ consideratio & intentio. Et, quia partes substantiæ sunt ordinatæ adinuicem. Nam substantia immaterialis est prior substantia sensibili naturaliter, ideo necesse est inter partes philosophiæ esse quandam primam. Illa tamen, quæ est de substantia sensibili, est prima ordine doctrinæ, quia à notioribus nobis oportet incipere disciplinam: & de hac determinatur in Septimo & Octauo huius. Illa vero, quæ est de substantia immateriali est prior dignitate & intentione huius scientiæ, de qua traditur in. xij. huius. Et tamen quæcunque sunt prima, necesse est quòd sint cōtinua alijs partibus, quia omnes partes habent prō genere vnum & ens. Vnde in consideratione vnius & entis diuersæ partes huius scientiæ vniuntur, quamuis sint de diuersis partibus substantiæ, vt sic sit vna scientia inquantum partes prædictæ sunt consequentes {hoc} idest vnum & ens, sicut communia substantiæ. Et in hoc philosophus est similis mathematicō. Nam mathematica habet diuersas partes, & quandam principaliter sicut arithmeticam, & quandam secundario sicut geometriam, & alia consequenter se habent his, sicut perspectiua, astrologia, & musica.

LECTIO III.

Vnum & multa, & quæcunque opposita ad eandem scientiam attinere, & quomodo, docetur.

BESS.

Ceterum cum vnius est opposita speculari, vni vero opponitur pluralitas: negationem quoque & priuationem vnius est speculari, propterea quòd vtroque modo vnum speculatur id, cuius est negatio, aut priuatio, siue quæ simpliciter dicitur, quòd non inest illi, siue alicui generi. ibi siquidem vni differentia est, præter illud, quod in negatione. negatio nanque absentia illius est, in priuatione vero & subiecta quædam natura fit, de qua priuatio dicitur.

ANT. Par. 1.

Quoniam autem vnius est opposita speculari, & vni opponitur pluralitas, & negationem & priuationem vnius est speculari: quia vtrunque speculatur vnum, cuius negatio aut priuatio. Hæc autem quæ simpliciter dicitur, quia nō inest illi, aut alicui generi. Huic igitur vni differētia adest præter quòd est in negatione. Illius enim absentia negatio est. In priuatione vero subiecta quædā fit natura, de qua dicitur priuatio.

Hic ostendit, quòd considerare de oppositis pertinet ad scientiam istam, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd eius est cōsiderare de negatione & priuatione. Secundo de contrarijs. ibi: {Sed vni &c.} Dicit ergo, quòd, cum ad vnam scientiam pertineat considerare opposita, sicut ad medicinam considerare sanum & ægrum, & ad grammaticam congruum & incongruum: vni autem opponitur multitudo: necesse est, quòd illius scientiæ sit speculari negationem & priuationem, cuius est speculari vnum & multitudinem. Propter quod {vtrinsque} est considerare vnum, scilicet ex vtroque dependet vnius consideratio, de cuius ratione est negatio & priuatio. Nam sicut dictum est, vnum est ens non diuisum: diuisio autem ad multitudinem pertinet, quę vni opponitur. Vnde cuius est considerare vnum, eius est considerare negationem vel priuationem. Negatio autem est duplex, per quam absolute dicitur quòd hoc non inest illi. Alia est negatio in genere, per quam aliquid non absolute negatur, sed intra metas alicuius generis. sicut cecū dicitur non simpliciter, quod non habet visum, sed infra genus animalis quod natum est habere visum. & hæc adest differentia huius quod dico vnum præter [quod est in negatione] idest per quam distat à negatione: quia negatio dicit tantum absentiam alicuius, scilicet quod remouet, siue quod determinet subiectum. Vnde absoluta negatio potest verificari tam de non ente, qđ est natū habere affirmationem, qnàm de ente, quod est natum habere & non habet. Non videns enim potest dici tam chimera quàm lapis quàm etiam homo. Sed in priuatione est quædā natura vel substantia determinata, de qua dicitur priuatio. non enim omne non videns potest dici cęcum, sed solum quod est natum habere visum. Et sic, cum negatio, quæ in ratione vnius includitur, sit negatio in subiecto, aliàs non ens, vnum dici posset: patet, quod vnum differt à negatione simpliciter & magis trahit se ad naturam priuationis, vt infra. x. huius habetur. Sciendum est autem quod quamuis vnum importet priuationem implicitam, non tamen est dicendum quòd importet priuationem multitudinis, quia cum priuatio sit posterior naturaliter eo cuius est priuatio, sequeretur quòd vnum esset posterius naturaliter multitudine. Item quòd multitudo poneretur

Infra Part. seq.

Negatio duplex.

Differentia inter negationem simpliciter & priuationem.

Quā negationem vnū importat. Tex. c. 9.

tur in diffinitione vnius. Nam priuatio diffiniri non potest nisi per suum oppositum, vt quid est cęcitas, priuatio visus. Vnde cũ in diffinitione multitudinis ponatur vnũ (nam multitudo est aggregatio vnitatum) sequitur ꝙ sit circulus in diffinitionibus. Et ideo dicẽdum ꝙ vnum importat priuationem diuisionis, non quidem diuisionis quæ est ſm quantitatem, nam ista diuisio determinatur ad vnum particulare genus entis, & non posset cadere in diffinitione vnius. Sed vnũ quod cum ente conuertitur importat priuationem diuisionis formalis quæ fit per opposita, cuius prima radix est oppositio affirmationis & negationis. Nam illa diuiduntur ad inuicem quæ ita se habent; ꝙ hoc non est illud. Primo igitur intelligitur ipsum ens, & ex consequenti non ens, & per consequens diuisio, & per se consequens vnum quod diuisionem priuat, & per cõsequens multitudo in cuius rõne cadit diuisio, sicut in ratione vnius indiuisio, quamuis aliqua diuisa mõ prędicto rõnẽ multitudinis habere nõ possint, nisi prius cuilibet diuisorum ratio vnius attribuatur.

Ordo cognitionis.

BESS. *Vni autem pluralitas opponitur. Quare etiam prædictis opposita, diuersum, dissimile, & inæquale, & quacũque alia, quæ aut secundum eadem dicuntur, aut secundum pluralitatem, & vnitatem cognoscere, dictæ scientia est: ex quibus vnum quidem est & ipsa contrarietas. Contrarietas enim differentia quædam: differentia vero diuersitas.*

ANT. Par.2. *Sed vni pluralitas opponitur. Quare opposita dictis diuersumque & dissimile & inæquale & quacunque alia dicuntur, aut secundum pluralitatem & vnum, est dictæ cognoscere scientiæ, quorum vnum quidem contrarietas est. Differentia nãque quædam contrarietas est, & differentia diuersitas.*

Hic ostendit ꝙ philosophi est considerare contraria. Vni enim multitudo opponitur, vt dictũ est. Opposita autem est vnius scientiæ considerare. Cum igitur ista scientia consideret vnum, & idem, æquale & simile, necesse est quòd consideret opposita his, scilicet multum, alterum siue diuersum, dissimile & inæquale, & quæcunque alia reducuntur ad illa, siue etiam ad vnum & pluralitatem. Et inter ista vna est contrarietas. Nam contrarietas est quædam differentia, eorum scilicet quæ maxime differunt in eodem genere: differentia vero est quædam alteritas siue diuersitas, vt. 10. huius habetur: igitur contrarietas pertinet ad considerationem huius scientiæ.

Te. c. 10.

BESS. *Quare cum vnum multipliciter dicatur, hæc quoque multipliciter quidem dicentur. vnius tamen est cuncta cognoscere. non enim si multipliciter, ideo alterius: sed si neque secundum vnum, neque ad vnum rationes reducuntur, tunc alterius: cum autem ad primum cuncta reducuntur, vtputa quotcuncunque vnum dicuntur ad primum vnum. similiter de eodem, & diuerso, & contrarys dicendum se habere. Quapropter diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuendum est ad primum in unoquoque prædicamento, quomodo ad illud dicitur. quædã, eo quod habent illud: quædam, eo quòd faciunt: quędam secundum alios huiuscemodi modos dicentur.*

ANT. Pa.3. *Quare quoniam vnum multipliciter dicitur, & hæc quidem multipliciter dicentur. Attamen vnius omnia cognoscere. Non enim simpliciter alterius. Quare si nec secundum vnum, nec ad unum rationes referuntur, tunc alterius. Quoniam uero ad primum omnia referuntur, ut quęcunque unum dicuntur, ad primum unum, similiter dicendum est & de eodem & diuerso & contrariji se habere. Ergo diuisum quoties dicitur singulũ, sic reducendum est ad primum in singulis pręedicatis, quo modo ad illud dicitur. Hoc enim habendo illud, illa uero faciendo illud, alia uero secundum alios dicentur modos.*

Hic tradit modum, quo Philosophus de his debet determinare, & dicit, ꝙ cum omnia prædicta deriuẽtur ab vno, & vnum multipliciter dicatur, etiam omnia ista necesse est multipliciter dici, scilicet idem & diuersum, & alia huiusmodi. Sed tamen quamuis multipliciter dicantur omnia, tamen quæ significantur per quodlibet horum nominum est cognoscere vnius scientiæ, scilicet philosophiæ. Non enim sequitur, ꝙ si aliquid dicitur multipliciter, ꝙ propter hoc sit alterius scientiæ vel diuersæ. Diuersa enim significata si neque dicuntur [secundum vnum], idest secundum vnam rationem, scilicet vniuoce, nec ratione diuersa referuntur ad vnum, sicut est in analogicis: tunc sequitur, ꝙ sit alterius idest diuersæ scientiæ de his considerare, vel ad minus vnius per accidens. Sicut cœleste sydus, quod est canis, considerat astrologus. Naturalis autem canem marinum & terrestrem, hæc autem omnia referuntur ad vnum principium. Sicut enim quæ significantur per hoc nomen vnum, licet sint diuersa, reducuntur tamen in vnum primum significatum: similiter est dicendum de his cõtrarium, & huiusmodi. Et ideo circa vnumquodque istorum Philosophus duo debet facere, videlicet primo diuidere quot modis dicitur vnumquodque. Et hæc diuisio consequenter assignatur in [vnoquoque prædicato], idest in vnoquoque istorum nominum de pluribus prædicatorum, ad quod primum dicatur, sicut quid est primum significatũ huius nominis idem vel diuersum, & quomodo ad illud omnia alia referantur, aliquid quidem inquantum habet illud. aliquid autem inquantum facit illud, vel secundum alios huiusmodi modos.

Quæ diuersitas obiectorum variet scientiam, & quę non.

BESS. *Manifestum itaque quod in dubitationibus dictum est, unius esse tam de his, quam de substantia rationem habere. hoc autem unum erat eorum, quę in dubitationibus diximus.*

ANT. Par.4. *Palam ergo, quòd in quęstionibus dictum est, quia uni est de his & de substantia sermonem habere: hoc autem erat unum dubitatorum.*

Inducit conclusionem ex omnibus pręcedentibus, scilicet ꝙ huius scientiæ est ratiocinari dæ his communibus & de substantia: & hoc fuit vnum quæsitũ inter quæstiones in tertio disputatas.

LECTIO IIII.

Quod primum philosophia consideret omnia contraria cum consideret est & vnum & cõtraria, quorũ speculatio ad nullam scientiam particularem attinet, probat.

BESS. *ET Philosophi est de omnibus posse speculari. si n. non philosophi, quis erit, qui considerabit, si idẽ Socrates, & Socrates sedens? aut si unum uni cõtrarium? aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? Similiter de cæteris quoque huiuscemodi. Cum itaque unius prout unius, & entis prout entis, hę per se passiones sint, & non prout numeri, aut linę, aut ignis, patet quòd illius scientię est, & quid est cognoscere, & accidẽtia eis: & non in hoc errant, qui de his considerãt, tanquam non Philosophantes, sed quoniam substantia, de qua nihil sciunt, prior est. Nam quemadmodum & numeri prout numerus est, propria passiones sunt, vt imparitas paritas, commensuratio æqualitas, excessus defectus, & hęc tum absolutis, tum mutuo relatis insunt numeris, similiter solido, & immobili, & mobili, & leui & graui aliqua propria sunt, ita & enti prout ens est,*

quædam

quædam propria sunt, & hæc sunt, de quibus veritatem considerare Philosophi est.

A N T. Te.co.5. Par.1.

Et philosophi est de omnibus posse speculari. Nam, si non Philosophi, quis est qui inuestigat si idem Socrates & Socrates sedens, aut si vnũ vni cõtrariũ, aut quid est contrarium, aut quoties dicitur, similiter autem & de talibus? Quoniam ergo vnius inquantum est vnum, & entis inquantum est ens, eædem secundum se passiones sunt, sed non inquantum numeri, aut lineę, aut ignis, palã qa illius sciẽ & qd est in eis cognoscere & eorũ accidentia. Et ideo non peccant qui de eis intendebant quasi non philosophantes, sed quia primum est substantia, de qua nihil audiunt. Quare sicut sunt & numeri & inquãtum numeri proprię passiones sunt, vt imparitas & paritas, & mensuratio, equalitas, excedentia, & defectio, ea, quæ secundum se & adinuicem insunt numeris, similiter autem & solido, & mobili, & immobili, & leui, & graui sunt alia propria, sic entis inquantum est ens quędam propria, & ea sunt, de quibus est Philosophi perscrutari veritatem.

Infra parte vlt. lect. Pa.7. huius lect. Part. seq. Par.3.

Hic ostendit per rationes communes, ꝙ de omnibus prædictis Philosophus debet considerare. & primo ostendit propositum, secundo conclusionem inducit intentam, ibi: {Quod quidem igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum, secundo ex dictis infert quoddam corollarium, ibi: {Et propter hoc &c.} Ostendit autem primum tribus rationibus, secunda ibi: {Signum autem &c.} tertia ibi: {Amplius autem &c.} Prima ratio talis est. Omnes dubitationes, quæ possunt moueri, sunt in aliqua scientia soluendæ: sed de prædictis communibus mouentur quædam quæstiones, sicut de eodem & de diuerso mouetur illa quæstio, vtrum sit idẽ Socrates, & Socrates sedens: & de contrarijs mouetur ista quæstio, vtrum vnum sit contrarium vni, & quot modis dicitur: ergo oportet, quòd in aliqua scientia ista soluantur, quæ consideret de eodem & contrario & alijs prædictis. Et quod hoc pertineat ad Philosophum & ad nullum alium sic probat. Eius est considerare primas passiones entis, cuius est considerare ens secundum quòd est ens: sed prædicta omnia sunt per se accidentia entis & vnius secundum ꝙ huiusmodi. Sicut enim numerus inquãtum huiusmodi habet proprias passiones, vt superfluum, æquale, commensuratum & huiusmodi, quorum quædam insunt alicui numero absolute, vt par & impar: quædam vni per comparationem ad alterum, vt æquale: & etiam substantia habet proprias passiones {vt firmum}, idest corpus, & alia huiusmodi. Similiter & ens inquantum ens, habet quædam propria, quæ sunt communia prædicta, ergo consideratio eorum pertinet ad Philosophum. Et ideo tradentes philosophiã non peccauerunt de his tractando tanquam {non philosophantes,} idest tanquam ista non pertineant ad considerationem philosophiæ, sed quia de his tractãtes de substantia nihil audiunt, quasi substantiæ omnino obliuiscantur, cum tamen ipsa sit primum inter illa, de quibus Philosophus debet considerare.

Ens habet passiones.

BESS.

Signum autem est, quod dialectici, & sophistę eandẽ quidem quam Philosophus subeunt figuram. sophistica enim apparens solum sapientia est: dialectici quoque de omnibus disputant. ens uero commune omnibus est, disputant autem de his, scilicet, eo quòd hæc propria philosophię sunt. circa idem enim genus sophistica & dialectica versatur tam philosophia: verum philosophia ab hac quidem modo potestatis, ab illa vero electione vitę differt. dialectica autem est tentatiua, de quibus philosophia est cognitiua, sophistica vero apparens, existens vero minime.

Circa idem genus versatur dialectica sophistica & philosophia.

A N T. Par.2. Sophistę proprium apparere est.

Signum autem. Dialectici namque & sophistę eandem subinduunt figuram philosopho, quia sophista apparens est sophia, & dialectici de omnibus disputant: omnibus autem commune ens est. Disputant autem & de his, scilicet quia sophistę sunt ea communia. Nam circa idem genus versatur & sophistica & dialectica cum philosophia.

Sed differt ad hac quidem modo potestatis, ab illa vero vitę probæresi idest electione. Est autem dialectica tentatiua, de quibus philosophia est sciẽs: sophistica quidem visa, ens vero non.

Hic ponit secundam rationem ad idem ostendendum, quæ est per signum, quæ talis est. Dialectici & sophistæ induunt figuram eandem Philosopho, quasi similitudinem cum eo habentes: sed dialectici & sophistæ disputant de prædictis: ergo & philosophi est ea considerare. Ad manifestationem autem primę ostendit quomodo dialectica & sophistica cum philosophia habeant similitudinem, & in quo differunt ab ea. Conueniunt autem in hoc, quòd dialectici est considerare de omnibus. Hoc autem esse non posset nisi consideraret omnia secundum quòd in aliquo vno conueniunt: quia vnius sciẽtiæ vnum subiectum est, & vnius artis vna est materia, circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conueniant nisi in ente, manifestum est quòd dialecticæ materia est ens, & ea quæ sunt entis, de quibus etiam Philosophus cõsiderat. Similiter etiam sophistica habet quandam similitudinem philosophiæ. Nam sophistica est visa siue apparens sapientia, non existens. Quod autem habet apparentiam alicuius rei oportet quòd aliquam similitudinem cum illa habeat. Et ideo oportet quòd eadem consideret Philosophus, Dialecticus, & Sophista. Differũt autem abinuicem. Philosophus quidem à dialectico secundum potestatem. Nam maioris virtutis est consideratio philosophi quàm consideratio dialectici. Philosophus enim de prædictis communibus procedit demonstratiue. Et ideo eius est habere scientiam de prædictis, & est cognoscitiuus eorum per certitudinem. Nam certa cognitio siue sciẽtia est effectus demõstrationis. Dialecticus autem circa omnia prædicta procedit ex probabilibus, vnde non facit scientiam, sed quandam opinionem. Et hoc ideo est, quia ens est duplex, ens scilicet rationis & ens naturę. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas rõ adinuenit in rebus consideratis, sicut intentio generis, speciei, & similium, quæ quidem non inueniuntur in rerum natura, sed considerationem rationis consequuntur. Et huiusmodi, scilicet ens rationis, est proprie subiectum logicæ. Huiusmodi autem intentiones intelligibiles, entibus naturæ æquiparantur, eo quòd omnia entia naturæ sub consideratione rationis cadunt. Et ideo subiectum logicæ ad omnia se extendit, de quibus ens naturæ prædicatur. Vnde concludit, quòd subiectum logicę æquiparatur subiecto philosophiæ, quod est ens naturæ. Philosophus igitur ex principijs ipsius procedit ad probandum ea, quæ sunt consideranda circa huiusmodi communia accidentia entis. Dialecticus autem procedit ad ea cõsideranda ex intentionibus rõnis, quæ sunt extranea à natura rerum. Et ideo dicitur, ꝙ dialectica est tentatiua, quia tentare proprium est ex principijs extraneis procedere. A sophista verò differt philosoph. {prohæresi}, idest electione vel voluptate idest desiderio vitæ. Ad aliud enim ordinat vitam suam & actiones philosophus & sophista. Philosophus quidem ad sciẽdum veritatem, sophista vero ad hoc ꝙ videatur scire quamuis nesciat. Licet autem dicatur, ꝙ Philoso-

In quibus conueniant aut differant Philosoph' Dialecticus & Sophista.

Ens rationis est subiectũ logicæ.

phia

phia est scientia, non autem dialectica & sophistica, non tamen per hoc remouetur quin dialectica & sophistica sunt scientiæ. Dialectica enim potest considerari secundum quod est docens, & secundum quod est vtens. Secundum quidem quod est docens habet considerationem de istis intentionibus instituens modum, quo per eas procedi possit ad conclusiones in singulis scientijs probabiliter ostendendas, & hoc demōstratiue facit, & secundum hoc est scientia. Vtens vero est secundū quod modo adiuncto vtitur ad concludendum aliquid probabiliter in singulis scientijs, & sic recedit à modo scientiæ. Et similiter dicendum est de sophistica, quia prout est docens tradit per necessarias & demonstratiuas rationes modum arguendi apparenter. Secū dum vero quod est vtens, deficit à processu veræ argumentationis. Sed in parte logicæ quæ dicitur demonstratiua solum doctrina pertinet ad logicam, vsus vero ad philosophiam & ad alias particulares scientias quæ sunt de rebus naturæ. Et hoc ideo, quia vsus demonstratiuæ consistit in vtendo principijs rerum, de quibus fit demonstratio, quæ ad scientias reales pertinet non vtendo intentionibus logicis. Et sic apparet quod quædam partes logicæ habent ipsam scientiam & doctrinam & vsum, sicut dialectica tentatiua & sophistica, quædam autem doctrinam & non vsum, sicut demonstratiua.

dialectica quādā docens quādā vtens.

BESS. *Item contrariorū altera coordinatio priuatio est, & cuncta ad ens & non ens, & vnum, & pluralitatem reducuntur: vtputa status quidem vnius est. motus vero pluralitatis.*

ANT. Tex. c. 6. Parte. 5. *Amplius contrariorum aliæ coelementatio priuatio, & omnia referuntur ad ens & ad non ens, & ad vnum & ad pluralitatem: vt status vnius, & motus pluralitatis.*

Hic ponit tertiam rationem, quæ talis est. Quæcunque reducuntur in vnum & ens, debent considerari à Philosopho, cuius est considerare vnum & ens: sed omnia contraria reducuntur ad vnum & ens: ergo omnia contraria sunt de consideratione philosophi, cuius est cōsiderare vnum & ens. Quod autem omnia contraria reducantur ad vnum & ens, ostendit quidē primo quantum ad ens hoc modo. Inter duo contraria, quæ à philosophis principia ponuntur, vt in Primo habitum est, semper vnum quidem est alteri correlatiuum & ei coordinatum est, vt priuatio. Quod ex hoc patet, quia semper alterum contrariorum est imperfectum respectu alterius, & sic quādam perfectionis priuationem alterius importat. Priuatio autem est quædam negatio, vt dictum est supra, & sic est non ens. Et sic patet quod omnia contraria reducuntur in ens & non ens. Similiter etiam ostendit, quod reducuntur in vnum & multitudinem per quoddam exemplum. Status enim siue quies reducūtur in vnitatem. Illud enim quiescere dicitur, quod vno modo se habent nunc & prius, vt in .6. Phy, traditur. Motus autem ad multitudinem pertinet, quia quod mouetur diuersimode se habet nunc & prius, quod multitudinem importat. Deinde ibi.

Lect. 6.

Lect. 7.

Tex. co. 32.

BESS. *Entia vero, & substantiam ferè cuncti concedunt ex contrarijs compositam esse. omnes etenim principia aiūt esse contraria. quidam, par & impar: quidam calidum & frigidum: quidam finem & infinitum: quidam amicitiam & contentionem.*

ANT. Par. 4. *Entia vero & substantiam confitentur fere omnes ex contrarijs componi. Omnes enim principia contraria dicunt. Hi namque impar & par, illi vero calidum & frigidum, alij finitum & infinitum, alij amorem & odium.*

Ostendit alio modo, quod contraria reducuntur ad ens, quia principia & principiata sunt vnius considerationis. Principia autem entium inquantum huiusmodi continentur Philosophi esse contraria. Omnes enim dicunt entia & substantias entium ex contrarijs componi, vt in .1. Phys. dictum est, & primo huius. Et quamuis in hoc conueniant, quod entium principia sint contraria, differunt tamē quantum ad contraria quæ ponit. Quidam enim ponunt par & impar, sicut Pythagorici, Et alij calorem & frigus, sicut Parmenides. Quidam fine siue terminum (& infinitum), idest finitum & infinitum, sicut idem Pythagoras. Nam pari & impari, finitum & infinitum attribuebāt vt in primo habitum est. Alij concordiam & discordiam, sicut Empe. Patet ergo quòd contraria reducūtur in considerationem entis. Deinde vlterius ibi.

Lect. 10.

Lect. 6.

BESS. *Cætera quoque omnia videntur reducta ad vnum, & pluralitatem. Accipiatur enim reductio à nobis, principia vero, & omnino, quæ ab alijs, in hæc tanquam in genera cadunt.*

ANT. Par. 5. *Omnia vero alia reducta videntur ad vnum & pluralitatem. Sumatur ergo illa reductio à nobis. Principia vero & omnia quæ de alijs, ad vnum & ens vt in genera cadunt.*

Dicit, quòd sicut prædicta contraria reducuntur ad ens, ita habent reduci ad vnum & multitudinem. Quod apparet. Nam imparitas aliquid vnitatis habet propter indiuisionem. paritas autē ad naturam multitudinis pertinet propter suam diuisionem. Sic autē finis siue terminus ad vnitatem pertinet, quæ est terminus omnis resolutionis, infinitum autem pertinet ad multitudinem, quæ in infinitum augetur. Concordia etiam vnitatis est manifeste, Discordia vero multitudinis. Calor autem ad vnitatem pertinet inquantum habet vnire homogenea, Frigus autem ad multitudinem inquantum habet ea separare. Nec solū ista contraria reducuntur sic in vnum & multitudinem, sed etiam alia. Sed ista reductio siue introductio ad vnum & multitudinem accipiatur siue (sumatur) idest supponatur nunc à nobis, quia longum esset per singula contraria hoc discutere. Deinde ostendit consequenter quòd omnia contraria reducuntur ad vnū & ens. Cōstat enim quòd omnia tam principia quàm quæ sunt (de alijs), idest principiata inducunt in vnū & ens tanquam in genera, non quòd sint vere genera, sed ratione suæ communitatis quandam similitudinem generum habent. Si igitur contraria omnia sunt principia vel ex principijs, oportet quòd ad vnum & ens reducantur. Sic igitur patet, quod dupliciter ostendit contraria reduci ad ens, primo per naturam priuationis, secundo per hoc quòd contraria sunt principia. Quod vero reducantur ad vnum ostendit per exēplum, & per quandam reductionem, Finaliter autem ostendit quòd reducantur ad vnum & ens inquātum sunt genera.

Vel sumatur talis reductio ex primo libro de Bono Arist. vt ex græcis codicibus haberi potest.

BESS. *Manifestum itaque ex his etiam est, quod vnius sciētiæ est ens prout ens est, speculari. cuncta etenim aut cōtraria, aut ex contrarijs: principia vero contrariorum, vnum & pluralitas. hæc autem vnius scientiæ, siue secū dum vnum dicantur, siue non, sicuti fortassis, & veritas se habet. Et quamuis vnum multipliciter dicatur, ad primum tamen cætera reducentur: & contraria, similiter. Ac propterea & si ens, aut vnum non est vniuersale, & idem in omnibus, aut separatum, sicuti fortassis nō est, hæc nihilominus ad vnū, illa vero cōsequēter.*

ANT. Par. 6. *Palam igitur ex his, quia vnius est scientiæ ens inquā tum est ens speculare. Omnia nanque aut ex contrarijs, aut contraria. Principia vero contrariorum vnum & pluralitas: & ea vnius scientiæ, siue secundum vnum dicuntur,*

cantur, sine non; & forsan habet veritas. Attamen & si multipliciter dicitur vnum, ad primu principium omnia dicentur, & contraria similiter. Et propter hoc si non ens & vnum vniuersaliter idem in omnibus, aut separabile, vt forsan non est: sed hoc quidem ad vnum, illud vero ad ea quæ consequenter sunt.

Hic ostendit conuersum, scilicet quòd ista scientia considerat ens, quia considerat prædicta tali ratione. Omnia entia reducuntur ad contraria quia vel sunt contraria, vel sunt ex contrarijs, contraria vero reducuntur ad vnum & multitudinem, quia vnum & multitudo sunt principia cõtrariorum. vnum autem & multitudo sunt vnius scientiæ, scilicet philosophiæ: ergo & eius est considerare ens secundum quod est ens. Sciendum est tamen, quòd prædicta omnia in vnius scientiæ considerationem cadunt siue dicantur secundum vnum, idest vniuoce, siue non, sicut fortasse verum est. Sed tamen quamuis vnum dicatur multipliciter, omnia tamen alia, idest omnes significationes, reducuntur ad vnam primam significationem. Et similiter est etiam de contrarijs, quæ dicuntur multipliciter, sed omnes significationes ad vnam primam reducuntur. Et propter hoc si etiam vnum & ens non est vnum vniuersale quasi genus existens, sicut supra ponebatur, siue dicamus quòd vniuersale sit vnum in omnibus secundum opinionem nostrã siue quòd sit aliquid separatum à rebus secundum opinionem Platonis, sicut fortassis non est verum: tamen dicuntur secundum prius & posterius, sicut & aliæ significationes referuntur ad vnum primum, & aliæ se habent consequenter respectu illius primi. Vtitur tamen aduerbio dubitandi, quasi non supponens quæ interius probabuntur. Sciendum tamẽ est, quòd hoc, quod dixit, omnia entia contraria esse vel ex contrarijs, non posuit secundum suam opinionem, sed accepit quasi opinionem philosophorum antiquorum: entia enim immobilia nec sunt contraria, nec ex contrarijs. Vnde nec Plato circa sensibiles substantias immobiles posuit contrarietatem. Fecit enim vnitatem ex parte formæ, contrarietatem ex parte materiæ. Antiqui vero philosophi solummodo substantias sensibiles posuerunt, in quibus necesse est contrarietatem esse secundum quod mobiles sunt. Deinde cum dicit.

Nõ omnia entia aut eõ traria aut ex cõtrarijs

BESS. *Et propterea non est geometræ, quid contrarium, aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idem, aut diuersum sit speculari, nisi ex supposito.*

ANT. Par. 7. *Et propter hoc non est Geometræ speculari quid contrarium, aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idem, aut diuersum, nisi ex conditione.*

Inducit quoddam corollarium ex prædictis dicẽs, quòd Geometriæ non est speculari de prædictis, quæ sunt accidentia entis inquantum est ens, scilicet quid est contrarium, aut quid est perfectum, & huiusmodi. Sed si consideret, hoc erit ex conditione, idest ex suppositione, quasi supponens ab aliquo priori Philosopho, à quo sumit quãtum est necessarium ad suam materiam. Et hoc quod dicitur de Geometria, similiter est intelligendum in qualibet alia particulari sciẽtia. Deinde cum dicit.

BESS. *Quòd igitur vnius scientiæ est ens prout ens est, & quæ ei prout enti insunt speculari, manifestum est: & quod non solum substantiarũ, verum etiam eorum, quæ substantijs insunt eadem speculatiua est: ac illorum, quæ dicta sunt, & de priori & posteriori, & genere & specie, & toto & parte, cæterisque huiusmodi.*

ANT. Par. 8. *Quod quidem igitur vnius scientiæ est ens inquantum ens speculari, & quæ insunt ei inquantum ens, manifestum. Et quia non solum substantiarum, sed accidentiũ eadem est theoria, & dictorũ, & de priore & posteriore, & genere & specie, & toto & parte, & talibus alijs.*

Colligit quæ sunt supra ostẽsa dicens, manifestum esse, quòd ad vnam scientiam pertinet considerare ens secundũ quòd est ens, & ea quæ per se illi insunt. Et per hoc patet, quòd illa scientia non solum est considerativa substantiarum, sed etiam accidentium, cum de vtrisque ens prædicetur. Et est consideratiua eorũ quæ dicta sunt, scilicet eiusdem & diuersi, similis & dissimilis, æqualis, & inæqualis, negationis & priuationis, & contrariorum, quæ supra diximus esse per se entis accidentia. Et non solum est consideratiua istorum, de quibus ostensum est sigillatim proprijs rationibus, quę cadunt in consideratione huius scientię, sed etiam considerat de priori & posteriori, genere & specie, toto & parte, & alijs huiusmodi pari ratione, quia hæc etiam sunt accidentia entis inquantum est ens.

Lect. prima quarti lib.

LECTIO V.

Eam hic dissoluit quæstionem, quia de primorũ principiorum demonstrationis tractatione agebatur in tertio.

BESS. *Dicendum autem est, vtrum vnius, an alterius sciẽtiæ est de hisce, quæ in mathematicis dignitates nominantur, & de substantia speculari.*

ANT. Te. c. 7. Par. 1. *Dicendum autem, vtrum vnius, aut diuersæ sciẽtiæ de vocatis in mathematicis dignitatibus & substantia.*

Hic soluit aliam quæstionem in tertio motam, scilicet vtrum ad istam scientiam pertineat considerare prima principia demõstrationis. Et diuiditur in duo. Primo ostendit, quòd eius est considerare vniuersaliter de omnibus his principijs, secundo specialiter de primo eorum. ibi (Congruit autem &c.) Circa primũ tria facit. Primo mouet quæstionem, quæ est, Vtrum vnius scientiæ sit considerare de substantia, & de principijs, quæ in scientijs mathematicis vocãtur dignitates, aut est alterius & alterius scientiæ considerare.

Lec. 5.

Lect. seq. prima par. & le. 2. & 3

Appropriat autem ista principia magis mathematicis scientijs, quia certiores demonstrationes habent & manifestius istis principijs per se notis vtuntur, omnes suas demonstrationes ad hæc principia resoluẽtes.

BESS. *Patet vtique quòd vnius est, & eius, quæ Philosophi est consideratio.*

ANT. Par. 2. *Palam autem, quia vnius est, & eius, quæ est philosophi, quæ de his perscrutatio.*

Secundo soluit quæ quidem solutio est, quia vna scientia intendit de vtrisque prædictis: hæc est philosophia, quæ præ manibus habetur.

BESS. *Omnibus enim entibus insunt, sed non alicui generi separatim ab alijs. & omnes quidem vtuntur, quia entis, prout entis sunt, vnumquodque autem genus, ens. At eatenus vtuntur, quatenus eis satis est. hoc autem est, quantum illud continet genus, de quo demonstrationes afferunt. Quare cum pateat, quòd prout entia sunt, eis insunt (hoc nanque eis commune est) illius de his speculatio est, cuius est de ente pront ens est cognoscere.*

ANT. Par. 3. *Omnibus enim insunt existentibus, sed non generi alicui separatim ab alijs: & vtuntur omnes, quia entis inquantum est ens. Vnumquodque enim genus est ens: inquantum vero vtuntur, inquantum eis est sufficiens. Hoc autem est quantum continet genus, de quo demonstrationes ferunt. Quare, quoniam manifestum est, quòd inquantum sunt entia insunt omnibus, hoc enim eis est commune de ente inquantum est ens cognoscere, & de eis est speculatio.*

Tertio

Pa.7. Lect. huius. par. seq. Tertio probat solutionem propositam, & circa hoc duo facit. Primo probat propositum, secundo conclusionem principalem inducit. ibi {Quoniam igitur &c.} Probat autem solutionem propositam dupliciter. Primo per rationem. Secundo per signū. ibi {Vnde nullus &c.} Ratio talis est. Quæcunque insunt omnibus entibus, & non solum alicui generi entium separatim ab alijs, hæc pertinent ad considerationem Philosophi: sed prædicta principia sunt huiusmodi: ergo pertinēt ad considerationem philosophi. Minorem sic probat. Illa, quibus vtuntur omnes scientiæ, sunt entis inquantum huiusmodi: sed prima principia sunt huiusmodi: ergo pertinēt ad ens inquantum est ens. Rationem autem, quare omnes scientiæ eis vtuntur, sic assignat, quia vnumquodque genus subiectum alicuius scientiæ recipit prædicationem entis. Vtuntur autem principijs prædictis scientiæ particulares non secundum suam communitatem, prout se extendunt ad omnia entia, sed quantum sufficit eis & hoc secundum continentiam generis, quod in scientia subijcitur, de quo ipsa scientia demōstrationes affert. Sicut ipsa philosophia naturalis vtitur eis secundum quòd se extendunt ad entia mobilia, & non vlterius. Deinde cum dicit.

BESS. *Propter quod nemo eorum qui particulariter considerant, conatur aliquid de his, siue quatenus vera, siue non, dicere. nec enim geometra, nec arithmeticus.*

ANT. Par.4. *Vnde nullus particulariter intendentium nititur dicere aliquid de eis, si vera aut non, neque Geometra neque Arithmeticus.*

Part.seq. circa mediū. Probat quod dixerat per signum, & primo inducit probationem. Secundo excludit quorundam errorem. ibi {Sed quoniam est adhuc.} Dicit ergo primo, quòd nullus intendens primo tradere scientiam alicuius particularis entis, conatus est aliquid dicere dē primis principijs vtrùm sint vera aut non: nec geometra, aut arithmeticus, qui tamen istis principijs plurimum vtuntur, vt supra dictum est. Vnde patet quòd consideratio dictorum principiorum ad hanc scientiam pertinet. Deinde cum dicit.

BESS. *Sed naturalium quidam merito hoc facientes. soli nanque putabātur, & de tota natura, & de ente considerare. cum autem aliquis adhuc superior naturali sit (natura nanque vnum quoddam entis genus est) illius vniuersalis, & circa primam substantiam speculatiui, profectò fuerit de his etiam consideratio. Est autem Naturalis, sapientia quædam, sed non prima.*

ANT. Par.5. *Nisi physicorum quidam merito hoc facientes. Soli nanque putantur de tota natura intendere & de ente. Sed quoniam est adhuc physico aliquid superior. Vnum enim aliquid genus est natura entis igitur vniuersalis, & circa substantiā primam theorizantis, idest speculātis, & de his erit perscrutatio. Est autem sophia, idest sapientia quædam phyca, sed non prima.*

Excludit errorem quorundam, & circa hoc duo facit. Primo excludit errorem eorum, qui de prædictis se intromittebant, cum ad eos non pertinerent, Par.seq. Secundo eorum, qui de eis alio modo volebant tractare quàm de eis sit tractandum. ibi {Quicunque autem vtuntur &c.} Dicit ergo primo, quod quàmuis nulla scientiarum particularium de prædictis principijs se intromittere debeat, quidam tamen naturalium de his se intromiserunt, & hoc non sine ratione. Antiqui enim non opinabantur aliquam substantiam esse præter substantiam corpoream mobilē, de qua physicus tractat. Et ideo creditum est, quod soli determinent de tota natura, & per consequens de ente, & ita etiam de primis principijs, quæ sunt simul consideranda cum ente. Hoc autem falsum est, quia adhuc est quædam scientia superior naturali. ipsa enim natura, idest res naturalis habens in se principium motus, in se ipsa est vnum aliquod genus entis vniuersalis. Non enim omne ens est huiusmodi, cum probatum sit in 8. Phy. esse aliquod ens immobile. Hoc autem ens immobile superius est & nobilius ente mobili, de quo considerat naturalis. Et quia ad illam scientiam pertinet consideratio entis communis, ad quam pertinet consideratio entis primi, ideo ad aliam scientiam quàm ad naturalem pertinet consideratio entis communis, & eius etiam erit considerare huiusmodi principia communia. Physica enim est quædam pars philosophiæ, sed non prima, quæ considerat ens commune, & ea quæ sunt entis inquantum huiusmodi. Deinde cum dicit. (text. c. 48. Lect. 11.)

BESS. Tex. 8. *Quæcunque vero, quidam eorum qui de veritate dicunt, quonammodo oporteat admitti, dicere conantur, propter ignorantiam Resolutiuorum hoc faciunt. Oportet enim accedere hæc edoctum, sed nequaquam dum audiunt, quærere.*

ANT. tex. c. 8. Par. 6. *Quicunque vero conantur dicentium dicere quid de veritate quo oportet modo recipere, propter ignorantiam analyticorum hoc faciunt. Oportet enim de his peruenire scientes, sed non audientes quærere.*

Excludit alium errorem circa modum tractandi huiusmodi principia. Quidā enim tractabant de istis principijs volentes ea demonstrare, & quęcunque isti dixerunt de veritate prædictorum principiorum, quomodo oporteat ea recipere per vim demonstrationis, vel quomodo oporteat contingere veritatē in omnibus istis ita se habere, hoc fecerunt propter ignorantiam, vel propter instructionem {analyticorum} idest illius partis logicæ, in qua ars demonstrandi traditur: quia oportet scientes de his peruenire, idest omnis scientia per demonstrationem acquisita ex his principijs causatur. Sed non oportet {audientes} idest discipulos instruendos in aliqua scientia, quærere de his, sicut de aliquibus demonstrandis. Vel secundum aliam literam (oportet de his peruenire scientes) idest oportet, quòd qui acquirunt scientiam per demonstrationem perueniant ad cognoscendum huiusmodi principia communia, & non quærant ea sibi demonstrari. Deinde cum dicit.

BESS. *Quod itaque Philosophi, & eius, qui de tota substantia, quoad natura fert speculatur, etiam de principijs syllogisticis esse considerare, manifestum est.*

ANT. T. 7. *Quoniam igitur Philosophi, & de omni substantia speculantis inquantum congruit, & de omnibus syllogisticis principijs est perscrutari, palam.*

Concludit conclusionem principaliter intentam, scilicet quòd Philosophi erit cōsiderare de omni substantia inquantum huiusmodi, & de primis syllogismorum principijs. Ad huius autem euidentiam sciendum, quòd propositiones per se notæ sunt, quæ statim notis terminis cognoscuntur, vt dicitur Primo Poster. Hoc autem contingit in illis propositionibus, in quibus prædicatum ponitur in diffinitione subiecti, vel prædicatum est idem subiecto. Sed contingit aliquam propositionē quantum in se est esse per se notam, nō tamen esse per se notam omnibus, qui ignorant diffinitionem prædicati & subiecti. Vnde Boethius dicit in libro de Hebdo. quòd quædam sunt per se nota sapientibus, quæ non sunt per se nota omnibus. Illa autem sunt per se nota omnibus, quorum termini in conceptionem omnium cadunt. Huiusmodi autem sunt communia, eo quòd nostra cognitio à communibus ad propria peruenit, vt dicitur in Primo Physicorum. Et ideo istæ propositiones sunt primæ demon- (Quæ sit propositio per se nota. text. c. 4.)

demonstrationum principia, quę componuntur ex terminis communibus, sicut totum & pars, ut, Omne totum est maius sua parte, & sicut æquale, & inæquale, ut, Quæ uni & eidem sunt æqualia, & eadem ratio est de similibus. Et quia huiusmodi communes termini pertinēt ad considerationem Philosophi, ideo hæc principia de consideratione Philosophi sunt. Determinat autem ea Philosophus non demonstrando, sed rationes terminorum tradendo, ut quid totum, & quid pars, & sic de alijs. Hoc autem cognito ueritas prædictorum principiorum manifesta relinquitur.

LECTIO VI.

De primo demonstrationis principio oportere primum Philosophum disserere, & cuiusmodi sit tale principium exponit, quomodo item antiqui circa tale principium errauerint, ostendit

BESS. *Decet autem illum, qui maxime circa quodquo genus cognoscat, ut dicere bēat certissima rei principia, quare & illum, qui de entibus, prout entia, omnium certissima, hic autem est Philosophus.*

ANT. Par. 1. *Congruit autem maxime cognoscentem circa unumquodque genus, habere dicere firmissima rei principia. Quare & de entibus, inquantum sunt entia, omnium firmissima. Est autem hic philosophus ipse.*

Hic ostendit principaliter, quòd ad primum Philosophum pertinet considerare de primo demonstrationis principio, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd eius est de ipso considerare. Secundo de ipso tractare incipit ibi. § Principium uero &c. § Circa primum tria facit. Primo ostēdit, quòd huius scientię est considerare de primo demonstrationis principio. Secundo ostendit quid sit illud, ibi. § Et firmissimum &c. § Tertio excludit quosdam errores circa idē principium, ibi § Sunt autem quidam &c. § Vtitur autem ad primum tali ratione. In unoquoque genere ille est maxime cognoscitiuus, qui certissima cognoscit principia, quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorum dependet, sed Primus Philosophus est maxime cognoscitiuus & certissimus in sua cognitione, hæc enim erat una de conditionibus sapientis, ut in prooemio huius libri patuit, scilicet, quòd esset certissimus cognitor causarum, ergo philosophus debet considere certissima & firmissima principia, circa entia, de quibus ipse considerat sicut de genere sibi proprie subiecto,

[Margin: Lect. seq. par. seq. huius lect. Primū principium simpliciter est metaphysici considerare.]

BESS. *Omnium autem certissimū principium est circa quod impossibile est mentiri. notissimum etenim, ut huiusmodi sit, necesse est. circa nanque illa, q̄ nō cognoscunt, decipiuntur omnes. Et non ex suppositione, quod enim necesse est illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non est suppositio, quod autem cognoscere illum necesse est, qui aliquid cognoscat, necesse est, ut ueniat habens illud. Quòd igitur tale principium, certissimum est, patet.*

ANT. par. 2. *Et firmissimū omnium principiorum est, contra quod mentiri impossibile est, notissimum enim esse tale necesse. nam circa ea quæ ignorant decipiuntur omnes. Et non conditionale. Quod enim necessarium habere quodcunque entium intelligentem, hoc nō conditionale. Quod autem cognoscere est necessarium quodcunque cognoscentem, & uenire habenti est necesse. Quod quidem igitur tale principium omnium sit firmissimum, palam.*

Hic ostendit quid sit firmissimum siue certissimū principium, & circa hoc duo facit. Primo dicit quæ sunt conditiones certissimi principij. Deinde adaptat eas uni principio, ibi § Quid uero sit &c. § Ponit ergo primo tres conditiones firmissimi principij. Prima est, quòd circa hoc non possit aliquis mentiri, siue errare. Ex hoc patet, quia, homines nō decipiunt nisi circa ea, quę ignorant, ideo circa quod non potest aliquis decipi, oportet esse notissimum. Secunda conditio est, ut sit § non conditionale §, i. non propter suppositionem habitum, sicut illa, quæ ex quodam cōdicto ponuntur. Vnde alia translatio habet. § Et non subijciantur (.i. non subijciantur ea, que sunt certissima principia. Et hoc ideo, quia illud, quod necessarium est habere intelligentem quæcunque entium (hoc non est conditionale § idest non est suppositum, sed oportet per se esse notū. Et ideo, quia ex quo ipsum est necessarium ad intelligendum quodcunque, oportet quod quilibet qui alia est cognoscens, ipsum cognoscat. Tertia conditio est, ut non acquiratur per demonstrationem, uel alio simili modo, sed adueniat quasi per naturam habenti ipsum, § quasi ut naturaliter cognoscatur, & non per acquisitionem. Ex ipso enim lumine naturalis intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, sed solum per hoc, quòd eorum termini innotescunt. Quod quidem fit per hoc, quod à sensibilibus accipitur memoria, & à memoria experimentum, & ab experimento illorum terminorum cognitio, quibus cognitis cognoscuntur huiusmodi propositiones communes, quæ sunt artium & scientiarum principia. Manifestum est ergo quòd certissimum principium siue firmissimum, tale debet esse, ut circa id non possit errari, & quòd non sit suppositum, & quòd adueniat naturaliter.

[Margin: Prima firmissimum. Secunda absolutum. Tertia euidens ex terminis.]

Deinde cum dicit,

BESS. Tex. 9. *Quid autem illud sit deinceps dicamus. Idem enim simul inesse & non inesse eidem & secundum idem impossibile est: & quæcunque alia annotaremus, sint ad logicas difficultates annotata. Hoc autem omnium est principiorum certissimum, habet etenim dictam annotationem. Impossibile nanque est, quempiam idem putare esse & non esse quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur, non enim necesse est quæcunque quis dicat, ea etiam putare, quòd si non contingit inesse eidem contraria, annotentur autem à nobis, etiam huic propositioni consueta, contraria uero opinio opinioni est, quæ contradictionis est.*

[Margin: Non est necesse quæcunque quis dicat ea etiā putare.]

Patet itaque, quòd impossibile est simul eūdem idem arbitrari esse, & non esse, simul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonstrationes ad hanc ultimam opinionem reducunt, natura etenim hæc, cæterarum quoque dignitatum omnium principium est.

ANT. Tex. c. 9. par. 3. *Quid uero sit illud, post hoc dicamus. Idem enim simul esse, & non esse in eodem, secundum idem, est impossibile, & quæcunque alia determinaremus, utique sint determinata ad logicas difficultates. Hoc autem omnium firmissimum est principium. Habet enim dictam determinationem. Impossibile nanque quemcunque idem suscipere esse et non esse. Quemadmodum quidem quidam putant dicere Heraclitum. Non enim est necesse quæ aliquis dicit, & suscipere. Si uero non, contingit simul inesse eidem contraria, Determinetur ergo nobis eadem, propositione cōsueta. Contraria uero est opinio opinioni, quæ contradictionis: palam quia impossibile simul suscipere eundem esse, et non esse idem. simul enim habebit contrarias opiniones, qui de hoc est mentitus. Quapropter omnes demonstrantes in hanc reducunt ultimam opinionem. Natura nanque principium, & aliarum dignitatum, hæc omnium.*

[Margin: Idem esse & non esse.]

Ostendit cui principio prædicta determinat conueniat, & dicit, quòd huic principio conuenit

[Margin: 1. Elench. cap. 3.]

tanquam firmissimo, quod est impossibile eisdem simul inesse & non inesse idem ; sed addendum est & secundum idem, & etiam alia sunt determinanda circa hoc principium, quæcunque determinari contingit ad logicas difficultates, sine quibus videtur contradictio cum non sit. Quod autem prædicta hunc principio conueniant sic ostendit. Impossibile enim est quemcunque {suscipere} siue opinari, quòd idem sit simul & non sit, quamuis quidam arbitrentur Heraclitum hoc opinatum fuisse.

Verum est autem, quòd Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim necessarium est, quod quicquid aliquis dicit, hæc mente suscipiat vel opinetur. Si autem aliquis diceret, quòd contingeret aliquem opinari idem simul esse & non esse, sequitur hoc inconueniens, quòd contingit contraria eidem simul inesse. Et hæc { determinentur nobis, } idest ostendatur quadam propositione consueta & in logicis determinata, Ostensum est enim in fine Peri Hermenias, quòd opiniones sunt contrariæ, non quæ sunt contrariorum, sed quæ sunt contradictionis, per se loquendo. Hæ enim non sunt contrariæ opiniones primo & per se, vt si vnus opinetur, quòd Socr. est albus, & alius opinetur quòd Socr. est niger. Sed, quòd vnus opinetur ꝙ Socra. est albus, & alius opinetur ꝙ Socra. non est albus.

Si igitur quis opinetur simul duo contradictoria esse vera, opinando simul idem esse & non esse, habebit simul contrarias opiniones: & ita contraria simul inerunt eidem, quod est impossibile. Non igitur contingit aliquem circa hęc interius mentiri, & quòd opinetur simul idem esse & non esse. Et propter hoc omnes demonstrationes reducunt suas propositiones in hãc propositionem, sicut in vltimam opinionem omnibus communem, ipsa enim est naturaliter principium & dignitas omnium dignitatum. Et sic patent aliæ duæ conditiones, quia inquantum in hanc reducunt demonstrantes omnia, sicut in ultimum resoluendo, patet quòd non habetur ex suppositione. Inquantum vero est naturaliter principium, sic patet quòd aduenit habenti, & non habetur per acquisitionem. Ad huius autem euidentiã sciendum est, quòd, cum duplex sit operatio intellectus, vna, qua cognoscit quod quid est, quæ vocatur indiuisibilium intelligentia: alia, qua componit & diuidit, in vtroque est aliquod primum: in prima quidem operatione est aliquod primum, quod cadit in cõceptione intellectus, scilicet hoc quòd dico ens, nec aliquid hac operatione potest mente concipi, nisi intelligatur ens: &, quia hoc principium, impossibile est esse & non esse simul, dependet ex intellectu entis, sicut hoc principium, Omne totum est maius sua parte, ex intellectu totius & partis : ideo hoc etiam principium est naturaliter primum in secunda operatione intellectus, scilicet componentis & diuidentis. Nec aliquis potest secundum hanc operationem intellectus aliquid intelligere, nisi hoc principio intellecto. Sicut enim totum & partes non intelliguntur nisi intellecto ente, ita nec hoc principium, Omne totum est maius sua parte, nisi intellecto prædicto principio firmissimo. Deinde cum dicit.

Ens est de conceptu quidditatiuo omnium.

B E S S. *Sunt autem quidam, qui (vt diximus) ipsi quoque dicunt Contingere idem esse, & non esse, & ita arbitrari. vtuntur autem hac oratione. Multi quoque eorũ, qui de natura tractant. nos autem nunc accepimus, tanquam impossibile sit de eodem simul esse & non esse. & per hoc monstrauimus, quod certissimum hoc cunctorum principiorum est.*

A N T. Par. 4. *Sunt autem quidam, qui, vt diximus, dicebant contingere idem esse & non esse, & existimare ita. Vtuntur autem ratione hac multi eorum qui de Natura. Nos autem nunc accipimus quasi impossibili existente simul esse & non esse, & per hoc ostendemus, quòd firmissimum id principiorum est omnium.*

Primus error circa primum principium.

Ostendit quomodo circa prædictum principium ab aliquibus est erratum, & circa hoc duo facit, Primo tangit errorem illorum, qui contradicebant prædicto principio. Secundo eorum, qui ipsum demonstrare volebant. ibi {Dignantur autem &c.} Dicit ergo, quòd quidam, sicut dictum est de Heraclito, dicebant quòd contingit idem simul esse & non esse, & quòd contingit hoc existimare. Et hac positione vtũtur multi naturales, vt infra patebit. Sed nos nunc accipimus supponendo prædictum principium esse verum, s. quòd impossibile sit idem esse & non esse, sed ex sui veritate ostendimus ꝙ est certissimum. Ex hoc enim ꝙ impossibile est esse, sequitur ꝙ impossibile sit contraria simul inesse eidem, vt infra dicetur. Et ex hoc quòd contraria non possunt simul inesse, sequitur ꝙ homo non possit habere contrarias opiniones, & per consequens ꝙ non possit opinari contradictoria esse vera, vt ostensum est. Deinde cum dicit.

Par. seq. — tex. c. 2. 1. — Lect. 15. Tex. præce.

B E S S. *Conatur autem quidam hoc quoque probare, propter ignorantiam Est etenim ignorãtia, nescire quorum oporteat quærere demonstrationem, & quorum non: etenim omnino impossibile est, omnium esse demonstrationem. in infinitum nanque progrederetur: quare nec hoc modo esset demõstratio. Si autem aliquorum non oportet quærere demonstrationem, quod magis principium esse tale iudicarent, dicere non haberent.*

A N T. Par. 5. *Dignãtur autem & hoc demõstrare quidam propter apædeusiam. Est enim apædeusia non cognoscere, quorũ oportet quærere demonstrationem, & quorum no oportet. Totaliter quidem enim omnium esse demonstrationẽ est impossibile. nam in infinitum procederet, vt nec ita foret demonstratio. Si vero quorundam non oportet demonstrationem quærere, quod dignantur magis esse tale principium, non habent dicere.*

idest hebetudinẽ & indocilitatem animi ad sciendum.

Tangit errorem quorundam, qui prædictum principiũ, demõstrare volebant, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd non possit demonstrari simpliciter. Secundo quod aliquo modo potest demonstrari. ibi {Est autem demonstrare &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quidam dignum ducunt, siue volunt demõstrare prædictum principium. Et hoc {propter apædeusiam} idest ineruditionem siue indisciplinationẽ. Est enim ineruditio, ꝙ homo nesciat quorum oportet quærere demonstrationem, & quorum non. non enim possunt omnia demonstrari. Si enim omnia demonstrarentur, cum idem per seipsum non demonstretur, sed per aliud, oportet esse circulum in demonstrationibus. Quod esse non potest, quia sic idem esset notius & minus notum, vt patet in Primo Posteriorum, vel oporteret procedere in infinitum. Sed, si in infinitum procederetur, non esset demonstratio, quia quælibet demonstrationis conclusio redditur certa per reductionem eius in primum demonstrationis principium: quod nõ esset si in infinitum demonstratio sursum procedere. Patet igitur, ꝙ nõ sunt omnia demonstrabilia. Et si aliqua sunt non demonstrabilia, non possunt dicere ꝙ aliquod principium sit magis indemonstrabile quam prædictum.

Secũdus error circa primũ principium.

Lect. 2.

B E S S. *Est autem etiam de hoc demonstrare, redarguendo quod impossibile est, dũmodo aliquid dicat, qui dubitat: Quod si nihil, ridiculum est quærere rationem ad eum, qui nullius habet rationem, quatenus nullam habet rationem, similis nanque plantæ talis est, prout talis est.*

Demon-

Demonstrare vero redarguendo, dico differre à demonstratione: quia qui demonstraret, videretur petere, quòd à principio. cum autẽ aliâ huiusce causa sit redargutio, & non demonstratio.

A N T. Par.6.

Est autem demonstrare elenchice & de hoc, quia impossibile si solum aliquid dicit qui dubitat. Si vero nihil, derisio est quærere rationem ad nullam habentem rationem, inquantum non habet rationem. Similis enim plantæ talis iam est. Elenchice autem demõstrare, dico vtiq; differre, & demonstrare. Quia demonstrat quidem quòd in principio. Alterius autem tali existente causa, elenchus vtique erit, & non demonstratio.

Hic ostendit, q aliquo modo potest prædictum principium demonstrari dicens, quòd contingit prædictum principium demonstrare argumentatiue. In græco habetur elenchice, quod melius transfertur redarguitiue. Nam elenchus est syllogismus ad contradicendum. Vnde inducitur ad redarguendum aliquã falsam positionem. Et propter hoc isto modo ostendi potest, quòd impossibile sit idem esse & non esse. Sed solum si ille, qui ex aliqua dubitatione negat illud principium, {dicit aliquid} idest aliquid nomine significat. Si vero nihil dicit, derisibile est, quærere aliquam rationem ad illum qui nulla vtitur ratione loquendo. Talis enim in hac disputatione, qui nihil significat, similis erit plãtæ. Animalia enim bruta etiã significant aliquid per talia signa. Differt enim demonstrare simpliciter principium prædictum, & demonstrare argumentatiue siue elinchice. Quia si aliquis vellet demonstrare simpliciter prædictum principium, videretur petere principium, quia non posset aliquid sumere ad eius demonstrationem, nisi aliqua quæ ex veritate huius principij dependerent, vt ex prædictis patet. Sed quando demonstratio non erit talis, scilicet simpliciter, tunc est argumentatio siue elenchus & non demonstratio. Alia litera sic habet & melius. {Alterius autem cum huius causa sit, argumentatio erit, & non demonstratio} idest cum huiusmodi processus à minus notis ad hoc magis notum principium fiat causa alterius hominis qui hoc negat, tunc poterit esse argumẽtatio siue elenchus, & non demonstratio, scilicet syllogismus contradicens ei poterit esse, cum id quod est minus notum simpliciter est concessum ab aduersario, ex quo poterit procedi ad prædictum principium ostendendum quantum ad ipsum, licet non simpliciter.

LECTIO VII.

Quod principio procedendum sit contra negantes primũ principium præmittit, hinc duabus rationibus astruit contradictoria non posse simul verificari.

B E S S. Tex.10.

Principium vero ad hęc omnia, non petere, vt aut esse aliquid, aut non esse dicat, hoc enim fortassis aliquis esse putaret quòd à principio petere, sed aliquid significare & sibipsi & alteri. hoc enim necesse est, si quidem aliquid dicat. Quòd si non, tali non esset sermo, nec sibi ad seipsum, nec ad alium, si autem aliquis hoc concedat, erit demonstratio. iam enim erit aliquid determinatum. at tamen nõ qui demonstrat, sed qui sustinet, causa est. tollens enim orationem, sustinet orationẽ.

A N T. Par.1.

Principium vero ad omnia talia non velle, aut esse aliquid dicere, aut non esse. Hoc enim forsan vtique quis opinabit, quod à principio petere. Sed significare quidẽ aliquid & ipsi & alij. Hoc enim necesse est si dicat aliquid. Si enim non, cum tali vtique non erit sermo, nec ipsi ad seipsum, nec ad alium. Si quis autẽ hoc dederit, erit demonstratio. Iam enim erit aliquid diffinitum, sed tamen non demonstrans, sed sustinens. Interimens enim rationem, sustinet rationem.

Hic incipit elenchice disputare contra negantes prædictum principium, & diuiditur in duas partes. Primo disputat contra eos, qui dicunt contradictoria simul esse vera: Secundo contra illos qui dicunt q contingit ea simul esse falsa {Verum nec iterum &c.} Circa primum duo facit. Primo disputat contra prædictos errantes in communi. Secundo ostendit quomodo in speciali sit disputandum contra diuersos. ibi {Est autem non idem modus.} Circa primum duo facit. Primo disputat rationem negantium prædictum principium. Secundo ostendit quòd opinio Pythagoræ in idem redit cum prædicta positione. ibi {Est autem ab eadem &c.} Circa primũ ponit septem rationes. Secunda ibi {Omnino vero destruũt,} Tertia ibi (Amplius si contradictiones.) Quarta ibi (Amplius autem circa omnia &c.) Quinta ibi {Amplius igitur quomodo.) Sexta ibi (Vnde & maxime manifestum est.) Septima ibi (Amplius quia si maxime.) Circa primum duo facit. Primo ostendit ex quo principio oporteat procedere contra negantes primum principium. Secundo ex illo principio procedit. ibi (Primum quidem igitur manifestum &c.} Dicit ergo primo, quod ad omnia talia inopinabilia non oportet accipere pro principio, quòd aliquis velit supponere hoc determinate esse (vel non esse) idest non oportet accipere pro principio aliquam propositionem, quia asseratur aliquid de re vel negetur ab ea. hoc enim esset quærere principium, vt prius dictum est. Sed oportet accipere pro principio, quòd nomen significet aliquid, & ipsi qui profert, inquantum se loquentem intelligit, & alij qui eũ audit. Si autem hoc non concedit, tunc talis non habebit propositum nec secum, nec cum alio. vnde superfluum erit cum eo disputare. sed dum hoc dederit, iam statim erit demonstratio contra eum. statim enim inuenitur aliquid diffinitum & determinatum quod per nomen significatur distinctum à suo contradictorio, vt infra patebit. Sed tamen hoc non erit demonstrans prædictum principium simpliciter, sed non tantum erit ratio sustinens contra negantes. Ille enim qui (destruit rationem) idest sermonem suũ dicendo quòd nomen nihil significat, oportet quòd sustineat, quia hoc ipsum quod negat, proferre nõ potest nisi loquendo & aliquid significando. Deinde cum dicit.

Infra le.16. — Infra le. 10. — Infra lect 9 — Par.5. — Par.9.h l. — Lect 8.ea. — Lect. par.5 — Infra lect 9 — Par.1. — Ibi par.2. — Infra lect.9. — Par.4 — par.seq. — Prima via disputandũ contra primum et fontem est ex nominis significatione. — Lect.6.

B E S S.

Primo igitur manifestum est hoc ipsum verum esse, quod nomen esse hoc, aut non esse significat. Quare non vtique omne ita & non ita se habet.

A N T. Pa.2.

Primum quidem igitur manifestum quòd hoc quidem verum est quod significat nomen, aut non esse hoc. Quare neque vtique omne sic, & non sic se habebit.

Procedit ex dicta suppositione ad propositũ ostẽdendum, & primo singulariter in vno. Secundo generaliter in omnibus. ibi (Amplius si homo &c.) Dicit ergo primo, quòd si nomen aliquid significet, primo hoc erit manifestum quòd hæc propositio erit vera, & eius contradictoria quam negat est falsa. Et sic ad minus hoc habemus, quia non omnis affirmatio est vera cum sua negatione. Deinde cum dicit.

Par.seq. huius lect.

B E S S.

Item si homo vnum significat. sit hoc animal bipes. dico autem vnum significare hoc, si hoc est homo: si quid homo sit hoc est homini esse. Nihil autem differt, et si plura quis significare dicat, solum aũt sint determinata imponeretur etenim cuilibet orationi aliud nomen. dico

autem, vtputa, si non dicat hominem vnum significare, sed multa, quorum vnius quidem vna oratio, animal bipes, sint autem cæteræ quoque plures determinatæ vero numero: imponeretur etenim proprium nomen secundũ quanque orationem. quòd si non poneretur, sed infinita significare dicat, manifestum est, quòd non esset oratio. non vnum enim significare, nihil est significare. nominibus vero nõ significantibus, perit ipsa reuera disputatio. & adinuicem, & ad seipsum. Nihil enim intelligere contingit, nihil vnum intelligentes: quòd si contingit, imponetur nomẽ huic rei, vnũ. Nomen itaque, vt à principio dictum est, sit aliquid significans, & vnum significans.

Tex. 11.

A N T. Par. 3.

Amplius si homo significat unũ, sit hoc, animal bipes. Dico autem vnum significare hoc, si hoc est, si sit aliquid homo, hoc est hominem esse. Nihil autem differt nec si plura quis dicat significare, solum autem diffinita. Ponetur enim vtique rationibus alterum nomen. Dico autem, vt si non dicat hominem vnum significare sed multa, quorum vnius quidẽ vna ratio, animal bipes. Sũt autẽ & aliæ plures, sed diffinitæ numero. Ponetur enim vtique proprium nomen secundum vnamquanque rationem. Si autem nõ ponitur, sed infinita significare dicat, palam quia non vtique erit ratio. Nam non vnum significare, nihil signficare est. Non significantibus autem nominibus, aufertur adinuicem disputare, secundum veritatem autem, & ad seipsum. Nihil enim contingit intelligere nisi intelligentem unum. Si autem contingit, ponatur huic rei nomen. Si itaque, sicut à principio dictum est, significans aliquid nomen, & significans vnum.

Tex. c. 13.

Ostendit vniuersaliter de omnibus, scilicet ꝙ contradictoria non sint simul vera, & circa hoc quatuor facit. Primo ponit quædam quæ sunt necessaria ad propositum concludendum. Secundo concludit propositum. ibi{Necesse itaque.} Tertio probat quodda‹m› quod supposuerat ibi{Nam esse hominem &c.} Quarto excludit quandam cauillationem. ibi{Si autẽ rideatur.} Circa primũ tria facit primo ostẽdit ꝙ nomen vnum significat. Secundo ex hoc ostẽdit vlterius quod hoc nomen homo, significet id quod est hominem esse, non autem id quod est, non esse. ibi{Nec sic contingit &c.} Tertio ostendit quòd homo & nõ homo significat vnum. ibi{Si autẽ non significat &c.} Dicit ergo primo, quòd si homo significat aliquid vnum, sit hoc vnum, animal bipes. Hoc enim vnum dicitur nomẽ significare, ꝙ est diffinitio rei significatæ per nomen, vt si est hominis esse{animal bipes}. i. si hoc est quòd quid est homo, hoc erit significatum per hoc nomen homo. Si autem dicat nomen plura significat, aut significabit finita, aut infinita. Si autem finita, nihil differt (secundum aliam trãslationem) ab eo quod ponitur significare vnum, quia significat multas rationes diuersarum rerum finitas, & singulis eorum possunt adaptari diuersa nomina. Vt si homo significet multa, & vnius eorũ sit ratio animal bipes, ponetur vnum nomen ſm hanc rationem quod est homo: & si sunt plures aliæ rationes, ponetur alia plura nomina, dummodo rationes illæ sint finitæ. Et sic redibit primum ꝙ nomen significet vnum. Si autem nomen nõ significat finitas rationes, sed infinitas, manifestum est quod nulla erit ratio siue locutio, siue disputatio, Quod sic patet, Quod enim non significat vnum, nihil significat. Et hoc sic probatur, Nomina significant intellectus. Si igitur nihil intelligitur, nihil significatur. Sed si non intelligitur vnũ, nihil intelligitur, quia oportet ꝙ qui intelligit ab aliis distinguat. Ergo si non significat vnum, non significat. Sed si nomina non significant, tolletur disputatio, & quæ est secundum veritatem, & quæ est ad hominem, Ergo patet ꝙ si nomina infinita significẽt, non erit ratio siue disputatio. Sed si contingit intelligere vnum, imponatur ei nomẽ, & sic teneatur ꝙ nomẽ significet aliqd.

Infra par. 6. Infra pa. 7. Infra pa. 8. Infra pa. 4. Infra pa. 5.

Quod non signĩat vnũ nihil significat. Si non intelligitur vnum, nihil intelligitur.

Deinde cum dicit.

Non potest igitur homini esse significare id, quod non esse homini, si homo quidem non solum de vno, sed etiam vnum significat. Non enim hoc dicimus vnum significare, quod de vno. hoc enim modo, musicum etiã & album & homo, vnum significarent: quare vnum, omnia erunt: vniuoca nanque. & non erit esse & non esse idẽ, nisi secundum æquiuocationem. sicut si quem nos hominem nominamus, alij non hominem vocarent. quod autẽ dubitatur, non est hoc, si contingit simul idem esse, & nõ esse hominem nomine, sed re.

B E S N

Nec sic contingit hominem esse significare non esse hominem, si homo significat non solum de vno, sed & vnum. Non enim hoc dignamur vnum significare quod de vno, quoniam sic itaque musicus & album & homo vnum significarent. Quare vnum omnia erunt. Synonyma nãque. Et non erunt esse & non esse idem, nisi secundum æquiuocationẽ: vt si quem nos hominem vocamus, alij non hominem vocant. Dubitatum vero non hoc est, si contingit simul idem esse & non esse hominem secundum nomen, sed secundum rem.

A N T. Par. 4.

Ostendit secũdum, scilicet quòd hoc nomẽ homo non significet id quod est homini non esse. nomen enim significans vnum, non solum significat vnum subiecto, quod ideo dicitur vnum, quia de vno, sed id quod est vnum simpliciter, scilicet secundum rationem. Si enim hoc vellemus dicere, quòd nomen significat vnum, quia significat ea, quæ verificantur de vno, sic sequeretur quòd musicũ & albũ & homo vnum significarent, quoniam omnia verificantur de vno. Ex hoc sequeretur, quòd omnia essent vnum, quia si album dicitur de homine, & propter hoc est vnum cum eo, cum dicatur etiam de lapide, erit vnũ lapide, Et quæ vni & eidem sunt eadem, sibijnuicem sunt eadem. Vnde sequeretur quòd homo & lapis sit vnum, & vnius rationis. Et sic sequeretur quòd omnia nomina sint vniuoca idest vnius rationis, vel synonyma secundum aliam literam, idest omnino idem significantia re & ratione. Quamuis autem esse & non esse verificentur de eodem secundum negantes principium primum, tamen oportet ꝙ aliud sit hoc quod est esse hominem & hoc quòd est non esse, sicut aliud est ratione album & musicum, quamuis de eodem verificentur. Ergo patet ꝙ esse & non esse non erunt idem ratione & re, quasi vno nomine significatum vniuoce. Sciendum est autem quòd esse hominem vel esse homini siue hominis, hic accipitur pro quod quidest hominis. Ex hoc ergo concluditur quòd hoc quod dico homo, non significat hoc quod dico hominem non esse, sicut propriam rationem, Sed quia dixerat supra quòd idem nomen potest plura significare secundum diuersas rationes, ideo subiungit nisi secundum æquiuocationem, ad determinandum ꝙ homo vniuoce non significet esse hominem & non esse hominem, sed æquiuoce potest vtrunque significare, vt si id quod vocamus hominem in vna lingua, vocẽt alij non hominẽ in alia lingua. Nõ. n. est nostra disputatio si idem secundum nomen contingat esse & non esse, sed si idẽ secũdum rem. Deinde cum dicit.

Si autem non alterum significat homo, & non homo, patet quòd nec nõ esse homini ab eo, quod ẽ esse homini: quare homini esse erit nõ hoĩ esse: unũ nãq; erit. hoc. n. significat unum esse, sicuti tunica & uestis, si ratio una. si autem erit unum, unum significat homini esse, & non homini. Verum monstratum est quòd aliud significat.

B E S E.

Si

ANT. Par. 5.

Si autem non significet alterum homo & non homo, palam quia non esse hominem non erit diuersum ab esse hominem: Quare erit hominem esse. Vnum enim erunt. Hoc enim significat esse vnum, vt vestimentum & indumentum si ratio vna. Si vero erunt vnum, & vnum significat hominem esse & non hominem. Sed ostensum est quòd alterum significat.

Probat tertium, scilicet quòd homo & non homo nõ significat idem, tali ratione. Homo significat hoc quod est esse hominem, & quid est homo, non homo autem significat nõ esse hominem, & quodquid est non homo. Si ergo homo & non homo non significant aliquid diuersum, tunc id quod est esse homini non erit diuersum ab hoc quod est non esse homini, vel nõ esse hominem. Et ita vnum eorum prædicabitur de altero. Et erunt etiam secundum rationem vnum. Cum enim dicimus aliqua vnum significare, intelligimus quod significent rationem vnam, sicut vestis & indumentum. Si igitur esse hominem & nõ esse hominem sunt hoc modo vnum, scilicet secundum rationem, vnum & idem erit illud quod significabit illud quod est esse hominem, & id quod est non esse hominem. Sed datum est vel demonstratum, quia diuersum nomen est quòd significat vtrunque. Ostẽsum est enim quod hoc nomen homo significat hominem, & non significat nõ esse hominem, ergo patet quod esse hominem, & non esse hominem non sunt vnum secundum rationem. Et sic patet propositum quod homo & non homo diuersa significant. Deinde cum dicit.

BESS.

Necesse igitur si quid est verum dicere, quod homo, animal esse bipes. hoc enim erat, quod significabat homo: si autem necesse est, non potest idem non esse animal bipes. Hoc nanque significat ipsum necesse esse, quod impossibile est non esse hominem. non contingit ergo simul verum esse, idem dicere hominem esse, & non esse hominẽ. Eadem ratio est & de non esse hominem.

ANT. Par 6.

Necesse itaque si quidem est verum dicere, quia homo animal esse bipes. hoc enim erat quod significabat homo. Sed si hoc necesse, non contingit non esse hoc ipsum animal bipes. hoc enim significat necesse esse, impossibile non esse hominem. Non igitur contingit simul uerum esse, dicere idem hominem esse, & non esse hominem. Eadẽ autem ratio & non esse hominem.

Tex.co. 12.

Prima ratio contra negãtes primum principiũ.

Ostendit principale propositum ex prioribus suppositis, tali ratione. Necesse est quòd homo sit animal bipes. quod patet ex præhabitis. Hæc enim est ratio quam hoc nomen significat. Sed quod necesse est esse, non contingit non esse. hoc enim significat necessariũ, s. non possibile non esse, vel non contingens non esse, vel impossibile non esse, ergo impossibile est siue non contingens vel non possibile hominem non esse animal bipes. Sic ergo patet quod non contingit vtrunque verum esse affirmationem & negationem, s. quod sit animal bipes, & quòd non sit animal bipes. Et eadem ratio ex significationibus nominum sumpta potest accipi de non homine, quia necesse est non hominem esse, non animal bipes, cum hoc significet nomen, ergo impossibile est esse animal bipes. Ea autem, quæ supra monstrata sunt, valent ad propositum, quia si consideret quod homo & non homo idem significarent, vel quod hoc nomen homo significaret esse hominem, & non esse hominem, posset aduersarius negare istam, necesse est hominem esse animal bipes, posset enim dicere, quod non magis necessarium est dicere hominem esse animal bipes, quàm non esse animal bipes, si hæc nomina homo & non homo idem significarent, vel si hoc nomen homo vtrunque significet, scilicet id quod est esse hominem, & id quod est non esse hominem. Deinde cum dicit.

BESS.

Homini nanque esse & non esse homini, diuersum significat. Siquidem & album esse, & hominem esse, diuersum. multo enim magis, illud opponitur. quare diuersum significat: si autem album aliquis dicat vnum & idem significare, rursus idem dicemus; quod & antea dictum est. quod omnia unum sunt, & non solum opposita. Quòd si hoc non contingit, accidit quod dictum est.

ANT. Par. 7.

Nam hominem esse, & non hominem esse, alterum significat: siquidem album esse, & hominem esse, alterum: multum enim opponitur illud magis, quare significat diuersum. Si autem & album dixerit idem significare & vnum ratione, idem dicemus quod & prius dictum est, quòd vnum omnia sunt & non solum opposita. Si autem hoc non contingit, contingit quod dictum est.

Hic probat quoddam quod supposuerat. Ad probandum autem quòd hoc nomen homo, non significat id quod est non esse hominem, assumpsit quòd id quod est esse hominem, & id quod est non esse hominem sunt diuersa, quamuis verificentur de eodem. Et hoc intendit hic probare tali ratione. Magis opponuntur esse hominem & non esse hominem quàm homo & album, sed homo & album sunt diuersa secundum rõnem, licet sint idem subiecto, ergo & esse hominem & non esse hominem sunt diuersa secundum rationem. Minorem sic probat. Si enim omnia quę dicuntur de eodem sunt vnum secundum rationẽ quasi significata vno nomine, sequitur quòd omnia sunt vnum, sicut supra dictum est & expositũ. Si ergo hoc non contingit, continget illud quod dictum est, scilicet quod esse hominem, & non esse hominem sunt diuersa. Et per consequens sequitur vltima conclusio supradicta, scilicet quod homo sit animal bipes, quòd impossibile est ipsum esse non animal bipes. Deinde cum dicit.

BESS.

Si ad interrogatum respondeat. Si vero simpliciter interrogante, addat etiam negationes, non respondet ad interrogatum. nihil enim prohibet idem & hominem & album & alia infinita multitudine esse. attamen interroganti, si vere est dicere hoc hominem esse, an non, id respondendum est, quòd vnum significat, & non addendum, quòd & album & magnum. impossibile nanque est, accidentia, cũ infinita sint, percurrere. aut igitur omnia percurrat, aut nullum. Similiter & si infinities idẽ esset homo, & nõ hõ, interrogatus si homo est, non debet vnà cũ eo, quòd simul etiam non homo respondere, nisi cætera quoque, quæcunque acciderunt, quæcunque hoc est, aut non est respõdeat. hoc autẽ si non fecerit, non disputat.

ANT. Par. 8.

Si respondeatur ad interrogatum. Si autem apponat interroganti simpliciter, & negationes, non respõdetur ad interrogatu. Nihil enim prohibet idem & hominem, & album, & alia mille secundum pluralitatem. Attamẽ interrogante si verum est dicere hominem hoc esse, aut non, respondendum est vnum significatum, & non addẽdum quia & album & nigrum & magnũ. Etenim impossibile infinita entis accidentia permeare. Aut igitur oĩa permeantur, aut nullum. Similiter etiam si millies est homo idem & non homo, non est correspondendum interroganti si est hõ: quia est simul & non homo, si non & alia quæcunque acciderunt sunt correspondentia, quęcunque sunt aut non sunt. Si autem hoc non fecerit, no disputat.

Excludit quandam cauillationem per quã prædictus processus posset impediri. Posset enim aduersarius interrogatus, an necesse sit hominem esse animal bipes, non respondere affirmationem vel negationem, sed dicere necesse est hominem esse animal bipes, & non esse animal bipes. Hoc autem excludit hic philosophus dicens prædictam conclusionem

sequi, dummodo velit respondere ad interrogatum simpliciter. Si autem interroganti simpliciter de affirmatione, velit addere negationem in sua responsione, vt dictum est, non ad interrogatū responderet. Quod sic probat. Contingit enim vnam & eandem rem esse hominem & album & mille alia huiusmodi. Hic tamen si quæratur, vtrum homo sit albus, respondendū est tātum id quod vno nomine significatur. Nec sunt addenda alia omnia. Verbi gratia. Si quæratur, vtrum hoc sit homo, respondendum est, quod est homo. Et non est addendum quod est homo & albus & magnus & similia, q͞a oportet o͞ia q̄ accidūt alicui simul respōdere, aut nullum. Omnia autem simul non possunt cum sint infinita. Infinita enim eidem accidunt ad minus secundum relationes ad infinita antecedentia & consequentia, & infinita non est pertransire. In respondendo ergo nullum eorum quæ accidunt quæsito est respondendum, sed solum quod quæritur. Licet ergo supponatur millies quod sit idem homo & non homo, cum tamen quæritur de homine, non est respondendum de non homine, nisi respondeatur omnia quæ possunt homini accidere. Si enim hoc fieret non esset disputandum, quia nunquam complectetur disputatio, cum impossibile sit infinita pertransire. Deinde cum dicit.

Nihil prohibet alicui infinita accidere.

BESS. Tex. 13.

Et qui hoc dicunt, omnino perimunt substantiam, & ipsum quid erat esse. necesse est nanque eis dicere omnia accidere, & ipsum homini esse, aut animali esse non esse. si enim quicquam erit ipsum homo esse, hoc non erit non homini esse, aut non esse homini. tamet si hę sunt eius negationes. unum nanque erat, quod significabat, & hoc erat alicuius subst. substantiā vero significare est, quod nō est ei esse, aliud quippiam. si autem ipsum homini esse, erit ei ipsum nō hominis esse, aut ipsum non esse homini aliud erit. Quare necesse est eis dicere, quod nullius talis ratio erit, sed omnia secundum accidens: hoc enim substantia & accidens differunt. albedo etenim homini accidit, quoniā est quidem albus, sed non est ipsa albedo.

ANT. tex. c. 13. par. 9.

Omnino vero destruunt qui hoc dicunt substantiam & quod quid erat esse. omnia nanque accidere dicere eis est necesse. & vere hominem esse aut animal, esse & non esse. Nam si quid fuerit quod est hominis esse, hoc non erit non hominem esse, aut non esse hominem. Et enim hę sunt negationes huius. Vnū enim erat quod significabat nomen, & hoc erat alicuius substantia. Significare vero substantiam est, q nō aliud aliquid esse ipsi. Si autē fuerit quod est esse hominem ipsi quod non hominem esse, esse hominem aliud aliud erit. Quare dicere eos est necesse, quia nullius talis erit ratio, sed omnia secundum accidens. Hoc enim determinata est substantia & accidens. Accidit enim album homini, quia est albus, sed non quod vere album.

Secunda rō ad idē quod supra.

Ponit secundam rationem, quæ sumitur ex ratione prædicati substantialis & accidentalis, quę talis est. Si affirmatio & negatio verificantur de eodem, sequitur quod nihil prædicabitur in quid siue substantialiter, sed solum per accidens. Et sic in prædicabili per accidens erit procedere in infinitum. Sed hoc est impossibile, ergo & primum. Circa hanc rationem duo facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat destructionem consequentis. ibi §Si vero omnia secundum accidens &c.§ Circa prim um sic procedit dicens quod illi qui hoc dicunt, scilicet affirmationem & negationem simul esse vera, omnino destruunt §substantiam§ idest substantiale prædicatum, §& quod quid erat esse§ idest quod prædicatur in eo quod quid. necesse est enim eis dicere§ quod omnia accidunt§ idest per accidens prædicantur, & quod non sit hominem

Par. seq. huius lcē.

esse aut animal esse, & quod non sit quod significet quid est homo, aut quid est animal.

Quod sic probat, si aliquid est quod est hominem esse, idest quod quidest homo substantialiter, scilicet de homine prædicatum, illud non erit non esse hominem, nec erit esse non hominem. Huius enim quod est esse hominem sunt prædictæ duæ negationes, scilicet non esse hominem, vel esse non hominem. Patet ergo q affirmatio & negatio non verificantur de eodē, quia scilicet de eo quod est esse hominem non verificatur non esse hominem, vel esse non hominem. Conditionalem autē positam, q si aliquid sit quod quid est homo, quod illud non sit non esse hominem, vel esse non hominem, sic probat. Propositum est enim supra & probatum quod hoc quod significat nomen est vnum. Et iterum est positum q illud, quod significat nomen, est substantia rei, scilicet quod quid est rei. Vnde patet quod aliquid significat substantiam rei, & idem quod est significatum non est aliquid aliud. Si igitur illud quod est esse hominem, quod quid est homo, fueric vel non esse hominem, vel esse non hominem, constat quidem quod erit alterum à se. Vnde oportet dicere, q non sit diffinitio significans quodquidest esse rei, sed sequetur ex hoc q omnia prædicentur secundum accidens.

In hoc enim distinguitur substantia ab accidente, idest prædicatum substantiale ab accidentali, quia vnumquodque est vere id quod prædicatur substantialiter de eo. & ita non potest dici illud quod prædicatur substantialiter esse non vnum, quia quælibet res non est nisi vna. Sed homo dicitur albus, quia albedo vel album accidit ei. Non autem ita quod sit id quod vere est album vel albedo. Ergo non oportet quod id quod prædicatur per accidens sit vnum tantum. Sed multa possunt per accidens prædicari. Substantiale vero prædicatum est vnum tantum. & sic patet, quod ita est esse hominem quod non est non esse hominem. Si autem vtrunque fuerit, iam sub stantiale prędicatum, non erit vnum tantum. & sic nō erit substantiale sed accidentale. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 14.

Si autem omnia secundū accidens dicuntur, nihil erit primum vniuersale, si autem accidens semper de aliquo subiecto significat prædicationem, necesse est in infinitū progredi, sed impossibile est. plura enim quàm duo conueniunt. accidens enim non est accidenti accidens, nisi quia vtrunque eidem accidit. dico autem veluti album est musicum, & hoc album, quoniam vtrunque homini accidit: sed non ita Socrates musicus, quoniam vtrunque alicui alteri accidit. Cum itaque quædam ita, quædam aliter accidentia dicantur, quæcunque ita dicuntur, vt album Socrati, non possunt infinita sursum versus esse, vt Socrati albo alterum aliquod quoque accidens. non enim fit aliquid vnum ex omnibus: nec albo aliquid aliud accidens erit, vtpute musicum. nō enim magis hoc illi, quàm illud huic accidit. Et ad hæc distinctum est, quod quædam ita accidunt, quædam, vt musicum Socrati. quotcunque vero hoc modo, non accidenti accidit accidens. sed quotcunque, illo modo. quare non omnia secundum accidens dicētur. Erit ergo aliquid tanquam substantiam significans, quod si est, monstratum est, quod impossibile est simul cōtradictiones prædicari.

ANT. text. c. 14. Pa. 10.

Si uero omnia secundum accidens dicantur, nullū erit primum vniuersale. Si autē semper accidens de subiecto aliquo significat prædicationem, in infinitum ergo necesse est ire. sed impossibile. Neq; enim plura duobus cōplectitur. Accidens. n. accidit non accidenti, nisi quia ambo eidem accidunt. Dico autem vt album musicum, & hoc album, q͞a homini ambo accidūt, sed nō Socrates musicus: itaque ambo accidunt alicui alteri. Quoniam igitur hæc quidem

quidem ita, illa vero illo modo dicūtur accidentia: quęcunque sic dicuntur ut album Socrati, non contingit infinita esse in superius, ut Socrati albo alterum aliquid accidens. Non enim fit unum aliquid ex omnibus, nec itaque albo erit aliquod aliud accidens ut musicus. nihil enim magis hoc illi quàm illud huic accidit. Et simul determinatum est, quia hęc quidem ita accidunt, hęc autē ut musicus Socrati: quęcunque uero sic non accidentia accidunt per accidens, sed quęcunque illo modo: quare non omnia secundum accidens dicuntur, erit igitur aliquid etiam ut substantiam significans. Si autem hoc, ostensum est quia impossibile est simul prędicari contra dictiones.

Destruit consequens ostendens hoc esse impossibile quòd aliquid non prędicetur substantialiter, sed omnia accidentaliter: quia si omnia per accidens prędicentur, non erit aliquid prędicatum vniuersale. Dicitur autem hic prędicatum vniuersale sicut in Posterioribus, secundum quòd prędicatur de aliquo per se & secundum quòd ipsum est. Hoc autem est impossibile: quia si semper aliquid prędicatur de altero per accidens, oportet quòd accidentalis prędicatio procedat in infinitum, quod est impossibile hac ratione. Prędicatio enim accidentalis non complectitur nisi duos modos. Vnus modus est secūdum quòd accidens de accidente prędicatur per accidēs. & hoc ideo, quia ambo accidunt eidem subiecto, sicut albū prędicatur de musico, quia ambo accidunt homini. Alius modus est, quo accidēs prędicatur de subiecto, sicut Socra. dicitur musicus, non quia ambo accidunt alicui alteri subiecto, sed quia vnum eorum accidit alteri. Cum igitur sint duo modi prędicationis per accidens, in neutro contingit esse prędicationem in infinitum. Constat enim quòd illo modo, quo accidens prędicatur de accidente, non contingit abire in infinitum, quia oportet deuenire ad subiectum. Iam enim dictum est, quòd hęc est ratio prędicationis huius, quia ambo prędicantur de vno subiecto, & sic descendendo à prędicato ad subiectum contingit inuenire pro termino ipsum subiectum. Sed illo modo prędicandi per accidens, quo accidens prędicatur de subiecto, vt cum dicitur Socra. est albus, non contingit abire in infinitum in superius ascendendo à subiecto ad prędicatum, ita vt dicamus quòd Socrati accidit aliquod aliud. Hoc enim non posset esse nisi duobus modis. Vno modo quia ex albo & Socra. fieret vnum. Et sic sicut Socra. est vnum subiectum albedinis, ita Socra. albus esset subiectum alterius accidentis. Hoc autem non potest esse, quia non fit aliquid vnum ex omnibus quibuscunque prędicatis. Ex subiecto enim & accidente non fit vnum simpliciter, sicut fit vnum ex genere & differentia. Vnde non potest dici quòd Socra. albus, sit vnum subiectum. Alius modus esset quòd sicut Socra. est subiectum albi, ita ipsi albo insit aliquid aliud accidens, vt musicum. Sed hoc etiam non potest propter duo. Primo, quia non erit aliqua ratio, quare musicum dicatur magis accidere albo quàm econuerso. Vnde non erit ordo inter album & musicum, sed econuerso respicient se adinuicem. Secundo quia simul cum hoc diffinitum est vel determinatum, quòd iste est alius modus prędicandi per accidens in quo accidēs prędicatur de accidente, ab illomō quo accidens prędicat de subiecto, vt musicum de Socra. In isto aūt mō de quo nunc loquitur non dicitur prędicatio accidentalis, quia accidens prędicetur de accidēte. Sed illo modo quo prius locuti sumus. Sic igitur manifestum est, quòd in accidentali prędicatione non est abire in infinitum, quare patet quod non omnia prędicantur secundum accidens. Et vlterius, quòd aliquid erit significans substātiam. Et vlterius quòd contradictio non verificatur de eodem sciendum autem est circa prędictam rationem, quòd licet accidens non sit subiectum alterius & sic non sit ordo accidentis ad accidens quātum ad rationem subijciendi, est tamen ordo quantum ad rationem causę & causati. Nam vnum accidens est causa alterius sicut calidum & humidum dulcis, & sicut superficies coloris. Subiectum per hoc quòd subijcitur vni accidenti, est susceptiuum alterius.

Dicto 1. — Duo modis prędicationis per accidens. — Non cōtingit procedere in infinitum in prędicationibus neque per se neque per accidens.

LECTIO VIII.

Duas ad idē rationes affert: vnam qua deducit omnia vnū fore, si contradictoria simul verificātur. alteram vero à certitudine & cognitione accipit.

Item si contradictiones simul uerę de eodem omnes, patet quòd omnia erunt unum, erit etenim idem & triremis, & paries, & homo, si de omni contingit quicquam affirmare, aut negare. B E S S. Tex. 15.

Amplius si contradictiones simul de eodem uerę sunt omnes, palam quod omnia unum erunt. Erunt enim idem triremis & murus & homo, si de omni aliquid aut affirmare aut negare contingit. A N T. Tex. c. 15. Par. 1.

Ponit tertiam rationem, quę sumitur ex vno & diuerso, & est ratio talis. Si affirmatio & negatio verificātur simul de eodem, omnia sunt vnum. Hoc autem est falsum, ergo & primum. Circa hanc rationem tria facit. Primo ponit conditionalem & exemplificat, quia, scilicet sequeretur si contradictiones simul verificantur de eodem, quòd idem esset triremis, idest nauis habens tres ordines remorum, & murus, & homo. Secundo cum dicit.

Rō tertia cōtra negātes primū principiū.

Sicuti illis necesse, qui Protagorę opinionem sequūtur. si enim cuiquam uideatur homo non esse triremis, patet quòd non erit triremis. sed etiam est, si contradictio quidem uera est. Et certè fit quòd Anaxagoras aiebat, simul omnes res esse ita vt nihil vere vnū sit. Indefinitū itaque videntur dicere, & putantes de ente tractare, de non ente dicunt. Quod. n. potentia, & non actu est, illud est indefinitum. B E S S.

Quemadmodum est necesse dicentibus rationem Pythagorę. Nam alicui si uideatur non triremis homo, palam quia non triremis. quare & est, si contradictoria uera. Et fit itaque Anaxagorę simul res omnes esse, ut nihil uere sit unum. Indefinitum igitur uidetur dicere, & putantes dicere ens, de non ente dicunt. Nam potestate ens, & non endelechia indefinitum erit. A N T. Par. 2.

Ostendit quòd idem incōueniens sequitur ad duas alias positiones. Primo ad opinionem Pythagorę, qui dicebat quòd quicquid alicui videtur, hoc totum est verum, quia si alicui videtur ꝙ homo non sit triremis, nō erit triremis, & si alteri videtur quòd sit triremis, non erit triremis, & sic erunt contradictoria vera. Secundo ad opinionem Anaxagorę, qui dicebat omnes res simul esse, quasi nihil sit vere vnum ab alijs determinatum, sed omnia sint vnum in quadam confusione. Dicebat enim, quòd quodlibet sit in quolibet, sicut in Primo Physicorum ostensum est. Quod ideo accidebat Anaxagorę, quia ipse videtur loqui de ente indeterminato, idest quod non est determinatum in actu. Et cum putaret loqui de ente perfecto, loquebatur de ente in potentia, sicut infra patebit. Quod autem est in potētia & non [endelechia], idest in actu, est indefinitum. Potentia enim non finitur nisi per actum. Tertio cum dicit.

De veritate apparentiū opi. Pythagorę.

At uero dicenda est eis de omni, aut affirmatio, aut negatio, inconueniens utique est, si cui sua quidē negatio inerit, B E S S.

inerit, alterius uero quod non inest ei, non inerit. dico autem vt puta si verum est dicere de homine, quòd non est homo, manifestum est; quod etiam non triremis est: si affirmatio igitur, necesse est etiam negationem inesse. Quod si affirmatio non est, negatio tamen inerit, magis quàm quæ ipsius est. si igitur & illa inest, inerit triremis negatio: & si hæc, etiam affirmatio. Hæc igitur eis accidunt, qui hanc orationem dicunt.

A N T. Parte.3.

Sed dicenda est ipsis de omni affirmatio & negatio. Inconueniens enim si vnicuique sua quidem negatio inest, quę vero alterius quidem non inest ei. Dico autem vt verum est dicere hominem quia non homo, palam quod & non triremis. Ergo si affirmatio, necesse & negationem. Si autem existat affirmatio, negatio alia inerit magis quam illa quæ sua. Ergo & si illa inest, inerit quæ & ipsius triremis. Si autem hoc, & affirmatio. Hoc ergo contingit hanc dicentibus rationem.

Probat conditionalem primo propositam esse veram, & primò quantum ad hoc quòd omnia affirmatiue dicta vnum essent. Secundo quantum ad hoc quòd affirmationes à suis negationibus non distinguerentur in veritate & falsitate. ibi (Et quia non est necesse &c.) Dicit ergo primo quòd illud primum est ab eis supponendum ex quo ponunt affirmationem & negationem simul verificari de eodem, quòd de quolibet est affirmatio & negatio vera. Constat enim quòd de vnoquoque magis videtur prædicari negatio alterius rei, quàm negatio, & non inesset negatio alterius rei, per quam significatur, quòd illa res non inest ei. si verum est dicere quòd homo non est homo, multo magis est verum dicere quòd homo non est triremis. Patet ergo, quòd de quocunque necessarium est prædicari negationem, quòd prædicatur de eo affirmatio. Et ità per consequens prædicabitur negatio, cum affirmatio & negatio sint simul vera, aut si non prædicabitur affirmatio, prædicabitur negatio alterius magis, quàm negatio propria. Sicut si triremis non prædicatur de homine, prædicabitur de eo non triremis, multo magis quam non homo. Sed ipsa negatio propria prædicatur, quia homo non est homo; ergo & negatio triremis prædicabitur de eo, vt dicatur quòd homo non est triremis. Sed si prædicatur affirmatio, prædicabitur negatio, cum simul verificentur, ergo necesse est quòd homo sit triremis & eadem ratione quodlibet aliud. Et sic omnia erunt vnum. Hoc igitur contingit dicentibus hanc positionem, scilicet quòd cótradictio verificetur de eodem. Deinde cum dicit.

B E S S.

Et quod non est necesse aut affirmare, aut negare. nã si verum est, quòd homo & non homo, patet quòd nec hõ nec nõ homo erit. duorũ enim duæ negationes. quòd si illa ex vtrisq; vna; & hæc vna profectò opposita esset;

A N T. Par.4.

Et quia non est necesse aut dicere aut negare. Nam si uerũ est quia homo & non homo, palam quia nec homo nec non homo erit. Nam duorum duæ negationes. Si autem vna ex vtrisque illa, & vna vtique erit opposita

Deducit aliud inconueniens, quòd scilicet non distinguatur negatio ab affirmatione in falsitate, sed vtraque sit falsa. dicit ergo quòd non solum prædicta inconuenientia sequuntur ad prædictam positionem, sed etiam sequitur quòd non sit necessarium (affirmare & negare) idest quòd non sit necessarium affirmationem vel negationem esse veram, sed contingit vtranque esse falsam. Et sic non erit distantia inter verum & falsum. Quòd sic probat. Si verum sit quòd aliquid sit homo & non homo, verum est quòd id nõ erit homo, nec erit non homo. Et hoc patet. Horum enim duorum quæ sunt homo & non homo, sunt duæ negationes, scilicet non homo & non homo. Si autem ex primis duabus fiat vna propositio, vt dicamus Socra. non est homo, sequitur quòd nec affirmatio nec negatio sit vera, sed vtraque falsa. Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 16.

Item aut in omnibus ita se habet, & est alterum, & ens & non ens, & circa cæteras affirmationes & negationes simili modo, aut non, sed circa aliquas, circa vero aliquas non. Et si non circa omnes, istæ utique certæ essent. Quòd si circa omnes, rursus aut de quibuscunque est affirmare, etiam negare est, & de quibuscunque negare etiam affirmare, aut de quibus quidem est affirmare, etiam negare est, de quibuscunque vero negare, non de omnibus est affirmare, & si ita esset, aliquid vtique pro certo non ens, & hæc firma opinio. quòd si ipsum non esse, certum quid, & notum est, notior erit opposita affirmatio. Quòd si quodcunque est negare, similiter etiam affirmare necessè sit, aut verum est diuidendo dicere, aut puta album, & rursus quod non album, aut non. Et si non est uerum diuidendo dicere, neque dicit hæc, nihilque prorsus sunt illa sanè, quæ non sunt, quo loquentur, aut ambulabant? Et, ut etiam antea dictum est, omnia unum erunt, & homo, deus, triremis, ac eorum contradictoria idem erunt. Quod si de quocunque similiter, nihil aliud ab alio differret. nam si differet, hoc uerum & proprium erit. similiter autem & si diuidentem uera diuidere contingit, quod dictum est accidit. & ad hæc, quod omnes uera dicerent, omnesque mentirentur, ipseque seipsum mentiri concederet. simul autem manifestum est, quòd de nullo est ad eum consideratio: nihil enim dicit. neque enim ita, neque non ita ait, sed ita & non ita. Et rursus his ambobus negationem, quòd nec ita, neque non ita. nam si non, esset aliquid utique determinatum. Item si cum affirmatio falsa est, non erit simul idem affirmare & negare uere. sed dicant fortassis hoc esse, quod à principio positum est.

A N T. Tex.co.16. Par.5.

Amplius autem circa omnia ita se habet, & est albũ, & non est album: & ens, & nõ ens: & circa alias dictiones & negationes modo simili, aut non. sed circa quasdam sic, circa quasdam autem non. Et siquidem non circa omnes, hæ utique erunt confessæ. Si uero circa omnes, iterum aut de quibuscunque dicere & negare, & de quibuscunque negare & dicere: aut de quibus quidem dicere & negare, sed de quibuscunque negare, non de omnibus dicere. Et si sic, erit aliquid firmiter non ens, & hæc erit firma opinio. Et si ipsum non firmum aliquid sit & notum: notior vtique erit dictio quàm opposita negatio. Si vero negando similiter & quæcunque contingit negare dicere, necesse est de his aut diuidentem verũ dicere; ut, quòd album, & iterum quòd non album: aut non. Et siquidem non verum diuidentem dicere, non dicet ea, & non erit nihil. Non entia autem quomodo vtique pronuntiabunt aut ibunt? Et omnia vtique erunt vnum (vt prius dictum est) & idem erit homo & Deus & triremis, & ipsorum contradictiones. Similiter si de vnoquoque, nihil differret aliud ab alio. Nanque si differet, erit hoc verum & proprium. Similiter autem si diuidentem contingit verum esse, accidit quod dictum est. Adhuc quia omnes dicent verum, & omnes mentiuntur, & idem ipse seipsum falsum dicere confitetur. Simul autem palam quia de nullo est adhuc perscrutatio. Nihil enim dicit. Hæc. n. est ita, dicit: sed ita & non ita, & iterum hæc negat ambo, quia nec

ita nec

ita nec non ita: Nam si non; tam utique erit aliquid determinatum. Amplius si quando est affirmatio vera, & negatio est falsa: & si hæc uera, affirmatio falsa: non erit vtique dicere simul idem affirmare & negare vere, sed forsan dicet vtique aliquis hoc esse quod à principio positum est.

Ratio quarta contra negantes primum principium.

Ponit quartam rationem quæ sumitur ex certitudine cognitionis, & est talis. Si affirmatio & negatio simul verificantur, aut ita est in omnibus, aut ita est in quibusdam, & in quibusdam non: si autem non est verum in omnibus, illæ, in quibus non est verũ erunt {confessæ} idest simpliciter & absolute concedendæ, vel {erunt certæ} idest certitudinaliter veræ secundum aliam translationem, idest in eis ita erit vera negatio, quòd affirmatio erit falsa, vel econuerso. Si autẽ hoc est verum in omnibus, quòd contradictio verificetur de eodem, hoc cõtingit dupliciter. Vno modo quòd de quibuscunque sunt veræ affirmationes, sunt veræ negationes, & ecõuerso. Alio modo quòd de quibuscunque verificantur affirmationes, verificentur negationes, sed non econuerso. Et si hoc secundum sit verum, sequitur hoc inconueniens, quòd aliquid firmiter uel certitudinaliter est nõ ens, & ita erit firma opinio, quæ scilicet est de negatiua. & hoc ideo, quia negatiua semper est vera, eo quòd quãdocunque est affirmatiua uera, est etiam negatiua vera. Non autem affirmatiua semper erit uera, quia positum est, quòd non de quocunque est vera negatiua, sit vera affirmatiua. & ita negatiua erit firmior & certior quàm affirmatiua. Quod videtur esse falsum, quia dato quòd nõ esse sit certum & notum, tamen semper erit certior affirmatio quàm negatio ei opposita, quia veritas negatiuæ semper dependet ex ueritate alicuius affirmatiuæ. Vnde nulla conclusio negatiua infertur, nisi in præmissis sit aliqua affirmatiua. Conclusio vero affirmatiua ex negatiua non probatur. Si autem dicatur primo modo, scilicet quòd de quibuscunque est affirmare, ita de eis est negare, similiter de quibuscunque est negare, de eis est affirmare, ut scilicet affirmatio & negatio conuertantur; Hoc contingit dupliciter, quia si semper negatio & affirmatio sunt simul veræ, aut erit diuisim dicere de vtraque quòd sit vera, verbi gratia, quòd sit diuisim dicere quòd hæc est uera, Homo est albus. & iterum hæc est vera, Homo non est albus: aut nõ est diuisim vtranque dicere veram, sed solũ coniunctim, vt si dicamus quòd hæc copulatiua sit uera, homo est albus & homo non est albus. Et siquidem dicamus hoc secundo modo, vt scilicet non sit utraque vera diuisim, sed solum coniunctim, tunc sequuntur duo inconuenientia, quorum primum est, quòd {non dicet ea} idest quod non afferet nec affirmationem nec negationem, & quòd ambæ {erunt nihil} idest quòd ambæ sunt falsæ; vel secundum aliam translationem {& non erit nihil} idest sequitur quòd nihil sit verum, nec affirmatio nec negatio. Et si nihil est verum, nihil poterit dici nec intelligi. Quomodo enim aliquis pronuntiabit uel intelliget non entia? quasi dicat, nullo modo. Secundum inconueniens est, quia sequitur ꝙ omnia sint unum, quod in priori ratione est dictum. Sequitur enim quòd sit idem homo & Deus & triremis, & etiam contradictiones eorum, scilicet non homo & non Deus & non triremis. Et sic patet, quòd si affirmatio & negatio simul dicũtur de unoquoque, tunc nihil differt vnum ab alio. Si enim unum ab alio differret, oporteret quòd aliquid diceretur de uno, quod non diceretur de alio. Et sic sequeretur quòd aliquid esset uerum determinate & proprium huic rei, quod non conueniret alteri. Et sic non de quolibet uerificaretur affirmatio vel negatio. Constat autem quod ea; quæ nullo modo differunt, sunt unum, & ita sequetur omnia unum esse. Si autẽ dicatur primo modo, scilicet quòd non solum coniunctim est dicere affirmationem & negationem, sed etiam diuisim, sequuntur quatuor inconuenientia, quorum unum est, quòd hęc positio {significat ipsum dictum}, idest demonstrat hoc esse uerum quod immediate est dictum. Vnde alia litera habet (Accidit quod dictum est.) scilicet quòd omnia sunt unum, quia sic etiam similiter affirmatio & negatio de unoquoque dicetur, & nõ erit differentia unius ad aliud. Secundum est quòd omnes verum dicerent, quia quilibet, vel dicit affirmationem uel negationem, & utraque est uera, & omnes mentientur, quia contradictorium eius quod quisque dicit, erit uerum. Et idem ẽt homo seipsum dicere falsum confitetur, quia cum dicit negationem esse veram, dicit se falsum dixisse cum dixit affirmationem. Tertium est quia manifestũ est quod adhuc non poterit esse perscrutatio uel disputatio. Non enim potest disputari cum aliquo, qui nihil concedit. Ille enim nihil dicit, quia nec dicit absolute quòd est ita, nec dicit quòd non est ita, sed dicit quòd est ita & non est ita. Et iterum ambo ea negat dicens quòd nec est ita nec non ita, sicut ex præcedenti ratione apparet. Si enim non omnia ista neget, sequitur quod ipse nouerit aliquid determinate uerum quod est contra positum. Vel secũdum quòd alia translatio habet & planius (Iam utique erit determinatum.) Quartum sequitur per diffinitionem ueri & falsi. Verum enim est cum dicitur esse quod est, uel non esse quod non est. Falsum autem est cum dicitur non esse, quod est: aut esse, quod non est. Ex quo patet per diffinitionem ueri & falsi, quòd quando affirmatio est uera, tunc negatio est falsa: tunc enim dicit non esse, quod est: & si negatio est uera, tunc affirmatio est falsa: tunc enim dicitur esse de eo, quod non est. Non ergo contingit uere idem affirmare & negare. Sed forte aduersarius ad hoc ultimum poterit dicere, quòd hic est petitio principij. Qui enim ponit contradictionem simul esse ueram, non recipit hanc diffinitionem falsi, scilicet quod falsum est dicere quod non est, esse: uel quod est, non esse.

Affirmatio ẽ certior & notior negatione opposita.

LECTIO IX.

Tribus adhuc rationibus arguit primum principium negantes.

BESS.

Item verum ille quidem, qui quamque rem, aut aliquo modo se habere existimat, aut non se habere mentitur; qui vero ambo verum dicit? nam si verum dicit, quid aliquid, quòd dicitur, est, nisi quòd talis natura entium est? Quod si non iste, sed ille magis dicit verum, qui illo modo existimat; iam aliquo modo se haberent existentia. et hoc verum esset, & non simul etiam, non verum: Quòd si cuncti similiter & mentiuntur, & verum dicunt, nec loqui, nec dicere quicquam tali homini possibile est. simul enim eadem, et non eadẽ dicit. quòd si nihil existimat, sed similiter arbitratur & non arbitratur; quid nam differat à plantis?

ANT. Par. 1.

Amplius igitur quomodo aut habere existimans, aut non habere, mentitus est: qui autem ambo, verum dicit? Nam si verum dicit, quid vtique erit quod dicitur, quia talis est entium natura? Si vero non verum dicit, magis verum dicit qui isto modo existimat: iam aliqualiter se habebant entia; & verum vtique erit, & non simul ẽt non verum. Si autem similiter, & omnes mentientur, & vera dicunt: nec pronuntiandum est, nec dicendum est tali. Simul enim hæc & non hęc dicit. Si autem nihil suscipiat; sed similiter existimat & non existimat, & quid vtique habebit differenter à plantis?

Ratio quinta cótra negantes primum principium.

Hic ponit quintam rationem, quæ sumitur ex ueritatis ratione, quæ talis est. Dictum est quòd affirmatio & negatio simul uera ponuntur: ergo ille, qui suscipit siue opinatur (sic se habere), i. affirmationem tantum (aut non sic se habere), scilicet ille, qui opinatur negationem esse uerain tantum, mentitus est: qui uero opinatur ambo simul, dicit uerum. Cum igitur uerum sit quando ita est in re sicut est in opinione, uel sicut significatur uoce, sequitur quòd ipsum quod dicit, erit aliquid determinatum in rebus, scilicet quia entium talis erit qualis dicitur, ut non patiatur affirmationem & negationem simul. Vel secúdum aliam literam (quia talis est entium natura) quasi dicat, ex quo hoc quod dicitur est determinate verum, sequitur quòd res habeat naturam talem. Si autem dicatur quòd ille, qui existimat simul affirmationem & negationem, non opinatur verum, sed magis ille qui existimat illo modo, quòd uel tantum affirmatio uel tantum negatio sit uera. Adhuc manifestum est quòd entia se habebunt in aliquo modo determinate. Vnde alia translatio habet planius (quodammodo & hoc erit uerum determinate, & non erit simul nou uerũ) ex quo sola affirmatio uel negatio est uera. Sed si omnes prædicti, scilicet & illi, qui dicunt utranque partem contradictionis, & illi, qui dicunt alteram (mentiuntur) & omnes etiam uerum dicunt, cum tali qui hoc ponit, non est disputandum, nec aliquid dicendũ ut disputetur cum eo, uel secundũ aliam literã, i. talis homo non asserit aliquid nec affirmat. Sicut enim alia translatio dicit. Nec asserere nec dicere aliquid huiusmodi est, quia similiter ununquodque & dicit & negat. Et si ipse sicut similiter affirmat & uegat exterius, ita & similiter interius opinatur & nõ opinatur, & nihil suscipit quasi determinate uerum, in nullo videtur differre à plantis, quia etiam bruta animalia habent determinatas cõceptiones. Alius idest habet (ab aptis natis.) & est sensus, quia talis, qui nihil suscipit, nihil differt in hoc quòd actu cogitat ab illis, qui apti nati sunt cogitare, & nõdum cogitant actu, qui enim apti nati sunt cogitare de aliqua q̃stione neutram partem asserunt, & similiter nec isti. Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 18. *Vnde & maxime manifestum est, quòd nemo, nec egterorum, nec eorum qui hanc orationem dicunt, ita affectus est. cur enim Megara vadit, & non quiescit ire putans? nec mox à diluculo ad puteum, aut ad præcipitium aliquod pergit? sed videtur verens, tanquam non similiter non bonum, & bonum esse putans cadere in illa. patet itaque quòd hoc quidem melius esse putat, illud vero minime. si autem hoc, necesse est, vt & hoc quidem hominem, illud uero non hominem, & hoc quidem dulce, illud vero non dulce putet. non enim æqualiter omnia quærit & putat, cum melius esse bibere aquam, aut hominem visitare arbitratus, deinde quęrat ea. attamen oportebat, si similiter eadem essent homo & non homo. sed (vt dictum est) nemo est qui non videatur aliqua verens, aliqua vero non. Quare vt videtur, omnes arbitrantur simpliciter se habere, etsi non circa omnia, saltem circa melius, & deterius.*

A N T. Text. 18. Par. 1. *Vnde & maxime manifestum est, quia nullus ita disponitur, nec aliorũ, nec dicentium hanc rationem. Quare nanque vadit domum, & non quiescit putans ire? Nec statim diluculo vadit in puteum, aut torrentem si contingat, sed videtur timens tanquam non similiter putans non bonum esse incidere & bonum. Palam ergo quia hoc quidem melius existimat, hoc autem nõ melius. Si autem hoc in bono & non bono, necesse est & sic in alijs: & hoc quidem hominem, hoc autem non hominem: & hoc quidem dulce, illud vero non dulce putare est necesse. non enim existimant quando putant melius esse aquam bibere, & hominem videre, deinde ea quærit, quã uis oportebat si idem erat similiter homo & non homo. Sed secundum quod dictum est, nullus est qui non videtur hæc quidem timens, illa vero non. Quare sicut videtur, omnes existimant habere simpliciter, sed non circa omnia, sed circa melius & deterius.*

Rõ sexta cõtra negãtes primũ principium. Par. seq.

Ponit sextam rationem, quæ sumitur ab electione & fuga, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam cauillosam responsionem. ibi (Si autem non scientes &c.) Dicit ergo primo, quòd manifestum est quòd nullus homo sic disponitur ut credat affirmationem & negationem simul uerificari, nec illi, qui hanc positionem ponunt, nec etiam alij. Si enim idem esset ire domum & non ire, quare aliquis iret domum & non quiesceret, si putaret quòd hoc ipsum quiescere, esset ire domum? Patet ergo ex quo aliquis uadit & non quiescit, quod aliud putat esse ire & non ire. Et similiter si aliquis incedit per aliquam uiam, quæ forte directe uadit ad puteum uel ad torrentem, non recte incedit per uiam illam, sed videtur timere calum in puteum, aut in torrentem. Et hoc ideo, quia incidere in torrentem vel puteum non putat esse similiter bonum & non bonum, sed absolute putat esse non bonum. Si autem putaret esse bonum sicut & non bonum, non magis uitaret quàm eligeret. Cum ergo uitet & non eligat, palam est quòd ipse suscipit siue opinatur quòd unum sit melius, scilicet non incidere in puteum, quod nouit esse melius. Et si hoc est in non bono, & bono, similiter necesse est esse in alijs, ut uidelicet opinetur q̃ hoc sit homo, & illud non homo: & hoc sit dulce, & illud non dulce. Quod ex hoc patet, quia non omnia æqualiter quærit & opinatur, cum ipse putet melius aquam bibere dulcem, quàm non dulcem, & melius videre hominem quàm non hominem. Et ex ista diuersa opinione sequitur quòd determinate quærit vnum & non aliud. Oporteret siquidem quòd similiter utraq; quæreret, scilicet dulce & non dulce, hominem & non hominem, si existimaret quòd essent eadem contradictoria. Sed, sicut dictum est, nullus est qui non uideatur hoc timere, & illa non timere. Et sic per hoc ipsum quòd homo afficitur diuersimode ad diuersa, dum quædam timet & quædam desiderat, oportet quòd non existimet idem esse quodlibet & non esse. Sic ergo patet quòd omnes opinantur se habere ueritatem uel in affirmatiua tantum, uel in negatiua, & non utraque simul. Et si non in omnibus, saltem in bonis & malis, uel in melioribus & in deterioribus. Ex hac n. differentia prouenit q̃ quædam q̃runtur, & quædam timentur. Deinde cum dicit.

B E S S. *Quòd si non scientes, sed opinãtes, multo magis curã dum esset de veritate, sicuti & infirmo existenti quàm sano, de sanitate. opinans nanque ad scientem, non sané ad ueritatem dispositus est.*

A N T. Par. 3. *Si autem non scientes, sed opinantes, multo magis curandum utique erit de ueritate: quemadmodum infirmo existenti, quàm sano de sanitate. Etenim opinans ad sciẽtem, nõn salubriter disponitur ad veritatem.*

Excludit quandam cauillationem. Posset enim aliquis dicere quod homines quædam desiderant tanquam bona, & alia fugiunt tanquam non bona, non quasi scientes ueritatem, sed quasi opinantes, quod non idem sit bonum & non bonum, licet idem sit secundum rei ueritatem. Sed si hoc est uerum, quod homines non sunt scientes, sed opinantes, multo magis debent curare vt addiscant ueritatem. Quod sic patet, quia infirm' magis curat de sanitate quàm sanus. Ille autem,

autem, qui opinatur non verum, non disponitur salubriter ad veritatem in comparatione ad scientem. habet enim se ad scientem sicut infirmus ad sanitatem. Defectus enim scientiæ est opinio falsa, sicut ægritudo sanitatis. Et sic patet, quòd homines debent curare de veritate inuenienda. quod non esset, si nihil esset uerum determinate, sed simul aliquid verum & non verum. Deinde cum dicit.

BESS.

Item etsi quàm maxime omnia ita, & non ita se habeant, iit amen ipsum magis & minus inest entium natura. non enim similiter paria esse, duo ac tria dicemus, nec eodem modo mētitus est, qui quatuor esse putet quinque, aut qui mille. si itaque non similiter, patet quod alter minus. quare, magis verum dicit, si igitur quod magis est, propinquius est, profectò erit aliquid verum, cui propinquius est, quod magis verum est. quod si non est, at iam saltem aliquid est certius, & verius. & ita ab illa intemperata oratione remoti erimus, quæ prohibet quicquam mente determinare.

ANT. Par. 4.

Amplius quia si maxime sic se habent omnia & non sic, sed magis & minus inest in natura entiū. Non enim similiter dicemus esse duo paria & tria, neque similiter mentitus est, qui quatuor esse pente, idest quinque opinatus est, & qui mille. Si igitur non similiter, palam quia alter minus, quare magis uerum dicit. Si igitur quod magis affinius, erit vtique aliquid verum, cui affinius quod magis verum. Et vtique si non est, sed iam aliquid est firmius & verius, & à ratione remoti utiq; erimus incondita, & prohibente aliquid mente determinare.

Rō septima contra negantes primum principium.

Ponit septimam rōnem, quæ sumitur ex diuersis gradibus falsitatis. Dicit ergo, ꝙ etsi maxime verum sit ꝙ omnia sic se habeant & non sic, i. ꝙ affirmatio & negatio sint simul vera, & oīa sint simul vera & falsa, sed tamen in natura entium oportet ꝙ aliquid sit magis & minus verum. Constat.n.ꝙ non similiter se habet ad veritatē dicere, ꝙ duo sunt paria, & tria sunt paria; nec similiter se hēt ad mēdacium dicere ꝙ quatuor sunt pente.i.quinq;, & ꝙ sint mille. Si.n. sunt falsa similiter, manifestum est quod alterum est minus falsum, s. dicere quatuor esse quinq; q̄ dicere quatuor esse mille. Quod autem est minus falsum, est uerum magis uel propinquius uero, sicut & minus nigrum, quod est albo propinquius. Patet ergo ꝙ alter eorum magis dicit verum, i. magis appropinquat veritati, s. ille, qui dicit quatuor esse quinq; Sed non esset aliquid affinius vero vel propinquius, nisi esset aliquid simpliciter uerum, cui propinquius vel affinius esset, magis verum & minus falsum. Relinquitur ergo ꝙ aliquid oportet ponere esse absolute verum & non oīa uera & falsa, quia sequitur ex hoc ꝙ contradictio sit simul uera. Et si p prædictam rōnem non sequitur, ꝙ aliqd sit absolute verum, tñ iam habetur quòd aliquid est uerius & firmius siue certius alio. Et sic non eodem modo se hēt ad ueritatem & certitudinē affirmatio & negatio. Et ita per hanc rōnem & per alias præcedentes erimus liberati uel remoti à ratione, idest opinione non mixta, idest non tēperata. vnde alius tex. habet, distemperata. tunc.n. opinio est bene contemperata, qñ prędicatum non repugnat subiecto: cum aūt opinio implicat opposita, tunc non bene contemperatur. Talis aūt est pdicta positio, q̄ dicit contradictionē uerificari. Itē prohibet ne mente aliqd possimus diffinire vel determinare. Prima.n. rō distinctionis cōsideratur in affirmatione & negatione. Vñ qui affirmationē & negationē vnū esse dicit, oēm determinationē siue distinctionem excludit. Deinde cū dicit.

BESS. Tex. 19.

Ex eadem uero opinione, Protagoræ quoque oratio est. & similiter est necesse ipsas ambas aut esse, aut non esse. si enim omnia, de quibus opinantur, quæq; apparēt, vera sint; necesse est omnia, simul vera & falsa esse. siquidem multi contraria inuicem opinantur, ac eos, qui non opinantur eadem, quæ ipsi, mentiri putant. quare necesse est idem esse & non esse. quod si est, necesse est omnia de quibus opinentur, uera esse. opposita nanque opinantur qui mentiuntur, & qui verum dicunt. si igitur ea, quæ sunt, ita se habent, verum omnes dicunt. Quòd itaque ambæ orationes ex eadem mente sint, patet.

ANT. Tex. c. 19. Par. 5.

Est autem & ab eadē opinione & Pythagoræ ratio, & necesse similiter ipsas ambas aut esse aut non esse. Nam si quæ videntur omnia sunt vera & apparentia, necessa omnia simul uera & falsa. Multi nanque contraria sibiinuicem existimant, & non eadem opinantes sibi ipsis mentiri putant. Quare necesse idem esse & non esse. Et si hoc est, necesse putata omnia esse uera; opposita nanque inuicem opinantur mentientes & verum dicentes: igitur entia si sic se habent, verum dicunt omnes. Quod quidem igitur ab eodem sunt intellectu utraque rationes, palam.

Ostendit ꝙ opinio Pythagoræ reducitur in eandē sniam cum prædicta positione. Dicebat.n. Pythagoras, ꝙ oīa, quæ videntur alicui esse vera, oīa sunt uera. Et siquidem hęc positio est uera, necesse est primā positionem esse veram, s. ꝙ affirmatio & negatio sint simul uera. Et per consequens, ꝙ oīa sint simul uera & falsa, sicut ex hac positione sequitur, vt supra ostensum est. Quod sic ostendit. Multi.n. homines opinant sibiinuicem cōtraria, & putant ꝙ illi, qui non eadem opinantur ꝙ ipsi mentiantur & ecōuerso. Si ergo qcquid alicui vr hoc est verum, sequitur ꝙ utrique mētiantur, & uerum dicant, ꝙ idem sit & non sit. Et sic ad opinionem Pythagoræ sequitur ꝙ contradictio simul verificetur. Similiter ēt si hoc est uerum ꝙ cōtradictio simul uerificetur, necessarium est opinionem Pythagoræ esse veram, s. ꝙ oīa, quæ videntur aliquib' esse uera, sint uera. Constat.n. quòd aliqui habent diuersas opiniones, quorum quidam sunt mentientes, & quidam sunt uerum dicentes, quia opinantur sibiinuicem opposita. Si ergo oīa opposita sunt simul vera, quòd sequitur si cōtradictoria simul uerificentur, necessario sequitur quòd oēs dicant verum, & quod vr alicui sit uerum, & sic patet quòd eiusdem sententiæ vel intellectus vel rationis est utraq; positio, quia ad unam sequitur alia de necessitate.

LECTIO X.

Illorum rationem soluit, qui contradictoria simul uerificari dicunt, & qua ratione differendum cum negantibus prima principia.

BESS.

Non est autem idem omnes cōueniendi modus: quidam enim persuasione, quidam vero vi indigent. Quicunque nanque propterea quòd dubitent, ita existimarunt, horum ignorantia sanabilis est. non enim ad sermonem, sed ad mentem eorum obuiatio est. quicunque vero sermonis gratia dicunt, horum sanatio redargutio est & eius sermonis, qui in voce, & eius, qui in nominibus.

ANT. Part. 1.

Est autem non idem modus homeliæ idest locutionis vel instructionis ad omnes. Hi nanque persuasione egēt illi ui. Quicunque enim dubitasse existimauerunt, horū bene curabilis ignorantia. Non enim ad orationem, sed ad mentem obuiatio est eorum. Quicunque vero orationis causa dicunt, horū argumentatio est medela, & eius quæ in uoce orationis & eius quæ in nominibus.

Post-

Postquàm determinauit Philosophus & posuit rationes contra negantes primum principium, hic ostẽdit quomodo diuersimodè est procedẽdum, quo ad diuersos, qui ex diuersis vijs in prædictum errorem deuenerunt, & diuiditur in duas partes. Primo ostendit quòd diuersimode est procedendum contra diuersos. Secundo incipit procedere alio modo quàm supra: ibi (Venit autem dubitantibus.) Dicit ergo primo, quòd non est idem modus (homiliæ) idest popularis allocutionis, vel (bonæ constructionis) secundũ translationem, idest ordinatæ dispositionis (vel intercessionis) sicut in græco habetur, idest persuasionis ad omnes prædictas positiones, scilicet de ueritate cõtradictionis & ueritate eorum quæ apparent. Dupliciter enim aliqui inciduntin prædictas positiones. Quidam enim ex dubitatione. Cum enim eis occurrunt aliquæ sophisticæ rationes, ex quibus uideantur sequi prædictæ positiones, & eas nesciũt soluere, cõcedunt conclusionem. Vnde eorum ignorantia est facile curabilis. Non enim obuiandum est eis, uel occurrendum ad rationes quas ponunt, sed ad mentem, ut scilicet soluatur dubitatio mentibus, per quam in huiusmodi opiniones inciderunt. Et tunc ab istis positionibus recedunt. Alij uero prædictas positiones prosequuntur non propter aliquam dubitationem eos ad huiusmodi inducentem, sed solum (causa orationis) idest ex quadam proteruia, uolentes huiusmodi rationes impossibiles sustinere propter seipsas, quia contraria earum demonstrari non possunt. Et horũ medela est argumentatio uel arguitio (quæ est in voce orationis & in nominibus) idest per hoc quòd ipsa uox orationis aliquid significat. Significatio autem orationis à significatione nominum dependet. Et sic oportet ad hoc principium redire, quòd nominá aliquid significant: sicut supra Philosophus usus est. Deinde cum dicit.

BESS. *Aduenit autem illis, qui dubitant, hæc opinio, à sensibilibus illa quidem, quia dicitur simul contradictoria & contraria esse, uidentibus ex eodem contraria fieri. si igitur non est possibile quod non est fieri, præextitit similiter utrunque ens. sicut & Anaxagoras omne in omni misceri ait, atque Democritus. etenim hic quoque uacuum & plenum, similiter in quacunque parte esse, atqui horum hoc quidem ens, hoc vero non ens esse.*

ANT. Par. 2. *Venit autem dubitantibus hæc opinio ex sensibilibus. Quæ quidem eius quòd simul contradictiones & contraria existere videntibus ex eodem facta contraria. Ergo si non contingit fieri non ens, præfuit similiter res ambo ens: ut & Anaxagoras mixtum omne in omni ait & Democritus. Etenim inane & plenum similiter secundum quãcunque existere partem, quamuis hoc quidem horum esse non ens, illud uero ens.*

Quia superius obuiauit super hoc ex significatione nominum, hic incipit obuiare dubitantibus soluẽdo eorum dubitationes. Et primo quantum ad illos, qui ponebant contradictoria esse simul uera. Secũdo quãtum ad illos qui ponebant omnia apparentia esse vera: ibi (Similiter autem) circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem quæ mouet quosdam ad concedendum contradictoria esse simul uera. Secundo soluit: ibi (Igitur ex his.) Dicit ergo ꝙ opinio de hoc quòd contradictio simul uerificetur, quibusdam uenit per modum dubitationis ex sensibilibus, in quibus apparet generatio & corruptio & motus. Videbatur. n. quòd ex aliquo uno fiebant contraria, sicut ex aqua fit & aer, qui est calidus, & terra, quæ est frigida. Sed omne quod fit, fit ex prius existente. Quod. n. non est, non contingit fieri, cum ex nihilo nihil fiat.

Lect. seq.

Par. seq.

Oportet ergo quòd res fuerit simul in se habens contradictionem, quia si ex uno & eodem fit calidum & frigidum, fit per cõsequens calidum & non calidum. Propter hanc autem rationem Anax. dixit quòd oĩa in omnibus miscentur. Ex hoc enim quòd uidebat quodlibet ex quolibet fieri, putabat quòd nihil posset fieri ex alio nisi ante fuisset ibi. Et huic rationi videtur acquieuisse Democritus. Posuit enim uacuum & plenum in qualibet parte corporis coniungi. Quæ quidem se habent sicut ens & non ens. Nam plenum se habet sicut ens. Vacuum uero sicut non ens. Deinde cum dicit.

BESS. Text. 20. *Ad illos itaque, qui ex his ita arbitrantur, dicemus quòd quodammodo quidem uere dicunt, quodammodo vero ignorant. ens namque dupliciter dicitur, quare aliquo modo quidẽ possibile est aliquid ex non ente fieri, aliquo vero modo, non est. simulq; idem ens & non ens esse, sed non secundum idem ens. potentia namque contingit, simul idem contraria esse, actu vero minime.*

ANT. Tex. c. 20. Par. 3. *Igitur ex his ad suscipientes dicemus, quia modo quodam recte dicunt, & modo quodam ignorant. Ens enim dupliciter dicitur. Est ergo quomodo contingit fieri aliquid ex non ente, est autem quomodo non. Vnde & simul idem esse ens & non ens, sed non secundum idem ens. Potentia namque contingit idem esse contraria, perfectio vero non.*

Soluit prædictam dubitationem dupliciter. Primo sic dicens quòd sicut dictum est, illis qui ex dubitatione opinantur prædicta inconuenientia, obuiandum est ad mentem. Igitur (ad suscipientes) idest, opinantes contradictoria simul uerificari, (ex his) idest prædicta ratione dicimus, quod quodammodo recte dicunt, & quodammodo ignorant quod dicunt, inconuenienter loquentes. ens enim dupliciter dicitur, Ens actu, & ens in potentia. Cum igitur dicunt quod ens non fit ex non ente, quodammodo uerum dicunt, & quodammodo non. Nam ens fit ex non ente actu, ente uero in potentia. Vnde etiam aliquo modo idem potest esse simul ens & non ens, & aliquo modo non potest. Contingit enim quod idem sit contraria in potentia, non tamen (perfecte) idest in actu. Sic enim tepidum est in potentia calidum & frigidum, neutrum tamen in actu.

Soluit modo tium anti quorum dupliciter.

Ens dupliciter.

BESS. *Itidem eos efflagitabimus aliam quoque substantiam entium existimare, cui neque motus, neque corruptio, neque omnino generatio insit.*

ANT. Part. 4. *Amplius autem dignificemus ipsos existimare & aliam substantiam esse entium, cui nec motus existit, nec corruptio, nec generatio omnino.*

Secundam solutionem ponit ibi, dicens, quod dignum ducimus, quod ipsi suscipiant uel opinẽtur aliquam substantiam esse cui nec insit motus, nec generatio nec corruptio, quod probatum est. 8. Physi. Tali autem substantiæ non poterit concludi ex ratione prædicta, quod insint contraria, quia ex ea non fit aliquid. Et hæc solutio uidetur procedere sm Platonicos, qui pp mutabilitatem sensibilium coacti sunt ponere ideas immobiles, s. de quibus dentur diffinitiones, & fiant demonstrationes, & certa scientia habeatur, quasi de his sensibilibus pp eorũ mutabilitatem & admixtionem contrarietatis in eis certa scientia esse non possit. Sed prima solutio sufficientior est.

tex. c. 5 g.

LECTIO XI.

Qua nam ratione aliqui existimauerunt, quæcunque apparent ita esse.

BESS. tex. 21. *Similiter autem ueritas in his quoque, quæ apparent, quibusdam ex sensibilibus aduenit. at enim, uerum non pluralitate neque paucitate, iudicari censẽ-*

censere debent. idem autem quibusdam gustantibus, dulce, quibusdam amarũ esse videtur. Quare si omnes ægrotarent, aut omnes insanirent, duo vero, vel tres sani, aut mentis compotes essent, hi vtique videri possent ægrotare, ac insanire, cæteri vero minimè. Item multis aliorum animalium contraria apparent quàm nobis, ac nostrum cuique nõ eadem ad seipsum semper secundum sensum apparent. Qualia igitur horum vera vel falsa, non est manifestum. nihilominus enim magis hęc quàm illa vera sunt: sed æqualiter, propter quod Democritus, aut nihil esse uerum, aut nobis ignotum ait.

A N T.
Tex.co.20.
Par.1.

Similiter autem & quæ circa apparentia veritas quibusdam ex sensibilibus venit. Verum enim non pluralitate iudicari putant oportere, nec paucitate. Idem vero his gustantibus dulce videtur, illis vero amarum. Quare si omnes laborauerint, aut omnes desipuerint, duo autem vel tres sani sint, aut intellectum habeant: hos quidem videri laborare & desipere, alios vero nõ. Amplius, autem multis aliorum animalium contraria videri, & nobis. Et ipsi autem unicuique ad seipsum non eadem secundum sensum semper videri. Quæ igitur horum vera aut falsa non manifestum. Nihil enim magis hæc quàm illa uera, sed similiter. Propter quod Democritus ait, aut nihil esse verum, aut nobis non manifestum.

Postquã Philosophus soluit dubitationem, ex qua inducebantur antiqui ad ponendum contradictoria simul esse uera. Hic remouet illa, ex quibus aliqui inducebantur ad ponendum omne, quod apparet esse verum. Diuiditur autem pars ista in duas. Primo ponit dubitationes, ex quibus aliqui mouebantur ad prędictam positionem ponendum. Secundo remouet dubitationes prædictas, ibi (Nos autem & ad hanc orationem.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationem eorum, ex qua mouebantur ad ponendum omne quod apparet esse verum. Secundo assignat causam prædictæ rationis. ibi (Omnino vero propter existimare.) Dicit ergo primo quòd sicut opinio quæ ponebat cõtradictoria simul esse vera, veniebat ex quibusdam sensibilibus, in quibus contingit contradictoria fieri ex aliquo vno. Similiter (& veritas quæ est circa apparentia) idest opinio de ueritate apparentium venit ex quibusdam sensibilibus, illis, scilicet qui non proteruientes, sed dubitantes in hanc positionem incidunt. Et hoc quia de eisdem sensibilibus inueniuntur contrarię opiniones diuersorum. Et hoc tripliciter. Primo quia quibusdam gustantibus videtur dulce, quod alijs videtur amarum esse. Et sic homines de omnibus sensibilibus contrariam opinionem habent. Secundo quia multa animalia contraria iudicant de sensibilibus nobis. Illud enim quod videtur sapidum boui uel asino, mali saporis ab homine iudicatur. Tertio quia idem homo in diuersis temporibus diuersimode iudicat de sensibilibus. Quod nũc videtur sibi dulce & sapidum, alio tempore sibi videtur amarum & insipidum. Nec potest assignari ratio certa per quam fiat manifestũ, quę opinionum istarum sit vera, aut quæ sit falsa, quia non magis vna earum videtur vera uni, quàm alteri altera. Ergo oportet quòd æqualiter sint veræ, uel æqualiter falsæ. Et ideo dixit Democritus, quòd aut nihil est determinate uerum in rebus, aut si quid est uerũ, non est nobis manifestum. Cognitionem enim rerum accipimus per sensus. Iudicium autem sensus non est certum, cum non semper eodem modo iudicet. Vnde nulla certitudo videtur nobis esse de ueritate, ut possimus dicere quòd hæc opinio determinate est uera, & contraria determinate est falsa. Sed quia posset aliquis dicere cõtra hanc opinionem, quòd aliqua regula potest sumi per quam discernitur inter cõtrarias opiniones, quæ earum sit uera, ut videlicet dicamus quòd illud est uerum iudicium de sensibilibus quod dant sani, non quod dant ægrotantes. Et de ueritate hoc est verum iudicium, quod dant sapientes & intelligentes, non autẽ quod dant insipientes vel stulti. Ideo in principio remouet istam responsionem per hoc, quòd iudicium certum de ueritate non conuenienter potest sumi ex multitudine & paucitate, ut scilicet dicatur esse verum quòd multis videtur, falsum autem quod videtur paucis, cum quandoque illud quod est pluribus opinabile, non sit simpliciter uerum. Sanitas autem & ægritudo, siue sapientia & stultitia, non videntur differre nisi secundum multitudinem & paucitatem. Si enim omnes uel plures essent tales quales sunt illi qui nunc reputantur desipientes uel stulti, illi reputarentur sapientes. Et qui nunc reputantur sapientes, reputarentur stulti. Et similiter est de sanitate & ægritudine. Non ergo credendum est magis iudicio sani & sapientis de falsitate & ueritate, quàm iudicio infirmi & insipientis.

Infra l. 13.

Infra lect. seq.

LECTIO XII.

Causas duas exponit, quibus antiquorum nonnulli rerum ueritatem in apparentia consistere crediderunt.

B E S S.

ET simpliciter propterea quòd sensum quidem prudentiam putant, hanc vero alterationem esse: quod secundum sensum apparet, necessario verum esse aiunt.

A N T.
Par.1.

Omnino vero propter existimare prudentiam quidẽ sensum, & hunc autem esse alterationem: quod videtur secundum sensum, ex necessitate uerum dicunt.

Ostendit causam prædictæ positionis, & primo ex parte sensus. Secundo ex parte sensibilium. ibi (Huius autem opinionis causa &c.) Circa primum tria facit. Primo ponit causam prædictæ positionis ex parte sensus. Secundo recitat diuersorũ opiniones, quę in hanc causam concordauerunt. ibi (Ex his Emp. &c.) Tertio inuehit contra eos. ibi (Quare grauissimum.) Dicit ergo primo, quòd antiqui hoc opinabantur, quòd prudentia siue sapientia uel scientia non esset nisi sensus. Non enim ponebant differentiam inter sensum & intellectum. Cognitio autem sensus fit per quandam alterationem sensus ad sensibilia: & ita quòd sensus aliquid sentiat, prouenit ex impressione rei sensibilis in sensum. Et sic semper cognitio sensus respondet naturæ rei sensibilis, vt uidetur. Oportet igitur secundum eos quòd illud, quod videtur secundum sensum, sit de necessitate uerum. Cum autem coniunxerimus quòd omnis cognitio est sensitiua, sequitur quòd omne quod alicui apparet quocũque modo, sit uerum. Hæc autem ratio non solum deficit in hoc, quod ponit sensum & intellectũ idem, sed & in hoc quod ponit iudicium sensus nunquã falli de sensibilibus. Fallitur enim de sensibilibus communibus & per accidens, licet nõ de sensibilibus proprijs, nisi forte ex indispositione organi. Nec oportet quamuis sensus alteretur à sensibilibus, quòd iudicium sensus sit uerum ex conditionibus rei sensibilis. Non enim oportet quòd actio agentis recipiatur in patiente secundum modum agentis, sed secundum modum patientis & recipientis. Et inde est quòd sensus non est quandoque dispositus ad recipiendum formam sensibilis secundum quòd est in ipso sensibili, quare aliter aliquando iudicat quã rei ueritas se habeat. Deinde cum dicit.

Par.4. huius lect.

Par. seq.
Part. 3.

B E S S.

Ex his enim & Empedocles, & Democritus, cæterorum quoque singuli, talibus opinionibus irretiti fuere. Empedocles etenim habitu mutato, prudentiam quoque mutari ait. ad præsens namque prudentia hominibus au-

[illegible] *getur.*

getur. In alijs quoque dicit, quatenus mutantur, eatenus semper etiam alr era sapere eis affuit. Parmenides quoque eodem afferit modo. vt enim cuiq; complexio membrorum flexibilium se habet, ita intellectus hominibus adest. idem nanque est, quod sapit membrorum natura hominibus, & omnibus, & omni, quod enim plus est, intelligentia est. Anaxagoræ autem sententia, ipsa quoque à quodam suorum necessariorum memoriæ tradita est. quòd talia eis entia erunt, qualia ea esse putarint. Homerum etiam talem aiunt opinionem habere uideri. quippe, qui faciat Hectorem, cum à vulnere insaniret, iacere, aliud sapientem, tanquam & insanientes saperent quidem, sed non eadem. Patet itaque quòd si vtraq; prudentia est, entia quoque simul ita & non ita se habent.

ANT. Part.2.

Ex his enim Empedocles & Democritus & aliorum, vt est verisimile dicere, vnusquisq; talibus opinionibus facti sunt rei. Etenim Empedocles, permutātes habitum permutare dicit prudentiam. Ad præsens enim consiliū augere hominibus. & in alijs dicit: quia quantum alteri transformati sunt, tantum ipsi & semper sapere altera affuit. Parmenides vero enuntiat eodem modo. Vt enim quicunque habuerunt membrorum complexionem multæ flexionis, & hominibus intellectus inest. Idē enim est quod quidem sapit natura membrorum hominibus et omnibus & omni. quod enim plus est, intelligentia. Anax. quoque pronuntiatione recordatur ad quosdam sociorū. Quia talia erant ipsis entia, qualia vtique existimauerunt. Dicunt autem & Homerum hanc habentem, quia fecit Hectorem tanquam in extasi fuerit à plaga iacere aliud sapientem: tanquam sapientes quidem & desipientes, sed non secundum eadem. Palam ergo quòd si utraque prudentiæ, & entia, simul sic & non sic se habent.

Recitat diuersorum opiniones assentientiū causis prædictis. Omnia aūt dicta eorum, quæ inducit tendunt ad duo. Quorum primum est, quòd intellectus sit idem cum sensu. Aliud est, quòd omne quod uidetur sit verum. Dicit ergo quòd ex prædictis rationibus Empedo. & Democritus & singuli aliorum sunt facti rei talibus opinionibus, vt (est dicere verisimile) idest sicut uerisimiliter coniecturare possumus ex eorum dictis. Dicit enim Empe. quòd illi, qui permutant {habitum} idest dispositionem corporis, permutant etiam prudentiam, quasi intellectus cuius est prudentia, sequatur habitudinem corporis, sicut & sensus. Nam prudētia crescit in hominibus {ad apparēs} idest per hoc quòd aliquid de nouo incipit apparere homini profectus scientiæ fit in homine. sed hoc fit p hoc quòd dispositio corporis uariatur. Alia translatio habet melius. {Ad præsens enim uoluntas vel consilium augetur hominibus, } quasi dicat, secundum dispositiones diuersas præsentes, noua consilia, siue nouæ uoluntates, siue nouæ prudentiæ hominibus augētur, quasi consilium siue uoluntas non sequatur aliquam uim intellectiuam in homine, quæ sit præter sensum, sed solam dispositionem corporis quæ uariatur secundum præsentiam diuersarum rerum. In alijs autem libris suis dicit Empe. quòd quantum ad alterationem transformat, idest secundum quantitatem qua homo transformatur in alteram dispositionem corporis: tanta eis est semper cura inquit, id est quòd tot curæ, siue solicitudines, seu prudentiæ hominibus adueniunt. Quod quidem est difficile. Alia translatio melius sic habet. {Quia quantumcunque mutati fiūt, intantum secundum ipsas semper sapere alia statutum est siue structum.} Vel ipsis astuit secundum aliam literam, quasi dicat, quòd quamumcunque homo mutatur in dispositione corporis, intantum semper alia sapientes, quasi alium intellectum & aliam sapientiam habens. Deinde ponit opinionem Parmenidis ad idē dicens, quòd Parmenides de rerum ueritate enuntiat eodem modo sicut Empedo. Dicit enim quòd sicut vnusquisq; habet dispositionem membrorum valde circunflexorum, uel {multæ flexionis} secūdum aliam literam, ita intellectus hominibus, quasi dicat, quòd in membris hominis est multa uarietas & circunuolutio ad hoc quòd talis membrorum dispositio adaptetur ad operationem intellectus, qui sequitur membrorum complexionem secundum eum. Ipse enim dicit quòd idem est {quod curauit} idest quod curam habet siue prudentiam de membris ex natura membrorum: & quod est {in omnibus) idest in singulis partibus uniuersi, & quòd est (in omni) idest in toto uniuerso. Sed tamen aliter nominatur in toto uniuerso, & in singulis partibus uniuersi, & etiam in homine. Et hoc in toto uniuerso, dicitur Deus. In singulis autem partibus uniuersi, dicitur natura. In homine autem, dicitur intellectus. Et sic hoc habet plus in homine quàm in alijs partibus uniuersi, quia in homine illa uirtus intelligit propter complexionem determinatam membrorum, non autem in alijs rebus. In quo etiam datur intelligi quòd intellectus sequitur complexionem corporis, & per consequens non differt à sensu. Alia translatio planius habet sic. Idem enim quod quidem sapit membrorum, non est in hominibus, & omnibus, & omnium. Plus enim est intellectus. Deinde ponit opin. Anaxag. qui pronuntiauit ad quosdā suos socios uel amicos reducendo eis ad memoriam, quia talia sunt eis entia, qualia suscipiunt siue opinantur. & hoc est secundum quòd in illis dictis philosophorum tangitur, scilicet quòd veritas sequatur opinionem. Deinde ponit opinionem Homeri, de quo dicunt, ꝙ videbatur eandem opinionem habere. Fecit enim in sua recitatione Hectorem iacere quasi in extasi à plaga sibi illata (aliud coniectantē) idest aliud cogitantem quàm prius, uel aliena sapiētem secundum aliam translationem scilicet ab his, quæ prius sapuerat, quasi coniectantē quidem & nō coniectantem, idest in illo strato, in quo iacebat percussus, esset sapiens & non sapiens: sed non quantum ad eadem, quia quantum ad illa, quæ tūc sibi videbantur sapiens erat, quantum autem ad illa quæ prius sapuerat, & iam sapere desierat, non erat sapiens. Alia translatio sic habet, Sapientes quidem & desipientes: quasi dicat, sicut fuit de Hectore qui sapiebat aliena post plagam: ita contingit & de alijs quod sunt simul sapientes & desipientes, non secundum eadem sed secundum diuersa. Ex omnibus autem prædictis philosophorum opinionibus concludit conclusionem intentam, scilicet quòd si utraque sint prudentiæ, scilicet secundum quas homo existimat contraria mutatus de una dispositione in aliam, quòd omne id quod existimatur sit uerum. Nō enim esset prudentia existimare falsum. Vnde sequitur quòd entia similiter se habeant sic & non sic. Deinde cum dicit.

BESS.

Quia ex re difficillimum quod sequitur est. si enim qui maxime possibile uerum viderent, hi autem sunt q̄ maxime illud quærunt, & amant, hi tales opiniones habent, & talem de veritate sententiam ferunt, quomodo non socordia illis sit, qui philosophari conantur, quam quærere ueritatem, non esset nisi volucres prosequi.

ANT. Par.3.

Quare & grauissimum accidens est. Nam si qui maxime contingens verum viderunt (hi autem sunt maxime quærentes ipsum & amantes) tales habent opiniones & talia enunciant de ueritate; quomodo non est dignum respuere philosophari conantes? Nam uolantia prosequi erit utique ueritatem inquirere.

Inuehit contra prædictos philosophos dicens, ꝙ gra-

grauissimum accidens est quod eis accidit. Nam si illi, qui maxime viderunt uerum inquantum cõtingit ab homine posse videri, scilicet prædicti philosophi, qui etiam sunt maxime quærẽtes & amantes uerum, tales opiniones & tales sententias protulerunt de ueritate, quomodo non est dignum prædictos philolophos dolere de hoc, quòd eorum studium frustratur, si ueritas inueniri non potest? Alia litera habet (Quomodo non est dignum relinquere uel respuere philosophari conantes) idest quòd homo non adhæreat his, qui uolunt philosophari, sed eos contemnat. Nam si nullum uerum potest ab homine de ueritate sciri, quærere ueritatem est quærere illud, quod non potest homo habere, sicut ille qui prosequitur uel fugat uolatilia. Quanto enim magis prosequitur, tanto magis ab eo elongatur. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 22. *Causa vero huius opinionis his fuit, quia veritatem quidem de entibus considerabant: entia vero sola arbitrati sunt sensibilia esse. In his autem, magna indeterminati natura inest, & eius, quod ita ens est, vt prædiximus. quare verisimiliter quidem, sed non uere dicunt. ita enim magis conuenit dicere, quàm vt Epicharmus in Xenophanem.*

ANT. Tex. c. 22. Par. 4. *Huius autem opinionis causa est, quia de entibus qui dem ueritatem intẽdebant: Entia vero putabant esse sensibilia solum. In his vero multa, indeterminati natura consistit, & quæ entis, sicut diximus. Propter quod decenter quidem dicunt; non vera autem dicunt. Sic enim congruit magis dicere, quàm sicut Epicharmus ad Xenophanem.*

Asignat causam præmissæ opinionis ex parte sensibilium, scilicet quæ causa prædictæ opinionis etiam ex parte sensibilium potiebatur. Nam cum sensibile sit prius sensu naturaliter, oportet quòd dispositio sensuum sequatur sensibilium dispositionem. Asignat autem ex parte sensibilium duplicem causam, quarũ secunda ponitur, ibi: (Amplius autem omnium &c.)

Par. seq. Dicit ergo primo quòd causa opinionis prædictorũ philosophorum fuit, quia cum ipsi intẽderent cognoscere ueritatem de entibus, & uideretur eis quòd sola sensibilia entia essent, totius ueritatis doctrinam iudicauerunt ex natura sensibilium rerum. In rebus autẽ sensibilibus multum est de natura infiniti siue indeterminati, quia in eis est materia, quæ quantum est de se nõ determinatur ad vnum, sed est in potentia ad multas formas, & est in eis natura entis similiter, ut diximus, uidelicet quòd esse rerum sensibilium non est determinatum, sed ad diuersa se habens. Vndè non est mirum si nõ determinatam cognitionem ingerit sensibus, sed huic sic, & alteri aliter. Et propter hoc prædicti philosophi decenter siue uerisimiliter loquuntur ratione prædicta: non tamen uerum dicunt in hoc quòd ponunt nihil determinatum esse in rebus sensibilibus. Nam licet materia quantum est de se, indeterminate se habeat ad multas formas, tamen per formã determinatur ad unum modum essendi. Vnde cum res cognoscantur per suam formam magis quàm per materiam, nõ est dicendum quòd non possit haberi de rebus aliqua determinata cognitio. Et tamen quia verisimilitudinem aliquam habet eorum opinio, magis congruit dicere sicut ipsi dicebant, quàm sicut dicit Epicharmus ad Xenophanem, qui forte dicebat omnia immobilia & necessaria esse, & per certitudinem sciri. Deinde cum dicit.

BESS. *Item cum hanc omnem naturam moueri uiderent, de eo autem, quod mutatur, nihil verificari, circa illud, quod omnino mutatur, nihil uerificari posse putabant. Ex hac enim existimatione, summa illa eorum opinio pullulauit, qui se Heraclitum sequi affirmabant, qualem & Cratilus habebat, qui tandem nihil putabat dicere oportere, sed solum digitum mouebat. & Heraclitum, quòd bis dixisset in eundem fluuium non esse intrare, reprehendebat. ipse enim existimabat, ne semel quidem.*

ANT. Par. 5. *Amplius autem omnem videntes hanc motam naturam, de permutante autem nihil uerum dicimus: circa vero omnino semper permutans, non contingere uerum dicere. Nam ex hac existimatione pullulauit opinio dictorum summa, quæ est dicentium heraclizare, & qualẽ Cratilus habuit, qui tandem opinatus est nihil oportere dicere, sed digitum mouebat solum, & Heraclitum increpauit dicentem, bis in eodem flumine non est intrare. Ipse enim existimauit nec semel.*

Ponit secundam causam ex parte sensibilium sumptam, dicens quòd philosophi viderunt omnem hanc naturam, scilicet sensibilem in motu esse. Viderunt etiam de permutante, idest de eo quòd mouetur, quòd nihil verum dicitur inquantũ mutatur. Quod enim mutatur de albedine in nigredinem, non est album nec nigrum inquantum mutatur. Et ideo si natura rerum sensibilium semper pmutatur, & (omnino) idest quantum ad omnia, ita quòd nihil in ea est fixum, non est aliquid determinate uerum dicere de ipsa. Et ita sequitur quòd ueritas opinionis uel propositionis non sequatur modum determinatum essendi in reb⁹, Sed potius id quod apparet cognoscenti, ut hoc sit esse verum unumquodq; quod est alicui apparere. Et quòd ista fuerit eorum ratio ex hoc patet. Nam ex hac susceptione opinione pullulauit opinio dictorũ philosophorum (summa uel extrema) idest quæ inuenit quid summum uel extremum huius sententiæ, quæ dicebat (heraclizare) idest sequi opinionem Heracliti, uel sequẽtium Heraclitum secundum aliam literam, idest qui dicebant se opinionem Heracliti sequi qui posuit omnia moueri, & per hoc nihil esse verum determinate. Et hãc opinionem habuit Cratilus, qui ad ultimum ad hanc dementiam deuenit, quòd opinatus est quòd non oportebat aliquid verbo dicere, sed ad exprimendum quod uolebat, mouebat solum digitum. Et hoc ideo, quia credebat quòd ueritas quam uolebat enuntiare primo transibat, quàm oratio finiretur, Breuiori autem spatio digitum mouebat. Iste autem Cratilus reprehendit, uel increpauit Heraclitum. Heraclitus enim dicit quòd non potest homo bis intrare in eodem flumine, quia antequam intret secundo, aqua quæ erat fluminis iam defluxerat. Iste autem existimauit, quòd nec semel potest homo intrare in eundem fluuium, quia ante etiam quàm semel intret, aqua fluminis defluit & superuenit alia. Et ita non solum etiam non potest homo bis loqui de re aliqua antequam dispositio mutetur, sed etiam nec semel.

LECTIO XIII.

Sensibilium mutationem in nullo prorsus eorum ueritati obstare sex rationibus ostendit.

BESS. *Nos autem ad hanc etiam rationem dicemus, quòd id quod mutatur, cum mutatur, habet aliquam ueritatem, non esse putare.*

ANT. Par. 1. *Nos autem et ad hanc rationem dicemus, quia permutans quando permutat, habet quandam ipsius ueram rationem non existimari esse.*

Disputat contra prædicta, & primo quantum ad hoc quod ponebant de mutabilitate rerum sensibilium. Secundo quantum ad hoc quod dicebatur de appa-

Lect. seq.

apparentia sensuum. ibi: {De ueritate uero quòd non est.} Circa primum ponit sex rationes, quarum prima talis est. Qui existimat non esse de eo quod non est, veram opinionem habet, & veram orationem profert si hoc enuntiat: sed quod mutatur dum mutatur nõ est, nec illud ad quod mutatur, nec illud ex quo mutatur: ergo aliquid uere potest dici de eo quod mutatur. Sic ergo possumus dicere contra prædictam rationem {uel orationem} idest opinionem dicentem quòd de eo quod mutatur nihil potest uerum dici, quia {permutãs} idest quod mutatur {quando permutat) idest quando permutatur habet quandam orationem uel rationem ueram (in eis) idest secũdum prædictorum opinionem (non existimari,) idest quod non existimetur aliquid ei inesse.

BESS. *Quanquam etiam ambiguum est: abijciens enim hẽt aliquid eius; quod abijcit. ac necesse est, aliquid etiã eius, quod fit, esse. & simpliciter si corrumpitur, erit aliquid ens. & si fit, necesse est esse, ex quo fit, & à quo generatur, & hoc non esse in infinitum.*

ANT. Part. 2. *Est etiam dubitatio. Abijciens enim, habet aliquid eius quod abijcitur: & eius quod fit, iam necesse aliquid esse. Omninoque si corrumpitur, existet aliquid ens. Et si fit, ex quo fit, & à quo generatur necesse est esse: & hoc non esse in infinitum.*

Secundam rationem ponit, quæ talis est. Oẽ quod permutatur, habet iam aliquid de termino ad quem permutatur, quia quod mutatur dũ mutatur partim est in termino ad quem, & partim in termino à quo, ut probatur in 6. Physico. uel secũdum aliam literam (abijciens hẽt aliquid eius quod abijcitur.) Et ex hoc datur intelligi, quòd in eo quòd mouetur, sit aliquid de termino à quo: quia quandiu aliquid mouetur, tandiu terminus à quo abijcitur. non autem abijceretur nisi aliquid eius inesset subiecto mobili. Et eius quod fit necesse est iam aliquid esse, quia omne quod fit fiebat, vt probatur. 6. Phys. Patet etiam, quòd si aliquid corrumpitur, quòd adhuc aliquid sit, quia si omnino non esset, iam esset omnino in corruptum esse, & non in corrumpi. Similiter autem si aliquid generatur, oportet quòd sit materia ex qua generatur, & agens à quo generatur. Hoc autem non est possibile procedere in infinitum, quia ut probatur in secundo, nec in causis materialibus, nec in agentibus in infinitum procedit ur. Sic igitur est magna dubitatio contra eos, qui dicunt, quòd de eo, quod mouetur, nihil potest vere dici, tum quia in eo quod mouetur & generatur est aliquid de termino ad quem: tum quia in omni generatione & motu oportet ponere aliquid ingenitum & immobile ex parte materiæ & agentis.

Tex. con. 7. & 87. — tex. c. 32. — tex. c. 5. & inde.

BESS. *Sed his omissis, illa dicamus. quod non est idem secundum quantitatem, & secundum qualitatem transmutari. detur itaque non permanere secundum quantitatem, attamen secundum formam omnia cognoscimus.*

ANT. Par. 3. *Sed hæc prætermittentes ita dicamus, quia non idem est permutans secundum quantitatem & secundum qualitatem. Secundum quantitatem igitur sit idem non manens. Sed secundum speciem omnia cognoscimus.*

Tertiam rationem ponit. & hęc ratio contradicit eis quantum ad causam, ex qua opinionem sumpserunt, quia omnia sensibilia semper mouentur. Moti enim sunt ad hoc dicendum ex his, quæ augentur. Viderũt enim quòd aliquid per vnum annum crescit secundum modicam quãtitatem, & crediderunt quòd motus augmenti esset continuus, ita quòd quantitas, secundum quam attenditur augmentum, diuideretur proportionaliter secũdum partes temporis, ita quòd in qualibet parte fieret augmentum alicuius quantitatis, cuius proportio esset ad totam quantitatem, sicut proportio partis temporis ad totum tempus. Vnde cum iste motus sit insensibilis, existimauerunt similiter quòd ea, quæ videntur quiescere, mouentur, sed motu insensibili. Dicit ergo contra illos quòd prętermissis illis, quę dicta sunt, patet quòd non est idem motus secundum quantitatem, & secundum qualitatem uel formam. Et quamuis cõcedatur eis quòd motus secundum quantitatem sit continuus in rebus, & quòd omnia hoc motu semper insensibiliter moueantur, tamen secundum qualitatem uel formam, non oportet quòd propter hoc semper omnia moueantur. Et ita poterit haberi cognitio de rebus determinata, quia res magis cognoscũtur per suam speciem quam per suam quantitatem.

BESS. Tex. 25.

Item dignum est reprehendere eos, qui ita arbitrantur, quoniam cum et ipsorum sensibilium pauciora numero se habere viderent, de toto tamen cælo similiter senserut. hic enim, qui circa nos est, solum sensibilium locus, in corruptione & generatione est, qui nulla (vt ita dicam) uniuersi pars est. unde iustius fuisset propter illa, ista etiam absoluisse, quàm propter ista, illa condẽnasse.

ANT. Par. 4. *Amplius autem dignum increpare sic existimantes, quòd sensibilium in minoribus numerum scientes sic habentem, de cęlo toto similiter enuntiauerunt. Nam circa nos sensibilis locus in generatione & corruptione perseuerat solum ens. Sed iste vt ita dicã nulla pars est omnis. Quare iustius utique propter illa hac reueriti fuissent: quare propter hoc de illis errauerunt.*

Quartam rationem ponit dicens, quòd dignũ est renuere siue increpare (sic existimantes) idest opinantes, scilicet quòd omnia sensibilia sunt semper in motu, propter hoc quòd paucorum sensibilium numerum inueniunt sic se habentem, cum tamen plura sensibilia immobilia sint, nisi quantum ad motum localem. Cõstat enim quòd sola sensibilia quæ sunt hic circa nos in sphæra actiuorum & passiuorum sunt in generatione & corruptione. Huiusmodi autem locus est quasi nihil respectu vniuersi. Nam tota terra non habet sensibilem quãtitatem respectu supremæ sphæræ. Ideo se habet ad eam sicut centrum, sicut astrologi probant per hoc quòd semper sex signa zodiaci super terram apparent. Quod non esset si terra aliquam partem cęli sensu notabilem à nobis occultaret. Stultum enim fuit de tota natura sensibili indicare propter illa pauciora, immo tolerabilius fuisset quod tota natura sensibilis fuisset dijudicata secundum motum cælestium corporum, quæ multum excedunt alia in quantitate.

BESS. *Item manifestum est, quòd et ad istos eadem dicemus, quæ olim dicta sunt. quòd enim est immobilis quædam natura. ostendendum, & persuadendum est eis.*

ANT. Par. 5. *Amplius autem palam quia ad hos eadem olim dictis dicemus. Quod enim est immobilis natura quædam, ostẽdendum ipsis, & credendum est eis.*

Quintam rationem ponit dicens, quòd contra hæc dicenda sunt ea quæ supra dicta in hoc eodem libro scilicet quòd sit quædam (natura immobilis,) scilicet natura primi motoris, ut probatum est in 8. Phy. Et hoc est dicendum contra eos, & ipsi debent hoc credere, sicut alibi probatum est. Et ideo non est uerum, quòd omnia sint semper in motu, & quòd nihil uere de aliquo possit dici.

Tex. c. 45.

BESS. *At accidit eis, qui simul dicunt esse, & non esse, magis dicere quiescere cuncta, quàm moueri. non enim est, in quo quicquam moueretur, nam omnia omnibus insunt.*

ANT. Par. 6. *Et etiam contingit simul dicentibus esse & non esse, quiescere magis dicere omnia quã moueri. Non est enim ĩ quod aliquid permutetur. Nam omnia insunt omnibus.*

Sextam rõnem ponit dicens, ꝙ illa positio, qua ponunt oĩa moueri, repugnat primæ eorum positioni, qua ponuntur contrad. ctoria simul uerificari de eodem, qa si aliquid simul est & non est, magis sequitur ꝙ oĩa quiescant q̃ quòd oĩa moueantur. nihil.n. permutatur ad hoc quod iam inest ei, sicut quod iam est album non mutatur ad albedinem. Si aũt idem contingit simul esse & non esse, omnia insunt omnibus, ut supra probatum est, quia omnia sunt unum. Et ita non erit in quod possit aliquid permutari.

Tex. c. 15.

LECTIO XIIII.

Septem rationibus probat uerum ueritatem in apparentia non consistere.

BESS. *De ueritate vero, quòd non omne, quod apparet, uerum sit, primo quidem neque sensus proprij fallax est, sed imaginatio non est idem, quod sensus.*

ANT. Tex. co. 24. Par. 1. *De ueritate autem, quòd non omne apparens uerum: primum quidem, quia neque sensus falsus proprij est: sed phantasia non idem sensui.*

Hic incipit procedere contra ipsam rõnem de ueritate apparentium, & circa hoc duo facit. Primo improbat hanc opinionem. Secundo inducit conclusionem intentam, ibi: Igitur quia cunctorum. Circa primum duo facit. Primo disputat contra illos, qui prædictam põnem pp aliquam rationem uel dubitationem posuerunt. Scđo contra prouenientes, ibi: Sunt autem quidam. Circa primum ponit septem rõnes. circa primam sic dicit. Ostensum est, ꝙ non oĩa sunt mutabilia, sed de ueritate quòd non omne apparens sit uerum, ista cõsideranda sunt: quorum primum est ꝙ sensus non est proprie causa falsitatis, sed phantasia, q̃ non est idem sensui: quasi dicat, diuersitas iudiciorũ, quæ datur de sensibilibus non peruenit ex sensu, sed ex phantasia, ad quam propter aliquod impedimentum naturæ proueniunt deceptiones sensuum. Phantasia autem non est eadem sensui, ut probatur tertio de anima, sed est motus factus à sensu secũdum actũ. Vnde quòd ipsi attribuerunt sensui istam diuersitatẽ iudiciorum, per quam unus iudicatur falsum sentire de hoc, de quo alius uerum sentit, non conuenienter faciunt. Alia translatio melius habet (Et primum quidem quia nec sensus falsus proprijs est. Sed phantasia nõ idem est sensui) quasi dicat, quòd nullus sensus de proprio obiecto decipitur, sicut uisus non decipitur de coloribus. Ex quo patet quòd iudicium sensus de sensibili proprio est determinatum. Vnde oportet de terminatam ueritatem esse in rebus. Et si obijciatur quòd aliquando ẽt circa sensibilia propria error accidit, rñdet quòd hoc non est ex sensu, sed ex phantasia per cuius indispositionem aliquãdo contingit quòd id quod per sensum accipitur, aliter ad ipsam perueniat quàm sensu percipiatur, sicut patet in phreneticis in quibus organum phantasiæ est læsum.

Infra l. 15. Par. 5. Lect. seq. Par. 1. Tex. c. 63.

BESS. *Deinde admiratione dignum est, si hoc dubitant, utrum tantæ sint magnitudines, talesque colores, quales eminus, an quales cominus apparent. & utrum qualia sanis, an qualia ægrotantibus. & grauiora utrum qualia debilibus, an qualia robustis. & uera, utrum qualia dormiẽtibus, an qualia uigilantibus. Quod.n. non arbitrantur, patet. nemo etenim si noctu existimet se Athenis esse, cum in Libya sit, ad Ariopagum uadit.*

ANT. Par. 2. *Deinde dignum mirari si hoc dubitatur, utrum tantæ sunt magnitudines, & colores tales quales à remotis ui dentur, aut quales de prope: & utrum qualia sanis, aut qualia laborantibus. Et grauiora, utru qualia debilibus, aut qualia robustis. Et uera, utrum qualia dormiẽtibus, aut qualia uigilantibus. Quod quidem enim non putant palam. Nullus ergo si putauerit se de nocte Athenis esse ens in Libya, uadit ad Lycium.*

Secũdam rationem ponit, circa quam sic dicit. Dignum est admirari si aliqui de hoc (quærunt) uel (dubitant) ẽm aliam literam, utrum magnitudines tales sint quales uidentur à remotis, uel quales uidentur à propinquis. Quasi enim per se uerum est quòd sensus propinquas magnitudines iudicat tales esse, quales sunt, remotas autem minores quàm sint, quia quòd à remotiori uĩ, uĩ minus, ut in perspectiua probatur. Et simile est si quis dubitat utrum colores sint tales quales uidentur à remotis, uel quales uidẽtur à propinqs. Constat.n. quòd uirtus agentis quanto plus in remotis porrigitur in agendo, tanto deficientior eius inuenitur effectus. Ignis.n. minus calefacit, quæ distant, q̃ quæ sunt propinqua. Vnde & color corporis perfectę sensitiuĩ nõ ita immutat perfecte in remoto, ut in ꝓpinquo diaphanũ. Et pp hoc uerius est iudicium sensus de coloribus sensibilibus in ꝓpinquo quàm in remoto. Et simile est & si quis dubitat utrum aliqua talia sint qualia uidentur (laborantibus), i. infirmis. Sani enim habent organa sensuum bene disposita, & ideo spẽs sensibilium in eis recipiuntur prout sunt, & pp hoc uerum est iudicium sanorum de sensibilibus. Organa uero infirmorum sunt indisposita. Vñ non conuenienter immutantur à sensibilibus. Et pp hoc eorum iudicium de eis nõ est rectum, ut patet in gustu cuius organum quia ĩ infirmis corruptis humoribus est infectum, ea q̃ sunt boni saporis eis insipida uidentur. Et simile iterum est utrũ pondera sint ita grauia sicut uidentur debilibus, uel sicut uidentur robustis. Cõstat.n. quòd robusti de ponderibus iudicant ẽm quod sunt. Non aũt ita est in debilibus in quibus difficultas ad sustinendum pondus, non solum prouenit ex magnitudine ponderis, quemadmodum in robustis, sed ẽt ex paucitate uirtutis. Vnde ẽt parua põdera eis magna uidentur. Simile est si aliqui dubitant utrum ueritas sic se habeat sicut uĩ dormientibus aut sicut uĩ uigilantibus. In dormientibus.n. ligati sunt sensus, & ita iudicium eorum de sensibilibus non potest esse liberum, sicut est iudicium uigilantium, quorum sensus sunt soluti. Supra autem dictum est quòd mirandum est si dubitant, quia ex eorum actibus apparet quòd non dubitant, nec existimant omnia prædicta iudicia æqualiter esse uera. Si enim aliquis existens in Libya in somnis uideat se esse Athenis, uel aliquis existẽs Parisijs uideat se esse in Vngaria in somnis, à somno surgens non talia operatur, qualia operaretur si in uigilia hoc perciperet. Iret enim ad odion, idest ad locum quendam qui est Athenis, si in uigilia se Athenis esse uideret, quod non facit si hoc somniauit. Ergo patet quòd nõ putat similiter esse uerum, quod uidetur dormienti & uigilanti. Similiter potest argui de alijs quæstionibus pđictis. Licet enim oretenus de talibus quærant, tamen de eis in mente non dubitant. Vnde patet rationem esse nullam, qua ponebant omne quod uidetur esse uerum. Hoc enim ponebant, quia diuersa rum opinionum non potest accipi quæ uerior sit, sicut supra dictum est.

Licium. i Odiõ græce quod est locus ubi cãtant clerici.

BESS. *Item de futuro (ut Plato quoque ait) non est profecto similiter certa medici, & ignari opinio. ut puta, de futuro sano, aut non futuro.*

ANT. Part. 3. *Amplius autem de futuro, ut & Plato dicit, nequaquam similiter propria medici opinio & ignorantis, uelut de futuro sanum fore, aut non futuro.*

Tertiam rõnem ponit dicẽs ꝙ de futuris, sicut Plato dicebat, non similiter {est propria} .i. principalis firma & uera & digna credi opinio medici, & ignorantis medicinam, sicut de hoc futuro quod est infirmatum sanari uel non sanari. Nam medicus, qui scit cãm sanitatis potest aliqua signa sanitatis futuræ præscire, quę nescit artis medicinalis ignarus. Vnde patet quòd stulta est opinio, qua creditur omnes opiniones æqualiter esse ueràs.

BESS. Tex. 25.

Item ipsismet sensibus, non est similiter certus, qui alieni est, & qui proprij: nec illius, qui propè est, & ipsiusmet, sed de colore quidem visus, non gustus, de sapore gustus, & non visus.

ANT. Tex. c. 25. Par. 4.

Amplius autem & non similiter in sensibilibus propria alicui & proprij, aut propinqui & eius quod ipsius. Et de coloribus quidem visus non gustus de chymis uero, idest humoribus uel cibis gustus sed non uisus.

Quartam rõnem ponit, quia in sensibilibus non similiter {est propria} idest uera & credibilis iudicatio sensus de alieno sensibili, & de proprio. Sicut visus nõ similiter iudicat de coloribus & gustus. Sed credendũ est de coloribus iudicio uisus. (Et de chymis,) idest saporibus iudicio gustus. Vnde si uisus iudicet aliquid dulce esse, & gustus percipit idem esse amarum, credẽdum est magis gustui quàm uisui. Et similiter ẽt non est æqualis ponder s iudicium sensus de proprio sensibili, & de eo quod est proprio propinquum. Propinqua autem proprijs sensibilibus hic dicuntur sensibilia cõia, ut magnitudo, numerus, & hmõdi, circa quæ magis decipitur sensus q̃ circa sensibilia ꝓpria, minus tamen quàm circa sensibilia alterius sensus, uel circa ea quæ sunt sensibilia per accidens. Et ita patet quòd stultum est dicere omnia iudicia æqualiter esse uera.

BESS.

Quorum nullus unquam ait eodem tempore circa idẽ simul ita, & non ita se habere. At nec in alio tempore circa passionem dubitarint, sed circa illud, cui passio accidit. dico autem ueluti idem quidem vinum, aut ipsum mutatum, aut corpore mutato, uideri possit quandoque dulcee, quandoque non dulce, sed non ipsum dulce, cum quale est sit, vnquam mutatum est, sed semper uerificatur de eo. & quod futurum est dulce, necessario tale est.

ANT. Par. 5.

Quorum unusquisque in eodem tempore, circa idem nunquam dicit ita & non ita simul habere. Sed nec in altero tempore circa passionem dubitauit, sed circa id cui accidit passio. Dico autem, puta idem quidem videbitur vinum, aut mutatum vinum, aut corpore mutato, quandoque quidem dulce esse, quãdoque autem non dulce. Sed quod non dulce, quale est quando fuerit, nunquam mutauit: sed semper de ipso uerum dicit, & est ex necessitate existens tale dulce.

Quintam rationem ponit dicens, ꝙ nullus sensus in eodem tpe simul dicit circa idem ita se habere & non habere. In eodem .n. tempore non dicit uisus aliquid esse album & non album, nec bicubitum & non bicubitum, nec dulce & non dulce. Sed quamuis in diuersis temporibus, uideatur iudicium sensus opposita de eodem iudicare, nunquam tamen dubitatio accidit ex iudicio circa passionem ipsam sensibilem, sed circa passionis subiectum. uerbi gratia, de eodem subiecto, scilicet uino, gustui quandoque videtur quod est dulce, & quandoque quod non est dulce. Quod ꝓuenit uel propter mutationem corporis sensibilis, uel instrumenti quod est infectum amaris humoribus. Et sic quicquid gustat ei non dulce uidetur, uel propter mutationem ipsius uini. Sed nũquam gustus mutat iudicium suum quin ipsam dulcedinem talem iudicet esse qualem perpendit in dulci, quando iudicauit eam esse dulcem, sed de ipsa dulcedine semper uerum dicit, & semper eodem modo. Vnde si iudicium sensus est uerum, sicut ipsi ponunt, sequitur etiam ꝙ natura dulcis ex necessitate sit talis, & sic aliquid erit determinate uerum in rebus. Sequitur etiam ꝙ nunquam affirmatio uel negatio sunt simul uera, quia nunquam sensus simul dicit aliquid esse dulce & non dulce, ut dictum est.

BESS.

Attamen omnes illæ orationes hoc perimunt. & quẽadmodum substantiam non esse ullius, ita nec quicquam necessario esse. necessarium enim non contingit aliter, & aliter se habere. Quare, si quid necessario est, non ita, & non ita habebit.

ANT. Par. 6. Necessarium quid sit.

Quamuis & hoc hæ rationes omnes auferunt, quemadmodum & substantiam non esse nullius, ita nec ex necessitate nihil. Necessarium enim quod nõ contingit aliter & aliter se habere. Quare & si quidem ex necessitate, non habebit ita & non ita.

Tex. c. 13.

Sextam rationem ponit dicens, ꝙ prædictæ rationes omnes uel opiniones sicut auferunt omnia substãtialia prædicata, ut supra ostensum est, ita auferunt omnia prædicata necessaria. Sequitur enim quod nihil de altero pręedicatur substantialiter aut necessario. Et ꝙ non substantialiter, ex supra dictis patet. Quod aũt non necessario sic probatur, quia necessarium est, quod non contingit aliter se habere. Si ergo omne quod est, est sic uel aliter secundum eos qui dicunt cõtradictoria simul esse uera, & oppositas opiniones, sequetur quòd nihil sit necessarium in rebus.

BESS.

Et simpliciter, si sensibile solum esset, nihil esset profectò, cum animata non essent: sensus nanque non esset. neque sensibilia. itaque neque sensiones esse fortassis uerũ esset, sentientis .n. hæc passio est. ipsa subiecta, quæ sensum faciunt, non esse etiam absque sensu, hoc impossibile est. Sensus nanque non ipse est suipsius, sed est aliquid aliud etiam præter sensum, quod necesse est prius sensu esse: mouens enim natura prius est moto. & si ad se inuicem dicuntur hæc ipsa, nihil minus.

ANT. Par. 7.

Et ex toto si est actu sensibile solum, nihil utique erit solum non existentibus animatis. Sensus enim non erit. Neque quidem igitur sensibilia esse, & neq; sensationes forsan uerum. Sẽtientis enim passio hæc est. Subiecta uero non esse quę sensum faciunt, & sine sensu impossibile. Non enim sensus suimet est, sed aliquid alterum præter sensum, quod prius esse sensu necesse est. Mouens enim moto prius est natura. Et utique si adinuicem dicantur hæc ipsa, nihil minus.

Septimam rõnem ponit dicens. Si oẽ apparens est uerũ, nec aliquid est verum nisi ex hoc ipso quod est apparens sensui, sequitur ꝙ nihil est nisi inquantum sensibile est in actu. Sed si solum sic aliquid est, s. inquantum est sensibile, sequetur ꝙ nihil sit si non erũt sensus. Et per cõsequens si non erunt animata uel animalia. Hoc aũt est impossibile. Nam hoc põt esse uerũ ꝙ sensibilia inquantum sensibilia non sunt, i. si accipiantur prout sunt sensibilia in actu, ꝙ non sunt sine sensibus. Sũt .n. sensibilia in actu ſm quòd sunt in sensu. Et secundum hoc omne sensibile in actu est quædam passio sentientis, quæ nõ potest esse si sentientia non sunt. Sed quòd ipsa sensibilia quæ faciunt hanc passionem in sensu nõ sint, hoc est impossibile. Quod sic patet. Remoto enim posteriori non remouetur prius, sed res faciens passiones in sensu nõ est ipsemet sensus, quia sensus non est suimet, sed alterius, quod oportet esse prius sensu naturaliter, sicut mouens moto naturaliter est prius. Visus enim non uidet se sed colorem. Et si contra hoc dicatur quòd sensibile & sen-

sensus sunt relatiua adinuicem dicta, & ita simul natura, & interempto uno interimitur aliud, nihilominus sequitur propositum, quia sensibile in potentia non dicitur relatiue ad sensum quasi ad ipsum referatur, sed quia sensus refertur ad ipsum, ut in quinto huius habetur. Patet igitur quod impossibile est dici quòd ex hoc sunt aliqua uera, quia sensui apparent. Quod ponunt isti qui ponunt omnia apparentia esse vera, ut ex prædictis patet.

LECTIO XV.

Eos euincit, qui mentis pertinacia contradictoria simul ex apparenti uerificari putauerunt: contraria item simul in eodem esse non posse asserit.

BESS. Tex. 16.

SVnt autem quidam eorum, quibus de his persuasum est, quique has orationes solum dicunt, qui dubitant quærunt etenim, quis eum, qui sanus est, & omnino qui circa singula recte iudicarit, examinet. Tales autem dubitationes similes sunt, ac si quis dubitaret, utrum dormimus nunc, ac vigilamus. tales nanque cuncta dubitationes idem possunt. de omnibus etenim hi dignum ducunt rationem esse. principium nanque (& hoc per demonstrationem) accipere quærunt. Quòd autem non est eis persuasum, ex eorum actionibus manifeste apparet: sed, ut diximus, iste eorum affectus est. rationem nanque eorum quærunt, quorum non est ratio. demonstrationis enim principium non est demonstratio. His quidem facile hoc persuadebitur. non enim est difficile perceptu.

ANT. tex. c. 16. Par. 1.

Sunt autem quidam qui dubitant, huiusmodi persuasorum, & has rationes solum dicentium. Quærunt enim quis qui iudicat sanū, et oīno circa singula recte iudicantē. Tales vero dubitationes similes sūt dubitationi, utrū dormimus nunc, aut uigilamus? Possunt autem omnes dubitationes tales idem. Omnium enim rationem hi dignificant esse. Principium enim quærunt, & hoc per demonstrationem accipere. Quādoque uero quòd non persuasi sunt, manifeste sunt in actibus. Sed secundum quòd quidem diximus, hæc eorum passio est. Rationem enim quærunt, quorum non est ratio. Demonstrationis enim principium non est demonstratio. Hi quidem utique facile hoc credent. Est enim non difficile sumere.

Disputat contra illos, qui prædictam rationē non ex ratione, sed ex pertinacia susceperunt, & circa hoc duo facit. Primo ponit qualiter isti mouentur ad hāc opinionem ponendam. Secundo ostendit qualiter est resistendum, ibi: (Qui uero uim in solo uerbo &c.) Dicit ergo primo, quòd præter prædictos qui in prædictam opinionem ex quibusdam dubitationibus inciderunt, sunt aliqui qui interrogāt (persuasos in his) scilicet opinionibus, idest deceptos, ut eos in deceptione detineant, & has solas rationes habent ad suam opinionem confirmandam. Alia translatio habet. Sūt autem quidam qui deficiunt siue dubitant huiusmodi persuasorum has rationes solum dicentium. Et est sensus, quod quidam deceptorū, qui prædictam opinionem tenent, has solas dubitationes tenent, & his rationibus utuntur, quæ infra dicentur. Si enim dicatur eis quod inter cōtrarias opiniones credendum est magis sanis quàm infirmis, & sapientibus quàm ignorantibus, & uigilantibus quàm dormientibus, ipsi iterato quærunt quomodo posśit diiudicari sanus per certitudinem ab infirmo, & uigilans à dormiente, & sapiēs à stulto: & breuiter in oībus diuersitatibus opinionū quō potest discerni quis illorum iudicat recte in omnibus, cum quibusdam uideatur aliquis esse sapiens, qui alijs uī stultus, & sic de alijs? Sed istæ dubitationes stultæ sunt. Similes.n. sunt illi dubitationi, qua dubitatur, utrum nunc dormiamus, an uigilemus. horum enim oīum distinctio per se non est. Oēs autem dubitationes prędictę idem ualent, quia ex eadem radice procedunt. Volunt.n. isti sophistæ quod oīum pōt accipi rōnes demonstratiuæ. Patet.n. quod ipsi quærebant accipere aliquod principium, qđ esset eis quasi regula ad discernendum inter infirmum & sanum, inter uigilātem & dormientem. Nec erant contenti istam regulam quasitercunq; scire, sed eam uolebant per demonstrationem accipere. Ergo quod ipsi decepti sunt, manifestū est in eorum actibus ſm quòd diximus. Ex quibus apparet quòd positio eorum sit falsa. Nam si æqualiter efficax esset iudicium dormientis & uigilantis, eadem sequerentur in actibus hominum ex utroque iudicio, quod patet esse falsum. Alia litera hēt. Quandoq; uero quòd non persuasi sunt. & est ista conuenientior præmissis. Ipsi.n. licet hoc ponant & oretenus quærant, non tū mente in hoc decipiuntur quod credant similiter esse uerum iudicium dormiētis & uigilantis, quod ex eorum actibus patet, ut dictum est. Sed quamuis non sint decepti ut in hoc dubitēt, hæc tū est passio eorū) idest infirmitas metis quod qrunt rōnem demonstratiuā eorum quorum non est demonstratio. Nam (principium demonstrationis non est) demonstratio, i. de eo demōstratio esse non pōt. Et hoc est eis facile ad credendum, quia non est hoc difficile sumere etiam per demōstrationem. Rō.n. demonstratiua probat quod non omnia demonstrari possunt, quia sic esset abire in infinitum. Deinde cum dicit.

BESS.

Qui uero in oratione solum uim quærunt, impossibile quærunt. contraria nanque dicere dignum censent, mox contraria dicentes.

ANT. Par. 2.

Qui uero uim in solo verbo quærunt, impossibile quærunt. Contraria nanque dicere dignificant statim contraria dicentes.

Disputat contra istos vel contra alios, qui nec hac rōne mouentur ad ponendum oīa apparentia esse uera, quia non pōt per demonstrationem accipi regula, per quam certitudinaliter posśit discerni inter iudicantes uere & non uere, sed solum ex quadam potentia rōnem prædictam ponunt. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quòd tales proteruientes tendant ducere ad impossibile. Secundo qualiter resistendum est eis apparenter, ibi: (Verum si non omnia.) Tertio qualiter eis obuiandum est ſm ueritatem, ibi: (Et sicut prędictum est &c.) Dicit ergo primo quòd illi, qui quærunt (uim in solo uerbo), i. qui non mouentur ex aliqua rōne, nec pp difficultatem alicuius dubitationis, nec propter defectum demonstrationis, sed solū uerbis innituntur, & credūt quòd oīa possunt dicere quæ improbari non possunt, isti tales quærunt ducere ad aliquod imposśibile. Volunt.n. ad hoc ducere, quod contraria sint simul uera, per hoc quod omnia apparentia sunt uera. Deinde cum dicit,

Par. seq. part. 4. huius. lect.

BESS.

Si autem non sunt oīa ad aliquid, sed quædam ipsa per seipsa sunt, non erit utiq; verum omne, quod apparet. apparens enim alicui est apparens, quare qui dicit omnia uera, quæ apparēt esse, omnia entia facit ad aliquid. Quare obseruandum est his, qui uim in oratione quærunt, simulq; reddere orationes dignum ducunt, quod non quod apparet est, sed quod apparet, cui apparet, & quando apparet & quatenus, & quomodo. Quòd si reddant quidem orationem, nō tamen ita reddant, accidet eis quā primum contraria dicere, potest etenim eidem secundum visum quidem mel apparere, gustu autem non. & cum oculi duo sint, si sint dissimiles, non eadem utrique visui. Cæterum ad eos, qui propter olim dictas causas,

quod apparet verum esse dicunt, & ob hoc omnia similiter esse falsa, & uera, nec sanè omnibus eadem apparere, nec eidem semper eadem, sed plerunque contraria, etiam eodem tempore. tactus etenim duo dicit in digitorum uariatione, uisus autem unum: sed neq; eodem sensu, & secundum idem, & eodem modo, & in eodem tempore. Quare hoc esset verum profectò. Sed ob hoc fortassis his, qui non propter dubitationem, sed orationum gratia dicunt, necesse est dicere, quòd hoc non sit verū, sed huic verum.

A N T. Part. 3.

Verum si non omnia sunt ad aliquid, sed quædam secundum se, non erit utique omne quod apparet verum. nam quod apparet, alicui apparet. Quare qui omnia, quę apparēt esse, uera dicit, omnia quæ sunt facit ad aliquid. Propter quod & obseruandum vim in sermone quærentibus, simul autem & sustinere sermonem dignificantibus, quòd non quod apparet, est, sed quod apparet, cui apparet, & quandò apparet, inquantum, & vt. Si autem sustineant quidem sermonem, non sit autem sustineant, accidet ipsis contraria cito dicere. contingit enim secundū visum eisdem mel apparere, gustu vero nō. Et oculis duobus existentibus non eadem vtrique visui, si sunt dissimiles. Quoniam ad dicentes propter iam dictas causas quod apparet verū esse, & propter hoc similiter omnia esse uera & falsa. neque enim omnibus eadem apparere contingit. Nec enim accident semper eadem, sed multoties contraria secundum idem tempus. Tactus enim duo dicit in digitorum varietate & visus vnum: aut nullatēnus idem & secundum idem sensui, & similiter, & in eodem tempore:

Tex. co. 47.

Quare hoc vtique erit verum. Sed forsan ideo erat necesse dicere, non propter dubitationem, sed orationis causa dicentibus: quia hoc non est uerum, sed huic verum.

Docet ex eorum positione eis resistere, & p̄dictū incōueniens euitare dicens, ꝙ nisi ponantur oīa, quæ sunt esse ad aliquid, non pōt dici, ꝙ omne apparens sit uerum. Si.n.sunt quædam in rebus, quæ ſm se habent esse absolutum, non per relationis sensum uel opinionem, non idem erit eis esse, quod apparere. hoc.n.dicit relationem ad sensum vel opinionem, quia apparens alicui apparet. Et ita oportebit ꝙ non apparens sit verum. Patet igitur ꝙ quicunq; dicit oīa apparentia esse vera, facit oīa entia esse ad aliquid, s.in respectu ad opinionem uel sensum. Et ideò contra prædictos sophistas, qui quærunt uim in oratione, si aliquis dignetur eis {dare orationem}, i. concedere hanc positionem, quam ipsi ponunt, custodiendum siue obseruandum est eis ne deducantur ad concedendum contradictoria simul esse uera. quia non est dicendum absolute ꝙ oē apparens est uerum, sed qd apparet, est uerum cui apparet, & quantum apparet, & qn apparet & sicut apparet. hoc.n.licitum erat nobis apponere, ex quo res non habent esse absolutum, sed relatiuum tantū. Ideo aūt hoc obseruandum est uolentibus hanc positionē concedere, quia si aliquis concedat eis, ꝙ omne apparens est verum, & ita non concedat cum prædictis determinationibus, sicut dictū est, sequetur ꝙ statim dicat contraria simul esse uera. Contingit.n.quòd idem ſm visum vt mel propter similem colorem mellis, & ſm gustum non mel propter dissimilem saporem. Et similiter cum duo oculi sint dissimiles. nō eadem est uisio, quæ fit per utrunq; oculum, uel non eadem uidentur utrique uisui, qui fit per utrunq; oculum. Vt si pupilla unius oculi infecta sit aliquo grosso uel nigro uaporē, alia vero pura, videbuntur per oculum infectum oīa nigra uel obscura, per alium aūt non. ideo aūt dico hoc esse custodiendum uel obseruandum, qa hoc est necessarium apud p̄dictos sophistas, qui dicūt ex causis p̄dictis oē apparens esse uerum. Et ex hoc sequi pōt, quòd oīa similiter sunt uera & falsa, pp hoc ꝙ non oībus eadem apparent, nec ēt eadem ad seipsū, cum multoties idem homo ſm idem tps iudicet contraria ſm diuersos sensus. Sicut indicat esse vnū, quod tactus iudicat esse duo propter uariationem digitorū, qua conuenit ꝙ idem tangibile per diuersa instrumēta tangibilia, s.tactus per diuersos digitos, ad uim tactiuam perueniat ac si essent duo tangibilia. Nullatenus aūt eidem homini ſm eundem sensum similiter & in eodem tempore, vt ꝙ hoc sit uerum, s.contraria simul esse. Ideo autem forsan est necessarium sic respōdere prædictis sophistis, qui dicunt non propter dubitationem sed orationis causa: quasi ex proteruia ipsam orationem propter seipsam concedentibus, quia hoc nō est uerum simpliciter, sed huic uerum. Ex hoc enim non sequitur contradictoria simul esse vera. Esse enim huic uerum, & non esse uerum illi, non est cōtradictorium. Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. c. 27.

Et (vt antea dictum est) necesse est, ad aliquid, & ad opinionem, & ad sensum omnia facere. Quare nec factū est, nec erit quicquam, si nemò prius opinatus sit. quod si factum fuit, aut erit, patet quòd non ad opinionem omnia sunt.

A N T. Par. 4.

Et sicut prædictum, est necesse ad aliquid facere omnia, & ad opinionem & sensum. Quare nec factum est, nec erit nihil, nullo præopinante. Si uero factum est, aut erit, palam quia non erunt omnia ad opinionem.

Docet resistere sophistis p̄dictis ſm ueritatem, & non solum ad hominem, s. non concedendo falsam opinionem, quā ipsi ponunt. Et hoc duabus rōnibus, quarum prima sic dicit. Sicut dictum est prius, si omne apparens est verum, necesse (est facere oīa ad aliquid), s.ad opinionem & sensum. Et ex hoc sequitur hoc inconueniens ꝙ nihil sit, nec fiat, nullo opinante. Si autem hoc falsum est ante, quia multa sunt & fiunt de quib9 nulla est opinio uel cognitio, sicut quæ sunt in profundo maris uel in uisceribus terræ, manifestū est ꝙ non omnia sunt ad aliquid. idest ad opinionem & sensum. Et ita non omne apparens est verum.

B E S S.

Item si vnum ad vnum, aut ad determinatum, & si idem est; & dimidium, & æquale, non tamen ad duplum, quod æquale est. ad opinionem itaque, si idem est homo, & quod opinatum est, non est homo, quod opinatur, sed quod opinatum est. Quod si vnumquodque ad illud erit, quod opinatur, ad infinita specie, quod opinatur, erit.

A N T. Par. 5.

Amplius si vnum ad vnum, aut ad determinatum. Et si idem dimidium & æquale, sed non æquale ad duplum, neque dimidium ad æquale. Verum ad opinans si idem est homo & opinatum, non est homo opinans, sed opinatum. Si vero vnumquodque fuerit ad opinans, ad infinita erit specie opinans.

Ponit secundam rōnem dicens: ꝙ unum non refertur nisi ad unum, & non ad quodcunq; unum, sed ad unum determinatum. Sicut patet quòd sint idem subiecto dimidium & æquale, non tamen ad æquale dr̄ duplum, sed magis ad dimidium. Aequale vero dicitur ad æquale. Et similiter si ipse homo qui est opinans sit etiam opinatus, non refertur homo ad opinans inquantum est opinans, sed inquantum est opinatus. Si igitur oīa entia inquantum sunt hmōdi, referuntur ad opinans inquantum opinans est, sequetur ꝙ hoc quod dico opinans non sit vnum, cum ad vnū non referatur nisi unum, sed infinita secundum speciem, cum infinita referantur ad ipsum; quòd est impossibile. Vnde non potest dici quòd omnia relatiue dicantur ad opinans, nec per consequens ꝙ omne apparens uel opinans sit uerum. Deinde cum dicit.

Quòd

BESS.

Quòd igitur omnium certissima opinio est, non esse simul veras oppositas dictiones, & quid illis, qui sic dicunt accidat, & cur ita dicunt, hæc demum dicta sint.

ANT. Par. 5.

Igitur quia cunctorum est opinio firmissima, non esse simul veras oppositas dictiones: & quid accidit ita dicentibus, & quare ita dicunt, tot sint dicta.

Conclusio intenta.

Concludit conclusionem suam intentam, & circa hoc duo facit. Primo ponit ipsam principalem conclusionem. Secũdo inducit quoddam corollarium ex ea, ibi: {Si igitur impossibile.} Dicit ergo primo, quòd ex prædictis patet, ꝙ inter omnes opiniones uel sententias ista est firmissima, qua dr̃ oppositas dictiones siue propositiones siue contradictiones non simul esse ueras. Et etiam dictum est quæ inconuenientia accidũt dicentibus eas simul esse ueras, & ex qua causa moti sunt ad illa dicendum. Deinde cum dicit.

BESS.

Cum uero impossibile sit contradictionem simul de eodem verificari, patet quòd neque contraria simul eidem inesse contingit, contrariorum enim alterum non minus priuatio est. substantiæ vero priuatio negatio à quodã determinato genere est. Si impossibile itaque est simul affirmare, & negare vere, impossibile est etiam contraria simul inesse. sed aut ambo secundũ aliquid, aut alteru secundum aliquid, alterum simpliciter.

ANT. Par. 6.

Quoniam autem impossibile est contradictionem ueram simul esse de eodem, palam quia nec contra simul inesse eidem contingit. Contrariorum enim alterum est priuatio. Non uero minus substantiæ priuatio negatio est ab aliquo genere determinato. Si igitur impossibile est simul affirmare & negare vere, impossibile est contraria simul inesse, sed uel quo ambo uel quo alterum: alterum uero simpliciter aut non.

Contraria simul esse i eodem esse impossibile

Concludit corollarium, dicens, ex dictis, quòd qa impossibile est simul contradictionem uerificari de eodem, manifestum est, ꝙ nec etiam contraria eidem inesse possunt, quia manifestũ est ꝙ non minus in contrarijs alterum eorum est priuatio, quàm in alijs oppositis, licet utrunq; cõtrariorum sit natura aliqua, quod non est in affirmatione & negatione, uel in priuatione & habitu. Alterum enim eorum est imperfectum respectu alterius, sicut nigrum respectu albi, & amarũ respectu dulcis. Et sic habet priuationem quandam adiunctam. Priuatio autem est (aliqua negatio substãtię) idest in aliquo subiecto determinato. Et est etiam ab aliquo genere determinato. Est enim negatio infra genus. Non enim omne nõ videns dicitur cæcum, sed solum in genere uidentium. Sic igitur patet ꝙ contrarium includit priuationem, & priuatio est quædã negatio. Si igitur impossibile est simul affirmare & negare, impossibile est contraria simul inesse eidem simpliciter, sed uel {ambo insunt quo} idest secundum aliquid, sicut quando utrunque in potentia uel secundũ partem, uel unum secundum quid & alterum simpliciter. Sicut quando unum est in actu & alterum est in potentia, uel unum secundum plures & principaliores partes, alterum tantum secundum aliquam partẽ, sicut æthiops est niger simpliciter & albus dentes.

LECTIO XVI.

Inter contradictoria nullum dari medium probat, & quomodo ad Heracliti & Anaxagoræ positionem hoc sequutũ est.

BESS.

At uero nec inter contradictionem possibile est quicquam medium esse, sed necesse est dicere, aut negare unumquodque de uno. Manifestum autem est primo quidem definientibus quid uerum, quidue falsum est: dicere nanque ens non esse, aut hoc esse, falsum: ens autem esse, & non ens non esse uerum est. Quare & qui dicet esse, aut non esse, uerum dicet, aut mentietur. sed nec ens dicitur non esse, aut esse, nec non ens.

ANT. Par. 1.

Verum nec inter contradictiones quicquam medium esse contingit, sed necessarium aut dicere aut negare unum de unoquoque. Palam autem, primum quidem diffinientibus quid uerum est & falsum. Dicere nanque ens non esse, aut non ens esse, falsum. Ens autem esse, & non ens non esse, uerum est. Quare qui dixerit ita esse, aut nõ esse, uerum dicet aut mentietur: sed neque ens dicet non esse, aut esse, neque non ens.

prima. Infra s. seq. pars. 8. huius lect.

Postquam disputauit contra ponentes contradictoria simul esse uera, hic disputat contra ponentes esse medium inter contradictionem. hi. n. dicunt non sp alteram partem contradictionis esse ueram. Et circa hoc duo facit. Primo disputat contra ipsam positionem. Secũdo contra quasdam alias quæstiones inopinabiles, hanc & superiorem positionem comitantes, ibi: {His aũt diffinitis.} Circa primum duo facit. Primo ponit rõnes contra dictam positionem. Secundo ostendit cãm, quare aliqui moti sunt ad positionẽ illam ponendam, ibi: {Euenit aũt quibusdam &c.} Circa primum ponit septem rõnes, dicens primo, ꝙ sicut contradictoria non pñt simul esse uera, ita nec potest esse medium inter contradictionem, sed de unoquoq; necessarium est aut affirmare aut negare. Et hoc manifestum est primo ex diffinitione ueri uel falsi. non enim aliud est magis falsum quã dicere non esse quod est, aut esse quod non est. Et nihil aliud est magis uerũ quàm dicere esse quod est, aut non esse quod non est. Patet igitur, ꝙ quicunque dicit aliquid esse, aut dicit verũ, aut dicit falsum: si dicit uerum, oportet ita esse, quia uerum est esse quod est. Si dicit falsum, oportet illud nõ esse, quia falsum nihil aliud est quam non esse quod est. Et similiter si dicit hoc non esse, si dicit falsum oportet esse. Si uerum, oportet nõ esse, ergo de necessitate aut affirmatiua aut negatiua est uera. Sed ille, qui ponit medium inter contradictionẽ, non dicit ꝙ necesse sit dicere de ente esse uel non esse, neque ꝙ necesse sit de non ente. Et ita nec affirmans nec negãs de necessitate dicit uerum uel falsum.

BESS.

Item medium inter contradictionem, aut erit quemadmodum fuscum inter album & nigrum, aut quemadmodum neutrum inter hominem & equum. si itaque ita est, non mutabitur profecto. ex non bono nanque in bonũ mutatur, aut ex hoc in non bonum. nunc uero semper apparet. non enim est mutatio, nisi ad opposita & media. quod si est medium, etiam sic aliqua erit in album nõ ex non albo generatio. nunc autem non videtur.

ANT. Part. 2. Nõ est mutatio nisi in cõtraria, vel media.

Amplius autem medium erit contradictionis, quemadmodum uiride nigri & albi, quemadmodum neutrum hominis & equi: Siquidem igitur sic, non permutabitur. Nam ex bono in nõ bonũ permutatur, aut ex hoc in bonum, nunc autem semper apparet. Non est enim permutatio nisi in contraria & media. Si autem est medium, et sic utique erit aliqua in album non ex non albo generatio. Nunc autem non uidetur.

Secunda. Duplex medium.

Secundam rõnem ponit quæ talis est. Medium inter duo aliqua accipi põt uno modo nel participatione vtriusq; extremi, quod est mediũ in eodem genere sicut uiride vel pallidũ inter albũ & nigrũ. Alio modo ꝑ abnegationem, quod ẽt est diuersum in genere, sicut inter hoiem & equũ, quod nec est homo, nec est equus, ut lapis. Si ergo inter contradictoria est mediũ, aut hoc erit primo modo, aut scđo: si secundo modo, tunc nihil permutatur, quod sic patet. Omnis. n. permutatio est ex non bono in bonum, aut ex bono in non bonũ. Quare ẽt cum est mutatio inter contraria, vt inter album & nigrum est mutatio inter contradi-

ctorie.opposita. Nam nigrum est non album, ut ex prædictis patet. Secundum autem prædicta non posset fieri mutatio ex non bono in bonum, uel econuerso, ergo nulla esset mutatio, cum tamen semper hoc appareat uel uideatur, quòd ex non bono in bonum fiat mutatio, uel econuerso. Quod autem omnis talis mutatio tollatur ex prædicta positione facta, sic patet. Non enim potest esse mutatio nisi inter contraria & media quæ sunt unius generis, nec potest esse mutatio de uno extremo in alterum nisi per medium. Si igitur est medium inter contradictoria per abnegationem, idest alterius generis, nulla poterit esse mutatio de extremo in medium, & ita per consequens de extremo in extremum. Si autem primo modo, scilicet quòd sit medium in contradictione quasi eiusdem generis, participatione utriusque, sicut pallidum inter album & nigrum, sequitur hoc incōueniens quòd sit aliqua generatio quæ terminetur ad album, & nō fiat ex non albo, quia ad unum extremum nō tantum fit mutatio ex alio extremo, sed etiam ex medio. Hoc autem non uidetur esse uerum, scilicet quòd sit aliqua generatio terminata ad album quæ non fiat ex non albo. Et sic patet quòd nullo modo potest esse medium in contradictione.

B E S S. *Item omne intellectuale, aut intelligibile mens, aut affirmat, aut negat: hoc uero ex definitione patet, cum verum dicat, aut mētiatur. cum enim sic componens dicat, aut neget, verum dicit: cum vero non sic, mentitur.*

A N T. Alia litera Omne uel lectuale & intelligibile. Tertia. *Amplius omne sententiale & intellectuale mens aut affirmat aut negat. Hoc autē ex diffinitione palam, quia verum dicit aut mentitur. Quando quidem sic componit dicens aut negans, verum dicit: quando autem non sic, mentitur.*

Tertiam rationem ponit, quæ talis est. Intellectus in omni conceptione sua, qua sentit & intelligit, aut affirmat aliquid aut negat. Ex diffinitione autem ueri & falsi apparet quòd siue aliquis affirmet siue neget, oportet ut uerum dicat, aut mentiatur, quia quando intellectus sic componit uel affirmando uel negando sicut est in re, dicit, quando autem non sic, mentitur. Et ita patet quia semper oportet quòd sit vera vel affirmatio uel negatio, quia oportet quòd aliqua opinio sit uera, & omnis opinio affirmatio est uel negatio. vnde oportet quòd semper affirmatio uel negatio sit uera. & sic non est medium in contradictione.

B E S S. *Item in omnibus contradictionibus esse oportet, nisi orationis gratia dicatur. quare neque uerum dicet aliquis, neque non verum, & præter ens & non ens. quare etiam præter generationem & corruptionem transmutatio aliqua erit.*

A N T. Par. 4. *Amplius autem præter omnes oportet esse contradictiones, nisi orationis causa dicatur. Quare nec verum dicit aliquis, nec non uerum, & præter ens, & non ens, erit. Quare & præter generationem & corruptionem, transmutatio quædam erit.*

Quartam rationem ponit, quæ talis est. Si contradictione ponatur medium, oportet hoc in omnibus cōtradictionibus dicere, quòd scilicet præter omnes cōtradictiones sit aliquid uerum quod est medium inter eas, nisi hoc dicat (aliquis orationis causa,) idest absque omni ratione, solum quia placet ei ita dicere. Sed hoc non potest uerum esse in omnibus, quia uerum & non uerum sunt contradictoria quædam. Et ita sequeretur quòd aliquis esset, qui nec uerum diceret, nec non uerum. Cuius contrarium patuit ex diffinitione ueri & falsi. Similiter cum ens & nō ens sint contradictoria, sequitur quòd aliquid sit præter ens & nō ens. Et ita erit quædam transmutatio per generationem & corruptionem. Nam generatio est transmutatio ad esse, & corruptio ad non esse, ergo in nulla contradictione erit medium. Deinde cum dicit.

B E S S. *Item in quibuscunque generibus negatio contrarium inducit, in his etiam erit. utputa in numeris, nec impar, nec non impar, numerus: sed impossibile est. ex definitione autem est manifestum.*

A N T. Par. 5. *Amplius in quibuscunque generibus negatio contrarium inest, his ēt erit: ut in numeris, nec par nec impar numerus. Sed impossibile. Ex diffinitione uero palam.*

Quintam rationem ponit dicēs, quòd negatio in quibusdam generibus inest loco contrariæ differentiæ. Vel secundum aliam literam (negatio implet contrarium) quia alterum contrariorum, quæ necesse est esse in eodem genere, ex negatione rationem habet, sicut patet de pari & impari, iusto & iniusto. Si igitur inter affirmationē & negationē esset aliquod mediū, in omnibus istis contrarijs esset aliquod medium, cū affirmationem & negationem manifeste sequantur. Sicut in numero si esset aliquis numerus qui nec esset par & impar. Hoc autem patet esse impossibile ex diffinitione paris & imparis. Nam par est quod potest diuidi in æqualia. Impar uero quod nō potest. Relinquitur ergo quòd inter affirmationem & negationem non potest esse medium. Deinde cum dicit.

B E S S. *Item in infinitum procedet, & entia nō solum sex quialtera, sed etiam plura erunt. rursus nanque hoc negare erit ad affirmationem & negationem. & hoc quicquam erit, substantia nanque eius est alia quædam.*

A N T. par. 6. *Amplius in infinitum uadet, & non solum hemiolia quæ sunt erunt, sed plura. Iterum enim est hoc negare ad dictionem & negationem, & hoc erit aliquid. Nam substantia est quædam eius alia.*

Sextam rationem ponit, quæ talis est. Ponentes aliquid medium inter affirmationem & negationem, ponunt aliquod tertium præter illa duo, quæ ponunt omnes communiter dicentes nihil inter ea esse medium. Tria autem ad duo se habent in (hemiolia), i. sesquialtera proportione. Secundum igitur opinionē eorum qui ponunt inter affirmationem & negationem medium, in primo aspectu apparet quòd omnia (erunt hemiolia) idest in sesquialtera proportione ad ea, quæ ponuntur, quia non solum erunt affirmationes & negationes, sed etiam media. non solum autem hoc sequetur, sed etiam quòd sint in infinitum plura. Constat enim quòd omne quòd contingit affirmare, contingit negare. Contingit autem affirmare hæc tria esse, scilicet affirmationem, negationem, & medium, ergo contingit ista tria negare. Et sicut negatio est aliud ab affirmatione. ita aliud erit quoddam quartum præter tria prædicta. Erit enim eius substantia & ratio alia à pdictis, sicut & negationis alia ab affirmatione. Item ista quatuor contingit negare, & horum negatio erit uerum, & sic in infinitum. Erunt igitur plura in infinitum quàm modò ponantur. Quod uidetur inconueniens. Deinde cum dicit.

B E S S. *Item cum aliquo interrogante, an album est dicat quòd non, nihil aliud negauit nisi ipsum esse, ipsum uero non esse, negatio est.*

A N T. Par. 7. *Amplius qñ interrogātis si est albū, dicit qñ, nō: nihil aliud negauit quā ipsū esse. Negatio uero est q̄ non esse.*

Septimam rationem ponit, quæ talis est. Si quis interrogaret utrum homo uel aliquid aliud sit albū, oportet quòd respondens uel assentiat uel non assentiat: & si assentiat, planum est quòd dicit affirmationem esse ueram, si autem non assentiat respondendo non, constat quòd negat. Nec negat aliquid aliud

quàm,

quàm illud, quod ille interrogauit, & ipsa negatio est non esse, quia negatiua. Relinquitur igitur, quòd respondens ad quæstionem, uel necesse habet concedere affirmationem, uel proferre negatiuam. & ita inter hæc duo non est medium. Deinde cum dicit.

BESS. *Aduenit autem quibusdam opinio ista, sicuti cætera quoque præter communem opinionem sunt. cum enim nō possint argumenta contentiosa soluere, cedunt rationi, assentiuntq; uerum esse quod syllogizatum est. Quidam itaque ob talem causam dicunt. quidam vero, propterea quòd omnium causam quærunt.*

ANT. tex. c. 28. Par. 8. Prima occasio dubitandi. *Euenit autem quibusdam ea opinio sicut alia inopinabilium. Quoniam enim soluere non possunt orationes contentiosas, annuentes orationi, confirmant verum esse quod est syllogizatum. Hi quidem igitur propter talem causam dicunt. Illi uero propter omnium rationem inquirendam.*

Ostendit causam quare quidam in hanc opinionē incidunt, & circa hoc tria facit. Primo enim ostendit quare quidam hanc opinionem posuerunt. Secundo modum disputandi contra eos, ibi. (Principium autē ad hos oēs.) Tertio ad quas opiniones Philosophorū prędictę opiniones sequuntur, ibi (Vr aūt Heracliti.) Dicit ergo primo, ꝙ prædicta opinio euenit quibusdā, sicut & aliæ opiniones inopinabilium ex duplici causa, quarum prima est, quia quando aliqui non possunt soluere (orationes contentiosas), i. rationes litigiosas siue sophisticas factas eis ab alijs, uel à seipsis, consentiunt rationi probanti, & concedunt conclusionem dicentes uerum esse quod syllogizatum est. Et ulterius ipsam nituntur confirmare aliquas alias rationes adinueniendo. Secunda est propter hoc, quòd quidam uolunt inquirere rationem probantem de omnibus, & ideo illa, quæ probari non possunt, nolunt, concedere, sed negant. Prima autem principia quæ sunt omnium conceptiones communes probari non possunt, & ideo eas negant, per hoc in positiones inopinabiles incidentes. Deinde cum dicit.

Part. 10.

BESS. *Principium vero ad hos omnes ex definitione. fit autem definitio ex eo, quòd necessarium est aliquid eos significare. ratio enim, cuius signum est nomē, definitio fit.*

ANT. Par. 9. Rō significata per nomen, est diffinitio. *Principium autem ad hos omnes ex diffinitione. Diffinitio uero fit ex significare aliquid necessario res esse. Ratio namque cuius nomen est signum diffinitio est rei.*

Ostendit ex quo principio debeat ꝓcedi contra tales opiniones, & dicit quòd ex diffinitione ueri uel falsi uel aliquorum aliorum nominum, sicut ex supra dictis rationibus patet. Necesse est enim eis concedere diffinitiones rerum, si ponunt quòd nomina aliquid significent. Nam ratio quam nomē significat est diffinitio rei. Si autem non concedunt omnia significare aliquid, tunc non differunt à plantis sicut supra dictum est. Deinde cum dicit.

BESS *Videtur autem Heracliti quidem opinio, omnia esse, & non esse dicens, uera omnia facere. Anaxagoræ uero esse aliquod contradictionis medium, quare omnia falsa. Cum enim miscentur, neque bonum, neque non bonum est illud mistum. quare nihil est dicere verum.*

ANT. Par. 10. *Videtur autem Heracliti quidem oratio dicens omnia esse & non esse, omnia uera facere. Quæ uero Anaxagoræ, esse aliquid medium contradictionis. Quare omnia falsa. Nam quando miscentur, nec bonum nec non bonum est mistum. Quare nihil est dicere uerum.*

Ostendit ad quas opiniones prædictæ positiones consequuntur, & dicit quòd ad positionem Heracliti, qui dicebat omnia moueri simul, & per consequens esse & non esse. Et quia id quod mouetur habet non esse admixtum cum esse, sequitur ꝙ omnia sunt uera. Ad positionem vero Anaxa. sequitur ꝙ aliquid sit medium contradictionis. Ipse enim ponebat ꝙ quodlibet miscetur cum quolibet, propter hoc ꝙ quodlibet fit ex quolibet. De permixto autem neutrum extremorum potest dici, sicut colores medij nec sunt albedo nec nigredo. Vnde illud quod est mixtum nec est bonum nec non bonum, nec album nec non albū. Et sic est aliquid medium contradictionis. Et per consequens sequitur omnia esse falsa. Nihil enim secundū communem opinionem ponimus, nisi affirmationē & negationem. Vnde si affirmatio & negatio sunt falsa, sequitur omnia falsa esse.

LECTIO XVII.

Duas destruit opiniones, unam qua omnia uera, & falsa esse, alteram uero, qua omnia moueri, & quiescere quidam falso existimauerunt.

BESS. *His autem determinatis, manifestum est, quòd illa quoque, quæ uno modo, & de omnibus dicuntur, impossibile est esse, ut quidam aiunt. quidam quidem, nullam dicentes uerum esse, nihil enim prohibere ita cuncta esse aiunt, uti diametrum commensurabilem esse: quidam uero oīa uera. ferè enim rationes eorum eædem, quæ & Heracliti sunt. Qui enim dicit quòd omnia vera & omnia falsa, etiam separatim utranque harum orationum dicit. quare, si hæc impossibilia sunt, illa quoque impossibilia esse necesse est.*

ANT. Par. 1. *His autem diffinitis palam quia & uniuoce dicta, & de omnibus, impossibile est esse, sicut quidam dicunt. Hi quidem dicentes nihil uerum esse. Nihil enim prohibere dicunt sic omnia esse, sicut diametrum commensurabilē esse. Illi vero omnia vera. Fere namque hæ orationes eædem ipsius Heracliti. Nam qui dicit quod omnia sunt uera, & omnia falsa, extra orationes has utrunque dicit. Quare si sunt impossibilia illa, & ea esse est impossibile.*

Disputat contra quasdam positiones, quæ ad prædicta consequuntur, & primo contra quosdam, qui destruunt principia logicæ. Secundo contra quosdam qui destruunt principia Physicæ, ibi: (Palam autem quia neq; qui omnia &c.) Philosophus enim primus debet disputare contra negantes principia singularū scientiarū, quia omnia principia firmantur super hoc principium, quòd affirmatio & negatio non sunt simul uera, & quòd nihil est medium inter ea. Illa autem sunt proprijssima huius scientiæ, cum sequantur rationem entis, quod est huius philosophiæ primum subiectum. Verum autem & falsum pertinent proprie ad considerationem logici. cōsequuntur enim ens in ratione de quo considerat Logicus: nam uerum & falsum sunt in mente, ut in sexto huius habetur. Motus autem & quies sunt proprie de consideratione naturalis, per hoc quod natura diffinitur ꝙ est principiū motus & quietis. Ad errorem autem, qui accidit circa esse & non esse, sequitur error circa uerum & falsum. nam per esse & non esse, uerum & falsum diffinitur, ut supra habitum est. Nam uerum est cum dicitur esse quod est, uel non esse quod non est. Falsum autem, e conuerso. Similiter autem ex errore, qui est circa esse uel nō esse, sequitur error qui est circa moueri & quiescere. Nam quod mouetur inquantum huiusmodi, nondum est. Quod aūt quiescit, est. Et ideo destructis erroribus circa esse & non esse, ex consequenti destruuntur errores circa verum & falsum, quietem & motū. Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones fal-

Infra par. 6.

Tex. c. 8.

sas circa verum & falsum. Secundo reprobat eas, ibi: {Amplius autem palam &c.} Dicit ergo quòd (diffinitis) idest determinatis prædictis quæ erant dicenda cõtra prædictas inopinabiles opiniones, manifestum est ꝙ impossibile est quod quidam dixerunt ꝙ (vniuoce).i. vno modo sententiandum est de omnibus, ut dicamus omnia similiter esse falsa uel similiter esse vera. Quidam enim dixerunt nihil esse verum, sed omnia esse falsa, & ꝙ nihil prohibet quin dicamus omnia sic esse falsa, sicut illa est falsa, diameter est commensurabilis lateri quadrati, quod est falsum. Alij vero dixerunt ꝙ omnia sunt uera. Et huiusmodi oratione consequuntur ad opinionem Heracliti sicut dictum est. Ipse enim dixit simul esse & non esse, ex quo sequitur omnia esse uera. Et ne forte aliquis diceret ꝙ præter has opiniones est etiam tertia, quæ dicit quod omnia simul sunt uera & falsa, qua si tacitę obiectioni respondens dicit, ꝙ qui hoc ponit, utrunque prædictorum ponit. Vnde si duæ primæ opiniones sunt impossibiles, illam tertiam oportet esse impossibilem. Deinde cum dicit,

Par. seq.

BESS. *Item patet, quòd contradictiones sunt, quas non possibile est simul ueras esse, neq; falsas, & si id videri possit magis contingere ex iam dictis.*

ANT. Par. 2. *Amplius autem palam quia cõtradictiones sunt, quas non est possibile simul esse veras nec falsas omnes. Et hoc quidem putabitur magis contingere ex dictis.*

Lect. 7. Ponit rationes contra prædictas opiniones, quarum prima talis. Constat quasdam esse contradictiones quas impossibile est simul esse ueras nec simul falsas, sicut uerum & non uerum, ens & non ens. Et hoc magis potest sciri ex dictis. Si igitur harum contradictionum necesse est alteram esse ueram & alteram falsam, non omnia sunt uera nec omnia sunt falsa.

BESS. *Adhas tamen omnes rationes petere oportet, vt in superioribus sermonibus dictum est, nõ si sit aliquid, aut non sit, sed si aliquid significat, quare ex diffinitione disputandum est, accipientibus quid verum, quidue falsum significat. Si autem nihil aliud est quàm quod uerum est affirmare, aut quod negare falsum est, impossibile est omnia falsa esse. necesse est enim alteram contradictionis partem ueram esse.*

ANT. Tex. co. 29. Part. 3. *Sed ad omnes tales orationes quærere oportet quemadmodum in superioribus orationibus dictum est, an esse aliquid, aut non esse, sed significare aliquid. Quare ex diffinitione disputare oportet, accipientes quid significat verum aut falsum. Sed si nihil aliud uerum dicere quàm negare falsum, impossibile omnia falsa esse. Necesse est enim contradictionis partem alteram esse verum.*

Quomodo disputandũ.

Secundam rationem ponit dicens, ꝙ ad (istas orationes).i. positiones non (oportet quærere) .i. petere concedendum aliquid esse uel nõ esse in rebus, quemadmodum supra dictum est, quia hoc uidetur petere principium. Sed hoc petendum est, ꝙ detur nomina aliquid significare, quo non dato disputatio tollitur. Hoc autem dato, oportet ponere diffinitiones, sicut iam supra dictum est. Et ideo ex diffinitionibus contra eos disputare oportet, & præcipue in proposito accipiendo diffinitionem falsi. Si autem non est aliud uerum, quàm illud affirmare, quod falsum est negare, & econuerso: & similiter falsum non aliud est quam affirmare id quod negare est uerum, & econuerso, sequitur quòd impossibile sit omnia esse falsa, quia necesse erit uel affirmationem uel negationem esse ueram. Patet enim, quòd verum nihil est aliud quàm dicere esse quod est, uel non esse quod nõ est. Falsum autem, dicere nõ esse quod est, uel esse quod non est. Et ideo patet, quòd uerum est dicere illud esse, quod falsum est non esse, uel non esse, quod falsum est esse. Et falsum est dicere id esse, quod uerum est non esse, uel non esse, quod uerum est esse. Et ita ex diffinitione ueri uel falsi patet, quòd non sunt omnia falsa. Et ratione eadem patet ꝙ non omnia sunt uera.

Tex. c. 28.

BESS. *Item si omne, aut affirmare, aut negare necesse est, impossibile est utraque falsa esse. altera enim contradictionis pars, falsa est.*

ANT. Par. 4. *Amplius si omne aut dicere aut negare est necesse, vtraque falsa esse est impossibile. Altera nanque pars contradictionis est falsa.*

Tertiam rationem ponit quæ talis est. Constat ex prædictis quòd necesse est de quolibet aut affirmare aut negare, cum nihil sit medium in contradictione. Igitur impossibile est omnia falsa esse. Et eadem ratione probatur ꝙ impossibile est oĩa esse uera, per hoc ꝙ ostensum est, ꝙ non est simul affirmare & negare.

BESS. *Accidit autem, quod etiam publicè fertur, his omnibus orationibus eas seipsas perimere. quæ enim omnia vera dicit, contrarium quoque sibi orationem ueram facit: quare suam ipsius non ueram. contraria nanque, dicit eam non esse ueram, quæ uero omnia falsa, & hæc seipsam. Quod si excipiant illa quidem contrariam, quòd sola non uera est, hæc uere seipsam, quod sola non falsa, nihilominus infinitas accidit eis petere orationes ueras & falsas. qui enim dicit ueram orationem esse ueram, cõsentit huic quòd uera est. hoc uero in infinitũ procedet.*

ANT. Alia litera Firmatum. Par. 5. Alia litera: Excipiant. Alia uero litera. Accipiant. Alia litera, Petere. *Contingit autem quòd famatum est omnibus talibus rationibus ipsas seipsas destruere. Nam qui omnia uera dicit, orationis suæ cõtrariam ueram facit. Quare & suam non ueram. Contraria enim non dicit ipsam esse ueram. Qui uero omnia falsa, & ipse seipsum. Sed si auferant hic quidem contrariam, quia non uera sola, ille uero suam propriam, quia non falsa: nihilominus infinitas accidit eis quærere orationes veras & falsas. Nam qui ueram orationem dicit, uerus est. Et hoc in infinitũ uadit.*

Quartam rationem ponit quæ talis est. Ad omnes prædictas orationes, idest positiones contingit hoc inconueniens quòd seipsas destruunt. Et hoc (est famatum) idest famosum ab omnibus dictum. Vnde alius tex. habet (Accidit autem & id vulgare.) Quod sic probat. Ille enim, qui dicit omnia esse uera facit opinionem contrariam suæ opinioni esse ueram, sed contraria suæ opinionis est quòd sua opinio non sit uera, ergo qui dicit omnia esse uera dicit suam opinionem non esse ueram, & ita destruit suam opinionem. Et similiter manifestum est quòd ille, qui dicit omnia esse falsa, dicit etiam seipsum dicere falsum. Et quia posset aliquis dicere quòd dicens omnia uera excipit aut aufert ab uniuersalitate suam contrariam, & similiter, qui dicit omnia esse falsa excipit suam opinionẽ: ideo hãc responsionem excludit & dicit, quòd si ille, qui dicit omnia esse uera, excipiat suam contrariam dicens solam eam esse non ueram, & dicens omnia esse falsa excipit suam opinionem dicens quòd ipsa sola non est falsa, nihilominus sequitur quod contingat eis (quærere) idest repetere infinitas esse orationes ueras contra ponentes omnia esse falsa, & infinitas falsas contra ponẽtes omnia uera esse. Si enim detur vna opinio uera, sequetur infinitas esse ueras. Et si detur una opinio falsa, sequetur infinitas esse falsas. Si enim hæc positio uel opinio est uera: Socrates sedet, ergo & hæc erit uera: Socratem sedere est uerum. Et si illa est uera,

uera, ulterius hæc erit uera. Socratem sedere esse uerum est uerum, & sic in infinitum. Semper .n. qui dicit de oratione uera quod sit uera, uerus est. Et qui dicit de oratione falsa quod sit uera, falsus est. Et hoc potest procedere in infinitum. Deinde cum dicit.

BESS. *Clarum autem est, quòd nec illi, qui omnia quiescere dicunt, uerum dicunt, nec qui omnia moueri.*

ANT. Par. 9. *Palam autem quia neque qui omnia quiescere dicũt, vera dicunt, nec qui omnia moueri.*

Disputat contra opiniones destruens principia naturæ, scilicet motũ & quietem, & circa hoc tria facit. Primo tangit falsitatem harum opinionum dicens, quod ex prædictis est manifestum, quod nec opinio dicens omnia moueri, nec opinio dicens omnia quiescere, uera est.

BESS. *Etenim si omnia quidem quiescunt, semper eadem uera, & falsa erunt, apparet autem hoc transmutari, qui enim hoc dicit, aliquando ipse nõ erat, & rursus nõ erit.*

ANT. Par. 7. *Nam si quiescunt omnia, semper eadem uera et falsa erunt. videtur autem hoc transmutatum. Nam qui dicit, is quidem aliquando non erat, & iterum non erit.*

Secundo ostendit has opiniones esse falsas, & primo ostendit quod opnio sit falsa, quę ponit omnia quiescere, quia si omnia quiescunt tunc nihil remouetur à dispositione, in qua aliquando est, & ideo quicquid est uerũ semper erit verũ, & quicquid est falsum, semper est falsum. Sed hoc uidetur incõueniens, transmutatur enim ueritas & falsitas propositionis. Nec hoc est mirum, quia homo, qui opinatur uel profert propositionem, aliquando non erat postmodum fuit, & iterum non erit. Secundo ostendit esse falsam opinionem, quę ponit omnia moueri, duabus rationibus, quarum primam ponit ibi.

BESS. *Si uero omnia mouentur, nihil erit uerum, cuncta ergo falsa, sed demonstratum est hoc impossibile esse.*

ANT. Par. 8. *Si uero omnia mouẽtur, nihil erit uerum, ergo omnia falsa. Sed hoc ostensum est quia impossibile.*

Quæ talis est. Si omnia mouentur, & nihil est quiescens, nihil erit uerum in rebus, quia quod est uerum iam est, quod aũt mouetur nondum est, ergo oportet omnia esse falsa, quod est impossibile, ut ostensum est.

BESS. *Item necesse est, ens transmutari. ex aliquo nanque ad aliquid transmutatio.*

ANT. Par. 9. *Amplius autem ens permutari est necesse. Nam ex aliquo in aliquid fit permutatio.*

Secundam rationem ponit quæ talis est. Omne, quod permutatur, necessario est ens, quia omne quod permutatur, ex aliquo in aliud permutatur, & omne quod in aliquo permutatur, inest ei quod permutatur. Vnde non oportet dicere quod quicquid est in re permutata, mutetur, sed quòd sit manens, & ita non omnia mouentur.

BESS. *At uero, nec omnia quiescunt, aut mouentur aliquando, semper uero nihil. Est enim quoddam, quod semper mouet ea, quæ mouentur, & primum mouens, ipsum immobile est.*

ANT. Par. 10. *Sed nec omnia quiescunt aut mouentur aliquando, semper autem nihil. Etenim est aliquid quod semper mouet quæ mouentur, & primum mouens immobile ipsum.*

Tertiam rationem ponit excludens quandam falsam opinionem, quę posset occasionari ex prędictis. Posset enim aliquis credere quod, quia non omnia mouentur nec omnia quiescunt quod, ideo omnia quandoque mouentur & quandoque quiescunt. Et hoc remouens dicit, quod non est uerum quod omnia quandoque quiescant & quandoque moueãtur. Sunt enim quædam mobilia, quæ semper mouẽtur, scilicet corpora supercælestia, & est quoddam mouens, scilicet primum quod semper est immobile, & semper eodem modo se habet, ut probatum est octauo physicorum.

Quarti Libri Metaphysic. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER QVINTVS.

CVM SANCTI THOMAE EXPOSITIONE.

SVMMA LIBRI.

Nominum, quibus omnes scientiæ vtuntur, annumerantur intentiones, ac significata.

LECTIO I.

Ipsius principij Quinque modi exponuntur, & in vnum aliquod commune reducuntur.

BESS. Tex. 1. Quot modis dicitur principiũ.

Principium, hoc quidem dicitur, illud rei, à quo quis primum mouetur, utputa, magnitudinis, & uiæ, hinc quidem, hoc principiũ est. Ex opposito uero aliud principiũ est, illud, unde quodque optime fiat, ut doctrina, non à primo, ac rei principio aliquando inchoandum est, sed unde quis facilius discat. Aliud autem, à quo primo inexistente fit, ut nauis carina, & domus fundamentum, animalium quoque quidam cor, quidam cerebrum, quidam quodcunque tale contingit, putant. Aliud uero, à quo primo non inexistente sito fit, & a quo primo natura aptus est motus, & transmutatio inchoari, vt proles ex patre & matre, & bellum ex contumelia. Aliud porrò id, ad cuius electionem mouentur quæ mouentur, & mutantur quæ mutantur, quemadmodum ciuitatum principatus, potentiæ, regna, & tyrannide, principia dicuntur etiam artes, & ex his maximè architectonicæ. Item unde primum res cognita est, illud quoque principium rei dicitur, utputa, demonstrationum suppositiones. Toties autem causæ quoque dicuntur, omnes nanque causæ, principia.

ANT. tex. c. 1. Par. 1.

Principium dicitur aliud quidem unde aliquis rem moueat primum, ut longitudinis & uiæ, hinc quidem principium ipsum. E conuerso uero diuersum. Est aliud unde optime fiet unumquodque, ut doctrinæ. Nam non à primo, & rei principio inchoandum est aliquãdo, sed unde opportunius discat. Aliud unde primũ generatur inexistente, ut nauis sedile, & domus fundamentum, & animalium alij cor, alij cerebrum, alij quodcunque talium suscipiunt. Aliud autem unde fit primum non existente, & unde primum motus natus est initiari & per mutatio, ut puer ex patre & matre, & bellum ex conuitio. Aliud secundum cuius uoluntatem mouentur mobilia & mutantur mutabilia, ut ciuitatum principatus, & potestates, & imperia, & tyrannides. Principia dicuntur & artes, & architectonicæ maxime. Amplius unde cognoscibilis res primum & id principium rei dicitur, ut demonstrationum suppositiones. Toties autem & causæ dicuntur. Omnes enim causæ principia.

Principium quinto modo dictum sm Cõ. dicitur de principio finali, secundũ uero Thomã de principio efficiente.

In præcedenti libro determinauit Philosophus qd pertineat ad considerationem huius scientiæ, hic incipit determinare de rebus, quas scientia ista considerat. Et, quia ea, quæ in hac scientia cõsiderantur, sunt oĩbus communia, nec dicunt uniuoce, sed secundum prius & posterius de diuersis, ut in Quarto libro est habitum, ideo prius distinguit intentiones nominũ, quæ in huius scientiæ cõsideratione cadunt. Secundo incipit determinare de rebus, quæ sub consideratione huius scientiæ cadunt in Sexto libro, qui incipit, ibi. {Principia & causæ,} Cuiuslibet autem scientiæ est considerare subiectum, & passiones, & causas, & ideo hic quintus liber diuiditur in tres partes. Primo determinat distinctiones nominum quæ significant causas. Secundo illorum nominum, quæ significant subiectum huius scientiæ uel partes eius, ibi, {Vnum dicitur alius secundum accidens.} Tertio nominum quæ significant passiones entis quantum est ens, ibi, {Perfectũ uero dicitur &c} Prima in duas. Primo distinguit nomina significantia causas. Secundo quoddam nomen significans quoddam quod consequitur ad causam, scilicet necessariũ. Nam causa est ad quã de necessitate sequitur aliud, ibi, {necessarium dicitur sine quo non contingit.} Prima diuiditur in duas. Primo distinguit nomina significantia causas generaliter. Secundo distinguit quoddam nomen, quod significat quandam causam in speciali, scilicet hoc nomen natura, ibi. {Natura uero dicitur &c.} Prima diuiditur in tres. Primo distinguit hoc nomen principium. Secundo hoc nomen Causa, ibi, {Causa uero dicitur} Tertio hoc nomen Elementum, ibi, {Elementum uero dicitur} Procedit autem hoc ordine, quia hoc nomen principium communius est quàm causa. Aliquid enim est principium, quod non est causa, sicut principium motus dicitur terminus à quo. Et iterum causa est in plus quam elementum. Sola enim causa intrinseca potest dici elementum. Circa primũ duo facit. Primo ponit significationes huius nominis Principium: Secundo reducit omnes ad unum commune, ibi (Omnium igitur principiorum.) Sciendum est autem, quod principium & causa licet sint idem subiecto, differũt tamen ratione. Nam hoc nomen Principium ordinem quendam importat, hoc uero nomen Causa, importat influxum quendam ad esse causati. Ordo autẽ prioris & posterioris inuenitur in diuersis, sed secundum id, quod primo est nobis notum, est ordo inuentus in motu locali, eo quod ille motus est sensui manifestior. Sunt autem trium rerum

Tex. c. 1.

Infra le. 6.

Infra lect. 7.

Infra le. 8.

Causa.

Infra le. 6.

Infra le. 1.

Lect. seq.

Lect. 4.

Pũctũ n. est lineæ principium, non autem cã & mane principium diei, nam principium ordinem, cã influxum dicit.

Par. seq.

Principium. Causa.

rum ordines sese consequentes. s. magnitudinis, motus, & temporis. Nam secundum prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu, & secundum prius & posterius in motu est prius & posterius in tempore, ut habetur Quarto Physi. Quia igitur principium dicitur quod est in aliquo ordine, & ordo, qui attenditur secundum prius & posterius in magnitudine, est prius nobis notus, secũdum autem quod res sunt nobis notæ secundum hoc à nobis nominantur, ideo hoc nomen principium secundum propriam sui inquisitionem significat id ꝙ est primum in magnitudine, super quam transit motus. Et ideo dicit, quod principium dicitur illud (unde aliquis rem primo moueat), i. aliqua pars magnitudinis, à qua incipit motus localis. Vel secundum aliam literam (Vnde aliquid rei primo mouebitur). i. ex qua parte rei aliquid incipit primo moueri. Sicut ĩ longitudine & in uia quacũque, ex illa parte est principiũ, unde incipit motus. Ex pte uero opposita siue cõtraria, est (diuersũ uel alteru) .i. finis vel terminus. Sciendum est, quod ad hunc modum pertinet principium motus & principium temporis ratione iam dicta. Quia uero motus non semper incipit à principio magnitudinis, sed ab ea parte unde est unicuique in promptu magis ut moueatur, ideo ponit secundum modum dicens, quod alio modo dicitur principium motus (unde unumquodque fiet maxime optime,) idest unusquisque incipit optime moueri. Et hoc manifestat per simile in disciplinis, scilicet in quibus non semper incipit aliquis addiscere ab eo, quod est principium simpliciter & secundum naturam, sed ab eo unde aliquis facilius siue opportunius (ualet addiscere). i. ab illis, quæ sunt magis nota quo ad nos. quæ quandoq; posteriora sunt secundum naturam. Differt autem hic modus a primo.

Nam in primo modo ex principio magnitudinis designatur principium motus. Hic autem ex principio motus designatur principium in magnitudine. Et ideo etiam in illis motibus, qui sunt super magnitudines circulares non habentes principium, accipitur aliquod principium a quo optime, vel opportune mouetur mobile secundum suam naturam. Sicut in motu primi mobilis principium est ab oriente. In motibus etiam nostris non semper incipit homo moueri a principio viæ, sed quandoque a medio, vel a quocunque termino, vnde est ei opportunum primo moueri. Ex ordine autem, qui consideratur in motu locali, fit nobis etiam notus ordo in alijs motibus, & ideo sequũtur significationes principij, quæ sumuntur secundum principium in generatione, vel fieri rerum. Quod quidem principium dupliciter se habet. Aut enim est (inexistens,) id est intrinsecum vel non est inexistens, i. extrinsecum. Dicitur ergo primo modo principium illa pars rei, quæ primo generatur, & ex qua generatio rei incipit, sicut in naui fit primo sedile vel carina, quæ est quasi nauis fundamentum super quod omnia ligna nauis compaginãtur. Similiter quod primo in domo fit, est fundamentum. In animali vero primo fit cor secundum quosdam, & secundum alios cerebrum, aut aliud tale mẽbrum. Animal enim distinguitur a non animali sensu & motu. Principium autem motus apparet esse in corde. Operationes autem sensus maxime manifestãtur in cerebro. Et ideo qui considerauerunt animal ex partes motus, posuerunt cor principium esse in generatione animalis. Qui autem considerauerunt animal solum ex parte sensus, posuerunt cerebrum esse principium, quanuis etiam ipsius primum principiũ sit in corde, et si operationes sensus perficiantur in cerebro. Qui autem considerauerunt animal inquantũ agit uel secundum aliquas eius operationes, posuerunt membrum adaptatum illi operationi, ut hepar uel aliud huiusmodi esse primam partem generatã in animali. Secũdum autem Philosophi sniam prima pars est cor quia à corde omnes virtutes animæ per corpus diffunduntur. Alio autem modo dicitur principium, vnde incipit rei generatio, quod tamen est extra rem, & hoc quidem manifestatur in tribus. Primo quidem in rebus naturalibus in quib. principiũ generationis dicitur, vnde primum natus est motus incipere in his quæ fiunt per motum, sicut in his, quæ acquiruntur per alterationem, vel per aliquem alium motum huiusmodi. Sicut dicitur homo fieri magnus, vel albus. Vel vnde incipit permutatio, sicut in his quæ non per motum, sed per solam fiunt mutationem, vt patet in factione substantiarum, sicut puer est ex patre, & matre qui sunt eius principium, & bellum ex conuitio, quod concitat animos hominum ad bellum. Secundo etiam manifestat in rebus agibilibus siue moralibus aut politicis, in quibus dicitur principium id, ex cuius voluntate vel proposito mouentur & mutantur alia, & sic dicuntur principatus in ciuitatibus illi, qui obtinent potestates & imperia, vel etiam tyrannides in ipsis. Nam ex eorum voluntate fiunt, & mouentur omnia in ciuitatibus. Dicuntur autem potestates habere homines, qui in particularibus officijs in ciuitatibus præponũtur, sicut iudices & huiusmodi. Imperia autem illi, qui vniuersaliter quibuscunque imperant, vt reges. Tyrannides autem obtinent, qui per violentiam & præter iuris ordinem ad suam vtilitatem ciuitates & regnum detinent. Tertium exemplum ponit in artificialibus, quia artes etiam simili modo principia esse dicuntur artificiatorum, quia ab arte incipit motus ad artificij constructionem. Et inter has maxime dicuntur principia architectonicæ, quæ a principio {nomen habent, }i. principales artes dictæ. Dicuntur enim artes architectonicæ q̃ alijs artib. subseruientibus imperant, sicut gubernator nauis imperat naui factiuæ, & militaris equestri. Ad similitudinem autẽ ordinis, qui in motibus exterioribus consideratur, attenditur etiam quidam ordo in rerum cognitione, & præcipue secundum quòd intellectus noster quandam similitudinem motus habet, discurrens de principijs in cõclusiones. Et ideo alio modo dicitur principium, vnde res primo innotescit, sicut dicimus principia demonstrationum {esse suppositiones}. i. dignitates, & petitiones. His etiam modis & causæ dicuntur quædam principia, {Nam omnes causę sunt quędam principia.'} Ex causa enim incipit motus ad esse rei, licet non eadem ratione causa dicatur & principium, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Omnibus igitur principijs commune est esse primum, unde aut est, aut fit, aut cognoscitur. Horum uero quædam intrinsecus, quædam extrinsecus sunt. Quare natura quoque principium est, & elementum, mens etiam et electio, & substantia, & quod cuius causa: multis etenim, & cognitionis, & motus principium ipsum bonũ, & malum. B E S S.

*Omnium igitur principiorum est commune primum omne unde aut est, aut fit, aut cognoscitur. Horum autẽ hæc quidem inexistentia sunt, illa uero extra. Quapropter natura principium & elementum est, & mens, & prænolũtas, & substantia, & quod est cuius causa. Multorum enim & cognitionis & motus principium est *bonum & malum.* A N T. Par. 2.

* *i. honestum.*

Reducit omnes prædictos modos ad aliquid commune. & dicit ꝙ commune in omnibus dictis modis est, vt dicatur principium illud, quod est primũ.

aut

aut inesse rei, sicut prima pars rei dicitur principium aut in fieri rei, sicut primum mouens dicitur principium, aut in rei cognitione. Sed quãuis omnia principia in hoc, (vt dictum est) conueniant, differunt tamen, quia quædam sunt intrinseca, quædam extrinseca, vt ex prædictis patet. Et ideo natura potest esse principium & elementum, quæ sunt intrinseca, natura quidem, sicut illud a quo incipit motus, elementum autem sicut pars prima in generatione rei. ‹Et mens,› id est intellectus. ‹Et præuoluntas› .i. propositum dicuntur principia quasi extrinseca. Et iterum quasi intrinsecum dicitur principium ‹substãtia rei› idest forma quæ est principium in essendo, cum secũdum eam rem sit inesse. Et secundum etiam prædicta finis cuius causa fit aliquid, dicitur etiam esse principium. Bonum enim, quod habet rationem finis in prosequendo, & malum in vitando, in multis sunt principia cognitionis & motus, sicut in omnib. quæ aguntur propter finem. In naturalibus enim, & moralib. & artificialibus, præcipue demonstrationes ex fine sumuntur.

LECTIO II.

Enumerantur quatuor species causarum, hinc eiusdem effectus esse plures causas, & causas sibiinuicem causas esse, & eandem contrariorum causam esse, infertur.

BESS. Tex. 2.

Causa uero uno modo dicitur, ex qua inexistente aliquid fit, ut æs statuæ, & argentum pateræ, & horum genera. Alio uero forma, & exemplar hæc autem est ratio ipsius quid erat esse, & horum genera, ut ipsius diapason duo ad unum, & simpliciter, numerus, & partes, quæ in ratione sunt. Item, unde principium mutationis primum, aut quietis ut qui consuluit causa, & pater prolis. & simpliciter, faciens, eius quod factum est, & transmutatiuum transmutati. Item, ut finis. hæc autem est cuius causa, ut ambulandi, sanitas, propter quid enim ambulat, dicimus, ut sanetur, & cum ita dicamus, putamus causam reddidisse. & quæcunq; inter illud mouens, & finem media fiunt, ut sanitatis, attenuatio, purgatio, medicamenta. omnia etenim hæc finis gratia sunt, differant uero ab inuicem, eo quod hæc quidem instrumenta, illa uero ut opera, sunt. Causæ itaque ferè toties dicuntur.

ANT. tex. c. 1. Par. 1.

Causa uero dicitur uno quidẽ modo ex quo fit aliquid ut inexistente, ut æs statuæ, & argentum phialæ, & horum genera: Alio uero species & exemplum. Hæc autem ratio ipsius quo quid erat esse, & huius genera, ut diapason, duo ad unum & totaliter numerus & partes quæ in ratione: Amplius unde principium permutationis primum aut quietis, ut consiliator est causa & omnino efficiens facti, & permutans permutati. Amplius ut finis. Hoc autem est quod est cuius causa. Vt ambulandi sanitas. nam quare ambulauit, dicimus ut sanetur. Et dicentes ita, putamus reddidisse causam. Et quæcunque mouente alio fiunt infra finem, ut attenuatio, aut purgatio, aut pharmacia, aut organa. Hæc nanque omnia finis causa fiunt. Differunt autem ab inuicem tanquam entia hæc quidem, ut organa, illa uero, ut opera. Ergo causæ fere toties dicuntur.

Lect. seq. Par. 2. Par. seq. in princ.

Hic Philosoph. distinguit quot modis dicitur causa, & circa hoc duo facit. Primo assignat species causarum. Secundo modos causarum, ibi, ‹Modi vero causarum›. Circa primum duo facit. Primo enumerat diuersas species causarum. Secundo reducit eas ad quatuor, ibi, ‹Omnes vero causæ dictæ.› Circa primum duo facit. Primo enumerat diuersas species causarum. Secundo manifestat quædam circa species prædictas, ibi, ‹Accidit autem multoties &c.› Dicit ergo primo, ꝙ vno modo dicitur causa id ex quo fit aliquid, & est ei ‹inexistens› .i. intus existens. Quod quidem dicitur ad differẽtiam priuationis, & etiam contrarij. Nam ex contrario, vel priuatione dicitur aliquid fieri, sicut ex non inexistente, vt album ex nigro, vel album ex non albo. Statua autem fit ex ære, & phiala ex argento, sicut ex inexistente. Nam cum statua fit, non tollitur ratio æris, nec si fit phiala, tollitur ratio argenti. Et ideo æs statuę, & argentũ phialæ sunt causa per modum materiæ. ‹Et horum genera› quia cuiuscunque materia est species aliqua, materia est eius genus, sicut si materia statuæ est æs, eius materia erit metallum, & mixtum, & corpus, & sic de alijs. Alio autẽ modo dicitur causa, species & exẽplum, id est exemplar. & hæc est causa formalis, quę comparatur dupliciter ad rem. Vno modo sicut forma intrinseca rei, & hæc dicitur species. Alio modó sicut extrinseca à re, ad cuius tamen similitudinem res fieri dr, & ſm hoc, exẽplar rei dicitur forma. Per quem modum ponebat Plato ideas esse formas. Et, quia vnumquodque consequitur naturam, vel generis, vel speciei per formam suam, natura autem generis vel speciei est id quod significat diffinitio, dicens quid est res, ideo forma est ratio ipsius, (quod quid erat esse) .i. diffinitio per quã scitur quid est res. Quamuis enim in diffinitione ponantur aliquæ partes materiales, tamen id, quod est principale in diffinitione, oportet ꝙ sit ex parte formæ. Et ideo hæc est ratio, quare forma est causa, quia perficit rationẽ quidditatis rei. Et sicut id qđ est genus materiæ, est etiam materia, ita etiam genera formarum sunt formæ rerum, sicut forma cõsonantiæ diapason, est proportio duorum ad vnum. Quando enim duo soni se habent adinuicem in dupla proportione, tunc est inter eos consonantia diapason, vnde dualitas est forma eius. Nam proportio dupla ex dualitate rationẽ habet. Et, quia numerus est genus dualitatis, ideo vt vniuersaliter loquamur, etiam numerus est forma diapason, vt. s. dicamus ꝙ diapason est secundum proportionem numeri ad numerum. Et non solum tota diffinitio comparatur ad diffinitum vt forma, sed etiam partes diffinitionis, quæ scilicet ponuntur in diffinitione in recto. Sicut enim animal gressibile bipes est forma hominis, ita animal, & gressibile, & bipes. Ponitur autem interdum materia in diffinitione, sed in obliquo. vt cum dicitur, ꝙ anima est actus corporis organici physici potentia vitam habentis. Tertio modo dicitur causa unde primum est principium permutationis & quietis, & hæc est causa mouens, uel efficiens. Dicit autem motus, aut etiam quietis, quia motus naturalis & quies naturalis in eandem causam reducuntur, & similiter quies uiolenta & motus uiolentus. Ex eadem enim causa ex qua mouetur aliquid ad locum, quiescit in loco. ‹Sicut consiliator est causa› Nam ex consiliatore incipit motus in eo, qui secundum consilium agit ad rei conseruationem. Et simpliciter ‹pater est causa filij.› In quibus duobus exemplis duo principia motus tetigit ex quibus omnia fiunt, scilicet propositum in consiliatore, & naturam in patre. Et uſr omne faciẽs est cã facti per hunc modum, & permutans permutati. Sciendum est autem ꝙ ſm Auic. quatuor sunt modi causæ efficientis, s. perficiens, disponens, adiuuans, & consilians. Perficiens autem dr̃ tã efficiẽs, quæ ultimam rei perfectionẽ causat, sicut quod inducit formam substantialem in rebus naturalibus, uel artificialẽ in artificialibus, ut ædificator domus. Disponẽs autem quod non reducit ultimam formã perfectiuam, sed tantummodo præparat materiam ad formã, sicut ille, qui dolat ligna & lapides,

Et ad differentiã agentis, & finis dixit inexistens materiale principiũ & cãm, cui causalitas consistit in sola formę receptione, quam recipit limitando ipsã.

par. seq.
Qare forma dicatur spẽs, & exẽplum & qđ qd erat eẽ, cuius causalitas consistit i dare esse formaliter limitando potentialitatem materiæ.

Cuius cãlitatem nõ actionẽ, sed agere rẽ ipsam, dicimus esse.

Auice. pos. quatuor modos cãę efficientis.

dici-

dicitur domum facere. Et hæc non proprie dicit efficiens domus, quia id, quod ipse facit, non est domus nisi in potentia. Magis tamen proprie erit efficiens, si inducat ultimam dispositionem ad quam sequitur de necessitate forma, sicut homo generat hominem non causans intellectum, qui est ab extrinseco. Adiuuans autem dicitur causa secundum quòd operatur ad principalem effectum. In hoc tamen differt ab agente principali, quia principale agens agit ad finem proprium, adiuuans autem ad finem alienum, sicut qui adiuuat Regem in bello, operatur ad finem regis. Et hæc est dispositio causæ secundariæ ad primam. nam causa secunda operatur propter finem primæ causæ in omnibus agentibus per se ordinatis, sicut militaris propter finem ciuilis. Consilians autem differt ab efficiente principali, inquantum dat finem & formam agendi: Et hæc est habitudo primi agentis per intellectum ad omne agens secundum, siue sit naturale, siue intellectuale. Nam primum agens intellectuale in omnibus dat finem & formam agendi secundo agenti, sicut architector nauis, nauim operanti, & primus intellectus, toti naturæ. Ad hoc autem genus causæ reducitur quicquid facit aliquid quocunque modo esse, non solum secundum esse substantiale, sed secundum accidentale, quod contingit in omni motu. Et ideo nó solum dicit quòd faciens sit causa facti, sed etiam mutans mutati. Quarto modo dicitur causa, Finis. Hoc autem est cuius causa aliquid fit, sicut sanitas est causa ambulandi. Et quia de fine uidebatur minus, quòd esset causa propter hoc quòd est ultimum in esse, unde etiam ab alijs prioribus philosophis hæc causa est prætermissa, ut in Primo lib. præhabitum est, ideo specialiter probat de fine quòd sit causa. Nam hæc quæstio quare, uel propter quid, quærit de causa: cum enim quæritur quare, uel propter quid quis ambulat, conuenienter respondentes dicimus ut sanetur. Et sic respondentes opinamur reddere causam. Vnde patet quòd finis est causa. Non solum autem ultimum, propter quod efficiens operatur, dicitur finis respectu præcedentium, sed etiam omnia inter media quæ sunt inter primum agens & ultimum finem, dicuntur finis respectu præcedentium, & eodem modo dicuntur causa vnde principium motus respectu sequentium: sicut inter medicinam, quæ est primum agens in hoc ordine, & sanitatem quæ est ultimus finis, sunt ista media, scilicet attenuatio, quæ est propinquissima sanitati in his, qui superabundant in humoribus: & purgatio, per quam acquiritur attenuatio: & pharmacia, idest medicina laxatiua, & ex qua purgatio causatur: & organa, idest instrumenta quibus medicina uel pharmacia præparatur & ministratur. Huiusmodi etiam omnia sunt propter finem, & tamen unum eorum est finis alterius. Nam attenuatio est finis purgationis, & purgatio Pharmaciæ. Hæc autem intermedia posita differunt adinuicem in hoc quòd quædam eorum sunt organa; sicut instrumenta quibus medicina præparatur & ministratur, & ipsa medicina ministrata qua natura utitur ut instrumento: quædam uero sunt opera, idest operationes, siue actiones, ut purgatio & attenuatio. Concludit ergo quòd causæ toties dicuntur, idest quatuor modis. Et addit (fere) propter modos causarum quos infra ponet. Vel etiam ideo, quia illæ causarum species non eadam ratione in omnibus inueniuntur.

Differentia inter primá & secundam causam.

Finis causalitas cósistit ī mouere agens, & præstare ipsis medijs ī finem ordinem ad ipsum, qui mouet vt in potentia existens, actualiter tñ apprehensum.

BESS. *At, cum multifariam causæ dicantur, accidit multas quoque eiusdem, non secundum accidens causas esse. vt statuæ, & ars statuaria, & ipsum æs non secundum aliud quippiam, sed prout statua est: non tamen eodem modo, sed hoc quidem vt materia, illa vero vt unde motus.*

ANT. *Accidit autem multotiens dictis causis multas eiusdem causas esse, non secundum accidens, vt statuæ effector statuæ, & æs, non secundum aliud aliquid, sed inquantum statua. Verum non eodem modo, sed hoc quidem ut materia, illud vero ut unde motus.*

Par. 2.

Ponit quædam, quæ consequuntur circa causas ex prædictis. & sunt tria, quorum primum est, quòd, quia causa multis modis dicitur, contingit multas causas esse unius rei non secundum accidens, sed secundum se. Quòd enim secundum accidens multæ sint causæ unius rei, hoc difficile non videbatur, quia rei, quæ est causa per se alicuius effectus, multa possunt accidere, quæ omnia illius effectus possunt etiam causa per accidens dici: sed, quòd causæ per se sint multæ unius, hoc fit manifestum ex hoc, quòd causæ multipliciter dicuntur. Statuæ enim causa per se & non per accidens est factor statuæ, & æs, sed non eodem modo. Hoc enim est impossibile quòd ejusdem secúdum idem genus, sint multæ causæ per se eodem ordine, licet possint esse plures causæ hoc modo, quòd una sit proxima, alia remota: uel ita, quòd neutrum sit causa sufficiens, sed utrunque coniunctim, sicut patet in multis, qui trahunt nauem. Sed in proposito diuersis modis ista duo sunt causa statuæ, æs quidem ut materia, artifex uero ut efficiens. Secundum ponit ibi.

Eiusdé esse plures cás p se & eiusdé generis, impossibile é.

BESS. *Et inuicem causas esse. ut laborare bonæ habitudinis, hæc uero laborandi, non tamen eodem modo: sed hæc quidem, vt finis, illud vero, ut principium motus.*

ANT. Par. 3. *Et adinuicem causæ sunt, ut dolor causa est sanitatis, & sanitas causa est dolendi: sed non eodem modo. Verum hoc quidem, vt finis, illud vero, ut principium motus.*

Dicit, quòd etiam contingit, quòd aliqua duo adinuicem sibi sunt causæ: quod impossibile est in eodem genere causæ. Manifestum uero fit multipliciter dictis causis. Sicut dolor ex incisione uulneris est causa sanitatis, ut efficiens siue principium motus: sanitas autem est causa illius doloris, ut finis. Secúdum enim idem genus causæ aliquid esse causam & causatum est impossibile. Alia litera habet melius (laborare causa est euexiæ), idest bonæ dispositionis, quæ causatur ex labore moderato, qui ad digestionem confert & superfluos humores consumit. Sciendum est autem, quòd cum sint quatuor causæ superius positæ, earum duæ sibiinuicem correspondent, & aliæ duæ similiter. Nam efficiens & finis sibi correspondent inuicem, quia efficiens est principium motus, finis autem terminus. Et similiter materia & forma. nam forma dat esse, materia autem recipit. Est igitur efficiés causa finis, finis autem causa efficientis. Efficiens est causa finis quantum ad esse quidem, quia mouendo perducit efficiens ad hoc, quòd sit finis. Finis autem est causa efficientis, non quantum ad esse, sed quantum ad rationem causalitatis. Nam efficiens est causa inquantum agit: non autem agit nisi causa finis. Vnde ex fine habet suam causalitatem efficiens. Forma autem & materia sibiinuicem sunt causa quantum ad esse. Forma quidem materiæ inquantum dat ei esse actu, materia uero formæ inquantum sustentat ipsam. Dico autem utrunque horum sibi inuicem esse causam essendi uel simpliciter uel secundum quid. Nam forma substantialis dat esse materiæ simpliciter. Forma autem accidentalis secundum quid, prout etiam forma est. Materia etiam quandoque nó sustentat formam secundum esse simpliciter; sed secundum quòd est forma huius, habens esse in hoc; sicut se habet corpus humanum ad animá rationalem. Tertium ponit ibi.

Quó efficiens, & finis se inuicé causent.

BESS. *Item, idem aliquando contrariorum causa est. quod enim cum adsit, alicuius causa est, idem cum absit, causam contrarij nonnunquam dicimus. vt absentiam gu-*

b.r.

bernatoris, naufragii, cuius præsentia salutis causa erat. ambæ autem & præsentia, & priuatio tanquam mouentes causæ sunt.

ANT. Par.4.

Amplius autem idem quandoque contrariorum est causa. Quod enim præsens, huius est causa, hoc absens, causamur quandoque de contrario. Vt absentia gubernatoris deperditionis nauis, cuius erat præsentia causa salutis. Vtraque uero & præsentia & priuatio, causæ sunt quasi mouentes.

Dicit, quod idem contrariorum contingit esse causam. Quod etiam difficile uidebatur uel inpossibile, si similiter ad utrunque referatur, sed dissimiliter est causa utriusque. Illud enim, quod per sui præsentiam est causa huius, quãdo est absens {causamur} idest accusamus ipsum {de contrario}, i. dicimus ipsum esse causam contrarij. Sicut patet, quod gubernator per sui præsentiam est causa salutis nauis, dicimus eius absentiam esse causam perditionalis. Ne autem putetur, quòd hoc sit referendum ad diuersa genera causarum, sicut & priora duo, ideo subiungit ꝙ utrunque istorum reducitur ad idem genus causæ, scilicet ad causam mouentem. Eodem enim modo oppositum est causa oppositi, quo hæc est cã huius.

LECTIO III.

Omnes modos causarum ad quatuor species reducit, hinc iuxta modos quosdam causarum diuisiones quatuor ponit, quas ad actum & potentiam reducit.

BESS.

OMnes aũt nunc dictæ causæ in quatuor incidũt manifestissimos modos, elemẽta etenim syllabarũ & materia factibilium, & ignis, & terra, & omnia huiuscemodi corporum, partes quoque totius, & suppositiones conclusionis causæ sunt, ut ex quo. Harũ uero hæc quidem tanquam subiectum, ut partes, hæc uero tanquam ipsum quid erat esse; ut totum, & compositio, & forma. Semen uerò, & medicus, & consiliator, & simpliciter efficiens, omnia unde transmutationis, aut status principium. Cætera uero tanquam finis, & bonum aliorum, ipsum enim cuius causa optimum, & finis aliorum uult esse. nil autem differat, bonum id, an apparens bonum dicatur. Hæ itaque causæ, ac tot speciei sunt.

ANT. Par.1.

Omnes uero causæ dictæ in quatuor modos cadunt manifestissimos. Nam elementa syllabarum, & materia artificialiũ & ignis et terra et talia oĩa corporũ, et partes totius, & suppositiones cõclusionis, ut ex quo causæ sunt. Horum autem hæc quidem quasi subiectum, ut partes. Illa uero ut quod quid erat esse, ut totum, compositio, & species. Sperma uero & medicus & consiliator, & omnino efficiens, omnia sunt unde principium permutationis aut status. Alia uero ut finis et bonũ aliorum. Nam quod cuius causa, optimum, & finis aliorum uult esse. Nihil autem differt dicere siue bonum, siue apparens bonum. Causæ igitur hæ sunt, & tot specie.

Hic Philosophus reducit omnes causas in quatuor modos causarum prædictos, dicens, quòd omnia, quæ dicuntur causæ, incidunt in prædictos quatuor modos. Dicuntur. n. {elementa}, i. literæ, causæ syllabarum, & materia artificialium dicitur esse causa factorum per artem, & ignis & terra & hmôi omnia simplicia corpora, dicuntur esse causæ corporum mixtorum. Et partes dicuntur esse causa totius. {Et suppositiones}, i. propositiones pręmissæ, ex quibus propositis syllogizatur, dicuntur esse causa conclusionis, & in omnibus istis est una ratio causæ, secundum quod dicitur causa illud ex quo fit aliquid, ꝙ est ratio causæ materialis. Sciendum est autem, quod propositiones dicuntur esse materia conclusionis, nõ quidem secundum quod sub tali forma existunt, uel secundum uirtutem earum, (Sic enim magis se habent in ratione causæ efficientis) sed quantum ad terminos, ex quibus cõponuntur. Nam ex terminis pręmissarum componitur conclusio, s. ex maiori & extremitate. Inter ea autem, ex quib. res integratur, aliquid se habet per modum subiecti, sicut partes & aliæ, quæ prædicta sunt, alia uero se habent ut (quod quid erat esse). s. totum, & compositio, & species, quæ pertinent ad rationem formæ, secundũ quam quidditas rei completur. Sciendum est enim, ꝙ quandoque vna res simpliciter est alicuius materia, sicut argentum phialæ, & tunc forma correspondens tali materiæ potest dici species. Quandoque autem plures adinuicem adunatæ sunt materia alicuius rei, qđ quidem contingit tripliciter. Quandoque enim adunantur secundum ordinem tantum, sicut homines in exercitu, vel domus in ciuitate, & sic pro forma respondet totum quod designatur nomine exercitus, vel ciuitatis. Quandoque autem non solum adunãtur ordine, sed cõtactu & colligatione, sicut apparet in partibus domus, & tunc respondet pro forma compositio. Quandoque autem super hoc additur alteratio componentium, quod contingit in mixtione, & tunc forma est ipsa mixtio, quæ tamen est quædam compositionis species. Ex quolibet autem trium horum sumitur quod quid est rei, s. ex compositione & specie & toto, sicut patet si diffiniretur exercitus, domus, & phiala. Sic ergo habemus duos modos causæ. Secundum autem aliam rationem dicitur causa sperma & medicus & consiliator, & vniuersaliter omne faciens, ex eo, s. ꝙ sunt principia motus & quietis. Vnde iam hoc est aliud genus causæ propter aliam rationem causandi. Ponit autem sperma in hoc genere causæ, quia secundum eius sententiam sperma vim habet actiuam, menstruum autem mulieris cædit in materiam concepti. Quarta vero ratio causandi est secundum, ꝙ aliqua dicuntur causæ per modum finis & boni respectu aliorum. Illud enim cuius causa fit aliquid, est optimum inter alia (& vult esse} .i. habet aptitudinem vt sit aliorum finis. Quia vero posset aliquis obijcere, ꝙ nõ semper bonum est finis, cum quandoque aliqui inordinate agentes malum finem sibi constituant, ideo respondet, quòd nihil ad propositum differt dicere ꝙ simpliciter sit bonum. Qui enim agit, agit per se loquendo propter bonum. hoc enim intendit, per accidens autem propter malum, inquantum accidit ei quod existimat bonum esse. Nullus enim agit propter aliquid intendẽs malum. Sciendum autem est, ꝙ licet finis sit vltimus in esse in quibusdam, in causalitate tamen est prior semper. Vnde dicitur causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. Est enim causa causalitatis efficientis, vt iam dictum est. Efficiens autem est causa causalitatis & materiæ & formæ. Nam facit per seipsum motum materiam esse susceptiuam formæ, & formam inesse materiæ. Et per consequens et finis est causa causalitatis & materiæ & formæ. & iõ potissimæ demonstrationes sumuntur a fine, in illis in quibus agitur aliquid propter finem, sicut in naturalibus, in moralibus & artificialibus. Concludit igitur, quòd prædicta sunt causæ, & quòd causæ secundum tot species distinguuntur. Deinde cum dicit.

Materia simpliciter, & totiens formæ.

BESS.

Modi autem causarum numero quidem multi sunt, in pauciores autem reducuntur. Dicuntur etenim causæ etiam earum, quæ eiusdem speciei sunt multipliciter, prius videlicet, & posterius alia, quàm alia, vt sanitatis medicus, & artifex, & ipsius diapason duplum, & nume-

numerus, & illa semper, quæ continent quodcunque particularium. Item vt ipsum accidens, & eorum genera, vt statuæ, aliter Polycletus, & aliter statuarius, quia accidit statuario Polycleto esse. Et ea, quæ continent accidens ut homo causa statuæ, aut simpliciter animal, quoniam Polycletus homo, homo autem animal est. Est autem accidentium quoque aliud alio remotius, & propinquius, ut puta, si albus, & musicus dicantur statuæ causa, & non solum Polycletus, aut homo. Præter omnes autem, quæ proprie dicuntur, quæue secundum accidens, aliæ ut potentia dicuntur, aliæ ut agentes, ut ædificij extruendi, ædificator, aut ædificans ædificator. Similiter autem illæ quoque dñr de his, quorũ causæ sunt, ut huius statuæ, aut statuæ, aut simpliciter imaginis, aut huius æris, aut æris, aut simpliciter materiæ, & de accidentibus similiter. Item hę, & illa coniuncta dicentur, utputa non Polycletus, nec statuarius, sed Polycletus statuarius. Attamen hæ omnes multitudine quidem sex sunt, dicuntur autem dupliciter, aut enim ut singulare, aut ut genus eius, aut ut accidens, aut ut genus accidentis, aut ut coniunctæ, aut simpliciter dictæ, item tanquam agentes, aut secundum potentiam. Differunt autem, eo quod agentes quidem & singulares simul sunt, & non sunt tam ipsæ, quàm illa, quorum causæ sunt. ueluti hic medicans huic conualescenti, & hic ædificator, huic, quod ædificat. Quòd uero secundum potentiam, non semper, corrumpitur enim non simul domus, & ædificator.

A N T. Par.2. *Modi uero causarũ numero quidẽ sunt multi, capitulatim uero & hi pauciores. Dñr enim causæ multipliciter, & earum conspecialium prius & posterius altera alia, ut sanitatis medicus & artifex, diapason duplum & numerus, & semper quæ singularium sunt continentia. Amplius autem ut accidens & horum genera, uelut statuæ aliter Polycletus, & aliter statuæ factor, quia accidit statuæ factori Polycletum esse: & continentia accidens, ut homo causa statuę, aut & totaliter animal, quia Polycletus homo est & animal. Sunt ẽt & accidentium alijs remotiora & propinquiora, vt si album & musicum causa dicuntur statuæ, & non solum Polycletus aut homo. Præter omnia autem & proprie dicta & secundum accidens, hæc quidem vt potentia dicuntur, illa vero vt agentia, vt ędificationis ædificator, aut ædificans. Similiter autem dicentur, & in quibus causæ sunt causę dictis, vt huius statuæ, aut statuæ, aut omnino imaginis, aut æris, aut æris huius, aut omnino materiæ, & in accidentibus similiter. Amplius autem complexa & ea & illa dicuntur, ut nec Polycletus, nec statuæ factor, sed Polycletus statuæ factor. Attamen ea omnia sunt pluralitate sex, sed dupliciter dicta. Aut eñ ut singulare, aut genus. Et sm̃ se, aut sm̃ accidens, aut ut genus accidẽtis. Aut ut ea complexa, aut simpliciter dicta. Amplius aũt ut agentia, aut sm̃ potentiam. Differunt aũt intantum, quòd agentia quidẽ singularia simul sunt & non sunt cum his, quorũ sunt causæ, ut hic medens cum hoc conualescente, & hic ædificator cum hoc ædificio. Quę uero sunt secundum potentiã, non semper. Corrumpitur enim non simul ædificium & ędificator.*

Distinct. cãrũ duplex. Distinguit modos causarum. Est autem distinctio causæ per species, & per modos. Nam distinctio per species est penes diuersas rationes causandi, & ideo est quasi diuisio per differentias species constituentes. Diuisio autem per modos est penes diuersas habitudinines causæ ad causatum. Et ideo est in his, quæ habent eandem rationem causandi, sicut per se & per accidens, remotum & propinquum. Vnde est quasi per differentias accidentiales non diuersificantes speciem. Dicit ergo, quod multi sunt modi causarum, sed pauciores inueniuntur quando {capitulatim}, i. quodam compendio comprehenduntur. Per se enim & per accidens sunt duo modi, tamen reducuntur ad unum capitulum, secundum quod est eadem consideratio de utroque. Et simpliciter est de alijs modis oppositis. Causæ enim multis modis dicuntur non solum quantum ad diuersas species causæ, sed etiam quantum ad causas conspeciales, quæ. s. reducuntur ad unam speciem causæ. Dicitur enim una prior, & altera posterior. Prius autem & posterius in causis inuenitur dupliciter.

Vno modo in causis diuersis numero adinuicem ordinatis, quarum una est prima & remota, & alia secunda & propinqua, sicut in causis efficientibus homo generat hominem ut causa propinqua, & posterior, Sol autem ut causa prior & remota, & similter potest considerari in alijs speciebus causarum. Alio modo in una & eadem causa numero secundum ordinem rationis, qui est inter vniuersale & particulare. Nam vniuersale naturaliter est prius, particulare posterius. Prætermittit autem primum modũ, & accipit secundum. In secundo enim modo immediate effectus ab vtraque causa existit, s. priori & posteriori, quod in primo non conuenit. Vnde dicit, ꝙ sanitatis causa est medicus, & artifex in genere causæ efficientis. Artifex quidem vt vniuersale, & prius, medicus vero vt particulare siue speciale, & posterius. Similiter etiam in causis formalibus dupliciter est cã formalis, vt diapason duplum, vel proportio dupla, vel dualitas ẽ causa formalis, vt speciale & posterius. Numerus autem, vel proportio numeri ad numerũ vel ad vnum, vt vniuersale & prius. Et ita {semper ea quę continent (singularia)}. i. vniuersalia, dicuntur causæ priores. Alia diuisio est causarum secundum quòd aliquid dicitur esse causa per se & per accidens. Sicut enim causa per se diuiditur in vniuersale & particulare, siue in prius & posterius, ita etiam causa per accidens. Vnde non solum ipsæ causæ accidentales dicuntur causæ per accidens, sed etiam ipsarum genera. Vt statuæ factor, statuæ causa est per se, Polycletus autem per accidens est causa, inquantum accidit ei factorem statuæ esse: Et sicut Polycletus est causa statuæ per accidens, ita omnia vniuersalia {continentia accidens}, i. causam per accidens, dicuntur per accidens causæ, sicut homo & animal, quæ sub se continent Polycletũ, qui est homo & animal. Et sicut causarum per se quędam sunt propinquæ, quædam remotæ, vt dictum est, ita & inter causas per accidens. Nam Polycletus est causa statuæ magis propinqua quàm album & musicum. Magis enim remotus modus prædicationis per accidens est, cum accidens prædicatur de accidente, q̃ cum accidens prædicatur de subiecto. Accidens enim non prædicatur de accidente, nisi quia ambo prædicantur de subiecto. Vnde magis remotum est, vt attribuatur vni accidenti, quod est alterius, sicut musico quod est ædificatoris, quàm quod attribuatur subiecto, quod est accidentis, sicut Polycleto, quod est ædificatoris. Sciendum autem est, ꝙ aliquid potest dici causa per accidens alterius dupliciter. Vno modo ex parte causæ, quia, s. illud, quod accidit causæ, dicitur causa per accidens, sicut, si album dicatur causa domus. Alio modo ex parte effectus, vt, s. aliquid dicatur causa per accidẽs alicuius, qđ accidit ei, quod est effectus per se. Quod quidem potest esse tripliciter. Vno modo, quia habet ordinem necessarium ad effectum, sicut remotio impedimẽti habet ordinem necessarium ad effectũ. Vnde remouens prohibens dicitur mouens per accidens, siue illud accidens sit contrarium, sicut cholæ-

ra

ra prohibet frigiditatem, unde scamonea dicitur infrigidate per accidens, non quia causet frigiditatem sed quia tollit impedimentum frigiditatis, qđ est ei contrarium, s. choleram, siue etiam si non sit contrarium, sicut columna impedit motum lapidis. vnde te mouens columnam dicitur per accidens mouere lapidem superpositum. Alio modo, quando accidens habet ordinem ad effectum, non tamē necessarium, nec ut in pluribus, sed ut in paucioribus, sicut inuentio thesauri ad solsionem in terra. Et hoc modo fortuna & casus dicuntur causæ per accidens. Tertio, quoniam nullum ordinem habent, nisi forte secundū existimationē, sicut si aliquis dicat se esse cām terræmotus, quia eo intrante domum accidit terræ motus. Tertia distinctio est, secundum quod præ omnibus his uel præter omnia hęc, quę dicuntur esse secundum se siue per se, & secundum accidens, quędā sunt causæ in potentia, quędam ut agentia. i. in actu. Sicut ædificationis causa est ædificator in potentia. Hoc. n. sonat habitum uel officium. Vel ædificans actu. Et eisdem modis, quib. diuiduntur causæ, possunt diuidi cāta in quib. uel quorū causę sunt cāe. Pōt. n. diuidi causatū per prius & posterius siue particulare & uniuersale, sicut si dicamus, ꝙ statuæ factor est cā huius statuæ, quod est posterius, aut statuę, quod est uniuersalius & prius, aut imaginis quod est adhuc uniuersalius. Et similiter aliquid est causa formalis huius æris, aut ęris, quod est uniuersalius, ut materiæ, quod est adhuc uniuersalius. Et similiter potest dici in accidentalibus, s. in effectibus per accidens. Nam statuæ factor qui est causa statuæ, est etiam causa grauis uel albi uel rubei quæ accidunt ex parte materiæ, & non sunt ab hoc agente causata. Vlterius ponit quartam distinctionem causæ, quæ est in simplex & in compositum, ut simplex causa dicatur secundum quód accipitur causa statuæ per se solum ut statuæ factor, siue per accidens tantum. s. Polycletus. Composita autem secundum quód utrunque simul accipitur, ut dicatur causa statuæ Polycletus statuæ factor. Est autem alius modus quo causę possunt dici compositæ, secundum quod plures causæ concurrunt ad unius rei constitutionem, sicut plores homines ad trahendum nauem, uel plures lapides, ut sint materia domus. Sed hoc prętermisit, quia nullū illorum est causa, sed pars causæ. His autem modis positis colligit istorum modorum numerum dicēs, quód isti modi causarum sunt sex & uariantur dupliciter, & ita efficiuntur duodecim. Hi enim modi sex sunt aut singulare, aut genus, quod superius dixit prius & posterius: Et secundum se & per accidens, ad quod etiam reducit genus accidentis, nam genus accidentis est causa per accidens. et iterum per complexum & simplex. Hi autem sex modi ulterius diuiduntur per potentiam & per actum & sunt duodecim. Ideo autem oportet omnes istos modos per potentiam & actum diuidi, quia potentia & auctus diuersificant habitudinem causæ ad effectum. Nam causæ in actu particulares sunt simul, & tollunt cum suis effectibus, sicut hic medicans cum hoc conualescente, & hic ædificans cum hoc ædificato: non enim potest aliquid actu ædificari, nisi sit actu ædificans. Sed causæ secundum potentiam non semper remouentur cum effectibus, sicut domus & ædificator nō simul corrumpuntur. In quibusdam tamen contingit, quód remota actione efficientis tollitur substantia effectus, sicut in his, quorū esse est in fieri, vel quorum causa non solum est effectui causa fiendi sed essendi. Vnde remota illuminatione solis ab aere tollitur lumen. Dicit autem causas singulares, quia actus singularium sunt, vt in primo huius habitū est.

[Margin: Cā per accidens dicitur multipl. — Modi causarum quot numero. — In proœm.]

LECTIO IIII.

Quod nam elementum proprie sit, & quo in vocibus, & naturalibus ac demonstrationibus elementa sumuntur. Quot nam item & quæ ex translatione elementa dicantur, & quid commune sit omnib. quæ elementa dicunē.

Elementum dicitur, ex quo componitur primo inexistenti indiuisibili specie in aliam speciem, ut vocis elementa, ex quibus componitur vox, & in quæ ultima diuiditur, illa uero non amplius in alias uoces ab ipsis specie diuersas, sed & si diuidantur, particulę tamen eorum eiusdem speciei sunt, ut aquæ particula, aqua, sed non syllabæ. Similiter etiam corporum elementa dicunt, ea dicentes ultima, in quæ corpora diuiduntur: Illa uero non amplius in alia specie differentia corpora, & siue unum, siue plura huiuscemodi sint, hæc elementa aiunt. Similiter autem figurationum quoque elementa dicunt, ac simpliciter demonstrationum. Primę enim demonstrationes, quę in pluribus demonstrationibus insunt, hę elementa demonstrationum dicuntur, sunt autem tales primi, ex tribus per vnum medium syllogismi.

[Margin: B E S S. Tex. 4.]

*Elementum vero dicitur ex quo aliquid componitur primo inexistente indiuisibili specie in aliam speciem, vt vocis elementa, ex quibus componitur vox, et in qua diuiditur vltima, illa vero non in alias voces ab eis specie diuersas, sed & si diuid intur, particulę sunt conformes, vt aquę particulæ sunt aqua, sed non syllabę. Similiter autem & corporum elementa dicunt dicentes, in quę diuiduntur corpora vltima, & illa non in alia specie differentia corpora, & siue vnum, siue plura talia, ea elementa dicuntur. Similiter vero & quę sunt diagrammatum, * dicuntur elementa, & ex toto quę sunt demonstrationum. Nam primę demonstrationes in pluribus demonstrationibus existentes, esse demonstrationum elementa dicuntur. Sunt autem tales syllogismi primi per vnum medium ex tribus terminis.*

*[Margin: A N T. tex. c. 4. Par. 1. — * i. descriptionum.]*

Hic distinguit hoc nomen elementū. circa quod duo facit. Primo assignat diuersos modos elementi. Secundo ostendit quid in omnibus sit commune ibi. §Omnium autem commune. §Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo elementum proprie dicatur. Secundo quomodo dicatur transumptiue ibi. §Et transferentes elementum &c. §Ponit ergo primo quandam elementi descriptionem, ex qua colligi potest, ꝙ quatuor sunt de ratione elementi. Quorum primum est, vt sit causa sicut ex quo, per quod patet, ꝙ elementum ponitur in genere causæ materialis. Secundum est, ꝙ sit principium ex quo aliquid fiat primo, cuprum enim est ex quo fit statua, non tamē est elementum, quia habet aliquam aliam materiam ex qua fit. Tertium est, ꝙ sit inexistens siue intrinsecum, per quod differt elementum ab omni, ex quo fit aliquid sicut ex transeunte, siue sit priuatio, aut contrarium, siue materia contrarietati & priuationi subiecta, quæ est materia transiens: Vt cum dicimus, ꝙ homo musicus fit ex homine non musico, vel musicum ex non musico, elementa enim oportet manere in his quorum sunt elementa. Quartum est, ꝙ habeat aliquam speciem, quæ non diuidatur in diuersas species, per quod differt elementum à materia prima, quæ nullam speciem habet, & etiam ab omnibus materiis, quæ in diuersas species resolui possunt, sicut sanguis & huiusmodi. Propter hoc dicit, ꝙ elementum est ex quo aliquid componitur, quantum ad primum: Primo, quantum ad secundum: Inexistente, quantum ad tertium: Indiuisibili specie in aliam spe ciem,

[Margin: Par. 2. & 3. Par. seq & princ. — Quatuor sunt de ratione elementi. — Hoc in loco Ant. ita impugnat S. Th.]

ciem, quantum ad quartum. Hanc autem diffinitionem manifestat in quatuor, in quibus vtimur nomine elementi. Dicimus enim ipsas literas esse elementa vocis, quia ex eis omnis vox componitur, & primo. Quod ex hoc patet, quia omnes voces in literas resoluuntur, sicut in vltima. Quod est enim vltimum in resolutione, oportet esse primum in compõne; literæ autem non resoluuntur vlterius in alias voces specie diuersas. Sed, si aliquo modo diuidantur, particulæ, in quas fit diuisio, erunt (conformes) idest vnius speciei, sicut omnes particulę aquæ sunt aqua. Diuiditur autem litera secundum tempora prolationis, prout litera longa dicitur habere duo tempora, breuis uero vnum Nec tamen partes, in quas sic diuiduntur literæ, sunt diuersæ secundum speciem vocis. non est autem ita de syllaba: nam eius partes sunt diuersæ secundum speciem. alius enim sonus est secundum speciem, quem facit vocalis & consonans; ex quibus syllaba componitur. Secundum exemplum ponit in corporibus naturalibus, in quibus etiam quædam dicimus elementa quorundam. Illa enim dicuntur corporum esse elementa, in quæ vltimo resoluuntur omnia corpora mixta: & per consequens ea sunt, ex quibus primo componuntur huiusmodi corpora. Ipsa autem corpora, quæ elementa dicuntur, non diuiduntur in alia corpora specie differentia, sed in partes consimiles, sicut quælibet pars aquæ est aqua. Et quicunque posuerunt tale corpus esse unum, scilicet in quod omnia resoluuntur, & ipsum non resoluitur in alia, dixerunt vnum esse elemẽtum. Quidam vero aquam, quidam autem aerem, quidam autem ignem. Qui vero posuerunt plura talia corpora, dixerunt etiam esse elementa plura. Sciendũ est, quòd, cum in diffinitione elemẽti ponatur, quòd non diuiditur in diuersa secundum speciem, non est intelligendum de partibus in quas aliquid diuiditur diuisione quantitatis: sic enim lignum esset elementum, quia quælibet pars ligni est lignum, sed de diuisione, quæ fit secundum alterationem, sicut corpora mixta resoluuntur in simplicia. Tertium exemplum ponit in demonstrationibus in quibus etiam vtimur nomine elementi, sicut dicitur liber elementorum Euclidis. Et dicit, quòd modo simili & propinquo dictis dicuntur elementa, quæ (sunt diagrãmatum) idest descriptionum geometralium elementa. Et non solum hoc potest dici in geometria, sed vniuersaliter in omnibus demonstrationibus. Illæ enim demonstrationes, quæ existunt in tribus terminis tantum, dicuntur esse aliorum elemẽta. Nam ex his componuntur aliæ demonstrationes, & in ea resoluuntur. Quod sic patet. Secunda enim demonstratio accipit pro principio conclusionem primę demonstrationis, inter cuius terminos intelligitur medium, quod fuit primæ demonstrationis principium. Et sic secunda demonstratio erit ex quatuor terminis prima ex tribus tantum, tertia vero ex quinque, quarta ex sex, & sic quęlibet demonstratio vnum terminum addit. In quo manifestum est demonstrationes primas in postremis includi, vt si sit hæc demonstratio primo. Omne B est A: omne C est B: ergo omne C est A: hoc includetur in hac, Omne C est A: omne D est C: ergo omne D est A. Et vlterius ista in alia, quæ concludit, omne E est A, ut quasi videatur esse ad hanc ultimam conclusionem unus syllogismus ex pluribus syllogismis compositus plura media habens, vt dicatur sic, Omne B est A: & omne C est B: & omne D est C: & omne E est D: ergo omne E est A. Prima igitur demonstratio, quæ habebat unum medium & solum tres terminos, est simplex & non resoluitur in aliam demonstrationẽ, sed omnes aliæ resoluuntur in ipsam. Et ideo syllogismi primi, qui fiunt ex terminis tribus per unũ medium, elementa dicuntur. Deinde cum dicit.

DEFENSIO II.

Elemẽti diffinitio nullatenus materię primę conuenit.

HOc in loco Anto. And. diuum Tho. impugnat, sed non expugnat. Postquam enim ipse Anto. And. verbum Philosophi (indiuisibili specie in aliam speciem) exposuit pro indiuisibili ratione in partes alterius rationis, per quod, inquit, distinguitur elementum à toto heterogeneo, statim subiungit: Ex quibus colligitur quod ista ratio elementi proprie competit materiæ primæ, ut patet discurrenti p singulas particulas. Vnde male dicit quidam expositor, qui materiam primam dicit esse ex parte ab hac ratione elementi, ex hoc quod dicitur quòd elementum est indiuisibile specie. Et hoc ideo (vt dicit) quia materia nõ est in specie, non est proprie elementum. Sed hoc non valet, quia æquiuocat de specie. Non. n. loquitur hic Philosophus de specie, quæ dicitur esse generis. Sic enim materia non est in genere, vel in specie, nisi per reductionẽ, sed accipit speciem pro substantiali ratione & formali. Et hoc modo materia prima est indiuisibilis, quia eius substantia non est resolubilis in principia, seu in partes rationis. Vlterius patet, quod ratio elementi non conuenit primo quatuor corporibus vocatis elementis, quia illa corpora, puta ignis, aqua, aer &c. vtiq; sunt resolubilia in materiam & formam, quæ sunt alterius rationis, ut patet. 1. Phy. & alibi frequẽter, & statim infra dicetur, ibi (Similiter aũt & corporum dicunt elementa &c. scilicet antiqui.) Philosophus autem nominat ea non elementa simpliciter, sed vocata elementa. Sic enim dicebãtur ab antiquis, qui ponebant illa quatuor corpora, uel omnia, uel quædam esse rerũ principia prima, nec esse vlterius resolubilia in alia priora. Hæc ille contra diuum Tho. in margine per Mauritium ex nomine citatũ. Sed si quis puro respiciat intuitu verba S. Tho. protinus comperiet ipsum assecutum esse Arist. mentem, & ab ea Ant. And. plurimum deuiare. Extorta siquidem est huius uiri in hunc textum expositio, & contra expressam Arist. intentionem, & ob hoc in oĩbus ueritati repugnans. Extorta quidem, quia nunquam Arist. in aliquo suorum librorum, dum speciei nomen inducit, rõnem intendit. Sed uel formam, vt patet ubicunq; de forma loquitur: vel si rõnem, non tñ nisi habentis naturam cõpletam & perfectam sub gñe, quæ proprie species est. Vbi. n. in septimo, uel alibi quidditatem spẽm uocat, etiam non nisi q̃ proprie spẽs est, quidditatem proprie habere docet, vt dicit ẽt in octauo, & in solo ẽt gñe substantiæ. Velle aũt à proprietate & usu significationis nominis à sapientibus approbato, sine ratione declinare, proprium illorum est, qui voluntate, nõ sapientia reguntur in tradenda doctrina, vel exponendis authoribus. Sed quod nec vsus doctorum habeat hoc, vt. s. speciei nomen pro rõne sumatur, nisi forte in scholis eorum, qui contẽptis sapientum eulogijs, propria sibi fingunt dictamina, patet de ea etiam, de qua nunc verba facimus, materia. Dum enim quærunt doctores atq; egregij Philosophi de materia, an eadem sit uel diuersa in cęlo & in corruptibilibus, non speciei vtuntur, sed rõnis vocabulo. Quærunt. n. an inferiorum & superiorum materia eiusdem diuersæue sit rõnis, non aũt an eiusdẽ sit spẽi siue diuersæ. Contra expressam etiam Philosophi intentionẽ esse prædictam Ant. And. expositionẽ, non solùm ex prædicta sensus extorsione conuincitur, sed ẽt ex processu eiusdẽ Philosophi. Posita namq; dissinitione elemẽti, declaratisq; accuratius singulis particulis suis, supponit Philosophus exempla, & non vt addiscẽtes addiscant tantùmodo, sed potius ut p illo-

Spẽs apud Philosoph. non rõ, sed forma vt plurimum dr.

rem communem elemento nomenclaturam, quib⁹ & prædicta diffinitio competit, probet eandẽ diffinitionem nullam pati calumniam. Quia.n.ab omnibus ſapientibus, grammaticis inquam, logicis, geometricis, atq; phyſicis, illa vocantur elementa, quibus vt ſic competit prælata deſcriptio, patet eam elementi eſſe propriam rationem. Declarat autem Philoſophus, ſeorſum ſingulis hiſce rebus quę elementa vocari per ſapientes (vt diximus) affirmat, omnes deſcriptionis huius particulas conuenire. Et ubi elementa corporũ inducit, expreſſe aſſerit eis quoq; particulam illã diffinitionis cõpetere, (indiuiſibili, inquam, ſpẽ in alias ſpẽs) vt ipſe quoq; Ant. And. exponit, qđ vtiq; falſum eſſet ſi ſpẽs ibi ſumeretur pro rõne, cum etiam elemẽtum, diuerſarum rõnum, immo realitatum partibus, materia inquam formaq; conſtet, ac in hæc (vt ita dixerim) diuidatur corruptum. Vel ergo Ariſt. doctrina hæc vana eſt, ac falſitati obnoxia, uel æquiuoce hic & paulo ante vtitur ſpẽi nomine, quod puto nec iſti concederent. Eo.n.id falſum eſſe concedente conſtat quod deriſibile foret uolenti diffinitionis alicuius particulã declarare, ſub alio eam ſenſu in declaratione proponere q̃ ſumpſerit diffinitio. Iam.n.non illam, ſed aliud qđ exponeret. Vel certe iſte falſa multa neceſſe eſt intermiſceat dum ueritatem oppugnat. Etenim particulam quã Ariſt. (huius ẽt teſtimonio) ex propoſito aſſerit ſimplicibus cõpetere, & ob hoc recte fuiſſet ab antiquis elementa vocata, hic dum S. Doctorem impugnat, negat p̃dictis corporibus cõuenire, & ob hoc iterum negat prędicta corpora eſſe atq; vocari debere ſimpliciter elementa, eo quod eorũ ſingula in plures rões diuidant, vt ſic ẽ directo in oĩbus repugnet Ariſ. Vñ patet ex his tertium quod ꝓpoſui, p̃ſtatam inquam, in diuum Tho. huius viri calũniã, ueritati in oĩbus repugnare, niſi Ariſ. uera docuiſſe quis neget, & ſic ab oĩbus ſapientibus derideri cupiat. Nec modus loquendi Ariſ. dum quaſi ab alijs ipſa corpora ſimplicia eſſe vocata elemẽta ꝓponit, prædictæ iniuſtæ calumniæ in aliquo ſuffragatur. Quinimo ex authoritate (vt dixim⁹) antiquorum doctrinæ proprię non repugnante, immo ſibi q̃ plurimũ accõmodata, confirmat magis propoſitum, quã infirmet. Cõgruum vero extitit vbi de ſignificatione huius nominis agebatur, huius etiam nominis inuentores primos inducere: & ex his, alibi reiectis alijs, quæ falſo circa elementorum naturam rerumq; principia opinabantur, tãtummodo ueram hic elementi denominationem ſe accipere ac declarare inſinuauit. Vbi autem non de ſignificatione nominum ſermo eſt, nec declarare intendit qualiter prædictis corporibus elementi ratio competat, iam non quaſi antiquorũ uerbis illa uocat elementa, ſed ſua aſſertione ſub elementi uocabulo ea proponit, ac de eiſdem ſæpiſſime diſputat. Hoc patet. 1. Phy. tex com. 44. & ſecundo cęli. tex. com. 19. & 20. ſecundo quoq; de generatione tex. com. 24. in quibus locis probat elementa adinuicem eſſe contraria. Quarto etiam metheororum tex. cõ. primi, quatuor cauſas elemẽtorum inducit, calidum inquam & frigidum, humidum & ſiccum, & præſupponens oĩbus eſſe notiſſimum quæ ſint elementa, ea ibi aliter nominare negligit. Secundo quoq; cęli. tex. c. 19. & tertio cęli. tex. com. 51. & inde, & ſecundo de generatio. tex. c. 24. probat elementa eſſe gñabilia. In eodem etiam proceſſu tertij cęli, probat non eſſe tm̃ vnum elementum, nec eſſe infinita, & quod ex nullo priori generentur, ſed ex ſe inuicem. Quæ ẽt elementa in libro de Proprietatibus elementorum capitulo primo quatuor eſſe corpora ſimplicia docet, vnicuique propria diſtribuens, ſm̃ q̃ à ſeinuicem diſtinguũtur. In his & alijs multis locis Ariſt. ipſa ſimplicia corpora ſimpliciter & abſolute uocat elementa, quod quidem uituperabile foret, ſi non eis elementi rõ conueniret. In qua etiam re id aduertendum eſt, quod cum prædictæ conditiones ac proprietates, pluralitas inquã contrarietas, generabilitas & corruptibilitas, cauſaſq; habere calidũ & frigidum, humidum & ſiccũ, materiæ primæ ex omni parte repugnẽt, patet neceſſario non ei elementi ẽt rationem competere. Non enim eſſent illa corpora elemẽta, nec plura eſſent ſubſtantiarum elementa, ſed vnum tm̃ ipſa materia. Et mirum certe eſſet, ꝙ cũ in prædictis elementi totiens fecerit Philoſophus mentionem, nunquam materiæ meminiſſet, ſi materia eſſet elementum. Cum igitur ſꝑ ſubſtantiarum corruptibilium elementa, poſuerit & vocauerit quatuor ſimplicia corpora omnibus notiſsima, patet ꝙ & negare prædicta ſimplicia corpora eſſe elementa, & dicere materiam primam eſſe elementum, illi contrariatur. Ex his omnibus patet elementum quidem ad genus cãæ materialis pertinere, vt etiam S. Tho. ex intẽtione Philoſophi in principio expoſitionis dicit, non autem eſſe materiam primam vt Ant. And. leuiter putauit. Et de his ſatis.

Summa huius defenſionis.

DEFENSIO III.

HOc in loco Ant. And. impugnat diuum Tho. ꝓponẽdo dubiũ in hæc uerba: Sed hic eſt vnũ dubium, qũo.ſ. litera ſit diuiſibilis, vt Ariſt. innuit. Et dr̃ à quodam expoſitore, ꝙ litera in prolatione eſt diuiſibilis ſm̃ tempora, quatenus litera longa habet duo tempora, breuis vero vnum, & hoc modo particulæ, in quas litera diuideretur, eſſent unius rationis ſpecificę. Sed contra, tum quia ſm̃ grãmaticos diuiſio in tempora, ſiue habere duo tẽpora uel vnũ, non competit literæ, ſed ſyllabæ. Non.n.dicitur una litera longa, alia breuis, inquantum litera eſt, ſed ſi ſic, hoc eſt inquantum litera per ſe facit ſyllabam & accentum, cõpetit aũt ſyllabæ per ſe. Tum quia eſto ꝙ ita eſſet, adhuc nõ eſſet ad mentẽ Philoſophi, quia tempus cum ſit menſura extrinſeca prolationis literę uel ſyllabę, nec litera nec ſyllaba poteſt diuidi in tempora, ut in particulas habentes rõnem elemẽti. Nam elementum eſt inexiſtente. Dicendum ergo aliter ꝙ litera eſt ſimpliciter indiuiſibilis in alias voces, nec habet quo ad hoc rõnem elementi. Sciendum tamen ꝙ aliqñ bene arguitur & oſtenditur veritas alicuius, nõ ſolum ex poſitione poſſibilis, ſed ẽt impoſſibilis. Exẽplum. Impoſſibile eſt hominem non eſſe riſibilẽ, ſed illo poſito, adhuc eſſet uerum quod homo eſſet rõnalis, quia homo non eſſet non rõnalis per non eſſe riſibilem, ſed magis forte econuerſo. Hunc modum loquendi ſeruat hic Ariſtote. dicens, ꝙ etſi literæ diuidantur, ſupple ponendo impoſſibile, illæ particulæ literarum eſſent conformes unius rõnis ſpecificę, quod nõ põt dici de ſyllaba ſicut patet. Hęc ille formaliter. Sed hinc omnibus expreſſe notum fieri poteſt, quod vir iſte nõ ſimplici oculo ſanctum Doctorem potuit intueri: quandoquidem S. Doctoris doctrinam dum in parte exponit, putat impugnare. Ne aũt pro ea parte, quam impugnat, ſua intentio calumniam pateret, non oĩa verba ſancti Tho. recitat, ex quibus ſtatim talem impugnationem eſſe vaniſſimam innoteſceret: ſed quædam affert tantummodo, quæ pro ſuæ impugnationis aliquali apparentia videãtur facere. Et hic etiam truncate producit ac falſe. Male etiam determinat, & peius ſuam determinationem declarat. Primũ patet. Nam his verbis, quæ ab impugnante in mediũ afferuntur præmittit S. Th. literam Philoſophi exponendo, quod literæ non reſoluũtur in alias voces ſpecie diuerſas, ſed ſi aliquo modo diuidãtur, particulæ, in quas fit diuiſio erunt cõformes, ideſt vnius ſpeciei, ſicut oẽs particulæ aquę ſunt aqua. Et ſubdit. Diuiditur

tur autem litera ſm tempora &c. Ex his manifeſte patet quod S. Tho. vult oſtendere iuxta intentionem & verba textus Ariſt. quod literæ ſunt elementa ſyllabarum eo quia non ſunt reſolubiles in alias voces, quæ ſcilicet ſint partes diuerſarum rõnum ipſius literæ: & intendit de partibus integralibus literæ, vt eſt vox articulata uel pars uocis articulatę. Quod uero ſubdit literam ẽt ſicut & vocem articulatã diuidi in tempora, non intendit quod diuidatur in ea ſicut in partes itegrales prædicto modo, quo immediate negauerat eam habere partes, vt aqua in partes aquæ, quod tñ ſibi imponit Ant. An. & ſic vtiq; ſibi eſſet imponendũ, ſi ſic inepte & truncate locutus fuiſſet, quo modo allegat eum iſte bonus homo, ſed intendit & expreſſe dicit, quod diuiditur ĩ ea aliquo modo, ſ. eo modo, quo eum temporibus hẽt compoſitionem. Vñ diuiditur in ea, ſicut ſubiectum in accidentia, penes ẽt accidẽs extrinſecum, & non ſibi primũ conueniens, vt bene inducit Ant. And. quaſi declaret atq; cõfirmet S. Th. intentionem, dum eum impugnare cupit. Cum. n. litera aliquo modo diuidatur in tempora, quomodocunq; ſibi competat talis diuiſio intrinſece, videlicet vel extrinſece, primo, ẽt uel non primo, ne occaſione huius diuiſionis forte quis credat literam nõ eſſe elementum, ſed potius id competere partibus ſiue rebus in quas ſic diuiditur, addidit Philoſophus quod ſi litera diuiditur, ſ. aliquo modo, vt exponit S. Tho. oẽs particulę eius erunt conformes, ſ. eiuſdem ſpeciei. Nã tps longum & breue non ſunt diuerſarum rõnum tẽpora, & cõſequenter nec litera longa & litera breuis. Et ideo ſicut aquam eſſe indiuiſibile non impedit, qn aqua ſit elementum, quia eſt diuiſibilis in partes eiuſdem rõnis, eo φ ambæ partes conueniunt in rõne aquæ: ita ex diuiſione literæ in tpa nõ impeditur quin ipſa ſit elementum, quia tam breue q̃ longum tps in rõne tpis conueniunt. Nec expoſitio hæc S. Tho. qua addit ly aliquo modo, eſt uoluntaria aut non de intẽtione Philoſophi, immo ex intentione literæ neceſſario elicita. Cum. n. Ariſt. abſolute dixerit literas nõ diuidi in partes ſpẽ diuerſas; ſi propoſuiſſet poſtea ſub cõditione eam poſſe diuidi, & intelligeret de diuiſione abſolute & eo modo, quo iam negauerat eas poſſe diuidi, videretur dubitare de eo quod iam determinauerat, quaſi poſſet falſum eſſe. Ergo credendum eſſe, ſuadet cõtextus literæ, vt non de diuiſione illa, ſed de alia quæ ſibi quocunque modo poſſet accidere intendat Philoſophus. Item, quis dixit φ litera diuidatur ĩ tpa, ſicut in particulas habentes rationem elementi? Ecce enim φ hic homo vel peruertit uel non intelligit S. Tho. immo ex hoc quod illæ particulæ nõ poſſunt habere rationem elemẽti, eo φ non fit in illas reſolutio vt in partes diuerſarum rõnum, infert Philoſophus & diuus Tho. quod non infringitur, quin litera ſit elemẽtum, ẽt ſi in tales particulas diuidatur aliquo modo. Falſum ẽt eſt quod aſſumit, dum dicit qđ litera ꝑ hoc quod eſt indiuiſibilis, ſimpliciter in alias voces non hẽt rõnem elementi. Contra hoc. n. ſic arguitur. Hæc particula complet diffinitionem elementi, & litera per Philoſophum eſt elementũ, ergo ex ea cum alijs habet litera quod ſit elementum. Et confirmatur, quia materiam primam dixiſti ſupra contra S. Tho. eſſe elementum, eo φ ſibi competat hæc particula, ergo pari rõne, & oẽ aliud elementũ, & ſic etiã literã. Si ũ intendit φ litera ex prædicta conditione ſola, non hẽt complete rationem elementi, eo φ requirantur aliæ particulæ in diffinitione poſitæ, verum quidem dicit, licet non bene id explicet, nec ad propoſitum loquatur. Neq; .n. hoc ex dictis ſequitur, nec ad dicenda confert, nec ſuæ impugnationi in aliquo fauet, quia ſm hunc ſenſum verum, idem concederet S. Tho. Et nihilominus in diſpẽdium, honorẽ ſuum exponit, dũ facit φ aliqs ex verbis ſuis ſic ſimpliciter & inepte & prolatis poſſet æſtimare, quod intentio ſua foret, uel quod litera nõ ſit elementũ, uel eſſe ſimpliciter indiuiſibile in partes diuerſarum rationũ, nõ ſit neceſſario concurrens ad rõnem elementi, ex quorum ſingulis poſſet facile à ſapientibus derideri, cum vtrunq; falſum ſit & contra Philoſophum. Scđm ẽt quod erat videndum, ſ. quod male determinet, & male declaret ſuam determinationem, peius ẽt declarationem confirmet, ex his patet. Et primo quidẽ cum ex impoſsibili quatenus impoſsibile eſt, nulla veritas ſequi poſsit, nulla ẽt per illud, vt ſic poterit declarari, cum oĩs declaratio per aliquam argumentationis ſpẽ neceſſario fiat. Ex falſis ſiquidem & ẽt impoſsibilibus ſequi uera pñt, ſed non quatenus falſa ſunt, ſed ut aliquid veritatis includunt, & illius tñ virtute, aliàs non cognoſcibile cuiuſmodi eſt falſum, vt ſic eſſet principium cognoſcendi. Scđo ſi litera impreſsionis vitiata non ſit, inintelligibilia prorſus uerba ſunt uiri huius. Si uero ſit vitiata, & ſit legẽdum, ut Mauritius in marginibus notauit, (qui tñ non notare ſub typo alterius literæ quaſi poſſent ambo manere, ſed ĩ intelligibilẽ literam corrigere debuiſſet.) Si inquam illo modo legatur, prout etiam ipſe recitauit, vt dicat, quia homo nemo ẽſt non rõnalis per non eſſe riſibile, patet manifeſte hoc falſum eſſe, vel non ad propoſitum eius quod immediate aſſumit, poſito. ſ. φ homo non ſit riſibilis. In bona aũt conſequentia oppoſitũ conſequẽtis infert oppoſitum antecedentis. Sequitur ergo formaliter, hõ non eſt riſibilis, ergo nec rationalis. Nonne etiam datur demõſtratio à poſteriori? & hæc pueris nota ſunt. Id ergo quod ad hoc propoſitum confirmandum adductum eſt, ſi ſit ad propoſitum eius quod præmiſit, vt intendat hominem non eſſe rõnalem per non eſſe riſibilem, quia. ſ. non eſſe rationale non ſequitur ex non riſibili, pariter falſum eſt, & incongrue applicandum per modum probationis, quia ſunt penitus idem ſm ſenſus. Probare autem idẽ per idem, inſipientis eſt. Si aũt intendit, vt verba innuunt, φ eſſe non rõnale non eſt per eſſe non riſibile tanquã per cauſam; ſed potius ecõuerſo, uerum quidem eſt, ſed non ad propoſitum, vt ante diximus. Neq; enim aſſumptum illud falſum, de cauſalitate quicquam innuit, ſed ſimpliciter dicit poſſe hominẽ eſſe rõnalem, etiam ſi nõ eſſet riſibilis. Sed & hoc aſſumptum ſi ſm cauſalitatem intelligi debeat, non eſt etiã ad propoſitum eius, ꝓ quo aſſumptum eſt; quia nullo modo ꝑ hoc declaratur regula illa falſa & ſupra impugnata, videlicet φ aliqua veritas poſsit ex poſitione alicuius impoſsibilis oſtendi. Quid. n. oñdit uel manifeſtat de ueritate huius, homo eſt rõnalis, hoc, φ homo nõ ſit riſibilis? vel φ eſſe non riſibile non ſis cauſa huius, φ eſt eſſe nõ rõnale? Potius ueritati illi ne cognoſcatur, id plurimum confert. Sed eſto quod ſit regula uera, ſit & uerum quod induxit exemplum, adhuc non eſt ad propoſitum. Nam dicit regula, ex impoſsibili poſſe ueritatem oſtendi. Et exemplũ nõ dicit, ex impoſſibili veritatẽ ſequi, puta ex hoc φ homo non eſt riſibilis, quod homo ſit rõnalis. Quo autem põt exemplificari, φ veritas ex impoſsibili declaretur uel quocunq; modo oſtendatur, ſi exemplũ nil dicat de hoc, quod eſt ueritatem illã ſequi aliquo modo ex illo impoſsibili (Oĩs enim manifeſtatio ex aliquo eſt per modum ſequelæ, ſecundum aliquam ſpeciem argumentationis, ut diximus. Patet igitur φ hic hõ multa falſa induxit & adduxit, ut veritatem unicam impugnaret.

Hinc autem transferentes appellant etiam elementum, quod vnum & paruum exiſtens, ad plura vtile ſit. Quare & paruum, & ſimplex, & indiuiſibile, elementum dicitur. Vnde euenit, quę maxime uniuerſalia ſunt

elementa esse, quoniam cum unumquodque, aut eorum unum, & simplex sit, in multis, aut omnibus, aut quam plurimis inest. Et unum, & punctum principia quibusdam esse uidetur. Cum itaque illa, quæ genera uocantur, uniuersalia, & indiuisibilia sint, (una.n. est ipsorũ ratio) genera quidem dicunt elementa, & magis quàm differentiam, quoniam genus magis uniuersale est, cuicunque enim differentia inest, genus quoque sequitur illud, cui uero genus, non utique differentia. Omnibus uero commune est illud cuiusque esse elementum, quod primum cuique inest.

ANT. Par.2.

Et transferentes elementum uocant hinc quodcunque unum ens & paruum, quod ad multa est utile. Quapropter paruum & simplex & indiuisibile dicitur elementum. Vnde euenit maxime uniuersalia elementa esse, quia unumquodque eorum unum ens & simplex multis inest, aut omnibus, aut plurimis. Et unum & punctum principia quibusdam uidentur esse. Quoniam ergo uocata genera sunt uniuersalia, & indiuisibilia, (una enim est eorum ratio) elementa genera dicunt aliqui. Et magis quàm differentiam, quoniam uniuersale magis genus: nam cui differentia inest, & genus id sequitur, sed cui genus, non omnino differentia. Omnium autem commune est elemẽtum cuiuslibet, quod primum est cuique.

Ostendit quomodo elementum dicatur transumptiue, dicens; quòd ex hac præmissa ratione & significatione elementi transtulerunt quidam hoc nomẽ elementum ad significandum aliquid, quod est unũ, & paruum, & ad multa utile. Ex hoc enim ꝙ elementum est indiuisibile in diuersas species, acceperunt ꝙ sit unum. Ex eo uero ꝙ est primum, ꝙ sit simplex. Ex eo uero, ꝙ ex elementis alia componuntur, acceperunt quod sit utile ad multa. Vnde hanc rationem elementi constituerunt, ut elementum dicerent oẽ illud, qđ est paruum in quantitate & simplex, quasi ex aliis non compositum, & indiuisibile in diuersa.

Hac autem ratione elementi constituta, per transumptionem contingebat eis ut duos modos elementorum adinuenirent, quorum primus est, ut ea quæ sunt maximæ uniuersalia, dicerent elementa.

Qđo propria elemẽti cõueniãt vniuersali & si non ꝓprie.

Vniuersale enim est unum secundum rationem, & est simplex, quia eius diffinitio non componitur ex diuersis, & est in multis, & sic est ad multa utile, siue sit in omnibus, sicut unum & ens, siue in pluribus, sicut alia genera. Per eandem uero rationem contingebat eis secundo, ꝙ punctum & unitatem dicerent esse principia uel elementa, quia utrunque eorum est unum simplex & ad multa utile. Sed in hoc à uera ratione elementi deficiebant, quia uniuersalia non sunt materia, ex quibus componuntur particularia, sed prædicant eorum substantiam. Similiter & punctus non est materia linearum, non enim linea ex punctis componitur. Hac autem transumptiua elementi ratione constituta, patet solutio cuiusdam quõnis in tertio libro disputatę, scilicet quid sit magis elementum, utrum genus uel species, & utrum genus

Tex.c.10.

magis quàm differentia. Patet enim consequi ꝙ genera magis sunt elementa, quia genera magis sunt uniuersalia & indiuisibilia. Non enim est ratio eorum & diffinitio, quam oporteat componi ex genere & differentia; sed diffinitiones propriè dantur de speciebus: Et si aliquod genus diffinitur, non diffinitur inquantum est genus, sed inquantum est species, & ideo species diuiditur in diuersa. Et propter hoc non habet rationem elementi. Genus autem non diuiditur in diuersa: & ideo dixerunt genera esse elementa magis quàm species. Alia translatio habet (Vna enim est eorum ratio) idest indiuisibilis, quia genera, etsi non habeant diffinionem, tamen id qđ significatur per nomen generis, est quædam conceptio intellectus simplex, quæ ratio dici potest. Et sicut genus est magis elementum quàm species, quia est simplicius, ita etiam magis quàm differentia, licet ipsa simplex sit, quia genus est uniuersalius. Quod ex hoc patet, quia cuicunque inest differentia, inest genus, cum per se differentiæ non transcẽdant genus non tamen oportet quòd ad omne id sequatur differentia cui conuenit genus. Vltimo autem dicit, quòd omnibus prædictis modis elementi hoc est commune, esse primum in unoque, sicut dictum est.

LECTIO V.

Quinque modos naturæ exponit, eosque in vnum reducit. quæ ipsa forma & substantia totius, Natura est appellata.

BES. Tex.5.

Natura uero dicitur uno quidẽ modo nascentiũ generatio, ut si quis producta uoce dicat y. Alio uero, ex quo primo inexistente generatur quod gignitur. Itẽ unde primus motus in unoquoq; eorũ, quæ natura sunt, in eo secundũ quod ipsum est. nasci ãt dicuntur, quæcunque incrementum per aliud habent, tangendo, & connascendo, aut adnascendo, sicuti embriones. Differt autem cõnascentia à tactu, hic enim nihil aliud præter tactum necesse est esse, in connascentibus uero est quiddam unum in ambobus idem, quod propter id, quod se contingant, facit ut connascantur, & unum secundum continuationem, & quantitatem, non secundum qualitatem sint. Item natura dicitur, ex quo primo inordinato existente, & immobili ex sua potentia, aut fit aliquid eorum, quæ natura sunt, ut statuæ, uasorumque æneorum æs natura dicitur, ligneorum uero lignum, similiter autem, & de cæteris, ex his enim unumquodque est, prima materia salua, hoc enim modo, & eorum, quę natura sunt, elementa dicunt esse naturam, quidam ignem, quidam terram, quidã aerem, quidã aquã, quidã aliquid aliud tale dicẽtes, & quidam uero horum, quidã uero hęc omnia. Alio item modo natura dicitur substantia eorum, quæ natura sunt, sicut qui dicunt naturam esse primam compositionem; aut, sicut Empedocles dicit, quod nullius entiũ natura est, sed mistio solum, & mistorum permutatio est, natura uero ab hominib. nominatur. Quare & quę cunque natura sunt, aut fiunt, iam existente, ex quo aptum est fieri, aut esse, nondum dicimus naturam habere si speciem, & formam non habeant. Natura igiť, quod ex ambobus his est, ut animalia, & partes eorum.

ANT. Tex.c.5. Par.1.

Natura uero dicitur uno quidem modo nascentium generatio, ut si quis porrigens dicat y. Vno uero modo, ex quo generatur primum generatum inexistente. Amplius unde motus primus in quolibet natura entium, & est in eo inquantum id existit. Nasci uero dicuntur quęcunque augmentum habent per alterum in tangẽdo, & simul, & aliquid esse apte, ut embryo. Differt autem connascentia à tactu, Hic enim nihil pręter tactum diuersum esse necesse est. Insimul uero apte existentibus est aliquid unum idem in ambobus, quod facit pro tactu simul apte esse & vnũ esse secundum quãtitatem & continuitatem, sed non secundum qualitatem. Amplius autem natura dicitur ex quo primo aut est, aut fit aliquid entium natura, cum informe sit & immutabile à sua propria potestate, ut statuę & uasorum æreorũ, ęs natura dicitur, & ligneorum, lignum, similiter autem in alijs: ex his enim unumquodque saluata prima materia Hoc enim modo & existentiũ natura elementa dicunt naturam.

Scđa naturæ significatio.

Tertia.

Alia litera habet. Conasci & annasci vt embryo.

Alia litera habet, ꝑ cõgi simul nasci & vnum esse secundum continuum, & quantum.

Quarta significatio.

naturam, alij ignem, alij terram, alij aquam, alij aerem, alij aliquid aliud tale dicentes, alij quædam horum, alij omnia ea. Amplius alio modo dicitur natura, existentium natura substantia, ut dicentes naturam primam esse compositionem, ut Empedocles dicit, quod natura nullius est entis, sed solum mixtio & permutatio permixtorum natura in hominibus nominatur. Quapropter & quæcunque natura sunt, aut fiunt, iam existente ex quo apta nata sunt fieri, aut esse, non dicimus naturam habere, si non habeant speciem & formam. Ergo natura quidem quod ex utrisque est, ut animalia & eorum partes.

Quintum naturæ significatum.

Cur de natura philosophus primus.

Hic distinguit hoc nomen natura cuius quidem consideratio, licet non videatur ad Primum Philosophum, sed magis ad naturalem pertinere, ideo tamen hic hoc nomen natura distinguitur, quia natura secundum sui quandam acceptionem de omni substantia dicitur, ut patebit. Et per consequens cadit in consideratione philosophi primi, sicut & substantia uniuersalis. Circa hoc autem duo facit. Primo distinguit diuersos modos, quibus natura dicitur. Secundo reducit omnes ad unum primum. ibi. {Ex dictis igitur.} Circa primum duo facit. Primo ponit quinque modos principales. Secundo ponit duos alios adiunctos duobus ultimis. ibi (Natura autem prima materia.) Dicit ergo primo, quòd natura dicitur uno modo generatio generatorum, uel ut alia litera habet melius. Nascentium. Non enim omnia generata nascentia dici possunt, sed solum in uiuentibus, sicut in plantis, siue in animalibus, & in partibus eorum. Non autem generatio rerum non uiuentium potest dici natura proprie loquendo secundum communem usum uocabuli, sed solum generatio uiuentium, ut dicatur natura ipsa natiuitas uel ipsa nascentia, quod ipsum nomen sonare uidetur (ut si quis porrigens dicat naturam) Litera ista corrupta est. Quod ex alia translatione patet, quæ sic habet (ut si quis producens dicat ypsilon.) Physis enim, quod apud græcos naturam significat, si pro generatione uiuentium accipiatur, habet primum. y. productum, si vero pro principio, sicut communiter utimur, habet primum. y. breue. Posset tamen per hãc literam intelligi quòd hoc nomen natura de generatione uiuentium dicatur secundum quandam porrectionem, idest extensionem. Ex hoc autem quòd ipsa natiuitas primo natura dicta est, secutus est modus secundus, ut scilicet generationis principium, ex quo aliquid generatur, siue ex quo illud, quod nascitur generatur primo, sicut ex intrinseco principio, dicatur natura. Et per similitudinem natiuitatis ad alios motus ulterius processit huius nominis significatio, ut natura tertio modo dicatur id, unde est principium motus in quolibet entium secundum naturam, dummodo sit in eo inquantum huiusmodi, & non per accidens, sicut in medico, qui infirmatur, inest principium sanationis, scilicet ars medicinæ, non tamen inquantum est infirmus, sed inquantum medicus. Sanatur autem non inquantum est medicus, sed inquantum infirmus. & sic principium motus non est in eo inquantum mouetur. Et hæc est diffinitio naturæ posita in 2. Physicorum. Et, quia de nascentibus mentionem fecit, ostendit quid sit propriè nasci, ut habet alia litera, loco cuius hæc litera improprie habet generari. Differt enim generatio in uiuentibus à generatione inanimatorum, quia inanimatum generatur, non ut coniunctum siue unitum generanti, ut ignis ab igne, & aqua ab aqua. In uiuentibus autem fit generatio per quandam unionem ad generationis principium. Et, quia additio quanti ad quantum facit augmentum, ideo in generatione uiuentium uidetur esse quoddam augmentum, sicut est cum ex arbore nascitur fructus, aut folium. Et ideo dicit, quòd nasci dicuntur quæcunque (augmentum habent), idest quoddam augmentum cum generationis principio. Differt autem hoc augmentum à specie motus, quæ augmentum dicitur, qua mouentur iam nata. Nam in augmento aliquid augetur in seipso per hoc, quòd id, quod additur, transit in substantiam eius, cui additur, sicut nutrimentum in substantiam nutriti: id autem, quod nascitur apponitur ei, ex quo nascitur tanquam alterum & diuersum, non sicut in eius substantiam transiens. Et ideo dicit, quòd autem augmentum (per diuersum) siue per alterum, quasi dicat, quòd hoc augmentum fit per appositionem alicuius alterius, uel diuersi. Sed appositio augmentum faciens potest intelligi dupliciter. Vno modo (tangendo) idest per solum contactum. Alio modo per hoc (quod est simul) id est aliqua duo simul producuntur adinuicem coaptata, sicut brachium & neruus & (aliquid esse apte) idest quòd aliquid adaptetur ad alterum iam præexistens, sicut capilli capiti, & dentes gingiuis. Loco autẽ huius alia litera habet melius connasci & adnasci. In hac autem generatione uiuentium non solum fit appositio per tactum, sed etiam per quandam coaptationem siue connascentiam, ut patet in embryonibus, qui non solum tanguntur in matrice, sed etiam alligantur in principio suæ generationis. Ostendit autem quid inter duo prædicta differat dicens, quòd (conflatio) idest colligatio siue connascentia, ut alia litera habet, differt à tactu, quia in tactu non est necessarium aliquid esse præter tangentia, quod ea faciat unum. In colligatis autem siue coaptatis siue conflatis uel adnatis oportet esse quid unum in ambobus {quod pro tactu. i. loco tactus faciat ea simul apta esse}, i. coaptata vel ligata siue simul nasci. Intelligendum est autem quòd id, quod facit ea unum, facit esse unum secundum quantitatem & continuitatem, & nõ secundum qualitatẽ, quia ligamentum non alterat ligata à suis dispositionibus. Ex hoc autem apparet, quia quod nascitur semper est coniunctum ei ex quo nascitur, ideo natura nũquam dicit principium extrinsecum, sed secundum omnes suas acceptiones dicit principiũ intrinsecum. Ex hac autem tertia ratione naturæ sequitur quarta. Si enim principium motus rerum naturalium natura dicitur, principium autem motus rerum naturalium quibusdam uidebatur esse materia, consequens fuit ut materia natura diceretur, quæ quidem est principium rei, & quantum ad esse & quantum ad fieri. Ipsa etiam absque omni forma consideratur, nec à seipsa mouetur, sed ab alio. Et ideo dicit quòd natura dicitur ex quo aliquod entium primo est aut fit. Quod ideo dicit, quia materia essendi & fiendi est principium. Ex quo dico {existente inordinato} idest absque forma. Vnde alia litera habet {Cum informe sit} In quibusdam enim ipse ordo habetur pro forma, sicut in exercitu & ciuitate. Ex quo dico {immutabili ex sua potestate}, idest quod moueri non potest per suam potestatem, sed secundum potestatem sui superioris agentis. Nam materia non mouet seipsam ad formam, sed mouetur à superiori exteriori agente. Sicut si diceremus æs materiam statuæ & uasorum æreorum, & ligna lignearum, si huiusmodi uasa, naturalia corpora essent. Similiter est in omnibus alijs quæ ex materia sunt uel fiunt. Vnumquodque enim eorum fit ex sua materia, ea saluata. Dispositiones autem formæ non saluantur in generatione. una enim forma introducitur altera abiecta. Et propter hoc formæ uidebantur esse quibusdam accidentia, & sola materia substantia & natura, ut dicitur. 2. Phy. Et hoc ideo, quia similiter existimabant formam & materiam in rebus naturalibus, sicut in rebus artificialibus, in quibus formæ sunt accidentia, & sola materia substãtia.

Infra Par. 3.

Tex. c. 3.

Nasci proprie quid.

Tex. c. 7.

Vnde isto modo naturales dixerunt elementa esse materiam existentium secundum naturam, vel aquã, uel aerem, uel ignem aut terram, quam nullus elementum naturalium posuit solam, sed aliqui non naturales, ut in primo libro est habitum. Quidam autem posuerunt aliqua eorum esse elementa & naturam rerum, sicut Parmenides. Quidam uero omnia quatuor, sicut Empedocles. Quidam uero aliquid aliud, sicut Heraclitus uaporem. Quia uero motus rerum naturalium magis causatur ex forma quàm ex materia, ideo superuenit quintus modus, quo ipsa forma dicitur natura. Et sic alio modo natura dicitur ipsa substantia, idest forma rerum existentium secundum naturam, sicut naturam rerum dixerunt esse ipsam compositionem mixtorum, sicut Empedo. dixit, quod non est aliquid entium absolutum, sed solummodo commutatio seu relaxatio uel commixtio permixtorum, secundum aliam translationem, natura apud homines dicitur. Dicunt enim quę sunt permixtionis diuersæ, naturam diuersam habere. Ad ponendum autem formam esse naturam hac ratione inducebantur, quia quęcunque sunt & fiunt naturaliter, non dicuntur habere naturam, existente materia ex qua nata sunt fieri uel esse, nisi habeant speciem propriam, & formam, per quam speciem consequantur. Videtur autem nomen speciei poni pro forma substantiali, & forma pro figura quæ consequitur speciem, & est signum speciei. Si igitur forma est natura, nec aliquid potest dici habere naturam nisi quando habet formam, illud ergo quod cõpositum est ex materia & forma, dicit esse naturam idest secundum naturam, ut animalia & partes eorũ, sicut caro & os & huiusmodi. Deinde cum dicit.

LECTIO IIII.

Q Nũ naturã esse principium tantũ passiuũ voluerit Aris.

HOc in loco Ant. an. tenet & multis argumentis adstruere nititur, quod principium positũ in diffinitione naturæ, prout natura accipitur hic tertio modo, intelligendum sit & interpretandũ de principio passiuo tñ. Et hic licet nõ nominet sanctum Thomam expresse, nec etiã Mauritius in margine, quia forte fugit illum id S. Tho. sententiis repugnare, tamen quia in libro septimo super cap. ku. 22. impugnans illud S. Tho. expresse ibidem nominati dictum, asserit contra S. Tho. se hoc in loco quod affert probasse, & hic dicit huius oppositũ quosdam tenere, vt manifestũ sit ꝙ intelligit de sancto Thoma, iõ non excedit limites propositi mei defensionem propriam ad id afferre. Sic ergo hoc in loco dicit Ant. an. citur aduertẽdum, quod principium motus, quod dicitur natura, a quo dicit motus naturalis distinctus contra violentum, accipitur nõ pro principio actiuo vt quidã dicunt, sed pro principio passiuo, quod probatur primo sic. Quia naturalis mutatio est, sm quã passiuum mutatur, sicut aptum natũ est mutari a quocunque agente. Vnde 8 Phy. Philosophus assignans cãm, quare elementa naturaliter moueantur ad sua loca, puta grauia sursum & leuia deorsum, dicit quod causa huius est, quia sic apta nata sunt moueri. Sed nunq̃ passiuum est sic aptũ natum propter principium actiuum incaistens sibi, sed propter principium passiuũ, quo sic naturaliter inclinatur, ergo illa naturalitas est ex parte principij passiui naturaliter inclinati. Probatur 2. Natura prout est principiũ motus & mutationis naturalis est principium intrinsecũ, quia est principium motus & quietis eius in quo est. Sed natura respectu principij passiui est principium intrinsecũ, & nõ rõne principij actiui, ergo illa naturalitas accipienda est ex parte principij passiui non actiui. Minor probatur ex 2. Phy. tex. co. vbi dicitur quod accidit infirmo, qui mutatur ad sanitatem quod sit medicus, vel habeat artem quæ est principium actiuum sanitatis, quia tunc sanaretur inquãtum medicus, quod est falsum. Accidit .n. infirmo qui sanatur esse medicũ. Præterea tertio hoc idẽ patet ex diffinitione naturæ, qa natura est principiũ mutus, & quietis eius in quo est primo & per se, ex 2. Phy. Sed impossibile est quod principium motus sit in moto primo & per se, quia quod mouẽs & motum concurrãt in eodẽ, accidit, quod patet quia possunt separari, ergo natura sic accepta non dicitur de principio actiuo, ergo de passiuo. Hæc ille formaliter. Circa hanc impugnationem duo faciam principaliter, primo .n. probabo esse de intentione Philosophi, quod principium motus, qđ & hic & in 2. Phy. ponit esse natura, quę & per ipsum diffinitur, dicitur cõmuniter de principio actiuo & passiuo & ẽt de formali, vt induit tamen rõnem actiui, vel passiui principij. Secundo respondebo argumentis Ant. an. hic adductis ad oppositum uostræ conclusionis. Quantum ad primum probatur propositũ primo sic. Phil. 2. Phys. in prin. volens concludere diffinitionem naturæ, sic arguit: Id est natura per quod in eo, ꝙ habetur ab aliquo distinguit illud, vt naturale a non naturalib. Sed naturalia distinguuntur a non naturalibus per hoc ꝙ habent in se principium motus, ergo natura est principiũ motus in eo in quo est &c.

Natura est actiuũ vel passiuum principium motus, etiã formale.

Super hac autem philosophi ratione habita expresse in prædicto loco, sic arguo ad intentum: Eo modo accipitur principium motus in hac conclusione, & per consequens in diffinitione naturæ, quo modo sumitur in illis præmisis, aliter ratio philosophi peccaret per fallaciam æquiuocationis. Sed in præmisis principium motus sumitur communiter ad principium actiuum, passiuum, atque formale, ergo principium motus positum in diffinitione naturæ est cõe ad omnia hæc, & sic nõ dicitur tantum de principio passiuo, vt ille dicit. Minor aũt patet expresse ex verbis Arist. in loco allegato, quia declarans qũo naturalia a non naturalib. distinguãtur per habere in se principium motus, dicit, ꝙ alia naturalia habẽt in se principium motus secundum locum, quædam secundũ augmentum, quædam vero secundum alterationem. Sed omnia hæc sunt principia motus actiua, ergo de principio actiuo intendit, tam etsi in his etiam includatur aliquod principium passiuũ. Quod enim principium motus naturalis secundum locum, quod est in aliquo naturali quod mouet seipsum, sit actiuum, patet per Arist. 8. phy. t. cõm. 28. de motu animatorũ, qui ideo naturalis est & nõ artificialis, quia habet talis motus in se principium per se, & tale principiũ est vna, pars mouens. In omni enim tali quod sic seipsũ mouet, oportet esse duas partes, vnam mouentem & alteram motã. Pars autem quæ dicitur & est mouẽs, est consequenter principium actiuum. Mouens enim vt sic, agit. Quod etiã principiũ motus augmenti sit actiuum patet, quia est potentia animæ vegetatiuę q̃ dicitur potentia augmentatiua. Omnis autem potentia animæ vegatiuæ est actiua, vt ab omnibus philosophis conceditur, quod & Scotus pro se inducit. 3. d. quinta ad probandum ꝙ mater concurrat actiue ad prolis generationẽ. Quod etiã motus sit alterationis à principio motus actiuo intrinseco, patet de aliquo quia alteratio per calorem, & absolute cum. s. calidũ quodcunque calefacit, & vt calor etiam est instrumẽtum animę mouentis ad generationẽ & nutritionẽ, est ab ipso calore, vt à principio actiuo, cũ instrumẽtum agentis vt sic, ad genus etiam actiuæ causæ pertineat, ergo &c. Quod autem calor sit instrumentum animæ prædicto modo, est expresse sententia Philosophi secundo de anima. tex. com. 4. i. Sequit ergo ꝙ principium motus positum in diffinitione naturæ, nõ di-

dicat tm̃ de principio passiuo. Scdo ad idẽ. Id quod pdicatur de materia & de forma nõ est principiũ passiuum tm̃, quia cum agens agat inquantum est actu, est autem actu per formã, sequitur ꝙ forma sit agẽs, vt quo, & hoc modo reducitur ad principiũ actiuum sed principiũ positum in diffinitione naturæ, dicitur essẽtialiter de materia & forma: Quod patet quia Philosophus. 2. Phy. a. t. c. 7. vsq; ad duodecimũ diuidit naturam in materiam & formam, ergo &c. Tertio idẽ patet ex modo, quo semper Philosophus consueuit denominare causam efficientẽ. In secundo. n. Physi: primo quoque & c. 5. metaphy. vbi distinctionem causarum declarat, & vbicunque de causa efficiente quacunque ratione alibi verba facit, semper eam vocat, vnde principium motus. Ex quo sequitur, ꝙ est proprium huius causę vocabulum secundum intentionẽ Arist. Non ergo alteri causæ, qualis est causa materialis seu passiua, & præcipue ei quæ efficienti maxime opponitur, potest ad eius intentionem interpretari esse intelligendum cõuenire tale vocabulum, vel aliã cãm significare quam causam efficientẽ. Confirmatur, quia, cum ex hoc, ꝙ semper nominat causam fin. id cuius gratia, nullus talem modum dicẽdi auderet interpretari secundum intentionem Philosophi de quauis alia causa. Et ex hoc quod nominat semper cãm formalem speciem & rationẽ, nullus talẽ denominationem alteri causæ tribueret in via eius. Et similiter per hoc, quod semper cãm materialem vocat id ex quo aliquid primo fit cum insit, nullus affirmaret tale dictũ ꝗcumq; aliam causam apud Philosoph. significare, ita pariformiter deducitur, quod ex hoc ꝙ semper principium effectiuum alibi vbiq; denoĩat per hoc quod dico, Vnde principium motus, non potest aliquis nisi contra Philosophi intentionem, eius prædictum text. 2. Phys. in princ. vbi dicit: Naturalia hoc distingui a non naturalib. quia illa habent in se principium motus, & nõ illa, & idem positum in diffinitione naturæ, interpretari de alio principio quàm actiuo. Ex sic vr̃ sequi, quod non solum non intelligitur tantum de principio passiuo diffinitio illa naturæ, sed etiam quod de eo nullo modo in e pretandũ sit, quod qualiter habeat intelligi, paulo post dicetur. Quarto ad idem arguo ad hominem. Motus grauiũ & leuium ideo sunt naturales, quia in graui est grauitas, & in leui est leuitas, tanquam principia intrinseca talis motus. Sed in cap. de potestate vbi Sãctũ Th. oppugnans, & inculcans nonnullas falsitates, dicis inter alias & hanc: (si ad intentionem S. Th. loqueris quæ modo militat contra te) videlicet quod formæ grauium & leuium ipsa, s. grauitas & leuitas sunt principia actiua talium motuum. Ergo principium motus à quo aliquid dicitur naturale est actiuum. Tale autem principium à quo motus dicitur naturalis, est natura, ergo &c. Item quinto. In septima super text. c. 29. dicis virtutem formatiuam in semine esse magis accidens seminis quàm substantialem eius formam, & eandem dicis esse virtutem actiuam, Cum igitur sit principiũ generationis naturalis, & sit in eo quod generatur, quia in semine, ex quo secundum te generatur animatum. Ponis enim matrem concurrere actiue ad generationem, cuius semen est materia fœtus, sequitur, ꝙ principium actiuum est natura. Imo & Arist. 8. huius tex. com. 12. dicit sperma esse causam mouentem, ergo & virtus qua mouet, ergo idẽ quod supra. Ex his liquido patet propositum, quòd videlicet principium in diffinitione naturæ positum, non habet solum intelligi de passiuo. vt Ant. astruere nitebatur. Antequam autem argumenta eius ad hoc inducta dissoluam, declarandum est vnum dubium, quod est tale. Quia ex quarta ratione inducta, videtur concludi non solum quod principium positũ in diffinitione naturæ, non sit tantum principium passiuum, sed etiam ꝙ nullo modo sit principium passiuum. Cuius tamen contrarium tenet S. Tho. & in 2. Phy. & in 5. Met. c. de potestate, vbi dicit exponens primum modum potentiæ, quod est quoddam principiũ motus & mutationis in eo in quo est, quod nõ spectat ad potentiam actiuam sed passiuam, & exemplificat de grauitate & leuitate, ex quibus cum sint in his quæ mouentur sursum vel deorsum, tales motus dicuntur naturales. Cuius oppositum tenere se dicit ibi Ant. an. videlicet quod illæ qualitates nõ sint principia passiua sed actiua. Et respondet se id probaturum esse in 9. metaph. Ad hoc respond. Primo, quod motiuum rationis quartæ, vnde dubium hoc oritur, habet intelligi vbi se Arist. non declarat, quod, s. aliquod vocabulum vel dictum, vbique a se positũ pro vno significato tanquam pro proprio, non debeat cõmunius & vt ad plura se extẽdens accipi in aliquo alio loco. In 2. autem Physic. licet naturam vocet principium motus, quod alibi vbique accipit pro principio effectiuo, dat tamen intelligere quod debeat ibi communius intelligi, dum ipsam naturam diuisit in formam atque materiam. Et sic ex intentione speciali habetur hic, quod tale principium motus se extendit ad principium actiuum & passiuum, tametsi alibi strictius eo semper vocabulo vti ei placuerit. Secundo respondetur, ꝙ ly principium motus, in illa diffinitione proprie nõ sumitur, nisi pro principio motus actiuo. Sed quia non potest esse principium motus in eo in quo est per se & nõ secundum accidens, nisi sit ibi determinatum mobile per determinatas dispositiones, tale principium actiuum determinate, & per se respicientes, (neque. n. esset per se principiũ motus sine his, sed potius per accidens, eo quod non magis hoc mobile respiceret quàm aliud) ideo tale etiam subiectum, & tales etiam dispositiones per se concurrunt ad talem motum. Licet ergo proprie natura sit principiũ motus actiuum, ut diximus, aliquo tamẽ modo & per ordinem ad principium, cui debetur primo ratio naturæ, illa etiam, quæ ad talem motum per se concurrunt, possunt dici natura. Et confirmatur ista responsio per Aris. qui 2. Phy. te. c. 12. dicit formam esse magis naturam quàm materiam, ad quã etiam reducũtur omnes materiales dispositiones. Et consequenter dum analogice de his prædicatur, & prius ac ideo proprie de forma, per posterius autẽ & sic in ordine ad formã de ipsa materia, & sub forma intelligitur principium actiuũ, quia omne agens agit inquantũ est actu, quod non competit nisi formæ, uel formato ratione formæ, sequit ꝙ diffinitio naturæ de principio tantum actiuo proprie interpretãda sit. Ea. n. quę analogata sunt, nõ suscipiunt communis analogi prædicationem, nisi per ordinem & attributionem ad eorum primũ, cui propriè & perfecte ipsa cõpetit analogi communis ratio. Tertio posset respõderi quod Aris. in diffinitione naturæ claudit simul vtrunque principium. Nihil enim potest naturaliter moueri, nisi vtrunquẽ concurrat principiũ, actiuum uidelicet & passiuũ, quia tamen inter hæc principium actiuum nobilius est, ideo tanquã à nobiliori totũ illud copulatũ concurrens denominauit nomine, quo vbique utitur ad signandum principium actiuũ & causam efficiẽtem. Ad huius solutionis declarationem aduertendũ est, ꝙ dans formã dat etiã omnia consequentia formam. Generans autẽ ex hoc dicitur generans, quia dat formã genito, ergo generans dat omnia cõsequentia formã, idest omnia accidentia, inter quę sunt aliqua passiua tm̃ in aliquo mobili, in aliquo autẽ alio inuenitur etiã aliqua motus virtus actiua, habens determinatã aliquam mobilis partem pro adæquato subiecto. Primũ patet in grauibus

Responsio.

Dans formam, quæ consequentiam formã largiatur.

uibus & leuibus, in quibus sunt quędā accidentia, scilicet grauitas & leuitas, quib. disponuntur ad motum sine impedimento intrinseco, immo vt connaturalē suscipiant ad propria loca, quæ qualitates cum consequantur ad eorū formas substantiales, referendo singula singulis, dicuntur esse à generante, à quo etiam est ipsa forma. Et consequēter ille talis motus ex leuitate uel grauitate procedens, est etiā à generante. Et propter hoc dicitur à Philosopho 8. Phys. ꝙ grauia & leuia mouentur à generante. Et quia mouet per formam substantialē quam dat eis, sequitur ꝙ ipsa quoque substantialis forma posit dici mouere ea, sed tamen vt mouens quo, & vt instrumentum primi generantis. Et similiter (licet minus proprie) mouent etiā vt quo, ipsa grauitas & leuitas, inquantū, scilicet sunt ea quibus tanquam formalib. & proximis annatis, & non tanquam intentionaliter aduenticiis instrumentis generans mouet eadē grauia seu leuia. Quæ tamē qualitates vt se tenent ex parte materię, & vt dispositiones materiales non habent vt sic rationē mouentis etiam vt quo, sed disponentis materiam tantū, ut supra dictum est, & sic rationē principij passiui & nō actiui. Licet autē & forma substantialis, vt dixi, & grauitas & leuitas sint aliquo modo mouentia actiue, vt sunt instrumenta agentis, & sic vt quo, quia tamen in ipso mobili non distinguuntur subiecto & situ ab aliquo, quod etiam in eodem mobili ipsis mediantibus à generante moueatur (habent enim ipsum totū mobile in quo solo, vt ita dixerim, situātur pro suo subiecto adæquato) ideo nullo modo possunt dici mouentia vt quod. Et ob hoc propter primum quidē dicuntur grauia & leuia moueri, in seipsis sed propter secūdum nō possunt dici moueri à seipsis. Animata autē quælibet habent ultra hoc duas partes in se subiecto & situ abinuicem distinctas, quarum vna est primū subiectū virtutis motiuæ, sicut in animalib. cor, quo ad motum localem, vel etiam alterationes multas: & aliæ quædam partes sunt propria subiecta diuersarū virtutum actiuarum animę vegetatiuæ, sicut virtutis generatiuæ, nutritiuæ, attractiuæ, expulsiuæ, augmentatiuæ, & sic de aliis. Quę etiā virtutes vegetatiuæ animæ inueniunt in plantis, & in proprijs ac distinctis partibus earum, tanquā in proprijs subiectis resident, puta in medullio, semine, & aliis talibus, quorū distinctio nō æque bene nota est, vt in animalibus. Pars igitur, in qua est talis motiua virtus, puta quo ad motū localem, cor, est mouens omnes alias partes, & etiam totum, motu quidem progressiuo in animalibus perfectis, imperfectis vero motu dilationis & constrictionis. In plantis similiter partes, in quibus sicut in subiectis resident virtutes illæ motiuę, mouēt alias omnes motibus sibi propriis, puta nutritionis, augmentationis & huiusmodi. Et quia talis pars mouēs etiā in animalibus, est etiā à generāte, potest & ipsa dici vt mouens quo, inquantum est instrumentum eius, sicut & forma substātialis, & quodcunque aliud concurrens instrumentaliter quomodolibet ad motum ipsius subiecti in quo est. Quia vero est etiam (vt diximus) ab aliis distincta subiecto & situ, habet quod aliquo modo possit dici vt mouēs quod. Et rōne huius dicit à Philosopho in 8. Phy. qd aīata mouet seipsa per partes, non aut grauia & leuia, sed à generāte, licet & hęc moueantur in seipsis, sed non à seipsis vt diximus. Mouere enim & agere ut quod, est habētis per se esse, & condistincte ab alijs, vel proprie & perfecte ut completum in specie, sicut quodlibet indiuiduu substantiæ, uel aliquo modo, saltē in esse partis heterogeneę sicut est prædicta pars mouens. Cum igitur in omni quod quocunque prædictorum naturalium motuū mouetur, inueniatur principium etiam motus & ipsum mouens, uel ut quod, uel saltē vt quo, sicut prædiximus, & ad motum ambo concurrant & vnum cōpletum & totū principiū motus, denominatio etiā alicuius totius cū à nobiliori sit fieri debeat, sequitur quod non incongrue potuerit, imo debuerit, Philosophus nomine actiui principij, & nō passiui, talis motus causam denominare, ut in principio tertiæ huius solutionis dixi ad dubiū. Sed adhuc ex dictis dubitari potest. Cum enim materia sit etiā natura, vt patet secundo Phy. sequitur quod sit principiū motus, ergo & aliquo modo actiuum secundū prædicta, saltem vt quo. Quod tamen est falsum. Neque enim est īstrumētum agētis aliquo modo, sed subiectum actionis, & valde remotum. Respondetur ꝙ dictum est, neque etiam verum est, quod omne ꝙ concurrit quocūque modo simpliciter ad motū, possit aliquo modo habere rationem principij actiui, sed ꝙ omne quod est à generante seu quod mouet. Et tale quid est vel forma substātialis vel accidentia, quæ consequuntur ad illam. Materia autem prima, nec est ab agente, nec ad formam substantialem consequitur, sed omnibus præsupponitur. Vnde ratio nō procedit. Dicitur aūt natura, non per se tantum considerata, sed vt stat sub forma. Sicut.n. sine forma non habet esse, ita nec agere aut pati passione accidentali, qualis est motus, saltem aliquis, & per consequens nō est eius principiū, nec consequenter natura, nisi vt stat sub forma & dispositionib. quæ per se ad naturalem motum concurrunt aliquo modo actiue, vt diximus. Vnde & Sāctus Tho. secundo Physi. in principio dicit quod ex materia sola, motus non dicitur naturalis, indicans hoc quod ipsa sola non est natura. Si.n. per se esset natura, motus etiam per respectum ad eā, naturalis esset, vt patet ex t. quarto eiusdem secundi. Dicitur ergo natura solum, vt est pars causati & mobilis, & quia est subiectum formæ & aliorum quib. competit esse principium motus quod, vel quo, vt prædiximus. Et hæc de primo principali. Quantum ad secundū principale, respondendum est argumentis contra hanc prædictam determinationē inductis ab Ant. an. Ad primū igitur dicitur ꝙ uerū concludit in inanimatis, & de his intendit Arist. Expresse enim quærit de motu grauium & leuium dicens: Quæritur quare in ipsorū locum mouentur grauia & leuia. Et respondens dicit: Causa autē est, quia apta nata sunt, & hoc est graui & leui esse &c. Patet igitur expresse, ꝙ loquit de motu grauium & leuium, in quibus vtiq; uerū est esse principium motus passiuū, quo apta nata sunt moueri, & tale principiū est grauitas in graui, & leuitas in leui. Secus autem est in ipsis animatis, in quib. vltra principium passiuum, est etiam principiū actiuum sui motus, ut probatum est ex expressa intentione Aristote. Octauo Phy. vbi in te. cō. 27. primo in generali dicit, Aliqua à natura seu secundum naturam à seipsis moueri. ex quo dicto sequit expresse, quod alicuius motus naturalis principiū est in eo quod mouetur. Principium autem motus, quod dicitur mouens est actiuum, & dat exemplum in animalib. quod postmodū explicat in t. 28. dicens in eis esse duas partes &c. vt sæpe dixi. Argumentum autē optime militat contra te, quia in capitulo de potestate in hoc quinto dicit grauitatem & leuitatem esse principia actiua, & ibi promitis te probaturū id esse in 9. Qualiter autem & illæ qualitates possint aliquo modo dici concurrere actiue ad illos motus, dictum est in determinatione.

Ad secundum dicitur ꝙ etiā actiuum principium potest esse intrinsecū ei in quo est, & ei quod mouetur per se primo, scilicet mobili adęquato, licet nō sit in eo, quod mouetur immediate, i. in ea parte, quę est ratio mouandi ipsum totum, sed est ab ea distincta secundum situm, ut supra diximus. Ad probationē autem minoris negatæ, negatur consequētia. Nam Philosophus

losophus per illud exemplum non intendit excludere à ratione naturæ artem medicinæ, ex hoc, quod est principium actiuum, sed ex hoc quòd non est principium motus sanationis medici vt medicus est, ut scilicet in eo sit quasi in proprio & per se mobili tali motu, cuius medicina primo & per se principium est, sed est per se primo principium motus in eo ut infirmus est, in quo vt sic accidit esse artem medicinæ, & propter hoc huic motus principio, diffinitio naturæ non competit. Propter hoc igitur non negatur quin natura possit esse principium actiuum, sed exigitur quòd sit per se principium motus in eo quod mouetur, seu in eo in quo est tanquam in proprio & per se suo mobili, ut clare patet legenti literam Arist. Fuit certe valde leuis ista probatio, & non digna ut afferretur à tanto doctore in 2. d. 18. vnde ab Anto. And. assumpta est. Ad tertium negatur minor, & ad probationem negatur assumptum si sit vniuersale. Non enim accidit mouens & motum inanimatis concurrere in eodem, sed conuenit eis per se, ut ex sæpe inducta Arist. auctoritate. 8. Phy. patet. Licet igitur in aliquibus separari possint, quia tamen non in omnibus, ideo in aliquibus tale principium motus secundum se est passiuum, ut in grauibus & leuibus, in aliquibus autem actiuum vt in animatis. Minor etiam illa male sublumitur. Neque enim dicit formaliter Arist. quòd principium motus quod est natura, sit in moto primo & per se, sed dicit quod est principium motus in eo in quo est primo & per se, ita quòd ly primo & per se nõ referatur ad hoc tantum quod est esse in moto, quasi solum sufficiat primo & per se esse in moto, sed referatur etiam ad hoc quod est esse principium motus in eo in quo est, vt uidelicet sit primo & per se principium motus, in eo in quo est, etiã primo & per se, inquantum tali motu mouetur. Et hæc de defensione hac dicta sufficiãt, sitque benedictus deus. Amen.

BESS. *Natura uero hæc, prima materia. & hæc, dupliciter: aut quę ad ipsum prima, aut simpliciter prima. vtputa operum æneorum, ad ipsa quidem æs primum, simpliciter autem aqua fortassis. si omnia quidẽ liquabilia aqua. Et forma, & substantia. hæc autem est generationis finis. Metaphorice vero, omnino omnis substantia, natura propter hanc dicitur. quoniam & natura est aliqua substantia.*

ANT. Par. 2. *Natura autem prima materia, & hæc dupliciter: aut quę ad id prima, aut ex toto prima: ut operum æreorum, ad ipsa quidem primum æs: totaliter vero forsan aqua, si omnia liquescentia aqua. Et species & substantia. Hæc autem finis generationis. Metaphora vero iam & omnino omnis substantia natura dicitur propter hanc, quia & natura substantia quędam est.*

Alia litera. Liquabilia.

Ponit duos modos adiunctos duobus vltimis pręcedentibus, quorum primus additur quarto modo quo materia dicebatur natura. Et dicit, quòd materia dicitur natura non quæcunque sed prima. Quod potest intelligi dupliciter, aut quantum ad id quod genus, aut ex toto uel simpliciter prima, sicut operum artificialium quæ fiunt ex ære, prima materia secũdum genus illud est æs. Prima uero simpliciter est aqua. Nam omnia quæ liquescunt calido & indurantur frigido sunt aqueæ magis, ut dicitur quarto metheororum. Secũdus modus adiacet quinto modo prædicto quo forma dicebatur natura. Et secundum hunc modum non solum forma partis dicitur natura, sed species ipsa quæ est forma totius. Vt si dicamus quòd hominis natura non solum est anima, sed humanitas & substãtia quam significat diffinitio. Secundum hoc enim Boetius dicit, quod natura est unumquodque informans specifica differentia. Nam specifica differentia

Materia prima dupliciter.

Aqua ẽ materia oium metallorũ. tex. c. 28. & ide. Hinc Ant. An. carpit S. Tho. sed vide quã tam defen. si placet.

Terminus gñationis.

est, quæ complet substantiam rei & dat ei speciem. Sicut autem forma uel materia dicebatur natura, quia est principium generationis, quæ secundum primam nominis impositionem natura dicitur, ita species & substantia dicitur natura, quia est finis generationis. Nam generatio terminatur ad speciem generati, quæ resultat ex unione formæ & materiæ. Et ex hoc secundum quandam metaphoram & nominis extensionẽ omnis substantia dicitur natura, quia natura quam diximus quæ est generationis terminus, substantia quædam est. Et ita cum eo quod natura dicitur, omnis substantia similitudinem habet. Et hunc modum etiã ponit Boetius. Ratione autem huiusmodi distinguitur hoc nomen natura inter nomina communia. Sic enim commune est sicut & substantia. Deinde cum dicit.

Boetius.

DEFENSIO V.

Defenditur S. Thomas exponens quintum naturæ modum de ipsa forma totius, cuius oppositum nititur Ant. And. probare.

HOc in loco Anto. And. tangit sanctum Tho. ut & Mauritius in margine notat ex nomine. Dicit autem sic Ant. And. Notandum, quòd hanc literam exponit quidam de forma totius, quæ est ipsa totalis quidditas & substantia rei. Sed hoc nõ videtur bene dictum, quia forma, de qua loquitur hic Philosophus, est terminus generationis, ut patet ex litera: quidditas autẽ ut quidditas est abstrahit ab omni generatione. Nam equinitas est tantum equinitas secundum Auic. 5. suæ Metaphy. capit. 1. Hæc ille. Sed infidelis defectiua contra Arist. & contra veritatem, est hæc impugnatio. Infidelis quidem, quia non omnem refert S. Tho. expositionem, immo taliter, quod si huius uerba tantum modo, & non ipsa S. Tho. litera legeretur, omnes facile putarent S. Tho. quo ad formam totius tãtummodo verba Philosophi exposuisse. Cum tamen exponat simul & de forma partis. Defectiua autem prædicta impugnatio est ex hoc, quòd S. Tho. expositionem suam simul ac opinionem, auctoritate Boethij probat atque confirmat, de qua tamen Ant. And. nullam facit mentionem. Hoc autem non nisi ex duobus contingere potuit: quia uidelicet vel rationem adductam soluere non valuit, vel minoris apud eum reuerentiæ Boethius fuit quàm diuus Th. vt huic quidem accurate ad modum se opponat, illum vero nec dignum existimet, ut eius opinionem recitet, aut impugnet. Et primum quidem leue caput suum petit. Secundum vero adeo apud sapientes omnes reprehensibile est, vt omnis, quæ scripto merito debuisset reprehensio afferri etiam nõ vulgaris super uacanea sit. Et saltem si contra diuum Tho. tantum voluit arma sumere, probationem eius in hoc reprehendere debuisset, quòd nihil apud se probabilitatis afferret. Si uero Boethio ab omnibus sapientibus merito deferendum sit, dum eius adductæ auctoritati propositum S. Tho. confirmanti satisfacere hi nequeunt, iam se reddunt de falsitate suspectos, immo conuictos in impugnatione sua, & palam faciunt suã expositionem esse voluntariam, cum ex ratione ipsa cui satisfacere nequeunt, ad aliam quam leuiter impugnant tenendam necessario compellantur. Contra Arist. nihilominus est expositio præposita. Cum Arist. nullibi in hoc capitulo mentionem faciat de forma totius, quam tamen secundum Bothij dictum necesse est vocari & esse naturam. Vnde sequitur expresse, quod ubi Philosophus in assignandis naturæ modis de specie & substantia loquitur, intendat de forma totius, quia tota species est totaque substantia licet in abstracto significata, & per differentiam quæ etiam

Naturam significare quidditatem opinatur S. Doctor & recte

totum

totum dicit, licet à formali in natura rei ſumptum, à Boethio deſignatur, & natura vocatur. Si enim de ea Philoſophus nullam mentionem fecisſet, diminutam vtique truncatamque doctrinam tradidiſſet. Tamen ex ipſis quoque ſuis vocabulis Philoſophus in litera ipſa inſinuat ſe de vtraque forma loqui. Nam (vt diximus) ſpeciei nomē atque ſubſtantiæ, quæ totum quid ſignificant, nedum formæ totius conuenit, ſed & principalius ei conuenit quàm formæ partis. Vnde ſequitur quòd de vtraque cum loquatur, formā ipſam totius ſe exprimere magis & prius inſinuet. Nec opus fuit diſtinguere & proprijs vocabulis vtranque formā inducere, quia non de eis vt diſtinctæ ſunt, ſed vt in vna ratione conueniunt qua natura vocentur determinat, ſecūdum hoc inquam quod eſt eſſe terminum generationis. Et iterum quia ratio hęc ex qua aliquid dici poſſit natura, ſpecialis eſt ab illa diſtincta, qua ſupra probauit formam partis eſſe naturam, ideo non ſuperflue idipſum hic intelligendum vult. Quia vero eſſe terminum quo generationis, primo quidē ideſt proxime competit formæ partis, principalius tamen formæ totius, eo quod vicinior ſit ipſi eſſe, ad quod tā quam ad perfectiſsimum terminum, à quo & denominatur, generatio terminatur, ideo illa etiam principalius eſt natura. Ex his omnibus patet quartum, eandem inquam aduerſarij oppugnationem eſſe falſitati obnoxiam, dum dicit formam totius nec eſſe naturā, nec de ea eſſe textum Ariſt. exponendum. Ratio autē ſua ad hoc inducta, & falſum aſſumit, & male probat. Falſum quippe eſt formam totius non eſſe terminum quo generationis. Sicut enim forma partis quia non ſubſiſtit vt ſic, ſed eſt id quo aliquid generatur, inquā tum per generationem introducitur in materia ad hoc, quòd genitum eſſe habeat, dicitur terminus quo generationis, & non quod, ſic & forma totius, quia vt ſic nō ſubſiſtit, ſed eſt id quod primo reſultat ex vnione materiæ cum forma partis, tāquam id quo ſolo & quo toto genitū ſit & eſt in tali ſpecie, & in quo aſsimilatur primo generanti ſecundum ſpeciem, dicetur utiq; & ſine dubio eſt, terminus quo generationis. Nō enim inconuenit unius generationis plures eſſe terminos diuerſorum ordinum, ut quo, & quem, & vnius etiam ordinis diuerſimode, puta in hoc quod eſt eſſe terminum quo proxime uel remote: principalius vel minus principaliter &c. Item forma totius, eſt aliquā do cum prius non fuerit. Nullus enim negabit humanitatem & forteitatem eſſe in forte, cui tamen non ſemper fuit, ergo talis forma totius accepit eſſe de nouo, & nō per creationem, ut patet, ergo per mutationem, & non per aliam quàm per generationē cum ſit ſubſtantia, non autem vt quod generatur, quia ideſt compoſitum, ergo vt quo. Omne autem quod accipit eſſe per generationem ſiue vt quo ſiue vt quod, eſt terminus generationis ſiue vt quo ſiue vt quod, ergo &c. Probatio autem ſua contra hoc nulla eſt, primo quidem, quia licet quidditas in communi abſtrahat ab eſſe & generari, realitati tamen quidditatis quę eſt in hoc, competit & eſſe & generari. Nam humanitas quæ eſt in Socrate, per generationem Socratis, ipſum ſuum eſſe conſecuta eſt, vt dictum eſt. Et cū hoc communiter conueniat omni tali quidditati, patet vniuerſaliter eſſe verum omnem formam totius, ſecundum eſſe tamen quod habet in ſingulari, eſſe terminū generationis, & cōſequenter eſſe naturam. Nec quod inducit ex Auic. ſibi quoquo modo fauet: Immo ſicut ad aliud præcipitium erroris quòd ſcilicet ens non prædicetur formaliter de vltimis differentijs, illa auctoritas male intellecta, huius viri in doctrina ducem vnā ſecum induxit, ita & huius erroris in eis nunc etiā cauſa fuit. Non enim eſt intentio Auic. quòd huic æquitati nihil poſsit attribui niſi quòd in commune ac ceptæ æquitati competit, ita quòd hæc æquitas, non eſſet niſi æquitas. Eſt enim repugnantia terminorum vbi ſingulare & vniuerſale realiter diſtinguuntur. Sed magis ex hoc quod ipſa intendit æquitatem in communi & abſtractiue ſumptæ, nil vere competere niſi illa præciſe, quæ de ſua ratione ſunt, poteſt pari paſſu deduci, quòd intendat q huic æquitati, vt hæc eſt, cōpetant omnia, quę ſunt de ratione huius vt hæc, omnibus alijs ex modo ſignificandi excluſis, vt ſic inducta auctoritas magis propoſito faueat quā officiat. Et ideo huic humanitati poteſt attribui, ipſum fieri vt quo, ipſum eſſe hic & nunc ab hoc, & talia omnia, ſine quibus non eſt hic ſecundum indiuiduationē perfectā, qua aliquid dicitur indiuiſum in ſe, & diuiſum ab alio in materialibus, & cōſequenter eſſe terminum generationis, quia hæc omnia non niſi per generationem conſequitur. Et ſimiliter dicendum eſt de omnibus alijs formis totius. Vnde patet hoc ei communiter competere ſecundum rationem qua eſt hæc, vt dictum eſt. Nec hoc negat Auic. immo de uirtute ſermonis ita eſt vera iſta in concreto, homo eſt tantum homo (neq; enim eſt aliud ab homine) ſicut hæc in abſtracto, humanitas eſt tantū humanitas. Sed Auic. ex hoc modo loquēdi voluit innuere quòd abſtracta vt ſic excludunt omnia quæ non ſunt de eſſentia rei, ad differentiam cōcretorum, quæ nec excludunt talia nec includunt, licet admittāt, quod ſæpiſſime docuit S. Tho. Cum hoc tamen ſtat quod abſtracto non vt ſic, ſed vt hoc poſsint alia competere, quæ tamen ſunt de ratione, ſiue cōcurrunt neceſſario ad eſſe abſtracti huius. Et ſic competit ei eſſe generationis terminum. Quod cōfirmatur. Nam multo abſtractius eſt ipſum eſſe quàm forma totius, vt patet. Et tamen Ariſt. 5. Phy. & 5. & 12. huius dicit quòd generatio ſimpliciter terminatur ad eſſe ſimpliciter, & non niſi vt quo, ergo multo minus id repugnabit formæ totius. Et ſic patet quòd impetus paruulorum ſenſus, non poſſunt in aliquo vel minimo diuellere firmiſsimam doctrinam ſancti doctoris. Et per omnia ſit benedictus Deus. Amen.

B E S S.

Ex dictis itaque prima, & quæ proprie dicitur natura, eſt, ſubſtantia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habent. materia enim eo quòd huius eſt ſuſceptiua, dicitur natura. generationes autem, ac ipſum naſci, eo quòd ab hac motus ſunt. principium quoque motus eorum, quæ natura ſunt, hæc eſt, inexiſtens quodammodo, aut potentia, aut actu.

A N L. Par. 3.

Ex dictis igitur prima natura et proprie dicta eſt ſubſtantia, quæ principium motus habentium in ſe inquantum ea. Materia nanque, quia huius eſt ſuſceptibilis, eſſe dicitur natura. Et generationes, & generari, quia ſunt ab ea motus. Et principium motus natura exiſtentium idipſum eſt exiſtens, aut poteſtate, aut perfectione.

Reducit omnes modos prædictos ad vnum. Sciendum eſt autem, quòd reductio aliorum modorum ad vnum primum, fieri poteſt dupliciter. Vno modo ſecundum ordinem rerum. Alio modo ſecundum ordinem, qui attenditur quantum ad nominis impoſitionem. Nomina enim imponuntur à nobis ſecundum quòd nos intelligimus, quia nomina ſunt intellectuū ſigna. Intelligimus autem quandoque priora ex poſterioribus. Vnde aliquid per prius apud nos ſortitur nomen, cui res nominis per poſterius conuenit: & ſic eſt in propoſito. Quia enim formæ & virtutes rerum ex actibus cognoſcuntur, per prius ipſa generatio vel natiuitas, naturæ nomen accepit, & vltimo forma. Sed ſecundum rerum ordinem, formę prius competit ratio naturæ, quia, vt dictum eſt, nihil dicitur habere naturam,

ram,nisi secundum quòd habet formam. Vnde patet ex dictis, quòd(primo & proprie natura dicitur substantia), idest forma rerum habentium in se principium motus inquantum huiusmodi. Materia enim dicitur esse natura, quia est formæ susceptibilis. Et genenerationes habent nomen naturæ, quia sunt motus procedentes à forma,& iterum ad formas. Et idipsum,scilicet forma est principium motus rerum existentium secundum naturam, aut in actu, aut in potentia. Forma enim non semper facit motum in actu,sed quandoque in potentia tantum, sicut quando impeditur motus naturalis ab aliquo exteriori prohibente, vel etiam quando impeditur actio naturalis ex materiæ defectu.

LECTIO VI.

Quatuor Necessarij modis expositis, ex quibus quartum propriè & primum necessarium dicit esse, hinc & necessariorum,alia causam habere,alia non,exponit primum item, & propriè necessarium simplex esse, immobilia quoque necessario secundum violentiam carere concludit.

BESS. Tex. 6.

Necessarium dicitur, sine quo non contingit viuere tanquam concausa. vt respirare,& alimentum animali necessarium est, impossibile enim esse absque his animal esse.

ANT. Tex. c. 6. Part. 1.

Necessarium dicitur sine quo non contingit esse aut viuere quasi concausali. Vt spirare & cibus animalium est necessarium. Nam sine his esse est impossibile.

Postquam philosophus distinxit nomina, quæ significant causas, hic distinguit nomen quod significat aliquid pertinens ad rationem causæ, scilicet necessarium. Causa enim est ad quam de necessitate sequitur aliud. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit modos necessarij. Secundo reducit omnes ad vnum primum, ibi § Et secundum hoc necessarium.§ Ponit autem in prima parte quatuor modos necessarij. Primus est, secundum quod dicitur aliquid necessarium, sine quo non potest aliquid viuere, aut esse, quod licet non sit principalis causa rei, est tamen quæ dam concausa. Sicut respirare est necessariū animali respiranti, quia sine respiratione viuere non potest. Ipsa enim respiratio, etsi non sit causa vitæ, est tamen cō causa, inquantum cooperatur ad contemperamentū caloris, sine quo non est vita. Et similiter est de cibo, sine quo animal viuere non potest, inquantum cooperatur ad restaurationem deperditi, & impedit totalē consumptionem humidi radicalis, quod est causa vitæ. Igitur huiusmodi dicuntur necessaria, quia sine eis impossibile est esse. Secundum modum ponit ibi.

Ala. n.cā ē vitæ hęc aūt con cā. Respiratio .n. coopaē ad refrigerandū calorē, qui est cā vitæ, alimētu aūt, restaurandum humidum qui est cā uitæ.

BESS. *Et sine quibus bonum non contingit aut esse, aut fieri, sine aliquid mali repellere, aut eo priuari. vt bibere potionem medicatam necessarium est, vt non ægrotet. et in Æginam nauigare, vt pecuniam recipiat.*

ANT. Part. 2. *Et sine quibus bonum bonum non contingit esse aut fieri, aut aliquid malum expellere aut priuari. Velut bibere pharmacum necessarium, vt non laboret: & Ad Æginam nauigare vt pecuniam recipiat.*

Dicit, quòd secundo modo, dicuntur necessaria, sine quo, s non, potest esse vel heri bonum aliquod, vel vitari aliquod malum, vel expelli, sicut bibere pharmacum, idest medicinam laxatiuam, dicimus esse necessarium, non quia sine hoc viuere animal non possit, sed ad expellendum, scilicet hoc malum quod est infirmitas, vel etiam vitandum. Est enim hoc necessarium (vt non laboret, idest vt non infirmetur aliquis. Similiter (nauigare ad Æginā), scilicet ad illum locū est necessarium, non quia sine hoc non possit homo esse, sed quia sine hoc non potest acquirere aliquod bonum idest pecuniam. Vnde dicitur, quòd necessaria est talis nauigatio, ut aliquis pecuniam recipiat. Tertium modum ponit ibi.

BESS. *Item violentum, & vis. hoc autem est, quod præter propositum & electionē obstat, & prohibet. violentum enim necessarium dicitur. quare etiam triste, vt Euenus quoque ait. omnis nanque necessaria res, tristis est, & vis necessitas quædam est. quemadmodum Sophocles dicit.*

Etiam vis me coegit hæc facere.

Et rectè, necessitas videtur inmutabile quiddam esse, contrarium enim voluntario, & secūdum cogitationem motui est.

ANT. Part. 3.

Amplius vim faciens & vis. Sed hoc est præter impetum & præuoluntatem impediens & prohibens. Vim enim faciens necessarium dicitur. Quapropter triste etiam, sicut Euenus ait.

Omnis enim res necessaria lamentabilis est facta.

Et vis necessitas quædam, ut Sophocles dicit.

Sed vis eam me facere cogit.

Et videtur necessitas aliquid inculpabile esse rectè: Contrarium enim, est motui secundum præuoluntatem & secundum excogitationem.

Dicit quòd id, quòd infert violentiam, & etiam ipsa uioleotia necessarij nomen accepit, uam violentia necessaria dicitur, & qui uim patitur dicitur de necessitate id facere ad quod cogitur. Quid autem sit faciens uim manifestat in naturalibus, & in voluntarijs. In naturalibus quidem est impetus, siue inclinatio ad aliquem finem, cui respondet voluntas in natura rationali. vnde & ipsa naturalis inclinatio appetitus dicitur. Vtrunque autem, scilicet & impetum naturalis inclinationis, & propositum voluntatis contingit impediri & prohiberi. Impediri quidem, in prosecutione motus iam incæpti. Prohiberi autem, ne etiam motus incipiat. Illud ergo dicitur esse violentum, (quod est præter impetum), idest præter inclinationem rei naturalis, & est (impediens præuoluntatem), idest propositum in prosecutione motus voluntarij iam incæpti, & prohibens etiam ne incipiat. Alia litera habet. Et hoc est secundum ormin, idest secundum impetū Violentia enim est cum aliquid agit secundum impetum exterioris agentis, contra voluntatem vim passi. Violentum autem est secundum impetum vim faciēs. Ex hac autem violenti diffinitione duas conclusiones inducit. quarum prima est, quòd omne violentum est triste siue flebile. Quod probat per cuiusdam poetæ siue doctoris dictum dicens, quòd omnis res necessaria siue violenta, est tristis siue lamentabilis: necessitas enim est quædam violentia, sicut Sophocles poeta dicit. Violentia me facere coegit ea, idest necessitas. Dictum est enim, quòd violentia est impediens uoluntatem. Ea autem, quæ uoluntati sunt contraria, contristant. Tristitia enim est de his, quæ nobis nolentibus accidunt. Secunda conclusio est, quod necessitas rectè dicitur, quod est inculpabilis & irreprehensibilis. Dicitur enim quòd necessitas oragis meretur veniam quā increpationem. Et hoc ideo, quia non inculpamur nisi de his, quæ uoluntarie facimus, de quibus etiam rationabiliter increpamur. Necessitas autem violentiæ est contraria voluntati & excogitationi, ut dictū est, & ideo rationabilius dicitur, quod uiolenta non sunt culpabilia. Quartum modum ponit ibi.

Violentum oē triste & flebile est.

BESS. *Item, quod non contingit aliter se habere, necesse dicimus ita se habere.*

Am-

A N T. Par. 4. *Amplius quod non contingit aliter se habere, necessarium dicimus sic se habere.*

Dicit, quòd necessarium etiam dicimus sic se habere, quòd non contingit aliter se habere: & hoc est necessarium absolute. Prima autem necessaria sunt secundum quid. Differt autem necessarium absolute ab alijs necessarijs: quia necessitas absoluta competit rei secundum id quod est intimum & proximum ei, siue sit forma, siue materia, siue ipsa rei essentia, sicut dicimus animal necesse esse corruptibile, quia hoc consequitur eius materiam inquantum ex contrarijs componitur. Dicimus etiam animal necessario esse sensibile, quia consequitur eius formam: & animal necessario esse substantiā animatam sensibilem, quia est eius essentia. Necessarium autem secundum quid & non absolute est, cuius necessitas dependet ex causa extrinseca. Causa autem extrinseca est duplex, scilicet finis & efficiens. Finis autem est, uel ipsum esse absolutum & ab hoc fine necessitas sumpta pertinet ad primum modum, uel bene esse, siue aliquod bonum habere, & ab hoc fine sumitur necessitas secundi modi. necessitas autem, quæ est à mouente exteriori, pertinet ad tertium modum. Nam violentia est quando aliquid mouetur ab exteriori agente ad aliud ad quod ex propria natura aptitudinem non habet. Si enim secundum suā naturam ordinetur ad hoc quòd recipiat motum ab exteriori agente, tunc motus non erit violentus, sed naturalis. Sicut patet de motu cælestiū orbium à substantijs separatis, & de motu inferiorum corporum à superioribus. Deinde cum dicit.

Hoc in loco Ant. an. impugnat sanctum Tho.

DEFENSIO VI.

Defenditur necessarij absolute declaratio à D. Tho. allata, & satis insufficienter ab Ant. And. impugnata.

Necessariū absolute sumi secundā intrinseca rei, defenditur.

HOc in loco Ant. An. impugnat S. Tho. ut in marginibus etiam insinuat Mauritius. Dicit autem sic Ant. And. Notandum, quòd iste quartus modus distinguitur à primis, quia quartus modus est simpliciter alij vero secundum quid. Quod sic ostendit quidam expositor. Dicit enim quòd necessitas absoluta competit rei secundum illud, quod est intimum, siue illud sit forma siue materia, siue ipsa rei essentia. Sicut dicimus animal necessario esse corruptibile, quia hoc sequitur eius materiam inquantum est compositum ex contrarijs. Iterum dicimus, quòd animal necessario est sensibile, quia consequitur eius formam. Iterum dicimus, animal esse necessario substantiam animatam sensibilem, quia hoc est eius essentia. Sed necessarium secundum quid & nō absolute, est illud, cuius necessitas dependet ex causa extrinseca, puta ex fine vel ex efficiente. Finis autem, uel est ipsum esse absolutum, uel aliquod bonum habere. A primo fine sumitur necessitas primi modi, à secundo vero fine accipitur necessitas secundi modi. Sed necessitas quæ est ab efficiente, pertinet ad tertium modum. Nam violētia est quādo aliquid mouetur ab exteriori agente ad id, ad quod ex propria natura non potest habere aptitudinem. Sed illa expositio videtur deficere. Nam primus modus sumitur per comparationem ad viuere. Viuere autem & si habet forsan rationem finis, non tamē finis extrinseci, ut ille imaginatur, sed intrinseci, quia viuere viuentibus est esse. Nisi dicat quòd accipitur uiuere non pro primo, sed pro secundo actu, qui est ipse motus vitæ. Sed hoc non dicitur ad rem, quia etiam respirare & alimentum sumere, quod est necessarium secundo modo, est necessarium isto modo. Accipitur ergo pro viuere quod est primus actus, & non pro uiuere, quod est secundus actus nisi cōsequenter & quasi per accidens. Aliter ergo dicendum, quod quartus modus est absolutus, alij vero duo primi modi ad aliquod; bonum intrinsecum uel extrinsecum acquirendum, uel malum possibile uitandum. Tertius per cōparationē ad agens extrinsecum violentum. Sed quartus modus accipitur absolute & in se sicut patet. Hæc ille formaliter. Sed non bene attendit homo iste ad verba S. Tho. & falsa assumit in hac sua impugnatione, nec rectam ponit modorum prædictorum sufficiētiam. Primum patet, quia licet ipsum esse qui est primus actus, aliquo modo sit intrinsecum eius cuius est esse, non tamen id cuius est tale esse, est illud quod dicitur necessarium secundum hunc primum modum necessitatis. Non enim dicimus hoc modo hominem necessarium ad esse uel viuere, sed cibum aut respirationem & cæta quòd esse uel uiuere hominis, est horū finis extrinsecus à quo necessitatem habent & necessaria nominantur hoc primo modo. Secundum etiam patet quia dicit finem aliquem esse intrinsecum rei cuius est finis, quod est falsum, eo quod finis, & efficiens sunt causæ extrinsecæ eorum quorum sunt finis uel efficiens. Non enim ut sic, sunt de essentia rei, sicut sunt causæ intrinsecæ. Et propter hoc non dicimus deū esse finem aliquem, neque etiam ipsemet est sibi finis, cum tamen sit summe sibi bonus, quia nulla est ei intrinseca uel extrinseca causa. Esse igitur licet sit finis multorum operum habentis esse, non tamen est finis illius, cum sit sibi maxime intimum. Eo tamen modo quo ipsum esse, posset dici extrinsecum essentiæ, inquantum scilicet ab illa est distinctum, & illius est perfectio & actualitas, non inconuenit dici eius etiam esse finem, sed hoc est improprie dictum. Tertium etiam ex hoc patet, quia quartum modum non aliter hic homo distinguit ab alijs, nisi q (inquit) est est absolutus, seu accipitur absolute. Nec declarat q d sit taliter accipere, nec penes quæ attendatur talis necessitas. Cum enim ly absolute dictum vel sumptum possit accipi multis modis, prædeclarandum fuerat, quo illorum modorum accipiat. Si enim accipiat ly absolute, prout significat omnibus modis, tunc quartus modus secundum eum non distinguetur à tribus simul sumptis, nisi sicut aceruus à singulis lapidibus, quod nullus sapiens diceret. Si vero intendat necessarium absolute idest secūdum communem naturā necessarij quæ est, non posse aliter se habere, vt ipse uidetur accipere tam exponendo textum, quam reducendo alios modos ad istum, tunc hic modus non erit ab alijs distinctus. Superiora enim seu quæcunque communia non condistinguuntur inferioribus, seu minus communibus vt, scilicet importent diuersos modos, sed omnibus diuersis modis conueniunt. Consequens autem est contra doctrinam Arist. hic, vt patet. Si uero accipiat absolutum, idest nō in ordine ad aliud, ut innuit in impugnatione, tunc necessitas, quā hic sumit secūdum esse & uiuere erit absoluta, & præsertim secundum eum & suos, qui tenent ipsum esse non distingui realiter ab essentia, immo secundum hoc magis erit absoluta ista necessitas, quàm illa, quæ competet essentiæ ratione alicuius suæ partis essentialis siue scilicet materiæ, siue formæ. Magis enim distinguitur & est quid aliud pars à tota essentia, quàm esse, quod secundum eos totum pariter dicit sicut essentia, immo tenent (vt diximus) quòd sit ipsa tota essentia. Et sic quod competet rei seu essentiæ ratione sui esse præcise, competet ei absolute idest non per respectū ad aliud, & magis absolute quàm quod competet essentiæ ratione suæ partis, quia minus aliud, & minus est extrinsecū ab essentia quàm pars. Quod tamē nullus concedit, & est contrarium ei quod iste determinando dicit, quòd uidelicet necessitas sumpta per respectum ad esse pertinet ad primum modum necessitatis. Nec valet recurrere ad distinctiones formales

quia

quia cum ratio finis sit etiam ratio boni, quod bonũ vnusquisque habet ex realitate sua, si realitas erit vna, necessitas etiam ex eadem realitate procedens pariter vna erit & eadem, & eodem etiam modo sibi competet non posse aliter se habere, quæ est communis ratio necessarij. Si uero per necessarium absolute, intendat id quod competit ei sic ex se, quòd seclusò omni alio quod nõ est ipsum essentialiter & per se primo modo sibi competit, uerum quidem id est, & ad mentem Philosophi. Tale enim absolute & simpliciter dicitur non posse aliter se habere. Sed hoc fuerat ab ipso impugnatore declarandum, postquam sanctum Tho. id optime declarantem aggressus fuerat impugnare. Vnde patet quòd in hac impugnatione hic homo ex omni parte defecit.

BESS. *Et secundum hoc necessarium cætera quoque omnia dicuntur quodammodo necessaria. nam & ipsum necessarium aut agere, aut pati tunc dicitur, cum non contingat propter illud, quod vim infert, secundum propositũ fieri, tanquam illa existente necessitate, propter quam non contingit aliter. Et in eis, quæ concausæ viuendi, & boni sunt similiter. cum enim nõ contingat, hic quidem ipsum bonum, hic uero ipsum viuere, et esse sine quibusdam hæc necessaria, & hæc causa necessitas quædam est.*

ANT. Par. 5. *Et secundum hoc necessarium, & alia dicuntur omnia necessaria. Vim enim patiẽs necessarium dicitur aut facere aut pati tunc quãdo non contingit secundum impetum propter coagens, quasi ea necessitate existente propter quam non contingit aliter. Et in concausalibus viuendi & boni similiter. Nam, cum non contingit, hic quidem bonum, illic uero viuere & esse sine aliquibus, ea necessaria, & causa necessitas quædam est hæc.*

Reducit omnes modos ad vnum, & circa hoc tria facit. Primo ostẽdit quòd omnes modi necessitatis, qui in rebus inueniuntur, ad hunc ultimum modum pertinent. Secũdo ostendit, quòd secundum ultimũ modum accipitur necessarium in demõstratiuis, ibi {Amplius demonstratio.} Tertio infert quoddam corollarium ex præmissis, ibi (Horum quidem itaque,) Dicit ergo primo, quòd ſm istum vltimũ modũ necessarij, omnes alij modi aliqualiter dicuntur. Quod primo ostẽdit in tertio modo. Illud enim quòd uim patitur, de necessitate dicitur aliquid facere uel pati, propter hoc quòd non contingit secundum propriũ impetum aliquid agere propter violentiam agentis, quæ est quædam necessitas propter quam non contingit aliter se habere. Et similiter ostendit hoc in primo & secundo modo, in quibus necessitas sumitur ex causis uiuẽdi, uel essendi simpliciter, quantum ad primum modum: uel ex causis boni, quantum ad secũdum modum. Sic enim in alijs modis necessarium dicebatur, sine quo non poterat esse ex una parte bonum, & ex alia parte uiuere & esse. Et sic illa causa, sine qua non contingit viuere vel esse, uel bonum habere, uel malo carere, necessitas dicitur, quasi ex hoc sit prima ratio necessarij, quia impossibile est aliter se habere. Deinde cum dicit.

Par. seq. Par. 6.

BESS. *Item demonstratio necessariorum est: quoniam non contingat aliter se habere, si simpliciter demonstratum est. Huius vero causæ ipsa prima, si impossibile est aliter se habere, ex quibus sit syllogismus.*

ANT. Par. 6. *Amplius demonstratio necessariorum est, quia non contingit aliter se habere quod demonstratum est simpliciter. Huius autem causa est quæ prima sunt, si impossibile est aliter se habere, ex quibus est syllogismus.*

Ostendit quòd secundum vltimum modum accipitur necessarium in demonstratiuis, & quantum ad conclusiones, & quantum ad principia. Demonstratio enim dicitur esse necessariorum, & dicitur esse ex necessarijs. Necessariorum quidem esse dicitur quia illud, quod simpliciter demonstratur, non contingit aliter se habere. Dicitur autem simpliciter demonstratum ad eius differentiam quod demonstratur in demonstratione quæ est ad aliquem, & non simpliciter, quod in 4. libro dixit demonstrare ad hominem arguentem. In talibus enim demonstrationibus, quæ sunt ad aliquem, contingit etiam impossibile concludi ex aliquibus impossibilibus positis. Sed, quia causę conclusionis in demonstrationibus sunt præmissæ, cum demonstratio simpliciter scire faciat, quod non est nisi per causam, oportet etiam principia, ex quibus est syllogismus, esse necessaria q̃ impossibile sint aliter se habere. Nam ex causa non necessaria non potest sequi effectus necessarius. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 7. *Quorundam itaque alia est causa, ut necessaria sint: quorundam vero nihil, sed propter hæc alia necessaria sunt. Quare & propriè necessariũ est quod simplex est. hoc enim nõ potest multipliciter se habere, quapropter, nec aliter & aliter. etenim multipliciter se haberet. Si igitur aliqua perpetua, & immobilia sunt, nihil in eis uiolentum, aut præter naturam est.*

ANT. Par. 7. *Horum quidem itaq; alterã causa essendi necessaria est, aliorũ vero nulla: sed propterea alia sunt ex necessitate. Quare primum & propriè necessarium ipsum simplex est. Hoc enim habere non contingit pluribus modis. Quare nec aliter & aliter, iam enim plus haberet. Ergo, siqua sunt sempiterna & immobilia, nihil illis est uiolentum, nec præter naturam.*

Concludit ex præmissis tres conclusiones se inuicem sequentes, quarum prima est, quòd ex quo in demonstrationibus præmissæ sunt causæ conclusionis, & utraq; sunt necessaria, sequitur quòd aliqua sunt necessaria dupliciter. Quædam quidem quorum altera sit causa necessitatis, quædam vero quorum nulla sit causa necessitatis, & talia sunt necessaria propter seipsa. Et hoc est contra Democritum, qui dicebat q̃ necessariorum non sunt quærendæ causæ ut habetur in 8. Physi. Secunda conclusio, quia, cum oporteat esse unum primum necessarium, à quo alia necessitatem habent, quia in causis non est procedere in infinitum, ut in Secundo ostensum est, oportet hoc primum necessarium, quod etiam maxime proprie est necessarium, quia est omnibus modis necessarium, quòd ipsum sit simplex. Ea enim, quæ sunt composita, sunt mutabilia, & ita pluribus modis se possunt habere: quæ autem pluribus modis habere se possunt, possunt se habere aliter & aliter, quod est contra rationem necessarij. Nam necessarium est, quod est impossibile aliter se habere. Vnde oportet, quòd primũ necessarium non aliter & aliter se habeat, & per consequens nec pluribus modis. Et ita oportet ipsum esse simplex. Tertia conclusio est, quòd, cum uiolẽtum sit quod mouetur ab aliquo exteriori agente præter naturam propriam, principia autem necessaria sunt simplicia & immobilia, vt ostensum est, necessarium est ut si sunt aliqua sempiterna & immobilia sicut sunt substantiæ separatæ, quòd in illis non sit aliquid violentum nec præter naturam. Et hoc dicit, ne deceptio accidat in nomine necessitatis, cum dicitur de substantijs immaterialibus, nec per hoc intelligatur aliqua uiolentia tn eis esse.

Prima conclusio.

Tex. c. 11. Secũda conclusio. Tex. c. 5. & inde.

Tertia conclusio. Sempiterna nullam patiuntur uiolentiam

LECTIO VII.

Modos tres exponit, quibus vnum per accidens aliqua dicũtur, modos item quinque exponit vnitatis per se.

Vnum,

ARES. Tex. 7.

Vnum, dicitur vno modo secundum accidens, alte ro, per se. Secundum accidens quidem, vt Coriscus, & musicũ: & Coriscus musicus. Idem enim est dicere Coriscus, & musicum, & Coriscus musicus: et musicum & iustum, & musicus iustus Coriscus. Cuncta etenim hæc, vnum dicuntur secundum accidens. iustum quidem & musicum, quoniam vni substantiæ accidunt: musicum vero, & Coriscus, quoniam alterum alteri accidit. similiter etiam quodammodo musicus Coriscus, cum Corisco unum est, quoniam altera partium earum, quæ in oratione sunt, alteri accidit. vtputa musicum Corisco, & musicus Coriscus iusto Corisco, quoniã vtriusque pars una, eidem vni accidit. nihil enim differt, aut Corisco musicum accidere, aut isti hoc. Similiter autem, tam si de genere, quàm si de aliquo vniuersalium nominum accidens dicatur. vtputa, quod idem homo, & musicus homo. aut enim homini, qui una est substantia, musicum accidit, aut quoniam ambo alicui singularium accidunt, veluti Corisco, non tñ eodem mõ ambo insunt: sed hoc quidem, vt genus fortassis, & vt substantia, illud vero vt habitus, aut passio substantiæ. Quæcunque itaque secundum accidens vnum dicuntur, hoc modo dicuntur.

ANT. Tex. c. 7. Par. 8.

Vnum dicitur aliud autem secundum accidens, aliud secundum se. Secundum accidens quidem, vt Coriscus et musicus, & Coriscus musicus. Idem enim est dicere Coriscus & musicus, & Coriscus musicus, & musicum & iustum: & musicus iustus Coriscus. Omnia nanque ea vnum dicuntur secundum accidens. Iustum quidem & musicum, quia substantiæ accidunt: musicus vero & Coriscus, quia alterum alteri accidit. Similiter autem & modo quodam musicus Coriscus cum Corisco unum, quia altera partium alteri accidit earum quę sunt in oratione: vt musicum Corisco, & musicus Coriscus iusto Corisco, quia vtriusque pars eidem vni accidit. Nihil enim differt quam Corisco musicum accidere. Similiter autẽ siue in genere, siue in vniuersalis alicuius nominibus dicatur accidens; vt quia homo idem & musicus homo. Aut enim quia homini vni existenti substantiæ accidit musicum: aut quia ambo singularium alicui accidunt vt Corisco. Tamen non eodem modo ambo insunt. Sed hoc quidem forsan vt genus & substantia, illud vero vt habitus aut passio substantię. Ergo quęcunque secundum accidens dicunt vnum, hoc modo dicuntur.

Postquam Philosophus distinxit nomina, quæ significant causas, hic distinguit nomina, quæ significant id, quod est subiectum aliquo modo in scientia. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit siue distinguit nomina, quæ significant subiectum huius scientiæ. Secundo ea, quæ significant partes subiecti, ibi {Eadem dicuntur.} Subiectum autem huius scientiæ potest accipi, vel sicut communiter in tota scientia considerandum, cuiusmodi est ens & vnum: uel sicut id, de quo est principalis intentio, vt substantia. Et iõ primo distinguit hoc nomen vnum, secundo hoc nomen ens, ibi {Ens dicitur &c.} Tertio hoc nomen substantia, ibi {Substantia dicitur &c.} Circa primũ duo facit. Primo distinguit unum in per se & per accidens, & ostendit quot modis dicitur unum per accidens. Secundo quot modis dicitur vnum per se, ibi {Secundum se vero unum &c.} Dicit ergo, quòd unũ dicitur & per se & per accidens. Per accidens autem unum docet considerare primu in terminis singularibus, & hoc dupliciter. Vno modo secundum quòd accidens comparatur ad subiectum, alio modo secundum quòd vnum accidens comparatur ad aliud. In vtroque autem istorum tria est accipere, scilicet unu

Infra le. 15.

Infra lec. 9.

Infra le. 10.

Par. seq.

Modi vnius per accidẽs quatuor.

compositum & duo simplicia. Si enim unum per accidens accipiatur secundum comparationem accidẽtis ad subiectum, sic sunt ista tria, primum est Coriscus, secundum est musicus, tertium Coriscus musicus. Et hæc tria sunt unum per accidens. Nam idem subiecto est Coriscus musicus. Et similiter, quando comparatur accidens ad accidens, tria est accipere, quorum primum est musicum, secũdum est iustum, tertium est musicus iustus Coriscus. Et omnia prædicta dicuntur esse vnum secundum accidens, tamen alia & alia ratione. Iustũ enim & musicum, quæ sunt duo simplicia in secunda acceptione, dicuntur unum per accidens, quia accidunt uni subiecto. Musicus vero & Coriscus, quæ sunt duo simplicia in prima acceptione, dicuntur unum per accidens, quia {alterum eorum} scilicet musicum {accidit alteri,} scilicet Corisco. Et similiter quantum ad aliquid musicus Coriscus cum Corisco, quod est cõpositum cum uno simplicium, in prima acceptione dicuntur unum per accidens, quia inter partes istas, quæ sunt in hac oratione, idest in hoc termino complexo, scilicet Coriscus musicus, altera pars termini complexi, scilicet musicus accidit alteri parti per se signatæ, scilicet Corisco. Et eadem ratione potest dici, quòd musicus Coriscus est unum cum iusto Corisco, quæ sunt duo composita in secunda acceptione, quia ambæ partes utriusq; compositi accidunt uni, scilicet Corisco. Si enim idẽ est musicus & musicus Coriscus, & iustus & iustus Coriscus, cuicunque accidit musicum accidit musicus Coriscus, & quicquid accidit Corisco accidit Corisco iusto. Vnde, si musicum accidit Corisco, sequitur, quòd musicus Coriscus accidit iusto Corisco. Et sic nihil differt dicere musicum Coriscum accidere iusto Corisco, quã musicum accidere Corisco. Quia uero huiusmodi prædicata per accidens per prius prę dicantur de singularibus, & per posterius de uniuersalibus, cum tamẽ econuerso sit de prædicatis per se, manifestat consequenter in terminis vniuersalibus quod in singularibus ostenderat, dicens, quòd similiter accipitur unum per accidens, si aliquod accidens dicatur cum aliquo nomine alicuius generis, uel cuiuscunque uniuersalis, sicut accipitur unum per accidens in prædictis, quando accidens adiungitur nomini singulari, sicut cum dicitur, quòd homo & musicus homo sunt vnum per accidens, licet quantum ad aliquid differãt. Singulares enim substantiæ nec sunt in subiecto, nec de subiecto prædicantur. Vnde tantum substant & nihil eis substat. Substantiæ quidem uniuersales dicuntur de subiecto, sed non sunt in subiecto. Vnde non substant accidentibus, & eis aliquid substat. Cum ergo accidens adiungitur particulari substantiæ, non potest esse alia ratio dicti, nisi quia accidens inest substantiæ particulari, ut quia musicum inest Corisco cum dicitur Coriscus musicus. Sed, cũ dicitur homo musicus, potest esse duplex ratio dicti. Aut enim hoc dicitur, quia musicum accidit homini, per quod significatur substantia, & ex hoc competit sibi quòd possit substara accidenti. Aut hoc ideo dicit, quia ambo, scilicet homo & musicus insunt alicui singulari, sicut Corisco: sicut musicum dicebatur iustum, quia eidẽ singulari insunt, & eodem modo, scilicet per accidens. Sed forsan hoc non eodem modo, sed uniuersalis substãtia inest singulari vt genus, sicut hoc nomen animal, aut si non sit genus, saltim est in substantia subiecti, idest ut substantiale prædicatum, sicut hoc nomen homo. Sed aliud, scilicet musicum non est vt genus uel essentiale prædicatum, sed ut habitus uel passio subiecti, uel qualecunque accidens. Ponit autem hæc duo habitum & passionem, quia quædam accidentia sunt manentia in subiecto, sicut habitus qui sunt difficile mobiles, quædam autem

rem sunt accidentia pertranseuntia & non manētia, sicut passiones. Patet igitur quòd isti sunt modi, quibus aliqua dicuntur unum per accidens. Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 8.

Illorum vero, quæ per se vnum dicuntur, hæc quidē dicuntur, eo quòd continua sunt, vt fasces vinculo, & ligna visco. linea quoque etiam, si curua sit, sed continua, vna dicitur, sicut partium etiam vnaquæque, crus, & brachium. Ex his autem ipsis, illa magis vnum sunt, quæ naturę, quàm arte continua sunt. Continuum vero dicitur, cuius vnus per se motus, & non potest aliter esse. vnus vero, qui indiuisibilis. indiuisibilis autem secundum tempus.

A N T. Tex. c. 8. Par. 2.

Secundum se vero vnum dictorum alia dicuntur eo quòd continua sunt, vt onus vinculo, & lignum cum visco. Et linea & si flexa sit, continua autem, vna dicitur: sicut & partium singulæ, vt tibia & brachium. Ipsorum aut magis vnum natura continua quàm arte. Continuum uero dicitur, cuius motus vnus secundum se, & non possibile aliter. Vnus autem unius indiuisibilis. Indiuisibilis autem secundum tempus.

Ponit modos vnius per se, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur vnum. Secundo quot modis dicitur multa, ibi§ Palam autem, & quia multa. §Circa primū duo facit. Primo distinguit modos unius naturaliter idest secundum conditiones in rebus inuentas. Secundo vero logice, idest secundum intentiones logicales, ibi § Amplius autem alia &c. § Circa primum duo facit. Primo distinguit modos vnius. Secundo vero ponit quandam proprietatem consequentem ad vnum, ibi (Vni vero esse, est principium.) Circa primum duo facit. Primo ponit modos vnius, secundo reducit eos omnes ad vnum, ibi (Vniuersaliter enim quæcunque.) Ponit autem in prima parte quinque modos vnius. Quorum primus est, quòd eorum quæ secundum se dicuntur vnum, quædam dicuntur vnum esse (natura continuitatis) idest essendo continua: uel (eo quòd sunt continua,) sicut dicit alia translatio. Sed continua dicuntur aliqua dupliciter. Quædam enim sunt continua, sicut dicit alia litera per aliud, quædam secundum se. Prosequitur ergo primo continua secundum aliud dicens, quod continua per aliud sunt, sicut onus lignorum continuum est ratione ligaminis uel uinculi: & hoc modo ligna adinuicem conuiscata dicuntur unum per uiscum. Quod etiam contingit dupliciter, quia quandoque continuatio alligatorum fit secundum lineam rectā, quandoque autem secundum lineam indirectam, sicut est linea reflexa angulum continens, quę fit ex cōtactu duarum in una superficie, quarum applicatio non est directa. Per hunc enim modum partes animalis dicuntur unum & continuum. Sicut tibia, quæ habet reflexionem, & angulum continet ad genu, dicitur una & continua, & similiter brachium. Sed, cum talis continuatio, quę est per aliud, possit esse vel fieri naturaliter & arte, magis vnum sunt quæ sunt continua per naturam, quàm quæ sunt continua per artē: quia in his, quæ sunt cōtinua per naturam, illud vnū, per quod fit continuatio, non est extraneum à natura rei, quæ per ipsum continuatur, sicut accidit in his quæ sunt vnum per artificium, in quibus vinculum, vel uiscus, uel aliquid tale est omnino extraneū à natura colligatorum. Et ita ea, quæ sunt naturaliter colligata, prius accedunt ad ea, quæ sunt secūdum se continua, quæ sunt maxime unum. Et ad euidentiam huius diffinit continuum dicens, quòd continuum dicitur id, cuius est secundum se vnus motus tantum, & non est possibile aliter. Non enim possibile est ut continuo, vt diuersæ partes diuersis motibus moueantur, sed totum continuum mouetur uno motu. Dicit autem (secundum se,) quia possibile est vt cōtinuum moueatur uno modo per se, & uno alio vel pluribus per accidens, sicut si homo mouetur in naui per se cōtra motum nauis, mouetur nihilominus motu nauis per accidens. Ad hoc autem quòd sit unus motus, oportet quòd sit indiuisibilis, & hoc dico secundum tempus, vt uidelicet simul dum mouetur una pars continui moueatur & alia. Non enim contingit in continuo quòd una pars moueatur & alia quiescat, uel quòd una quiescat, & alia moueatur, vt sic motus diuersarum partium continui sint in diuersis partibus temporis. Ideo autem hic diffinit Philosophus continuū per motum & non per vnitatem termini, ad quem partes continui coniunguntur, sicut in Prædicamentis, & in libro phy. habetur, quia ex ista diffinitione potest sumi diuersus gradus vnitatis in diuersis continuis, sicut postea patebit, non autem ex diffinitione ibi data. Sciendum est autem, quod hoc, quod hic dicitur, quòd motus continui indiuisibilis est secundū tempus, non est contrarium ei quod probatur in 6. Phy. scilicet, quòd tempus motus diuiditur secundū partes mobilis. Hic enim loquitur Philosophus quantum ad motum absolute, quia scilicet non ante incipit moueri una pars continui quàm alia: ibi autem loquitur referendo ad aliquod signum, quod signatur in magnitudine, per quam fit motus. Illud enim signum, quod est prior pars magnitudinis in priori tēpore transitur, licet etiam in illa priori parte temporis aliæ partes mobilis continui moueantur.

Margin notes: Infra lec. 8 Par. 5. — Infra ibidē. Par. 4. — Infra lec. 8 Par. 3. — Lect. 8. Par. 1. — Modi vnius per se quinque. — Contin' quid sit. — Continui diffinitio duplex. Capitulo de quātitate & tex. c. 2. Lect. 8. Lect. 7. tex. c. 33.

B E S S.

Secundum se autem continua, quęcunque non tactu vnum sunt: si enim pones inuicem tangentia ligna, non dicēs ea vnum, neque lignum, neque corpus, nec aliquid continuum esse.

Igitur & illa, quæcunque omnino continua sunt, vnum dicuntur, etiam si habeant flexionem. & adhuc magis, quæ non habent, vt tibia, aut femur, quàm crus: quoniam contingit, vnum non esse motum cruris, & recta magis, quàm curua unum est, curuam vero, & angulum habentem, & unam, & non unam dicimus: quoniam contingit, & non simul, eius motum, & simul esse. rectæ vero semper simul, nullaque particula magnitudinem habens, hæc quidem quiescit, hæc vero mouetur, quemadmodum curuæ.

A N T. Par. 3.

Secundum se autem continua, quæcunque non tactu sunt vnum. Nam si ponis se tangentia ligna, non dices hæc unum esse, nec lignum, nec corpus, nec aliud continuum vllum. Quæ itaque omnino sunt continua, vnum dicuntur, quamuis reflexionem habeant. Adhuc magis quæ non habent reflexionem, vt tibia aut crus quàm scelos, idest femur, quia contingit non vnum esse motum scelis, idest femoris. Et recta quàm reflexa magis vnū. Reflexam vero, & angulum habentem, vnam & non vnam dicimus, quia contingit & non simul esse motum eius, & simul. Rectę vero semper simul, & nulla pars habens magnitudinem, hæc quidē mouetur, hæc vero quiescit, quemadmodum reflexæ.

Prosequitur de illis, quæ sunt secundum se continua dicens, quòd illa sunt secundum se cōtinua quæ nō dicuntur vnum per contactum, quod sic probat. Illa enim, quæ se tangunt, ut duo ligna, non dicuntur vnum lignum, nec vnum corpus, nec unum aliquid aliud quod pertineat ad genus continui. Et sic patet, quod alia est unitas continuorum, & alia tangentiū. Quæ enim sunt se tangentia non habent vnitatem continuitatis per seipsa, sed per aliquod uinculum quod ea coniungit. Sed illa, quæ sunt continua, dicuntur

tur vnum secundum se,quamuis habeant reflexionē. Duę enim lineæ reflexæ continuantur ad vnum communem terminum, qui est punctus in loco vbi constituitur angulus. Sed tamen magis sunt vnum quæ per se sunt continua sine reflexione. Cuius ratio est, quia linea recta non potest habere nisi unum motū in omnibus partibus suis. Linea vero reflexa potest habere vnum motum,& duos motus. Potest enim intelligi linea reflexa tota moueri in unam partem: & iterum potest intelligi quòd vna parte quiescente, alia pars, quæ cum parte quiescente cōtinet angulum, appropinquet per suum motum ad partem quiescentem, sicut quādo tibia vel crus applicatur ad coxam, quæ hic dicitur femur. Vnde vtrúque eorum, scilicet tibia vel coxa sunt magis unum (quàm scelos) vt habetur in græco, idest quàm id quod est compositum ex tibia & coxa. Sciendum autem, quòd litera quæ habet curuitatem loco reflexionis falsa est. Cōstat enim quòd partes lineæ curuæ angulum non continentes, oportet quòd simul moueantur & simul quiescant, sicut partes lineæ rectæ, quod non accidit in reflexa, vt dictum est. Secundum modum ponit ibi.

BESS. Tex. 9. *Alio item modo unum dicitur, cum subiectum sit forma indifferens. Indifferens autem, quorum forma indiuisibilis secundum sensum est. Subiectum vero, aut primū, aut ultimum ad finem. etenim vinum unum, et aqua vna dicitur, quatenus indiuisibilis secundum formam est: liquoresq; omnes, vt oleum, vinum,& liquabilia unum dicuntur, quoniam omnium vltimum subiectum idem est, aqua nanque & aere, hæc omnia sunt.*

ANT. Tex. c. 9. Par. 4. *Amplius alio modo dicitur, eo quòd subiectum sit specie indifferens. Indifferens vero, vt quorum indiuisibilis species secundum sensum. Subiectum autem primum, aut vltimum ad finem. Vinum enim vnum dicitur & aqua vna, inquantum indiuisibile secundum speciem. Et liquores omnes vnum dicuntur, vt oleum, vinum, & fluida, quia omnium vltimū subiectum idem. Nam aqua aut aere omnia hæc fiunt.*

Ad homogenea hæc, referenda sunt. Radia humidorum aqua.

Dicit, quòd secundo modo dicitur vnū, non tantum ratione continuæ quantitatis, sed ex eo quòd subiectum totum est indifferens forma secundum speciem. Quædam enim esse possunt continua, quæ tamen in subiecto sunt diuersa secundum speciem, sicut si continuetur aurum argento, vel aliqua huiusmodi. Et tunc talia duo erunt vnum si attendatur sola quantitas, non autem si attēdatur natura subiecti. Si uero totum subiectum continuum sit vnius formę secūdum speciem, erit vnum & secundum rationem quantitatis & secundum rationem naturæ. Subiectū autem dicitur esse indifferens secundum speciem, qn eadem species sensibilis non diuiditur, ita quòd sint diuersæ formæ sensibiles in diuersis partibus subiecti, sicut quandoque contingit quòd vnius corporis sensibilis vna pars est alba, & alia nigra. Hoc autem subiectum indifferens potest accipi dupliciter. Vno modo subiectum primū. Alio modo subiectum finale siue vltimum, ad quod peruenitur in fine diuisionis. Sicut patet quòd totum uinum dicitur vnum esse, quia partes eius communicant in vno primo subiecto quod est indifferens secundum speciem. Et similiter est de aqua. Omnes enim liquores siue humores dicuntur unum in uno vltimo. Nam oleum & vinum & omnia hmōdi resoluuntur ultimo in aquam uel aerem, qui in omnibus est radix humiditatis. Tertium modum ponit ibi.

Oium fluidorū radix aqua vel aer.

BESS. Tex. 10. *Dicuntur autem vnum, & quorum vnum genus differens oppositis differentijs. et cuncta hęc, vnum dicuntur, quoniam vnum est genus subiectum differentijs. vt homo, equus, canis, vnum quid, quoniam omnia animalia, & quodam simili modo, sicuti materia vna. Hęc autem quandoque quidem ita vnum dicuntur, quandoque vero superiore genere, quod idem dicitur, si vltimę generis species sunt, illa aūt superiora ipsis. vtputa triangulus duorum æqualium laterum, vna & eadem figura cum triangulo trium ęqualiū laterum est, ambo etenim trianguli, sed non ijdem trianguli.*

ANT. Tex. c. 10. Par. 5. *Dicuntur autem vnum, & quorum genus unum differens oppositis differentijs, & hęc dicuntur omnia vnum quod subycitur differentijs: vt homo, canis, & equus: vnum quidem, quia omnia animalia. Et modo propinquissimo, sicut materia vna. Hęc autem quandoque quidem ita vnum dicuntur, quandoque vero genere superiore, quod idem dicitur, si sint vltime species generis superiores his. Vt isosceles & isopleurus sunt vna & eadem figura, quia ambo trianguli, sed trianguli non ijdem.*

Dicit, quòd aliqua dicuntur vnum, quorum genus est unum, oppositis differentijs diuisum. Et ille modus habet aliquam similitudinem cum præcedenti. Ibi enim aliqua dicebantur esse vnum, quia genus subiectum est vnum: hic etiam aliqua dicuntur esse vnum, quia eorum genus quod est subiectum differētijs est unum, sicut homo & equus & canis dicuntur vnum, quia communicāt in animali, quasi in uno genere subiecto dñis. Differt tñ hic modus à prædicto, quia in illo modo subiectum erat unum non distinctum per formas, hic autē genus subiectum est unū distinctum per diuersas differentias quasi per diuersas formas. Et sic patet quòd propinquissimo modo dicuntur aliqua esse vnum genere, & similiter sicut aliqua dicuntur esse unum materia. Nam illa etiam quæ dicuntur esse unum materia distinguuntur per formas. Genus enim licet non sit materia, quia non prædicaretur de specie, cum materia sit pars, tamen ratio generis sumitur ab eo quod est materiale in re, sicut ratio differentię ab eo quod est formale. Non enim anima rationalis est differentia hominis cum de homine non prædicetur, sed habens animam rationalem quod significat hoc nomen rationale. Et similiter natura sensitiua non est genus hominis, sed pars. Habens etiam naturam sensitiuam, quod nomine animalis significatur, est hominis genus. Similis ergo & propinquus modus est quo aliqua sunt vnum materia & vnum genere. Sed sciendum est, quòd vnū ratione generis dicitur dupliciter. Quandoque enim aliqua dicuntur ita unum in genere sicut dictum est, quia scilicet eorum unum est genus qualitercunque. Quandoque uero non dicuntur aliqua esse vnum in genere nisi in genere superiori, quod cum adiunctione unitatis uel identitatis prædicatur de vltimis speciebus generis inferioris, quando sunt aliquæ aliæ superiores species supremi generis, in quarum vna infinitæ species conueniunt. Sicut figura est vnum genus supremum cōtinens sub se multas species scilicet circulum, triangulum, quadratū, & huiusmodi. Et triangulus etiam continet aduersas species scilicet æquilaterum, qui dicitur isopleuros, & triāgulum duorum æqualium laterum, qui dicitur æquicrurium uel isosceles. Isti igitur duo trianguli dicuntur vna figura, quod est genus remotum, sed non unus triangulus, quod est genus proximum. Cuius ratio est, quia hi duo trianguli non differunt per differentias quibus diuiditur figura. Differunt autem per differentias quibus diuiditur triangulus. Idem autem dicitur à quo aliquid non differt differentia. Quartum modum ponit ibi.

Differentia conuenientiaq; inter genus & materiam.

Item

BESS. Tex. 12.

Item unum ea dicuntur, quorũ ratio, quod quid erat esse dicens, indiuisibilis ad aliam est, quod quid erat esse rei significantem. ipsa enim per seipsam omnis ratio diuisibilis. sic enim & auctum, & diminutum vnum est, quoniam ratio vna: quemadmodum in superficiebus est ipsius speciei vna.

ANT. Tex. c. 11. Par. 6. Vnum definitione duobus modis esse, simpliciter & secundum quid.

Amplius autem vnum dicuntur, quorumcunque rõ quæ quod quid erat esse dicit, indiuisibilis est ad aliam significantem quid erat esse rei. Ipsa enim secundum se omnis ratio diuisibilis. Sic enim augmentatum & diminutum unum sunt, quia ratio vna, sicut in superficiebus quæ speciei vna.

Dicit quod vnum etiam dicuntur, quæcunque ita se habent quòd diffinitio unius quæ est ratio significans quid est esse, nõ diuiditur à diffinitione alterius, quæ significat etiam quid est esse eius. Ipsa enim diffinitio, scilicet secundum se oportet quòd sit diuisibilis, cum cõstet ex genere & differentia. Sed pòtest esse quòd diffinitio unius sit indiuisibilis à diffinitione alterius, quando duo habent unam diffinitionem, siue illæ diffinitiones significent totum hoc, quod est in diffinito, sicut tunica & indumentum: & tunc sunt simpliciter vnum, quorum diffinitio est una, siue illa communis diffinitio non totaliter comprehendat rationem duorum, quæ in ea conueniunt, sicut bos & equus conueniunt in vna diffinitione animalis. Vnde nunquam sunt vnum simpliciter, sed secũdum quid, inquantum, scilicet vtrunque eorum est animal. Et similiter augmentum & diminutio conueniunt in vna diffinitione generis, quia vtraque est motus secũdum quantitatem. Similiter in omnibus superficiebus est una diffinitio huius speciei quæ est superficies. Quintum modum ponit ibi.

BESS. *Et omnino quorumcunque intellectio, quę quod quid erat esse intelligit, indiuisibilis est, neq; separari potest nec tempore, nec loco, nec rõne, hæc maxime unum sunt, & horum quæcunque substantiæ sunt.*

ANT. *Omnino vero quorum intelligentia indiuisibilis intelligens quid erat esse, & non potest separari neque tẽpore, neque loco, neque ratione, maxime hæc vnum: & horum quęcunque substantia.*

TEXT. Dicit, quòd { omnino, } idest perfecte & maxime sunt vnum, quorum intellectus intelligens quidditatem eorum est omnino indiuisibilis. sicut simplicia, quæ non componuntur ex principijs materialibus & formalibus. Vnde intellectus accipiens quidditatem eorum non comprehendit ea, quasi componens diffinitionem eorum ex diuersis principijs, sed magis per modum negationis. sicut punctus est, cuius pars non est: uel etiam per modum habitudinis ad composita, sicut si dicatur quòd unitas est principium numeri. Et, quia talia habent intellectum indiuisibilem in seipsis, ea autem, quæ sunt quocunque modo diuisa, possunt intelligi separatim, ideo sequitur quod huiusmodi sunt inseparabilia, & secundum tempus, & secundum locum, & secundum rationem. Et propter hoc sunt maxime vnum, præcipue illud quod est indiuisibile in genere substantiæ. Nam quod est indiuisibile in genere accidẽtis, & si ipsum in se non sit compositum, est tamen alteri compositum, idest subiecto in quo est. Indiuisibilis autem substantia, neque secundum se composita est, nec alteri componitur. Vel ly substãtia, potest esse ablatiui casus. Et tunc est sensus, quòd licet aliqua dicantur vnum, quia sunt indiuisibilia secundum locum uel tempus vel rationem, tamen inter ea illa maxime dicuntur vnum, quæ non diuiduntur secundum substantiam. Et redit in eundem sensum cum priore.

Hic locum rectius exponitur de vno numero in genere substantiæ, qđ omnimodã unitatẽ habeat, cætera vero rõne huius, vt uidere licet in Alex.

LECTIO VIII.

Omnes unitatis modos in unam reducit, quibus addit unitatis modum quo unitas a perfectione sumitur, vnum item numeratorum principium esse infert, diuisionem item aliã unitatis ponit, quõ aliqua numero, specie, genere, vel proportione vnum esse dicuntur, quot modis demum multa dicantur exponit.

BESS. *VNiuersaliter nanque quotcunque non habent diuisionem, quatenus non habent, eatenus vnum dicuntur. vtputa, si prout homo non habet diuisionem, vnus est homo, quòd si prout animal, unum animal, quòd si prout magnitudo, vna magnitudo. Plurima itaque vnum dicuntur, eo quòd aliquid unum aut agunt, aut patiuntur, aut habẽt, aut ad aliquid unum sunt. Quę vero primo unum dicuntur, illa sunt, quorum substantia vna: vna vero, aut continuatione, aut forma, aut ratione. numeramus etenim tanquam plura, aut quę non continua sunt, aut quorum forma non est una, aut quorum ratio non est vna.*

ANT. Par. 1. *Vniuersaliter enim quęcunque nõ habent diuisionẽ, inquantum non habent, sic unum dicuntur. Vt si inquantum homo non habet diuisionem, vnus homo. Si vero inquantum animal, vnum animal. Et si inquantum magnitudo, vna magnitudo. Plura quidem igitur vnum dicuntur per alterum aliquid facere, aut pati, aut habere, aut aliquid esse vnum. Quę autem vnum primo dicuntur, quorum substantia vna. Vna vero aut continuatione, aut specie, aut ratione. Etenim numeramus ut plura, aut quę non continua, aut quorum non vna species, aut quorum ratio non una.*

Hic Philosophus reducit oẽs modos ad vnum primum, & circa hoc duo facit. Primo ponit reductionem prędictam. Scđo super modos positos ponit aliũ modum unitatis, ibi { Amplius autem &c. Dicit ergo primo, ꝙ ex hoc patet, ꝙ illa, quæ sunt penitus indiuisibilia, maxime dicuntur vnum: quia ad hunc modum omnes alij modi reducuntur, quia uniuersaliter hoc est uerum, ꝙ quęcunque nõ habent diuisionem, secundum hoc dicuntur vnum, inquantum diuisionem non habent. Sicut quæ non diuiduntur in eo qđ est homo, dicunt vnum in homine, sicut Socr. & Pla. Et quæ non diuiduntur in ratione animalis, dicuntur vnum in animali. Et quæ non diuiduntur in magnitudine vel mensura, dicũtur vnum secundum magnitudinem, sicut continua. Et ex hoc potest accipi etiam numerus & diuersitas modorum unius suprapositorum, quia vnum aut est indiuisibile simpliciter, aut indiuisibile secundum quid. Siquidem simpliciter, sic est vltimus modus, qui est principalis. Si autem est indiuisibile secundum quid, aut secundum quantitatem tantum, aut secundum naturam. Si secundum quantitatem sic est primus modus. Si secundum naturam, aut quantum ad subiectum, aut quantum ad diuisionem quæ se tenet ex parte formæ. Si quantum ad subiectum vel quantum ad subiectum reale, & sic est secundus modus. Vel quantum ad subiectum rationis, & sic est tertius modus. Indiuisibilitas autem formæ, quæ est indiuisibilitas rationis, idest diffinitionis, facit quartum modum. Ex his autem modis vlterius aliqui alij modi deriuãtur. Plurima autem sunt, quæ dicuntur vnum, ex eo quòd faciunt unum, sicut plures homines dicuntur unum, ex hoc quòd trahũt nauem. Et etiam dicuntur aliqua unum, ex eo quod unum patiuntur, sicut multi homines sunt unus populus, ex eo quod ab uno Rege reguntur. Quędam vero dicuntur vnum, ex eo quod habent aliquid vnum, sicut multi possessores vnius agri, sunt vnum in dominio eius. Quędam etiam dicuntur vnum ex hoc

Par. seq.

Sufficientia significatorum unius.

q sunt aliquid unum, sicut multi homines albi dicuntur unum, quia quilibet eorum alb' est. Sed respectu omnium istorum modorum secundariorum, primo dicuntur vnum illa, quæ sunt vnum secundum suam substantiam, de quibus supra dictum est in quinque modis suprapositis. Vna nanque substantia est, aut ratione cõtinuitatis, sicut in primo modo: aut propter speciem subiecti, sicut in secundo modo, & etiam in tertio, prout vnitas generis aliquid habet simile cum vnitate speciei: aut etiam pp rationem, sicut in quarto & I quinto modo. Et q adhuc ex his modis aliqua dicantur vnũ, patet per oppositum. Aliqua.n. sunt numero plura, vel numerant vt plura, quia non sunt continua, vel quia non habent spẽm vnam, vel quia non conueniunt in ratione. Deinde cum dicit.

BESS. *Item est quidem, ut quodcunque dicamus continuitate vnum esse, modo quantum & continuum sit: est autem vt non ad aliquid totum sit, hoc autem si non habeat formam unam. non enim dicemus similiter vnum, cum viderimus partes calceamenti quomodocunque cõpositas, propter continuitatem, sed si ita, vt calceamentum sit, ac quandam formam habeat, tunc vnum. Quare maxime linearum, circuli linea vna est, quoniam tota & perfecta est.*

ANT. Par.2. *Amplius autem, est quidem vt quodcunq; vnum continuitate dicimus esse, si sit quantum & continuum: est autem vt non, si non aliquid totum sit. Hoc autem si nõ speciem habeat vnam. Vt videntes vtique non dicemus similiter vnum qualitercunque partes compositas calceamẽti, nisi propter continuitatem, sed si sit vt calceamentum sit, & speciem habeat aliquam, iam vnum. Quapropter & quæ circuli, maxime vna linearum, quia tota & perfecta est.*

Linea circularis est linearum perfectior.

Addit alium modum à supradictis, qui non sumitur ex ratione indiuisionis sicut prædicti, sed magis ex ratione diuisionis, & dicit, q quandoque aliqua dicuntur vnum propter solam continuitatem, quando que vero non nisi sit aliquod totũ & perfectum, quod quidem contingit quando habet aliquam vnam speciem, non quidem sicut subiectum homogeneum dicitur vnum specie (quod pertinet ad secundum modum positum prius) sed secundum q species in quadam totalitate consistit requirens determinatum ordinem partium, sicut patet q non dicimus vnum aliquid, vt artificatum, quando videmus partes calceamenti qualitercunque compositas, nisi forte secundũ q accipitur unum pro cõtinuo, sed tunc dicimus esse vnum omnes partes calceamenti quando sic sunt compositæ, q sit calciamentum & habeat aliquam vnam speciem, scilicet calceamenti. Et ex hoc patet, q linea circularis est maxime vna, quia non solum habet continuitatem, sicut linea recta, sed etiam habet totalitatem & perfectionem, quod non habet linea recta. Perfectum est enim & totum, cui nihil deest, quod quidem contingit lineæ circulari. Non.n. põt sibi fieri additio, sicut fit lineæ rectæ. Deinde cũ dicit.

Linea circularis perfecta.

BESS. *Vni autem esse, principium est alicui numero esse. prima enim mensura principium est. quo namque primo cognoscimus, hęc prima cuiusque generis mensura. Principium itaque scibilis circa vnumquodque, ipsum unũ. non est autem idem in cunctis generibus vnum. sed hic quidem, diesis, hic vero vocalis, aut muta. grauitatis aliud, & motus aliud. Vbique autem, ipsum vnum, aut quãtitate, aut forma indiuisibile. Illud igitur, quod secundum quantum, & prout quantum indiuisibile est, quod quidem omnino, & sine positione est, dicitur vnitas: quod vero omnino & positionem habent, pũctum: quod autem secundum vnum, linea: quod vero secũdum duo, superficies: quod autem omnino, & in tria secundũ quantum diuisibile, corpus. & econuerso, in duo quidem diuisibile, superficies est: quod vero in vnum, linea: quod autem nequaquam secũdum quantitatem diuisibile est, punctum & vnitas est. qua quidem sine positione, vnitas, quod vero habet positionem, punctum.*

ANT. Tex.c.12. Par.3. *Vni vero esse est principium alicui numero esse. Prima nanque mensura principium. Nam quo primo cognoscimus, hoc est prima mensura cuiuslibet generis. Principium ergo cognoscibilis circa quodlibet, vnum. Non idem autem in omnibus generibus unum. Hoc quidem enim est diesis, illis autem vocalis, aut consonans: grauitatis autem alterum, & in motu aliud. vbique vero vnum aut quantitate aut specie, indiuisibile. Secundum quantum quidem igitur, & inquantum quantum, indiuisibile: quod quidẽ oĩno et sine positione, dicitur vnitas. Quod autem omnino & positionem habent, punctum. Quod autem secundum unum, linea. Quod aũt secundum duo, superficies. Oĩnó uero & tripliciter diuisibile secũdum quantitatem, corpus. Facta autem conuersione, dualiter quidem diuisibile superficies, vnice autem linea, nullatenus diuisibile secundũ quantitatem punctus & vnitas. Hoc quidem non habens positionem vnitas. Illud vero habens positionem, punctus.*

Ponit quandã proprietatem cõsequentem unum & dicit: q rõ vnius est in hoc, q sit principium alicuius numeri. Quod ex hoc patet, quia vnum est prima mensura numeri, quo oĩs numerus mensuratur: mensura aũt habet rõnem principij, quia per mensurã res mensuratæ cognoscuntur, res aũt cognoscuntur per sua propria principia. Et ex hoc patet, q unũ est principium noti, vel cognoscibilis circa quodlibet, & est in oĩbus principium cognoscendi. Hoc tñ uunm, qđ est principium cognoscendi, non est idem in oĩbus generibus. In genere.n. cõsonantiarum est unum, qđ est diesis, quod est minimum in consonantijs. Diesis enim est semitoniũ minus. Diuiditur.n. tonus in duo semitonia inæqualia, quorum vnus dr̃ diesis. In vocibus aũt unum primum & minimum est litera uocalis, aut consonans, & magis vocalis q̃ consonans, vt in 10. dicetur. Et in grauitatibus siue ponderibus est aliquid minimum, qđ est mensura, s. uncia, vel aliquid aliud hmõi. Et in motibus est una prima mensura, q̃ mensurat alios motus, s. motus simplicissimus & uelocissimus, sicut est motus diurnus. In oĩbus tñ istis hoc est cõe, q illud, quod est prima mensura, est indiuisibile ſm quantitatẽ, vel ſm spẽm. Quod igitur est in gñe quantitatis unum & primum, oportet q sit indiuisibile & ſm quantitatem. Si autem sit oĩno indiuisibile & ſm quantitatem & non habeat positionẽ, dr̃ vnitas. Punctus vero est id, quod est oĩno indiuisibile secũdum quantitatem, & tamen hẽt positionem. Linea vero est quod est diuisibile ſm vnam dimensionem tãtum: superficies vero ſm duas. Corpus autem est oĩbus modis diuisibile secundum quantitatem, scilicet secundum tres dimensiones. Et hæ descriptiones conuertuntur. Nam omne quod duabus dimensionibus diuiditur est superficies, & sic de alijs.

Diesis

Tex.c.7.

Scieudum est autem q esse mensuram est propria ratio unius secũdum q est principium numeri. Hoc autem non est idem cum uno quod cõuertitur cum ente, ut in Quarto dictum est. Ratio.n. illius unius in sola indiuisione consistit, huiusmodi autem unius in mensuratione. Sed tamen hæc ratio mensurę, licet primo conueniat uni quod est principium numeri, tamen per quãdam similitudinem deriuatur ad vnũ in alijs generibus, ut in 10. huius Philosophus ostendet.

Super tex: commen.5.

Lect. 1. Tex. c. 2. & inde.

det. Et secundum hoc ratio mensuræ inuenitur in quolibet genere. Hæc autem ratio mēsuræ consequitur rationem indiuisionis, sicut habitum est. Et ideo vnum non omnino æquiuoce dicitur de eo quod cōuertitur cum ente, & de eo quod est principium numeri, sed ſm prius & posterius. Deinde cum dicit.

B E S S. *Item alia numero, alia genere, alia specie, alia analogia unum sunt. Numero quidem, quorum materia vna. Speciē vero, quorum ratio vna. Genere autem, quorum eadem prædicationis figura. Secundum analogiam vero, quæcunque se habent, vt ad aliud. Semper autem posteriora sequuntur præcedentia. utputa quæcunque numero, speciē quoque unum sunt. quæcunque vero speciē, non etiam numero. sed genere eun͠cta vnum sunt quæcunque etiam speciē. quæcunque autem genere, non omnia speciē, sed secundum analogiam, quæcunque vero analogia unum, non omnia genere.*

A N T. *Amplius autem alia secundum numerum sunt vnū, alia secundum speciem, alia secundum genus, alia secundum analogiam. Numero quidem, quorum materia vna Specie, quorum ratio est vna. Genere, quorum eadem figura prædicationis. Secundum proportionem, quæcunq; se habent vt aliud ad aliud. Semper itaque posteriora, præcedentia sequuntur. Vt quæcunque numero, specie unum: sed quæcunque specie, non omnia numero. Sed genere omnia unum, quæcunque & specie: quæcunque vero genere, non omnia specie, sed proportione: & quæcunque vnum proportione, non omnia genere.*

Hoc in loco Anto. And. euadere cu pit argumē tū cōtra se.

Ponit aliam diuisionem unius, quæ est magis logica dicens, quòd quædam sunt unum numero, quædā specie, quædam genere, quædam analogia. Numero quidem sunt vnū, quorum materia est una. Materia enim secūdum q̄ stat sub dimensionibus signatis est principium indiuiduationis formę. Et pp hoc ex materia habet singulare q̄ sit vnum numero ab alijs diuisum. Specie autē dr̄ vnum, quorum una est ratio, i. diffinitio. Nam nihil proprie diffinitur nisi species, cum omnis diffinitio ex genere & differentia constet. Et si aliquod genus diffinitur, hoc est inquantum est species. Vnum vero genere sunt, quæ conueniunt in figura prædicationis, i. idest quę habent vnum modū prædicandi. Alius. n. est modus, quo prædicatur substantia, & quo prædicatur qualitas, vel actio, sed omnes substantiæ habent unum modum prædicandi, inquantum prædicantur non vt in subiecto existentes. Proportione vero vel analogia sunt vnum quæcunque in hoc cōueniunt, quod hoc se hēt ad illud sicut aliud ad aliud. Et hoc quidem potest accipi duobus modis, vel in eo q̄ aliqua duo habent diuersas habitudines ad vnum, sicut sanatiuum de vrina, dictum habitudinem significat signi sanitatis, de medicina vero, quia significat habitudinem causæ respectu eiusdem. Vel in eo q̄ est eadem proportio duorum ad diuersa, sicut tranquillitatis ad mare, & serenitatis ad aerem. Tranquillitas enim est quies maris, & serenitas aeris. In istis autem modis vnius, semper posterius sequitur ad præcedens, & non conuertitur. Quæcunque enim sunt vnum numero, sunt specie unum, & non conuertitur, & idem patet in alijs. Deinde cum dicit.

Essentialis est hic ordo iferioris ad superius.

DEFENSIO VII.

Defenditur D. Tho. doctrina de principio indiuiduationis hic allata, & Scotistarum de hæcceitate positio cum suis fundamentis prodius cliditur.

Materiā esse principium idiuiduatio nis, defendit.

Hoc in loco impugnat Ant. And. sanctum Doctorem in margine etiam ex nomine notatū, & pariter omnes Thomistas, circa materiā de principio indiuiduationis, sic dicens: Notandum, q̄ ex loco ubi dicitur quod illa sunt unū numero quorum materia est una, sumunt quidam argumentum q̄ materia, quæ est altera pars compositi, est causa indiuiduationis. Sed contra istam opinionem arguitur, quia si materia est causa indiuiduationis, ubi erit eadem materia, ibi erit idem indiuiduum. Sed eadem est materia in generato & corrupto, ergo generatum & corruptū erit idem indiuiduum, quod est euidēter falsum. Confirmatur. Si primo ex aqua generetur ignis, & scd̄o ex igne generetur aqua, patet q̄ aqua primo corrupta & aqua scd̄o generata habent eandem materiam & sunt eiusdem spēi, ergo aqua prius corrupta, & secundo generata esset eadē numero, quod est falsum, quia tunc per naturam corrupta possent redire eadem numero. Præterea. Quod est causa indiuiduationis est causa distinctionis. Sed materia non est causa distinctionis, quia actus distinguit ex Septimo metaphy. materia autem non est actus, ergo &c. Præterea. Materia est de essentia speciei, vt probatur Septimo, & Octauo huius. Sed quod est de essentia speciei non est causa indiuiduationis, quia tunc species esset indiuidua & hæc, ergo materia non erit causa indiuiduationis. Confirmatur, quia semper contractiuum est extra rationem eius, quod contrahitur: sed materia est de ratione speciei, ergo species siue natura specifica non potest per materiam contrahi ad hæcceitatem, siue indiuiduationem. Nec auctoritas hic posita cogit. Nam hic æquiuoce capitur materia. Ad cuius euidentiam notandum, quòd materia & forma opponuntur relatiue ex secundo Physi. tex. com. 26. & quot modis dicitur vnum oppositorum tot modis dicitur & reliquum ex primo topicorum. cap. 1. Forma quantum ad præsens spectat, accipitur dupliciter, scilicet pro forma partis, quæ est ipsa quidditas. Similiter materia correspondenter dicitur dupliciter, quia quædam est materia, quæ opponitur formæ partis, & hæc est materia, quę est principium essentiale rei, constituens cum forma vnum ens per se. Et quædam est materia, quæ opponitur formæ totius & ipsi quidditati, & per consequens est extra quidditatem rei formaliter: & hæc est materia, quæ est differentia siue proprietas indiuidualis, quæ est causa propria hæcceitatis & indiuiduationis, quæ potest denominari hæcceitas. Cum ergo dicit Philosophus, quòd illa sunt vnum numero, quorum materia est vna, loquitur de materia non primo modo, sed secundo modo dicta, quæ congrue & proprie uocatur materia, quatenus constituit rem in esse vltimo subijcibili & materiali, non autem in esse formali, quia vt dictum est, non pertinet formaliter ad formalem quidditatem rei. Et ista expositio cōsonat literæ Philosophi. Subdit enim, quòd illa sunt vnum specie, quorum ratio est una. Ratio quidem sumitur pro quidditate quæ dicitur forma respectu esse indiuidualis. Hæc ille formaliter. Licet autem non sit meæ intentionis hic quæstionem de principio indiuiduationis discutere ad plenum (Id enim per Capreolum. Soncin. Caet. aliosque complures Thomisticæ familiæ principes gloriose iam admodum factum est.) Quantum tamen requirent verba propositæ impugnationis, eidem ex aduerso repugnādo de hac materia multa dicam, ex quibus impugnationem hanc, aduersariorumq; opinionem vanā esse cōstabit. Et primo quidem impugnabitur prædictus processus aduersarij in stabiliēdo suum principium īdiuiduationis. Secundo soluentur supra inducta argumenta contra Sanctum Thomam atque Thomistas. Quo ad primum igitur, cum dicit primo materiam & formā relatiue opponi, falsum est, si proprie loquamur de relatiuis. Vnum enim oppositorum nō perficitur formaliter per aliud, seu non ordinatur ad aliud vt

Materia & forma non sunt relatiue opposita

vt ad suam perfectionem. Oppositum enim vt sic separatur ab opposito & excludit illud. Nec Arist. Secūdo physi. intendit simpliciter & proprie materiam esse eorum quæ sunt ad aliquid, sed quid per hoc intendat declarat subdēs: In alia enim specie alia materia. Et hoc est dicere ꝙ secundum hoc habet aliquo modo modum relatiuorum, quia uidelicet cuilibet formæ determinatur propria materia. Hoc autem non est simpliciter materiam aut formam ponere in genere relatiuorum, vt etiam ipsa verba exponens ibidem asserit S.Thom. Si quo ergo modo dicendum est materiam & formam opponi relatiue, hoc non est nisi in ratione actus & potentiæ, & secundum relationem rationis tantum, eo ꝙ vtrunque per vnum esse quod est totius compositi existat. Relatio autem realis nō potest esse nisi inter distincta ſm esse, & inter ea etiā in quorum quolibet est aliquid præter id quod dicitur relatiue, vt dicit S.Tho. in prima parte. q.28. ar.2. ex intentione Augustini, in septimo de tri. Secundum hoc ergo patet ꝙ verbum Philosophi ex Topicis inductum, non est ad propositum. Prædicta enim regula cum sit formaliter intelligenda, veritatem non habet, nisi de oppositis quatenus opposita sunt. Cum ergo materia non opponatur formæ relatiue nisi secūdum relationem rationis, vt diximus, nō sequitur ex regula illa ꝙ si forma multiplicetur realiter, ꝙ etiam materia realiter multiplex sit, sed sufficit ꝙ multiplicentur eiusdem materiæ respectus rationis ad diuersas formas. Vnde de facto vna materia habet diuersos respect⁹ potestatis ad diuersas formas ad quas est in potentia. Et præterea auctoritas Philosophi ex topicis non inducitur ad propositum eius, de quo intendit auctoritas ex secundo Phy. Nam in secundo Phy. non loquitur de materia in communi, sed de materia quæ est pars compositi, & cōdiuiditur formę partis, vt patet ex supradictis, & ex ipsis verbis literæ. Vnde non potest ex hac induci adiuncta regula topicali, quòd quot modis dicitur materia in communi secūdum intentionem istorum, tot etiam dicatur forma, & econuerso. Et quòd per hoc forma in cōmuni analogo dicitur dupliciter, scilicet de forma totius & forma partis, debeat etiam correspōdenter duobus modis dici materia. Sed si quid inferatur, hoc tātummodo est, quòd quotiens diceretur materia, quæ est altera pars compositi, totiens diceretur & forma partis sibi correspondens, quod quidem quo modo aliquali ter uerificetur, paulo ante dictum est. Sed esto etiam per impossibile, quòd vtraque forma ad aliquam materiam relatione etiam reali referatur & opponatur, adhuc ex regula illa topica non potest inferri duplex materia. Veritatem enim habet illa regula, vbi ex parte vtriusque oppositi est eadem ratio multiplicationis, vt dicit Doctor sanctus secunda secundæ. q.9a. artic.a. ad primum. Vnde vni virtuti oppōnūtur duo vitia, vt patet per eum ibi, & per Philosophum in primo topicorum. Et hoc ideo, quia non est eadem ratio multiplicationis virtutis, quæ est vitiorum, cum bonum ex una integra causa, malum autem ex singulis defectibus cōsurgat, vt dicit Diony. in quarto cap. de di. no. Sic etiam in proposito cum non sit eadem ratio multiplicationis materiæ, quæ est formæ, nimirum, si multiplicata forma non multiplicetur materia. Eadem enim materia, quæ formæ partis respondet ut subiectum & vt informata, formæ totius respondet ut pars. Nec debet huic formæ respondere materia, quam informat, quia forma totius non est forma informans, ut ei debeat materia, quam informet, respondere. Dicit enim totam ipsam essentiam ex materia & forma compositam. Vnde, si aliquid informaret, etiam ipsa materia, quæ est eius pars informaret aliquid, quod est impossibile. Denominatur quidem forma, non ab informando, sed ab una conditione formæ, quæ est esse principium quo, licet alio modo sit principium quo, forma partis & forma totius. Forma quidem partis est principium quo partiale, & ipsius essentiæ & formę totius, & etiam ipsius suppositi. Forma vero totius est principiū quo totale idest quo toto & quo solo res est talis speciei, puta humanæ, & quo est hic homo quo ad essentialia, & secludendo secundū intellectum omnia quæ non sunt de illius hominis essentia. Vlterius prædicto in fundamento cōcesso, & iterum ꝙ tot modis dicatur materia quot & forma, non sequitur ꝙ sicut est quędam forma totius, ita debeat ei correspondere materia totius quæ sit hæcceitas, immo ex ꝓcessu isto sequitur totum oppositum eorum quæ ipsi de hæcceitate opinantur. Dicunt. n. ꝙ hæcceitas non est aliquid informatum seu habens se per modum informati, quia eā ponunt esse modum intrinsecum naturæ. Modus autem rei magis se tenet ex parte informantis quàm informati. Vnde etiam omnis modus rei communis quadam denominatione uocatur qualitas, non quidem vt qualitas est speciale prædicamentum, sed ſm analogam qualitatis rationem. Dicunt ēt ꝙ hæcceitas est differentia indiuidualis. Patet aūt quòd differētia vt sic, magis se tenet ex parte informantis q̃ informati. Vlterius dicūt, ꝙ est realitas q̃dam cōparata ad materiam, cuius est modus, ut realitas formalis ad materialem. Formale autem ut sic hēt rationem informātis & non informati, vt patet ex terminis, & maxime vt cōparatur ad materiam, vt ad realitatē partialem. Arguentes etiam contra nos, afferunt auctoritatem Philosophi, ꝙ actus diuidit & separat, & ob hoc inferunt ꝙ cum materia non sit actus sed pura potentia, non potest esse principium indiuiduationis, quia tale principium est principiū distinctionis &c. vt in secundo argumento eorum recitato patet. Oportet igitur, si argumentum illud putant concludere, ꝙ & indiuiduationis à se confictum principium afferant esse actum. Aliàs ipsum eorum argumentum eosdem impeteret suos auctores. Cum ergo esse modum, differētiam, principiū formale, respectu materiæ, & vniuersaliter habere rationem informantis & non informati, ac etiam esse actum, sint conditiones repugnantes materiæ & conditionibus eius, secundum ea quæ à Philosopho & alijs sapientibus & maxime à Peripateticis de ipsa materia nobis tradita sunt, patet ꝙ hæcceitas etiam ſm istorum viam non debet aliquo modo dici materia, si proprie loquamur, & denominemus aliqđ esse materiā: uel si improprie, saltem ad similitudinē proprie dictæ materiæ vel aliquarum conditionum eius: cum tamen hoc non accidat, sed totū oppositum, ꝑ oppositas cōditiones, vt deduximus. Nec est uerum quod dicit ꝙ ideo videlicet vocatur proprie materia, quia ponit rem in esse vltimo subijcibili & materiali. Probo enim ꝙ hoc non faciat, sed materia quæ est pars compositi, tum primo quia materia quæ est pars compositi est fundamentum naturæ secundum commentatorem & veritatem, ergo & hæc materia quæ pars huius indiuidui, est fundamentum bui⁹ naturæ: ergo primum subiectum & ultimū subijcibile, tum q̃a in uia resolutionis materia est vltima, ergo in cōpositione prima, ergo primum subiectum & ultimum subijcibile. Patet antecedens, quia Arist. primo Physi. in fi. probans materiam partē cōpositi esse ingenerabilem & incorruptibilem, dicit ꝙ si corrumperetur, in hoc abiret vltimum &c. qđ non esset uerum, nisi esset vltimum in resolutione, tum q̃a actus & modus & similia non habent rōnem vltimi. Actus. n. præsupponit id cuius est actus. Vnde & Aris. in nono huius, & duodecimo dicit ꝙ potētia in uno & codē est prior actu etiam tempore, & hoc in pro-

cedentibus de potentia ad actum, & similiter modus præsupponit ens cuius est modus. Hæcceitas aūt per se est actus & modus quidam, vt supra deductum est, ergo non est vltimum subijcibile, sed potius hoc hēt id quod est essentialiter potentia.i.materia, ergo &c. Hoc ipsum etiam, hæcceitatem inquantum non esse materiam nec posse proprie aut absolute dici materiā, ex alia horum opinione facile deducitur. Ponunt enim eam & in angelis, à quibus tñ materiam excludant necesse est, si boni Peripatetici & boni Theologi censeri volunt, nisi forte alterius esse generis hęcceitatem in eis affirment, & tunc diminutam doctrinā tradunt, dū hanc hæcceitatum distinctionē nullibi aperiunt, & dum de hæcceitate cōiter loquentes, eam dicunt esse materiam. Sed neq; negabunt Hæcceitatem in angelis quoq; rationem actualis distinctiui habere respectu essentiæ angelorum, & ēt contractiui. Cum ergo potentiale ab actuali, & contractiuum ab eo qđ contrahitur, realiter & nō tantum formaliter distinguantur, aliàs idem realiter esset simul actuale & potentiale, contractiuū atq; contractū respectu suijpsi[*], quæ implicant contradictionem, sequitur q in angelis sit duarū harum realitatum in essentia intrinseca cōpositio, & suppositū in eis distingueretur realiter ab eorum natura, cum indiuiduatiuū spectet ad suppositū, & sic non essent substantiæ simplices contra Philosophum octauo huius. tex. c. 16. & 9. huius. & 12. Sic igitur ex pdictis oībus patet, q ex processu illo aduersarij nō sequitur q hæcceitas respondeat ipsi formæ totius. Sed si aliquid induci ex eo deberet, id tantummodo sequeretur, q tali formæ correspōdeat aliquod materiale. Ex hoc aūt inferre, q sequatur hoc materiale, s. ipsa hæcceitas, est fallacia consequentis, dū à superiori concluditur inferius vnum ex pluribus affirmando. Si aūt non per modum illationis, sed propria à seipsis reputata magna auctoritate, tale materiale rīdens dicunt hęcceitatem & indiuiduationis principium, superfluus certe ille eorum extitit discursus atq; processus, & nil suæ conferens fictioni. Sic.n. potuisset & in principio ex voluntate tantum proponere, q hæcceitas est principium īdiuiduationis ad modum materię correspondenns formæ totius. Nos aūt dicim[*] q formæ totius, puta humanitati vel socrateitati aliquid rīdet quasi materiale, s. homo vel Socrates. Sed huius materialis atque compositi entis, simul & formæ t[illegible], quærimus suæ indiuiduationis & cōtradict[illegible] pr[illegible]cipium. Et tale quantum ad incommunicabilitatem dicimus esse materiam, quantum vero ad numeralem distinctionem ponimus quantitatem, quarum vero ad completam indiuidui rōnem quæ vtrunque claudit, vtrunque etiam simul principium eius ponimus, materiā inquam quātitate signatam. Quod quidem probare aliter nunc non intēdo, nisi quantum uerba præmissæ impugnationis requirunt, vt simul probem materiam esse tale principium & non hęcceitatem. Pro alijs autem fortissimis & inuictis probationibus, ad sæpe nominatos thomisticæ scholæ sapientes remitto. Arguitur igitur contra illū pcessum, q materia quæ formæ partis susceptiua est & non hæcceitas, sit indiuiduationis principiū, & primo sic. Prius natura comparantur adinuicem partes quàm totum, quod ex partibus resultat, comparetur ad aliud totū vel etiam ad seipsum, sub alia totius rōne. Ipsę.n. partes sunt priores suo toto. Prius ergo natura rīdet forma partis materiæ, quæ est altera pars compositi, q forma totius, materiæ totius quæcunq; sit illa, ēt illi q dicunt hæcceitatem. Quærimus ergo in illo priori an materia prima, & eius forma partis sint hæc vel non: si sic, cum adhuc non sit materia totius & hęcceitas, & ſm te, aliqua erunt indiuiduata & non per hæcceitatem, & sic nō competit ei per se esse principium indiuiduationis, immo cōpositum iam sat habebit pro sua indiuiduatione requisitum, videlicet partes suas iam indiuiduatas, vnde nō indigebit hæcceitate. Si autem dicas q in illo priori partes non sunt hæ: ac indiuiduatæ seu singulares. contra primo. Vniuersale vt distinguitur à singulari, in intellectu tātummodo est. Sed partes vt sunt in illo priori per te sunt vniuersales vt distinctæ à singulari, ergo vt sunt in illo priori natura, sunt in intellectu tm, & nullo modo ad extra, quod est falsum. Prioritas.n. nulla, licet sit relatio rationis, non tñ est prioritas rōnis, sed naturæ & rei &c. Secundo, quia si sic, ergo non magis sunt materia & forma debita Socrati, quàm Platoni. Nam vtrique communiter conuenit habere materiā & formam, quinimmo nulli essent debitæ illæ partes Nam partes non singulares non sunt debitæ ac proprię singulari &c. Tertio quia forma vt sic est communicabilis pluribus, ergo si in illo priori non est limitata ad hanc materiam, erit communis, & non magis compars huius quam supposuimus materiæ, quā alterius, qđ est falsum, quia ēt in illo priori ita est materia debita Socrati, q non debita Platoni, & ita dicatur de [illegible] forma, cum per hæc duo Socrates à Platone distinguatur essentialiter. Aliàs anima Socratis, nō magis esset anima Socratis quàm Platonis & è conuerso, & sic dicetur de materia Socratis, quæ omnia sunt falsissima. Quarto quia generatio singularis non nisi ad singularia terminatur. Sed generatio terminatur ad materiam & formam etiam in illo priori, natura, quia prius generationem singularem intelligimus terminari ad hoc q forma sit in materia, q ad cōpositum. Ad priora.n. prius terminatur id quod p modum uiæ significatur. Quod aūt resultat ex aliquo, est posterius illo, vt ēt ipsum nomen resultationis insinuat. Vn̄ cum totum & compositum resultet ex unione partiū ut patet, sequitur q sit posterius tali unione. Et sic generatio singularis q per modum cuiusdā uiæ significatur, prius terminabitur ad illam vnionē singularem, & cōsequenter non nisi singularium vnibilium. Cum ergo adhuc ibi nō sit hæcceitas eo q adhuc nō sit ibi forma totius, cui correspondere est de natura & essentia hæcceitatis ſm te, sequitur q hæcceitas non sit indiuiduationis principium. Immo si quicquam esset, ab his natura prioribus indiuiduationem acciperet. Patet ergo q materiæ primo cōpetit esse indiuiduationis principium, cui primo cōpetit esse hęc, quia incommunicabilis alteri, cum sit primū receptiuum & in nullo altero receptibile. Scđo principaliter ad idem ex eodem processu arguitur sic. Per te hæcceitas est per se primo, seu formaliter quædam materia totius respōdens per se primo formæ totius. Vbicunque ergo non inuenietur ratio formæ totius, cōsequenter non inuenietur hæcceitas. Sed in anima separata nō est forma totius cum sit essentialiter forma partis, ergo non erit hæc, ergo nec erunt numero distinctæ ab inuicē animę separatæ, quod est falsum. Item materia prima quæ ſm te potest per Dei potentiam separata à forma cōseruari in esse, si iuxta quod tu tenes esse possibile, separetur, nō esset hæc, nec posset eam Deus sic separatam facere esse hanc & indiuiduam, cum non possit alicui dare, quod sibi repugnat. Repugnat aūt tali materię separatæ ex natura sua, q sit forma vel totius uel partis vt patet. Ex rōne autē separationis repugnat ei q habeat formā totius. Ergo & repugnabit ei hæcceitas quę ſm processum tuum, exigit formam totius cui rīdeat. Si autem sit materia sic separata, & non sit hæc, non erit distincta à quacunque non separata. Vniuersalia enim nō sunt præter singularia, & sic materia illa secundum tuum casum possibilem per Dei potentiā realiter separata, erit eadem ei quæ non esset per Dei potentiā separata,

Hæcceitatē non esse indiuiduationis principium. Vide etiā Caiet. de Ente & Essentia.

tis,quod implicat contradictionem. Tertio principaliter arguitur contra illam tuam deductionem. Sicut se habet indiuiduum ad indiuiduationem,ita hoc ad hæcceitatem, ergo per permutatam proportionem sicut se habet hoc ad indiuiduum, ita hæcceitas ad indiuiduationem,& econtra. Sed indiuiduum est idem realiter & formaliter quod hoc,& hoc est idem realiter & formaliter quod indiuiduum : idem enim est dicere quod aliquid indiuiduetur, & quod fiat indiuiduū,& quod fiat hoc, ergo & hæcceitas est idē formaliter quod indiuiduatio, & econtra. Non ergo & hæcceitas est principium indiuiduationis, vt tu dicis in illa tua deductione. Nihil.n.est principium suiipsi⁹ formaliter. Ex his oibus pôt esse manifestum, quod expositio Anto. And.in pdictum textum Philosophi, est contra veritatem & non cōsonans,imo repugnans literæ & intentioni Philosophi.Contra veritatem quidē,quia illam suā materiā quam vocat hæcceitatem, probatum est nō esse principiū indiuiduationis, & consequēter non pñt aliqua dici unū numero per hoc quod talis materia in eis sit vna, vt iste homo exponit. Neq;.n.aliquid inuenitur quod respondeat formæ totius quasi sibi adæquatum materiale,nisi ipsum compositū,cuius indiuiduationis primum principium quæritur.

Contra intentionem etiā Philosophi est dicta eius oppositio,eo quod Philosophus nunquam in aliquo suę doctrinæ libro vel passu aliam, nominauit vel innuit dari materiam nisi eam q̄ partis est,vt infra in 24.27. & 30.defensionibus ēt ostendetur,quæ ēt vocatur prima materia ab eo in.12.tex.c.43. ad quā vltimo fit resolutio cōpositi materialis ex primo Phy. circa finē. Cuius naturā inquisiuit primo Physi. ponens eā vnū de tribus principijs rerum naturalium,& similiter octauo metaph.& alibi plures.Innuit et Philosophus sumi quandoq; materiā pro subiecto materiali, quā in præsenti capitulo distinxit in proximam & vltimā, & idem repetit in octauo.Hanc quippe materiam in hoc.5.tex.c.9.vocat subiectum . Est.n.subiectum extensię,sicut æs est materia & subiectū statuæ. Vel ēt, subiectū resolutionis sicut aqua liquabilium.In aquā enim oīa liquabilia resoluūtur. Non consonās etiam immo totaliter repugnās literæ est illa tua expositio, quia vbi Aris. in hoccap. posuit vnitatē materiæ, esse cām vnitatis rerū,vel pluralitatem pluralitatis,& in tali materia cognouit inueniri diuersitatem illā diuersitatem expressit,vt decet quemlibet sapientem,oēm inquā ambiguitatem & æquiuocationem in vocabulis latentem,ante omnia distinguere & aperire,iuxta regulam topicam,quod omne multiplex prius est distinguendum quàm diffiniendum.Distinxit enim de materia proxima & vltima,vbi materiam quam vocauit subiectum in.tex.9.posuit principium vnitatis,& pari modo distinxit eam in.tex.12. huius.5.sub noīe materiæ vbi eam posuit principium pluralitatis.Si ergo in proposito vbi ea dicit unum numero quorum materia est una, voluisset intelligere de aliqua alia materia ab ea de qua determinauit in Physicis,& oibus prædictis locis in metaphysica, proculdubio distinctionē hāc solerti studio aperuisset, ne sua uerba indistincte plata occasio erroris essent, & tam fortis occasio,vt etiam toto orbe celeberrima ingenia,sicut Commē. Albertus magnus,diuus Thomas, alijq; innumerabiles doctores per eorundem verborum æquiuocationem,(si sic esset ut isti dicunt)decipi potuissent.Non est ergo consonū literæ nec Arist.sapientiæ,vt de alia materia intelligat quàm de illa quā sapiētes cū Arist. primam uocāt, & quam Arist.hic etiam innuit in ea quam pposuit duplicem contineri. Nam dum dicit aliquam esse materiam proximā, aliquā vltimam,nō excludit,immo includit eā, quæ maxime ultima est, Cuius tamen nō posuit ex.mplum distinctum, quia, cum non nisi per analogiam ad formam sit intelligibilis, satis illam declarauit, cum materiam illā expressit, in quam fit apparens resolutio. Cognoscimus enim ex hoc quod illa uerissima ac prima omniū materia sit,in quam omnium vltimata fit etiam resolutio. Et hāc dixit esse numeralis principium vnitatis. Nec est verum etiam quod sua hæc expositio consonet literę Philosophi ex hoc quod ipse Philosophus subiungit, ea esse unum specie, quorum est rō vna.Immo dissonantia ex his etiam verbis deducitur, & magna literæ cū expositione sancti Thomæ conuenientia, tum quia conditiones materiæ, quę est principium vnitatis numeralis,& correspondet rationi illi & quidditati,quę est principium vnitatis specificæ,sunt duæ quæ hic à Philosopho assignantur. Prima quod habeat rationem subiecti.Secunda quod in eam fiat resolutio.Sed istæ conditiones non conueniunt,immo repugnant hæcceitati,ergo &c.Tum ēt quia si illa specie vnum sunt, quorum rō vna est, oportet quod si quid habeat maiorē vnitatem,id consequatur per aliquid,quod est præter rationem speciei. In septimo autem metaphy.docet Philosophus tātum partes materiæ esse præter rationem speciei. Et quod loquatur de materia, quæ est pars compositi,& non de hæcceitate, patet,quia exemplificat de his carnibus & his ossibus, in quo exemplo innuitur etiam forma ipsa indiuiduata rei sensibilis, ergo secundum eum non nisi per aliquod horum indiuiduum erit primo hoc. Inter materiam autem & formam, primo materiæ competit incommunicabilitas & consequenter indiuiduationis principium esse. Tum etiam,quia si formale, ex hoc quod rationem speciei compleat,est specificæ vnitatis principium,oportet quod materiale sit vnitatis etiam numeralis principiū,eo quod hæc unitas materialis sit,& numerabilitas consurgens, sicut illa formalis est, & ex speciei partibus constituta.Cui ergo primo cōpetet materialitatis ratio,eidem primo ēt necesse est competat esse talis vnitatis numeralis, & cōsequenter indiuiduationis principium Efficacia patet huius deductionis, tū ex ratione eius quod dicitur primo. Id enim primo dicitur alicui conuenire,cui per se conuenit,& per ipsum omnibus alijs. Tum exemplis generalem regulā declarantibus facile innotescit. Puta si aliquid alicui competat rōne immaterialitatis, vt esse intellectiuū, ei maxime competet intellectualis perfectio, quod primū erit inter immaterialia, & sic de similibus. Patet igitur propositum primum,scilicet expositionem sancti Thomæ esse consonam literæ Philosophi. Pro cessum autem aduersarij plenum esse incōuenientiæ, & ab intentione Philosophi omni ex parte alienum. Quantum ad secundum principale, superest rationibus inductis respondere.Licet enim à Capreolo & ab alijs Thomistæ familiæ doctoribus vsque adeo dissolutæ,atque(vt ita dixerim)labefactatæ sint,vt pene nullus apud doctos remanserit dubitandi locus:& propterea ipse merito debuisset silentio quasi eas contēnens præterire, vt tamē propositum meum obseruē, omnes videlicet falsitates tangere quę aduersarius in sanctum Tho. & Thomistas affert in sua illa expositione, breuibus ēt hæc argumenta refellam . Ad primum ergo dicendum , quod licet ingenito & corrupto, sit eadem essentia materię,non tamen sequitur quod idē sit indiuiduum, quia ipsum indiuiduū non solū continet indiuiduationis principium, sed est ipsum totū compositum.Vbi ergo non sunt omnes partes eædē, non est simpliciter idem totum.Nec est idē etiā principium formaliter, ubi est aliud principium, nec idē totale,quia nō eadem quātitas,nec eadem forma substantialis. Ad confirmationem patet per idem.Ad secundum negatur maior, quia indiuiduatio in sui rōne nō includit solam distinctionē,sed etiam incōicabili-

Ad argum.

bilitatem. Vnde non oportet quòd id, quod est principium indiuiduationis quantum ad incommunicabilitatē, sit eiusdem principiū quātum ad distinctionem, aut è conuerso. Materia igitur ꝓm se sic est principium indiuiduationis quantum ad incommunicabilitatem, ꝙ non quantum ad distinctionem, & quātuas è conuerso. Quantum vero ad completam rōnem indiuidui, nec quantitas sola, nec materia sola in diuiduationis principium est, sed materia sub quantitate. Vnde apparet, ꝙ arguens non penetrauit mentē sancti Thomæ, quem impugnat. Nec tamen adhuc concessa maiore, auctoritas inducta ad minoris probationem contra nos militaret. Loquitur enim Philosophus ibi non de distinctione secundum numerum vt sic, sed entis in actu vt sic. Nam illis verbis probauit ꝙ ex duobus, quorum vtrunque in actu sit non pōt unum per se consurgere. Actus enim (inquit) separat. Licet.n. sit idem, tale quid esse ens actu, & esse vnū numero, distinguuntur tamen ratione formali. Alia quippe ratio formalis est ipsius vnitatis numeralis vt sic, & alia qua primo aliquid est actu ens. Primi enim ratio propria materia est, eo ꝙ rem primo constituat in esse incommunicabili. Secūdi vero forma, eo quòd esse existentiæ quo vnumquodq; actu est, formæ ipsius sit proprius & formalis effectus. Verba quippe tāti Philosophi, non nisi formaliter interpretanda & penetranda sunt. Non aliud etiam ex inducta concluditur auctoritate, nisi ꝙ forma distinctionis formalis principium sit, quod concedimus. Sed materia etiam sub quantitate distinctionis numeralis primū est materiale principium. Vnde & sanctus Thom. in prima part. q. 7. art. 1. asserit materiam per formam, & formā itidem per materiam terminari, sed in diuerso principij genere, per materiam videlicet formam materialiter, materiam non per formam formaliter. Sed contra eos argumentum in eo sensu concludit, quo contra nos inaniter arguunt. Manifestum est enim ꝙ ibi Philosophus loquitur de forma partis, qua primo cōpositum est ens actu, vt etiam fatetur aduersarius locum illum exponens. Nullo ergo modo potest per illam auctoritatem inducere materiam non esse indiuiduationis principium, eo ꝙ actus, i. forma separet, nisi ex hoc etiam concludatur ꝙ forma erit indiuiduationis principium. Non ergo hecceitas, cum ipsa secundum eos non sit forma partis. Cum ergo illi cōcedant maiorem argumenti atque minorem, & conclusio affirmatiue deducta, suæ conclusioni directe repugnet, patet illud esse inuictissimū contra eos, nos aūt nullatenus tangere qui maiorē negamus. Ad tertium dicendū ꝙ materia tripliciter sumitur, vno mō in cōi, & vt stat sub ordine ad formam in cōi, & vt subiectum formæ huius, nō quidem vt hæc forma, sed cōiter vt forma est. Et sic est de rōne speciei, quo mō nō est indiuiduationis principium. Alio modo sumitur in particulari, vt hęc, quia sub hac forma, & sic nō est de rōne speciei, sed est propria huic vel illi &c. quo ēt modo non est primum principium indiuiduationis, immo ipsa indiuiduatur per formam. Tertio mō sumitur ꝓm se per seclusionē cuiuscunq; actus, vt purum ens in potētia, vt primum subiectum &c. & hoc modo non est de rōne speciei, & sic non est particularis, non vniuersalis, non indiuidua, sed indiuiduationis principium quantum ad incōicabilitatem, qꝛ primo contrahit formam ne sit in altera materia, & sic eam indiuiduat, & sic forma indiuiduata, indiuiduat ipsam materiam, & facit eam particularem &c. quas intentiones secundas ante nō habebat, quia vt ꝓm se accipiebatur, cognoscibilis nō erat, cū non possit cognosci, nisi per analogiam ad formam, quæ tūc secludebat, & ideo tunc intentiones secūdæ prædictæ quæ modum cognoscendi consequuntur, ei attribui non poterant. Ex indiuiduata autem forma & materia resultat ipsum totale compositum indiuiduum. Et sic naturæ ordine primū & sontale indiuiduationis principium est ipsa materia prima, eo modo quo declaratum est. Et per hæc eadem sit pro confirmatione sapientibus satisfactum. Patet ergo ex his omnibus quā tæ fuerint pernia vanitati, quæcunque vir iste cōtra Sanctum Thomam in prædicta oppugnatione attulit ex sui principis officina.

Manifestum autem etiam est, quod Multa quoq; vni opposite dicuntur. quędam enim, eo quod non sint continua, quędam vero, eo quòd diuisibilem secundum speciē materiam habeant, aut primam, aut vltimam. quędā autem, eo quod rationes, quod quid erat esse dicentes plures sint. BESS.

Palam autem & quia multa opposita dicentur vni. Nam alia non existendo continua. Alia in habendo materiam diuisibilem secundum speciem, aut primam aut vltimam. Alia in habendo rationes plures, quod quid erat esse dicentes. ANT. Par. 5.

Ex modis unius accepit modos multorum, & dicit, ꝙ multa dicuntur per oppositū ad vnum. Et ideo quot modis dicitur vnum, tot modis dicuntur multa, quia quotiens dicitur vnum oppositorum, totiens dicitur & reliquum. Vnde aliqua dicūtur multa propter hoc, ꝙ non sunt continua. Quod est per oppositum ad primum modum vnius. Alia dicuntur multa propter hoc ꝙ materiam habent diuisam secundum speciem, siue intelligamus de (materia prima,) idest proxima, aut de finali siue vltima, in quam vltimo fit resolutio. Per diuisionem quippe proximę materię dicuntur multa, vinum & oleum: per diuisionem vero materiæ remotæ, vinum & lapis. Et si materia accipiatur tam pro materia naturæ quàm pro materia rationis, (scilicet pro genere quod habet similitudinem materiæ, hic modus multitudinis sumitur per oppositum ad secundum & tertium modum unius. Alia vero dicuntur multa quæ habēt rationes, quod quid est esse dicentes, plures. Et hoc sumitur per oppositum ad quartum modum. Quod autem opponitur quinto modo, nondum habet rationem pluralitatis nisi secundū quid & in potentia. Non enim ex hoc quòd aliqd est diuisibile, ꝓp hoc est multa nisi in potentia.

LECTIO IX.

Diuidit ens in per se & per accidens, entis deinde per accidēs tres modos exponit, hinc ponit tres entis per se diuisiones, vnam entis in decem prædicamenta, alteram entis in animam, reliquam entis, in actu, & potentia.

ENs dicitur, aliud secundum accidens, aliud per se. Ens dicitur, hoc quidem secundum accidens, illud vero secundum se. BESS. Tex. 13. ANT. Tex. c. 13. Par. seq.

Par. 2. Diuisio entis in per se & accidens est alia ab ea qua diuiditur in substantiam & accidens.

Hic Philosophus distinguit quot modis dicit̄ ens. & circa hoc tria facit. Primo distinguit ens in ens per se & per accidens, Secundo distinguit modos entis ꝑ accidens. ibi }Secundum accidens quidem &c.} Tertio modos entis per se ibi }Secundum se vero.} Dicit ergo, ꝙ ens dicitur quoddam secundum se, & quoddam secundum accidens. Sciendum tamen est quòd illa diuisio entis nō est eadem cum illa diuisione qua diuiditur ens in substātiam & accidens. Quod ex hoc patet, quia ipse postmodum, ens secundum se diuidit in decem prædicamenta, quorum nouem sunt de genere accidentis. Ens igitur diuiditur in substantiam & accidens, secundum absolutam entis considerationem, sicut ipsa albedo in se considerata dicitur accidens, & homo substantia. Sed ens secundum accidens prout hic sumitur, oportet accipi per cōparationem

nem accidentis ad substantiam. Quæ quidem comparatio significatur hoc verbo Est, cum dicitur, homo est albus. Vnde hoc totum homo est albus, est ens per accidens. Vnde patet quòd diuisio entis secundum se, & secundum accidens, attenditur secundum quòd aliquid prædicatur de aliquo per se vel per accidens. Diuisio vero entis in substantiam & accidens attenditur secundum hoc quòd aliquid in natura sua est uel substantia vel accidens. Deinde cum dicit.

BESS. *Secundum accidens quidem, vt iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum ac musicum hominem: similiter dicentes, vt cum dicimus, musicum ædificare, quia accidit, ædificatori musico esse, aut musico ædificatori. hoc etenim hoc esse, dicere significat hoc huic accidere. Ita igitur de his quæ dicta sunt, cum hominem dicimus musicum esse, & musicum hominem, aut album musicum siue hunc album, hoc quidem quoniam ambo eidem accidunt: illud vero quoniam enti accidit. Hoc autem musicum hominem, quoniam huic musicum accidit ita etiam dicitur album esse, quoniam cui accidit, illud est. Quæ igitur secundum accidens esse dicuntur, ita dicuntur aut quoniam eidem enti ambo insunt, aut illi enti inest, aut quoniam ipsum inest, cui inest, de quo ipsum prædicatur.*

ANT. Ens per accidens tripliciter. *Secundum accidens quidem, vt iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum, et musicum hominem. Similiter autem dicentes vt musicum ædificare, quia accidit ædificatori musicum esse, aut musico ædificatorem. Hoc enim esse hoc, significat accidere hoc huic. Sic autem & in aliis, quando hominem musicum dicimus, & musicum hominem, aut album musicum, aut huc album. Hoc quidem, quia ambo eidem accidunt: illud vero, quia enti accidit hoc: aliud autem musicum hominem, quia huic musicum accidit. Sic autem dicitur & album esse, quia cui accidit, ille est. Quæ quidem igitur secundum accidens esse dicuntur, sic dicuntur aut eo quòd eidem enti ambo insunt, aut quia enti illud inest, aut quia ipsum est cui inest, de quo ipsum prædicatur.*

Ostendit quot modis dicitur ens per accidens, & dicit, quòd tribus: quorum vnus est, quando accidens prædicatur de accidente, vt cum dicitur iustus est musicus. Secūdus, cum accidens prædicatur de subiecto, vt cum dicitur homo est musicus. Tertius, cum subiectum prædicatur de accidente, vt cum dicitur musicus est homo. Et, quia superius iam manifestauit quo modo causa per accidens differt à causa per se, ideo nunc consequenter per causam per accidens manifestat ens per accidens. Et dicit, quòd sicut assignantes causam per accidēs dicimus quòd musicus ædificat, eo quòd musicum accidit ædificatori, uel econtra, cōstat enim {quòd hoc esse hoc,} idest musicum ædificare nihil aliud significat quàm {hoc accidere huic,} ita est etiam in prædictis modis entis per accidens, quando dicimus hominem esse musicum, accidens prædicando de subiecto: vel musicum esse hominem, prædicando subiectum de accidente: uel album esse musicum, uel econuerso, scilicet musicum esse album, prædicando accidens de accidente. In omnibus enim his Esse, nihil aliud significat quàm accidere. {Hoc quidem,} scilicet quando accidens de accidente prædicatur, significat quòd ambo accidentia accidunt eidem subiecto. {illud vero,} scilicet cum accidens prædicatur de subiecto dicitur esse, {quia enti} idest subiecto accidit accidens. Sed musicum esse hominem dicimus, {quia huic,} scilicet prædicato accidit musicum, quod ponitur in subiecto. Et est quasi similis ratio prædicandi, cum subiectum prædicatur de accidente, & accidens de accidēte. Sicut enim subiectum prædicatur de accidente ea ratione, quia prædicatur subiectum de eo, cui accidit accidens in subiecto positum, ita accidens prædicatur de accidente, quia prædicatur de subiecto accidentis. Et propter hoc sicut dicitur musicum est homo, similiter dicitur musicū esse album, quia scilicet illud, cui accidit esse musicū, scilicet subiectum, est album. Patet igitur, quòd ea, q̃ dicuntur esse secundum accidens, dicuntur triplici ratione, aut eo (quod ambo,) scilicet subiectum & prædicatum insunt eidem, sicut cum accidens prædicatur de accidente, aut {quia illud} scilicet prædicatum ut musicum, {inest enti} idest subiecto, quod dicitur esse musicum, & hoc est cum accidens prædicatur de subiecto, aut {quia illud,} scilicet subiectum in prædicato positum, est illud, cui inest accidens, de quo accidente illud, scilicet subiectum prædicatur. Et hoc est scilicet cum subiectum prædicatur de accidente, vt cum dicimus musicum est homo. Deinde cū dicit.

BESS. Tex. 14. Vide digressionē Auct. *Per se vero esse dicuntur, quæcunque significant prædicationis figuras. quoties enim dicuntur, toties ipsum esse significant. Cum ergo eorum, quæ prædicantur, quædam ipsum quid est significant, quædam quale, quædam quantum, quædam ad aliquid, quædam facere, aut pati, quædam vbi, quædam quando, horum cuique idem ipsum esse significat. nihil enim differt, homo conualescens est, aut homo conualescit: & homo ambulans vel incedens est, aut homo ambulat, vel incedit. similiter in aliis quoque.*

ANT. Tex. c. 14. Par. 3. *Secundum se uero esse dicuntur, quæcunque significāt figuras prædicationis. Quotiens enim dicitur, totiens esse significat. Quoniā ergo prædicatorum, alia quid est significant, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia ubi, alia quando: horum vnicuique idem esse significat. Nihil enim refert homo conualescēs est aut homo conualescit: vel homo vadens est aut secans. uel hominem vadere aut secare. Similiter autem & in aliis.*

Infra Par. 4. Distinguit modum entis per se, & circa hoc tria facit. Primo distinguit ens, quod est extra animam p decem prædicamenta, quod est ens perfectum. Secundo ponit alium modum entis, secundum quòd est tantum in mente. ibi {Amplius autem & esse significat.} Tertio diuidit ens per potentiam & actum: & ens sic diuisum est communius quàm ens perfectum. Nam ens in potentia, est ens secundum quid tantum & imperfectum. ibi {Amplius esse significat & ens.} Dicit ergo primo, quòd illa dicuntur esse secundum se quæcunque significant figuras prædicationis. Sciendum est enim quòd ens non potest hoc modo contrahi ad aliquid determinatum, sicut genus contrahitur ad species per differentias. Nam differentia, cum non participet genus, est extra essentiam generis. nihil autem posset esse extra essentiam entis, quod per additionem ad ens aliquam speciem entis constituat. nam quod est extra ens, nihil est, & differentia esse non potest. Vnde in tertio huius probauit Philosophus, quod ens, genus esse non potest. Vnde oportet, quod ens contrahatur ad diuersa genera secundum diuersum modum prædicandi, qui consequitur diuersum modum essendi, quia {quotiens ens dicitur,} idest quot modis aliquid prædicatur, {totiens esse significatur,} idest tot modis significatur aliquid esse. Et propter hoc ea, in quæ diuiditur ens primo, dicuntur esse prædicamenta, quia distinguuntur secundum diuersum modum prædicandi. Quia igitur eorum, quæ prædicantur, quædam significant quod quid, idest substantiam, quædam quale, quædam quantum, & sic de aliis, oportet quod unicuique modo prædicandi, esse

Par. 5.

signi-

ſignificet idem, vt cum dicitur homo eſt animal, eſſe ſignificat ſubſtantiam. Cum autem dicitur homo eſt albus, ſignificat qualitatem, & ſic de alijs. Sciendum enim eſt quòd prædicatum ad ſubiectum tripliciter ſe poteſt habere. Vno modo cum eſt id quod eſt ſubiectum, vt cum dico, Socra. eſt animal. Nam Socra. eſt id, quod eſt animal. Et hoc prædicatum dicitur ſignificare ſubſtantiam primam, quæ eſt ſubſtãtia particularis, de qua omnia prædicantur. Secundo modo vt prædicatum ſumatur ſecundum quòd ineſt ſubiecto quod quidem prędicatum, vel ineſt ei per ſe & abſolute, vt conſequens materiam, & ſic eſt quantitas: vel vt conſequens formam, & ſic eſt qualitas: vel ineſt ei nõ abſolute, ſed in reſpectu ad aliud, & ſic eſt ad aliquid. Tertio modo vt prædicatum ſumatur ab eo qđ eſt extra ſubiectum, & hoc dupliciter. Vno modo ut ſit omnino extra ſubiectum, quod quidem ſi non ſit menſura ſubiecti prædicatur per modum habitus, vt cum dicitur, Socra. eſt calciatus uel ueſtitus. Si autem ſit menſura eius, cum menſura extrinſeca ſit vel tempus, uel locus, ſumitur prædicamentum vel ex parte temporis, & ſic erit quando: vel ex loco, & ſic erit vbi, nõ conſiderato ordine partium in loco, quo conſiderato erit ſitus. Alio modo vt id, à quo ſumitur prædicamentum ſecundum aliquid ſit in ſubiecto, de quo prædicatur. Et ſi quidem ſecundum principium, ſic prædicatur vt agere. Nam actionis principium in ſubiecto eſt. Si vero ſecundum terminum, ſic prædicabitur vt in pati. Nam paſsio in ſubiectum patiens terminatur. Quia vero quædam prædicantur, in quibus manifeſte non apponitur hoc verbum eſt, ne credatur quòd illæ prædicationes non pertineant ad prædicationem entis vt cum dicitur homo ambulat, ideo cõſequenter hoc remouet dicens quòd in omnibus huiuſmodi ꝑdicationibus ſignificatur aliquid eſſe. Verbum enim quodlibet reſoluitur in hoc verbum eſt, & participium. Nihil enim differt dicere, homo conualeſcens eſt, & homo conualeſcit, & ſic de alijs. Vnde patet quòd quot modis prædicatio fit, tot modis ens dicitur. Nec eſt uerum quòd Auic. dicit, quòd prædicata, quæ ſunt in generibus accidentis, principaliter ſignificant ſubſtantiam, & per poſterius accidens ſicut hoc quod dico album & muſicum. Nam album vt in prædicamentis dicitur, ſolam qualitatem ſignificat. Hoc autem nomen album ſignificat ſubiectum ex conſequenti, inquantum ſignificat albedinem per modum accidentis. Vnde oportet, quòd ex conſequẽti includat in ſui ratione ſubiectum. Nam accidentis eſſe eſt ineſſe. Albedo enim & ſi ſignificet accidẽs, non tamen per modum accidentis, ſed per modum ſubſtantiæ. Vnde nullo modo conſignificat ſubiectũ. Si enim principaliter ſignificaret ſubiectum tunc ꝑdicata accidentalia non ponerentur à Philoſopho ſub ente ſecundũ ſe, ſed ſub ente ſecundum accidens. Nam hoc totum, quod eſt homo albus eſt, eſt ens ſecundum accidens, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

Sufficientia prædicamentorum. Diſtinguuntur præd. ꝑ diuerſos modos ꝑdicãdi ꝑxime, vltimate ꝑ diuerſos modos eſſendi diſtinctos vel, actualiter, & realiter, vel formaliter vt habet Tertio Phyſi. com. 22.

Cõtra Aui. Aduer. hoc Auer.

B E S S. *Item ipſum eſſe, & ipſum eſt ſignificat quod verum eſt, ipſum vero non eſſe quod non verum, ſed falſum, ſimiliter tam in affirmatione, quàm in negatione. ut puta, quod Socrates muſicus eſt, quoniam verum hoc eſt: aut quoniam Socrates non albus, quoniam verum. Quod autem diameter non ſit incommenſurabilis, quoniam falſum eſt.*

A N T. Par. 4. *Amplius autem & eſſe ſignificat, quia verum, non eſſe, quia non verum, ſed falſum. Similiter in affirmatione, & negatione, vt quod eſt Socrates muſicus, quia hoc verum: aut quod non eſt Socrates albus, quia uerum eſt. Hoc autem non eſt, Diameter incommenſurabilis, quia falſum.*

Ponit alium modum entis ſecundum quòd eſſe, & eſt, ſignificant compoſitionem propoſitionis, quam facit intellectus componens & diuidens. Vnde dicit, quod eſſe ſignificat ueritatem rei. Vel ſicut alia tranſlatio melius habet ſquòd eſſe ſignificatſ quia aliquod dictum eſt verum. Vnde ueritas propoſitionis poteſt dici veritas rei per cauſam. Nam ex eo quòd res eſt vel non eſt, oratio uera, uel falſa eſt. Cum enim dicimus aliquid eſſe, ſignificamus propoſitionem eſſe veram. Et cum dicimus non eſſe, ſignificamus non eſſe ueram, & hoc ſiue in affirmando, ſiue in negando. In affirmando quidem, ſicut dicimus quòd Socrates eſt albus, quia hoc verum eſt. In negando vero vt, Socra. non eſt albus, quia hoc eſt verum, ſcilicet ipſum eſſe non album. Et ſimiliter dicimus, quòd non eſt diameter incommenſurabilis lateri quadrati, quia hoc eſt falſum, ſcilicet non eſſe ipſum non commenſurabilẽ. Sciendum eſt autem quòd iſte ſecundus modus comparatur ad primum, ſicut effectus ad cauſam. Ex hoc enim quòd aliquid in rerum natura eſt, ſequitur ueritas & falſitas in propoſitione, quam intellectus ſignificat per hoc verbum Eſt, prout eſt uerbalis copula. Sed, quia aliquid, quod eſt in ſe non ens, intellectus cõſiderat vt quoddam ens, ſicut negationem & huiuſmodi, ideo quandoque dicitur eſſe de aliquo hoc ſecundo modo, & non primo. Dicitur enim, quòd cęcitas eſt ſecundo modo, ex eo quòd vera eſt propoſitio, qua dicitur aliquid eſſe cæcum, non tamen dicitur quòd ſit primo modo uera. Nam cæcitas non habet aliquod eſſe in rebus, ſed magis eſt priuatio alicuius eſſe. Accidit autem vnicuique rei quòd aliquid de ipſa vere affirmetur intellectu vel voce. Nam res non refertur ad ſcientiam, ſed econuerſo. Eſſe uero quod in ſui natura unaquæque res habet, eſt ſubſtantiale. Et ideo, cum dicitur Socrates eſt, ſi ille eſt, primo modo accipiatur, eſt de prædicato ſubſtantiali. Nam ens eſt ſuperius ad vnumquodque entium, ſicut animal ad hominem. Si autem accipiatur ſecundo modo, eſt de prædicato accidentali. Deinde cum dicit.

Hic prima accipitur diuiſio entis in ens inanima & ens extra aiam

Veritas intellect⁹ practici non depẽdet a rebus, ſed contra, intellectus ſpeculatiui ueritas, a reb⁹.

B E S S. *Item ipſum eſſe, & ipſum ens, quoddam eorum, quę dicta ſunt, potentia dici poſſe ſignificat, quoddam actu. videns etenim dicimus eſſe, & quod potẽtia, vt dicitur, videt, & quod actu: ipſum quoque ſciens ſimiliter, & quod poteſt vti ſcientia, & quod iam vtitur: ac etiam quieſcens, tum illud, cui iam ineſt quies, tum quod quieſcere poteſt. Similiter autem in ſubſtantijs: etenim Mercurium in lapide dicimus eſſe, & lineę medietatem, ac triticum, quod nondum maturum eſt. quando vero poſſibile, & quando non, in alijs determinandum eſt.*

A N T. Par. 5. *Amplius eſſe ſignificat & ens, hoc quidem poteſtate dicibili, illud vero actu. Horum enim dictorum terminorum eſſe dicimus, & quod poteſtate eſt dicibile terminorum, & quod eſt actu. Et ſcire ſimiliter, & potens vti ſcientia, & vtens. Et quieſcens & cui iã ineſt quies, & potens quieſcere. Similiter autem & in ſubſtantijs. Et enim Mercurium in lapide dicimus eſſe, & medietatem lineę & frumentum nondum perfectum. Quando vero potens, & quando non, in alijs determinandum.*

Ponit diſtinctionem entis per actum & potentiã, dicens, quòd ens & eſſe ſignificant aliquid dicibile vel effabile in potentia, vel dicibile in actu. In omnibus enim prædictis terminis, quæ ſignificant decem prædicamenta, aliquid dicitur in actu, & aliquid in potẽtia. Et ex hoc accidit, quòd vnumquodq; prædicamẽtum per actum & potentiam diuiditur. Et ſicut in rebus, quæ extra animam ſunt, dicitur aliquid in actu & aliquid in potentia, ita in actibus animæ, & priuationibus, quæ ſunt res rationis tantum. Dicitur enim

Alia diuiſio entis per ſe.

aliquis

aliquis scire, quia potest uti scientia, & quia vtitur: similiter quiescens, quia iam inest ei quiescere, & quia potest quiescere. Et non solum hoc est in accidentibus, sed etiam in substantijs. §Etenim Mercurium§ idest imaginem Mercurij dicim⁹ esse in lapide in potentia, & medium lineæ dicitur esse in linea in potentia§. Qualibet enim pars continui est potentialiter in toto. Linea vero inter substantias ponitur secundum opinionem ponentium mathematica esse substãtias, quam nondum reprobauerat. Frumentum etiam qñ nondum est perfectum, sicut quando est in herba, dicitur esse in potentia, quando vero aliquid sit in potentia, & quando nondum est in potentia, determinã dum est in alijs, scilicet in Nono huius.

LECTIO XII.

Substantię quatuor modos exponit, eosque in duos reducit.

Tex. 15. Vide cõtradictioné zimarę super illo tex.

Substantia dicuntur & simplicia corpora, vt terra, ignis aqua, & quæ talia sunt. & vniuersaliter, corpora, & quæ ex his consistunt animalia, & dæmonia, ac eorum particulæ. hæc uero omnia dicuntur substantia, quoniam non dicuntur de subiecto, sed de eis cætera.

A N T. Tex. c. 15. Par. 1.

Substantia dicitur, & simplicia corpora, vt terra, & ignis & aqua, & quæcunque talia. Et vniuersaliter corpora. Et ex his constantia, & animalia, & dæmonia, & partes hominum. Hæc omnia dicuntur substantia, quia non de subiecto dicuntur, sed de his alia.

Infra Par. 5.

Hic ostendit quot modis dicitur substantia, & circa hoc duo facit. Primo ponit diuersos modos substantiæ. Secundo reducit omnes ad duos. ibi§ Accidit itaque.§ Circa primum ponit quatuor modos, quorum Primus est secundum quòd substantiæ particulares dicuntur substantiæ, sicut simplicia corpora, vt terra, & ignis & aqua & huiusmodi. Et vniuersaliter omnia corpora, etiam si non sint simplicia, sicut mixta similium partium, vt lapis, sanguis, caro, & huiusmodi. Et iterum animalia quæ constant ex huiusmodi corporibus sensibilibus, & partes eorum, vt manus & pedes & huiusmodi, §& dæmonia,§ idest idola, quę in templis polita colebantur pro dijs. Vel dęmonia dicit quædam animalia rationabilia secundum Platonicos, quæ Apuleius sic diffinit, Dæmones sunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo passiua, tempore æterna. Hæc enim omnia prædicta dicuntur substantia, quia non dicuntur de alio subiecto, sed alia dicuntur de his. Et hæc est descriptio primæ substantiæ in Prędicamentis. Secundum modum ponit ibi.

Quid dæmon. sedm Apuleium.

B E S S. *Alio vero modo quodcunque fuerit causa existentię, talibusque inexistens quæ non dicuntur de subiecto, vt anima animali.*

A N T. Par. 2. *Alio vero modo quodcunque fuerit causa existendi inexistens in talibus quæcunq; non dicuntur de subiecto, vt anima in animali.*

Dicit quòd alio modo dicitur substantia, quæ est causa essendi prædictis substantijs quæ non dicuntur de subiecto, nõ quidem extrinseca sicut efficiens, sed intrinseca eis, vt forma. Sicut dicitur anima substantia animalis. Deinde cum dicit.

B E S S. *Item quæcunque particulæ insitæ sint in talibus, definientes, & quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimitur. vt superficie corpus, vt quidam aiunt. & linea, superficies. & vniuersaliter, numerus videtur quibusdam talis esse: eo etenim perempto, nihil esse, & omnia terminare.*

A N T. Par. 3. *Amplius quæcunque particulæ existentes sunt in talibus terminãtes, & hoc aliquid significantes, quibus destructis destruitur totum: vt superficie corpus, (vt quidam dicunt) & superficies linea. Et totaliter numerus videtur quibusdam esse talis. Nam eo destructo nihil esse, & terminare omnia.*

Supple videtur eis.

Ponit tertium modum secundum opinionem Platonicorum & Pythagoricorum dicens, quòd quæcunque particulæ sunt in prædictis substantijs, quæ sunt termini earum, & significant hoc aliquid secundum opinionem eorum, in quibus destructis destruitur totum, dicuntur etiam substantiæ. Sicut superficie destructa destruitur corpus, vt quidam dicũt, & destructa linea destruitur superficies. Patet etiam, quòd superficies est terminus corporis, & linea terminus superficiei. Et secũdum dictorum positionem, linea est pars superficiei, & superficies pars corporis. Ponebãt enim corpora cõponi ex superficiebus & superficies ex lineis, & lineas ex punctis. Vnde sequebatur, quòd punctũ sit substantia lineæ & linea superficiei, & sic de alijs. Numerus autem secũdum hanc positionem videtur esse substantia totaliter omnium rerum, quia remoto numero nihil remanet in rebus: quod enim non est vnum, nihil est. Et similiter quæ non sunt plura, non sunt. Numerus etiam inuenitur terminare omnia, eo quòd omnia mensurantur per numerum. Ille autem modus non est verus. Nam hoc quod communiter inuenitur in omnibus, & sine quo res esse non potest, non oportet quòd sit substantia rei, sed potest esse aliqua proprietas consequens rei substantiam vel principium substantiæ. Prouenit etiam eis error specialiter quantum ad vnum & numerum, eo quòd nõ distinguebant inter vnum quod conuertitur cum ente, & unum quod est principium numeri. Quartum modum ponit ibi.

Opinio Platonicorum & Pythagoricorum de substãtia rerum.

Reprobatio prædictarũ opinionũ.

B E S S. *Item quod quid erat esse, cuius ratio, definitio est, & hoc vniuscuiusque substantia dicitur.*

A N T. Par. 4. *Amplius quod quid erat esse cuius ratio est diffinitio, & hęc substantia videtur uniuscuiusque.*

Dicit quòd etiam quidditas rei, quam significat diffinitio, dicitur substantia vniuscuiusque. Hæc autem quidditas siue ratio essentia, cuius diffinitio est ratio, differt à forma quam dixit esse substantiam in secundo modo, sicut differt humanitas ab anima. Nam forma est pars essentiæ vel quidditatis rei, Ipsa autẽ quidditas vel essentia rei includit omnia essentialia principia. Et ideo genus & species dicuntur esse substantia eorũ, de quibus prædicantur, hoc vltimo modo. Nam genus & species non significant tantum formam, sed totam rei essentiam. Deinde cum dicit.

B E S S. *Accidit igitur duobus modis substantiam dici, & ipsum ultimum subiectum, quod non dicitur de alio, & id, quod cum quod quid sit, etiam separabile fuerit: tale vero cuiusque forma & species.*

A N T. Par. 5. *Accidit itaque secundum duos modos substantiam dici, subiectũ ultimum, quod non adhuc de alio dicitur: & quodcunque hoc aliquid ens, & separabile fuerit. Tale vero vniuscuiusque forma & species.*

Reducit dictos modos substantiæ ad duos dicens, quod ex prædictis modis considerari potest, quòd substantia duobus modis dicitur, quorum vnus est secundum quòd substantia dicitur id, quod vltimo subijcitur in propositionibus, ita quòd de alio non prædicetur, sicut substantia prima. Et hoc est, quod est hoc aliquid,

aliquid, quasi per se subsistens, & quod est separabile, quia est ab omnibus distinctum, & non communicabile multis. Et quantum ad hæc tria differt substantia particularis ab vniuersali. Primo quidem quia substantia particularis non prædicatur de aliquo inferiori, sicut vniuersalis. Secundo, quia substantia vniuersalis non subsistit nisi ratione singularis quæ per se subsistit. Tertio, quia substantia vniuersalis est in multis, non autem singularis, sed est ab omnibus separabilis & distincta. Sed etiam forma & species vniuscuiusque rei, dicitur tale, idest substātia. In quo includit & secūdum & quartum modum. Essentia enim & forma in hoc cōueniunt quòd secundum vtrunque dicitur esse illud quod aliquid est. Sed forma refertur ad materiam, quam facit esse in actu, quidditas autem refertur ad suppositum, quod significatur vt habens talē essentiam. Vnde sub vno comprehenduntur forma & species idest sub essentia rei. Tertium autem modum prætermittit, quia falsus est, vel quia reducibilis est ad formam, quæ habet rationem termini. Materiā vero, quæ substantia dicitur, prætermittit, quia nō est substātia in actu. Includitur tamen in primo modo, quia substantia particularis non habet quòd sit substantia & quòd sit indiuidua in rebus materialibus, nisi ex materia.

In trib' differt substantia particularis ab vniuersali. Melius est ut intelligamus hic duos modos, materiam primā & primam formā, vt exponit Alex.

LECTIO XI.

Modos exponit, quibus aliqua idem esse dicuntur tam per se quam per accidens.

B E S S. Tex. 16.

EAdem vero, quædam secūdum accidens dicuntur. vt album, & musicum idem, quoniam eidem accidunt. ac homo & musicum, quoniam alterum alteri accidit. musicus vero homo, quoniam musicum homini accidit. vtrique vero hoc, & huic vtrunque illorum. etenim homini musico, & homo, & musicum idem dicitur. & hic illud. Quare omnia hæc vniuersaliter nō dicuntur, non enim est verum dicere, quòd omnis homo idem & musicum: vniuersalia nanque per se existunt. accidentia vero, non per se, sed de singularibus simpliciter dicūtur. idem enim videtur Socrates, & Socrates musicus: esse Socrates enim, non de multis. quare non dicitur omnis Socrates, sicut omnis homo. quædam igitur ita dicuntur eadem.

A N T. Textus sine commēto, sed notabilis. Par. 1.

Eadem dicuntur, secundum accidens quidem, vt albū & musicum idem, quia eidem accidunt. Et homo & musicum, quia alterum alteri accidit. Et musicum homo, quia musicum homini accidit. Et vtrique hoc. & horum vtrunque illi. Etenim homini musico, & homo & musicus idē dicitur, & hic illud. Quapropter & omnia ea vniuersaliter non dicuntur. Non enim verum dicere, quia omnis homo idem & musicum. Nam vniuersalia secundum se existunt, et accidentia non secundum se, sed in singularibus simpliciter dicuntur. Idem enim videtur Socra. musicus, & Socra. esse. Nam Socra. non in multis. Quapropter non omnis Socra. dicitur, quemadmodum omnis homo. Et hæc quidem sic dicuntur eadem.

Dictio distributiua non adiungitur singularib'.

Postquam Philosophus distinxit nomina, quæ significant subiectum huius scientiæ, hic distinguit nomina, quæ significant partes eorum, quæ sunt subiecta huius scientiæ. & diuiditur in partes duas. In prima distinguit nomina, quæ significant partes vnius. In secunda nomina, quæ significant partes entis, ibi Potestas dicitur. Substantia enim quæ etiam posita est subiectum huius scientiæ, est unū solum prædicamentum non diuisum in multa prædicamenta. Prima diuiditur in duas. Primo distinguit nomina, quæ significant partes unius. In secūda nomina, quæ significant partes vnius. In secunda nomina, quæ significant aliquod consequens ad rationem unius, scilicet prius & posterius. Nam vnum esse, est principium, vt lupra dictum est, & hoc ibi Priora & posteriora dicuntur. Prima diuiditur in duas. In prima distinguit nomina, quæ significant primas partes unius & eius oppositi, scilicet multitudinis. In secunda distinguit nomina, quæ significant quasdam secundarias partes. ibi (Opposita dicuntur.) Partes autem vnius sunt idem, quod est vnum in substantia, & simile, quod est vnum in qualitate: & æquale, quod est vnū in quantitate. Et econtrario partes multitudinis sunt diuersum, dissimile, & inæquale. Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen idem, & ea quæ ei opponuntur. Secundo distinguit hoc nomen simile, & dissimile oppositum eius. ibi (Similia dicūtur.) De æquali autem, & eius opposito, mentionem hic non facit, quia in eis multiplicitas non est ita manifesta. Circa primum tria facit. Primo distinguit hoc nomē idem. Secundo hoc nomen diuersum. ibi (Diuersa vero dicuntur.) Tertio hoc nomen differens. ibi (Differentia uero.) Circa primum duo facit. Primo ponit modos eiusdem per accidens, secundo eiusdem per se. ibi (Alia uero secundum se.) Dicit ergo, quòd aliqua dicuntur eadem per accidens tribus modis. Vno modo sicut duo accidentia, vt album & musicum dicuntur idem, quia accidunt eidem subiecto. Secūdo modo, quando prædicatum dicitur idem subiecto in quantum de eo prædicatur, ut cum dicitur homo est musicus, quæ dicuntur idem, quia accidit (musicum homini) idest prædicatum subiecto. Tertio modo dicuntur idem per accidens, quando subiectum dicitur esse idem accidenti quasi de eo prædicatum, vt cum dicitur musicus est homo, significatur quòd homo sit idem musico. Quod enim prædicatur de aliquo, significatur idem esse illi. Et hęc ratio identitatis est, quia subiectum accidit prædicato. Præter hos autem modos eiusdem per accidens, in quibus sumitur accidens per se & subiectum per se, sunt alij modi in quibus accipitur accidēs cum subiecto compositum. Et in hoc variantur duo modi, quorum vnus significatur, quando accidens simpliciter prædicatur de cōposito ex accidente & subiecto. Et tunc significatur hoc, scilicet accidens esse idem vtrique simul accepto, sicut musico homini, musicum. Alius modus significatur quando compositum prædicatur de subiecto simplici, vt cum dicitur, homo est homo musicus. Tunc enim (illi,) idest subiecto simplici significatur esse idem horum vtrunque simul acceptum, scilicet hoc quod dicitur homo musicus. Et similis ratio est, si accidens accipitur vt simplex, & subiectum cum compositione, vt si dicamus, musicus est homo musicus, aut econuerso, quia & homini musico, quod est compositum, dicuntur idem per accidens & homo & musicum, quando hæc duo de illo uno prædicantur, & econuerso. Ex hoc autem concludit vlterius cōclusionem, quòd in omnibus prædictis modis prædicandi, in quibus idem per accidens prædicatur, non prædicatur aliquod nomen vniuersaliter. Non enim est verum dicere, quòd omnis homo sit idem musico, quod sic patet. Ea enim sola de vniuersalibus prædicantur vniuersaliter, quę secūdum se insunt eidem. Propter hoc enim modus prædicandi, qui est vniuersaliter prædicari, conuenit cum conditione subiecti, quod est uniuersale, quia prædicatum per se de subiecto prædicatur. Sed accidentia non prædicantur secundum se de vniuersalibus, sed ratione singularium. Et ideo de vniuersalibus non prædicantur vniuersaliter. Sed de singularibus prædicantur simpliciter, quia idem uidetur esse subiecto Socra. & Socra. musicus, non

Tex. 12. Infra le. 13. Infra le. 12. Par. 5.

Ibidem. Par. 3.

Lect. seq. Par. 1. Ibi. par. 2.

Differunt idem per se & idem per accidens in modo prædicandi.

Infra le. 14.

non tamen prædicantur de singulari vniuersaliter, quia de nullo potest prædicari aliquid uniuersaliter quod non est uniuersale. Socra. autem non est uniuersale: Nam non est in multis. Et ideo non prædicatur uniuersaliter aliquid de Socrate ut dicatur, omnis Socra. sicut omnis homo. Igitur quæ diximus sic dicuntur eadem, scilicet per accidens, ut dictum est. Deinde cum dicit.

BESS. *Quædam uero per se, sicuti & unum. etenim quorũ materia, aut specie, aut numero vna, eadem dicuntur. et quorum substantia, vna. Quare patet, quòd identitas vnitas quædam essentiæ est, aut plurium, aut cum vt pluribus vtatur. vtputa cum dicat ipsum sibiipsi idem, vt duobus enim ipso vtitur.*

ANT. Par. *Alia vero secundum se quemadmodum & vnum. Etenim quorum materia vna, aut specie, aut numero, eadem dicuntur & quorum substantia vna. Quare palam quia identitas vnio quædam est plurium essendi, aut quando utitur tamquam vt pluribus, velnti quando dicit idẽ eidem idem: nam vt duobus vtitur eodem.*

Ponit modos eiusdem per se, & dicit, quòd aliqua dicuntur eadem secundum se eisdem modis, quibus dicitur unum per se. Omnes enim modi, quibus aliqua vnum per se dicuntur, reducuntur ad duo, quorum unus est secundum quòd dicuntur unum illa, quorum materia est vna, siue accipiamus materiã eandem secundum speciem, siue secundum numerum, ad quod pertinet secundus & tertius modus vnius. Alio modo dicuntur vnum, quorum substantia est una, uel ratione continuitatis, quod pertinet ad primum modum, uel propter unitatem & indiuisibilitatem rationis, quod pertinet ad quartum & quintum. Vnde & his modis dicuntur aliqua esse idem. Ex hoc autem ulterius concludit, quòd identitas est vnitas uel unio, aut ex eo quòd illa, quæ dicuntur idem, sunt plura secundum esse, & tamen dicuntur idem in quantum in aliquo uno conueniunt. Aut quia sunt unum secundum esse, sed intellectus utitur eo vt pluribus ad hoc quòd relationem intelligat. Nam non potest intelligi relatio nisi inter duo extrema. Sicut cum dicitur aliquid esse idem sibiipsi. Tunc enim intellectus utitur eo quod est unum secundum rem, ut duobus. Alias eiusdem ad seipsum relationẽ designare non posset. Vnde patet, quòd, si relatio semper requirit duo extrema, & in huiusmodi relationibus nõ sunt duo extrema secundum rem sed secundum intellectum solum, relatio identitatis non erit relatio realis, sed rationis tantum, secundum quod aliquid dicitur idem simpliciter. Secus autem est, quando aliqua duo dicuntur esse idem uel genere uel specie. Si enim identitatis relatio esset res aliqua præter illud, quod dicitur idem, res etiam, quæ relatio est, cum sit idem sibi, pari ratione haberet aliam relationem, quæ sibi esset idem, & sic in infinitum. Non est autem possibile in rebus in infinitũ procedere. Sed in his, quæ sunt secundum intellectum nihil prohibet. Nam, cum intellectus reflectatur super suum actum, intelligit se intelligere. Et hoc ipsum potest etiam intelligere, & sic in infinitum.

Relatio identitatis ad se ipsum ẽ rõnis nõ realis

LECTIO XII.

De diuerso, differenti, simili & oppositis, & diuerso specie modi exponuntur.

BESS. *Diuersa uero dicuntur, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ: & omnino diuersum dicitur oppositè ei id, quod idẽ dicitur.*

ANT. Par. 1. *Diuersa vero dicuntur quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ: & omnino opposite eidem dicitur diuersum.*

Hic ostendit quot modis dicitur diuersum, & dicit, quòd diuersa dicũtur aliqua tripliciter. Dicuntur enim aliqua diuersa specie, quorum species sunt plures, sicut asinus & bos. Quædam vero dicuntur diuersa numero, quia differunt secundum materiam, sicut duo indiuidua unius speciei. Quædam uero dicuntur diuersa secundum rationem substantiæ, idest diffinitionem declarantem substantiam rei. Contingit. n. quædam esse idem numero, scilicet subiectũ, sed diuersa ratione, sicut Socrates & hoc albũ. Et quia plures modi diuersitatis accipi possunt, sicut quod dicatur diuersum genere & diuersum propter continui diuisionem, ideo subiungit, quòd diuersum dicitur oppositum totaliter ad idem. Cuilibet enim modo eius, quod est idem, opponitur aliquis modus eius, quod est diuersum. Et propter hoc, quot modis dicitur idem, tot modis dicitur diuersum. Et tamen alij modi unius, uel eius quod est idem, possunt reduci ad istos hic tactos. Diuersitas enim generis includitur in diuersitate speciei. Diuersitas uero continuitatis in diuersitate materiæ, eo quod partes quantitatis se habẽt per modum materiæ ad totum. Deinde cum dicit.

BESS. *Differentia vero dicuntur, quæcunque diuersa sunt, cum idem quid sint, modò non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuersum genus: & contraria, & quæcunque diuersitatem in substantia habent.*

ANT. Par. *Differentia uero dicuntur quæcunque diuersa sunt, idem aliquid entia: & non solum in numero, sed specie, aut genere, aut proportione. Amplius quorum diuersum genus. Et contraria quæcunque habent in substantia diuersitatem.*

Hic distinguit quot modis dicitur hoc nomen differens. Assignat autem duos modos, quorum primus est, quòd aliquid proprie dicitur differens secundum quod aliqua duo quæ sunt aliquid idem entia, idest in aliquo uno conuenientia, sunt diuersa: siue conueniant in aliquo uno secũdum numerum, sicut Socra. sedẽs à Socra. non sedente: siue conueniant in aliquo vno specie, sicut Socra. & Plato in homine: siue in aliquo uno genere, sicut homo & asinus in animali: siue in aliquo vno secundum proportionem, sicut quantitas & qualitas in ente. Ex quo patet, quòd differens omne est diuersum, sed non conuertitur. Nam illa diuersa, quæ in nullo conueniunt, non possunt proprie dici differentia, quia non differunt aliquo alio, sed seipsis. Differens autem dicitur, quòd aliquo alio differt. Secundus modus est prout differens communiter sumitur pro diuerso, & sic differentia dicuntur et illa, quæ habent diuersum genus, & in nullo communicant. Deinde docet in quibus conueniat esse differens secundum primum modum qui est proprius. Cum enim oporteat ea, quæ proprie dicuntur differentia, in uno aliquo conuenire, ea vero, quæ conueniunt in specie, non distinguuntur nisi per accidentales differentias, vt Socra. albus vel iustus, Plato niger uel musicus. Quæ vero conueniunt in genere & sunt diuersa secundum speciem, differunt differentijs substantialibus, illa proprijssime dicuntur differentia, quæ sunt eadem genere & diuersa secundum speciem: omne autem genus diuiditur in contrarias differentias, nõ autem omne genus diuiditur in contrarias species. Coloris enim species sunt contrariæ, scilicet album, nigrum: & differentiæ etiam, scilicet congregatiuum & disgregatiuum. Animalis autem differentiæ quidẽ sunt contrariæ, scilicet rationale & irrationale, sed spe-

cies animalis, vt homo & equus &c. non sunt contraria. Illa igitur, quę proprijssime dicuntur differentia, sunt quæ uel sunt species cõtrariæ, sicut album & nigrum: uel sunt species unius generis non contrariæ, sed habentia contrarietatem in substantia ratione cõtrarij differentiarum, quæ sunt de substantia specierum. Deinde cum dicit.

BESS. *Similia dicuntur, & quæ idem passa sunt. & quæ plura eadem aut diversa, passa sunt. & quorum, qualitas vna.*

ANT. Par. 3. *Similia dicuntur quæ idem sunt passa. Et plura idem patientia aut diversa. Et quorum qualitas vna.*

Ostendit quot modis dicitur simile. Circa hoc autem duo facit. Nam primo assignat quot modis dicitur simile. Secundo quot modis dicitur dissimile, ibi [Opposite vero.] Circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur simile. Secũdo quomodo dicatur aliquid maxime simile, ibi [Et secundum quæ alterari.] Ponit autem tres modos similitudinis. Constat enim quòd unum in qualitate facit simile. Passio autem est affinis qualitati, eo quòd præcipue passio in mutatione qualitatis, quæ est alteratio, attenditur. Vnde & quædam species qualitatis est passio & passibilis qualitas. Et propter hoc similitudo non solum attenditur secundum conuenientiam in qualitate, sed secundum conuenientiam in passione. Quod quidem potest esse dupliciter, aut ex parte passionis, aut ex parte eius, ad quod passio terminatur. Sic igitur tripliciter aliqua sunt similia. Vno modo, quia patiuntur idem, sicut duo ligna, quæ comburũtur, possunt dici similia. Alio modo ex hoc solo, quòd patiũtur aliqua plura, similia dicũtur, siue patiantur idem, siue diversa, sicut duo homines, quorum unus fustigatur, & alter incarceratur, dicuntur similes in patiẽdo. Tertio modo dicuntur similia, quorum una est qualitas, sicut duo albi, & duo sydera in cœlo habentia similem splendorem aut uirtutem. Deinde cum dicit.

Inf. pt. 4. 6. — Tripliciter aliqua dicũtur similia.

BESS. *Ac secundum quæcuuque contrariorum alterari contingit id quod plura his aut magis propria habet, simile illi est. Opposite vero similibus, dissimilia dicuntur.*

ANT. Par. 4. *Et secundum quæ alterari contingit horum contrariorum quod plura habet, aut magis proprium, hoc est simile. Opposite vero similibus, dissimilia.*

Ostendit unde aliquid maxime dicatur simile. Quando enim sunt plures contrarietates, secundum quas attenditur alteratio, illud, quod secundum plures illarum contrarietatum est alicui simile, dicitur magis proprie simile. Sicut allium, quod est calidum & siccum, dicitur magis propriè simile igni, quam zuccharum, quod est calidum & humidum. Et idem est inter duo quorum vtrunque est simile alicui tertio secundum vnã qualitatem magis sibi propriam, magis proprie dicitur simile ei, sicut aer magis proprie similis est igni, quàm terra. Aer enim assimilatur igni in calore, quæ est qualitas sibi propria, magis quàm siccitas, in qua assimilatur sibi terra. Consequenter dicit, quòd dissimilia dicuntur per oppositum ad similia. Deinde cum dicit.

BESS. *Opposita dicuntur, contradictio, contraria, ad aliqd, priuatio & habitus.*

ANT. Par. 5. *Opposita dicuntur contraria, contradictio, & ad aliquid, & priuatio, & habitus.*

Hic distinguit secũdarias partes pluralitatis, quæ scilicet continentur sub differenti & diverso, quæ sunt partes primæ, & circa hoc tria facit. Primo ostẽdit quot modis dicuntur opposita. Secundo quot modis dicuntur cõtraria, ibi [Contraria dicuntur.] Tertio quot modis dicuntur diuersa specie, ibi [Diuersa uero specie.] Circa primum duo facit. Primo enim dicit quot modis dicuntur opposita, quia quatuor modis, scilicet contradictoria, contraria, priuatio & habitus, & ad aliquid. Aliquid enim contraponitur alteri vel opponitur aut ratione dependentiæ, qua dependet ab ipso, & sic sunt opposita relatiue. Aut ratione remotionis, quia scilicet unum remouet alterum. Quod quidem contingit tripliciter. Aut enim totaliter remouet nihil relinquens, & sic est negatio. Aut relinquit subiectum solum, & sic est priuatio. Aut relinquit subiectum & genus. & sic est contrarium. Nã contraria non sunt solum in eodem subiecto, sed et in eodem genere. Secundo ibi.

Infra pt. 7. Infra p. 10. Modi oppositionis quatuor Prædictorũ modorum sufficientia.

BESS. *Et ea, ex quibus, & in quæ vltima. vt generationes & corruptiones. & quęcunque susceptiuo amborum nõ contingit simul adesse hæc opponi dicuntur, aut ipsa, aut ex quibus sunt. fuscum nanque & album simul eidẽ non insunt. quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsis.*

ANT. Par. 6. *Et ex quibus, & in quæ vltima, vt generationes & corruptiones. Et quęcunq; non contingunt simul adesse amborum susceptibili, ea opponi dicuntur, aut ea ex quibus sunt. Nam pallidum & album simul eidem non insunt. Vnde ex quibus sunt hæc opponuntur.*

Ponit duos modos, secundum quos potest cognosci, quòd aliqua sunt opposita. quorum primus est per comparationem ad motum. Nam in quolibet motu uel mutatione, terminus à quo, opponitur termino ad quem. Et ideò ex quibus est motus, & in quæ est motus, sunt opposita, vt patet in generationibus. Nã generatio albi est ex non albo, & ignis ex non igne. Secundo modo per comparatione ad subiectum. Nã illa, quæ non possunt inesse simul eidem susceptibili, oportet quòd adinuicem opponantur, vel ipsa, vel ea in quibus sunt. Nõ enim potest idem corpus simul esse album & nigrum, quia sunt contraria. Homo vero & asinus non possunt de eodem dici, quia habent in suis rationibus differentias oppositas, scilicet rationale & irrationale. Et similiter pallidum & album, quia pallidum componitur ex nigro, quod est oppositum albo. Et notandum, quòd signanter dicit eidem susceptibili, quia quædam non possunt alicui eidem subiecto simul esse, non propter oppositionem quam habeant adinuicem, sed quia subiectum non est susceptibile utriusque, sicut albedo & musica non possunt simul inesse asino, possunt autem simul inesse homini.

Alia litera bis opponitur. Hæc potius ad materiã & formam referenda sunt.

BESS. *Contraria dicuntur, quæ non possunt simul eidem adesse, cum eorum sint, quæ secundum genus differunt. & quę plurimum differunt, cum in eodem genere sint. quę ue plurimum differunt, cum in eodem susceptiuo sint. ac etiam quę plurimum differentia maxima aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem.*

ANT. Par. 7. *Contraria dicuntur quæ non possunt simul ad esse eidem differentium secũdum genus. Et quę plurimum differunt eorum, quæ sunt in eodem genere. Et quæ plurimum differunt eorum, quæ sunt in eodem susceptibili. Et quę plurimum differunt eorum, quæ sub eadem potestate. Et quorum differẽtia maxima aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem.*

Hic ostendit quot modis contraria dicuntur, & circa hoc tria facit. Quorum primum est, quòd assignat modos, quibus aliqua principaliter dicuntur contraria, inter quos ponit unum primum improprium, scilicet quòd aliqua dicuntur contraria, quæ non possunt simul adesse eidem, licet differant secundum genus.

nus. proprie enim contraria ſunt quæ ſunt unius generis, ſicut ſi diceretur, quòd grauitas & motus circularis non ſunt in eodem ſubiecto: Alium modum ponit proprium ſecundum quòd contraria dicuntur in aliquo conuenientia. Conueniunt enim contraria in tribus, ſcilicet in eodem genere, & in eodẽ ſubiecto, & in eadem poteſtate. Et ideo notificat ſecũdum iſta tria, illa, quæ ſunt vere contraria dicens, quòd illa, quę plurimum differunt eorum, quæ ſunt in eodem genere, dicuntur contraria, ſicut album & nigrum in genere coloris. Et iterum illa, quæ plurimum differunt in eodem ſuſceptibili exiſtentia, ſicut ſanum & ægrum in animali. Et iterum, quæ plurimum differunt in eadem poteſtate contenta, ſicut congruum & incongruum in grammatica. Poteſtates enim rationabiles ad oppoſita ſunt. Dicit autem {plurimum} ad differẽtiam mediorum inter contraria quæ etiam conueniunt in eodem genere, ſubiecto, & poteſtate, non tamen ſunt plurimum differentia. Vnde ſubiungit vniuerſalem rationem, ſecundum quam aliqua dicũtur contraria, quia ſcilicet eorum differẽtia eſt maxima, uel ſimpliciter, vel in eodem genere, uel in eadem ſpecie. Simpliciter quidem, ſicut in motu locali extrema ſunt maxime diſtantia, ſicut punctus orientis & occidentis, quæ ſunt extrema diametri totius orbis. In eodem genere, ſicut ſpecificæ differentiæ, quæ diuidunt genus. In eadem ſpecie, ſicut accidentales differentiæ contrariæ, per quæ differunt indiuidua eiuſdem ſpeciei. Secundum ponit ibi.

In tribus cõtraria conueniunt.

Hũc locum ãliter Ant. an. ipugnet.

DEFENSIO VIII.

Defenditur D. Tho. declaratio de maxima differentia contrariorum & oſtenditur contra Ant. And. quantum ſit ad intentionem philoſophi hic allatã, & multæ circa hoc illius falſitates reprobantur.

Duo puncta oriẽtis & occidẽtis eſſe motus cœli terminos tuetur.

HOc in loco Ant. And. tangit S. Tho. in margine à Mauritio citatum dicens, ſubdit (ſupple Philoſophus) quandam rationem generalem contrariorum, ꝙ contraria ſunt, quorum differentia eſt maxima, aut ſimpliciter, aut ſecundum genus, aut ſecũdum ſpeciem, quod exponitur ſic. Simpliciter quidem, vt in motu locali duo puncta terminantia motum cœli, puta punctus orientis, & punctus occidentis. Secũdum genus vero ideſt in eodem genere ſicut duæ ſpecies per duas differentias diuiſiuas generis cõſtitutæ. Secundum ſpeciem autem ſicut duo indiuidua per duas accidẽtales & contrarias differentias diuerſa. Aliter exponitur, & magis ad mentem Philoſophi videtur, ꝙ differentia maxima ſecundum ſpeciẽ intelligatur in duabus ſpeciebus ſiue differentijs contrarijs. Sed ſecundũ genus, in duobus generibus ſubalternis. Simpliciter autem ĩ duobus generaliſsimis, & in quibuſcunq; quomodocunque maxime diſtantibus. Hæc ille formaliter. Licet autem parum, uel nihil referat quantum ad ſenſum & ueritatem, an ſic proponatur expoſitio ſancti Thomæ, an ſicut formaliter iacet in litera propria: Officium tamen eſſet boni doctoris, dum aliena refellit ut ſua præferat, ſaltẽ eam, quam nititur opinionem refellere, fideliter recitare, ne ſi ſecus ſe habeat, non recta intentione procedere reputetur. Clariorem quippe ſenſum in propoſito, completioremq; doctrinam verba S. Tho. præferunt ſecundum quòd iacent in litera ſua, quàm ſecũdum trũcatam & (vt ita dixerim) deturpatam huius viri relationem. Nam diuus Tho. ubi de duobus punctis, orientis inquam & occidentis, qui cęleſtis motus termini ſunt, exemplum inducit, uidens poſſe verba ſua, ſiniſtra forte interpretatione à quoquam ſuſcipi, quaſi intelligerẽtur de quibuſcunque cuiuſuis cęleſtis motus terminis in oriente & occidente contrapoſitis, addidit, quæ ſcilicet puncta ſunt extrema diametri totius orbis, vt daret intelligere, quòd hi duo ſoli termini motus, ſimpliciter contrarij ſunt, eo ꝙ ſoli ſimpliciter ſint maxime diſtantes. Attamen, (vt dixi) parum refert, eo ꝙ uel modicum in artibus exercitati, per puncta orientis & occidentis non niſi quæ maxime diſtant, & motum diurnum terminant apprehendunt. Non dicit etiam Sanctus Thom. duas ſpecies ſecundum genus adinuicem contrariari, nec alicubi legitur in Philoſopho quantum viderim vel meminerim de his quę in genere ſubſtantiæ ſunt, licet aliquo modo verũ ſit. Sed magis proprie veriuſq; dicuntur eſſe contrariæ ſecundum genus ipſe generis differẽtię diuiſiuę, vt dicit hic ſanctus Th. & patet per Philoſophum in primo Phy. pluries. Et multo minus duo indiuidua præcipueque ſubſtantiæ, ſunt adinuicem quoquo modo contraria ſecundum ſpeciẽ. Repugnat enim id Ariſt. documentis, ubi aſſerit ipſi ſubſtantię nihil eſſe contrarium. Vnde nec id attulit ſanctus Tho. ut hic ſalſo recitat, ſed dixit accidentales differentias eſſe contrarias per qua differunt indiuidua eiuſdem ſpeciei. Sed & de hoc ipſo parum curandum puto, cum aliquo modo, licet improprie poſſint indiuidua, ratione ſuarum differentiarum, quæ proprię ſunt, contraria dici, ſicut & dicuntur differre. Sat tamẽ ex his patet eſſe ſolerti conſideratione cauendum, ne huic viro in ſuis relationibus facile præſtetur fides. Sed recurrendum primo eſt ad literam ſancti Tho. vbi ab hoc homine vel alijs ſui generis, impugnatur. Multotiens quippe ſi id ſeruetur, facile cognoſcetur, de tenebris ad lucẽ factum eſſe tranſitum. His igitur omiſsis videndum eſt, quæ utrarumque expoſitionum verior ſit ac magis ad mẽtem Philoſophi, quamquã & de hoc parum etiam curare debuerim, quum ſuam eſſe magis ad mentem Philoſophã & ſi glorietur, non tamen probet. Stultum eſt enim ſemper eſſe ſolicitum, quid quiſq; vel exponendo uel ſimpliciter ꝓnuntiando ſine ratione loquatur. Et eo maxime, quia maior eſt ſola auctoritas S. Tho. apud uere ſapientes, quàm ſit quodcunque dictum viri huius vel ſibi ſimilium. Ne tamen vel quoquo modo appareant hi homines etiam uerbis præualere, aliqua circa hoc dicam. Et primo quidem ſciendum quòd Philoſophus in hoc textu aſsignauit duos modos cõtrariorum. Primum improprium, alium proprium, vt etiam dicit Anto. And. Quibus modis poſitis & declaratis, ſubiunxit Philoſophus illa uerba, videlicet: Et quorum differentia maxima, aut ſimpliciter, aut ſecundum genus aut ſecundum ſpeciem. Quæ verba Sanctus Thomas exponens dicit: Subiungit vniuerſalem rationem ſecundum quam aliqua dicuntur contraria &c. Hoc idem dicit Anto. And. licet poſtmodũ in exponendo prædicta verba ſeu prædictam generalem cõtrariorum rationem, diſcordet à Sancto Thoma vt præmiſimus. Sed ſua illa expoſitio non ſolum non eſt magis ad mentem Philoſophi quàm expoſitio Sancti Thomæ. Sed etiam nullo modo eſt ad mẽtem Philoſophi, nec eſt bona. Primum ex hoc perſuadetur, quòd propoſitis ab Ariſ. duobus modis contrariorum, vno improprio, altero proprio, non eſt probabile eſſe ad mẽtem eius quòd ratio generalis, quæ ſubinſertur, includat modum improprium. Sicut enim patet in præcedentibus, & etiam in ſequentibus in hoc præcipue libro quinto, in quo multiplicium terminorum explicare ſuſcepit modos, ſi quem aliquando vel per accidens vel improprium alicuius multiplicis modum ponit, nunquam eius deinceps meminit, dum modos colligit, uel eorum proprietates inducit. Hoc maxime patet in capitulo de vno, & in capitulo de ente. Non ergo credendum eſt Philoſophum hic facere ſine neceſsitate, quod alibi ſemper facere

reculant, & nõ ſine ratione, quippe cum impropria, & ea quæ per accidens ſunt, tangi quidem debeant, vt per horum excluſionem propriorum cognitio facilior & perfectior habeatur, ſed nequaquam ſunt proſequenda, nec circa ea eſt immorandum, cum ſecludatur ab arte. In ratione igitur illa generali, non magis, ſed minus videtur ad mentem Philoſophi debere improprium illum modum includi. Quod quidem non facit Sanctus Thomas, ſed Anto. And. dum illa dicit ſimpliciter differre ex mente Philoſophi quæ ſecundum generaliſsima differunt: cum tamẽ ſic differre, non niſi improprie differre ſit, eo ꝙ talia nõ in ſubiecto conueniant aut in genere. Secundum etiam quòd videlicet nedũ non magis, ſed nec vllo modo ſit Ant. And. expoſitio illa ad mentem Philoſophi, ex hoc patet, quòd contraria improprie, non poſſunt dici ſimpliciter contraria, ſi ly ſimpliciter, ſecundum excellẽtiam exponatur quaſi maxime ſint cõtraria. Illa enim dicuntur contraria, cui maxime competunt omnes contrariorum, vt ſic, conditiones. Hoc autem in his, quę improprie contraria ſunt, non inuenitur. Ex hoc enim quædam impropriam induunt rationem contrariorum, quòd vel eis aliqua contrarijs debita conditio deſit, uel quas habent non niſi imperfecte partiei pant. Quod ſi ſimpliciter contraria, non maxime, ſed abſolute forſan interpretetur, hoc eſt ſine quauis determinatione, tunc idipſum eis quæ improprie contraria ſunt, minime cõuenire, magis eſt manifeſtum. Quod enim abſolute & non ſub aliqua determinatione vere cuiquam tribuitur, iam id illi ex hoc proprie conuenire neceſſe eſt. Et quod cuiquam improprie conuenit, iam non ſine determinatione de illo aſſeueratur. Exemplum. Proprie conuenit Socrati quòd homo ſit, ea propter idipſum de Sorte ſimpliciter aſſirmamus. Non ſic qui mortuꝰ eſt vel pictus, ſine aliqua addita determinatione homo dicitur, ſed ſemper im proprietatem denominationis deſignans conditio applicatur. Igitur cum ea quæ inter generaliſsima cõtrarietas eſt, impropria ſit, eo ꝙ ſic oppoſita, vt diximus, nec genere conueniant nec ſubiecto, patet, non ſimpliciter, contrarietatem hanc eſſe dicẽdam. Quod tamen Ant. An. in ſua ſingulari expoſitione affirmat, non autem S. Thom. Sed illa dicit ſimpliciter, hoc eſt & maxime & abſolute contraria, quæ maxima inter ſe ſituali diſtantia ſeiunguntur. Quod enim talia pro prie contrarientur patet, tum quia non continentur ſub modo improprio à Philoſopho conſtituto, quod ex hoc habent, quia non oppoſite ſe reſpiciunt ſolum iuxta ſuperabundantiæ defectusue diſtinctionẽ, quę, ſi ſola & præciſa ſit inter aliqua oppoſitionis ratio, ſolam etiam impropriæ cõtrarietatis tribuit rationem. Addit enim horum oppoſitio diſtantiam maximam ſitualem. Tum quia reſpectu eiuſdem ſubiecti, puta cœli vel vniuerſi adinuicem comparãtur, & ſunt eiuſdem generis termini, vt patet, & conſequenter ad eandem ſcientiam pertinent, ad naturalẽ, quæ de motu vt ſic, habet determinare. Tum quia motui hæc terminorum oppoſitio, propriam tribuit contrarietatis oppoſitionem. Eſt enim motus motui proprie ex terminorum contrarietate contrarius, ergo & ipſi termini non improprie contrarij ſunt, quippe cum alijs proprietatem tribuant contrarietatis. Neq; enim id alteri poſſent quod ipſi non haberent, immo & magis habent, cum propter quod vnumquodq; tale & illud magis. Maxime autem talibus competere cõtrarietatis ratiõe, aliquo modo verum eſt, aliquo alio modo falſum. Cum enim contraria proprie dicta habeant conditiones quatuor hic à Philoſopho propoſitas, videlicet, quòd maxime diſtent, ſub eodem genere, reſpectu eiuſdem ſubiecti, & ſint eiuſdem ſcientiæ, inter ea, quę communicabunt in omnibus his cõditionibus, ſi una earũ perfectius participetur à duobus contrarijs quàm ab alijs, magis illa duo dicentur rationem contrariorum participare quàm cætera. Conditio autem illa, quæ eſt diſtãtia maxima, poteſt duobus modis intelligi, vel ſcilicet ſecundum diſtantiam ſitualem, cui primo & maxime nomen diſtantiæ conuenit ex impoſitione, alio modo ſecundum diſtãtiam perfectionis, duorum tamen poſitiuorum ſub eodem genere. Cum ergo hic Ariſt. quærat de ſignificato nominum, & diſtantia, quæ ſecundum ſitũ attenditur, vt diximus, ſi nominis impoſitio attendatur, magis proprie diſtantiæ rationem habeat quàm diſtantia ſecundum perfectionem, illa, quæ ceteris paribus diſtãtiam maximam ſitualem obtinebunt, ſim pliciter inter omnia alia dicentur contraria ſecundũ Philoſophum hic, vbi nomina iuxta proprietatem ſignificationis attendit. Si vero attendatur diſtãtia perfectionis vel entitatis ſecundum hoc quod eſt non poſſe ſimul inueniri in eodem ſubiecto, ſed ſeinuicẽ expellere, cum qualitates actiuæ &c. vtiq; perfectiori modo contrariari dicentur album & nigrum, calidũ & frigidum, & talia proprie contraria, quàm contrapoſita orientis & occidentis puncta. Iuxta autem primum modum maximę contrarietatis, & non iuxta ſecundum dixit S. Thom. talia puncta eſſe ſimpliciter idest maxime diſtantia, & hoc conformiter (vt diximus) intentioni Philoſophi hoc in libro. Tertium autem quod propoſui, uidelicet quòd expoſitio Anto. And. non ſit bona, ſic declaratur. Cum enim ratio illa expreſſa per ſuprapoſita verba Philoſophi ſit generalis ad omnes modos cõtrariorum proprie dictos, immo & ad improprie dictos ſecundum Anto. And. licet male (vt diximus) ſequitur quòd debeat etiam competere contrarijs ſecundum maximam diſtantiã ſitus. Et cum Ariſt. hic enumeret illa contraria quibus competit prædicta generalis ratio, quod patet, quia per notam diſiunctionis dat intelligere diuiſionem in membra, dum dicit, Aut ſimpliciter, aut ſecũdum genus, aut ſecundum ſpeciem, Diuiſio autem ſi debita ſit, vt decet Philoſophum, à diuiſo tranſcendi non debeat, ſequitur quòd omnes modos contrariorum proprie dictorum enumeret. Ergo & modus ille qui attenditur (vt diximus) ſecundum maximam diſtantiam ſitus connumerandus eſt. Quod cum facit Diuus Tho. non autem Ant. And. patet quòd expoſitio S. Tho. ad amuſsim textui Philoſophi quadrat. Expoſitio uero Ant. And. ab illo eſt aliena, & per cõſequens nõ eſt bona. Et de præſenti defenſione ſatis.

Cetera uero contraria dicuntur, quędam eo quòd talia habent, quędam, eo quòd ſuſceptiua talium ſunt, quędam, eo quòd actiua, aut paſſiua talium ſunt, aut agẽtia, aut patientia, aut abiectiones, aut ſumptiones, aut habitus, aut priuationes ſunt horum, ac talium. BESS.

Alia uero contraria dicuntur, hęc quidem talium habitu, alia talium ſuſceptione, alia exiſtendo aut actiua aut paſſiua talium, alia agentia, alia patientia, aut expulſiones, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes talium. ANT. Par. 8.

Et oſtendit qualiter aliqua ſecundario modo dicuntur contraria, propter hoc, quod habent habitudinem ad ea, quæ principaliter ſunt contraria, ſcilicet quia uel habent contraria in actu, ſicut ignis & aqua dicunt contraria, quia alterum eſt calidum & alterum frigidum vel quia ſunt ſuſceptibilia contrariorum in potentia, ſicut ſanatiuum & ægrotatiuũ. Vel quia ſunt actiua vel paſsiua contrariorum in potentia, vt calefactiuum & infrigidatiuum, calefactibile & infrigidabile. Vel quia ſunt contrariorum agentia & patientia in actu, ſicut calefaciens & infrigidans, calefactum

factum & infrigidatum. Vel quia ſunt expulſiones, ſiue abiectiones, ſiue acceptiones contrariorum, vel & habitus aut priuationes eorum. Nã priuatio albi oppoſita eſt priuationi nigri, ſicut habitus habitui. Patet ergo quod tangit triplicem habitudinem circa contraria. Vna quæ eſt ſubiecti in actu, uel in potentia. Alia, quæ eſt actiui & paſsiui in actu & potentia. Tertia quæ eſt generationis & corruptionis vel ſecũdum ſe, vel quantum ad eorum terminos, qui ſunt habitus & priuatio. Tertium ponit ibi.

BESS. *Cum autem unum & ens multipliciter dicatur, neceſſe eſt, vt cætera quoque, quæcunque ſecundum hæc dicuntur, ſequantur. quare & idem, & diuerſum, & contrarium, vt ſecundum vnumquodque prædicamentum diuerſum ſit.*

ANT. Par. 9. *Sed quoniam ens & vnum multipliciter dicuntur, ſequi eſt neceſſe, & alia quæcunque ſecũdum ea dicuntur. Quare idem, & diuerſum, & contrarium, eſt diuerſum ſecundum vnamquamque categoriam.*

Et oſtendit qua de cauſa prædicta dicuntur multipliciter. Quia enim unum & ens dicuntur multipliciter, oportet quòd ea, quę dicuntur ſecundum ea, multipliciter dicantur, ſicut idem & diuerſum, quæ conſequuntur vnum & multa, & contrarium, quod ſub diuerſo continetur. Et ita oportet, quòd diuerſum diuidatur ſecundum decem prædicamenta, ſicut ens & vnum.

BESS. *Diuerſa vero ſpecie dicuntur quæcunque cum eiuſdem ſint generis, non ſunt ſubalterna, & quæcunq; cum in eodem genere ſint, differentiam habent, & quæcunq; in ſubſtantia cõtrarietatem habent. contraria quoq; diuerſa ſpecie inuicem ſunt aut omnia, aut quæ primo dicuntur, & quorum in ultima generis ſpecie, rationes diuerſæ. vt homo & equus, indiuidua genere, rationes vero eorum diuerſæ. & quæcunque, cum in eadem ſubſtantia ſint, differentiã habent. Eadem vero ſpecie ſunt, quæcunque his oppoſite dicuntur.*

ANT. Par. 10. *Diuerſa vero ſpecie dicuntur quęcunque eiuſdem generis exiſtentia non ſunt ſubalterna. Et quęcunque ſub eodem genere exiſtentia differentiam habent. Et quæcunque in ſubſtantia contrarietatem habent. Cõtraria enim diuerſa ſunt ſpecie ab inuicem, aut omnia, aut dicta primum. Et quorumcunque in finali generis ſpecie rationes diuerſæ, vt homo & equus indiuidua genere, et rationes eorum diuerſę. Et quęcunque in eadem ſubſtantia differentiam habent. Eadem vero ſpecie oppoſite his dicta.*

Hic oſtendit quot modis dicantur aliqua diuerſa ſpecie, & ponit quinque modos, quorum primus eſt, quando aliqua ſunt in eodem genere, & non ſunt ſubalterna, ſicut ſcientia & albedo ſub qualitate, licet nõ contra ſe diuidantur oppoſitis differentijs. Secundus eſt, quando ſunt in eodem genere, & diuiduntur contra inuicem per aliquam differentiam, ſiue differentiæ ſint contrariæ, ſiue non, vt bipes & quadrupes. Tertius modus eſt, quando ſua ſubiecta habent contrarietatem, utpote quæ diuiduntur per differentias contrarias, ſiue ipſa ſint contraria, vt albũ & nigrum, quæ diuiduntur per congregatiuum & diſgregatiuum, ſiue non, vt homo & aſinus, quę diuiduntur per rationale & irrationale. Contraria enim oportet eſſe diuerſa ſpecie, uel omnia, vel illa, quæ principaliter dicuntur eſſe contraria. Quartus modus eſt, quãdo ſunt diuerſæ ſpecies vltimæ, eædemque ſpecialiſsimæ in aliquo genere, vt homo & equus. Magis enim proprie dicuntur ſpecie differre, quæ ſolum ſpecie differunt, quàm quæ ſpecie & genere.

Quintus modus eſt, quãdo aliqua accidentia ſunt in eodem ſubiecto, & tamen differunt adinuicem, eo quod impoſsibile eſt plura accidentia, unius ſpeciei in eodem ſubiecto eſſe. Eadem uero ſpecie dicuntur per oppoſitum ad prædicta.

LECTIO XIII.

Modi quidam prioris & poſterioris diſtinguuntur tripliciter, quo ad fieri, quo ad cognoſci, & quo ad eſſe, ijq; ad unum reducuntur, quo aliqua ſecundum conſequentiam priora alijs dicuntur.

BESS. Tex. 16. *Priora, & poſteriora dicuntur uno quidem modo tãquam aliquo primo & principio in quoque genere exiſtente, quod propinquius eſt principio cuidam determinato, aut ſimpliciter & natura, aut ad aliquid, aut ubi, aut ab aliquibus.*

ANT. Tex. c. 16. Par. 1. *Priora & poſteriora dicuntur quædam quidem tanquam exiſtente aliquo primo & principio in ſingulo genere, quod propinquius principio alicui determinato, aut ſimpliciter & natura, aut ad aliquid, aut ad ubi, aut ab aliquibus.*

Poſtquam diſtinxit nomina, quę ſignificant partes vnius, hic diſtinguit nomina ſignificantia ordinem, ſcilicet prius & poſterius. Vnum enim quendam ordinem importat, eo quòd vni eſſe eſt principium eſſe, vt ſupra dictum eſt. Et circa hoc duo facit. Primo aſſignat rationem communem prioris & poſterioris. Secundo diſtinguit diuerſos modos prioris & poſterioris ſecundum communem rationem, ibi: {Vt hoc quidem ſecundum locum.} Dicit ergo, primo quòd ſignificatio prioris dependet à ſignificatione principij. Nam principium in vnoquoque genere eſt id, quod eſt primum in genere. Prius autem dicitur, quod eſt propinquius alicui determinato principio. Huiuſmodi autem ordo principij, & eius, quod eſt principio propinquum, poteſt attendi multipliciter. Aut enim aliquid eſt principium & primũ ſimpliciter & ſecundum naturam, ſicut pater eſt principium filij. Aut eſt principium {ad aliquid}, i. per ordinem ad aliquid extrinſecum, ſicut dicitur id, quod eſt ſecundum ſe poſterius eſſe prius quantum ad aliquid, vel quãtum ad cognitionem, uel perfectionem, uel dignitatem, uel aliquo tali modo. Vel etiam dicitur aliquid eſſe principium & prius quantum ad vbi. Aut etiam aliquibus alijs modis. Deinde cum dicit.

Tex. c. 12. Par ſeq. huius lect. Hic Mauritius carpit S. Tho. verbis non rite.

DEFENSIO IX.

Arguitur Mauritius, quòd ſine ratione carpit D. Angelicum, cuius nec calciamenta dignus eſt ſoluere.

Hoc in loco non Ant. And. ſed Mauritius carpit verbis in margine diuum Thomam dicens, id argumentum ſumi contra eundem angelicum doctorem. Non dicit autem ex quibus uerbis uel Philoſophi vel diui Tho. nec contra quod eius placitum. Si autem loqui velit prout cenſeri poteſt, de eo quòd diuus Tho. in theologia docet, nullo modo in diuinis dari prioritatem niſi ſecundum rationem & modum noſtrum intelligendi, & hoc propter diuinam ſimplicitatem (cuius tamen contrarium iſti tenent ponentes ibi prioritatem ſecundum originem ex natura rei) non poteſt ex verbis hic poſitis ex ſancto Tho. aliquid elici, cõtra eiuſdem prædictam poſitionem, ſi bene verba ſua capiantur: ſed potius per oppoſitum, efficaciſsimum medium contra horum virorum opinionem ex verbis Ariſ. hinc ſumi poteſt, quatenus ab infideli etiam introducantur ad fidem ſi voluerint,

Quõ ſuſcipi debeat, rõnem prioris dependere ex ratione principij.

fuerint, prout ex naturali lumine ad lumen fidei fit ascensus. Primũ ex hoc patet. Quia alia non sunt verba S. Th. in hoc principio expositionis, ex quibus hic homo pp imbecillitatem sui ingenij habeat occasionem infestandi diuum Tho. nisi forte hoc quod dicit hic, ꝗ ſm Philosophum significatio prioris depēdet ex significatione principij. Quasi ex hoc sumant maiorem sui argumenti hanc inquam: Vbicunq; est ratio principij, ibi est ratio prioris & posterioris. Rō antem principij conuenit personæ diuinæ in ordine ad aliā, ergo &c. Sed maior illa falsa est, nec ex dictis S. Tho. habetur, quia ſm eum ēt hic nomen principij est quid communius q̃ nomen prioris. Et ex hoc sequitur, ꝗ significatio prioris dependeat à significatione principij, sicut significatio inferioris à significatione superioris, eo ꝗ superiꝰ in rōne formali inferioris claudatur. Immo, si ex rōne principij velint in dictis personis proprietatem inducere, non solũ inferetur prioritas originis, sed absoluta & realis. Est.n. pater simpliciter & absolutè (licet nō ſm absolnta) principium filij & realiter. Consequens tñ nec ipsi concederent, tametsi ex ratione principij suam erroneam opinionem firmare conentur. Si autem est aliud verbũ hic ex quo habeant vel i ista materia uel in alia ac guere contra S. Doct. afferant in medium expressa. Et nos tūc alia similiter rōne refellemus eorum argumenta, q̃ vt in pluribus parui sunt momenti. Scđm ēt quod supra proposui sic ostendit. Nā Philosophus hic cōem rōnem prioris assignans, dicit id esse prius qđ est principio propinquius. Ex hoc aũt firmissimo fundamento, euidētissima cōsurgit ueritas, ibi inquā nullā esse proprietatis rōnem vbi non fuerit ad principiũ ulla propinquitas. Nomen aũt propinqui sicut & nomen vicini, non pōt in diuinis nisi personæ attribuiꝰ respectu alterius, eo ꝗ talia nomina ſabsolutā distinctionem supponant. Neque.n. dicimus filium patri, uel spũm sanctum vtriq; propinquum aut ecōuerso, quia cum proprie talia nomina distinctionem ſm quantitatem & distantiam quantitatiuam importent ad diuina translata, non nisi in quantitate uirtutis essentialisq; perfectionis distantiam designabunt inter personas. Quod quidem ab orthodoxa fide alienum est. Et de præsenti defensione satis.

B E S S. *Vtpura quædam secundũ locum, eo quòd propinquiora sunt alicui loco natura determinato, medio videlicet, aut vltimo, aut ad quodcunque. Quod vero remotius est, posterius.*

A N T. Par. 2. *Vt hoc quidē secundũ locum inexistendo propinquus, aut natura alicui determinato loco, vt medio, aut vltimo, aut sicut euenit. Quod vero remotius, posterius.*

Lect. 2. Distinguit modos diuersos, qbus dr aliquod prius & posterius. Et quia prius & posterius dicūtur in ordinem ad principium aliquod, principium autē est, vt supra dictum est, quod est primum in esse, aut in fieri, aut in cognitione: ideo pars ista diuiditur in partes tres. In prima dicit quomodo dē aliquid esse prius ſm motum & quantitatem, nam ordo in motu, sequitur ordinem in quantitate. Per prius enim & posterius in magnitudine, est prius & posterius in motu, vt dicitur in 4. Phys. Secundo ostendit, quomodo aliquid dicitur prius altero in cognitione, ibi: (Alio vero modo.) Tertio quomodo dicitur aliquid alte- Lect. 19. Tex. c. 113. Par. 6. Par. 9. seq. Par. 5. huius lect. ro prius in essendo, idest ſm naturam, ibi: (Alia vero ſm naturam.) Circa primum duo facit. Primo ostēdit quomodo aliquid sit prius & posterius ſm quantitatem in rebus continuis. Secundo quomodo in rebus discretis, ibi: (Alia ſm ordinem.) Circa primũ ponit tres modos. Primus modus attenditur ſm ordinem in loco, sicut aliquid dicitur esse prius ſm locũ in hoc, ꝗ est propinquius alicui loco determinato, siue ille locus determinatus accipiatur vt medium in aliqua magnitudine, siue vt extremum. Pōt.n. in ordine locali accipi ut principium, cētrum mundi, ad qđ feruntur grauia, vt sic ordinemus elementa, dicentes terram esse primum, aquam ſm &c. Et potest etiam accipi vt principium etiam ipsum cælum, vt si dicamus ignem esse primum, aerem secundum, & sic deinceps. Propinquitas autem ad principium in loco, quicquid sit illud, potest esse dupliciter. Vno modo secũdum ordinē naturalem, sicut aqua propinquior est medio naturaliter quàm aer, aer uero ꝓpinquior extremo, scilicet cęlo. Alio modo (sicut euenit), idest secundum ꝗ ordinantur aliqua in loco à casu, vel à quaecunque causa præter naturam, sicut in lapidibus superpositis inuicem in aceruo, suppremus est prior uno ordine & alio est prior infimus. Et sicut id quod est propinquius principio, est prius, ita quod remotius à principio, est posterius.

Principium in ordine locali duplex

B E S S. *Quædam secundum tempus aliqua enim, eo quòd remotiora à nunc sunt: vt de eis, quæ facta sunt: quæ enim in Troia fuerunt priora sunt his, quę apud Mediam facta sunt, quoniam remotius à nunc distant. aliqua vero eo, quòd propinquiora ipsi nūc sunt: vt de futuris. prius enim festum, quòd apud Nemeā futurum est, quàm quod apud Delphos, quoniam propinquius ipsi nunc est, vt principio, & primo ipsi nunc posito.*

A N T. Par. 2. *Alia secundum tempus. Hac quidem enim eo quòd remotiora ab ipso nunc, vt in factis. Priora namq; troica medijs, quia remotiora ab ipso nunc. Alia assiniora ipsi nunc, vt in futuris. Prius enim Nemea Pythion, quia propinquius nunc: & ipso nunc vt principio & primo usi sunt.*

Alia. Lhēc Hoc autem eo ꝗ propinquius nūc ut i futuris.

Secundus modus attenditur secundum ordinem temporis, quem ponit dicens, ꝗ alia dicuntur priora ſm tempus, & diuerlimode. Quædam namq; dicuntur priora, eo ꝗ sunt remotiora à præsenti nunc, vt accidit (in factis), i. in præteritis. Bella.n. troiana priora bellis medijs & persicis, quibus Xerses rex Persarũ & Medorum Græciam expugnauit, quia remotiora sunt à præsenti nunc. Quædam vero dicuntur priora, quia sunt affiniora vel propinquiora ipsi nunc, sicut dicitur ꝗ prius est Menelaus Pyrrho quia propinquius alicui nunc præsenti, respectu cuius utrunque erat futurum. Videtur autem hęc litera falsa esse, quia vtrunque erat præteritum tempore Arist. quando hæc sunt scripta. In Græco autem habetur, ꝗ prius est Nemea Pythion, quæ quidem erant duæ nundinę uel duo festa, quorum unum erat propinquius illi nunc, quo hæc scripta sunt, cum tamen vtrunque esset futurum. Patet autem quòd in hoc vtimur ipso nunc, vt principio & primo in tempore, quia per propinquitatem uel remotionem respectu eius, dicimus aliquid esse prius uel posterius. Et hoc necessarium est dicere secundum ponentes æternitatem temporis. Non enim potest accipi hac positione facta, aliquod principium in tempore, nisi ab aliquo nunc, quod est medium præteriti & futuri, vt ex utraque parte tempus in infinitum procedat.

Alia litera sed corrupte. Primꝰenim Menelaus Pyrrho, in græ. enim habetur sicut in hac litera.

DEFENSIO X.

Defenditur rationabilis causa, qua D. S. potauit literam philosophi fuisse corruptam, quam nulla apparenti ratione ueritatis Antonius Andreas saluare conatur.

Prius enim Nemea Pythiō: quia propinquius Nūc. Et ipso nunc, vt principio & primo vsi sunt. Alia vero litera habet. Prius enim Menelaus Pyrro.

 Dicit

Dicit hic Sanctus Doctor, φ litera illa, quæ hēt Prius enim Menelaus Pyrro, corrupta est: tamē quia tempore Arist. personæ illæ non erant futuræ, sed præteritæ: & ideo inter eas non erat ordo prioritatis ex maiori appropinquatione ad præsens nunc, vt litera Philosophi dicit, pro qua hoc exemplum inducitur: tum etiam ex textu Græco, ad quem in dubijs translatæ doctrinæ Arist. in linguam latinā debemus recurrere, qui aliud exemplum inducit. Sed Ant. And. vt in omnibus se quātum potest, immo vero non potest, Diuo Tho. opponat, dicit, φ potest illa litera saluari, si Menelaus & Pyrrus acciperentur pro duobus hominibus futuris, quorum vnus esset ꝑ pinquior præsenti nunc quàm alius. Sed huiusmodi falsæ literę defensionem hanc esse nullam ostenditur ex duobus. Primo. Quia exempla non nisi ob manifestationem inducūtur. Vnde non debuit Arist. de personis incognitis, cuiusmodi sunt omnes contingenter futuræ, ad aliquid manifestandum hic exempla dare. Non igitur posset litera illa interpretari, nisi de famigeratissimis duobus illis hominibus, inter quos prioritatis ordo omnibus notus erat, quatenus ꝑ hęc notissima exempla ratio etiam prioritatis illius innotesceret. Et tamen exempla illa repugnarent literæ, vt probat Sanctus Tho. ergo non sunt exempla Aris. Et sic litera ponens talia exempla, corrupta est. Secundo si suam insulsam hanc saluationem literæ falsæ, aliquam hic homo cupiebat apparentiam veritatis prætendere, debuerat non vni tantum rationi Sancti Doctoris in oppositū factæ satisfacere, sed ambabus. Non soluit autem rationem ex textu Gręco inductā. Cum enim Græca litera textus Arist. eo φ naturalis auctori fuerit, omnium aliorum cuiuscunque idiomatis textuū origo sit & exemplar, ipsa potius si dissonet à latina, saluari meruit quàm latina ipsa, græcā aspernādo. Nec hoc obseruat iste, nec soluit: vnde manifestum est, φ ad pauca respexit. Sed de hoc satis.

B E S S. *Quædam secundum motum. quod enim propinquius primo mouenti est, prius est: vt puer viro. etenim quoddam & hoc simpliciter principium est. Quædam secundum potentiam. quod enim excellit potentia, & fortius est, prius est. tale uero est, cuius electionem, vt alterum, quod posterius est, sequatur necesse est, ita vt non mouente illo, non moueatur, & mouente moueatur. electio enim principium est.*

A N T. Par.4. *Alia secundū motum. Propinquius enim primo mouenti est prius. Vt puer viro. Principium autem, & id quoddam simpliciter est. Alia secundum potestatem. Excedens enim potestate prius est, & quod est potentius. Tale vero est, cuius secūdum præuoluntatem sequi est necesse alterum, & posterius, quia non mouente illo non moueatur, & mouente moueatur: & est præuoluntas principium.*

Tertius modus est secundum ordinem in motu, & hoc primo ponit quantum ad naturalia dicens, φ aliqua dicuntur esse priora secūdum ordinem in motu. Illud enim, quod est propinquius primo mouenti, est prius, sicut puer est prius viro, quia est propinquior primo, scilicet generanti. Et hoc etiam prius dicitur per propinquitatem ad aliquod principium. Id enim, scilicet mouens & generans est principium quodammodo, non qualitercunq;, sicut in loco accipiebat, sed simpliciter & ẜm naturam. Secundo ponit hunc ordinem motus etiam in rebus voluntarijs dicens, φ quædam priora dicuntur secundum potestatem, sicuti homines, qui sunt in potestatibus constituti. Ille enim, qui excedit potestate, & qui est potentior, dicitur esse prior. Et hic est ordo dignitatis. Patet autem, φ hic ordo etiam est secundum motū, quia potentius & potestate excedens est, secundum {cuius præuoluntatem}, i. propositum, necesse est sequi aliquid, quod est eo posterius in mouendo, ita scilicet quòd non mouente illo potentiori vel priori, nō moueatur posterius, & mouente moueatur. Sicut se habet princeps in ciuitate. Nam ex eius imperio mouentur alij ad exequendum imperata, eo vero nō imperante, non mouentur. Et patet, quòd hoc etiam prius dicitur propter propinquitatem ad aliquod principium. Nam {præuoluntas}, idest propositum imperantis, hic accipitur vt principium, cui propinquiores sunt, & per consequens priores, per quos pro positum & imperium principis ad subditos defertur. Deinde cum dicit.

B E S S. *Quædam secundum ordinem. hæc vero sunt, quęcunque ab aliquo vno determinato proportionaliter distant. vt in tripudijs, qui secūdum* [*] *locum obtinet prior est eo, qui tertium tenet. & paranete, quàm nete, illic enim, tripudij ductor, hic vero media principiū est. hęc itaq; hoc modo priora dicuntur.*

[*] penultima quā ul tima.

A N T. Par.5. *Alia secundum ordinem, & ea sunt quęcunque ad aliquid vnum determinatum distant secundum rationem, vt parastata, & tricostata, & paranitę nitis. Hic quidem enim, qui sumitur, illic autem, quę media principiū. Ergo ea priora dicuntur hoc modo.*

Ponit modum secūndum ordinem in rebus discretis dicens, φ alia dicuntur priora secundum ordinē, qui inuenitur in aliquibus rebus tantum modo quodam ordine associatis sibi, non per continuitatem, vt in præcedentibus accidebat. Huiusmodi autem sunt, quæ distant ab aliquo vno determinato secundum aliquam rationem determinatam, vt parastata, tricostata. Parastata est prius tricostata. Parastata dicitur ille, qui stat iuxta aliquem, puta Regem. Tricostata autem est ille, qui stat tertius ab eo. Vnde alia litera habet. {Præstans, tertiò stāte prius est.} Patet autem, φ alia ratio distantiæ est distare, vt secundum, vel tertium. Et similiter paranetę sunt priores nitis. In chordis enim Hypatæ dicuntur, quæ sunt graues, nitæ vero acutę dicuntur, mediocres autem uocantur mesę. Paranitæ autem dicuntur quæ sunt iuxta nitas mesis propinquiores. Patet etiam, φ hic dicitur etiam esse aliquid prius per propinquitatem ad aliquod principium. Sed differēter in utroque prædictorum exemplorum: quia in illis, scilicet parasta & tricostata accipitur principium id, quod est uerum initium & extremū, scilicet ille, qui est summus inter alios uel vertex aliorum, ut Rex vel aliquis alius talis. Sed in chordis accipitur vt principium, medium, & media chorda quæ dicitur mesa, cui propinquiores dicuntur paranitæ, & per hoc priores dicuntur nitis. Ita ergo dicuntur priora per hūc modum, scilicet per ordinem quantitatis vel continuæ vel discretæ. Secundo ibi.

B E S S. *Alio vero modo, quod cognitione prius, tanquam & simpliciter prius. Horum autem aliter ea, quę secundū rationem, atque ea, quę secundum sensum. Secundum enim rationem, vniuersalia priora, secundum vero sensum, singularia.*

A N T. Par.6. *Alio vero modo quod cognitione est prius, vt simpliciter prius. Horum aūt aliter & quę secundum rōnem, & quæ secundum sensum. Nam secundū rationem vniuersalia priora, secundum autem sensum singularia.*

Ostendit quomodo aliquid dicitur prius altero in cognitione. Illud autem prius est cognitione, qđ etiam prius est simpliciter, non secūdum quid, sicut erat in loco: nam res per sua principia cognoscitur. Sed, cum cognitio sit duplex, scilicet intellectus uel rationis, & sensus, aliter dicimus aliqua priora secundum

dum rationem,& aliter secundum sensum. Ponit autem tres modos, secundum quos aliquid est prius ratione siue cognitione intellectiua. quorum prim⁹ est secundum ꝙ vniuersalia sunt priora singularibus, licet in cognitione sensitiua accidat ecõuerso. Ibi enim singularia sunt priora. Ratio enim est vniuersalium, sensus autem singularium. Vnde sensus nõ cognoscit vniuersalia nisi per accidens, inquãtum cognoscit singularia, de quibus vniuersalia prædicãtur. Cognoscit enim hominem inquantum cognoscit Socratem, qui est homo. Ecõtrario autem intellectus cognoscit Socratem inquantum cognoscit hominem. Semper autem quod est per se est prius eo quod est per accidens. Secundum modum ponit.

Prius secundum intellectum tribus modis.

BESS.

Et secundum rationem accidens toto prius. vt musicum homine musico. non enim erit ratio tota absque parte. tametsi non contingit musicum esse, si non sit aliquis musicus.

ANT. Par. 7.

Et secundum rationem accidens toto prius, vt musicum, musico homine. Non est enim ratio tota sine parte, & non contingit musicum esse non existente aliquo musico.

Dicit, ꝙ secundum rationem prius est accidens quàm totum, idest quàm compositum ex subiecto & accidente, & musicus homo cognosci non potest sine ratione huius partis, quod est musicum. Eodem modo quęcunque alia simplia sunt priora secundum rationem compositis, cum in sensu sit econuerso. Nam sensui primo composita offeruntur. Tertium modum ponit ibi.

BESS.

Item priores dicuntur passiones priorum, vt rectitudo lęuitate. ista.n. lineæ per se passio, hæc vero superficiei. quędam igitur ita priora & posteriora dicuntur.

ANT. Par. 8.

Amplius priora dicuntur priorum passiones, vt rectitudo leuitate. Hoc enim lineæ secundum se passio, illud vero superficiei. Alia quidem sic dicuntur priora & posteriora.

Dicit, ꝙ priora dicuntur ẽt ſm rationem, passiones, sicut rectitudo habetur prior lęuitate. Rectitudo enim est per se passio lineæ, læuitas aũt superficiei, linea vero naturaliter est prior superficie. Secundũ autem sensum prior est superficies linea, & passiones cõpositorum passionibus simplicium. Hæc igitur dicuntur priora per hunc modum, scilicet per ordinem cognoscendi. Deinde cum dicit.

BESS.

Quædam vero secundum naturam, & substantiam, quęcunque contingunt absque alijs esse, ista vero sine illis minime: qua diuisione vsus est Plato. Cum autem ipsum esse multipliciter dicatur. primo quidem subiectum est prius, propter quod substantia prior. Deinde aliter quę secundum potentiam, & quę secundum actum. quædam enim secundum potentiam priora sunt, quædam vero secundum actum. veluti secundum potentiam quidem dimidia quam tota, & particula quàm totum, & materia, quàm substantia. secundum actum vero posteriora. dissolutio etenim secundum actum erit.

ANT. Par. 9.

Alia vero secundum naturam & secundum substantiam, quęcunque contingit esse sine alijs, & alia non sine illis. Qua diuisione vsus est Plato. Et quoniam esse multipliciter dicitur, primum quidem subiectum prius, propter quod substantia prius. Deinde aliter quę sunt potestate & perfectione. Nam alia potestate priora, alia perfectione: vt secundum potestatem quidem dimidietas, toto: & pars, toto: & materia, quàm substantia. Secundum perfectionem vero, posterius. Nam dissoluta, secundum actum erunt.

Ponit modos, quibus dr̃ aliquid prius ſm ordinẽ in essendo, & circa hoc duo facit. Primo ponit tres modos, quibus dr̃ aliquid esse prius in essendo. Secundo reducit eos ad vnum, ibi Modo itaq; quodam. Dicit ergo primo, ꝙ quædam dicuntur esse priora, ſm naturam & substantiam, i. ſm naturalem ordinem in essendo. Et hoc tripliciter. Primo rõne cõitatis aut dependentiæ: ſm quod priora dicuntur, quæ possunt esse sine alijs, & illa non possunt esse sine eis. Et hoc est prius, à quo non conuertitur essendi consequentia, vt dicitur in prædicamentis. Et hac diuisione, i. isto modo prioris & posterioris contra alios diuiso usus est Plato. Voluit.n. ꝙ propter hoc vniuersalia essent priora in essendo quàm singularia & superficies quàm corpora, & lineæ quàm superficies, & numerus quàm omnia alia. Secundus modus attenditur ſm ordinem substantiæ ad accidens. Quia enim ens multipliciter dicitur, & non vniuoce, oportet, quòd omnes significationes entis reducantur ad unam primam, ſm quam dicitur ens, quod est subiectum aliorum entium per se existens. & propter hoc primum subiectum dicitur esse prius: vnde substantia prius est accidente. Tertius modus atenditur ſm diuisionem entis in actum & potentiam. Nam vno modo dicitur aliquid esse prius ſm potentiam, & alio modo ſm actum: ſm potentiam quidem dimidium rei est prius re ipsa, & quælibet pars toto, & materia quam substantia, idest quàm forma. Hæc enim omnia sic cõparantur ad ea, respectu quorum sic dicuntur priora, vt potentia ad actum: secundum actum vero, dicuntur prædicta esse posteriora. Nam prædicta non efficiuntur in actu nisi per dissolutionem. Resoluto enim toto in partes, incipiunt partes esse in actu. Deinde cum dicit.

Par. seq.

In post prædicamẽtis capitulo de priori.

BESS.

Quodammodo igitur omnia quęcunque prius, & posterius dicuntur secundum hæc dicuntur. Quædam enim secundum generationem contingit absque alijs esse, vt totum partibus. quædam vero secundum corruptionem, vt pars toto. similiter etiam cętera.

ANT. Part. 10.

Modo itaque quodam, omnia prius et posterius dicta secundum hęc dicuntur. Alia namque secundum generationem sine alijs esse contingit, vt totum partibus. Alia secundum corruptionem, vt pars toto. Similiter autem & alia.

Concludit, ꝙ oẽs modi prioris & posterioris possunt reduci ad hos vltimos modos, præcipue ad primum, prout prius dr̃ quod potest esse sine alijs, & nõ econuerso. Quædam.n. possunt esse sine alijs ſm generationem, per quem modum totum est prius partibus: quia, quando iam totum generatum est, partes non sunt in actu, sed in potentia. Quædam vero contingit esse sine alijs ſm corruptionem, sicut pars sine toto, quando est iam totum corruptum & dissolutũ in partes. Et similiter etiam alij modi prioris & posterioris ad hũc modum reduci possunt. Constat enim, quòd priora non dependẽt à posterioribus, sicut ecõuerso. Vnde omnia priora aliquo modo possunt esse sine posterioribus, & non econuerso.

Reducit Alexan. ad actum & potentiam. in gñatione totũ actu prius est & in corruptione potentia posterius suis partibus ca. 12.

LECTIO XIIII.

Potentiæ & possibilis, & impotentiæ & impossibilis proprie, & improprie ratio ac modi exponuntur, ijsq; ad unum reducuntur.

BESS. Tex. 17.

POtentia dicitur, quędam quidem principiũ motus aut transmutationis in altero, aut prout alterũ, est. vt ędificatiua potentia est, quę non inest in ędificato. sed ars medendi, cum sit potentia, inerit tamen in eo, qui sanatur sed non prout sanatur. Quędam igitur omnino principium transmutationis, aut motus dicitur potentia in altero, aut prout alterum est.

A N T. Tex c. 17. Par. 1.

Potestas dicitur alia quidem principium motus, aut mutationis in diuerso, inquantum diuersum, vt ædificatiua potestas, quæ non est & existit in ædificato. Sed ars medicinalis est potentia, & existit in sanato, sed nõ inquantum sanatum est. Ergo totaliter principium permutationis, aut motus dicitur potestas in diuerso, inquantum diuersum.

Postquam distinxit nomina significantia partes vnius, hic incipit distinguere nomina significantia partes entis, & primo secundum ꝙ ens diuiditur per actum & potentiam. Secundo prout diuiditur ens in decem prædicamenta, ibi: {Quantum vero, dicitur quod est diuisibile,} Circa primum distinguit hoc nomen potentia uel potestas. Nomen autem actus prætermittit, quia eius significationem sufficienter explicare nõ poterat, nisi prius natura formarum esset manifesta, quod faciet in octauo & nono. Vnde statim in nono simul determinat de potentia & actu. Diuiditur ergo pars ista in partes duas: i prima ostẽdit quot modis dicitur Potentia. In secunda reducit omnes ad vnum primum, ibi: {Quæ vero secũdum potentiam.} Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomẽ potentia. Secundo hoc nomen impotentia, ibi: {Impotentia autem.} Circa primum duo facit. Primo ponit modos potentiæ. Secundo modos possibilis, ibi: {Dicta vero potestate.} Ponit ergo in prima parte quatuor modos potentiæ vel potestatis. Quorum primus est, quòd potẽtia dicitur principium motus & mutationis in alio inquantum est aliud. Est enim quoddã principium motus vel mutationis in eo, quòd mutaſ, ipsa scilicet materia: uel aliquod principium formale, ad quod consequitur motus, sicut ad formam grauis uel leuis sequitur motus sursum aut deorsum. Sed huiusmodi principium non potest dici de potentia actiua, ad quam pertinet motus il e. Omne enim quod mouetur, ab alio mouetur. Neque aliquid mouet seipsum nisi per partes, inquantum vna pars eius mouet aliam, vt probatur in 8. Phy. Potentia igitur, secundũ ꝙ est principium motus in eo in quo est, non cõprehenditur sub potentia actiua, sed magis sub passiua. Grauitas enim in terra non est principiũ vt moueat, sed magis vt moueatur. Potentia igitur actiua motus oportet quòd sit in alio ab eo quod mouetur, sicut ædificatiua potestas non est in ædificato, sed magis in ædificante. Ars autem medicinalis, quamuis sit potentia actiua, quia per eam medicus curat, contingit tamen quòd sit in aliquo sanato, non inquantum est sanatum, sed per accidens, inquantum accidit eidem esse medicum & sanatum. Sic igitur uniuersaliter loquendo, potestas dicitur vno modo principium mutationis aut motus in alio, inquantum est aliud. Secũdum modum ponit ibi.

Lect. seq. — Infra p. 4. — Infra pt. 9. — Infra par. 5. — Potentia quatuor modis dicitur. — Tex. c 18. — Potẽtia acti ua nũquam est in motu ut tale.

DEFENSIO XL.

Defenditur diuisio entis in actum & potentiam a D. S. hic assignata, & Scotistarum obiectiua potentia hic ab Ant. temere contra D. Thomam inducta validissimis eliditur argumentis.

Num potẽtia obiectiua, & suus actus diuis fuerit a Phi.

HOc in loco Ant. And. impugnat primam textus partitionem à Sãcto Thoma propositam, qua dicit quòd Arist. in isto capitulo distinguens nomina, quæ significãt partes entis, duo facit. Primo facit, quòd dictum est, secundum quòd ens diuiditur per potentiam & actum. Secundo prout diuiditur ens in decem prædicamenta. Dicit ergo Ant. And. quòd ista assignatio non videtur propria, quia potentia, quæ est differentia entis, est potentia obiectiua, vt dictum (inquit) fuit supra. De qua potentia, nulla fit mentio in præsenti capitulo. Similiter de actu sibi opposito & sibi condiuiso nihil hic agitur. Et subdit. Posset dici, quòd illa potentia, de qua hic agitur, non sit illa potentia, quæ proprie est differentia entis, vt dictum est supra capitulo de ente, tamen largo modo & forte secundum aliam diuisionem entis, ista potentia posset dici differẽtia entis, quatenus omne ens vel est in potentia de qua hic agitur, vel non. Et sic nõ est facienda magna uis in proposito, dummodo intẽtio Philosophi & literæ habeatur. Hęc ille formaliter. Vbi & in margine dicit Mauritius. Obijcitur contra diuisionem Tho. sed saluat consequenter eum. Sed sicut in oppugnando sanctum Tho. ita & dum nititur eum vel se potius Ant. And. iuxta suas opiniones saluare, veritatem peruertit, ac aperte seipsum extortæ expositionis accusat. Hæc omnia simul ex hoc patent, quia dicit ens supra diuisum non in actum & potentiam de qua hic agitur, sed in aliam potentiam qũam vocat obiectiuam, & in actum sibi correspõdentẽ diuidi. Patet enim ꝙ si supra Arist. in capitulo de ente non diuisisset ens in actum & potentiam, de qua hic agit, fuisset ibi diminutus, non assignando omnes modos entis, aut omnes eius partes non propalando. Est enim potentia, de qua hic agit, magis ens & magis digna nomine entis, cum ſm aliquos suos modos magnam importet perfectionem, sicut ſm modum potentiæ actiuæ, & potentiæ naturalis, quàm illa sua potentia obiectiua, quæ formaliter dicit non ens. Sed & potẽtia passiua, si sumatur de per se & vt contra actũ diuisa, perfectius ens dicit quàm illa chimera. Et vtiq; argumentum, quod supra contra se fecit, ꝙ videlicet ens in obiectiuam illam potentiam diuidi nõ possit, quæ est formaliter non ens, concludit. Et solutio, quã inducit derilibilis est, dum dicit diuisionem quandã superioris aut communioris inueniri, ſm quam diuisum non de omnibus suis mẽbris diuidentibus prædicatur. Et exempla quæ ad hãc erroneam doctrinam declarandam inducit, ostendunt illum nec vocem ꝓpriam intelligere. Dicit. n. quòd si diuidatur homo in verum & pictum, patet ꝙ pictus hominis prædicationem non suscipit. Sed aduertat obsecro bonus iste homo ad vocem suam, & attẽdat ad sonum diuisionem exprimẽtem. Sic enim exprimitur diuisio cuiuscunq; superioris saltem ſm uocis communitatem. Vt dicaẽ verbi causa, Animalium aliud est rationale, aliud irrationale: & similiter aliud est pictum, aliud uerũ. Si ergo vere sic fiat diuisiõ, manifestum est etiam ex sono verborum ꝙ membra de diuiso prædicantur indefinite vel particulariter, & sic istæ sunt veræ: Aliquod animal est pictum, & aliquod verum &c. & consequenter conuersæ ẽt prædicationes veræ erunt. Non enim terminus distractiuus impedit in conuersione simplici consequentiæ firmitatem, cũ consequentia illa for malis sit, & à forma propositionum sumpta. Cum autem dicit hominem non pędicari de picto vel econuerso, vtique quidem verum est ipsum condiuisum. i. verum hominem non vere pędicari de picto. Sed hominem secundũ communitatem uocis uel analogiæ diuisum pędicari de condiuisis mẽbris ſm analogię uel uocis communitatem, non est falsum, immo verissimum, vt patet ex cõmuni hominum colloquio circa talia. Non eget etiam S. Tho. saluatione illa erronea cõtra oĩum vere sapientium dogmata, & honori Arist. plurimum detrahente. Nunquid hi volunt diuum Doctorem cæli fulgẽtissimum luminare suis ẽt tenebris inuoluere? Nouit Mauritius Sanctum Tho. illas horrere chimeras. Quomodo ergo saluat per illas consequenter eum ꝑ duplicem, quam ipse negat, in potentiam & actum entis diuisionem? Vnicam diuus Tho. & q̃ ꝓprie & nõ largo modo sumatur, diuisionẽ ponit entis in actũ & potentiam, q̃ sunt partes entis

tis & differentiæ eius:quam supra proposuit in capitulo de ente, & in nono explicabit apertius. Et cuius membrum, potentiam inquam hic diuidit in varios modos. Tuas ergo pro te recondas has fabulas, tu dubita in scholis tuis, ens diuidi in actum, vt diximus, & hic explicatam potentiam: & ob hoc dicas, forte diuiditur. Dubita tu etiã si vel largo modo hanc forte admittat diuisionem,& noli his tuis vmbris sancti Doctoris nostri gloriam quasi saluans confundere. Si de prædicta potentia obiectiua hic quicquã aliud, diuum Thomam oppugnando Ant. An. cum aliqua vel deficiente probatione tractasset, multo diutius & nos in illius reprobatione moraremur. Sed quia dicta sua non aliter roborauit, ideo de hac materia mihi nunc supersedendum est vt propositum intentionis huius suscepti laboris obseruem.

DEFENSIO XII.

Ostenditur quam temere Ant. And. Doctorem S. oppugnauerit, quasi exponentem textum philosophi tantum de potentia pasiua intendere, cum palam de actiua locum philosophi exponat.

Principium permutationis, aut motus potestas in diuerso inquantum diuersum dicitur.

Num potentia actiua, quæ est principium motus in eo, in quo est, sit actiua uel pasiua.

HOc in loco Ant. And. recitat expositionem Sancti Tho. & eam reprobat sic dicens: Notandũ, quod quidam expositor aliter exponit istam literam. Dicit.n. quod illa potẽtia isto modo dicta est, quod dam principium motus, vel mutationis in eo quod mutatur, s. ipsa materia, vel aliquod principium formale, ad quod sequitur motus, sicut ad formã grauis vel leuis sequitur motus sursum & deorsum. Et hoc principiũ non potest dici potentia actiua, ad quam pertinet iste motus, quia omne quod mouetur ab alio mouetur. Nec aliqd mouet seipsum nisi p partes, inquantum vna pars mouet aliam, ex octauo physicorũ. Potẽtia ergo, s'm quod est principium in eo in quo est, non cõprehenditur sub potentia actiua, sed sub pasiua. Sed ista expositio, vel non est ad intentionẽ literæ, vel exponit literam de potentia pasiua, & tunc minus valet, tum quia est cõtra mentem Philosophi, qui loquitur hic de potẽtia actiua: & sic distinguitur hic secũdus modus à primo vt patebit. Tum quia supponit falsum, quod. s. forma grauis non sit principium actiuũ motus grauis, sed quod principium motus sequitur ad eam quasi ad materiam. Nã ostendetur non huius, quod grauia & leuia mouẽtur à seipsis effectiue. Tum qa in mouẽtibus se cuiusmodi sunt animalia, principium seu potẽtia actiua motus est in toto, vt patet ex septimo & octauo physicorũ, cuius oppositum dicit iste. Tũ quia aliquod indiuisibile puta angelus pôt seipsum mouere effectiue, vt ueri theologi tradunt: & tamen non habet partem, & partẽ quarum vna moueat aliam. Tum quia contradicit sibiipsi. Nam infra ibi (Dicta vero parte) dicitur quod primus modus posibilis accipitur correspondenter primo modo potentiæ, & iste modus est de posibile sine de potente actiue sumpto, ut ibidem dicit. Hæc ille. In hac autem impugnatione primo quidem iuxta suam malã cõsuetudinẽ ac malitiosæ infidelitatis notam, male & truncate sic recitat S. Thom. literam, quod vt ab hoc homine referuntur verba S. Tho. sensum prætendant totaliter oppositum ei, quod sana & cõpleta litera diui Thomæ exprimit apertissime. Secundo non intelligit angelicum Doctorem nec mentem eius penetrat, vbi etiam pueri facile illum intelligerẽt, & ob hoc impugnationes inutiliter inculcat. Tertio falsa intermiscet plurima. Quarto id quod S. Thomas pro sua quadam probatione hic inducit iste contra S. Thomam, quasi ex se & sine reprobatione, ad idem tamen, proponit. Quinto denique à proposito uia diuertit & per abrupta vagatur. Et ut breuibus cũ cta complectar, expositio hæc sua, impugnatioque; prædicta, tot refarcitur, tum falsis, tum inutilibus, vt numerum pene senteotiarnm superent. Nec posim existimare eam ab Anto. And. nullatenus emanasse, sed forte interpositam ab aliquo viro admodum ignorante, vt sicut expositionem quæ non Scoti est, Scoto nõ vereantur ascribere: sic & istas impugnationes apertis fallitatibus plenas attribuant Ant. And. quas forte nũquam vidit: quinimmo si viueret talia sibi fuisse attributa, doleret plurimum ac confunderetur. Ne autem uerbis tantummodo ludere videar, singula luce clarius inducemus.

Quantum ad primum, igitur, scilicet, quòd male & admodum infideliter recitet sancti Doctoris verba, patet primo quantum ad sensum in communi dum incipit, Notandum, quòd quidam expositor aliter exponit istam literam &c. Quod quidem est falsum, quia non aliter exponit quam & tu facias, qui & ab illo quicquid in metaphysi. expositione boni dixisti furatus es. Idem quoque exemplum duplex quod & Aristo. est, inducit &c. Secundo quantum ad verba quæ sensum exprimunt. Non enim dicit Sanctus Tho. quòd potẽtia isto primo modo dicta, est quoddam principium motus vel mutationes in eo quod mutatur &c. Immo dum incipit exponere totum oppositum proponit dicẽs: Primus modus est quòd potentia dicitur principium motus vel mutationis in alio inquantum est aliud; quæ verba dum in tua recitatione prætermittis, vtique conuinceris apertissime quod infidelis relator exriteris, & cum malitiosa intẽtione in hac tua impugnatione processeris. Inducit aũt post hæc diuus Tho. esse aliquod principiũ in eo qd mutatur, & declarat eius naturam & cõditiones, vt p hoc tanquã per iuxta positionem oppositi propositũ facilius innotescat, quod declarare ex textu assumpserat, quia videlicet tale de quo loquitur textus, non est id quod dicitur esse in eo quod mutatur, sed est illud quod est in alio inquantum est aliud. Voluit enim declarare S. Tho. quid est dictum in alio inquantum aliud, ex hoc videlicet quod non in ipso quod mutatur est tale principium. Quod vt perfecte cognosceretur, cõueniẽs fuit declarare cuiusmodi naturæ, sit principiũ illud quod in eo est quod mutatur. Sic igitur nedum ad propositum, sed vtile fuit & necessarium, vt p affirmatiuã, negatio in ly. alio, inclusa, innotesceret: vt simul cõprehenderetur ad hunc modum non pertinere, principium motus quod est in eo quod mouetur, vt sic, sed id tantum modo quod in alio vt sic inueniatur. Et hanc esse S. Tho. intentionem, et pueris, & omnibus qui nõ penitus lumine intellectus priuati sint, innotescere pôt, cum verba non possent ad id exprimendum aptiora formari quam ea quæ protulit sanctus Tho. Aliter prima & secunda huius expositionis sibi inuicem contradicerent è directo. Potentiam inquam ad primum modum pertinentem esse principiũ motus & mutationis in alio inquantũ est aliud, & quod illud met principiũ sit principium motus & mutationis in eo quod mutatur. Ex quo vtique sanctus Doctor nedum impugnatione, sed derisione dignus fuisset. Quod tamen non tetigit oppugnator, ne forte suam confusionem & malitiam reuelaret. Confusionem quidem, si recitasset omnia S. Tho. verba vt necessarium fuisset, si de risibilitate in illam innuere uoluisset. Notum enim statim tunc factum esset pueris, hunc hominem non apprehendisse mentem S. Tho. in clarissima litera; ex quo cognoscerent tuas has impugnationes vere esse derisibiles, vtpote in vanum & nõ ad propositum allatas. Malitia vero si nõ recitatis om-

 nibus

nibus sancti Tho. verbis, inconuenientia deduceret, q truncatam suam fuisse relationem oibus indicaret.

Infidelem item fuisse ab hoc homine verborum sancti Tho. relationem, patet & ex hoc aperte, quia non complete ea deducit, immo vbi sanctus Tho. pręmissa declaratione proposita de ipso, scilicet principio motus in eo quod mutatur, reassumit textum Aristo. exponere de potentia actiua: iste quasi completa iam sit expositio eius, incipit ea quæ retulit impugnare. Non autem ab re hoc fecit. Perpendit enim si completam adduxisset diui Thomæ expositionem in textū, statim omnes cognoscerent eius impugnationem non esse ad propositum, vt clare nunc ipse deducam in secundo arti...

Quantum igitur ad secundum, q videlicet Anto. And. non intelligat diuum Tho. & ob hoc impugnationes inutiliter inculcet, tametsi ex dictis clarissimū iam sit, adhuc tamen aliter explicabitur, vt magis veritas elucescat, & gloria sancti Tho. illibata persistat ex omni parte. Putat hic bonus homo diuum Tho. exponere præsentem textum de potētia passiua. Qd quidem esse falsum ex hoc patet, quia postquam sanctus Thomas aperte in principio expositionis clarissima sñia de actiua textum esse interpretandum proposuit, & declarato postmodum quomodo in aliquibus est principium motus nō in alio, sed in eo, quod mouetur: & quod tale principium in eo quod mouetur inuentum, non est potentia actiua sed passiua, statim regreditur ad textus expositionem dicens: Potentia igitur actiua motus oportet q sit in alio ab eo qd mouetur &c. & subdit exempla textus. Et in fine repetit talem potentiam ad hunc primum pertinere modum quasi concludens conclusionē textus & dicens: Sic igitur vniuersaliter loquēdo, potentia dicitur vno modo principium mutationis aut motus in alio, Inquantum est aliud. Quis ex his nō videat apertissime diuum Tho. de potentia actiua hunc textum exposuisse? Nullum etiam puto tantæ dementiæ quod existimet diuum Tho. non cognoscere inter modos potentiæ, actiuam cæteris præeminere, cum ad hanc ēt Philosophus, alijs omnibus dictis modis potentias deducat. Nunquid igitur existimandum esset, quod si in hoc loco non de actiua loqueretur, cum alibi in hoc capitulo mentionem de ea, vt de speciali modo non faciat, nō perpenderet se & Philosophum esse diminutos, non tradendo modū potentiæ actiuæ, & ēt superfluitatem incurrere, bis repetendo modū potentiæ passiuę, hic, s. & in secundo modo? Non existimāt talia de diuo Thoma nisi qui eum odio gratis prosequuntur. Omnes ergo rationes quas contra diuum Tho. hic homo multiplicat, quasi exponentem textū de potentia passiua, non sunt ad propositum, nisi ut ostendant auctorem suum fuisse hebetis admodum sensus. Quantū autem ad tertium, quod videlicet, homo iste multa falsa proponat, tam in his impugnationibus, quæ nō sunt ad ꝓpositum, quàm etiam in alijs quæ contra Sanctum Thom. hic affert, nunc induco: Primo nanque falsum est, quod dicit Sanctum Tho. supponere falsum, q scilicet forma grauis nō sit principium actiuū motus grauis, sed q principium motus sequitur ad eam sicut ad materiā. hoc inquam Sāctum Tho. supponere non est verum. Quod patet ex diuerso capite. Et primo quidē male recitat dictum sancti Doctoris, ex quo ēt falsum sibi imponit. Non enim dicit S. Tho. quòd principium motus, sed dicit q motus sequitur ad eam, scilicet formam grauis. Neque enim hoc, sm quòd hic homo recitat, verū posset esse, cum principium motus grauis sit ipsa forma grauis. Derisibile autem esset dicere, q idem sequatur ad seipsum. Quæ tamen derisibilia ex infidelibus suis relationibus, iste homo quantum in se est imponit diuo Thomæ, ita ut si nō videretur litera sancti Thomæ, sed tātum, quæ quasi de ea recitat iste miser, putaretur ab oibus quòd diuus Thomas fuerit unus fatuus. Det his hominibus Deus pęnitētiam super ista mendacia pessima, & iniquas calumnias in tā sanctū tāque præclarum Sanctæ matris Ecclesiæ lumen. Vlterius falsum est, q S. Thomas supposuerit, quod assumplit, sed probat inuicte, q videlicet forma grauis non sit principium actiuum motus grauis. Et probatio clara est in litera si autem hoc supponeret, vt hic homo sibi falso imponit, diminutam vtique doctrinā tradidisset, non probando ad declarationē textus inducta, q̄ egent ꝓbatione. Sed forte astute, noluit hic dicere, q S. Thomas id probet, ne per hoc cognosceretur imbecillitas eius, (ne dicam iniquitas) dum illā opinionem delectatur impugnare, ꝓ qua rationem factam, vtpote irrefragabilem, cognoscit se non posse soluere. Vtique si potuisset uel apparenter auctoritati Arist. inductæ obuiare, idipsum facere non omisisset: vt decens erat & necessarium, postquam opinionem impugnare cęperat, & falsum esse asseuerat, quod dicit S. Thomam supponere. Dicit vlterius q probauit in nono, q grauia & leuia à seipsis moueātur actiue. Et nos scimus oppositum huius in nono expresse haberi textu com. 2. dicente Arist. Inquantum simul natum est, nihil patitur ipsum à seipso, quo in loco debueras de hac re verba facere, & si quas habebas probationes afferre. Sed puto q pęnitueris videns tam aperte Philosophum protestātem oppositum. Quod etiam dum fugere non potuit rationibus Mauritius, ad cōtumelias se conuertit, sapientesq; sic impetit opprobriosis verbis inibi in margine, vt Maurus ēt quilibet eū in mansuetudine facile superasset. Sed quid nā sapientibus de his, qui foris & extra oēm politicum viuendi modū sunt, iudicare? Qualis dispositionis hic homo fuerit apud Deum & homines, sua illa & similia multa verba, q̄ scripto etiam euomuit, apertissime docent. Si nos Ant. And. probationes, quas hic ꝓdet, in sua expositione inuenerimus reprobabimus. Quæ autem in quæstionibus sunt, reprobatas ex nunc & ex tunc supponimus a doctoribus nostris, vt sæpe dixi, sed debuisses saltem hoc in loco ostēdere quomodo, id quod dicis se velle probare in Nono non repugnet Aristoteli in isto capitulo ubi dicit, Quod id, qd mouetur effectiue seu actiue, habet principiū sui motus in alio, inquantum est aliud. Decens quoq; fuerat hic declarare quomodo sibiipsi Philosophus non repugnet hic & in octauo physicorum, dum. s. dicit principium mot⁹ animatorum esse in eo quod mouetur, s. in ipsis animatis. Hic autē dicit principium actiuum motus, hoc est potentiam actiuam, esse in alio inquātum est aliud. Quam nō esse contradictionem iste nō declarat, vt debitum esset expositoris. Vō bene Sanctus Tho. id declarauit, dum dixit, in eo etiam, quod mouet seipsum, esse mouens aliud à moto, quia in talibus sunt duæ partes &c. Et intelligitur non solum esse aliud mouens à moto sicut pars à toto, sed sicut pars à parte, quæ. s. primo mouetur, vel quæ est ratio quare totū moueatur, in qua parte vt sic, pars illa mouens non est, licet sit in toto, cui quidem cōpetit esse primum, idest adæquatum subiectum motus, sed nō nisi ratione partis. Et hoc sufficit ad saluādum hic & ibi Philosophum, quod scilicet & in alio sit motiua & actiua potētia, qa pars mouens nō est in parte mota, quæ etiam est ratio toti quod moueatur, & nihilo minus totū à seipso moueatur actiue, quia in eo pars sua, est principium motus ejus actiuum. Si autem prædictam sententiam S. Thomæ, videlicet, quod ad formam grauis sequitur motus deorsum, iste credat esse intelligendam de forma substantiali: tunc non intelligit Sanctum Tho. ipse. n. loquitur de forma gra-

uis,

uis, vt graue est, & de forma leuis vt leue. Et tales formæ sunt grauitas & leuitas, quæ sunt formæ accidentales. Hanc enim sententiam ponit etiam diuus Tho. & magis explicat in secundo physicorum, in principio dicens; In corporibus grauibus & leuibus est principium formale sui motus. Sed huiusmodi principiũ formale non potest dici potentia actiua, ad quã pertinet iste motus, sed comprehenditur sub potentia passiua. Grauitas enim in terra, non est principium vt moueat, sed magis vt moueatur. Hæc ille. Sed nec ipsa substantialis forma grauis, est actiuum principiũ motus vt quod. Vnde & Sanctus Tho. vbi supra post præallegata uerba, hoc ipsum immediate subiungens manifestat dicens: Sicut alia accidentia consequuntur formam substantialem ita & locus, & per consequens moueri ad locum: non tamen ita, quod forma naturalis sit motor, sed motor est generans, quod dat talem formam ad quam talis motus cõsequitur. Hęc ille. Patet igitur ꝙ nec forma substantialis grauis est principium motus eius actiuum, & consequenter ꝙ nec graue seipsum mouere põt actiue, nec hic homo vnquã oppositum bene probabit. Vlterius in hoc eodẽ passu Ant. And. aliud imponit diuo Doctori, quod nec dicit, nec ẽt verum est, hoc inquam, ꝙ principiũ mot⁹ siue ipse motus sequatur ad formã grauis vt ad materiam. Hoc enim non dicit S. Tho. nec ex dictis eius elici põt, immo oppositum, cum tale principium hic appellet formam, & ex opposito diuidat à materia, dicens: Est quoddã principiũ motus vel mutationis in eo qđ mutatur, ipsa, s. materia, vel aliquod principium formale ad quod cõsequitur motus. Ecce qđ hoc principium formale distinguit contra materiã. Et tale principium formale dicit sub exẽplo esse formam grauis in graui, & formã leuis in leui. Sicut.n. exemplificat formaliter: Sicut ad formam grauis vel leuis sequitur motus sursum vel deorsum. Ecce ꝙ nõ dicit, ꝙ tale principium motus vel ẽt motus ipse sequatur ad eam, s. formam grauis quasi ad materiam. Nõ debuit igitur homo iste tale falsum, & talem ineptum modum loquendi S. Tho. imponere. Nam licet ẽm doctrinam eius aliquod principium passiuũ motus sit ipsa materia, & omne principium passiuũ motus habeat vniuersaliter rationem principij materialis, cum pati vt sic, materię primo competat, & consequenter per eius rationis aliqualem participationem omnibus alijs, quibuscunque competit, & ob hoc ẽt dispositio se tenens ex parte materiæ, quatenus dispositũ sit subiectum ad ipsum moueri, habeat rõnem materialis principij motus: non tamen vnquam dicit diuus Th. omne tale motus principium esse materiã ipsam. Ipsa nanq; materia (vt diximus) est principium motus passiuum, sed remotum. Proximum autẽ materiale principium mot⁹ est aliqua forma, vt diximus de grauitate & leuitate. Aliud dictum adhuc falso hic homo in impugnatione ista diuo Thomæ imponit, dum dicit ꝙ in mouentibus se cuiusmodi sunt aĩalia, principiũ siue potentia actiua motus est in toto, vt patet ex septimo, & octauo physi. cuius oppositũ (inqt) iste, s. sanctus Tho. dicit. Falsum est & expresse falsum quod S. Tho. dicat oppositum huius. Immo hoc ipsum asserit hic, allegans & ipse Philosophum in octauo Phy. vbi expresse & proprie id probatur. Post quã enim S. Tho. hic asseruit inueniri in rebus quoddam principium in eo, quod mouetur, excludit illud ab hoc primo potentiæ modo posito à Philosopho dicens, Sed huiusmodi principium non potest dici de potentia actiua, ad quam pertinet motus iste. omne enim quod mouetur ab alio mouetur: neque aliquid mouet seipsum nisi p partes, inquantũ vna pars eius mouet aliam, vt probatur in octauo Physic. Hæc ille. Quis autem ex his verbis nisi totaliter hallucinans & passionibus actus, quæ nõ sinunt cernere verum, vnq̃ eliceret ꝙ S. Tho. dicat, non solum secundum verba, sed nec ẽm minimam apparentiam sensus, quod in mouentibus se, cuiusmodi sunt animalia, principiũ siue potentia actiua motus non sit in toto? nonne directe totũ oppositũ exprimunt verba ista sancti Doctoris? in hoc enim, quod dicit, (Nihil mouet seipsũ nisi per partes inquantum vna pars eius mouet aliã) duo exprimit. Primum negatiuum, videlicet, ꝙ nihil mouet seipsum per hoc quod in eo est aliquod pricipium quod non est pars: qualia principia sunt prædictæ dispositiones materiales, grauitas inquam & leuitas, & huiusmodi. Neq; enim prædictæ formæ accidentales sunt partes eius quod mouetur. Aliud affirmatiuum ꝙ, s. in mouẽtibus se oportet inueniri duas partes, quarum vna sit mouens & alia mota, vt probatur (inquit) in 8. physi. Hoc enim in animatis quibuscunque probat ibi Philosophus inueniri, quem sequitur ibi S. Tho. illam probationem explanans. Vltimũ deniq; falsum & satis opprobriosum quod S. Tho. non veretur falso imponere est, ꝙ cõtradicat sibiipsi. Vtiq; miser ẽm imbecillitatem tui capitis & sensum tuũ obtusum, quo eius mentẽ in clarissima litera nõ apprehendisti. In hoc.n. saltem debuisti aduertere ꝙ ẽm intẽtionem sancti Tho. primus modus potentiæ non nisi potentiam actiuam sonat, & secundus passiuam. Cum aperte vbi tu allegas dicat de ipso possibili ꝙ primus modus possibilis quo aliquid dicitur potens actiue rñdet primo modo potentię, secundum quam dicitur aliquid potens agere dupliciter, scilicet per se seipsum, uel mediante alio, & hanc dicit esse potentiam actiuam. Et secundum modum possibilis dicit correspondere secundo modo potentiæ, quã & loco proprio ubi modos potentiæ supra distinxit, dixit esse potentiam passiuam. Si.n. in primo modo non fuisset locutus de potẽtia actiua, cum nullibi tribuat illi alium modũ, uel de ea in alio distincto modo de per se loquatur, vtiq; vt minus sapiẽs diminutus fuisset & modicæ considerationis, vt illum modum potẽtiæ prætermitteret: & etiam non intueretur in dictis Arist. qui est præcipuus inter oẽs potentiæ modos, vtpote ad quem oẽs alios modos reducat Aristoteles in fine capituli, & quem omnes alij expositores viderunt: & iterum quem paulo post ipse quoque in primo modo contineri affirmat. Quis nam talia de sancto Tho. ad quem tota ecclesia, omnisq; Philosophorum ac theologorũ cętus, vt illuminetur recurrit, loqui uel etiam cogitare posit, nisi is, qui ei minus afficitur? Sin ecce quot falsa homo iste falso imposuit doctori gloriosissimo. Quãtum autem ad quartum, qđ in principio propositum est, ꝙ uidelicet id contra Sãctum Thomã sine probatione inducat, quod Sãctus Thomas pro se assumit, hoc inquam ex dictis iam patet. Nam Sanctus Thomas in litera sua hoc asserit, aliqua scilicet mouẽtia ex hoc actiue seipsa mouere, qa in eis sunt duæ partes, quarum vna mouetur & altera mouet, & dicit id esse probatũ per Aristotelem in 8. physi. ubi tex. com. 28. & inde, probat Philosophus, ꝙ animata sola sunt talia. Hic autẽ homo in sua improbatione hoc ipsum inducit formaliter cõtra Sanctũ Thomã, quasi diuus Tho. oppositum sentiret eius, quod apertissime asseuerat. Sed neque etiam si diuus Tho. teneret primum modum potentię passiuã potẽtiam tantummodo cõtinere, concluderet aliquid, id quod hic homo infert contra Sanctum Thom. Quia stant hæc duo simul ꝙ videlicet primus modus potẽtiæ, de passiua potentia tantũmodo faciat mentionẽ de ea inquam, quæ in eo est quod mouetur: & tamẽ ꝙ inueniatur ẽt principium motus actiuum in aliquo, qđ seipsum mouet, probat Philos. in 8. Physi. Nõ.n. valet consequẽtia. Inuenitur talis potentia actiua &c.

ergo pertinet ad hunc primum modum, vt hic intendit arguere, quicquid sit de antecedente & consequẽte. Sicut enim patenter ostendimus tam consequens quàm antecedens licet non ad intẽtionem Ant. And. hic asserit S. Tho. Illum enim primum modum non de potentia passiua, sed de actiua exponit, in quo etiã omnem actiuam potentiam includit. Si autem id qđ dicit Anto. And. assumat contra primum dictum sancti Tho. quo ait quòd primo modo potentia est principium motus & mutationis in alio inquantum est aliud, iam ex hoc non S. Tho. tantum, sed etiam Aris. impugnaret qui hoc idem affirmat in textu. Sed supra responsum est & concordantia adducta prædictæ repugnantiæ apparentis, non tantum contra Philosophum & Sanctum Tho. sed etiam contra Ant. And. Philosophum exponentem: & ex hoc debuisset & ipse eidem repugnantiæ occurrere: quod non fecit, & male. In hoc etiam defecit, quia talem primam sententiam S. Thom. contra quam hoc quod dictum est forte inducit, debuisset recitare, quod etiam facere prætermisit, vt supra patuit. Vltimum quod superest afferendum contra præpositam impugnationem est, ꝙ hic homo à proposita via digreditur & per abrupta graditur, vt à vero vndiq; deuiet. Proponit enim contra Sanctum Thom. angelos seipsos mouere, qui tamen partibus carent. Sed à proposito longe vagatur, cum Aris. vtpote Philosophus purus, & itidem puram tradens Philosophiam, de motu illo angelorum nullibi faciat mentionem, nec consequenter de potentia ad talem motum actiua siue passiua. Neque enim nouit angelos illo modo moueri quo theologi tradunt. Neque si nouisset de hoc in physicis memor esset, sed neque in metaphysica, in qua Physice & nõ vt theologus loquitur. Vñ nec aliquis alius theologus debuit hic inferere ea, q̃ ꝓpria theologorũ sunt, & fidei sola reuelatione noscuntur. Hoc enim proprium illorum est, quibus ad suum propositum inferendum desunt rationes naturales cogentes, vel his etiam, qui apud theologicæ facultatis expertes, volunt se theologos & veros theologos iactitare. In hoc etiam, quòd hic homo affert de angelorum motu, malitia simul & ignorantia considerari potest. Malitia quidem in modo dicendi. Nam sic loquitur contra Sanctum Tho. oppugnator quisquis ille fuerit: (Aliquod indiuisibile puta angelus, potest seipsum mouere effectiue, vt veri theologi tradunt.) quasi velit iuuenibus legentibus, suspicionem & opinionem ingerere quòd Sanctus Thomas contra quem hoc inducit atque sequaces idipsum non teneant, angelos inquam moue re seipsos: & cõsequenter eosdem veros non esse theologos. Cum tamen nullus sit Doctor in ecclesia Dei, qui tam perfecte veritatem illam declaret ac pendat sicut facit Doctor Angelicus in prima parte, in primo sentẽtiarum, in quolibetis, & ĩ pluribus alijs locis suæ doctrinę, à quo & isti quicquid boni dixerunt mutuati sunt & in quo ab eo deuiarunt, in falsitates varias sunt prolapsi. Ignorantia vero eorum ex hoc eodem passu multiplex aperitur. Primo quidem, quia, si intendunt de motu angelorum hic loqui, vt eius principiũ non dicant esse actiuam potẽtiam, per quam seipsos actiue moueant, sed seipsos moueant per se primo, id ex immediate præcedente ratione, qua iuxta Philosophi placitum ea, quæ sic se actiue mouent partem habent & partem, aperte seipsos falsitatis contradictionis accusant. Nam Arist. ad id probatio in 8. phy. inducta in hoc fundatur, ꝙ ubi nõ est distinctio partium, si aliquid se ipsum actiue moueret, iam idem esset & secundum idem agens & patiens, & consequẽter in actu simul & in potentia. Et propter hoc postmodum infert, Deum esse omnino immobilem, quia videlicet omnino indiuisibilis est, ac summe simplex. Et pari modo inferri idem potest, & de angelis inquã tum & ipsi simplices in essentia sunt, si in eis non est etiam compositio essentię cum potentia, vt isti tenẽt. Cõtradictionem igitur claudit quod hic assumit, angelos, inquam, sic esse simplices, ꝙ non habeãt partes in se, quarum una sit mouens, & altera mota, & nihilominus eosdem seipsos actiue mouere. & ratio sua de angelis repugnet præpositæ, in qua ex intentione Philosophi dixit omne mouens seipsum, partes habere, cum de animalibus det exemplum quod dedit & Philosophus cum id docuit: cuius ratio etiam angelos apprehendit, cum & ad Deum ascendat vt diximus. Falsum est etiam angelos mouere seipsos effectiue, localiter, proprie. Cum probet Arist. 6. phy. omne sic mobile, esse corpus. Angelos autem non esse in magnitudine, sed immateriales esse substantias demonstrat tam in 8. Phy. quàm in 12. Metaph. ex motu sempiterno, quo quantum in se est indefectibiliter mouent cælestia corpora. Falsum est etiam secundum veros theologos, si veros theologos hic inducere debeã, vt falsa retundam eorum qui se denominantes veros theologos falsa disseminant, falsum inquam est angelos effectiue localiter se mouere motu vniuoce dicto cum motu physico, propter eandem Philosophi rationem in 6. physi. Neque enim Philosophiæ veritas, theologicæ veritati repugnat. Multæ etiam sunt motus physici proprietates, locali angelorum motui repugnantes. Vt necessitas transeundi per medium, incomponibilitas ex mutatis esse, indiuisibilitas eorundem mutatorum esse, indiuisibilitati instantis nostri temporis correspondens: & multa alia, ex quibus con uincitur motum illum cum isto non nisi æquiuoce conuenire. Falsum est etiam & à veris theologis reprobatum, nõ inueniri in angelis compositionem ex sua ipsa essentia, ac sui motus actiuo principio. Nam probant veri theologi, potentiam voluntatis angelicæ distinctam esse realiter ab eorũ essentia: & esse accidens eius de secunda specie qualitatis, quæ naturalis potẽtia vocatur, & similiter intellectus cum quibus potentijs compositionem quandam facit essentia, sicut cum accidente subiectum. Et fortior est hæc compositio, cum sit accidens eandem essentiam necessario consequens, & eius propria passio. Voluntas autem in angelis non distinguitur realiter ab eorum motiua potentia: sicq; saluatur & angelos posse mouere localiter non solum alia, sed etiam seipsos, cum in eis duo sint, unum mouens quo, ipsa inquam potentia, quæ licet non sit pars, est tamen motiua potentia: & ipsemet angelus est mouẽs, vt quod. & est in angelo aliud quo mouetur, scilicet ipsa essentia, & angelus ipse mouetur vt quod, qui licet ab essentia non proprie realiter distinguatur, distinguitur tamen formaliter: & ideo potest dici ꝙ ipse quidem mouetur, sed ratione essentiæ: & est id quod mouet sed mediãte potentia. Et sic angelus, quatenus simplex est & indiuisibilis, cuiuscunq; etiam à se causabilis motus est expers. Mouetur autem & seipsum mouet, quatenus quandam vt diximus voluntatis (quæ motiuum principium in eo est) cum essentia compositionem admittit. Sicut et in nobis appetitus est principium motus localis actiuum. Sed tamẽ est aliud in nobis motus principiũ quasi passiuum in membris: quod quidem veri theologi vocant habilitatem, qua angeli non egent cum corporei nõ sint. Qualis autem sit ille angelorum motus, non est præsentis facultatis exponere. Patet igitur ex his omnibus virum istum, ad modum inconsiderate hoc in loco diuum Tho. impetijsse verbis. Per omnia benedictus Deus. Amen.

Quaedam vero ab altero, aut prout alterum est: secũdum quam profecto quod patitur, aliquid patitur. Quando- B ℥ S S.

doque igitur, si quid quodcunque pati possibile est, dicimus illud posse pati: quandoque vero non secundum omnem passionem, sed si ad melius.

A N T. Par. 2. Alia litera habet. Hæc aũt ab altero ĩquá tum alterũ.

Alia diverso inquantum diversum. Nam secundum quam patiens patitur aliquid, quandoq; quidem si quodcunque pati sit possibile, dicimus esse potens pati. Quandoque vero non secundum omnem passionem, sed si secundum excellentiorem.

Dicit, quòd quodam alio modo dicitur potestas principium motus uel mutationis ab altero inquantum est aliud. Et hæc est potentia passiua, secundum quam patiens aliquid patitur. Sicut enim omne agẽs & mouens, aliud à se mouet, & in aliud à se agit, ita omne patiens, ab alio patitur: & omne motum, ab alio mouetur. Illud enim principium, per quod alicui competit vt moueatur vel patiatur ab alio, dicitur potentia passiua. Posse autem pati ab alio dicitur dupliciter. Aliquando quidem, quicquid sit illud, quod aliquid potest pati, dicimus ipsum esse possibile ad illud patiendum, siue sit bonum, siue malum. Aliquando vero non dicitur aliquid potens ex eo, ꝙ potest pati aliquod malum, sed ex hoc ꝙ potest pati aliquod excellentius. Sicut, si aliquis potest uinci, non dicimus potentem, sed si aliquis potest doceri uel adiuuari, dicimus eum potentem. Et hoc ideo, quia posse pati aliquem defectum quandoque attribuitur impotentię, & posse non pati idem, attribuitur potentiæ, vt infra dicetur. Alia tamen litera habet { Aliquando autem non secundum omnem passionem, sed vtique in contrarium } Quod quidem sic debet intelligi. Improprie enim dicitur pati, quicquid recipit aliquã perfectionem ab aliquo, sicut intelligere dicitur quoddam pati. Proprie autem pati dicitur quod recipit aliquid cum sui transmutatione ab eo quod est et naturale. Vnde & talis passio dicitur esse abijciens à substantia. Hoc autem non potest fieri nisi per aliquod contrarium. Vnde, quando aliquid patitur, secundum quod est contrarium suæ naturæ vel conditioni, proprie pati dicitur. Secundum quod etiam ægritudines passiones dicuntur. Quando uero aliquis recipit, id quod est ei conueniens secundum suam naturam, magis dicitur perfici quàm pati. Tertium modum ponit ibi.

Pati ab alio dupliciter.

In hac lec.

B E S S.

Item quæ eius, quod bene, quippiam efficiatur, aut secundum electionem. aliquando enim eos, qui solum ambulauerunt, aut dixerunt, non autem bene, nec vt proposuerant, non dicimus posse dicere, aut ambulare. similiter quoque de pati.

A N T. Par. 3. Alia litera. Adhuc autẽ vt bene hoc efficiat aliq̃ sed͂m voluntatẽ. Qñq; enim solum vtiq; ambulãtes aut loquentes, nõ bñ aũt, aut nõ ut vellẽt nõ dicimus posse loqui aut ãbulare

Amplius alia bene hoc perficiendi aut secundum prævoluntatem, idest electionem. Nam quandoque solum progredientes aut dicentes, non bene vero, aut non vt maluerunt: non dicimus posse dicere, aut vadere. Similiter autem & in pati.

Dicit, quòd alia potestas dicitur, quæ est principiũ faciendi aliquid non quocunque modo, sed bene, aut secundum { prævoluntatẽ } idest secundum quòd homo disponit. Quando enim aliqui progrediuntur vel loquuntur, sed non bene, aut non secundum quod volunt, dicuntur non posse loqui aut progredi. Et { similiter est in pati. } Dicitur enim aliquid posse pati illud quod bene potest pati. Sicut dicuntur aliqua ligna combustibilia, quia de facili comburuntur, & incombustibilia, quæ non possunt de facili comburi. Quartum modum ponit ibi.

B E S S.

Item quicunque habitus secundum quos impassibilia omnino aut immutabilia sint, aut non facile ad deterius moueantur, potentiæ dicuntur. franguntur namque & conteruntur. & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter posse, sed propter non posse, & in aliquo deficere. impassibilia vero à talibus sunt, quę propter potentiam & posse, & aliquatenus se habere, vix & parum patiuntur.

A N T. Par. 4. Adamas pp duriciem, in frangi difficile põt, Salamãdra cõburi difficile põt, diuinæ substantiæ oẽs ipassibiles sũt diuersis reb⁹.

Amplius quicunque habitus, secundum quos impassibilia omnino & immutabilia, aut non facile in peius mobilia potestas dicuntur. Franguntur autem & conteruntur, curuantur & omnino corrumpuntur, non per potentiam, sed non per potentiam & alicuius defectionem. Impassibilia vero talium, quę uix & paulatim patiuntur propter potentiã, & posse aliquo modo habere.

Dicit, quòd etiam potestas dicuntur omnes habitus siue formæ uel dispositiones, quibus aliqua dicuntur uel redduntur omnino impassibilia, uel immobilia, aut non de facili mobilia in peius. Quod enim in peius mutentur, sicut quòd frangantur, uel curuentur, vel conterantur, uel qualitercunque corrumpantur non inest corporibus per aliquam potẽtiam, sed magis per impotentiam & defectum alicuius principij, quod corrumpenti resistere non potest. Nunquã enim corrũpitur aliquid nisi propter uictoriam corrumpentis supra ipsum. Quod quidem contingit ex debilitate proprię virtutis. Illis uero, quæ non possunt tales defectus pati, aut { uix aut paulatim, } idest tarde uel modicum patiuntur, accidit eis propter potentiam, & in eo quod habent { aliquo modo posse, } idest cum quadam perfectione, vt non superentur à contrarijs. Et per hunc modum dicitur in prædicamentis, quòd durum uel sanatiuum significat potentiam naturalem non patiendi à corrumpentibus. Molle autem & ægrotatiuum impotentiam. Deinde cum dicit.

B E S S.

Cum autem potentia tot modis dicatur, potens quoque vno quidem modo dicetur, quod motus, aut transmutationis principium habet. etenim sedatiuum potẽs quid est in altero, aut prout alterum est. Alio uero, si quid eius aliud talem potentiam habet.

A N T. Alia litera Potens. Par. 5.

Dicta vero potestate totiens, & possibile dicetur: vno quidem modo, quod habet motus principium, aut mutationis. Etenim statiuum possibile quoddam in diuerso, inquantum est diuersum. Alio vero modo siquidẽ ab eo aliud potestatem habet talem.

Ponit modos possibilis correspõdentes prædictis modis potestatis, primo autem modo potestatis respondent duo modi possibilis. Secũdum potestatem enim actiuam aliquid dicitur potens agere dupliciter. Vno modo, quia ipse per seipsum agit immediate. Alio modo, quia agit mediante altero, cui potentiam suam communicat, sicut Rex agit per Balliuũ. Dicit ergo, quòd, cum potentia tot modis dicatur, possibile etiã & potens pluribus modis dicetur. Vno quidem modo, quod habet principium actiuum mutationis in seipso { sicut statiuum uel sistitiuum }, idest id quod facit aliud stare, dicitur esse potens ad sistendum aliquid aliud diuersum ab eo. Alio uero modo, quando ipse non immediate operatur, sed aliud habet ab eo talem potestatem, vt possit immediate agere.

Possibile quatuormo dis dicitur.

B E S S.

Alio vero, si quid ad quodcunque transmutetur, siue in peius, siue in melius, potentiam habeat. etenim quod corrumpitur, videtur possibile esse corrumpi, aliter non corrumperetur, si impossibile esset: nunc autem habet quandam dispositionem causam, & principium huiusmodi passionis. quandoque enim propterea quod habet, quandoque propterea quod priuatum, tale videtur esse. Quòd si priuatio habitus quodammodo est

omnia

omnia, propterea quod habet, profectò aliquid erunt. æquiuoce autem dicimus, ipsum ens. quare propterea quod habet habitum quendam, & principium, possibile est. & propterea quod habet huius priuationem, si possibile est priuationem habere.

A N T. Par. 6.

Alio si habet permutari in quolibet secundum potestatem siue in peius, siue in melius. Etenim corruptibile, esse videtur possibile corrumpi: aut vtique non corrumpi, si erat impossibile. Nunc autem quandam dispositionem habet, & causam talis passionis & principiū. Aliquando quidem igitur per habere aliquid uidetur, aliquando per priuari, tale esse.

Sed si priuatio est habitus aliquo modo in habendo, omnia vtique erunt aliquid. Ens vero dictum æquiuoce. Quare in habēdo priuationem aliquam & principium, est possibile & habendo huiusmodi priuationem, si contingit habere priuationem.

Secundo ponit secundum modum respōdentem secundo modo potentiæ, idest potentiæ passiuæ dicens, quòd alio modo à prædicto dicitur possibile siue potens, quod potest mutari in aliquid, quicquid sit illud, scilicet siue possit mutari in peius, siue in melius. Et secundum hoc, aliquid dicitur corruptibile, quia {potest corrumpi,} quod est in peius mutari: uel non corruptibile, quia potest non corrumpi, si sit impossibile illud ipsum corrumpi. Oportet autem illud, quod est possibile ad aliquid patiendum, habere in se quandam dispositionem, quæ sit causa & principium talis passionis. & illud principium vocatur potentia passiua. Principium autem passionis potest inesse alicui passibili dupliciter. Vno modo per hoc, quòd hēt aliquid, sicut homo est possibilis pati infirmitatem propter abundantiam alicuius inordinati humoris in ipso. Alio vero modo est aliquid potens pati per hoc, quod priuatur aliquo, quod posset repugnare passioni, sicut si homo dicatur potens infirmari propter subtractionem fortitudinis & uirtutis naturalis. Et hæc duo oportet esse in quolibet potente pati. Nūquam enim aliquid pateretur, nisi esset in eo subiectum, quod esset receptiuū dispositionis, vel formæ, quæ per passionem inducitur, & nisi esset debilitas virtutis in patiente ad resistendum actioni agentis. Hi enim duo modi principij patiendi possunt reduci in vnum, quia potest priuatio significari vt habitus. Et sic sequetur, quòd priuari sit habere priuationem. Et ita vterque modus erit in aliquid habendo. Quod autem priuatio possit significari, vt habitus, & vt aliqd habitum, ex hoc contingit, quòd ens æquiuoce dicitur. Et secundum unum modum & priuatio & negatio dicitur ens, vt habitum est in principio quarti. Et sic sequitur quòd etiam negatio & priuatio possunt significari, vt habitus. Et ideo possumus vniuersaliter dicere, quòd aliquid possibile sit pati propter hoc qđ habet in se quendam habitum & quoddam principium passionis, cum etiam priuari sit habere aliquid, si contingat priuationem habere.

Habere principium passiuum contingit dupliciter.

Qūo priuatio sit habitus, vide Alexādrum. Priuatio potest significari ut habitus.

Lect. 1. Hæc logica est ratio.

B E S S.

Alio autem modo, propterea quòd non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuam.

A N T. Par. 7.

Alio in non habendo ipsius potestatem aut principiū in alio, inquantum est aliud, corruptiuum.

Tertium modum ponit hic, & respondet quarto modo potentiæ, secundum quod potentia dicebatur inesse alicui, quod non potest corrumpi, vel in peius mutari. Dicit ergo, quòd alio modo dicitur possibile vel potens, inquantum non habet potestatem vel principium aliquod ad hoc quòd corrumpatur. Et hoc dico ab alio inquātum est aliud, quia secundum hoc aliquid dicitur potens & vigorosum, quod ab exteriori uinci non potest, vt corrumpatur.

B E S S.

Item hæc omnia, aut eo quòd solum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eo quòd bene: etenim inanimatis etiam talis potentia inest, vt instrumentis. aliquā enim posse sonare lyram aiunt, aliquam minimè, si non bene sonans est.

A N T. Par. 8.

Amplius autem ea omnia aut ex solo accidere fieri, aut non fieri, aut bene. Nam in inanimatis est talis potestas vt in organis. Aliam enim dicunt posse sonare lyram, aliam non, si est non bene sonans.

Quartum modū ponit, qui respondet tertio modo potentiæ, secundum quem dicebatur potentia ad bene agendum uel patiendum. Dicit ergo, q secundū prædictos modos, qui pertinent ad agendum vel patiendum, potest dici aliquid potens vel ex eo solum, quòd aliquid accidit fieri vel nō fieri, vel ex eo quòd accidit etiam bene fieri. Sicut etiam dicitur potens agere, quia potest bene & faciliter agere, vel quia potest agere simpliciter. Et similiter potens pati & corrūpi, quia de facili hoc pati potest. Et iste modus potestatis etiam inuenitur in rebus inanimatis {vt in organis}, idest in lyra & musicis instrumentis. Dicitur enim quòd aliqua lyra potest sonare, quia bene sonat, alia non potest sonare, quia non bene sonat. Deinde cum dicit.

B E S S.

Impotentia vero potentiæ priuatio est, & quædam talis principij ablatio, quale diximus, aut omnino, aut ab eo, qui natura aptus est habere, aut & cum natura aptus sit iam habere. non enim similiter dicent impossibile esse puerum generare, & uirum & eunuchum.

A N T. Par. 9.

Impotentia autē est priuatio potentiæ & talis principij sublatio quædam, qualis dicta est, aut omnino, aut in apto nato, aut quando aptum natum est iam habere. Non enim similiter dicuntur impossibile generare puerum, & virum, & eunuchum.

Ostendit quot modis dicitur impotentia, & circa hoc duo facit. Primo distinguit hoc nomen impotentia. Secundo hoc nomen impossibile, ibi: {Impossibilia vero.} Circa primum duo facit. Primo enim ostendit communem rationem huius nominis impotentia. Secundo ostendit quot modis dicatur, ibi: {Amplius autem.} Dicit ergo primo quòd impotentia est priuatio potentiæ. Ad rationem autem priuationis duo requiruntur: quorum primum est remotio habitus oppositi. Id autem, quod opponitur impotentiæ, est potētia. Vnde, cum potentia sit quoddam principium, impotentia erit sublatio quædam talis principij, qualis dicta est esse potentia. Secundum quod requiritur, etiam, quòd priuatio proprie dicta sit circa determinatum subiectum & determinatum tempus. Improprie autem sumitur absque determinatione subiecti, & temporis. Non enim cæcum proprie dicitur: nisi quod est aptum natum habere visum, & quādo est natum habere visum. Impotentia autem sic dicta dicit remotionem potentiæ {aut omnino}, idest vniuersaliter, vt scilicet omnis remotio potentiæ impotentia dicatur, siue sit aptum natum habere, siue non: aut dicitur remotio in eo quod est aptum natū habere quandocunq;, aut solum tunc, quando aptū natum est habere. Non enim similiter accipitur impotentia, cum dicimus puerum non posse generare, & cum uirum & eunuchum simul. Puer enim dicitur impotens generare, quia subiectum est aptum ad generandum, non tamen pro illo tempore. Vir autem eunuchus dicitur impotēs ad generandum, quia pro illo tempore esset quidem aptus, non tamen potest, quia caret principijs actiuis generationis. Vnde hic

Potens agere uel pati dupliciter. Infra pt. 11. Impotentia quid. Par. 10. duo requiris priuatio

magis

magis saluatur ratio priuationis. Mulus autem uel lapis dicitur impotens ad generandum, quia non potest, nec etiam habet aptitudinem in subiecto existentem. Deinde cum dicit.

BESS.

Item utrique potentiæ est impotentia opposita, & ei, quæ solum motiua, & ei, quæ bene motiua est.

ANT. Par. 10. Alia litera motiuæ.

Amplius autem secundum potentiam vtranque est impotentia opposita ei quæ solum mobili, & ei quæ bene mobili.

Tot sūt modi ipotētiæ quot potentiæ.

Dat intelligere impotentiæ modos per oppositū ad modos potentiæ. Sicut enim potentia est duplex, scilicet actiua & passiua: & iterum utraque, aut ad agendum & patiendum simpliciter, aut ad bene agendum & patiendum, ita secundum utranque potentiā est impotentia opposita. Et §solū mobili & bene mobili§ idest potentiæ actiuæ, quæ ad mouendum simpliciter, uel bene mouendum: & potentiæ passiuæ, quæ est ad moueri simpliciter, uel bene moueri. Deinde cum dicit.

BESS.

Impossibilia quoque quædam secundum hanc impotentiam dicuntur, quædam alio modo vti possibile, & impossibile. Impossibile quidem, cuius contrarium necessario uerum est veluti diametrum commensurabilem esse, impossibile est, quoniam falsum huiuscemodi est, & cuius contrarium non solū verum sed necessarium quoque est: vt incōmensurabilis sit commensurabile igitur non solum falsum, sed necessario etiam falsum est.

ANT. Par. 11. Impossibile quid.

Impossibilia vero hęc quidem secundum impotentiā eam dicuntur, alia alio modo, vt possibile & impossibile. Impossibile quidem, cuius contrarium de necessitate est uerum. vt diametrum commensurabilem esse impossibile, quia falsum tale, cuius contrarium non solum verum, sed & necesse, non commensurabilē esse. Ergo commensurabile nō solum falsum, sed ex necessitate falsum.

Infra pt. 12

Ostendit quot modis dicitur impossibile: & circa hoc duo facit. Primo distinguit modos impossibilis. Secundo reducit illos modos ad unum, ibi. §Quæ vero secundum.§ Circa primum tria facit. Primo dicit, quòd uno modo dicuntur aliqua impossibilia, secundum quòd habent impotentiam prædictam, quę opponitur potētiæ. Et huiusmodi modus in quatuor diuiditur, sicut & impotentia, ideo cum dicit §Alio modo.§ Ponit alium modum, quo dicūtur aliqua impossibilia, non propter priuationem alicuius potentiæ, sed propter repugnantiam terminorum in propositionibus. Cum enim posse dicatur in ordine ad esse sicut ens dicitur non solum quod est in rerum natura, sed secundum compositionem propositionis, prout est in ea verum vel falsum, ita possibile & impossibile dicitur non solum propter potentiam vel impotentiam rei: sed propter veritatem & falsitatem compositionis vel diuisionis in propositionibus. Unde impossibile dicitur, cuius contrarium est verū de necessitate, vt diametrum quadrati esse commensurabilem eius lateri, est impossibile, quia hoc tale est falsum, cuius contrarium non solum est verum, sed etiā necessarium, quod quidem est non commensurabilē esse. Et propter hoc esse commensurabile est falsum de necessitate, & hoc est impossibile. Tertio ibi.

par. 32. fi.

Impossibile duplex & primū quadruplex.

Impossibile logicum.

BESS.

Ipsum vero possibile huic contrarium, cum non sit necessarium, contrarium falsum esse vt sedere hominem possibile est. non enim necessario non sedere falsum est. possibile itaque uno quidem modo significat, vt dictum est, quod non necessario falsum est: alio uero, ipsum uerum esse: alio autem contingens verum esse.

ANT.

Contrarium vero huic possibile, quando non necesse est contrarium falsum esse. Vt sedere hominem possibile, non enim ex necessitate non sedere falsum. Ergo possibile est vno modo sicut dictum est, quod non ex necessitate falsum significat. Alio modo verum esse, alio contingens verum iam.

Par. 12.

Manifestat quid sit possibile oppositum impossibili secundo modo dicto. Impossibile enim opponitur possibili secundo modo dicto, sicut dictum est. Dicit ergo, quod possibile contrarium huic secundo impossibili est, contrarium non est de necessitate cui falsum, sicut sedere hominem est possibile, quia non sedere, quod est eius oppositum, non est de necessitate falsum. Ex quo patet, quòd ille modus possibilis in tres modos diuiditur. Dicitur enim uno modo possibile quod falsum est, sed non ex necessitate: sicut hominem sedere dum non sedet, quia eius oppositum non est uerum ex necessitate. Alio modo dicitur impossibile quod est uerum, sed non de necessitate, quia eius oppositum non est falsum de necessitate, sic Socratem sedere dum sedet. Tertio modo dicitur possibile, quia licet non sit verum, tamen contingit in proximo verum esse. Deinde cum dicit.

possibile logicum tripliciter dī.

BESS.

Metaphoricè autem, quæ in geometria potentia dicitur. Hæc igitur possibilia non secundum potentiam.

ANT. Par. 13.

Secundum metaphoram autem quę in geometria dicitur potentia. Hæc quidem igitur possibilia non secundum potentiam.

Ostendit quomodo potentia sumatur metaphorice, & dicit, quod in geometria dicitur potentia secundum metaphoram. Potentia enim lineę in geometria dicitur quadratum lineæ per hanc similitudinem. quia sicut ex eo quod est in potentia fit illud quod est in actu, ita ex ductu alicuius lineæ in seipsam, resultat quadratum ipsius. Sicut si diceremus, quòd ternarius potest in nouennarium, quia nouennarius consurgit ex ductu ternarij in seipsum. Nam ter tria sunt nouē. Sicut autem impossibile secundo modo acceptum non dicitur secundum aliquam impotentiam, ita & modi possibilis ultimo positi, non dicuntur secundum aliquam potentiam, sed secundum similitudinem, vel secundum modum ueri & falsi. Deinde cum dicit.

Potentia in mathematicis quæ & qualis.

Hic haberi pōt potentiā optimā esse caimeticam.

BESS.

Quæ autem dicuntur secundum potentiam, omnia ad primam unā dicuntur. hæc autem est principium transmutationis in altero, prout alterum est. cætera nanque possibilia dicuntur quædam eo, quod eorum aliquid, talem potentiam habet: quædam, eo quòd non habent. quędam, eo quòd sic habent. Similiter etiam impossibilia. Quare propria primę potentię definitio profectò erit, principium transmutationis in altero prout alterū est.

ANT. Par. 14.

Quę vero secundum potentiam omnia dicuntur ad primam unam, & ea est principium mutationis in alio inquantum aliud. Alia nanque dicuntur possibilia, hæc quidem eorum in habendo aliquid aliud talem potentiam, illa vero in non habendo, alia in sic habendo. Similiter autem & impossibilia. Quare propria diffinitio primę potentię erit, principium permutationis in alio inquantum aliud.

Diffinitio potentiæ propria.

Reducit omnes modos possibilis, & impossibilis ad unum primum, & dicit, quòd possibilia, quæ dicūtur secundum potentiam, omnia dicuntur per respectū ad vnam primam potentiam, quæ est prima potentia actiua, de qua supra dictum est, quòd est principium mutationis in alio inquātum est aliud. Nam omnia alia possibilia dicuntur per respectum ad istā potentiam. Aliquid enim dicitur possibile per hoc, quod ali-

aliquid aliud habet potentiam actiuam in ipsum, secundum quod dicitur possibile secundum potentiã passiuam. Quædam vero dicuntur possibilia in non habendo aliquid aliud talem potentiam in ipsa, sicut quæ dicuntur potentia, quia non possunt corrumpi ab exterioribus agentibus. Quædam vero potentia {in sic habendo,} idest in hoc ꝙ habent potentiam, vt bene, aut faciliter agant vel patiantur. Et sicut omnia possibilia, quæ dicuntur secundum aliquam potẽtiam, reducuntur ad vnam primam potentiam, ita omnia impossibilia, quæ dicũtur secundum aliquam impotentiam, reducuntur ad unam primam impotẽtiam, quæ est opposita primæ potentiæ. Patet igitur, quòd propria diffinitio potentiæ primo modo dictę est principium permutationis in alio inquantum est aliud, quod est ratio potentiæ actiuæ.

Diffinitio potentiæ actiuæ.

LECTIO XV.

Quod nam sit ipsum quantum, quæ nam sint species eius, & quæ sint per se & per accidens quanta exponit.

BESS. Tex. 18.

Quantum dicitur, quod in ea, quæ insunt, diuisibile, quorum vtrũque, aut singulum vnum quid, & quod quid aptum est esse.

ANT. Tex. c. 18. Par. 1.

Quantum vero dicitur quod est diuisibile in ea quę insunt, quorum vtrunque aut singulum, vnum aliquid, & hoc aliquid aptum natum est esse.

Quoniam ens non solum diuiditur in potentiam & actum, sed etiam in decem prædicamenta, postquam Philosophus distinxit hoc nomẽ potentia, hic incipit distinguere nomina, quæ significant prædicamenta, & primo nomen quantitatis. Secundo nomẽ qualitatis, ibi. {Quale autem:} Tertio distinguit modos ad aliquid, ibi: {Ad aliquid dicuntur.} Alia vero prædicamenta prætermittit, quia sunt determinata ad aliquod genus rerum naturalium, vt patet præcipue de agere & pati, & de ubi & quãdo. Circa primũ tria facit. Primo ponit rationem quãtitatis dicens, ꝙ quãtum dicitur quod est diuisibile in ea, quæ insunt. Quod quidem dicitur ad differentiam diuisionis mixtorum. Nam corpus mixtum resoluitur in elementa, quæ non sunt actu in mixto, sed uirtute tantum. Vnde non est ibi tantum diuisio quãtitatis, sed oportet quòd adsit aliqua alteratio, per quam mixtum resoluitur in elementa. Et iterum addit, ꝙ vtrunque aut singulum est natum esse (unum aliquid,) hoc est aliquid demonstratum. Et hoc dicit ad remouendum diuisionem in partes essentiales, quæ sunt materia & forma. Nam neutrum eorum aptum natum est esse vnum aliquid per se. Secundo ibi.

Lect. seq. Lect. 17.

Diffinitio cõis quantitatis seu quantitatis.

BESS.

Multitudo igitur quantum quid si numerabilis est: magnitudo uero, si mensurabilis. Dicitur autem multitudo quidẽ, quę potentia diuisibilis est in non continua: magnitudo vero, quę in continua. Magnitudinis autem, quę quidem ad unum cõtinua est longitudo: quę vero ad duo, latitudo: quę autem ad tria, profunditas est. Horum autem multitudo quidem finita numerus, Longitudo uero linea, Latitudo autem, superficies, Profunditas vero, corpus est.

ANT. Par. 2.

Multitudo ergo quantum aliquid, si fuerit numerabilis. Magnitudo, si fuerit mensurabilis. Dicitur autem multitudo quidem, quod est diuisibile potestate in non continua. Magnitudo autem quod in continua. Mensura vero, alia in unum cõtinuum longitudine: alia in duo, latitudine: alia in tria, profunditate. Horum autem, pluralitas quidem finita, numerus: sed longitudo, linea: latitudo superficies: & profundum, corpus.

Alia litera hẽt magnitudinis uero quæ quidẽ ad vnum cõtinua, longitudo, quę aũt ad duo latitudo, q aũt ad tria, ꝓfunditas.

Ponit species quantitatis, inter quas primæ sunt duæ, scilicet multitudo siue pluralitas, & magnitudo siue mensura. Vtrunque autem eorum habet rationẽ quanti, inquãtum multitudo numerabilis est, & magnitudo est mensurabilis. Mensuratio enim proprie pertinet ad quantitatem. Diffinitur autem multitudo sic. Multitudo est, quod est diuisibile secundum potentiam in partes non continuas. Magnitudo autem quod est diuisibile in partes continuas. Quod quidem contingit tripliciter, & secundum hoc sunt tres species magnitudinis. Nam, si sit diuisibile secundum vnam tantum dimensionem in partes cõtinuas, erit longitudo. Si autem in duas, latitudo. Si autem in tres, profunditas. Vlterius autem, quãdo pluralitas vel multitudo est finita, dicitur numerus. Longitudo autem finita, dicitur linea. Latitudo finita, corpus. Si enim esset multitudo infinita nõ esset numerus, quia quod Infinitum est, numerari non potest. Similiter, si esset longitudo infinita non esset linea. Linea enim est longitudo mensurabilis. Et propter hoc in ratione lineæ ponitur, ꝙ eius extremitates sunt duo puncta. Simile est de superficie & corpore. Tertio ibi.

Duæ primę spẽs quantitatis. Magnitudo quid. Tres spẽs magnitudinis.

BESS.

Item alia per se quanta quædam dicuntur, alia secundum accidens. vtputa linea quidem quantum quiddam per se est, musicum vero secundum accidens.

ANT. Par. 3.

Amplius autem alia dicuntur secundum se quanta, alia secundum accidens. vt linea quantum aliquid secundum se, musicum vero secundum accidens.

Distinguit modos quantitatis, & circa hoc tria facit. Primo distinguit quantum in id quod est quantũ per se, sicut linea: & in id quod est quantum per accidens, sicut musicum. Secundo ibi.

Secunda diuisio quantitatis.

BESS.

Eorum vero, quę per se sunt: quędam secundum substantiam sunt: vt linea quantum quiddam: in diffinitione namque quod quid est dicẽti, quantum quiddam inest. quędam passiones, & habitus huiuscemodi substantię sunt: vt multum & paucum, longum & breue, latum & strictum, profundum & humile, graue & leue, & cætera quoque huiuscemodi. Sunt autem magnum etiam & paruum, maius & minus, tam secundum se, quam ad inuicem dicta, quanti per se passiones. transferuntur autẽ & ad alia ista nomina.

ANT. Par. 4.

Eorum vero quę sunt secundum se alia secundum substantiam sunt, vt linea quantum quid. Nam in ratione quid est dicente, quantum quid existit. Alia passiones & habitus talis sunt substantiæ, vt multum & paucum & productum & breue: & latum & strictum, & profundum & humile, & graue & leue, & alia talia. Sunt autem magnum & paruum, & maius & minus, & secũdum se & ad inuicem dicta, quanti passiones secundum se. Transferuntur etiam & ad alia ea nomina.

Distinguit quantum per se, quod quidem duplex est. Quædam enim significantur per modum substantiæ & subiecti, sicut linea, vel superficies, uel numerus. Quodlibet enim istorum substantialiter est quantũ. quia in diffinitione cuiuslibet ponitur quantitas. Nã linea est quantitas continua secundum longitudinẽ diuisibilis, finita: & similiter est de alijs. Quędam vero per se pertinent ad genus quantitatis, & significantur per modum habitus vel passionis talis substantię, scilicet lineæ, quæ est substãtialiter quantitas, vel aliarum similium quantitatum, sicut multum & paucũ significantur vt passiones numeri: & productum & breue, vt passiones lineæ: & latum & strictum, vt passiones superficiei: & profundum & humile siue altũ, vt passiones corporis: & similiter graue & leue, secundum opinionem illorum, qui dicebant multitudinẽ su-

Quãtũ ꝑ se dupliciter.

superficierum vel atomorum esse causam grauitatis in corporibus: paucitatem vero eorundem, causam leuitatis. Sed secundum veritatem graue & leue non pertinent ad quantitatem, sed ad qualitatem, vt infra ponet. Et similiter est de alijs talibus. Quædam etiam sunt, quæ communiter cuiuslibet quantitatis continuæ passiones sunt, sicut magnum & paruum, maius & minus, siue hæc dicantur (secundum se) idest absolute, siue dicantur (ad inuicem,) sicut aliquid dicitur magnum & paruum respectiue, sicut in prædicamentis habetur. Ista autem nomina, quæ significant passiones quantitatis per se transferuntur etiam ad alia quam ad quantitates. Dicitur enim albedo magna & parua, & alia huiusmodi. Sciendum autem est, quòd quantitas inter alia accidentia propinquior est substantiæ. Vnde quidam quantitates esse substantias putát, scilicet lineam & numerum & superficiem & corpus. Nam sola quantitas habet diuisionem in partes proprias post substantiam. Albedo enim non potest diuidi, & per consequens nec intelligitur indiuiduari nisi per subiectum. Et inde est, quod in solo quantitatis genere aliqua significantur vt subiecta, alia vt passiones. Tertio ibi.

Lect. seq.

Subiectum hic sumitur secundum modum significandi potius quod conuenit omnibus accidentibus in abstracto quam secundum modum substandi, quod proprium est substantiæ non autem quantitati, quæ est ratio qua substantia substat qualitati.

BESS. *Eorum autem, quæ secundum accidens dicuntur quãta, quoddam ita dicitur, vt prædictum est, quod musicum, & album quantum est, eo quòd illud, cui insunt, quantum quid est: quędam vt motus & tempus. & hęc enim quanta quędam & continua dicuntur, eo quòd illa diuisibilia sunt, quorum hęc sunt passiones. dico autẽ non quod mouet . r, sed quo motum est. etenim quoniam illud quantum est, & motio est quanta. tempus autem, propter illam.*

ANT. Par. 5. *Secundum accidens vero dictarum quãtitatum aliæ sic dicuntur sicut dictum est, quia musicum quantũ est, & album per esse quantum aliquid cui insunt. Alia vt motus et tempus. Etenim hæc quanta quędam dicuntur & continua, quia illa sunt diuisibilia, quorum sunt hę passiones. Dico autem nõ quod mouetur, sed quo motum est. Nam per esse quantum illud, & motus est quantus. Tempus vero per ipsum. scilicet motum.*

Quãtum per accidẽs dupliciter.

Distinguit modos quantitatis per accidens: & ponit duos modos quantitatis per accidens. quorum vnus est secundum quòd aliqua dicuntur quanta per accidens ex hoc solo, quòd sunt accidentia alicuius quanti, sicut album & musicum per hoc quòd sunt accidentia alicuius subiecti, quod est quantum. Alio modo dicuntur aliqua quanta per accidens non ratione subiecti, in quo sunt, sed ex eo quòd diuiduntur secundum quantitatem ad diuisionem alicuius quantitatis, sicut motus & tempus, quæ dicuntur quędam quanta & continua, propterea quòd ea, quorũ sunt, sunt diuisibilia, & ipsa diuidũtur ad diuisionem eorum. Tempus enim est diuisibile & continuum propter motum, motus autem propter magnitudinem non quidem propter magnitudinem eius quod mouetur, sed propter magnitudinem eius in quo aliquid mouetur. Ex eo enim quòd illa magnitudo est quanta, & motus est quantus. Et propter hoc, quòd motus est quantus, sequitur tempus esse quantum. Vnde hæc nõ solum per accidens quantitates dici possunt, sed magis per posterius, inquantum quantitatis diuisionem ab aliquo priori sortiuntur. Sciendum est autem, quòd Philosophus in prædicamentis posuit tempus quantitatem per se, cum hic ponat ipsum quantitatem per accidens, quia ibi distinxit species quantitatis secundum diuersas rationes mẽsuræ. Aliam enim rationem mensuræ habet tempus, quod est mensura extrinseca: & magnitudo, quæ est mensura intrinseca. Et ideo ponitur ibi vt alia species quantitatis. Hic autem considerat species quantitatis quantum ad ipsum esse quantitatis. Et ideo illa, quæ non habent esse quantitatis nisi ex alio, non ponit hic species quãtitatis, sed quantitates per accidens, vt motum & tempus. Motus autem non habet aliam rationem mensuræ quàm tempus & magnitudo. Et ideo nec hic nec ibi ponitur quantitatis species. Locus autem ponitur inter species quantitatis, non hic, quia habet aliam rationem mensuræ, sed non aliud esse quantitatis.

Lege in hac materia cõtradictionẽ annuatq; sup hũc locum & 1. de Ge. Tex. c. 62.

LECTIO XVI.

Qualitatis quatuor modi exponuntur, & ad duos reducunt

BESS. Tex. 19. *QVale dicitur vno modo differentia substantię. vt puta quale animal homo, quoniam bipes, equus vero quadrupes, & circulus qualis quędam figura, quoniam absque angulis est, tanquam differentia, quę secundum substantiam qualitas sit. vno itaque modo, qualitas dicitur substantię differentia.*

ANT. Tex. c. 19. Par. 1. *Quale, vno quidem modo dicitur differentia substantię. vt quale quid homo? quia animal bipes, equus quadrupes: & circulus qualis? quia quędã figura, quia agonion, idest sine angulis, quasi differentia secundum substantiam qualitate existente. Vno quidem itaque modo hæc dicitur qualitas differentia substantię.*

Modi qualitatis quatuor. Infra pa. 5.

Hic distinguit modos qualitatis, & circa hoc duo facit. Primo ponit quatuor modos qualitatis. Secundo reducit eos ad duos, ibi: {Fere uero secundũ duos modos.} Dicit ergo primo, quòd vnus modus qualitatis est secundum quòd qualitas dicitur {differentia substantiæ}, idest differentia, per quam aliquid ab altero substantialiter differt, quæ intrat in diffinitionẽ substantiæ. Et propter hoc dicitur, quòd differentia prædicatur in quale quid. Vt si quæratur, quale animal est homo? respondemus quòd bipes: & quale animal equus? respondemus quòd quadrupes: & qualis figura est circulus? respondemus quòd agonion, id est sine angulo, ac si ipsa differentia substantiæ qualitas sit. Vno igitur modo ipsa differentia substantiæ qualitas dicitur. Hunc autem modum qualitatis Arist. in prædicamentis prætermisit, quia non continetur sub prædicamento qualitatis, de quo ibi agebat. Hic autem agit de significationibus huius nominis qualitas. Secundo ponit ibi.

BESS. *Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri quales quidam sunt. vt qui compositi: & non solum, qui ad vnum sunt, sed hi, quorum imitatio superficies & solidum. hi autem sunt, qui quoties quanti, aut quoties quãti quoties. & omnino quod in substantia, prę ter quantũ existit: substantia nanque cuiusque est quod semel, vt puta ipsorum sex, non qui bis, vel ter, sed qui semel. sex enim semel, sex sunt.*

ANT. Par. 2. *Alio vero modo vt immobilia & mathematica, sicut numeri quales quidem sunt, quemadmodum compositi, & non solum ad vnum entes, sed quorum imitatio superficies & solidum. Hi vero sunt quotiens quanti, aut quotiens quot quanti. & totaliter quod præter quantitatem existit substantia. Nã substantia cuiuslibet, quod semel: vt ipsorum sex, non bis tres sunt, sed semel. Sex enim, semel sex.*

Alia litera melior, secundum quantitatem.

Dicit, quòd alius modus qualitatis vel qualis est secundum quòd immobilia & mathematica dicuntur qualia. Mathematica enim abstrahunt à motu, vt in Sexto huius dicetur. Mathematica enim sunt numeri, & magnitudines, & in vtrisque vtimur nomine qualis. Dicimus enim superficies esse quales, inquãtum sunt quadratæ, uel triangulares. Et similiter numeri dicuntur

cuntur

cuntur quales, inquantum sunt compositi. Dicuntur autem numeri compositi, qui communicāt in aliquo numero mensurante eos, sicut senarius numerus & nouennarius mensurantur ternario,& non solum ad vnitatem comparationem habēt, sicut ad mensuram communem. Numeri autem incompositi, vel primi in sua proportione dicūtur, quos non mensurat alius numerus communis,nisi sola unitas. Dicuntur etiam numeri quales ad similitudinem superficiei § & solidi§, idest corporis. Secundum quidem imitationem superficiei, inquantum numerus ducitur in numerū, uel eundem vel alium. vt cum dicitur bis tria, vel ter tria. Et hoc est quod dicit §quotiens quanti.§ Nam designatur quasi vna dimensio in hoc quod dicitur §tria§quasi vero secunda dimensio,hoc quod dicitur §bis tria§vel etiam §ter tria.§ Ad imitationem vero solidi quando est duplex ductus,vel eiusdem numeri in seipsum, uel diuersorum numerorum in unum, vt cū dicitur ter tria ter, vel bis tria bis, uel bis tria quater. Et hoc est quod dicit §Quotiens quot quanti.§ Sic.n. considerantur in numero quasi tres dimensiones ad modum solidi. In hac autem numerorum ordinatione aliquid consideratur per modum substantiæ,sicut hoc quod dico tria,uel quicunque numerus qui in alium ducitur. Aliquid vero per modum quantitatis,sicut ipse ductus vnius numeri in alterum, vel,in se ipsum, vt cum dico bis tria, binarius significatur per modum substantię. Id ergo, quòd existit in substantia numeri præter ipsam quantitatem, quæ est numeri substantia,dicitur qualitas eius,vt hoc quod significatur per hoc quod dicitur bis uel ter. Alia litera habet §secundum quantitatem§ & tunc substantia numeri dicitur ipse numerus simpliciter prolatus, vt quod dico tria. Quantitas autem secundum quā attenditur eius qualitas, dicitur ipsa multiplicatio numeri in numerum. Et huic cōcordat litera sequens, quæ dicit, quòd substātia cuiuslibet numeri est id quod semel dicitur. Sicut substantia senarij est quod dicitur semel sex, nō quod dicitur bis tria, vel ter duo, sed hoc pertinet ad eius qualitatem. Dicere enim numerum esse superficialem vel solidum siue quadratum, siue cubicum significat enim esse qualem. Hic autem modus qualitatis est quarta species in prædicamentis posita. Tertio ponit ibi.

BESS. *Item quæcunque substantiarum, quæ mouētur, passiones, vt caliditas,& frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque similia, secundum qua dicuntur alterari corpora, ipsis mutatis.*

ANT. Par.3. *Amplius quæcunque passiones sunt carum, quę mouentur substantiarum, vt calor & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque talia secundum quę dicuntur mutari corpora permutantium.*

Dicit, quòd etiam qualitates dicuntur passiones substantiarum mobilium, secundum quas corpora p alterationem mutantur, vt calidum, frigidum,& huiusmodi. Et hic modus pertinet ad tertiam speciem qualitatis in prædicamentis positam. Quartum ponit ibi.

BESS. *Item, secundum uirtutem & malitiam, & omnino bonum & malum.*

ANT. Par.4. *Amplius secundum virtutem & vitium, & omnino bonum & malum.*

Quare secū dam speciē qualitatis in prædicamētis assignatam hic prętermittat. Dicit, quòd qualitas siue quale dicitur quarto modo secundum quòd aliquid disponitur per virtutem & vitium, uel qualitercunque per bonum & malum, sicut per scientiam & ignorantiam, sanitatem & ægritudinem,& huiusmodi. Et hæc est prima species qualitatis in prædicamentis posita. Prætermittit autem inter hos modos secundam qualitatis speciem, quia magis comprehenditur sub potentia, cum non significetur nisi ut principium passioni resistens, sed propter modum denominandi ponitur in prædicamentis inter species qualitatis. Secundum autem modum essendi magis continetur sub potentia, sicut & supra posuit. Deinde cum dicit.

BESS. *Fere itaque secundum duos modos dici posit ipsum quale, & horum vnū maximè proprium. prima etenim qualitas substantiæ differentia est. huius autem pars, et quæ in numeris qualitas est: etenim differentia quędā substantiarum est. sed non aut eorum, quę mouentur, aut nō prout mouentur. hę autem passiones eorum, quę mouentur, prout mouentur sunt, et motuum differentię. Virtus autē & malitia passionum quędam partes sunt. differentias enim motus, & actionis quasdam manifestant, secundum quas bene, vel male agunt, aut patiuntur ea, quę in motu sunt. quod enim hoc modo potest moueri, aut agere bonum: quod vero illo modo & contrario, malum. Maxime autem bonum & malum significāt qualitatem in illis, quę animata sunt, & illis maxime, quę habent electionem.*

ANT. *Alia litera & horū uno principalissimo.* *Fere vero secundum duos modos dicitur quale, & horum quoddam maxime secundum priorem. Nam prima qualitas, substantiæ differentia. Eius vero quędam & quę in numeris qualitas, pars. nam differentia quędam substantiarum est sed aut non motorum, aut non inquantum mota, Hę autem passiones motorum inquantū sunt mota, & motuum differentię: Virtus autem & vitium passionum pars quędam est. Differentias enim ostendunt motus & actus, secundum quos faciunt vel patiuntur bene, aut praue, quę sunt in motu. Possibile nanque sic moueri aut agere, bonum: quod vero non sic sed contrarie, prauum. Maxime vero bonum & malum significāt quale in animatis, & horum maxime in habentibus pro hęresim, idest electionem, uel propositum.*

Reducit quatuor positos modos ad duos dicens, ꝙ quale dicitur aliquid fere secundum duos modos, inquantum alij duo de quatuor reducuntur ad alios duos. Horum autem unus principalissimus est primus modus, secundum quem differentia substantiæ dicitur qualitas, quia per eum aliquid significatur informatum & qualificatum. Et ad hunc modum reducitur qualitas, quæ est in numeris, & in mathematicis alijs, sicut quædam pars. Huiusmodi enim qualitates sunt quasi quædam differentiæ substantiales mathematicorum. Nam ipsa significantur per modum substantiæ potius quàm alia accidentia, vt in capitulo de quantitate dictum est. Sunt autem huiusmodi qualitates differentiæ substantiarum aut nō motarum, aut non inquantum sunt motæ, & hoc dicit, ut ostendat quantum ad propositum non differre, utrum mathematica sint quædam substantiæ per se existentes secundum esse, vt dicebat Plato à motu separatæ, siue sint in substantijs mobilibus secundum esse sed separatæ secundum rationem. primo enim modo essent qualitates non motorum: Secundo autem motorum, sed non inquantum sunt mota. Secūdus modus principalis est, vt passiones motorum inquantum mota, & etiam differentiæ motuum dicantur qualitates. Quæ quidem dicuntur differentiæ motuum, quia alterationes differunt secūdum huiusmodi qualitates, sicut calefieri & infrigidari secundum calidum & frigidum. Et ad hunc modum, reducitur iste modus secundum quem uitium & virtus dicitur qualitas. Hic enim modus est quasi quædam pars illiꝰ. Virtus enim & uitium ostendunt quasdam differentias motus & actus secundum bene & male. Nam virtus est, per quā se

se aliquis habet bene ad agendum & patiendum, vitium autem secundum quòd male. Et simile est de alijs habitibus siue intellectualibus, vt scientia, siue corporalibus, vt sanitas. Sed tamen bene & male maxime pertinet ad qualitaté in rebus animatis, & præci pue in habitibus (prohæresim), idest electionem. Et hoc ideo, quia bonum habet rationem finis. Ea vero, quæ agunt per electionem, agunt ꝑpter finem. Agere autem propter finem maxime competit rebus animatis. Res enim inanimatæ agunt vel mouentur propter finem, non tanquam cognoscentes finem, neque tanquam se agentes ad finem, sed potius ab alio diriguntur, qui eis naturalem inclinationem dedit, sicut sagitta dirigitur in finem à sagittante. Res autem irrationales animatæ cognoscunt quidem finem & appetunt ipsum appetitu animali, & mouét seipsas localiter ad finem tanquam iudicium habentes de fine, sed appetitus finis, & eorum quæ sunt propter finem, determinatur eis ex naturali iclinatione: Propter quod sunt magis acta quam agentia. Vnde nec in eis est iudicium liberum. Rationalia vero in quibus solum est electio, cognoscunt finem & proportionem eorum, quæ sunt in finem ipsum. Et ideo sicut seipsa mouét ad finem, ita ét ad appetẽdum finem, uel ea, quæ sunt propter finem, ex quo est in eis electio libera.

Bene agere & male aṡr differentiæ aiatorum.

LECTIO XVII.

Distinguit relatiua per se & per accidés, seu secundum aliud omnes modos, & de proportionibus multa dicuntur.

B B S S. Tex. 20.

AD aliquid dicuntur quædam, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & excedens, & ad excessum. Quædam vt calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omnino actiuum ad passiuum. Quædam, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

A N T. Tex. c. 20. Par. 1.

Ad aliquid dicuntur alia per se, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & totaliter multiplicatum ad multiplicati partem, & continens ad contentum. Alia vt calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omne actiuum ad passiuum. Alia vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

Hic determinat Philosophus de ad aliquid. & circa hoc duo facit. Primo ponit modos eorũ, quæ sunt ad aliquid secundum se: secundo eorum, quæ sunt ad aliquid ratione alterius, ibi: { Illa uero quia sua genera. } Circa primum duo facit. Primo enumerat modos eorum, quæ secundum se ad aliquid dicuntur. Secundo prosequitur de eis, ibi: { Dicuntur autem prima. } Ponit ergo tres modos eorum, quæ ad aliquid dicuntur. quorum Primus est secundum numerum & quantitatem, sicut duplum ad dimidium, & triplũ ad tertiam partem, & {multiplicatum}, idest multiplex ad partem (multiplicati), idest ad submultiplex, (& continens ad contentum.) Accipitur autem continens pro eo, quod excedit secundum quantitatem. Omne enim excedens secundum quantitatem continet i se illud, quod exceditur: Est enim hoc & adhuc amplius, sicut quinque cõtinent in se quatuor, & tricubitum continet in se bicubitum. Secundus modus est prout aliqua dicuntur ad aliquid secundum actionem & passionem, vel potentiam actiuam & passiuá, sicut calefactiuum ad calefactibile quod pertinet ad actiones naturales, & sectiuum ad sectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, & vniuersaliter omne actiuum ad passiuum. Tertius modus est secundum

Infra pt. 6. Par. 2. Primus modus. Secundus. Tertius.

ꝙ mensurabile dicitur ad mensuram. Accipitur autem hic mensura & mensurabile non secundum quátitatem. hoc enim ad primum modum pertinet, in quo vtrunque ad vtrunq; dicitur: nam duplum dicitur ad dimidium, & dimidium ad duplum, sed secundum mensurationem esse & ueritatis. Veritas enim scientiæ mensuratur à scibili. Ex eo enim quòd res est uel non est, oratio scita vera vel falsa est, & non econuerso. Et similiter est de sensibili & sensu. Et propter hoc non mutuo dicuntur mensura ad mensurabile & econuerso, sicut in alijs modis, sed solum mensurabile ad mensuram. Et similiter etiam imago dicitur ad id cuius est imago, tanquam mensurabile ad mensuram. Veritas enim imaginis mensuratur ex re, cuius est imago. Ratio autem istorum modorũ hæc est. Cum enim relatio, quæ est in rebus, consistat in ordine quodam unius rei ad aliam, oportet tot modis huiusmodi relationes esse, quot modis contingit vnam rem ad aliam ordinari. Ordinatur autem una res ad aliam, vel secundum esse, prout esse unius rei dependet ab alia, & sic est tertius modus. Vel secũdum virtutem actiuam & passiuam, secundum ꝙ vna res ab alia recipit, vel alteri confert aliquid & sic est secũdus modus. Vel secundum quod quantitas unius rei potest mensurari per aliam, & sic est primus modus. Qualitas autem rei inquantum huiusmodi non respicit nisi subiectum in quo est. Vnde secundum ipsam vna res non ordinatur ad aliam, nisi secundum ꝙ qualitas accipit rationem potentię passiuæ vel actiuæ, prout est principium actionis uel passionis. Vel ratione quantitatis, vel alicuius ad quantitatem pertinentis, sicut dicitur albius alio, vel sicut dicitur simile, quod habet vnam aliquam qualitatem. Alia vero genera magis consequuntur relationem, quàm possint relationem causare. Nam quando consistit in aliquali relatione ad tempus. Vbi vero, ad locum. Positio autem ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum. Deinde cum dicit.

Sufficientia trium modorum relatiuorum.

Sumitur és fundamentum relatio ois quo ad modum, ut hęc tria sit modi diliti guentes diuersa genera rerum in diuersas relationes.

B B S S.

Dicuntur autem prima quidem, secundum numerum, aut simpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. vt puta, duplum quidem ad vnum, numerus determinatus. multiplex vero secundum numerum ad vnum, non tamen determinatum, vt hunc vel hunc. sexquialterum vero ad subsexquialterum secundum numerum ad numerum determinatum. superpartiens autem ad subpartientem secundum indeterminatum; sicuti multiplex ad vnum. exceedens autem ad excessum, omnino indeterminatum secundum numerum. numerus enim commensurabilis, secundum vero incommensurabilem numerum dicitur. exeedens enim ad excessum, tantum est, & vltra. hoc vero, indeterminatum est, quodcunque enim contingit, est aut equale, aut non equale. hęc itaque ad aliquid omnia, secundum numerum dicuntur, & numeri passiones sunt.

A N T. Par. 2.

Dicuntur autem prima quidem secundum numerũ, aut simpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. vt duplũ ad dimidium, vt numerus determinatus. Multiplex vero secundum numerum ad vnum, sed non determinatum, ut hunc aut hunc. Sed hemiolum ad subhemiolum, secundum numerum ad numerum determinatum. Et superpartienlare ad subparticulare secundum indeterminatos, vt multiplex ad numerum. Continens autẽ ad contentum omnino indeterminatum secundum numerum. numerus enim commensurabilis. Secundum non cõmensurabilem autem numerũ dicuntur. (continens enim ad contentum tantum quid est, & amplius, sed hoc indeterminatum. Quodcunque enim euenit, aut equale est,

est, aut non æquale. Hæc igitur ad aliquid omnia secundum numerum dicuntur, & numeri passiones.

Prosequitur tres modos enumeratos, & primo prosequitur primum. Secundo prosequitur secundũ, ibi: (Actiua vero & passiua.) Tertio tertium, ibi: (Ergo secundum numerum.) Circa primum duo facit. Primo ponit relationes quæ consequuntur numerũ absolute. Secundo ponit relationes quæ consequuntur unitatem absolute, ibi: (Et amplius æquale.) Dicit ergo, quòd primus modus relationum, qui est secundum numerum distinguitur hoc modo, quia vel est secundum comparationem numeri ad numerũ, vel numeri ad vnum. Et secundum comparationem ad vtrunque dupliciter, quia vel est secundum comparationem numeri indeterminate ad numerũ, aut ad vnũ determinate. Et hoc est quod dicit, ꝙ prima, quæ dicuntur ad aliquid sm numerum, aut dicũtur (simpliciter), idest vniuersaliter, vel indeterminate, aut determinate. Et vtrolibet modo (ad eos), scilicet numeros. Aut ad unum), idest ad vnitatem. Sciendũ est autem, quòd omnis mensuratio, quæ est in quantitatibus continuis, aliquo modo deriuatur à numero. Et ideo relationes, quæ sunt secundum quantitatem continuam etiam attribuuntur numero. Sciendum est etiam, ꝙ proportio numeralis diuiditur primo in duas, scilicet qualitatis, & inæqualitatis. Inæqualitatis autem sunt duæ species, scilicet excedens, & excessum, & magis, & minus. Inæquale autem excedens in quinque species diuiditur. Numerus enim maior quandoque respectu minoris est multiplex, quando, scilicet aliquotiens continet ipsum, sicut sex continet duo ter. & si quidem contineat ipsum bis dicitur duplum, sicut duo ad vnũ uel quatuor ad duo. Si ter, triplum. Si quater, quadruplum. Et sic inde. Quandoque uero numerus maior continet totum numerum minorem semel, & insuper unam aliquã partem eius. Et tunc dicitur superparticularis. Et siquidem contineat totum & medium, vocatur sexquialterum, sicut tria ad duo. Si autem tertiam, sexquitertius, sicut quatuor ad tria. Si quartam, sexquiquartus, sicut quinque ad quatuor. Et sic inde. Quandoq; numerus maior continet minorem totum semel, & insuper non solum vnam partem, sed plures partes. Et sic dicitur superpartiens. Et si quidem contineat duas partes, dicitur superbi partiens, sicut quinque se habent ad tria. Si vero tres, dicitur supertripartiens, sicut septem se habent ad quatuor. Si autem quatuor sic est superquadripartiens, & sic habet nouem ad quinque. Et sic inde. Quandoq; vero numerus maior cõtinet totum minorem pluries, & insuper aliquam partem eius, & tunc dicitur, Multiplex superparticularis. Et si quidem cõtineat ipsum bis & mediam partem ei⁹, dicitur duplum sexquialterum, sicut quinq; ad duo. Si autem ter & mediam partem eius, vocabitur triplum sexquialterum, sicut se habet septem ad duo. Si autem quater & dimidiam partem eius, dicitur quadruplum sexquialterum, sicut nouẽ ad duo. Possent etiam ex parte superparticularis huiusmodi proportionis species sumi, vt dicatur duplex sexquitertius, quando maior numerus habet minorem bis & tertiam partem eius, sicut se habet septem ad tria: uel duplex sexquiquartus, sicut nouem ad quatuor, & sic de alijs. Quandoque etiam numerus maior habet minorem totum pluries, & etiam plures partes eius, & tunc Multiplex superpartiens. Et similiter proportio potest diuidi secundum species multiplicitatis, & secundum species superpartientis, si dicatur duplum superbipartiens, quãdo habet maior numerus totum minorem bis & duas partes eius, sicut octo ad tria. Vel etiam triplum superbipartiens, sicut undecim ad tres. Vel etiam duplũm supertripartiẽs, sicut undecim ad quatuor. Habet enim totum bis, & tres partes eius. Et totidem species sunt ex parte inæqualitatis eius qui exceditur. Nam numerus minor dicitur submultiplex, subparticularis, subpartiens, & sic de alijs. Sciendum autem quòd prima species proportionis scilicet multiplicitas consistit in comparatione unius numeri ad vnitatem. Quelibet enim eius species inuenitur primo in aliquo numero respectu unitatis. Duplum primo inuenitur in binario respectu unitatis. Et proportio tripli in ternario respectu unitatis, & sic de alijs. Primi autem termini in quibus inuenitur aliqua proportio, dãt speciem ipsi proportioni. Vnde in quibuscunque alijs terminis consequẽter inueniatur, inuenitur in eis secundum rationem primorum terminorum. Sicut proportio dupla primo inuenitur inter duo & vnum. Vnde ex hoc proportio recipit rationem & nomen. Dicitur enim proportio dupla ꝓportio duorum ad vnum. Et propter hoc, si etiam unus numerus respectu alterius numeri sit duplus, tamen hoc est secundum ꝙ minor numerus accipit rationem unius, & maior rationẽ duorũ. Sex enim se habet in dupla proportione ad tria, inquantum tria se habent ad sex, vt vnum ad duo. Et simile est in tripla proportione, & in omnibus alijs speciebus multiplicitatis. Et ideo dicit, ꝙ ista relatio du pli, est per hoc quòd numerus determinatus, scilicet duo, (refertur ad unum) idest ad vnitatem. Sed hoc, ꝙ dico multiplex importat relationẽ numeri ad vnitatem, sed non alicuius determinati numeri, sed numeri in vniuersali. Si enim determinatus numerus acciperetur, vt binarius vel ternari⁹, esset vna species multiplicitatis, vt dupla vel tripla. Sicut autem duplum se habet ad duo, & triplum ad tria, quæ sunt numeri determinati, ita multiplex ad multiplicitatem, quia significat numerum indeterminatum. Aliæ autem ꝓportiones non possunt attendi secundum numerum ad unitatem, scilicet neque proportio superparticularis, neque superpartiens, neque multiplex superparticularis, neque multiplex superpartiẽs. Omnes enim hæ proportionum species attenduntur secundum ꝙ maior numerus continet minorem semel, uel aliquotiens, & insuper vnam vel plures partes eius. Vnitas autem partem habere non potest. & ideo nulla harum proportionum potest attendi secundum comparationem numeri ad unitatem, sed secundum comparationẽ numeri ad numerum. Et sic est duplex, uel secundum numerum determinatum, uel secũdum numerum indeterminatum. Si autem secundum numerum determinatum, sic (est hemiolum), idest sexquialterum, aut (subhemiolum), idest supersexquialterum. Proportio enim sexquialtera primo consistit in his terminis, scilicet ternario, & binario, & sub ratione eorum ĩ omnibus alijs inuenitur. Vnde ꝙ dicitur hemiolum uel sexquialterum importat relationem determinati numeri ad determinatum numerum, scilicet trium ad duo. Quod vero dicitur superparticulare, refertur ad subparticulare, non secundum determinatos, sicut etiam multiplex refertur ad unum, sed secundum numerum indeterminatum. Primæ enim species inæqualitatis superius numeratæ accipiuntur secũdum indeterminatos numeros, ut multiplex, superparticulare, superpartiens & c. Species vero istorum accipiuntur secundum numeros determinatos, vt duplum, triplum, sexquialterum, sexquitertium, & sic de alijs. Contingit enim aliquas quantitates continuas habere proportionem adinuicem, sed non secundum aliquem numerum, nec determinatum, nec indeterminatum. Omnium enim quantitatum continuarum est aliqua proportio, non tamen est proportio numeralis. Quorumlibet enim duorũ nu-

Margin notes (left): Infra par 4. / Infra pt. 5. / Infra pt. 3. / Oĩs mensura ĩ quãtitate cõtinua est aliquo mõ a numero. Diuisio ꝓportionũ. / Quinq; species inæqualitatis. / Prima dicit multiplex. / Sc̃da super particularis / Tertia sup partiens. / Quarta multiplex super particularis. / Quĩta multiplex super partiens.

Margin notes (right): Hemiolum Subhemiolum. / Nõ oĩs proportio quã titatis continuæ est a numero, ut æquale & ĩæquale.

numerorum est vna mensura cõis, s. vnitas, quæ aliquotiens sumpta, quemlibet numerum reddit. Non autem quarumlibet quantitatum continuarum inuenitur esse vna mensura communis, sed sunt quædã quantitates continuæ incommensurabiles lateri. Et hoc ideo, quia non est proportio eius ad latus, sicut proportio numeri ad numerum, vel numeri ad vnũ. Cum ergo dicitur in quantitatibus, ꝙ hæc est maior illa, vel se habet ad illam vt continens ad contẽtum, non solum hæc ratio non attenditur secundum aliquam determinatam speciem numeri, sed nec etiam ꝙ sit secundum numerum, quia omnis numerus est alteri commensurabilis. Omnes enim numeri habẽt vnam communem mensuram, scilicet vnitatem. Sed continens & contentum non dicuntur secundum aliquam commensurationem numeralem. Continens enim ad contentum dicitur, quod est tantum, & adhuc amplius. Et hoc est indeterminatum, vtrum sit commensurabile, vel non commensurabile. Quantitas enim qualiscunque accipiatur, vel est æqualis vel inæqualis. Vnde si non est æqualis, sequitur ꝙ sit inæqualis & continens, etiam si non sit commensurabilis. Patet igitur ꝙ omnia prædicta dicuntur ad aliqd secundum numerum, & secundum passiones numerorum, quæ sunt commensuratio, proportio, & huiusmodi. Deinde cum dicit.

BESS. *Et adhuc æquale, simile, & idem secundum alium modum. secundum unum etenim omnia dicuntur. Eadem enim sunt, quorum substantia una. Similia uero, quorum qualitas una. Aequalia autem, quorum quantitas una. ipsum uero unum numeri principium, & mensura, unde hæc omnia ad aliquid dicuntur. secundum numerum quidem, non tamen eodem modo.*

A N T. Par. 3. — Vnum principium numeri. *Et amplius æquale, & simile, & idem secundum alium modum. Hæc enim secundum unum dicuntur omnia. Eadem nanque, quorum est substantia. Similia uero quorum qualitas est una. Aequalia uero quorum quantitas est una. Vnitas uero est numeri principium & metrum, idest mensura. Quare ea omnia dicuntur ad aliqd secundum numerum quidem, non tamen eodem modo.*

Ponit relatiua, quæ accipiuntur secundum vnitatem, & non per comparationem numeri ad vnum, vel ad numerum, & dicit ꝙ alio modo a prædictis dicuntur relatiue, æquale, simile, & idem. Hæc enim dicuntur secundum vnitatem. Nam eadem sunt, quorum substantia est vna. Similia, quorum qualitas est vna. Aequalia, quorum quantitas est vna. Cum autẽ vnum sit principium numeri & mensura, patet etiã, quòd hæc dicuntur ad aliquid, secundum numerũ, i. secundum aliquid ad genus numeri pertinens, non eodem modo tamen hæc vltima cum primis. Nam primæ relationes erant secundum numerum ad numerum, vel secundum numerum ad vnum, hoc autem secundum vnum absolute. Deinde cum dicit.

[Margin: Sumitur in his substantia pro essentia, qualitas pro modo qualitatis, & similiter quantitas.]

BESS. *Actiua uero & passiua, secundum actiuam et passiuam potentiam, & potentiarum actiones, utputa calefactiuum ad calefactibile, quoniam possunt, & rursus calefaciens ad id, quod calefit, & secans ad id, quod secatur, ut agentia. Eorum autem quæ secundum numerum sunt non sunt actiones, nisi quemadmodum in aliis dictum est, sed secundum motum actiones non existunt. Eorum uero, quæ secundum potentiam, etiam secundum tempora iam dicuntur ad aliquid ueluti quod fecit, ad id quod factum est. & id, quod facturum est, ad id, quod faciendum est: sic enim pater quoque, filij pater dicitur. hoc enim facit, ac illud passum quid est. Item quædam secundum priuationem potentiæ, ut impossibile. & quæcunque ita dicuntur, ut inuisibile.*

A N T. Par. 2. *Actiua uero & passiua secundum potentiam actiuam & passiuam sunt, & actiones potentiarum. ut calefactiuum ad calefactibile, quia potest, & iterum calefaciens ad calefactum, & secans ad sectum, tanquam agentia. Eorum uero, quæ sunt secundum numerum, non sunt actiones, nisi quemadmodum in alijs dictum est. quæ autem secundum motum, actiones non existunt. Istorum autem, quæ secundum potentiam, & secundum tempus iam dicuntur ad aliquid, vt faciens ad quod fit, & facturum ad faciendum. Sic enim pater, filij dicitur pater: hoc quidem enim fecit, illud autem passum quid est. Amplius quædam secundum priuationem potentiæ, vt impossibile, & quæcunque sic dñr, vt inuisibile.*

Prosequitur de secundo mõ relatiuũ, quæ sunt in actiuis & passiuis: & dicit, ꝙ hmõi relatiua sunt relatiua dupliciter. Vno modo ẜm potentiam actiuam & passiuam, & secundo mõ secundum actus harum potentiarum, qui sunt agere & pati, sicut calefactiuũ dr̃ ad calefactibile ẜm potentiam actiuam & passiuã. nam calefactiuum est, quod põt calefacere, calefactibile vero, quod põt calefieri. Calefaciens aũt ad calefactum, & secans ad id quod secatur, dñr relatiue ẜm actus prædictarum potentiarum. Et differt iste modus relationum a præmissis. Quæ.n. sunt secundũ numerum, non sunt aliquæ actiones nisi secundum similitudinem, sicut multiplicare, diuidere, & hmõi, vt ẽt in alijs dictum est, s. in 2. phys. vbi ostendit, ꝙ mathematica abstrahunt a motu, & ideo in eis esse non põt hmõi actiones, quæ secundum motum sunt. Sciẽdum ẽt ꝙ eorum relatiuorum, quæ dicuntur secundum potentiam actiuam & passiuam, attenditur diuersitas secundum diuersa tpa. Quædam.n. horũ dñr relatiue secundum tempus præteritum, sicut quod fecit, ad illud quod factum est, vt pater ad filium, quia ille genuerit, iste genitus est, quæ differunt secundum fecisse, & passum esse. Quædam vero secundum tp̃s futurum, sicut facturus refertur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illæ relationes, q̃ dñr secundum priuationem potentiæ, vt impossibile & inuisibile. Dicitur.n. aliquid impossibile huic vel illi, & similiter inuisibile. Deinde cum dicit.

[Margin: Vel, ut d. Alex. nõ conuenit relatiuis diuidi hoc mõ, & ẜ secũdum aliquam potentiam dicantur, nã illis actio per motum non conuenit, sed vt in alijs, i. vt in mobilibus immaterialibus, quæ non agunt per motum. Vel si illis conuenit agere conuenit ratione rerum.]

BESS. *Quæcunque igitur secundum numerum & potentiã ad aliquid dicuntur, cuncta sunt ad aliquid, eo quòd ipsum, quod est alterius, dicitur ipsum, quod est, sed non eo, quod aliud ad illud. mensurabile, & scibile, & intelligibile, eo quod aliud ad illud dicitur. nam intelligibile significat, quod eius est intellectus. non est aũt intellectus ad illud, cuius intellectus est. idẽ.n. profecto bis dictũ esset. similiter et visus cuiusdam est visus, non cuius est visus (etsi uerũ est hoc dicere) sed ad colorẽ, aut aliquid aliud tale. illo vero mõ bis idẽ diceretur, quod visus est cuius est visus. Eorũ igr̃, quæ per se ad aliquid dñr, quædã ita dnr.*

A N T. Par. 2. *Ergo secundum numerum & potentiam dicta ad aliquid, oĩa sint ad aliquid, eo quòd ipsum, quod est, alterius dr̃ id quidẽ, sed nõ eo quòd aliud ad aliud. Mensurabile vero, & scibile, et intellectuale eo quòd aliud dicitur ad ipsum ad aliquid dnr, sed non eo, quòd illa ad aliud. Nã intellectuale sighat quod ipsius est intellectus. Non est aũt ad hoc cuius est intellectus. Bis.n. diceretur. Et similiter alicuius visus est visus, & non cuius est visus, quamuis sit uerum hoc dicere, sed ad colorẽ, aut ad aliqd tale. Illo vero modo bis diceretur, quia est visus cuius est visus. Ergo secundum se dicta ad aliquid sic dicũtur.*

Prosequitur de tertio mõ relationũ & dicit ꝙ in hoc differt iste tertius modus à p̃dictis, ꝙ in p̃missis, unumquodque dr̃ relatiue ex hoc, qđ ipsum ad aliud refert, nõ ex eo ꝙ aliud referatur ad ipsum. Duplum enim refertur ad dimidium, & econuerso, & simili-

ter pater ad filium,&econuerso.sed hoc tertio modo aliquid dr relatiue ex eo solum, quod aliquid refert ad ipsum, sicut patet, qđ sensibile & scibile vel intelligibile dicuntur relatiue,quia alia referuntur ad illa, Scibile enim dicitur aliquid,propter hoc,quod habetur scientia de ipso. Et similiter sensibile dicitur aliquid quod potest sentiri. Vnde non dicitur relatiue propter aliquid, quod sit ex eorum parte, quod sit qualitas,uel quantitas, uel actio, uel passio, sicut in præmissis relationibus accidebat, sed solum propter actiones aliorum, quæ tamen in ipsa non terminantur.Si enim uidere esset actio uidentis perueniens ad rem uila, sicut calefactio peruenit ad calefactibile, sicut calefactibile refert ad calefaciēs ita visibile referret ad uidētē. Sed uidere & intelligere & hmōi actiones,ut in Nono huius dicetur,manent in agentibus, & non transeunt in res passas, unde uisibile & scibile non patitur aliquid, ex hoc quod intelligitur uel uidetur.Et propter hoc non ipsamet referūtur ad alia, sed alia ad ipsa.Et simile est in omnibus aliis, in quibus relatiue aliquid dicitur propter relationem alterius ad ipsum, sicut dextrum & sinistrum in columna.Cum enim dextrum & sinistrum desiguēt principia motuum in rebus animatis, columnæ & alicui inanimata attribui nō possunt : nisi secundum quòd animata aliquo modo se habeant ad ipsam, sicut columna dicitur dextra, quia homo est ei sinister. Et simile est de imagine respectu exemplaris, & denario, quo fit pretium emptionis.In omnib. autem his tota ratio referendi in duobus extremis, pendet ex altero.Et ideo omnia huiusmodi quodammodo se habent,ut mensurabile & mēsura.Nam ab eo quælibet res mensuratur, à quo ipsa dependet. Sciendum est autem,quod quamuis scientia secundum nomen uideatur referri ad scientem, & ad scibile,dicitur enim scientia scientis, & scientia scibilis, & intellectus ad intelligentem & intelligibile,tamen intellectus secūdū quod ad aliquid dicitur,ó ad hoc cuius est,sicut subiecti dicitur. sequeretur enim quod idē relatiuū bis diceretur,constat enim quoniam intellectus dicitur ad intelligibile,sicut ad obiectum. Si autem diceretur ad intelligentem,bis diceretur ad aliquid.& cū esse relatiui sit ad aliud quodammodo se habere, sequeretur idem haberet duplex esse. & similiter de uisu patet quod non dicitur ad uidentē, sed ad obiectum quod est color (uel aliquid aliud tale.)Quod dicit propterea, quæ uidentur in nocte non per proprium colorem, ut habetur in secundo de anima. Quamuis & hoc recte posset dici. s. quod uisus sit uidentis.Refertur autem uisus ad uidentem, nō inquātum est uisus,sed inquantum est accidens, uel potentia uidentis.Relatio enim respicit aliquid extra, non autem subiectum,nisi inquantum est accidens.Et sic patet,quod isti sunt modi,quibus aliqua dicuntur secundum se ad aliquid. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 15.

Vide.2.coeli com. 22.

Cū vnū eor relatiuum ad alterum refertur diuersum a subiecto,tamen non refertur nisi ad vnum vt correlatiuū & ad subiectum sicut ad accidens

BESS. *Quædam si genera eorum talia sunt. utputa medendi ars rorum est,quæ ad aliquid sunt,quoniā genus eius scientia uidetur eorum esse,quæ ad aliquid sunt.Item si eundem, quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent, ut æqualitas, quoniam ipsum æquale. & similitudo,quoniam & ipsum simile. Aliqua uero secundum accidens dicuntur. ut homo ad aliquid quoniā accidit ei duplo esse hoc autem eorum est,quæ ad aliquid sunt. aut album, si eidem accidit duplo,& albo esse.*

ANT. par.6. *Illa uero quia sua genera sunt talia vt medicina ad aliquid,quia suum genus scientia uidetur ad aliquid esse Amplius quecunque secundum habentia dicuntur ad aliquid,ut equalitas,quia æquale,& similitudo,quia simile. Alia uero secundum accidens,ut homo ad aliquid, quia accidit duplum esse,& hoc est ad aliquid,et album, quia ei accidit album & duplum.*

Ponit tres modos,quibus aliqua dicuntur ad aliquid non secundum se,sed secuūdum aliud. Quorū primus est, quando aliqua dicuntur ad aliquid propter hoc qđ sua genera sunt ad aliquid. sicut medicina dicitur ad aliquid, quia scientia est ad aliquid.Dicitur enim, quod medicina est scientia sani & ægri. Et isto modo refertur scientia per hoc quod est accidens. Secundus modus est, quando aliqua abstracta dicuntur ad aliquid,quia concreata habentia illa abstracta ad aliud dicuntur,sicut æqualitas & similitudo dicuntur ad aliquid.quia simile & æquale ad aliquid sunt. Aequalitas autem & similitudo secundū nomen non dicuntur ad aliquid.Tertius modus est, quando subiectum dicitur ad aliquid, ratione accidentis,sicut homo uel album dicitur ad aliquid,quia utrique accidit duplum esse.& hoc modo caput dicitur ad aliquid,eo quod est pars.

LECTIO XVIII.

Perfectum secundum se tribus dici modis exponitur. qui in duos reducuntur: quomodo item perfecta, ratione alterius dicantur perfecta declarat.

BESS. Tex. c. 21.

Perfectum dicitur vno quidem modo, extra quod non est vllam accipere particulam. vtputa,tēpus ipsum vniuscuiusque perfectum est extra quod nō est ullum accipere tempus, quod pars huius temporis sit. Et quod secundum virtutem,& quod est eius, quod bene,non habens excessum ad genus, vt perfectus musicus,& perfectus tibicen,cum secundum propriæ virtutis speciem in nullo deficiant. Ita etiam in malis transferentes dicimus calumniatorem perfectum, & furem perfectum,quoniam etiam bonos eos appellamus, vtputa furem bonum,et calumniatorem bonum. Virtus quo que quędam perfectio est. vnumquodque nanque tunc perfectum est, cunctaq; substantia tunc perfecta, cum secundum speciem propriæ nirtutis nulla desit particula magnitudinis naturalis.

Nota ibi quod datur magnitudo virtutis,idē 10 huius Te.13.

ANT. Tex. cō. 12. par. 1.

Perfectum vero dicitur,unum quidem,extra quod non est accipere ullam quidem particulam. ut tempus perfectum singulorum,extra quod non est accipere tempus aliquod, quod sit huius temporis pars. Et quæ sunt secundum uirtutem & eius quod bene, non habentia hyperbolem ad genus. Vt perfectus medicus, & perfectus fistulator, quando secundum speciem propriæ uirtutis in nullo deficiunt. Sic autem transferentes ad mala dicimus sycophantam perfectum, & latronem perfectum,quoniam & bonos dicimus eos,ut latronem bonum, syophantam bonum. Est enim uirtus perfectio quædam.Quodlibet enim perfectum, & substantia omnis tunc perfecta, quando secundum speciem propria uirtutis in nulla desinit parte sm naturā mēsuræ.*

*calumniatorem.

Postquam Philosophus distinxit nomina, quæ significant causas,& subiectum, & partes subiectorū huius scientiæ,hic incipit distinguere nomina, quæ significant ea,quæ se habent per modum passionis, & diuiditur in duas partes.In prima distinguit nomina,ea,quæ pertinent,ac perfectionem entis.In secunda distinguit nomina, quæ pertinent ad entis defectum,ibi.(Falsum dicitur uno modo)Circa primum duo facit.Primo distinguit nomina significantia ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. Secundo pertinentia ad totalitatem. Perfectum enim & totum, aut sunt idem, aut fere idem significant, vt dicitur in Physic. secunda ibi. § Ex aliquo esse dicitur.) Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen perfectum, Secundo distinguit quædam nomina,quæ significant

Infra le.21. par.3. Infra le.21. Tex.c.64.

gnificant qualdam perfectiones perfecti, ibi. [Termi nus dicitur.] Circa primum duo facit. Primo ponit modos, quibus aliqua dicuntur perfecta s(ecundu)m se, secundo modos, quibus aliqua dicuntur perfecta per respe ctum ad alia, ibi. [Alia vero.] circa primum duo facit. Primo ponit modos, quibus aliquid secundum se dicitur perfectum. Secundo ostendit quomodo s(ecundu)m hos modos aliqua diuersimode perfecta dicuntur, ibi. [secundum se dicta quidem igitur.] dicit ergo pri mo, quòd perfectum vno modo dicitur, extra quod non est accipere aliquam eius particulam, sicut ho mo dicitur perfectus, quando nulla deest ei pars. Et dicitur tempus perfectum, quando non est accipere extra aliquid, quod sit téporis pars, sicut dicitur dies perfectus, quando nulla pars diei deest. Alio modo dicitur aliquid perfectum secundum virtutem, & sic dicitur aliquid perfectum, quod non habet (hyper bolem,) i. super excellentiam vel superabundantiam ad hoc quod aliquid bene fiat secu(n)dum genus illud. Et similiter nec defectum, hoc enim dicimus bene se habere vt dicitur in 2. Ethicor. quod nihil habet nec plus, nec minus quàm debet habere. Et sic dicitur p fectus medicus, & perfectus fistulator, quando nó de ficit ei, aliquid, quod pertineat ad specié propriæ vir tutis, secúdum quam dicitur, quòd hic est bonus me dicus, & ille bonus fistulator. Virtus enim cuiuslibet est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Secundum autem hunc modum vtimur tran slatiue nomine perfecti etiá in malis, dicimus enim perfectum sycophantam, i. calumniatorem, & perfe ctum latronem, quando in nullo deficit ab eo quod competit eis inquantum sunt tales. Nec est mirum, si in istis, quę magis sonant defectum, vtimur nomine perfectionis, quia etiam eum sint mala, vtimur in eis nomine bonitatis per quandam similitudinem. Dicimus enim bonum furem, & bonum calumniatoré, quia sic se habent in suis operationibus, licet malis, sicut boni in bonis. Et quòd aliquid dicatur perfectú per comparationem ad virtutem propriam, prouenit quia virtus est quædam perfectio rei. Vnúquodque enim tunc est perfectum quando nulla pars magnitudinis naturalis, quæ competit ei secundum speciem propriæ uirtutis, deficit ei. Sicut autem quælibet res naturalis habet determinatam mensuram na turalis magnitudinis secundum quantitatem continuam, vt dicitur in 2 de anima, ita etiam quælibet res habet determinatam quantitatem suæ virtutis natu ralis. Equus enim habet quantitatem dimensiuam determinatam secundum naturam cum aliqua latitudine. Est enim aliqua quantitas, vltra quam nullus equus protenditur in magnitudine. Et similiter est aliqua quantitas, quam non transcendit in paruitate. Ita etiam ex vtraque parte determinatur aliquibus terminis quantitas virtutis equi. Nam aliqua est virtus equi, qua maior in nullo equo inuenitur: & similiter est aliqua tam parua, qua nulla est minor. Sicuti igitur primus modus perfecti accipiebatur ex hoc quod nihil rei deerat de quantitate dimensiua si bi naturaliter determinata, ita hic secúdus modus accipitur ex hoc quòd nihil deest alicui de quantitate virtutis sibi debitæ secundum naturam. Vterque autem modus perfectionis attenditur secundum interiorem perfectionem.

Infra hac Lect. pe. 4. — *Infra pe. 3. Perfectum tribus modis dicitur.* — *Ibid. 6.* — *Perfectum dicitur etia in malis secundú metaphoram* — *Tex. c. 41.*

B E S S. *Item quibus finis studiosus est ea perfecta dicuntur: etenim secundum quod habēt e finem, perfecta dicū tur. Quare, cum finis ultimorum quippiam est, ad praua quoque transferentes, dicimus perfectè interemptum esse, & perfecte corruptum esse, cum nil corruptionis, aut mali deest, sed in ultimo sit: propter quod & mors metaphoricè dicitur finis, quoniam ultima. finis autem & quod cuius gratia ultimum est.*

A N T. Par. 2. *Amplius cuius est finis studiosus, ea dicuntur perfecta. Etenim secundum habere finem, perfecta. Quare quoniam finis ultimorum aliquid est, et ad praua trans ferentes dicimus perfecte perdi, & perfecte corrumpi, quando nihil deest corruptioni in malo, sed ultimo est. Quapropter mors secundum metaphoram dicitur finis, ultima. Finis autem & cuius causa ultimum.*

Duę hæ sút finis conditiones.

Tertium modú ponit per respectum ad exterius dicens, quòd illa dicuntur tertio modo perfecta [qui bus inest finis,] i. quædam quæ consecuta sunt suum finem. Si tamen ille finis fuerit (studiolus,) i. bonus. sicut homo, quando iam consequitur beatitudinem. Qui autem consequitur finem suum in malis, magis dicitur deficiens quam perfectus, quia malum est pri uatio perfectionis debitæ. In quo patet, quòd mali, quando suam perficiunt voluntatem non sunt felices, sed miseriores. Quia vero oís finis est quoddá vltimum, ideo per quandam similitudinem transferimus, nomen perfectum, ad ea, quæ perueniunt ad vltimum, licet illud sit malum. Sicut dicitur aliquid perfecte perdi, uel corrumpi, quando nihil deest de corruptione uel perditione rei. Et per hanc metaphoram, mors dicitur finis, quia est vltimum. Sed finis non solum habet, quòd sit vltimum, sed etiam q(uod) sit cuius causa fit aliquid. Quod non contingit morti uel corruptioni. Deinde cum dicit.

Non omne ultimú est, ppríe finis.

B E S S. *Quæcunque igitur per se perfecta dicuntur, toties di cuntur. Quædam, eo quòd secundum bene in illo deficiant, nec habent in aliquo genere excessum. nec est quicquam extra.*

A N T. Par. 3. *Secundum se dicta quidem igitur perfecta totiens di cuntur. Alia quidem, quia secundum bene in nullo deficiant, * nec hyperbolem habent nec extra aliquid accipiunt. Alia omnino secundum quòd non habent * hyperbolen, in vnoquoque genere, nec aliquid est extra.*

*.i. excessū
*.i. excessū

Ostendit quo aliqua diuersimode se habeant ad prædictos modos perfectionis, & dicit, quòd quædá dicũtur s(ecundu)m se perfecta, & hoc dupliciter. Alia quidé universaliter perfecta, quia nihil omnino deficit eis ab solute, nec aliquam habent [hiperbolem,] i. excedentiam, quia a nullo scilicet penitus in bonitate exce duntur, nec aliquid extra accipiunt quia nec indigét exteriori bonitate. Et hæc est conditio primi princi pii, scilicet Dei, in quo est perfectissima bonitas, cui nihil deest de omnibus perfectionibus in singulis ge neribus inuentis. Alia dicuntur perfecta in aliquo ge nere, ex eo quòd quátum ad illud genus pertinet, nec (habent hyperbolem, [i. excedentiam, quasi aliquid eis deficiat eorum, quæ illi generi debentur, nec aliquid eorum, quæ ad perfectionem illius generis pertinent est extra ea, quasi eo careant, sicut homo dicitur perfectus, quando iam adeptus est beatitudiné. Et sicut fit hæc distinctio quantum ad secundu modum perfectionis supra positum, ita potest fieri quan tum ad primum, vt tangitur in principio cęli & mú di. Nam quodlibet corpus particulare est quantitas perfecta secundum suum genus, quia habet tres dimensiones, quibus non sunt plures. Sed mundus dicitur perfectus vniuersaliter, quia omnino nihil extra ipsum est. Deinde cum dicit.

In primo principio sunt oés pfectiões, cú sit ipsum esse.

B E S S. *Cætera uero iam secundum ipsa, eo quod aut aliquid tale faciunt, aut habent, aut conueniunt, aut tali, aut aliquo alio mó ad ea, quæ primo dicta fuit, perfecta dicũtur.*

A N T. par. 4. *Alia uero iam secundum ipsa, aut in faciendo aliquid tale aut habendo, aut cognoscendo tali, aut in aliqualiter dici ad primo dicta perfecta.*

Modi quo aliqua dicũ tur pfecta per aliud.

Ponit modum, secundum quem aliqua dicuntur perfecta per respectum ad aliud, & dicit, ꝙ alia dicũtur perfecta (secundum ipsa,)i. per comparationem ad perfecta, quæ sunt secundum se perfecta. Vel ex eo, ꝙ faciunt aliquid perfectum aliquo priorum modorum, sicut medicina est perfecta, q̃ facit sanitatẽ perfectam. Aut ex eo, ꝙ habent aliquid perfectum, sicut homo dicitur perfectus, qui habet perfectam scientiam. Aut repræsentando tale perfectum, sicut illa, quæ habent similitudinem ad perfecta, vt imago dicitur perfecta, quæ repræsentat hominem perfecte. Aut qualitercunque referantur ad ea, quæ dicuntur per se perfecta primis modis.

LECTIO XIX.

Quot modis terminus, secundum quod, & ipsum per se, ac dispositio ipsa dicatur, exponit.

BESS. Tex. 22.

Terminus dicitur; quod ultimum cuiusque est extra quod nihil est accipere primum, & intra quod omnia primum.

ANT. Tex. cõ. 22.

Terminus dicitur quod est cuiuslibet ultimum, & extra quod nihil est acipere primi, & infra quod omnia primi.

Par. 11. Perfectum quid.

Hic prosequitur de nominibus, quæ significant conditiones perfecti. Perfectum autem, vt ex præmissis patet, est terminatum & absolutum, non dependẽs ab alio, & non priuatum, sed habens ea, quæ sibi secũdum suum genus competunt. Et ideo primo ponit hoc nomen terminus. Secundo hoc quod dicitur per se, ibi. (Et secundum quod dicitur.) Tertio hoc nomen habitus, ibi. (Habitus vero dicitur.) Circa primũ tria facit. Primo ponit rationem termini dicens, ꝙ terminus dicitur quod est vltimum cuiuslibet rei, ita ꝙ nihil de primo terminato est extra ipsum terminum, & omnia quæ sunt eius, continentur intra ipsum. Dicit autem (primi) quia contingit id, quod est vltimum primi, esse principium secundi, sicut nũc quod est vltimum præteriti, est principium futuri.

Infra pt. 4. Lec. seq. par. 2. Terminus quid.

BESS.

Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem habentis: et cuiusque finis. tale uero est, ad quod motus & actus, & non à quo. quando autem ambo, & à quo, & ad quod. Et cuius causa. Et substantia uniuscuiusque, ac quod quid erat esse unicuique. cognitionis enim hoc terminus est. quod si cognitionis, rei quoque est.

ANT. par. 3.

Et quęcunque fuerit species magnitudinis, aut habẽtis magnitudinem, & finis cuiusque. Tale uero ad quod motus & actus, & non à quo. Et quando ambo, et à quo & in quod. Et cuius causa. Et substantia cuiuslibet, & quod quid erat cuique. Cognitionis enim hic terminus, sed si cognitionis & rei.

Terminus: Primus dicitur quatuor modis

Secundo ponit quatuor modos, quibus dicitur terminus. quorum primus est secundum ꝙ in qualibet specie magnitudinis, finis magnitudinis, vel habẽtis magnitudinem, dr̃ terminus. sicut punctus dr̃ terminus lineæ, & superficies corporis, vel ẽt lapidis hñtis quantitatem. Secundus modus est similis primo, ſm ꝙ vnum extremum motus vel actionis dr̃ terminus, hoc, s. ad quod est motus, & non a quo. sicut terminus generationis est esse, non aũt non esse quamuis qñq; ambo extrema motus dicantur terminus largo modo, s. a quo, & in quod, prout dicimus, ꝙ oĩs motus est inter duos terminos. Tertius modus dicit terminus, cuius causa fit aliquid, hoc. n. est vltimum intẽtionis, sicut terminus secundo modo dictus est vltimum motus vel operationis. Quartus modus est ſm ꝙ substantia rei, quæ est essentia & diffinitio signãs ꝙ quid est res, dr̃ terminus, est. n. terminus cognitionis. Incipit. n. cognitio rei ab aliquib. signis exteriorib. quib. peruenitur ad cognoscẽdam rei diffinitionem, quo cum peruẽtum fuerit, habetur perfecta cognitio de re. Vel dr̃ terminus cognitionis diffinitio, quia infra ipsam continentur ea, per quę scitur res. Si autem una differentia vel addatur, vel subtrahatur, iam non erit eadem diffinitio. Si autem est terminus cognitionis, oportet ꝙ sit rei terminus, quia cognitio fit per assimilationẽ cognoscentis ad rẽ cognitã.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Diffinitio ẽ terminus cognitiõis intuitiuæ, & principium cognitionis demonstratiuæ.

BESS.

Quare patet, quod quoties dicitur principium, toties etiam terminus, & adhuc amplius principium: namque terminus quidam. sed non omnis terminus, principium.

ANT. Par. 3.

Quare palam quia quotiens principia dicuntur, totiens terminus & adhuc. Principium enim terminus quidam est, sed terminus non omnis principium.

Concludit comparationem termini ad principiũ dicens, quod quotiens dicitur principium, totiens dicitur terminus, & adhuc amplius, quia omne principium est terminus, sed non terminus omnis, est principium. Id enim ad quod motus est terminus est, & nullo modo principium est. illud uero à quo est motus est principium, & terminus, ut ex prędictis patet.

BESS. Tex. 23.

Secundũ quod multipliciter dicitur. Vno modo forma & substantia cuiusque rei, vt secundum quod bonus, ipsum bonum. Alio, in quo primo fieri aptum est, ut color in superficie. Quod igitur primo dictum est secundum quod ipsa forma est, secũdo uero tãquã cuiusq; materia & primum cuiusque subiectum. Et omnino ipsum secundum quod, toties dictum erit, quoties dicitur causa. secundum quod enim uenit, aut qua causa uenit, dicitur. & secundum quod paralogizatum siue syllogizatum est & quæ syllogismi, siue paralogismi causa est. Item secũdum quod dicitur, quod secundum positionem est, secundum quod stetit, aut secundum quod uadit. etenim hæc omnino positionem & locum significant.

ANT. par. 4. Tex. c. 23.

Et secundum quod dicitur multipliciter. Vno quidẽ modo species & substantia cuiusque rei. ut secundum quod bonum. per se bonum. Alio uero in quo primum aptum natum est fieri, ut color in superficie. Primo quidẽ ergo dictum secũdum quòd species est. Secundo autẽ ut materia cuiusque, & subiectum cuiusque primum. Omnino uero ipsum secundum quòd pariter & causa existit. Nam secũdum quòd uenit, aut cuius causa uenit, dicitur, & secundum quòd paralogizatum est, aut syllogizatũ aut qua cã sylogismi sunt, aut paralogismi. Amplius secundum positionem dicitur. vt secundũ quod uadit. nanque omnino positionem significant & locum.

Hic determinat de per se, & circa hoc tria facit. Primo determinat de hoc, quod dicitur secundum ꝙ, quod est communius quàm secũdum se. Secundo concludit modos eius, quod dicitur secundum se, ibi: (Quare secundum se.) Tertio, quia uterque dictorum modorum secundum aliquem modum significat dispositionem, determinat de nomine dispositionis, ibi. (dispositio.) Circa primum ponit quatuor modos eius quod dicitur secundum quod, quorum primus est, prout (species.), i. forma, & (substãtia rei) idest essentia, est id, secundum quod aliquid esse dicitur. sicut secundum Platonicos, (per se bonum), i. idea boni est illud, secundum quod aliquid bonum dicitur. Secundus modus est, prout subiectũ, in quo primo aliquid natum est fieri, dicitur secundum quod. sicut color primo fit in superficie, & ideo dicitur, quod corpus est coloratũ secundum superficiem. Hic autem modus differt à prædicto, quia prędictus ptinet ad formã, & hic pertinet ad materiam. Tertius modus est, prout vniuersaliter quælibet causa dicitur secundum ꝙ. Vnde totiens dicitur ſm ꝙ quotiens & causa. Idem enim est quærere secundum

Par. seq. Lect. seq. Par. 1. Modi quatuor secundum quod. Primus.

Secundus.

Tertius.

quòd

venit, & cuius causa venit, similiter secũdum quòd paralogizatur, aut syllogizatum est, & qua causa facti sunt syllogismi. Quartus modus est prout secundum quod, significat positionem & locum, sicut dicitur, iste (stetit secundum hunc,) idest iuxta hunc, & ille (vadit secundum hunc,) idest iuxta hunc, quæ omnia significant positionem & locum. Et hoc manifestius in græco idiomate apparet. Deinde cum dicit.

Quartus.

B E S S. *Quare & secundum se, multipliciter vt dicatur necesse est. vno nanque modo secundum se, est quod erat esse cuilibet. vt Callias, & quod quid erat esse Calliam. Alio vero quecunque in eo quod quid est insunt. vtputa Callias, secundum se animal est. in ratione enim, animal inest, Callias enim, quoddam animal est. Item si in seipso primo suscepit, aut in aliquo sui, vtputa, superficies alba secundum se, & homo, secundum se uiuens. anima namque pars quedam hominis est. in qua prima ipsum viuere est. Item cuius non est aliqua alia causa, hominis namque multa causæ sunt, animal bipes. attamen secundum se, homo est homo. Item quecunque soli insunt. Quare quod separatum est, secundum se est.*

A N T. Par. 5. *Quare secundum se dici multipliciter est necesse. Vno enim secundum se quod quid erat esse vnicuique, vt Callias & quodquid erat esse Calliam. Alio vero quę cunque in eo quod quid est existunt, vt animal Callias secundum se. nam in ratione inest animal. Animal enim quoddam est Callias. Amplius autem si in ipso ostensum est primo, aut in eius aliquo, vt superficies alba secundum se, & vinum secundum se homo. Anima nanque pars est quędam hominis, in qua prima est ipsum uiuere. Amplius cuius non est alia. Hominis enim multę sunt causę, animal bipes: attamen secundum se homo est homo. Amplius quęcunque soli insunt, & inquantum soli quòd separatum, secundum se.*

Quatuor modi dicẽdi per se. Primus.

Concludit ex prædictis quatuor modos dicendi per se, vel secundum se. Quorum primus est, quando diffinitio significans quid est esse vniuscuiusque dicitur ei inesse secũdũ se, sicut Callias (& quod quid erat esse Calliam). i. & essentia rei, ita se habent quod vnum inest secundum se alteri. Non autem solum tota diffinitio dicitur de diffinito secũdum se, sed aliquo modo etiam quæcunque insunt in diffinitione dicente quid est, prædicantur de diffinito secũdum se, sicut Callias est animal secundum se. Animal enim inest in ratione Calliæ. Nam Callias est quoddam animal, & poneretur in eius diffinitione, si singularia diffinitionem habere possent. Et hi duo modi sub vno comprehenduntur. Nam eadem ratione, diffinitio & pars diffinitionis per se de vnoquoque prædicantur. Est enim hic primus modus per se, qui ponitur in lib. posteriorum & respondet primo modo eius quod dicitur secundum quod superius posito. Secundus modus est, quando aliquid ostẽditur esse in aliquo, sicut in primo subiecto, cum inest ei per se Quod quidem contingit dupliciter, quia vel primum subiectum accidentis est ipsum totum subiectum de quo prædicatur. Sicut superficies dicitur colorata vel alba secundum seipsum. Primum enim subiectum coloris est superficies & ideo corpus dicitur coloratum ratione superficiei. Vel etiam aliqua pars eius, sicut homo dicitur uiuens secundum se, quia aliqua pars eius est primum subiectum vitæ, scilicet anima. Et hic est secundus modus dicendi per se in Posterioribus positus, quando, scilicet subiectum ponitur in diffinitione prædicati. Subiectum enim primum, & proprium, ponitur in diffinitione accidentis proprij. Tertius modus est prout secundum se esse dicitur illud, cuius non est aliqua alia causa, sicut omnes propositiones immediatæ, quæ scilicet per aliquod medium non probantur. Nam medium in demonstrationibus propter quid est causa, quòd prædicatum insit subiecto. Vnde licet homo habeat multas causas, sicut animal & bipes, quę sunt causæ formales eius, tamen huius propositionis, homo est homo, cũ sit immediata, nihil est causa. & propter hoc homo est homo secundum se. Et ad hunc modum reducitur quartus modus dicendi per se in Posteriori bus positus, quando effectus prædicatur de causa, ut cum dicitur, interfectus interiit propter interfectionem, vel infrigidatum infriguit uel refriguit propter refrigerium. Quartus modus est, prout illa dicuntur secundum se inesse alicui, quæ ei soli inquantum soli insunt. Quod dicit ad differentiam priorum modorum, in quibus non dicebatur secundum se inesse ex eo quod est soli inesse. Quamuis etiam ibi aliquid soli inesse, ut diffinitio. Hic autem secundum se dicitur ratione solitudinis. Nam hoc quod dico secundum se, significat aliquid separatum sicut dicitur homo se cundum se esse, quando solus est. Et ad hunc reducitur tertius modus in Posterioribus positus, & quartus modus dicendi secundum quod, qui positionem importabat.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

LECTIO XX.

Dispositionis diffinitione proposita, ipsius modos tres ponit: habitus autem duos, priuationi denique octo, habere autem quatuor exponit modos.

B E S S. Tex. c. 24. *Dispositio dicitur ordo partes habẽtis, aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum formam. positionem enim quãdam esse oportet, sicut ipsum etiam dispositionis nomen significat.*

A N T. Tex p. 24 Par. 1. *Dispositio dicitur habentis partes ordo, aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum speciem. Positionẽ enim oportet quandam esse, sicut & ipsum hoc nomen dispositio ostendit.*

dispõ dr tribus modis. Primus. Secundus.

Quia uno modo secundum quod, positionẽ significat, ideo consequenter Philosophus prosequitur de nomine dispositionis, & ponit rationem communẽ huius nois dispositio, dicens, Quod, dispositio nihil est aliud quàm ordo partium in habente partes. Ponit autem modos, quibus dicitur dispositio, qui sunt tres. Quorum primus est secundum ordinem partiũ in loco. Et sic dispositio, siue situs est quoddam prædicamentum. Secundus modus est, prout ordo partium attenditur secundum potentiam siue virtutem & sic dispositio ponitur in prima specie qualitatis. Dicitur enim aliquid hoc modo esse dispositum, utputa secundum sanitatem uel ægritudinem, ex eo quod partes eius habent ordinem in uirtute actiua uel passiua Tertius modus est, prout ordo partium attenditur secundum speciem & figuram totius, & sic dispositio siue situs ponitur differẽtia in genere quantitatis. Dicitur quod quantitas alia est habens positionem, ut linea, superficies, corpus & locus, alia non habens ut numerus & tempus. Ostendit etiam quod hoc nomẽ dispositio, ordinem significat. Significat enim positionem, sicut ipsa nominis impositio demonstrat, de ratione autem positionis est ordo.

Tertius.

B E S S. Tex. 25. *Habitus autem dicitur vno modo, tanquam quidam habentis, & habiti actus, sicuti actio quędam, aut motus. nam cum hoc quidem efficit, illud vero fit, est media affectio. Ita & habentis vestem & vestis habitę, est media habitus. Hunc itaque habitum, quod non contingit habere manifestum est. in infinitum enim progrederetur, si habiti esset habitum habere.*

Alio modo habitus, dicitur dispositio secundum quā bene, uel male disponitur dispositum, & aut secundum se aut ad aliud, vt sanitas quidam habitus est. dispositio etenim talis est. Item habitus dicitur, si particula talis dispositionis sit. Quare partium quoque virtus quidam habitus est.

A N T. Tex. c.25. Par. 2.

Habitus vero dicitur vno quidem modo tanquam actio quædam habentis & habiti, vt actus quidam, aut motus. Nam quando hoc quidem facit, illud vero fit, est factio intermedia. Et ita inter habentem indumentum, & habitum indumentum intermedium est habitus. Ergo palam quia non cōuenit habere habitum: in infinitū enim vadit, si habiti fuerit habere habitum. Alio vero modo habitus dispositio dicitur, secundum quam bene et male disponitur dispositum, & aut secundum se, aut ad aliud, vt sanitas est habitus quidam, & dispositio est talis. Amplius habitus quidem dicitur, si est pars dispositionis talis. Quapropter et partium virtus habitus est quidam.

Par. seq. Habitus dr̄ dupliciter.

Hic prosequitur de nomine habitus. & primo distinguit ipsum nomen habitus. Secundo quædam nomina quæ habent propinquam considerationem ad hoc nomen, ibi (Passio dicitur.) Ponit ergo primo duos modos, quibus hoc nomē dicitur. Quorum primus est aliquid medium inter habētem & habitum. Habere enim, licet non sit actio, significat tamen per modum actionis. Et ideo inter habentem & habitum intelligitur habitus esse medius, & quasi actio quędā, sicut calefactio intelligitur esse media inter calefactū & calefaciens, siue illud medium accipiatur ut actus, sicut quando calefactio accipitur actiue, siue ut motus, sicut quando calefactio accipitur passiue. Quādo enim hoc facit, & illud fit, est media factio. In græco habetur pœilis, quod factionem significat. Et siquidem ulterius procedatur ab agente in patiens, est medium factio actiua, quę est actus faciētis. Si uero procedatur à facto in facientem, sic est medium factio passiua, quæ est motus facti. Ita etiam inter hominē habentem uestem, & uestem habitam, est medius habitus, quia si consideretur procedēdo ab homine ad uestem erit ut actio, prout significatur in hoc quod dicitur habere. si uero econuerso, erit ut passio motus, prout significatur in hoc quod dicitur haberi.

Vniuersaliter quo aliquid tale denominatiue est vltimum est in essentiali a quo venit quod per se est.

Quamuis autem habitus intelligatur esse medius inter hominem & uestem, inquantum habet eam, tamen manifestum est, ꝙ non contingit inter ipsum habitum & habentem esse aliud, medium quasi adhuc sit alius habitus medius inter habētem, & ipsum habitum: Sic enim procederetur in infinitum, si dicatur ꝙ cōuenit habere habitum (habiti) idest rei habitæ. Homo enim habet (rem habitam,) idest uestem. Sed illum habitum rei habitæ non habet homo, alio modo habito. Sicut homo faciens factum factione media, sed ipsam mediam factionem nō facit aliqua alia factione media. Et proter hoc etiam relationes, quibus subiectum refertur ad aliud, non referuntur ad subiectum aliqua alia relatione media, nec etiam ad oppositum, sicut paternitas, neque ad patrem, neque ad filium refertur aliqua alia relatione media, & si aliquæ relationes mediæ dicantur, sunt rationis tātum, & non rei. Habitus autem sic acceptus est unum prædicamentum. Secundo modo dicitur habitus dispositio, secūdum quā aliquid disponitur bene & male, sicut sanitate aliquid disponitur bene, ægritudine male. Vtroque autem, scilicet ægritudine & sanitate aliquid disponitur bene uel male dupliciter, scilicet secundū se aut per respectū ad aliqd. Sicut sanū est ꝙ est bene disputū secundū se, robustū autē, ꝙ est bene dispositū ad aliqd agendu. Et ideo sanitas est habitus quidam, quia est talis dispositio qualis dicta est. Et non solum habitus dicitur dispositio totius, sed etiam dispositio partis, quæ est pars dispositionis totius, sicuti bonæ dispositiones partium animalis, sūt partes bonæ habitudinis in toto animali. Et uirtutes etiam partium animæ, sunt quidam habitus sicut tēperantia cōcupiscibilis, & fortitudo irascibilis, & prudentia rationalis.

B E S S. Tex. 26.

Passio dicitur, uno quidem modo qualitas, secundum quam alterari contingit. ut album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunque alia similia. Alio uero, horum actiones. & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxiæ alterationes, & motus, & maxime quæ tristes & noxiæ sunt. Item calamitatum et tristium magnitudines, passiones dicuntur.

A N T. Tex. c.26. Par. 3.

Passio dicitur uno quidem modo qualitas, secundum quam alterari contingit, ut album, & nigrum dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunque sunt talia. Alio uero modo horum, actiones, & alterationes. Amplius horū magis nociuæ alterationes & motus. Et maxime lamentabiles & nociuæ. Amplius magnitudines exultationum, & lamentationum passiones dicuntur.*

** Non est hoc verbū in co. Græ.*

Hic prosequitur de illis quæ consequuntur ad habitum, & primo de his, quæ se habent ad ipsum per modum oppositionis. Secundo de eo quod se habet ad ipsum per modum effectus. s. de habere, quod ab habitu denominatur. ibi. (Habere multipliciter dicitur.) Habitui autem opponitur aliquid, scilicet passio, sicut imperfectum perfecto; Priuatio autem oppositione directa. Vnde primo determinat de passione. Secundo de priuatione. ibi (Priuatio dicitur.) Ponit ergo primo quatuor modos, quibus passio dicit.

Lec. se. pria.

Passionis modi sunt quatuor.

Primus. Tex. c.24.

Vno modo dicitur qualitas, secundum quam fit alteratio, sicut album & nigrum & huiusmodi. Et hæc est tertia species qualitatis. Probatum enim est in. 7. physicę ꝙ in sola tertia specie qualitatis potest esse alteratio. Secundus modus est, secundum ꝙ huiusmodi actiones qualitatis, & alterationis, quæ fiunt secundum eas, dicuntur passiones, & sic passio est unum prædicamentum, ut calefieri & infrigidari & huiusmodi.

Secundus.

Tertius.

Tertio modo dicuntur passiones, non quælibet alterationes sed quæ sunt nociuę, & ad malum terminatæ, & quæ sunt lamentabiles, siue tristes: non enim dicitur aliquid pati secundum hunc modum, quod infirmatur, uel etiam cuicunque aliquod nocumentū accidit. & hoc rationabiliter. Patiens enim per actionem agentis sibi cōtrarij, trahitur à sua dispositione naturali in dispositionem similem agenti. & ideo magis proprie dicitur pati, cū subtrahitur aliquid de eo, quod sibi congruebat, & dum agitur in ipso contraria dispositio, quàm quādo fit econtrariu. tunc enim magis dicitur perfici. Et quia illa, quæ sunt modica, quasi nulla reputantur, ideo Quarto modo dicuntur passiones, non quæcunque nociuæ alterationes, sed q̄ habent magnitudinem nocumenti, sicut magnę calamitates, & magnæ tristitiæ.

Quartus.

Quia etiā excedens lętitia sit nociua, cum quandocunque propter excessum lętitię aliqui mortui sint & infirmati, & similiter superabundantia prosperitatis in nocumentum uertitur his, qui ea bene uti nesciunt, ideo alia litera habet [Magnitudines lamentationum & exultationum passiones dicuntur.] Cui concordat alia litera, quæ dicit. Magnitudines dolorum & prosperorum. Sciendum est autem, quod quia hæc tria, scilicet dispositio, habitus, & passio non significant genus prædicamenti, nisi secundum unum modum significationis, ut ex præhabitis patet, ideo non posuit ea cum aliis partibus entis, scilicet quantitate, qualita-

te & ad aliquid. In illis enim uel oēs uel plures modi ad genera prædicamenti, significata per illa nomina pertinebant.

BESS. Tex. c. 27.

Priuatio dicitur uno modo, si non habeat aliquid eorum, quę apta sunt haberi, etiam si ipsum non sit natura aptum habere. ut planta dicitur oculis priuari. Alio modo, si cum aut ipsum, aut genus eius aptum habere sit, non habeat. utputa, aliter cęcus homo uisu priuatur, & aliter talpa, hæc quidem secundum genus, ille uero secundum se. Item si cum aptum sit, et quando sit aptum habere, non habeat: cęcitas namque priuatio quędam est. cęcus autem non secundum omnem ętatem, sed si in qua aptus est habere, non habet. Similiter si in quo, secundum quod, & ad quod, & quemadmodum natura aptus sit, non habeat. Item uiolenta cuiusque ablatio, priuatio dicitur.

ANT. Tex. c. 27. Par. 4.

Priuatio dicitur, uno quidem modo si non habet aliquid aptorum natorum haberi, & si non sit id natum habere, ut oculis priuari dicitur planta. Alio uero si aptum natum habere, aut ipsum, aut genus, nōn habet. Vt alter homo cęcus uisu priuari dicitur, & talpa, hoc quidem secundum genus, illud uero secundum se. Amplius si aptum natum, & quando aptum natum est habere, & non habet. cęcitas enim priuatio quędam est, sed cęcus non est secundum omnem ętatem, sed in qua aptum natum est habere, si non habet. Similiter autem & in quo, & secundum quid, & ad quod. & ut, si non habet, aptum natum. Amplius cuiusque per uim ablatio priuatio est.

Modi priuationis ex parte aptitudinis sūt quatuor. Par. se.

Hic distinguit modos, quibus dicitur priuatio, & quia priuatio includit in sua ratione negationem, & aptitudinem subiecti, ideo primo distinguit modos priuationis ex parte aptitudinis: Secundo ex parte negationis. ibi § Et quotiens. § Et circa primum ponit quatuor modos.

Primus.

Primus modus est, secundum ꝙ aptitudo consideratur ex parte rei priuatę, nō ex parte subiecti. Dicitur enim hoc modo priuatio, quādo ab aliquo non habetur id, quod natum est haberi, licet hoc quod ipso caret non sit natum habere, sicut planta dicitur priuari oculis, quia oculi nati sunt haberi, licet non à planta. In his uero, quæ à nullo nata sunt haberi, non potest dici aliquid priuari, sicut oculus uisu penetrante per corpora opaca.

Secundus.

Secundus modus attenditur secundum aptitudinem subiecti. Hoc enim modo dicitur priuari hoc solum, quod natum est illud habere, aut secundum se, aut secundum genus suum: secundum se, sicut homo cæcus dicitur priuari uisu, quem natus est habere secundum se. Talpa autem dicitur priuari uisu, non quia ipse secundum se sit nata habere uisum, sed quia genus eius, scilicet animal, natum est habere uisum. Multa enim sunt à quib. aliquid non impeditur ratione generis, sed ratione differentię, sicut homo non impeditur, quin habeat alas rōne generis, sed ratione differentię.

Tertius.

Tertius modus attenditur ex parte circunstantiarum. Vnde hoc modo dicitur aliquid priuari aliquo, si non habet ipsum habitum cum natum sit habere. Sicut cæcitas, quæ est quædam priuatio, & tamen animal nō dicitur cæcum secundum omnē ętatem, sed solum, si non habeat uisum in illa ætate, in qua natum est habere, unde canis non dicitur cæcus ante nonum diē. Et sicut est de hac circunstantia quando, ita est & de aliis circunstantiis, scilicet (in quo) ut in loco, sicut nox dicit̃ priuatio lucis in loco ubi nata est esse lux, non in cauernis, ad quas lumen solis peruenire nō potest.

Cętrum .n. non est luce priuatiuū.

(Et secundū qd.) Sicut homo non dicitur edentulus, si non habet dētes in manu, sed si non habet secūdum illam partem, secūdum quam natus est habere. (Et ad quod) sicut homo non dicitur paruus, uel deficientis staturæ, si non est magnus respectu montis, uel respectu cuiuscunque alterius rei, ad cuius cōparationem non est natus habere magnitudinem, & sic homo non dicitur tardus esse motu, si non currat ita uelociter sicut lepus, uel uentus, uel ignorans, si nō intelligit sicut Deus,

Quartus. Lect. 6.

Quartus modus est secundū qđ ablatio cuiuslibet rei per uiolentiam, dicitur priuatio. Violentum enim est contra impetum naturalem, ut habitum est supra. Et ita ablatio per uiolentiam est respectu eius, quod qs natus est hr̃e. Deinde cū dicit.

BESS.

Et quoties negationis ab In vel simili negatione incipientes dicuntur, toties priuationes dicentur. Inęquale nanque dicitur, eo quod non habet ęqualitatem, aptum existens habere. Inuisibile uero, quod non habeat omnino colorem & quod exiguè. & impes, eo quod non habeat omnino pedes, & quod debiles. Item cum parum quid habeat. ut cum dicimus oliuam exossem, hoc autē est, eo quod exile quiddam habet. Item, cum non facile, aut non bene. ut insecabile, nō solum eo quod non secetur, sed etiam eo, quod non facile, nec bene. Item, cum omnino non habeat. cęcus nanque dicitur non qui unoculus est, sed qui utriusque oculi uisu caret. Quare non omnis, bonus uel malus, aut iustus uel iniustus, sed etiam intermedium est.

ANT. Par. 31.

Et quotiēs ab eo ꝙ A priuatiua particula negationes dicuntur, totiens & priuationes dicuntur. Nam inęquale, non habere ęqualitatem aptum quidem natum dicitur. Inuisibile uero, & eo quod non habere omnino colorem, & eo quod turpiter. Et sine pede, & non habere omnino pedes, & ex eo quod turpes. Amplius & eo quod parum habeat, ut non ignitum. hoc autem est turpiter aliquo modo habere. Amplius non facile, aut non bene, ut insecabile, non solum quia non secatur, sed quia non facile, aut quia non bene. Amplius non habere omnino. Cęcus enim non dicitur monoculus, sed qui in ambobus non habet uisum. Propter quod non omnis homo bonus, aut malus, aut iniustus est, sed est medium.

Modi priuationis ex parte negationis sunt 4.

Distinguit modos priuationis ex parte negationis. Græci enim utuntur hac præpositione A in compositionibus ad designandas negationes & priuationes, sicut nos utimur hac præpositione In. Dicit ergo ꝙ quotiens dicuntur negationes designatæ ab hac præpositione A posita in principio dictionis per cōpositionem, totiens dicuntur etiam priuationes. Dicit enim inæquale uno modo, quod non habet ęqualitatem, si aptum natum est habere, & inuisibile, ꝙ nō habet colorem, & sine pede quod non habet pedes. Secundo modo dicuntur huiusmodi negationes non per hoc, quod est omnino non habere, sed per hoc, quod est praue uel turpiter habere, sicut dicitur nō habere colorem, quia habet malum colorem uel turpem, & non habere pedes, quia habet prauos uel turpes. Tertio modo significatur aliquid priuatione uel negatiue ex hoc, quod est parum habere, sicut dicitur in græco Apyron. i. non ignitum ubi est modicum de igne. & hic modus quodammodo cōtinetur sub secundo, quia parum habere est quodammodo praue & turpiter habere. Quarto mō dicitur aliquid priuatiue uel negatiue, ex eo ꝙ nō est facile, uel nō bene, sicut aliquid dicitur insecabile, nō solum quia nō secatur, sed quia nō facile, aut nō bene. Quinto mō dicitur aliquid negatiue uel priuatiue, ex eo ꝙ est oīno nō habere. Vnde monoculus nō dicitur cæcus, sed ille, qui in ambobus oculis caret uisu. ex hoc inducit quoddam corollarium, scilicet ꝙ inter bonū & malum, iustū & iniustum, est aliqd medium. Nō enim ex quocunq; defectu bonitatis efficitur aliquis malus, sicut Stoici dicebant ponentes omnia peccata esse paria. Sed quando multū à uirtute recedit, & in contra

tium habitum inducitur. Vnde in secundo Ethi. dicitur, ex eo quod homo recedit parum à medio uirtutis, non vituperatur.

B E S S. Tex. 28.

Habere multipliciter dicitur. Vno modo, cum quid secundum suam naturam, aut suam inclinationem agat. quare dicitur, quòd febris hominem habet, & tyranni ciuitates, & induti vestem. Alio modo, in quo quid tanquam susceptiuo existit. vt æs habet statuæ formam & corpus ęgritudinem. Alio modo, vt continens ea, quę contenta sunt. in quo nanque cōtentum quiddam est haberi ab eo dicitur. vt vas habere humidum dicimus, & vrbem homines, & nauem nautas. sic & totum partes habet. Item quod prohibet aliquid secundum suam inclinationem moueri, aut agere, habere dicitur hoc ipsum. vt & columnę, imposita onera. & vt poetæ Athlantē faciunt cęlum habere, tanquam nisi ipse teneret, casurū super terram, vt quidam Physiologorum tradunt. hoc autem modo & continens dicitur quę continet habere, tanquam separaretur secundum suam inclinationem vnumquodque. In aliquo etiam esse, similiter & consequenter, sicuti habere dicitur.

A N T. Tex. c. 28. Par. 1.

Habere multipliciter dicitur. Vno quidem modo deducere secundum suam naturam, aut secundum suū impetum. Propter quod febris dicitur habere hominem, & tyranni ciuitatem, & vestimentum induti. Alio in quo utique aliquid extiterit vt susceptibili vt æs habet speciem statuę, & infirmitatem corpus. Alio vt continens contentum. Nam in quo est, contentum haberi ab hoc dicitur, vt lagenam habere humidum dicimus, & ciuitatem homines, et naues nautas. Sic autem & totum habere partes. Amplius & prohibens secundum suum impetū aliquid mouere, aut operari, habere dicitur hoc ipsum vt columnæ pondera superposita vt poetę Athlantem faciunt habere cœlum tanquam casurum super terram, quemadmodum physiologorum quidam dicunt. Hoc autem modo, continens dicitur quæ continet habere, quasi separata secundum suum impetum singula. Et in aliquo esse simili modo dicitur & consequenter, ipsi habere.

Habere dr quatuor modis. Primus.

Hic ponit quatuor modos eius, quod est habere quorum primus est, secundum quod habere aliquid est ducere illud secundum suam naturam in rebus naturalibus, aut secundum suum impetum in rebus voluntarijs. Et hoc modo febris dicitur habere hominem quia homo traducitur à naturali dispositione in dispositionem febrilem. Et hoc modo habent tyranni ciuitates, quia secundum voluntatē & impetum tyrannorum res ciuitatum aguntur. Et hoc etiam modo induti dicuntur habere vestimentum, quia vestimentum coaptatur induto vt accipiat figuram eius. Et ad huoc modum reducitur etiā habere possessionem, quia homo re possessa vtitur secūdum suam voluntatem. Secūdus modus est, prout illud, in quo existit aliquid vt in proprio susceptibili dicitur habere illud, sicut æs habet speciem statuæ, & corpus habet infirmitatem. Et sub hoc modo comprehenditur habere scientiam, quantitatem, & quodcunque accidēs, vel quamcunque formam. Tertius modus est, secundū quòd continens dicitur habere contentum, & contentum haberi à continente, sicut dicimus quòd lagena habet humidum, idest humorem aliquem, vt aquam vel vinum, & quòd ciuitas habet homines, & nauis nautas. Et secundum hunc modum et dicitur quod totum habet partes. Totum enim continet partem, sicut & locus locatum. In hoc enim differt locus à toto, quia locus est diuisus à locato, non autem totum à partibus. Vnde locatum est sicut pars diuisa, vt

Secundus.

Tertius.

habetur in 4. Physi. Quartus modus est secundum quod aliquid dicitur habere alterum, ex eo, quòd prohibet ipsum operari vel moueri secūdum suum impetum. sicut columnæ dicuntur habere corpora ponderosa imposita super eas, quia prohibent ea descendere deorsum secundum inclinationem. Et hoc etiam modo poetæ dixerunt quòd Athlas habet cęlum. Fingūt enim poetę quòd Athlas est quidam gigas, qui sustinet cælum ne cadat super terram. Quod etiam quidā naturales dicunt, qui ponebant quòd cęlum quando que corrumpetur & resolutum cadet super terram. Quod patet præcipue ex opinione Emp. qui posuit mundum infinities corrumpi & infinities generari. Habuit autem poetica fictio ex veritate originem. Athlas quidem magnus Astrologus, subtiliter motus cęlestium corporum perscrutatus est. ex quo fictio processit quòd ipse cęlum sustineret. Differt autem hic modus à primo. Nam in primo habens habitum cogebat sequi secundum suum impetum, & sic erat causa motus uiolenti. Hic autem habens, prohibet habitum moueri motu naturali, vnde est causa quietis violentæ. Ad hunc autem modum reducitur tertius modus quo continens dicitur habere contenta, aliter proprio impetu singula separarentur abinuicem, nisi continens prohiberet, sicut patet in lagena continente aquam, quæ prohibet partes abinuicem separari. Dicit autem in fine, quòd esse in aliquo similiter dicitur sicut & habere, & modi essendi in aliquo consequuntur ad modos habendi. Octo autem modi essendi in aliquo in 4. phy. positi sunt quorū duo, scilicet secundum quod totum integrale est in partibus & ecōuerso, duo etiam, scilicet secundum quòd totum uniuersale est in partibus & ecōuerso, & alius modus secundum quòd locatum est in loco, consequuntur ad tertium modum habendi secundum quod totum habet partes, & locus locatum. Modus autem secundum quòd aliquid dicitur esse in aliquo, vt in efficiente vel mouente, sicut quæ sunt regni in rege, consequitur primum modum habendi hic positum. Modus autem essendi, secundum quòd forma est in materia, reducitur ad secūdum modum habendi hic positum. Modus autem quo aliquid est in fine, reducitur ad modum habendi quartum hic positum, vel etiam ad primum, quia secundum finem mouentur & quiescunt ea quæ sunt ad finem.

Tex. c. 34. Quartus.

Fictio poetica de Athlante quod cęlum sustineat.

Tex. c. 23.

LECTIO XXI.

Modus, quibus aliqua ex aliquo, Partis item, & totius ac Mutili, exponit.

B E S S. Tex. 29.

EX aliquo esse vno modo dicitur ex quo, vt ex materia est. & hoc dupliciter, aut secundum primum genus, aut secūdum vltimam speciem. vt puta, omnia liquabilia quodam modo quidem ex aqua sunt, quodam modo vero, ex ære statua est. Vno modo dicitur ex primo mouente principio. vt ex quo pugnaē ex conuitio. quia hoc pugnæ principium. Vno modo ex composito ex materia, & forma. sicuti ex toto partes, & versus ex Iliade, & lapides ex domo. finis nanque est forma, perfectum vero, quod habet finem. Quędam vero tanquam ex parte forma. vt homo ex bipede, & syllaba ex elemento. aliter nanque hoc, atque statua ex ære. ex sensibili nanque materia composita substantia est. forma quoque ex materia. Quædam itaque ita dicū tur. Quædam, si quis horum modorum secundum aliquā partem sit. vt ex patre & matre proles, & ex terra plā tæ, quia ex aliqua eorum parte. Vno modo, post quod tempore. vt ex die nox. & ex sereno tempestas, quoniā hoc post illud: horum autem quædam eo quod habent

mu-

mutuam transmutationem ita dicuntur, sicuti & quæ nunc dicta sunt. quędam, eo quod solum secundum tempus consequenter. vt ex æquinoctio facta est nauigatio, quoniam post æquinoctium facta est. & ex bacchanalibus thargelia, quia post bacchanalia.

A N T. Tex. c. 29. Par. 1.

Ex aliquo esse dicitur vno quidem modo ex quo est vt materia. & hoc dupliciter, aut secundum genus primum, aut secundum vltimam speciem, vt sunt quędam, tanquam omnia liquabilia ex aqua, est autem veluti ex ære statua. Alio vero ex primo mouente principio, vt, ex quo pugna? ex conuitio id enim est principium pugnæ. Alio ex composito ex materia & forma, vt ex toto partes, et ex Iliade versus, & ex domo lapides. Finis enim est forma, perfectum vero habens finem. Hoc autem tanquam ex parte speciei species, vt homo ex bipede, & syllaba ex elemento. Aliter enim hoc, & statua ex ære. nam ex sensibili materia est composita substantia. Sed & species, ex speciei materia. Hæc quidem igitur sic dicuntur. Alia vero, si secundum partem aliquã horum aliquis existit modorum, vt ex patre & matre puer, & ex terra plantæ, quia ex aliqua parte eorum. Alia vero prius quidem tempore, vt ex die nox, ex serenitate hyems, quia hoc post hoc. Horum autẽ, alia quia habent transmutationem adinuicem, ita dicuntur, vt quę nunc sunt dicta. Alia quia secundum tempus solũ, ut ex ęquinoctio fit nauigatio, quia post ęquinoctium. Sic festiuitates sunt, vt ex Dionysiis thargelia, quia post Dionysia.

Infra p. 3.

Hic incipit prosequi de his quæ pertinent ad rationem totius & partis. & primo de his, quæ pertinent ad partem. Secundo de his, quæ pertinent ad totum: ibi {Totum dicitur.} Et quia ex partibus constituitur totum, ideo circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur aliquid esse ex aliquo. Secundo quot modis dicitur pars. ibi {Pars dicitur vno quidẽ modo.} Circa primum tria facit. Primo ponit modos, quibus aliquid ex aliquo fieri dicitur proprie & primo. Secundo quo modo fit aliquid ex aliquo, sed non primo. ibi {Alia vero si secundum partem.} Tertio quo modo fit aliquid ex aliquo non proprie. ibi {Alia vero.} Circa primũ ponit quatuor modos. Quorum primus est, secundum quod aliquid dicitur esse ex aliquo, vt ex materia. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo secundum quòd accipitur {materia primi generis}, scilicet communis, sicut aqua est materia omnium liquabilium. & omnia dicuntur esse ex aqua. Alio modo {secũdum speciem vltimam}, idest specialissimam, sicut hæc species, quæ est statua dicitur fieri ex ære. Secũdo modo dicitur aliquid fieri ex alio ut {ex primo principio mouente} sicut pugna ex cõuitio, quod est principium mouens animũ conuitiati ad pugnandum. Et sic etiam dicitur, quòd domus est ex ædificante, & sanitas ex medicina. Tertio modo dicitur fieri ex aliquo, sicut simplex, {ex composito ex materia & forma.} Ex hoc est in uia resolutionis, sicut dicimus, quòd partes fiunt ex toto, & versus ex Iliade, {} idest ex toto tractatu Homeri de Troia. resoluitur enim Ilias in versus, sicut totum in partes. Et similiter dicitur quòd lapides fiunt ex domo. Ratio autem huius est, quia forma est finis in generatione. Perfectum enim dicitur quod habet finẽ, vt supra habitum est. Vnde patet, quòd perfectũ est quod habet formam. Quãdo igitur ex toto perfecto fit resolutio partium, est motus quasi à forma ad materiam, sicut econuerso, quando partes componuntur, est motus a materia in formam. Et ideo hæc præpositio. Ex, quæ principium designat vtrobique cõpetit, & in uia compositionis, quia determinat principium materiale, & in uia resolutionis, quia significat principium formale. Quarto modo dicitur aliqd fieri ex aliquo sicut {species ex parte speciei.} Pars autem speciei potest accipi dupliciter, aut secundum rationem, aut secundum rem. Secundum rationem, sicut bipes est pars hominis. quia est pars diffinitionis eius, quamuis secundum rem non sit pars, quia aliter non prædicaretur de toto. Toti enim homini competit habere duos pedes. Secundum rem uero sicut {syllaba est ex elemento,} idest ex litera sicut ex parte speciei. Hic autem quartus modus differt à primo. Nam ibi dicebatur aliquid esse ex parte materię sicut statua ex ære. Nam hæc substantia, quæ est, statua, est composita ex sensibili materia tanquam ex parte substantiæ. Sed hæc species componitur ex parte speciei. Sunt enim partium, quædam partes speciei, & quædam partes materiæ. Partes quidem speciei dicũtur, à quibus dependet perfectio speciei, & sine quibus esse non potest species. vnde & tales partes in diffinitione totius ponuntur, sicut anima & corpus in diffinitione animalis, & angulus in diffinitione trianguli, & litera in diffinitione syllabæ. Partes vero materiæ dicuntur ex quibus species non dependet, sed quodam modo accidunt speciei, sicut accidit statuæ ꝙ fiat ex ære, uel ex quacunque materia. Accidit etiam circulo quòd diuidatur in duos semicirculos: & angulo recto, quòd angulus acutus sit eius pars. Vnde huiusmodi partes nõ ponuntur in diffinitione totius speciei, sed potius econuerso, vt in Septimo huius erit manifestum. Sic ergo patet quòd sic quædam dicuntur ex aliquo fieri primo & proprie. Aliqua vero dicuntur ex aliquo fieri non primo, sed secundum partem. Et hoc secundum {quęcunq; prędictorum modorum,} sicut puer dicitur fieri ex patre, sicut principio mouẽo, & matre sicut ex materia, quia quædam pars patris mouet, scilicet sperma, & quædam pars matris est materia, scilicet menstruum. Et plantæ fiunt ex terra, non tamen quidem ex toto, sed ex aliqua eius parte. Alio vero modo dicitur fieri aliquid ex aliquo non proprie, scilicet ex hoc ipso quod importat solũ ordinem, & sic aliquid fieri dicitur ex aliquo, post quod fit, sicut {nox fit ex die}, idest post diẽ: & {hyember ex serenitate}, idest post serenitatem. Hoc autẽ dicitur dupliciter. Quandoque enim inter ea, quorũ unum dicitur fieri ex altero attenditur ordo secundum motum, & non solum secundum tempus, quia uel sunt duo extrema eiusdem motus, vt cum dicitur quod album fit ex nigro: vel consequuntur aliqua extrema motus, sicut nox & dies consequuntur diuersa ubi, solis. Et similiter hyems & æstas. Vnde in quibusdam dicitur hoc fieri post hoc, quia habẽt transmutationem adinuicem, vt in prædictis patet. Quandoque vero attenditur ordo secundum tempus tantum sicut dicitur quòd {ex ęquinoctio fit nauigatio,} idest post æquinoctium. Hæc enim duo extrema nõ sunt duo extrema unius motus, sed ad diuersos motus pertinent. Et similiter dicitur ex Dionysijs fiunt Thargelia, quia fiunt post Dionysia. Hęc autem sunt quædam festa, quæ apud gentiles celebrabantur, quorum vnum erat prius & aliud posterius.

Par. seq.

Hæc parte ibi superius

Modi essendi ex aliqua proprie sũt quatuor. Primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Partiũ quædã sunt spẽi partes quædã materiæ.

Tex. 33. 34.

Ex aliquo secundũ partem dr̃ dupliciter. Primo.

Secundo.

Dionysia, erant bacchanalia, Thargelia vero festa Apollinis & Dianę, teste Suida græco B E S S. Tex. 30.

Pars dicitur vno quidem modo, in quod quoquo modo quantum diuidi potest: semper enim quod a quanto prout quãtum aufertur, pars illius dicitur, vt duo, pars trium quodammodo dicitur. Alio modo, ex his ea dumtaxat, quę metiuntur. quare, duo quodam modo quidẽ sunt pars trium, quodam modo vero non. Item in quę species absque quanto diuidi potest, hęc quoque partes eius dicuntur. quare species, generis aiunt partes esse. Item in quæ aliquid diuiditur, aut ex quibus totum componitur, aut ipsa species, aut quod spem hẽt, ut sphæra ęnea.

ęneę, & ęnei cubi, est ipsum ęs pars. hoc autem est materia, in qua species. & angulus pars. Item quę in ratione vnumquodque significante sunt, hęc quoque pars totius sunt. quare genus, pars etiam speciei dicitur. aliter vero species, generis pars est.

A N T. Te.c.30. par.2.

Pars dicitur quidē vno modo, in quam diuiditur vtique quantum quocunque modo. Semper enim ablatum à quanto, ut quantum est, pars dicitur illius: ut trium duo pars quodammodo dicuntur. Alio vero modo, quę talia mensurant solum. Propter quod trium, duo sunt vt dicatur pars, sunt autem vt non. Amplius & in quę diuiditur vtique species sine quantitate, & ea partes huius dicuntur. quare species, generis dicitur esse partes. Amplius in quę diuiditur aliquid, aut ex quibus cōponitur totum, aut species, aut habens speciem, vt sphęrę ęreę, aut cubi ęrei, ęs pars est. hoc autem est materia in qua species. Et angulus pars. Amplius quę sunt in ratione vnumquodque ostēdente, & ea partes sunt totius. Propter quod & genus speciei pars dicitur, aliter autem species generis pars.

Pars dicitur 4. modis. Primus.

Hic ponit quatuor modos, quibus aliquid dicitur esse pars. Primo modo pars dicitur, in quā diuiditur aliquid secundum quantitatem, & hoc dupliciter. Vno enim modo quantumcunque fuerit quantitas minor, in quam quantitas maior diuiditur, dicitur eius pars. Semper enim id, quod aufertur à quantitate, dicitur pars eius, sicut duo aliquo modo sunt partes trium. Alio modo dicitur solum pars quantitas minor, quæ mensurat maiorem. Et sic duo non sunt pars triū, sed sic duo sunt pars quatuor, quia bis duo sunt quatuor. Secundo mō ea dicuntur partes, in quæ diuiditur aliquid sine quantitate: & per hunc modū species dicuntur esse partes generis. Diuiditur enim in species, non sicut quantitas in partes quantitatis. nam tota quantitas non est in vna suarum partium. Genus autem est in qualibet specierum. Tertio modo dicuntur partes, in quas diuiditur, aut ex quibus componitur aliquod totum, siue sit species, siue aliquid habens speciem, scilicet indiuiduum. Sunt enim (sicut dictum est) quædam partes speciei, & quædam partes materiæ, quæ sunt partes indiuidui. Aes enim est pars sphæræ æreæ, aut cubi ærei, sicut materia, in qua species est recepta. Vnde æs non est pars speciei, sed pars habentis speciem. Est autem cubus corpus contentum ex superficiebus quadratis. Angulus autē est pars trianguli sicut speciei, sicut supra dictum est.

Secundus. Tertius. Quartus.

Quarto modo dicuntur partes, quæ ponuntur in diffinitione cuiuslibet rei, quæ sunt partes hominis, sicut animal & bipes sunt partes hominis. Ex quo patet, quòd genus quarto modo est pars speciei, aliter vero scilicet secundo modo, species est pars generis. In secundo enim modo sumebatur pars pro parte subiectiua totius uniuersalis; in alijs autem tribus pro parte integrali. Sed in primo pro parte quantitatis, in alijs autem duobus pro parte substantiæ, ita tamen, quòd pars secundum tertium modum est pars rei, siue sit pars speciei, siue pars indiuidui. Quarto autem modo est pars rationis.

[Genus est pars speciei & econtra, diuersimode tamen.

B E S S. te.31.

Totum dicitur, cuius nulla pars eorum abest, ex quibus totum natura dicitur. Et quod continet contenta, vt vnum quia illa sint.

A N T. te.c.31.p.3. lec.se. par.1 Inf.par.9

Totum dicitur cuius nulla partium abest, ex quibus dicitur totum natura: & continens contenta: vnde unū aliquid sunt illa.

Hic prosequitur de his quæ pertinent ad totum & primo de toto in communi. Secundo de toto quodam, scilicet de genere, ibi (Genus dicitur.) Circa primum duo facit. Primo prosequitur de ipso nomine totius. Secundo de eius opposito, scilicet de Colobō, ibi (Colobon autem dicitur.) Circa primum tria facit. Primo ponit rationem communem totius quæ consistit in duobus. Primo in hoc quòd perfectio totius integratur ex partibus. Et significat hoc cum dicit quòd (totum dicitur cui nulla suarum partium deest, ex quibus), scilicet partibus (dicitur totum natura), idest totum secundum suam naturam constituitur. Secundum est, quòd partes vniuntur in toto. Et sic dicit ꝙ totum (continens est contenta), scilicet partes, ita quòd illa contenta sunt aliquid unum in toto. Secundo ibi.

B E S S.

Hoc autem, dupliciter. aut enim vt vnum quodque vnum. aut vt ex his, illud vnum.

A N T. par.4.

Hoc autem dupliciter. Aut enim vt vnumquodque vnum, aut vt ex his vnum.

Totum dupliciter.

Ponit duos modos totius dicens quòd totum dicitur dupliciter, aut ita quòd unumquodque contentorum à toto continente, sit (ipsum vnum), scilicet ipsum totum continens, quod est in toto uniuersali de qualiber suarum partium prædicato. Aut ex partibus constituatur vnum, ita quòd non quælibet partium sit unum illud. Et hæc est ratio totius integralis, quod de nulla suarum partium integralium prædicatur. Tertio ibi.

B E S S.

Ipsum.n. uniuersale, & quod omnino, vt totum quippiam ens dicitur, sic est, vniuersale vt multa continens, hoc eo quod de singulis, prędicatur & vnum et oīa sunt singula. vt homo equus, deus, quoniam omnia animalia.

A N T. par.5.

Vniuersale quidem enim, & quod totaliter, dicitur vt aliquid ens unum sicut vniuersale, quasi multa continens, quia prędicatur de vnoquoque, & vnum omnia sunt & vnumquodque: vt homo, & equus, & Deus, quia omnia animalia.

Exponit prædictos modos totius, & primo primum, dicēs quod vniuersale (& quòd totaliter), idest quod communiter prædicatur, dicitur quasi sit aliquod vnum totum ex hoc quod prædicatur de uno quolibet, sicut vniuersale, quasi multa continens vt partes, in eo quod prædicatur de vnoquoque. Et omnia illa sunt vnum in toto uniuersali, ita quòd vnumquodq; illorum est illud vnum totum. Sicut animal continet hominem & equum & deum, quia (omnia sunt animalia), idest quia animal prædicatur de vnoquoque. Deum autem hic dicit aliquod corpus cœleste, vt solem vel lunam, quæ antiqui animata corpora esse dicebant & deos putabant. Vel animalia quædam aërea, quæ Platonici dicebant esse dæmones, & pro dijs colebantur à gentibus. Secundo ibi.

Quos animi qui deos appellarēt.

B E S S.

Cęterum continuum & finitum, cum è pluribus inexistentibus vnum quid sit, maxime quidem potentia, non actu.

A N T. par.6.

Continuum vero et finitum, quando vnum aliquid ex pluribus est quę insunt, maxime quidem potestate. Sin autem, & energia.

Exponit modum secundum totius qui pertinet ad totum integrale, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem communem huius totius, & præcipue de toto quod diuiditur in partes quantitatiuas, quod est manifestius dicens, quòd aliquid dicitur (continuum & finitum), idest perfectum & totum. Nam infinitum non habet rationem totius, sed partis, vt dicitur in Tertio physico. quando, scilicet vnum aliquod fit ex pluribus quæ insunt toti. Et hoc dicit ad remouendum modum quo aliquid fit ex aliquo sicut ex contrario. Partes autem ex quibus constituitur

te.c.66.

tur

tur totum dupliciter possunt esse in toto. Vno modo in potentia, alio modo in actu. Partes quidem sunt in potentia in toto continuo, actu uero in toto non continuo, sicut lapides actu sunt in aceruo. Magis autem est unum, & per consequens magis totum, continuum, quam non continuum. Et ideo dicit quod oportet partem inesse toti, maxime quidem in potentia sicut in toto continuo. Et si non in potentia, saltem (energia), i. in actu. Dicitur enim energia, interior actio. Licet autem magis sit totum quando partes sunt in eo in potentia, quam quando sunt actu tamen si respiciamus ad partes, magis sunt ipsae partes, quando sunt actu, quando sunt in potentia. Vnde alia litera habet (maxime quidem perfectione & actu. Sin autem, & potestate.) Et subiungit etiam quod prius dictum est. Et maxime potestate. Sin autem & energia. Vnde uidetur quod translator duos inuenit literas, & utranque transtulit, & errore factum est, sic ut coniungitur ambae quasi una litera. Et hoc patet ex alia translatione quae non habet nisi alterum tantum. Sic. n. dicit. (Continuum autem & finitum & est cum unum aliquod et ex pluribus inherentibus, maxime quod potentia) Si autem non actu sunt. Secundo ibi.

Duplex totum & totidem pars.

BESS. *Horum autem ipsorum magis quae natura, quam arte talia sunt, sicut & de uno dicimus, tanquam totalitas quaedam sit.*

ANT. Par. 7. *Horum uero eorundem magis quae sunt natura, quam arte talia quemadmodum & in uno dicimus, tanquam existente totalitate unione aliqua.*

Ostendit duas diuersitates in isto secundo modo totius, quarum prima est, quod continuorum quaedam sunt continua per artem, quaedam per naturam. Et illa quae sunt continua per naturam, magis sunt (talia,) idest tota, quam quae sunt per artem. Sicut de uno dictum est supra, scilicet quod illa quae sunt continua per naturam, magis sunt unum, ac si totalitas sit aliqua unio. ex quo patet quod, quod est magis unum est magis totum.

BESS. *Item cum quantum habeat principium, medium, & ultimum, quorumcunque positio non facit differentiam, omne dicitur: quorumcunque uero facit, totum: quae autem ambo facere contingit, & omne et totum. Sunt autem haec quorum natura quidem eadem manet in transpositione, forma uero minime, ut cera & uestis, etenim totum & omne dicuntur. ambo nanque habent aqua uero, & quaecunque humida, ac numerus, omne quidem dicuntur. totius uero numerus, tota que aqua, non dicuntur nisi translatione omnia uero dicuntur: de quibus tanquam de uno, de his omnia ut de diuisis. omnis hic numerus, omnes hae unitates.*

ANT. Par. 8. *Amplius quanto habente principium & medium & ultimum, quorum quidem non facit positio differentiam omne dicitur, quorum uero facit totum, & quaecunque ambo dicuntur & omne & totum. Sunt autem ea quorum natura quidem eadem manet transpositione, forma uero non, vt cera & uestis. Etenim omne & totum dicuntur. Habent enim ambo. Aqua uero, & quaecunque sunt humida, & numerus, omne quidem dicuntur, totus uero numerus, & tota aqua non dicitur, nisi metaphorice. Omnia uero dicuntur in quibus omne, ut in vno in his omnia, ut in diuersis. omnis hic numerus, omnes hae unitates*

Secundam diuersitatem ponit. Cum enim hic sit quod in quantitate sit ordo partium, quia est ibi principium, medium, & ultimum, in quo ratio positionis consistit, oportet quod omnia tota ista continuum habeat ponum in suis partibus. Sed appositionem partium totum continuum tripliciter se inuenitur habere. Quaedam autem tota sunt in quibus diuersa positio partium non facit diuersitatem, sicut patet in aqua. Qualitercunque enim transponantur partes aquae nihil differunt. et similiter est de aliis humidis, sicut de olio, uino, & huiusmodi. In his autem significatur totum per hoc quod dicitur omne, non autem ipso nomine totius. Dicimus. n. omnis aqua, uel omne uinum, uel omnis numerus, non autem totus, nisi secundum metaphoram. & hoc forte est secundum proprietatem graeci idiomatis. Nam apud nos dicitur proprie. Quaedam vero sunt in quibus positio differentiam facit, sicut in homine, & in quolibet animali, & in domo, & huiusmodi. Non enim est domus qualitercunque partes ordinentur, sed secundum determinatum ordinem partium. & similiter est homo animal. & in his dicimus totum, & non omne. Dicimus enim de vno solo animali loquentes, totum animal, non omne animal. Quaedam vero sunt in quibus contingunt ambo, quia positio quodammodo facit differentiam in eis. In his autem dicimus vtrunque, s. & omne & totum. & ista sunt in quibus facta transpositione partium manet eadem materia, sed non eadem forma siue figura, vt patet in cera, cuiusqualitercunque transponantur partes, nihilominus est cera, licet non eiusdem figurae. & similiter est de uestimento, & de omnibus quae sunt similium partium, retinentium diuersam figuram. Humida enim & si sunt similium partium, non tamen figuram possunt habere propriam, quia non terminantur terminis proprijs, sed alienis. & ideo transpositio in eis nihil variat quod sit ex parte eorum. Ratio autem huius diuersitatis est, quia omne distributiuum est. & ideo requirit multitudinem in actu, vel in potentia propinqua. & quia ea sunt similium partium, diuiduntur in partes consimiles toti, itaque ibi multiplicatio totius. Nam si quaelibet pars aquae est aqua, in vnaquaque aqua sunt multae aquae, licet in potentia, sicut in vno numero sunt multae vnitates in actu. Totum vero significat collectionem partium in aliquo vno. & ideo in illis proprie dicitur totum in quibus ex omnibus partibus acceptis simul, fit vnum perfectum, cuius perfectio nulli partium competit, sicut domus, & animal. Vnde omne animal, non dicitur de vno animali, sed de pluribus. & ideo in fine dicit, quod in illis totis in quibus dicitur omne, vt de vno referente ad totum, potest dici omnia in plurali, vt in diuersis referendo ad partes, sicut dicitur omnis hic numerus, & omnes hae vnitates, & omnis haec aqua, demonstrato toto, & omnes hae aquae, demonstratis partibus.

In quibus omne & totum ratione dicuntur seorsum, & simul.

Totum se habet tripliciter ad positionem partium.

BESS. Tex. 32. *Mutilum dicitur quantorum non quodcunque, sed & diuisibile, & totum illud sit oportet. Duo etenim non sunt mutila altero ablato vno. non enim aequale mutilamen, & reliquum vnquam est. Nec omnino, numerus vllus. substantiam namque manere oportet. si calix mutilus, adhuc oportet esse calicem, numerus vero non amplius idem. Et ad haec etiam si partium dissimilarium sint, nec haec omnia. numerus etenim est, vt etiam dissimilares habeat partes, veputa binarium & ternarium. Caeterum nihil omnino eorum, quorum positio differentiam non facit, mutilum est, vt aqua vel ignis, sed oportet talia esse, quae secundum substantiam positionem habent. Item continua, harmonia namque & ex partibus dissimilaribus est, & positionem habet, mutila autem non fit.*

ANT. Par. 9. Tex. c. 32. *Colobon uero, idest diminutum dicitur, quantum non quod libet, sed partibile oportet illud esse, & totum. Nam duo non sunt coloba, idest diminuta altera ablato uno. Non. n. aequale colobonion, idest diminutum & reliquum vnquam est. Nec totaliter numerus ullus. Etenim substantiam oportet manere. Si calix colobos, i. diminutus, ad*

Alia litera Diminutum. Alia uero litera mancum seu truncatum.

adhuc oportet esse calicem. Sed numerus non est idem parte sublata. Adhuc & quę sunt partium dissimilium. Nec hæc omnia. Numerus enim est ut & similes habeat partes, ut dualitatem & trinitatem. Sed & totaliter, quorum positio non facit differentiam, nullum eorum colobon, idest diminutum ut aqua aut ignis, sed oportet talia esse, quę in substantia positionem habeant. Amplius continua. Nam harmonia est ex his quę sunt dissimilium partium & positionem hēnt, sed colobon non est.

Hic determinat de eo, quod est oppositum toti, quod est colobon, pro quo alia translatio habet diminutum membro, sed non usquequaque conuenienter Nam colobon non dicitur solum in animalibus, in quibus solis sunt membra. Videtur autem esse colobon quod nos dicimus truncatum. Vnde Boethius transtulit mancum, i. defectiuum. Est ergo intentio Philosophi ostendere quid requiratur ad hoc quod aliquid dicatur colobon. Et primo quid requiratur ex parte totius, secundo quid requiratur ex parte partis deficientis, ibi. [Adhuc autē neque quælibet.] Ad hoc autem, q aliquod totum dici possit colobon septem requiruntur. Primum est, ut illud totum sit quantum habens partes, in quas diuiduatur secundum quantitatem. Non enim totum uniuersale potest dici colobon, si una species eius auferatur. Secundum est, q non quodlibet quantum potest dici colobon, sed oportet q (sit partibile) idest distinctionem habens & (totum), idest ex diuersis partibus integratum, Vnde ultimæ partes, in quas aliquod totum resoluitur, licet habent quantitatem, non possunt dici colobæ, sicut caro uel neruus. Tertium est, q duo non sunt coloba, uel aliquid habens duas partes, si altera earū auferatur. Et hoc ideo quia nunquam [coloboniū,] idest quod aufertur a colobon est æquale residuo, sed semper oportet residuum esse maius. Quartum est, q numerus nullus potest esse colobus quotcunque partes habeat, quia substantia colobi manet parte subtracta, sicut si calix trūcetur adhuc manet calix, sed numerus non manet idem, ablata quacunque parte. Quælibet enim vnitas addita uel subtracta, variat numeri speciem. Quintū est, quia oportet quòd habeat partes dissimiles. Ea enim, quæ sunt similium partiū, non possunt dici coloba, quia ratio totius saluatur in qualibet parte. vnde, si auferatur aliqua partium, altera pars non dicitur coloba. Nec tamen omnia, quæ sunt dissimilium partium possunt dici coloba. numerus enim non potest dici colubus, vt dictum est, quāuis quodāmodo habeat dissimiles partes, sicut duodenarius habet pro partibus dualitatem, & trinitatē Aliquo tamen modo omnis numerus habet pártes similes, prout omnis numerus de unitatib. constituitur. Sextum est quod nullum eorum potest dici colobon, in quibus positio non facit differentiam, sicut aqua aut ignis. Oportet .n. coloba talia esse, quod in sua ratione subæ habeāt determinatam positionem, sicut homo, uel domus. Septimum est quod oportet esse continua coloba. Harmonia.n. musicalis non potest dici coloba uoce uel chorda subtracta, licet sit dissimilium partium, quia cōstituitur ex uocibus grauibus & acutis. Et licet partes eius habeant determinatam positionem. Non enim qualitercunq; uoces graues & acutæ ordinatę, talem constituunt harmoniam Deinde cum dicit.

Colobon septem requirit.
Par. seq.
Primum.
Secundum
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Septimum.

BESS. *Et ad hęc nec illa, quę tota sunt cuiusque particulę priuatione, mutila sunt. non enim oportet, nec quę principales ipsius substantię, nec ubicunque existentes. ut si perforetur calix, non mutilus, sed si ansa, aut extremum aliquod. homo quoque non si carnem, aut splenem, sed si extremitatem, & hanc non omnem, sed quę tota ablata non habeat generationem, quare calui, non mutili.*

ANT. Par. 50.

Adhuc autem nec quęlibet tota, nec cuiusque particulę priuatione coloba, idest diminuta. Non enim hęc quę sunt propria substantię, nec quæ sunt ubique entia, ut si perforaretur calix, non colobō, idest diminutū, sed si auris calicis, aut extremitas aliqua. Et homo non si carnem, aut splenem. sed si extremitatem. Et hanc non omnem, sed quę non habet generationem ablata a toto. Quapropter calui non sunt colobi, idest truncati, seu diminuti.

Ostendit quæ sunt conditiones colobi ex parte partis diminutæ. & ponit tres: dicēs quod sicut non quælibet tota possunt dici coloba, ita nec cuiuslibet particulæ ablatione potest aliquid dici colobon. Oportet.n. primo, quod pars ablata non sit pars substantiæ principalis. quæ.s. rei substantiam constituit, & sine qua substantia esse non posit, quia, ut supra dictum est colobon oportet manere ablata parte. Vnde homo non potest dici colobus capite abscisso. Secundo ut pars subtracta no sit ubique, sed sit in extremitate Vnde, si perforatur calix circa medium aliqua parte eius ablata, non potest dici colobus. Sed, si accipiatur (auris calicis), i. particula, quæ est ad similitudinem auris, aut quęcunque alia extremitas. Et similiter homo non dicitur colobus, si amittat aliquid de carne, uel in tibia, uel in brachio, uel circa medium corporis, aut si amittens splenem, uel aliquam eius partem sed, si amittat aliquam eius extremitatem, ut manum aut pedem. Tertio uero, ut non omni particula in extremitate existente ablata, aliquid dicatur colobum sed, si sit talis pars, quæ non regeneratur iterum, si tota auferatur, sicut manus, aut pes. Capillus autem totus incisus iterum regeneratur. Vnde per eorum subtractionem, licet in extremitate sint, non dicitur colobus. Et propter hoc calui non dicuntur colobi.

Tria requiruntur ad colobon ex parte partis diminutæ.

LECTIO XXII.

Genus quatuor dici modis, diuersa uero genere duobus exponit, Quando item falsum in rebus, diffinitionibus, & hominibus dicatur declarans, duas circa ipsum falsas opiniones elidit: ac demum Accidentis modos ostendit.

Genus dicitur hoc quidem si generatio eorum, quę speciem eandem habent, continua sit, utputa dicitur quousque genus hominum sit, quia donec eorum genero continua sit. Hoc uero, à quo sint primo ad esse mouente. ita enim Grçci genere, alij uero Iones dicuntur, eo quod illi quidem à grçco, hi uero à Ione primo generante sunt. & magis qui à generante, quam qui à materia dicuntur, etenim à fœmina genere ut à Pyrrha. Item ut superficies, figurarū superficialium genus. & solidum, solidarum: quęque enim figurarum, hęc quidem superficies talis, illa uero solidum tale. hoc autem est, quod subiectum differentiis est. It em, ut in rationib. quod primum inest, quod dicitur in eo quod quid est, hoc genus, cuius differentię dicuntur qualitates, Genus itaque toties dicitur, hoc quidem secundum generationem continuam eiusdem speciei, hoc uero secundum primum mouens eiusdem speciei. hoc aūt, ut materia. cuius enim differentia, & qualitas est, hoc est subiectum, quod dicimus materiam.

BESS. tex. 33. Vide contradictionē zimare sup illo tex.

Genus dicitur hoc quidem si sit generatio continua speciem habentium eandem, vt dicitur, donec vtique genus hominum sit, quia dum est generatio eorum continua. Illud vero a quo sunt primo mouente ad esse. Sic enim dūr Hellines gñe & Iones, quia illi ab Helline, illi ab Ione generante. Et magis qui a generantē quam qui a ma-

Tex c. 33. par. 1.

a materia. Dicũtur enim & a fœmina genere, vt a Pyrrha. Amplius autem, vt superficies figurarum genus superficialium, & solidum solidorum. Figurarum enim vnaquaque hac superficies quidem talis, hoc autem solidum tale. Hoc autem est subiectum differentiis. Amplius vt in rationibus quod primum inest, & dicitur in eo quod quid est, hoc genus, cuius differentiæ dicuntur qualitates. Genus igitur totiens dicitur, aliud quidem secundum generationem continuam speciei, aliud quidem secundum primum mouens eiusdem speciei, aliud vt materia. Cuius enim differentia, & qualitas est, hoc est subiectum quod dicimus materiam.

Hic Determinat de quodam toto, s. de genere, & primo ostendit quot modis dicitur genus. Secundo quot modis dicuntur aliqua diuersa, ibi (Diuersa uero genere.) Dicit ergo primo, quod genus dicitur quatuor modis. Primo generatio continua aliquorum habentium eandem speciem. Sicut dicitur, dum erit (genus hominum), i. dum durabit generatio cõtinua hominum. Iste est primus modus positus in Porphyrio scilicet multitudo habentium relationem adinuicẽ & ad unum principium. Secundo modo dicitur genus illud à quo (primo mouente ad esse), i. à generante procedunt aliqua, sicut dicuntur Hellines genere, quia descẽdunt à quodam Helline nomine, & aliqui dicuntur Iones genere, quia descẽdunt à quodam Ione, sicut a primo generante. Magis autem denominantur aliqui a patre, qui est generans, quam a matre, quæ dat materiam in generatione, & tamen aliqui denominantur genere a matre sicut a quadam fœmina nomine Pleia, dicuntur aliquæ pleiades. Et iste est secundus modus generis in Porphyrio positus. Tertio modo dicitur genus, sicut superficies est genus figurarum superficialium, (& solidum,) i. corpus dicitur esse genus figurarum solidarum, i. corporearum. Genus autem hoc non est quod significat essentiã speciei, sicut animal est genus hominis, sed quod est proprium subiectum, specie differentium accidẽtium. Superficies enim est subiectum omnium figurarum superficialium. Et habet similitudinem cum genere, quia proprium subiectum ponitur in diffinitione accidentis, sicut genus in diffinitione speciei. Vnde subiectum proprium de accidente prædicatur ad similitudinem generis. Vnaquæque (enim figurarum hæc quidem,) i. superficialis est talis superficies. (Hoc autem,) i. figura solida, est tale solidum, ac si figura sit differentia qualificans superficiem, vel solidum. Superficies enim se habet ad figuras superficiales, & solidum ad solidas, sicut genus quod subijcitur contrarijs. Nam differentia prædicatur in eo quod quale. Et propter hoc, sicut cum dicitur animal rationale significatur tale animal, ita cum dicitur superficies quadrata significatur talis superficies. Quarto modo genus dicitur, quòd primo ponitur in diffinitione, & prædicatur in eo quod quid, & differentiæ sunt eius qualitates. Sicut in diffinitione hominis primo ponitur animal, & bipes siue rationale, quod est quædam substantialis qualitas hominis. Patet ergo quòd tot modis dicitur genus. Vno modo secundum generationem continuam in eadem specie, quod pertinet ad primum modum. Alio modo secundum primum mouens, quod pertinet ad secundum. Alio modo sicut materia, quod pertinet ad tertiũ & quartum modum. Hoc enim modo se habet genus ad differẽtiam, sicut subiectum, ad qualitatem. Et ideo patet quòd genus prædicabile, & genus subiectum, quasi sub vno modo comprehenduntur, & vtrunque se habet per modum materiæ. Licet enim genus prædicabile non sit materia, sumitur tamen a materia, sicut differentia a forma. Dicitur enim aliquid animal ex eo quod habet naturam sensitiuam. Rationale uero ex eo, quòd habet rationalem naturam, quæ se habet ad sensitiuam sicut forma ad materiam.

Par. seq.

Alia litera Pyrrha, ut habet græcus.

B E S S.

Diuersa autem genere, quorum primum subiectum diuersum est, & non resoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem. vtputa species, & materia diuersa genere. Et quęcunque secundum diuersam figuram prędicationis entis, dicuntur, quędam enim entium, quid est significant, quædam autem quale quid, quędam vt prius diuisum. nec enim hęc resoluuntur in inuicem, nec in vnum quiddam.

A N T. Par. 2.

Diuersa vero genere dicuntur, quorum diuersum primum est subiectum, & nõ resoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem, vt species & materia diuersum genere. Et quęcunque secundum diuersam figuram categorię entis dicuntur. Alia nanque quid significant entium. Alia quale quid. Alia aliud, vt diuisum est prius. Nec enim ea resoluuntur nec in inuicem, nec in vnum aliquod.

Hic ostendit quot modis dicuntur aliqua diuersa genere, & ponit duos modos respondentes vltimis duobus modis generis. Primi enim duo modi non multum pertinet ad philosophicam consideratioñe. Primo igitur modo dicuntur aliqua genere diuersa, quia eorum primum subiectum est diuersum. Sicut primum subiectum colorum est superficies, primum autem subiectum saporum est humor. Vnde quantum ad genus subiectum, sapor & color sunt diuersa genere. Oportet autem quòd duo diuersa subiecta, talia sint, quorum vnum non resoluatur in alterum. Solidum enim quodammodo resoluitur in superficies. Vnde figuræ solidi, & figuræ superficiales non sunt diuersorum generum. Et iterum oportet quòd ambo nõ resoluantur in aliquod idem. Sicut species & materia sunt diuersa genere, si secundum suam essentiam considerentur, quòd nihil est commune vtrique. Et similiter corpora cęlestia & inferiora sunt diuersa genere inquantum non habent materiam cõmunem. Alio modo dicuntur diuersa genere, quæ dicuntur (secundum diuersam figuram categoriæ,) i. prædicationis entis. Alia nanque entia significãt quid est, alia quale, alia alijs modis, sicut diuisum est prius, vbi tractauit de ente. Istæ enim categoriæ nec resoluuntur inuicem, quia vna non continetur sub alia. Nec resoluitur in vnum aliquid, quia non est vnum aliquod genus commune ad omnia prædicamenta. Patet autem ex dictis quòd aliqua continentur sub vno prædicamento, & sunt unum genere hoc modo secundo, quæ tamen sunt diuersa genere primo modo. Sicut corpora cęlestia, & elementaria, & colores, & sapores. Primus autem modus diuersitatis secundum genus consideratur magis a naturali, & etiam a philosopho, quia est magis realis. Secũdus autem modus consideratur a logico, quia est rationis.

B E S S.

Falsum dicitur uno modo ut res falsa, & huius, hoc quidem eo quod non componitur, aut quod impossibile sit componi. quẽadmodum dicitur diametrum esse commensurabilem, aut te sedere. horum enim illud quidem semper, hoc uero aliquando falsum est. sic enim non entia hæc. Alia uero, quæcunque sunt quidem entia, entia tamen natura sunt apparere, aut non qualia sunt, aut quæ non sunt, ut umbra, picturæ, & insomnia. hæc enim sunt quidem aliquid, sed non sunt ea, quorum faciunt imaginationem. res itaque falsæ sic dicuntur, aut eo quod non sunt, aut eo quod imaginatio ab eis facta non entis est.

Falsum dicitur vno modo vt res falsa, & huius hoc

qui-

quidem per non componi, aut per impossibile esse componi. Sicut dicitur diametrum esse commensurabilem, aut te sedere. horum enim falsum hoc quidem semper, illud uero quandoque. sic enim non entia hac. Alia uero, quæ sunt quidem entia, & apta nata sunt uideri, aut non qualia sunt, aut qua non sunt, ut schiagraphia, idest umbrarum conscriptio, & somnia. Ea nanque sunt aliquid quidem, sed non quorum faciunt phantasiam. Res ergo falsæ dicuntur, aut quia non sunt, aut quia ab eis phantasia non entis est.

Falsum dicitur tripliciter.

Hic distinguit nomina, quæ significat defectum entis, uel ens incompletum, & primo hoc nomen falsum. Secundo hoc nomen accidens. Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo dicatur falsum in rebus. Secundo quomodo in diffinitionibus, ibi (Ratio uero falsa.) Tertio quomodo sit falsum in hominibus, ibi, Sed & homo falsus.) Dicit ergo primo, q falsum dicitur uno mō in rebus, per hoc q oratio significans rem non congrue componitur. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per hoc, q aliquid componitur, quod non debet componi, sicut est in falsis contingentibus. Alio modo per hoc quod est impossibile componi, sicut est in falsis impossibilibus. Si enim dicamus diametrum esse commensurabilem quadrati lateri, est falsum impossibile, quia impossibile est commensurabile componi diametro. Si autem dicatur te sedere, te stante, est falsum contingens, quia prædicatum non inest subiecto, licet non sit impossibile inesse. Vnde unum istorum, scilicet impossibile, est falsum semper, sed aliud, scilicet contingens non est falsum semper. Sic igitur falsa dicuntur, que omnino sunt non entia. Nam oratio tunc esse falsa dicitur, quando non est id quod oratione significatur. Secundo modo dicitur falsum in rebus ex eo, quod aliqua quidem sunt entia in se, sed tamen sunt apta nata uideri aut qualia nō sunt, aut quæ nō sunt, sicut (schiagraphia), idest umbrosa descripto. Vmbræ enim quandoque uidentur res, quarum sunt umbræ, sicut umbra hominis uidetur homo. Et eadē ratio est de somnis, quæ uidentur res ueræ, tamen non sunt nisi rerum similitudines. Et similiter dicitur aurum falsum, quod habet similitudinem auri ueri. Differt autem hic modus à primo, quia in primo dicebatur aliquid falsum, ex eo quod non erat. Hic autem dicuntur aliqua falsa quæ quidem in se sunt aliquid, sed non sunt illa (quorum faciunt phantasiam), idest quorum habent apparentiam. Patet ergo quod res dicuntur falsę, aut quia non sūt, aut quia ab eis est apparentia eius quod non est.

par. seq. & par. 5.

Falsum de rebus dupliciter.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Oratio uero falsa, prout falsa est, quæ non entium est. Vnde omnis oratio falsa alterius est quàm eius, cuius est uera ut puta quæ circuli, falsa trianguli. cuiusque uero orō, quodāmodo quidē una, quæ est eius, quod quid erat esse, quodāmodo vero multę, qm̄ idē quodāmodo ē ipsū & ipsum passu. ut Socrates & Socrates musicus. falsa uera orō, nullius est simplr̄ orō. Quare Antisthenes insicte putabat, nihil ducens dignū dici, nisi propria ratione unum de re una. ex quibus accidebat, non esse contradicere. fere autem neque mentiri. est autem unumquodque dicere, non solum sua ratione, sed etiam ea quæ alterius est, & falsę quidem omnino, quodam autem modo etiam uere, quemadmodum octo, dupla sunt ratione dualitatis. Quædam igitur ita falsa dicuntur.*

A N T. Par. 4. *Ratio uero falsa est, quæ non entium inquantum falsa. Vnde omnis ratio falsa, alterius quàm cuius est uera ut quæ circuli, falsa trigoni. Cuiuslibet autem ratio, est quidem quasi una quæ est eius quodquid erat esse, est & quasi multæ, quoniam idem aliqualiter ipsum & ipsum passum, ut Socra. et Socra. musicus. Sed falsa ratio nullius est simpliciter ratio. Quapropter Antisthenes opinatus est fatue, nihil dignatus dici nisi propria ratione semper unum de uno. Ex quibus accidit non esse contra dicere. Fere autem nec mentiri Est autem unumquodq; dicere non solum sua ratione, sed et ea quæ alterius. Falso quidem & omnino. Est autem & uere, sicut octo dupla dualitatis ratione. Hæc igitur ita dicuntur falsa.*

Ratio falsa dupliciter.

Ostendit quomodo est falsum in diffinitionibus & dicit quod (ratio,) idest diffinitio, Inquantum est falsa, est non entium. Dicit autem inquantum est falsa, quia diffinitio dicitr̄ falsa dupliciter. Aut secundū se, & sic non est diffinitio alicuius, sed penitus non entis. Aut est diffinitio uera in se, sed falsa est prout attribuitur alteri quàm proprio diffinito, & sic dicitur falsa inquantum non est eius. Vnde patet, quod omnis diffinitio, q̃ est uera diffinitio alicuius rei est falsa diffinitio alterius, ut diffinitio quæ est uera de circulo, est falsa de triangulo. Diffinitio autem cuiuslibet rei significans qđ quid est, quodam modo est una tantū unius, & quodā modo sunt multæ unius. Aliquo enim modo ipsum subiectum per se sumptū, (ipsum passum), idest cum passione sumptum, est idem, sicut Socra. & Socr. musicus. Aliquo modo nōn est enim idem per accidens, sed non per se. Patet autem, quod eorū sunt diffinitiones diuersæ. Alia enim est diffinitio Socra. & Socra. musici, & tamen ambæ sunt quodammodo eiusdem. Sed diffinitio, quæ est falsa secundum se, non potest esse diffinitio alicuius rei. Diffinitio autem falsa secundum se uel simpliciter, dicitur ex eo, quod una pars diffinitionis non potest stare cum altera, sicut si diceretur, animal inanimatum. Patet autem ex hoc quod stulta fuit opinio quia uoces sunt figura rerum, quod sicut res non habet aliam essentiam nisi propriam, ita in propositione nihil posset prædicari de aliquo, nisi propria eius diffinitio, ut simpliciter uel semper de uno subiecto dicatur unum prædicatum. Et ex hoc sequitur, quod non sit contra dictio. quia, si de homine prædicatur animal, quod est in eius rōne, non poterit de ipso prędicari non animal, & ita non poterit formari negatiua propositio. Et ex hac positione etiam sequitur, quòd non contingit aliquem mentiri, quia propria diffinitio rei veræ prædicatur de re. Vnde, si de nullo potest prædicari nisi propria diffinitio, nulla propositio erit falsa. Est autem eius opinio falsa, quia contingit prædicari de vnoquoque non solum suam diffinitionem, sed etiam alterius. Quod quando fit vniuersaliter & omnino est falsa prædicatio. Aliquo tamē modo potest esse uera prædicatio, sicut octo dicūtur dupla, inquantum habent rationem dualitatis, quia ratio dupli est ut se habeat sicut duo ad vnum. Octo autem inquantum sunt duplum, sunt quodam modo duo, quia diuiduntur in duo æqualia. Hæc ergo dicuntur falsa modo prædicto. Deinde cum dicit.

B E S S. *Hō uero falsus, qui promptus tales eligit orationes non propter aliquid aliud, sed propter idipsum, & qui aliis talium orationum causa. quemadmodum res falsas esse dicimus, quæ falsam imaginationem faciunt.*

A N T. Par. 5. *Sed homo falsus, quia talium rationum electiuus, non propter aliud, nisi propter idipsum. Et in aliis talium factor rationum sicut res dicimus esse falsas quæcunque falsam faciunt phantasiam.*

Homo falsus duobus modis dicitur. Primus

Ostendit quomodo falsum dicatur de homine, & circa hoc duo facit. Primo ponit duos modos, quibus homo dicitur falsus, quorum primus est, quòd homo dicitur falsus, qui est promptus uel gaudens in

huius-

huiusmodi rationibuus, scilicet falsis, & qui est electiuus talium rationum non propter aliquod aliud, sed propter se: unicuique enim habenti habitum sic delectabilis, & in promptu operatio, quæ est secundum habitum illum. & sic habens habitum operatur secundum habitum illum, non propter aliquod extrinsecum. Sicut luxuriosus fornicatur propter delectationem coitus, si autem fornicetur propter aliquid aliud puta ut furetur, magis est fur, quàm luxuriosus. Similiter & qui eligit falsum dicere, propter lucrum, magis est auarus quàm falsus. Secundus modus est prout homo dicit falsus, qui facit aliis falsas rationes, quasi consimili modo sicut supra dicebamus res esse falsas quæ faciunt falsam phantasiam. Patet autem ex præmissis, quod falsum pertinet ad non ens, ex quo homo dicitur falsus per respectum ad rationes falsas: & ratio dicitur falsa, inquantum est non entis.

Secundus.

Secundo ibi.

BESS.

Vnde oratio, quæ apud Hippiam est, sophistica est, quod idem sit mendax & uerax. eum nanque, qui potest mentiri, accipit ut mendacem. hic uero sapiens & prudens est.

ANT. Par. 6.

Quare in hippia oratio refutatur. quę eadem uera & falsa. Potentem enim mentiri accipit falsum accipit hic autem sciens & prudens.

Excludit duas opi. de hoie falso.

Excludit ex præmissis duas falsas opiniones, de quarum prima cócludit ex prædictis dicens, quod ex quo falsus homo est electiuus & factiuus falsarũ opinionum, rationaliter refutatur & reprobatur in hippia, qui est liber quidam Platonis, oratio quædam, quæ dicebat, eandem rationem esse ueram & falsam. Hęc enim opinio accipebat illũ hominẽ esse falsum qui potest mentiri, & sic cum idem homo possit mẽtiri & uerum dicere, & idem homo esset uerus & falsus. Similiter eadem oratio esset uera & falsa, quia eadem oratio nera & falsa potest esse, ut hæc, Socra. sedet, eo sedente est uera, non sedente, est falsa. Constat autem, quod hic inconuenienter accipit, quia etiam homo sciens & prudens potest mentiri, non tamen est falsus quia non est factiuus uel electiuus falsarum rationum uel opinionum, ex qua ratione dicitur homo falsus, ut dictum est.

BESS.

Item cum, qui spontè prauus est meliorem ait, hoc autem falsum, per inductionem accipit, qui enim spontè claudicat, melior est eo, qui inuitus claudicare dicens, pro imitari. nam si claudus sponte esset peior fortassis, quemadmodum in moribus ita & in hoc esset.

ANT. Par. 7.

Amplius uolentem turpia meliorem. & hoc falsũ accipit per inductionem. Nam uoluntate claudicans nõ uoluntarie dignior, claudicare imitari dicimus. Quoniam sic claudus uolũtarie, indignior forsan sicut in more & hoc.

Secundam falsam opinionem excludit. Dicebat hæc opinio, quod homo, qui facit turpia & praua uolens melior est eo, qui facit nolens, quod est falsum. Nã quilibet uitiosus ex hoc diffinitur quod est prõptus uel electiuus malorum. & tamen hoc falsũ uult accipere per quandam inductionem ex simili. Ille. n. qui claudicat uoluntarie, melior & dignior est eo, qui claudicat non uolũtarie. Et ita dicit, quod praua agere, imitatur hoc, quod est claudicare, ut scilicet sit eadem ratio de utroque. Et hoc quodammodo uerũ est. Nam claudicans voluntarie deterior est quantũ ad morem, licet sit perfectior quantum ad uirtutem gressiuam. Et similiter qui agit praua uoluntarie deterior est quantum ad morem, licet forte non sit deterior quantum ad aliquam aliam potentiam. Sicut ille qui dicit falsum uoluntarie, licet sit peior secundum morem, est tamen intelligentior eo, qui credit se uerum dicere, cum falsum dicat non uoluntarie.

BESS. Tex. 35.

Accidens dicitur quod inest alicui. & quod uerum est dicere, non tamen neque necessario, nec ut plurimũ. ut puta si quis pro planta fodiens fossam, inuenit thesaurum. hoc itaque accidens fuit fodienti fossam, thesaurũ inuenire nec. n. necessario hoc ex hoc, aut post hoc, nec ut plurimũ, si quis plãtet thesaurũ inuenit. Musicus quoq; fuerit quispiam albus: sed cum nec necessario, nec ut plurimum hoc fiat, accidens ipsum dicimus. Cum igitur sit existens aliquid, & alicui, & horum quædam etiam alicubi, & quandoque, quod utcunque existit quidem, sed non propter id hoc, aut nunc, aut hic, accidens erit, nec nulla causa determinata accidentis est, sed quæcunque contingit, hæc autem indeterminata. ut abire in Æginam accidit, si non propter hoc euenit, ut illuc iret, sed à tempestate pulsus, aut à latronibus captus, factum fuit igitur, & est ipsum accidens, sed secundum alterum, tẽpestas enim causa ut iret, quò non nauigabat, hoc autẽ erat Aegina. Dicitur etiam aliter accidens, ut quæcunque existunt in unoquoque secundum se, non existentia in substantia, ut triangulo duos rectos habere, & hæc quidem contingit sempiterna esse, illorum uero nihil. ratio autem huius in aliis.

ANT. Tex. c. 35. Par. 8.

Accidens est quod inest alicui, & est uerum dicere, non tamen ex necessitate, nec secundum magis: ut si quis fodiens plantę fossam thesaurum inueniat. hoc quidem accidens fodienti foueam inuenire thesaurũ. Nec enim ex necessitate hoc ex hoc, aut post hoc. nec ut secundum magis, si quis plantet inueniet thesaurum. Et quis utique musicus est albus, sed quoniam nec ex necessitate, nec ut secundum magis hoc fit, accidens esse dicimus, sed quoniam inest aliquid alicui, & horum quædã & alicubi, & quandoque, quodcunque extiterit quidem sed non quia nunc, aut hoc, accidens erit. Nec est aliqua causa determinata accidentis, sed contingens, uel quia forte. Hoc autem indeterminatum. Accidit enim alicui Aeginam uenire, sed nõ propter hoc aduenit, ut illuc ueniat, sed ab hyeme expulsus, aut à latronibus, euenit quidem, & accidens. At non inquantum ipsum, sed inquantum alterum. Hyems enim est causa non quo nauigabat ueniendi, & hoc erat Egina. Dicitur & aliter accidens, & quæcunque in unoquoque secundum se non in substantia entia. Veluti in triangulo duos rectos habere. Et eadem quidem contingit sempiterna esse. Illorum uero nullum. Huius autem ratio in aliis.

Accidens dupliciter.

Hic ultimo, distinguit nomen accidentis, & ponit duos modos, quibus dicitur hoc nomẽ accidens, quorum primus est, quod accidens dicitur id quod inest alicui, & quod contingit uere affirmare, non tamen ex necessitate, nec (secundum magis), i. ut in pluribus, sed ut in paucioribus. sicut, si aliquis fodiens aliquam fossam ad plantandum aliquam plantam, inueniat thesaurũ. Hoc ergo, quod est fodientem fossam inuenire thesaurum, est quoddam accidens. Neque .n. unũ est cã alterius ex necessitate, ut hoc sit ex hoc necessario. Neq; etiam de necessitate se comitantur, vt hoc sit post hoc, sicut dies consequitur noctem, quamuis vnum non sit causa alterius. Neque etiam secundum magis hoc contingit, siue vt in plurib. hoc contingit, ut ille, qui plantat, inueniat thesaurum. Et simili modo musicus dicitur esse albus, sed tamẽ hoc non est ex necessitate, nec fit ut in pluribus, ideo dicimus hoc per accidẽs. Differt autem hoc exemplum à primo. Nam in primo exemplo sumebatur accidens quantum ad fieri, in secundo uero quantum ad esse. Quia ergo sicut aliquid inest alicui subiecto determinate,

nate,ita & aliquid consideratur(esse alicubi),i.in aliquo loco determinato,& (quandoque), i. in aliquo tempore determinato, in omnibus contingit inesse per accidens,si non insit secūdum quod huiusmodi. Sicut si albū dicitur de musico,hoc est per accidens, quia non inest musico inquantum huiusmodi.Et similiter si sit abundantia pluuiæ in æstate,hoc est per accidens, quia non accidit in æstate, inquantum est æstas. & similiter si graue sit sursum . hoc est per accidens.non enim est in tali loco secundum quod talis locus est, sed per aliquam causam extraneam. & sciendum,quod accidentis hoc modo dicti, non est aliqua causa determinata,(sed contingens), i.qualiscunque contingat,uel (quia forte),i.causa fortuita, quæ est causa indeterminata . Sicut accidit alicui ꝙ (ueniat Aeginam,)i.ad illam uillam,si nō ꝑꝑ hoc aduenit(ut illuc ueniat),i.si non ꝑꝑ hoc incepit moueri ut ad hunc terminum perueniret, sed ab aliqua extranea causa illuc adductus est, sicut quia impulsus est ab hyeme concitante tempestatem in mari, aut etiam captus est à latronibus, & illuc perductus præter intentionem. Vnde patet, ꝙ hoc est per accidens,& causari potest ex diuersis causis: sed tamen ꝙ iste nauigans ad hunc locum perueniat non est (inquantum ipsum),i.inquantum erat nauigans, cū intenderet ad aliū locū nauigare, sed hoc contingit(inquantum alterum),idest secundum aliquam aliā causam extraneam.Hyems.n.est causa ueniendi;quò nō nauigabat;i.ad Aeginam,aut latrones,aut aliquid aliud huiusmodi. Secundo modo dicitur accidens, qđ inest alicui secundum se,& tamē nō est de substantia eius,& hic est secundus modus dicendi per se ut supra dictum est.Nam primus erat prout secundum se dicitur de aliquo quod in eius diffinitione ponitur, ut animal de homine,ꝙ nullo mō est accńs.Sed triangulo inest per se duos rectos habere,& non est de substantia eius.unde est accidens. Differt autem hic modus a primo, quia accidentia hoc secundo modo contingit esse sempiterna. Semper enim triāgulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Accidentium uero secundum primum modum, nullum contingit esse sempiternum,quia sunt semper ut in paucioribus: & huius ratio habetur in aliis sicut infra in.6.huius, & in.2.Phy. Accidens ergo secundum primum modum opponitur ad secundum se. Accidens uero secūdo mō opponitꝛ ad substātialiter. Et hæc de quinto.

Lec 2. Tex. c.48

Quinti Libri Metaphysic. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEXTVS.

CVM S. THOMAE COMMENTARIIS.

LECTIO I.

Quis nam sit modus tractandi ens inquantum est ens, & differentiam huius scientia ab aliis exponit.

BESSAR. tex.co.1.

PRincipia, & causę entium quęruntur. & patet, quod prout entia sunt. Est etenim aliqua sanitatis, bonęque habitudinis causa. mathematicorũ quoque, principia, elementa, et causę sũt: & simpliciter omnis intellectualis scientia, siue aliquo modo intellectu participians, circa causas, & principia, aut certiora, aut simpliciora est.

ANT. tex.com.1. par.1.

Principia & causę quæruntur entium. palam autẽ quia inquantum entia. Est enim aliqua causa sanitatis & conualescientię. Sunt autem & mathematicorũ principia & elementa & causę, & totaliter omnis scientia intellectualis participans aliquid intellectus circa causas & principia est aut simpliciora.

Postquam Philosophus in Quarto huius ostẽdit, quod hæc scientia considerat de ente & de vno, & de his, quæ consequuntur ad ens inquantum huiusmodi, & quòd omnia ista dicuntur multipliciter, & in Quinto huius eorum multiplicitatem distinxit, hic incipit de ente determinare, & de alijs quæ consequuntur ad ens. Diuiditur autem pars ista in duas. In prima ostẽdit per quem modum hæc scientia debet determinare de ente. In secunda incipit de ente determinare, scilicet in principio Septimi, ibi ❡Ens dicitur multipliciter.❡ (Lec.3.par.7) Prima pars diuiditur in duas. In prima ostendit modum tractandi de entibus, qui competit huic scientiæ per differentiam ad alias scientias. In secundo remouet a consideratione huius scientiæ ens aliquibus modis dictum, secundum quos modos ens non intenditur principaliter in hac scientia ibi. ❡Sed quoniam ens simpliciter. (Inf. lec. seq.) Prima autem pars diuiditur in duas. In prima parte ostendit differentiam huius scientiæ ad alias per hoc, quòd considerat principia entis inquantum est ens. Secundo, quantum ad modum tractandi de huiusmodi principijs, ibi ❡Quoniam vero physica.❡ (Inf. par. 3.) Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo hæc scientia conuenit cum alijs in consideratione principiorum dicens, quòd ex quo ens est subiectum in huiusmodi scientia, vt in Quarto ostensum est, (Lect. 1.) & quælibet scientia debet inquirere prĩcipia & causas sui subiecti, quæ sunt eius inquãtum huiusmodi, oportet quòd in ista scientia inquirantur principia & causæ entium, inquantum sunt entia. Ita enim est & in alijs scientijs. Nam sanitatis & conualescentiæ est aliqua causa, quã quærit medicus. Et similiter etiam mathematicorum sunt principia & elementa & causæ, vt figuræ & numeri & aliarum huiusmodi quæ perquirit Mathematicus. Et vniuersaliter omnis scientia intellectualis qualitercunque participet intellectum, siue sit solum circa intelligibilia, sicut scientia diuina, siue sit circa ea, quæ sunt aliquo modo imaginabilia, vel sensibilia in particulari, in vniuersali autem intelligibilia, prout de his est scientia, sicut in mathematica & in naturali. Siue etiam ex vniuersalibus principijs ad particularia procedant, in quibus est operatio, sicut in sciẽtijs practicis, semper oportet quòd talis scientia sit circa causas & principia. Quæ quidem principia aut sunt certiora quo ad nos, sicut in naturalibus, quia sunt propinquiora sensibilibus, aut simpliciora & priora secundum naturam, sicut est in mathematicis. Cognitiones autem quę sunt sensitiuæ tantum, non sunt per principia & causas, sed per hoc quòd ipsum sensibile obijcitur sensui. Discurrere enim a causis in causata vel econtrario, non est sensus, sed solum intellectus. Vel certiora principia dicit ea, quæ sunt magis nota & exquisita. Simplicia autem ea, quæ magis superficialiter exquiruntur, sicut est in scientijs moralibus, quorum principia sumuntur ex his, quæ sunt vt in pluribus. Secundo ibi.

Principia, causæ entis sunt nõ formalia, aut effectiua, sed principium dicit, medium a priori seu a posteriori quo concluditur aliqd de ente.

BESS.

Attamẽ hę omnes circa unum quid, & quoddam genus circumscribentes, de eo tractant sed non de ente simpliciter nec prout ens est, neque ipsius quid est ullam rationem faciunt, sed ex hoc, quędam sensu illud manifestum facientes, quędam suppositione ipsum quid est accipientes, consequenter ea, quę per se generi insunt, circa quod sunt, aut magis necessario, aut debilius demõstrãt. Quare manifestum est, non esse demonstrationem substantię ipsiusve, quid est, ex ipsa inductione, sed alium aliquem manifestationis modum. Similiter autem nec si est, aut non est genus, circa quod tractant, quicquam dicunt, eo quod eiusdem mentis est, & ipsum quidem quid est manifestare, & si est hoc.

ANT Par.1.

Sed & omnes illæ circa unum quid & genus aliquod circumscriptę de hoc tractant, sed non de ente simpliciter, nec inquantum est ens. Nec de ipso quodquid est nullam faciunt mentionem. Sed ex hoc alię quidem sensu facientes ipsum manifestum, alię per suppositionem accipiens quodquidest. sic secundum se quę insunt generi circa quod sunt, demonstrant aut magis necessarie, aut infirmius. Quapropter palam quia non est demonstratio substantię nec eius quodquidest ex tali inductione, sed alius modus ostensionis. Similiter autem nec si est, aut nõ est genus, circa quod uersantur, nihil dicunt propter eiusdem esse scientia ipsum quod quid est manifestum facere, & hoc si est.

Ostendit differentiam aliarum scientiarum ad istã quantum ad considerationem principiorum & causarum dicens, q omnes istæ scientiæ particulares, de quibus nunc facta est mentio, sunt circa vnum aliqđ particulare genus entis, sicut circa numerum, vel magnitudinem, aut aliquid huiusmodi. Et tractat vnaquæque circunscripta de § suo genere subiecto, § i. ita isto genere, q non de alio: sicut scientiã, quæ tractat de numero, non tractat de magnitudine. nulla enim earum determinat (de ente simpliciter,) i. de ente in communi, nec etiã de aliquo particulari ente inquantum est ens. Sicut arithmetica non determinat de numero inquantũ est ens, sed inquantum est numerus. De quolibet enim ente inquantum est ens, proprium est metaphysici considerare. Et, quia eiusdem est considerare de ente inquantũ est ens(& de eo quodquidest,) i. de quidditate rei, quia vnumquodque habet esse per suam quidditatem, ideo etiam aliæ scientiæ particulares(nullam mentionem) i. determinationem faciunt de eo§quodquidest) i. de quidditate rei, & de diffinitione, quæ ipsam significat. Sed (ex hoc, §i. ex ipso quodquidest ad alia procedunt, vtentes eo quasi demonstrato principio ad alia probanda. Ipsum autem quodquidest sui subiecti aliæ scientiæ faciunt esse manifestum per sensum, sicut scientia, quæ est de anima libus, accipit quid est animal per id quod(apparet sensui,) i. per sensum & motum, quibus animal a non animali discernitur. Aliæ vero scientiæ accipiunt quodquid est sui subiecti, per suppositionem ab aliqua alia scientia, sicut geometria accipit quid est magnitudo a philosopho primo. Et sic ex ipso quodquidest noto per sensum vel per suppositionem, demonstrãt scientiæ proprias passiones, quæ secundum se insunt generi subiecto, circa quod sunt. Nam diffinitio est medium in demonstratione propter quid. Modus autem demonstrationis est diuersus, quia quædam demonstrant magis necessarie, sicut mathematicæ scientiæ, quædam (vero infirmius,) i. non de necessitate, sicut scientiæ naturales, in quibus multæ demonstrationes sumuntur ex his, quæ non semper insunt, sed frequenter. Alia translatio habet loco suppositionis, conditionem. Et est idem sensus. Nam quod supponitur, quasi ex conditione accipitur. et quia principiũ demonstrationis est diffinitio, palam est ex tali inductione, q demonstratio (non est de substantia rei,) i. de essentia eius nec de diffinitione, quę significat quid est res, sed est aliquis alius modus, quo diffinitiones ostenduntur, s. diuisione, & alijs modis, qui ponuntur in 2. Poster. Et sicut nulla scientia particularis determinat quodquidest, ita etiam nulla earum dicit de genere subiecto, circa quod versatur, est, aut non est. Et hoc rationabiliter accidit, quia eiusdem scientiæ est determinare quæstionem an est, & manifestare quid est. Oportet enim quodquidest accipere, vt medium ad ostendendum an est. Et vtraque est consideratio philosophi, qui considerat ens inquantum ens. Et ideo quælibet scientia particularis supponit de subiecto suo, quia est, & quid est, vt dicitur in 1. posterio. & hoc est signũ, q nulla scientia particularis determinat de ente simpliciter, nec de aliquo ente inquantum est ens. Deinde cum dicit.

Nulla particularis scientia manifestat quodquid est quo ad prædicata essentialia, sed quo ad propria.

tex. com. 4. & inde.

tex. co. 2. & inde.

S E S S. *Cum autem Naturalis scientia etiam circa quoddam entis genus scientia sit (etenim circa talem est substantiam est, in qua principium est motus & status, qui in ea est) patet, quod nec actiua, nec factiua est. Factiuarum etenim in faciente princip. um est aut intellectus, aut ars, aut aliqua potentia. actiuarum vero, in agente electio. idem enim agibile & eligibile. Quare si omnis intellectus, aut actiuus, aut factiuus, aut speculatiuus est, physica, speculatiua quædam profecto est, sed speculatiua circa tale ens, quod possibile moueri, & circa substantiam secundum rationem vt plurimum inseparabilem, solũ est.*

A N T. *Quoniam vero physica scientia est circa genus quoddam entis, nam circa talem est substantiam, in qua principium motus & quietis in ea, palam quia nec actiua nec factiua est. Factiuarum enim in faciente principium, aut intellectus, aut ars, aut potentia quædam. Actiuarum vero in agente prohæresis, idest electio. Idem enim agibile & eligibile. Quare si omnis scientia, aut actiua, aut factiua, aut theorica, physica theorica quædam est. Sed theorica circa tale ens, quod est possibile moueri, & circa substantiam, quæ est secundum rationem, vt secundũ magis non separabile solum.*

par. 3. Scientia prima sui diuisione diuidi tur per finitam & infinitam, practicã vero & speculatiuum diuiduntur scientiam finitæ.

Ostendit differentiam huius scientiæ ad alias, quãtum ad modum considerandi principia entis inquantum est ens. Et quia ab antiquis Scientia Naturalis credebatur esse prima scientia, & quæ cõsideraret ens inquantum est ens ideo ab ea, quasi a manifestiori incipiens, primo ostendit differentiam Scientiæ naturalis a scientijs practicis. Secundo differentiam eius a sciẽtijs speculatiuis, in quo ostẽditur modus proprius cõsiderationis huius sciẽtię, ibi. (Oportet aũt quodquid erat esse.) Dicit ergo primo, q scientia naturalis non est circa ens simpliciter, sed circa quoddam genus entis, (circa substantiam naturalẽ, quæ habet in se principium motus & quietis. & ex hoc apparet q neq; est actiua, neque factiua. Differunt. n. agere & facere. nã agere est secundum operationem manentem in ipso agente, sicut est eligere, intelligere, & huiusmodi. vnde scientiæ actiuæ dicuntur scientiæ morales. Facere aũt est secundum operationem, quæ transit exterius ad materię transmutationem, sicut secare, vrere, & huiusmodi, vnde scientiæ factiuæ dicuntur artes mechanicæ. Quod autem scientia Naturalis non sit factiua, patet, quia principium scientiarum factiuarum est in faciente, non in facto, quod est artificiatum, sed principium motus rerum naturalium est in ipsis reb. naturalibus. Hoc autem principium rerum artificialiũ, quod est in faciente, est primo intellectus, qui primo artem adinuenit, & secundo ars, quæ est habitus intellectus, & tertio aliqua potentia exequens, sicut potẽtia motiua, per quam artifex exequitur conceptionẽ artis. Vnde patet, q scientia naturalis non est factiua. Et per eandem rationem patet q non est actiua. Nã principium actiuarum scientiarum est in agente, non in ipsis actionibus, siue moribus. Hoc autem principium §est prohæresis,) i. electio. Idem. n. est agibile & eligibile. Sic ergo patet, q naturalis scientia non sit actiua neque factiua. Si igitur omnis scientia est aut actiua, aut factiua, aut theorica, sequitur q naturalis scientia, theorica sit. Ita tamen (est theorica, §i. speculatiua circa determinatum genus entis, quod s. est possibile moueri: Ens. n. mobilę subiectũ ẽ naturalis philosophię. Et est solum circa(talem substantiam,) i. quidditatem & essentiam rei, quę secundum rationẽ non est separabilis a materia, vt in plurib. & hoc dicit propter intellectum, qui aliquo modo cadit sub consideratione naturalis philosophiæ, & tamen substantia eius est separabilis. sic patet, q naturalis scientia est circa determinatum subiectum, quod est ens mobile, & habet determinatum modum diffiniendi, s. cum materia. Deinde cum dicit.

Particula 2.

Differentia inter agere & facere.

Inferi alicuius animæ immortalitas et Arist. dictis.

S E S S. *Oportet autem, vt non lateat, quomodo ipsum quid erat esse, & ratio sit. nam absque hac quærere, nihil est facere, eorum igitur quæ definiunt & ipsorum quid est quædam quidem ita sunt, vt ipsum simum, quædam, vt ipsum concauum. differunt aũt hæc qm simum quidẽ vnã acceptum est cum materia, est. n. simum, concauus nasus,*

tex. 2. Vide duas côtradictiones sumptas super illo tex.

concauitas uero absque materia sensibili. Si cuncta igitur naturalia, ita ut simum dicuntur, ut nasus, oculus, facies, caro, os, & omnino animal, folium, radix, cortex, omnino planta (nullius enim eorum ratio absque motu, sed semper habet materiam) manifestum est, quomodo in naturalibus oportet ipsum quidest quærere, & definire. & cur etiam de quadam anima speculari naturalis, quæcunque non sine materia. Quod igitur naturalis speculatiua est, ex his patet.

A N T. tex.c.3.p.4.

Oportet autem quodquideratesse, & rationem quo modo est, non latere, quia sine hoc quęrere nihil est facere Diffinientium autem & ipsorum quodquidest, hoc quidem ita fit, ut simum, illa uero ut concauum. Differunt autem ea, quia simum conceptum est cum materia, est enim simus nasus concauus, concauitas uero sine materia sensibili. Sed omnia physica similiter simo dicuntur, ut nasus, oculus, facies, caro, os, totaliter animal. Folium, radix, cortex, totaliter planta. Nullius enim sine motu ratio eorum sed semper habet materiam. Palam quomō oportet in physicis ipsum quidest, quærere, & diffinire. Ideoq; & de anima aliqua speculari est physici, quæcunque non sine materia est. Ergo quia physica theorica, manifestum est ex his.

Hic ostendit differentiam naturalis scientiæ ad alias speculatiuas quantum ad modum diffiniendi, & circa hoc duo facit. Primo ostendit differentiam prędictam. Secundo concludit numerum scientiarum theoricarum, ibi {Quare.} Circa primum tria facit. Primo ostendit modum proprium diffiniendi naturalis philosophię, dicens, quod ad cognoscendum differentiam scientiarum adinuicem, oportet nō latere quidditatem rei, & {rationem,} idest diffinitionem significantem ipsam, quomodo est assignanda in unaquaque scientia. Quærere enim differentiam prædictam (sine hoc), idest sine cognitione modi diffiniendi, nihil facere est. Cum enim diffinitio sit medium demonstrationis, & per consequens principium sciendi, oportet quod ad diuersum modum diffiniendi, sequatur diuersitas in scientiis speculatiuis. Sciendum est autem, quod eorum, quæ diffiniuntur, quædam sicut diffiniuntur concauum, & hæc duo differunt, quia diffinitio simi est accepta cum materia sensibili. Simum enim nihil aliud est quam nasus curuus uel cōcauus. Sed concauitas diffinitur sine materia sensibili. Non enim ponitur in diffinitione concaui uel curui aliquod corpus sensibile, ut ignis aut aqua, aut aliquod corpus huiusmodi. Dicitur enim concauum, cuius medium exit ab extremis. Omnia autem naturalia simili modo diffiniuntur sicut simum, ut patet in partibus animalis tam dissimilibus, vt sunt nasus, oculus & facies, quàm similibus, vt sunt caro & os, & etiam in toto animali. Et similiter in partibus plantarum, quę sunt folium, radix, & cortex, & similiter in tota planta. Nullius.n. prædictorum diffinitio pōt assignari sine motu. sed quodlibet eorū habet materiā sensibilem in sui diffinitione, & per consequens motum. Nam cuilibet materiæ sensibili competit motus proprius, i. in diffinitione.n. carnis & ossis, oportet ꝙ ponatur calidū & frigidum aliquo modo contemperatū, & similiter in alijs. Et ex hoc palam est quis est modus inquirendi quidditatem rerum naturaliū, & diffiniendi naturali, quia, s. cum materia sensibili. Et propter hoc ēt de anima, quędam speculatur naturalis, quæcunque, s. non diffinitur sine materia sensibili. Dr.n. in 2. de aīa, ꝙ anima est actus primus corporis physici organici potentia vitam habentis. Anima aūt secundum ꝙ non est actus talis corporis non pertinet ad considerationem naturalis, si qua anima potest a corpore separari. Manifestum est ergo ex prædictis ꝙ physica est quædam scientia theorica, & ꝙ habet determinatum modum diffiniendi. Secundo ibi.

Varianur scientiæ ex vario modo diffiniendi.

Modus diffiniēdi physici.

tex.com.6. De immortalitate animæ vt sup.

B E S S.

Sed & Mathematica, speculatiua est. verum si immobilium & separabilium adhuc non est manifestum, quòd autem aliqua mathematica, prout immobilia, & prout separabilia sunt, speculatur, dilucidum est.

A N T. par.5.

Sed & mathematica theorica. Sed si immobilium & separabilium adhuc non manifestum. Quia tamen mathematica inquantum sunt immobilia, & inquantum separabilia speculatur, palam.

Ostendit modum proprium mathematicæ dicēs ꝙ etiam mathematica est quædam scientia theorica. Constat enim, ꝙ neque est actiua, neque factiua, cū mathematica consideret ea, quæ sunt sine motu, sine quo actio & factio esse non possunt. sed vtrum, illa, de quibus considerat mathematica scientia, sint mobilia & separabilia a materia secundū suum esse, adhuc non est manifestum. Quidam enim posuerunt magnitudines & alia mathematica esse separata & media inter species & sensibilia, s. Platonici, vt in 1. & 3. libro habitum est cuius quæstionis veritas nondum est ab eo perfecte determinata, determinabitur autem ibi. Sed tamen hoc est manifestum, quod scientia mathematica speculatur quædam inquantum sunt immobilia, & inquantum sunt separata a materia sensibili, licet secundum esse non sint immobilia vel separabilia. Ratio enim eorum est sine materia sensibili, sicut ratio concaui vel curui. In hoc ergo differt a physica, quia physica cōsiderat ea, quorum diffinitiones sunt cum materia sensibili. Et ideo considerat non separata, inquantum sunt non separata. Mathematica vero considerat ea, quorum diffinitiones sunt sine materia sensibili. Et ideo & si sunt non separata ea quæ considerat, tamen considerat ea inquantum sunt separata. Tertio ibi.

Primo t.c.6 5.t.co.18. in 13.& 14.

Modus diffiniendi mathematici.

B E S S.

Quòd si quippiam est immobile, & perpetuum, & separabile, patet quod speculatiuæ est cognoscere, & non Naturalis: de mobilibus nanque quibusdam Naturalis est: nec Mathematicæ. sed prioris ambabus. Naturalis etenim circa inseparabilia quidē, sed non immobilia, mathematicæ vero nonnulla sunt circa immobilia quidem, non tamen separabilia fortasse, sed vt materia. prima vero etiam circa separabilia, & immobilia. Necesse autem est, omnes quidem causas perpetuas esse maximè vero has. hæ etenim causę manifestius diuinorum sunt.

A N T. Par.6.

Si vero est immobile aliquid & sempiternum & separabile, palam quia est theoricæ id nosse, non tamen physicę. Nam de mobilib. quibusdam est physica. Sed nec mathematicæ, sed prioris ambarum. Physica nanque circa inseparabilia forsan quidem, sed non immobilia. Mathematicę aūt quędam circa immobilia, sed & inseparabilia forsan, verum quasi in materia. Prima vero circa separabilia & immobilia. Necesse vero communes quidem causas sempiternas, & maxime has, hę nanque, causę manifestis sensibilium sunt.

Ostendit modum proprium scientiæ huius dicens ꝙ, si est aliquid immobile secundum esse, & per consequens sempiternum & separabile a materia secundum esse, palam est, ꝙ eius consideratio est theoricæ scientiæ, non actiuæ, vel factiuæ, quarum consideratio est circa aliquos motus. Et tamen consideratio talis entis non est physica. Nam physica considerat de quibusdam entibus, scilicet de mobilibus. Et similiter consideratio huiusmodi non est mathemat. quia mathematica non cōsiderat separabilia secundum esse, sed secundum rationem, vt dictum est, sed oportet quòd consideratio huius entis sit alterius scientiæ

Modus diffiniendi metaphysici.

prioris ambabus prædictis,s.physica & Mathe.Physica.n.est circa inseparabilia & mobilia. & Mathem. quædam circa immobilia, quæ tamen non sunt separata à materia secundum esse,sed solum secundum rationem,secundum vero esse sunt in materia sensibili. Dicit autem forsan, quia hæc veritas nondum est determinata. Dicit autem quasdam mathematicas esse circa immobilia,sicut geometriam & arithmeticā quia quædam mathe.applicantur ad motum, sicut astrologia. Sed quia scientia est circa separabilia secūdum esse,& quæ sunt omnino immobilia. Necesse vero est cōes causas esse sempiternas. Primas .n. causas entium generatiuorum oportet esse ingenitas, ne generatio in infinitum procedat, & maxime has, quæ sunt omnino immobiles & immateriales. Hæ nanq; causæ immateriales & immobiles sunt causæ sensibilibus manifestis nobis,quia sunt maxime entia,& per consequens causæ aliorum,vt in 2. lib. ostensum est. Et per hoc patet, quòd scientia quæ huiusmodi entia pertractat,prima est inter omnes,& considerat communes causas omnium entium. Vnde sunt causæ entium secundum quod sunt entia quæ inquiruntur in prima philosophia,vt in Primo proposuit. Ex hoc autem apparet manifeste falsitas opinionis illorum,qui posuerunt Arist. sensisse, Deus non sit causa substātiæ cœli,sed solum motus eius. Aduertendum est autem, quòd licet ad considerationem primæ philosophiæ pertineant ea quæ sunt separata secundum esse & rationem a materia & motu, non tamen solum ea, sed etiam de sensibilibus inquantum sunt entia Philosophus perscrutatur. Nisi forte dicamus vt Auicen. dicit,quòd huiusmodi cōmunia,de quibus hæc scientia perscrutatur,dñr separata secundū esse,nō quia sp sint sine materia, sed quia non de necessitate hñt esse in materia, sicut mathematica. Deindeq;cum dicit.

Mathematica duplex

Tex.c.4.

Lec.2.

Sensit Arist. Deum cœli animam nō solum causam motus.

BESS. *Quare tres vtique erunt speculatiuæ philosophiæ Mathematica,Naturalis,Theologia.*

ANT. par.7. *Quare tres erunt philosophiæ theoricæ. Mathematica, Physica, & Theologia.*

Concludit numerum scientiarum theoricarum, & circa hoc tria facit, primo concludit ex præmissis, tres sūt partes philosophiæ theoricæ,s.mathematica, physica,& theologia,quæ est philosophia prima.

Tres sunt par.philos. theoricæ.

BESS. *Manifestum est enim, quòd sicubi diuinum existit, in tali natura existit.*

ANT. Par.8. *Non enim immanifestum, si alicubi diuinum existit, in tali existit natura.*

Secundo assignat duas rōnes quare hæc sciētia dicatur theologia. Quarum prima est,quia ē manifestū est, si alicubi,ē i. in aliquo genere rerū existit aliqđ diuinū, existit in tali natura,s. entis immobilis & a materia separati,de quo considerat ista scientia.

Cur metaphysica recte theologia nominatur.

BESS. *Et honorabilissimam oportet circa honorabilissimū genus esse. speculatiuæ itaque alijs scientijs præponendæ sunt, hæc vero speculatiuis.*

ANT. par.9. *Et honorabilissimum scientiarum oportet circa honorabilissimam genus esse, ergo theoricæ alijs scientijs desiderabiliores sunt.*

Secundā rationem q̄ ponit talis est. Honorabilissima scientia est circa honorabilissimum genus entium, in quo continentur res diuinæ,ergo,cum hæc scientia sit honorabilissima inter oēs, quia est honorabilior theoricis,vt prius ostensum est,quæ quidem, sunt honorabiliores practicis,vt in 1.lib.habitum est manifestum est, ista scientia est circa res diuinas, & ideo dicitur theologia, quasi sermo de diuinis.

Aliqua practica secundū quid est nobilior aliqua speculatiua.

Lec.3.

Lec.1.

BESS. *Dubitauerit etenim aliquis,vtrum prima philosophia vniuersalis sit,an circa aliquod genus,& vnam naturā.*

Non enim idem modus est atque in Mathematicis, sed Geometria quidem, & Astrologia circa quandā naturam sunt, illa vero vniuersaliter omnibus cōis est.

ANT. Tex.3. par.10. *Dubitabit aūt aliquis, vtrum Prima Philosophia sit vniuersalis, aut circa aliquod genus, aut naturam vnā. Non enim idem modus,nec in mathematicis,quia geometria & Astrologia circa aliquam naturam sunt, illa vero vniuersaliter omnium est communis.*

Tertio mouetur quædam q.circa prædeterminata. & primo mouet eam dicens, aliquis pōt dubitare, vtrū prima Philosophia sit vniuersalis quasi considerans ens vniuersaliter, aut eius consideratio sit circa aliquod genus determinatum & naturam vnam. Et hoc non videtur. Non enim est vnus modus huius scientiæ & mathematicarū, quia geometria & astrologia,quæ sunt mathem. sunt circa aliquam naturam determinatam, sed philosophia prima est vniuersaliter communis omnium. Et tamen econuerso videtur,quòd sit alicuius determinatę naturę,propter hoc quòd est separabilium & immobilium, vt dictū est.

Dubium an metaphysica sit scientia vniuersalis.

BESS. Tex.3. *Si igitur non est aliqua alia substantia prȩter eas, quæ natura cōsistunt, Naturalis profectò prima scientia est. Quòd si est aliqua substantia immobilis, hæc prior, & philosophia prima, & vniuersalis sic, quod prima & de ente prout ens est, ac quid est, & quæ ei insunt, prout ens est, speculari, huius est.*

ANT. Tex.com.4 par.11. *Si igitur non est aliqua diuersa substantia prȩter natura consistentes, physica erit prima scientia. Sed, si est aliqua substantia immobilis, ea prior, & philosophia prima, & vniuersalis sic. Et, quia prima, & de ente inquantum est ens, eius vtique est speculari, & quodquid est, & quæ insunt inquantum ens.*

Secundo soluit dicens, , si nō est aliqua alia substantia præter eas, quæ consistunt secundum naturā, de quib.est physica, physica erit prima scientia. Sed, si est aliqua substantia immobilis, ista erit prior substantia naturali, & per consequens philosophia considerās huiusmodi substantiā erit philosophia prima. Et quia est prima, iō erit vlis. & erit eius speculari inquantum est ens, & de eo quodquidest, & de his quę sunt entis inquantum est ens. eadem.n.est sciētia primi entis,& entis cōmunis, vt in princ. quarti habitum est.

LECTIO II.

De quo ente sit ista scientia.

BESS. *Sed cum ens illud, quod simpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum vnum quidem erat, quod secundum accidens, aliud vero, quod vt verum, et non ens vt falsum: prȩter hæc autem sunt prædicationis figuræ, vt quid, quale, quantum, vbi, quando, & si quid aliud hoc modo significat. item prȩter hæc omnia, quod potentia & actu.*

ANT. Par.1. *Sed quoniam ens simpliciter dictum dicitur multipliciter, quorum vnum quidem accidens, & aliud quasi verum, & non ens quasi falsum. Prȩter hæc autem sunt figuræ categoriæ, vt quid quale, quantum, vbi quando, et si quid aliud significat hoc modo. Amplius præter ea omnia, quod est potestate & actu.*

Hic ostendit de quibus entibus principaliter hæc scientia tractare intendit, & circa hoc tria facit. Primo repetit modos quibus aliquid dicitur ens. Secundo determinat naturam entis secundum duos modos, de quibus principaliter non intendit. ibi. (Quoniam itaque multipliciter dicitur ens.) Tertio ostendit quòd de his modis entis principaliter non intendit ibi.ē Quoniam autem complexio.ē Dicit ergo primo ens simpliciter,i.vniuersaliter dictum, dicitur mul-

par.seq. Inf.lec.4. par.4. Ens quadrupliciter, & in 5.c. de ente.

multipliciter, vt in quinto eſt habitum. Vno modo dicitur aliquid ens ſecundum accidens. Alio modo dicitur ens, idem quod verum propoſitionis, & non ens, idem quod falſum. Tertio modo dicitur ens q̃d continet ſub ſe figuras prædicamentorum, vt quid, quale, quantum &c. Quarto modo præter prædictos omnes, quod diuiditur per potentiam & actum.

Deinde cum dicit.

BESS.

Cum itaque ens multipliciter dicatur, primo de eo quod ſecundum accidens eſt, dicendum quod nulla circa illud ſpeculatio eſt. Signum autem, quod nulli ſcientiæ curæ eſt illud, neque actiuæ, neq; ſpeculatiuæ. nec enim qui facit domum, facit ſimul quæ accidunt domui factæ. infinita nanque ſunt. quibuſdam enim delectabilem, quibuſdam noxiam, quibuſdam utilem nihil prohibet, factam eſſe, & (ut ita dicam) ob eas res omnes eſſe aliam, quarum nullius factiua eſt ædificatiua: ſimili modo, nec geometra ea, quæ ita figuris accidunt, ſpeculatur, nec ſi diuerſus, triangulus duos rectos habens.

ANT. par. 4.

Quoniam itaque multipliciter dicitur ens, primum, de eo quod ſecundum accidens eſt dicẽdum eſt, quia nulla eſt circa id ſpeculatio. Signum autem. Nulla enim ſcientia ſtudioſa eſt de eo, nec practica, nec theorica. Nõ enim faciens domum, facit quæcunque ſimul accidunt domui factæ. Infinita enim ſunt, His enim voluptuoſam, illis uero nociuam, aliis utilem, nihil enim prohibet factam, & alteram ut eſt dicere ab omnibus entibus, quorum nullius eſt ædificatiua. Eodem uero modo nec geometer ſpeculatur ſic accidentia figuris, nec ſi alterum eſt trigonum, & trigonum duos rectos habens.

Inf. lec. 4. prin.

Determinat de modis entis quos prætermittere intẽdit, & primo de ente per accidens. Secundo de ente quod eſt idem quod uerum. ibi (Quod autem ut uerum &c.) Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod de ente per accidens non poteſt eſſe aliqua ſciẽtia. Secundo determinat ea quæ ſunt conſideranda circa ens per accidens. ibi (Attamen dicendũ eſt &c.)

Inf. par. 6.

Dicit ergo primo quod cum ens multipliciter dicatur, ut dictum eſt, primo dicendum eſt de ente per accidens, ut quod minus habet de ratione entis, primo à conſideratione huius ſcientiæ excludatur. Hoc autem dicendum eſt de eo, quod nulla ſpeculatiuo cuiuſcumque ſcientiæ põt eſſe circa ipſum. Et hoc probat dupliciter. Primo per ſignum dicens, ſignum eſſe huius quod de ente per accidens non poſsit eſſe ſpeculatio, quia nulla ſcientia (quantuncũque ſit ſtudioſa,) aut meditatiua, ut alia translatio habet, i. diligenter inquiſitiua eorum quæ ad ipſam pertinent, inuenitur eſſe de ente per accidens. Sed nec etiam practica quæ diuiditur per actiuam & factiuam, ut ſupra dictum eſt, neque ſcientia theorica. Et hoc manifeſtat primo in practicis ſcientiis, quia ille, qui facit domum ſi facit eam, non facit ea, quæ inſunt domui factæ, niſi per accidens, cum illa ſint infinita, & ſic non poſſunt cadere ſub arte. Nihil enim prohibet domũ factam eſſe iſtis {uoluptuoſam}, ideſt delectabilem, illis, ſcilicet qui in ea proſpere uiuunt aliis autem (nociuam) qui, occaſione domus in aliquod detrimentũ cõcurrũt. Et aliis {utilem) qui in domo aliquod emolumentum conquirunt, & etiam eſſe alteram & diſſimilem omnib. entibus. Nullius autem eorum, quæ per accidens inſunt domui, factiua eſt ars ædificatiua, ſed ſolum eſt factiua domus, & eorum quæ per ſe inſunt domui. Et deinde oſtendit idem in ſcientiis ſpeculatiuis, quia ſimili modo nec geometria ſpeculatur ea quæ ſunt accidentia {figuris ſic), ideſt per accidens, ſed ſolum illa quæ accidunt figuris per ſe. Speculatur enim hoc quod triangulus eſt habens (duos rectos, {ideſt tres angulo æquales duobus rectis, ſed non ſpeculatur, ſi aliquid alterum, utputa lignum uel aliquid huiuſmodi eſt trigonum. Hæc enim per accidens conueniunt triangulo.

De ente per accidẽs nulli eſſe ſcientiam probatur dupliciter. tex. c. 2.

Secundo ibi.

BESS.

Et hoc rationabiliter contingit. nam quaſi nomine ſolum, ipſum accidens eſt.

ANT. Par. 3.

Et hoc rationabiliter accidit. Quodammodo enim nomine ſolum accidens eſt.

Probat idem per rationem, dicens, quòd rationabiliter hoc accidit quòd ſcientia non ſpeculatur de ente per accidens, quia ſcientia ſpeculatur de his quę ſunt entia ſecundum rem, ens autem ſecundum accidens eſt ens quaſi ſolo nomine, inquantum unum de alio prædicatur. Sic enim unumquodcunque eſt ens inquantum unum eſt. Ex duobus autem, quorum unum accidit alteri, non ſit unum niſi ſecundum nomen, prout ſcilicet unum de altero prædicatur. ut cũ muſicum dicitur eſſe album, aut econuerſo. Non autem ita, quod aliqua res una conſtituatur ex albedine & muſico.

BESS.

Quare Plato nõ male quodãmodo circa Sophiſticã, ipſum non ens applicuit. ſophiſtarum etenim rationes, circa accidens (ut ita dicam) maxime omnium ſunt, utrum diuerſum an idem, muſicum & grãmaticum, & muſicus Coriſcus, ac Coriſcus. & ſi omne, quod eſt non autem ſemper, factum eſt. quare ſi muſicus exiſtens grãmaticus factus eſt, & grammaticus, exiſtens & quæcũque aliæ orationum, tales ſunt. Videtur et enim accidẽs, propinquum quiddam eſſe non enti.

ANT. Par. 4.

Vnde Plato modo quodam non male ſophiſtica circa non ens ordinauit. Sũt. n. ſophiſtarum rationes circa accidens, ut eſt dicere maxime omnium. Vtrum diuerſum, aut idem muſicum & grãmaticum, & muſicus Coriſcus & Coriſc. Et ſi oẽ quod eſt, & non ſemper, factũ eſt. Quare ſi muſicus ens grãmaticus eſt factus, & grãmaticus, ens muſicus, & quęcunque alia rationum tales ſunt. Videtur enim accidens propinquum non enti.

Par. ſeq.

Quod autem ens per accidens ſit quaſi ſolo nomine ens, probat dupliciter. Primo per auctoritatem Platonis, ſecundo per rationem. Secunda ibi (Palam autem &c.) Dicit ergo, quod propter hoc quod ens per accidens quodammodo eſt ens ſolo nomine, iõ Plato quodammodo non male facit cum ordinando diuerſas ſcientias circa diuerſa ſubſtantia, ordinauit ſcientiam ſophiſticam circam non ens. Rationes enim ſophiſticorum maxime ſunt circa accidẽs. Secundum enim fallaciam accidentis fiunt maxime latentes parologiſmi. Et ideo dicitur in Primo Elenchorum, quod ſecundum accidens faciunt ſyllogiſmos contra ſapientes, ut patet in iſtis paralogiſmis, in quibus dubitatur utrum diuerſum an idem ſit muſicum & grammaticum. Vt ſi fiat talis paralogiſmus. Muſicum eſt aliud à grammatico, muſicum autem eſt gramaticum, ergo muſicum eſt alterum à ſe. Muſicum enim eſt aliud à grammatico, per ſe loquendo, ſed muſicus eſt grammaticus per accidens. Vnde non eſt mirum ſi ſequitur inconueniens, non diſtincto q̃ eſt per accidens ab eo quod eſt p̃ ſe. Et ſimiliter ſi ſic dicatur Coriſcus eſt alterum à Coriſcus muſico. ſed Coriſcus eſt Coriſcus muſicus, ergo Coriſcus eſt aliud à ſe. Hic etiam non diſtinguitur quod eſt per accidens ab eo quod eſt per ſe. Et ſimiliter ſi dicatur. Omne quod eſt & non fuit ſemper, eſt factum, ſed muſicus eſt grammaticus & non fuit ſemper, ergo ſequitur quòd muſicus ens grammaticus ſit factus & grammaticus ens muſicus. Quod quidem eſt falſum quia nulla generatio terminatur ad hoc quod eſt grãmaticum eſſe muſicũ, ſed una ad hoc q̃d eſt grãmaticum eſſe, alia ad hoc q̃ eſt muſi-

Ars ſophiſtica maxime verſatur circa accidens cauſa 4.

cum esse. Patet etiam, ꝙ in hac ratione, prima est uera de eo quod est per se, sed in secunda assumitur ꝙ est ens per accidens. Et similiter est in omnibus talibus rationibus, quæ sunt secundum fallaciam accidētis. Videtur enim ens per accidens, esse propinquum non enti. Et ideo sophistica, quæ est circa apparens & non existens, est præcipue circa ens per accidens.

BESS.

Hoc autem ex his etiam orationibus, manifestum est, eorum etenim, quæ alio modo se habent est generatio et corruptio. eorum autem, quæ secundum accidens, nō est.

ANT. par. 5.

Palam autem & ex his rationibus. Nam alio modo entium, generatio est & corruptio. Eorum vero quæ sunt secundum accidens, non est:

Secundo probat idem per rationem, dicens, ꝙ etiam ex his rationibus, quibus utuntur sophistæ, palam est, quòd ens per accidens est propinquum non enti. Nam eorum, quæ sunt entia alio modo quam per accidens, est generatio & corruptio, sed entis per accidens non est neque generatio, neque corruptio, Musicum enim una generatione fit, & grammaticū alia. Non est autem una generatio grammatici musici, sicut animalis bipedis, uel sicut hominis risibilis. Vnde patet, ꝙ ens per accidens non uere dicitur ens. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 5.

Attamen dicendum est amplius de accidente, quoad possibile est, quænam eius natura sit, & ob quam cām est. simul autem patebit, & cur eius scientia non est.

ANT. Tex. c. 5. Par. 6.

Attamen dicendum est amplius de accidente inquantum contingit, quæ eius natura, & propter quam causam est. Simul enim forsan palam erit, & quare eius non est scientia.

Determinat de ente per accidens secundum quòd est possibilis de eo determinatio. Quamuis enim ea, quibus conuenit esse per accidens, non cadant sub cōsideratione alicuius scientię. tamen ratio huius quod est esse per accidens, per aliquam scientiam considerari potest. Sicut etiam licet id quod est infinitum, secundum quòd est infinitum sit ignotum, tamen de infinito secundum quod est infinitum aliqua scientia tractat. Et circa hoc duo facit. Primo determinat ea, quæ sunt consideranda circa ens per accidens. Secundo excludit quandam opinionem, per quam remouetur ens per accidens. ibi (Quod autem sint principia & esse &c.) Circa primum duo facit. Primo dicit, ꝙ est dicendum de ente per accidens inquantum contingit de ipso tractare, tria, scilicet quæ est eius natura, & quæ est eius causa, & ex his erit tertiū manifestum, quare eius non potest esse scientia.

Inf. le. par. 1

BESS.

Cum igitur in entibus sint quædam semper similiter se habentia, & ex necessitate, non ea quæ secundum uim dicitur, sed quam dicimus, eo quòd non contingit aliter, quædam ex necessitate quidem non sunt, nec semper, sed vtplurimū, hoc principiū & huius cā est, vt accidēs sit.

ANT. par. 7.

Quoniam igitur in entibus sunt hæc quidem semper similiter se habentia, & ex necessitate, non secundum vim dicta, sed secundum quòd dicimus in non contingere aliter, illa vero ex necessitate quidem non sunt, nec semper, sed quasi secundum magis, hoc principium, & hæc causa eius est, quod est accidens esse.

Prosequitur tria prædicta, & primo quæ sit causa entis per accidens, dicens, ꝙ quia in entibus quædam sunt semper similiter se habentia ex necessitate, non quidem secundum ꝙ necessitas ponitur pro uiolentia, sed prout necessitas dicitur, secundū quā non contingit aliter se habere, ut hominem esse animal. Quædam uero non sunt ex necessitate, nec semper, sed sunt { secundum magis }, i. ut in pluribus. Et (hoc), scilicet ens ut in pluribus, est causa & principium quòd aliquid sit per accidens. In rebus enim quæ sunt semper, non potest esse aliquid per accidēs, quia solum quod est per se potest esse necessarium & sempiternum, ut etiam in quinto habitum est. Vnde relinquitur, quod solum in contingentibus potest esse ens per accidens. Contingens autem ad utrumlibet, non potest esse causa alicuius inquantum huiusmodi. Secundum enim ꝙ est ad utrumlibet, habet dispositionem materiæ, quæ est in potentia ad duo opposita, nihil enim agit secūdum ꝙ est in potentia. Vnde oportet ꝙ causa, quę est ad utrūlibet ut uoluntas, ad hoc ꝙ agat, inclinetur magis ad unam partē, per hoc ꝙ mouetur ab appetibili, & sic fit causa ut in pluribus. Contingens autem, ut in paucioribus est ens per accidens cuius causa quæritur. Vnde relinquitur, ꝙ causa entis per accidens sit contingens ut in pluribus, qa eius defectus est ut in paucioribus. Et hoc est ens per accidens. Secundo ibi.

BESS.

Quodcunque n. non semper, neque vtplurimum est, hoc dicimus accidens esse. vtputa si sub cane tempestas & frigus factum fuerit, hoc dicimus accidisse, non si æstus aut calor. quoniam hoc quidem semper, aut plurimū illud vero, non: hominem quoque album esse, accidit, nec enim semper, nec vtplurimum, animal vero, non secundum accidens. & fabrum sanitatem fecisse, accidens est. quoniam non est aptus ad sanitatem faciendam faber, sed medicus, verum accidit, fabrum esse medicum: cocus etiam voluptati intentus facit quicquam salubre, sed non secundum pulmentariam, vnde dicimus, quòd accidit, & quodam modo quidem facit, simpliciter uero minime. illorum etenim aliæ quandoque factiuæ potentiæ sunt, horum vero nulla ars, nullaque potentia determinata est. eorum enim quæ secundum accidens, aut sunt, aut fiunt, causa quoque secundum accidens est.

ANT. par. 8.

Quod enim nec semper, nec quasi secundum magis est, hoc dicimus esse accidens. vt sub cane si fuerit hyems & frigus, hoc accidere dicimus, sed non est si æstuatio & calor, quia hoc quidem semper, aut secundum magis, illud vero non. Et hominem album esse accidit, nec enim semper nec sm magis, aīal vero non sm accñs. Et ædificatorē sanitatē facere, accñs, quia nō est natus hoc facere ædificator, sed medicus: sed accidit medicū esse ædificatorē. Et opsopios. i. cocus voluptatē cōiectans, faciet vtiq. alicui salubre, sed non secundum opsopeiticam. quapropter accidens dicimus et est vt facit, simpliciter aūt nō. Aliorū n. aliæ qnq; potentiæ factiuæ sunt, horum uero nulla est ars, nec potentia determinata. Nam secundum accidens entiū aut factorum, causa est secundū accidēs.

Cocus.

Ens per accidens quid

Ostendit naturam entis per accidens dicens, iō dico ꝙ id quod est in plurib. est causa entis per accidēs, quia quod non est semper, neque secundum magis, hoc dicimus esse p accidēs. Et hoc est defectus eius quod est in pluribus, ut si (fuerit hyems) idest tempus pluuiosum & frigus (sub cane,) idest in diebus canicularibus, hoc dicimus esse per accidens. Non tamen si tunc { fuerit æstuatio }, idest siccitas & calor. Hoc enim est semper vt in pluribus, sed illud non. Et similiter dicimus hominem esse album per accidens, qa hoc non est semper nec in pluribus. Hominem uero per se dicimus esse aīal, nō per accidens, quia hoc est semper. Et similiter ędificator facit sanitatem per accidēs, quia ędificator nō est aptus natus facere inquātum huiusmodi, sed solus medicus. Aedificator autē facit sanitatem, inquantum accidit eum esse medicū, & similiter opsopios,) idest cocus { cōiectans,) idest intendens facere (voluptatem,) idest delectationem in cibo, faciendo aliquem cibum bene saporatum, facit

cit aliquid salubre. Cibus enim bonus & delectabilis quandoque est vtilis ad sanitatem. Sed hoc non est secundum artem oplopoeiticam, si. pulmentarii quod faciat salubre. sed quod faciat delectabile. Et propter hoc dicimus hoc accidere. Et notandum q in primo exemplo fuit ens per accidens secundu concursum in eodem tempore. In secundo per concursum in eodem subiecto, sicut album cum homine. In tertio secundum concursum in eadem causa agente sicut aedificator & medicus. In quarto secundum concursum in eodem effectu, sicut in pulmento salubre & delectabile. Quamuis autem cocus faciat pulmentum delectabile, tamen hoc fit per accidens salubre. Cocus quidem facit modo quodam salubre secundum quid, sed simpliciter non facit, quia ars operatur per intentionem. Vnde quod est praeter intentionem artis, non fit ab arte per se loquendo. Et ideo ens per accidens, quod est praeter intentionem artis, non fit ab arte. Aliorum enim entium, quae sunt per se sunt quandoque aliquae potentiae factiuae determinatae, sed entium per accidens nulla ars, neque potentia determinata est factiua. Eorum enim, quae sunt aut fiunt secundum accidens, oportet esse causam secundum accidens, & non determinatam. Effectus enim & causa proportionatur adinuicem, & ido esse ens per accidens habet causam per accidens, sicut effectus per se causam per se. & quia supra dixerat q ens, ut in pluribus est causa entis per accidens, consequenter cum dicit.

Ens per accidens quadrupliciter

BESS. *Quare cum non omnia ex necessitate, & semper, aut sint aut fiant, sed multa, vt plurimum, necesse est esse, quod secundum accidens est. vtputa, nec semper, nec vt plurimum albus musicus est. cum autem aliquando fiat, secundum accidens erit. quod si non, cuncta ex necessitate erunt. Quare materia erit causa contingens eius, quod aliter accidit quam illud, quod vt plurimum est. Principium autem hoc sumendum est. vtrum nihil est, quod nec semper, nec vt plurimum, an hoc impossibile? Praeter haec igitur, aliquid est, quod vtrunque contingit, & secundum accidens. sed vtrum, quod vt plurimu, quodue semper nulli inest, an aliqua sunt sempiterna? de his sane posterius considerandum est.*

A N T. Tex.c.6. par 9. *Quare quoniam quidem non omnia ex necessitate sunt & semper, aut entia, aut quae fiunt, sed plurima secundum magis, necesse est quod secundum accidens ens, vt nec semper, nec secundum magis, Albus musicus est. Quoniam vero fit aliquando, secundum accidens erit, si autem non, omnia erunt ex necessitate. Quare materia erit causa contingens praeter quam vt in plurib. aliter accidentis. Principium autem hoc oportet sumere, vtrum nihil est nec semper, nec secundum magis. Aut hoc impossibile. Est igitur aliquid praeter hoc quod vtrunque contingit & secundum accidens. Sed vtrum hoc quod in pluribus & quod semper, nulli insunt, aut sunt quaedam sempiternae de his quidem igitur posterius perscrutandum est.*

In 12.&13.

Ostendit qualiter ex eo, quod est in pluribus, est ens per accidens dicens, quod, quia non omnia ex necessitate & semper existunt & fiunt, sed plurima sunt secundum magis), idest ut in pluribus, ideo necesse est esse quod secundum accides, quod neque est semper neque secundum magis, ut hoc quod dico, Albus est musicus. Quia tamen aliquando fit, licet non semper, nec ut in pluribus, sequitur quod fit per accides. Si enim non fieret aliquando id, quod est in paucioribus, tunc id, quod est in pluribus nunquam deficeret, sed esset semper & ex necessitate, & ita omnia essent sempiterna & necessaria, quod est falsum. &,

Est enim ut uult Alex. ca esse argumentatiua.

quia defectus eius, quod est ut in pluribus, est propter materiam, quae non subditur perfecte virtuti agentis, vt in pluribus, ideo materia est causa accidentis aliter, quam vt in pluribus, scilicet accidentibus, vt in paucioribus, causa inquam non necessaria, sed contingens. Habito autem, quod non omnia sunt necessaria, sed aliquid est nec semper, nec secundum magis, principium hoc oportet hic sumere, vtrum nihil sit nec semper, nec secundum magis. Sed hoc patet esse impossibile, quia, cum id, quod est vt in pluribus, fit causa entis per accidens, oportet esse & id quod est semper, & id quod est ut in pluribus. Igitur quod est praeter vtrunque dictorum, est ens secundum accidens. Sed vtrum iterum id, quod est vt in plurib. inest alicui, quod autem est semper nulli inest, aut et sunt aliqua sempiterna, considerandum est posterius in Duodecimo, vbi ostendet quasdam substantias esse sempiternas. Sic igitur per primam quaestionem quaeritur, vtrum omnia sint per accidens. Per secundam vero vtrum omnia possibilia, & nihil sempiternum.

No omnia eueniunt p accides nec omnia sunt possibilia.

Tex.c.29. & inde.

BESS. Tex 6. *Quod autem non est accidentis scientia, patet. omnis enim scientia eius est, quod aut semper, aut vt plurimum est. quomodo enim discet, aut alium docebit? oportet enim ut determinetur, aut per semper, aut per plurimum, ut puta febricitanti proficuum mellicratum est ut plurimu. quod uero praeter hoc est, no habebit dicere quando no, ut in nouilunio, nam, etiam in nouilunio, aut semper, aut ut plurimum: accidens uero, praeter haec est. Quid itaque accidens sit, & ob quam causam, & quod non est eius scientia, dictum est.*

A N T. Tex.c.6. Par.10. *Quod autem scientia non est accidentis, p.dam. Scientia namque omnis, aut est eius quod sēper, aut eius quod secundum magis. Etenim quomodo docebitur aut docebit alium? Oportebit enim diffiniri, aut semper, aut per magis, ut quia utile mellicratum febricitanti, vt secundum magis. Quod autem praeter hoc, non habebit dicere. Quando puta noua luna. Aut enim semper, aut in pluribus, & quod noua luna. Accidens autem est praeter hoc. Quid quidem igitur est accidens, & propter quam causam, & quia scientia non est.*

Ostendit tertium praemissorum, scilicet quod scientia non sit de ente per accidens. Quod quidem dicit esse palam ex hoc, quod omnis scientia est aut eius quod est semper, aut eius quod est, vt in pluribus. Vnde cum ens per accidens nec sit semper, nec fit in pluribus, de eo non poterit esse scientia. Primam sic probat. Non enim potest aliquis doceri ab alio, vel docere alium de eo quod nec est semper, nec vt frequenter. Hoc enim de quo est doctrina oportet esse diffinitum aut per hoc quod est semper, aut per hoc quod est in pluribus. Sicut quod (mellicratum) idest mixtum ex aqua & melle, utile est febricitantibus, determinatum est vt in pluribus. Sed quod (est praeter hoc,) idest praeter id quod est semper & magis, non potest dici quando fiat, sicut quod fiat in tempore nouilunij. Quia quod determinatur fieri in tempore nouilunij, uel est semper, vel ut in pluribus. Vel potest esse hoc quod dicitur de noua luna aliud exemplum, eius scilicet quod determinatur semper. & quod addit, aut in pluribus fit, addit propter differentiam eius per accidens, quod nec sic, nec sic est. Vnde subdit (quod accidens est praeter, hoc, scilicet praeter ens semper & ens vt magis. & haec minor est rationis principalis superius positae. Vlterius autem epilogando dicit quod dictum est, quid est ens per accidens, & quae est causa eius, & quod de eo non potest esse scientia.

Tex.c.7. De ente p accidens no est scientia.

necesse erit ipsum moueri, dum currit. Si autem quilibet effectus habet causam per se, ex qua de necessitate sequitur, oportet quod sit illa conditionalis uera, cuius antecedens est causa & consequens effectus. Et licet inter causam, quæ nunc est præsens, & effectum qui erit futurus, quandoque sint plurima media, quorum unumquodque est effectus respectu præcedentium, & causa respectu sequentium, tamen sequitur de primo ad vltimum, quod conditionalis sit vera cuius antecedẽs est præsens & eius consequens quandoque futurum. Sicut hic, Si comedit salsa, occidetur. Antecedens autem ponitur, ex quo præsens est, ergo de necessitate erit quòd occidatur. Et ita omnia alia futura erunt necessaria quorum causæ proximę vel remotæ, sunt præsentes. Et similis ratio est si aliquis procedens ab effectibus ad causas, superfiliat, quia ad facta, id est ad præterita, hoc est dicere si reducat effectus futuros in aliquam causam præteritam non præsentem, quia hoc quod præteritum est iam est secundum aliquem modum. Hoc autem dicò inquantum est factum vel præteritum. Licet enim vita Cæsaris non sit nunc in præsenti, est tamen in præterito. Verum enim est Cæsarem vixisse. Et ità nunc est ponere verum esse antecedens conditionalis, in cuius antecedente est causa præterita, & in consequente est causa futura. Et sic sequetur eum omnes effectus futuros oporteat redigere in tales causas præsentes vel præteritas, quòd omnia futura ex necessitate eueniant. Sicut nos dicimus quòd viuentem fore moriturum est necessarium absolute, quia sequitur de necessitate ad aliquid quod iam factum est, scilicet duo contraria esse in eodem corpore per commixtionem. Hæc enim conditionalis est vera. Si aliquod corpus est cõpositum ex contrarijs, corrumpetur. Hoc autem est impossibile, quòd omnia futura ex necessitate eueniant. Ergo illa duo sunt impossibilia, ex quibus hoc sequebatur, scilicet quòd quilibet effectus habeat causam per se, & quod causa posita necesse sit effectum poni. Quia ex hoc ipso sequeretur quod iam dictum est, quod quorumlibet effectuum futurorum essent aliquæ causę iam positæ. Sicut corruptionis animalis, iam sunt aliquæ causæ positæ. Sed quòd iste homo moriatur per infirmitatem, vel violentiam, nondum habet aliquam causam positam ex qua de necessitate sequatur.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Patet igitur, quod vsque ad aliquod vadit principium. hoc vero, non amplius ad aliud. erit igitur hoc eius, quod vtcunque contingit, causaque generationis eius nulla.*

A N T. par. 2. *Palam ergo quia vsque ad aliquod vadit principiũ, hoc autem non adhuc ad aliud. Erit ergo eius quodcunque euenit ipsum, & causa ipsius generationis nulla.*

Infert quandam conclusionem ex prædictis dicẽs, ergo ex quo non quodlibet, quod fit, habet causam per se, palam, quòd in futuris contingentibus, effectus futuri reductio ad causam per se, vadit vsque ad aliquod principium, quod quidem principium non reducitur in aliquod principiũ adhuc per se, sed ipsum erit cuius causa (erit quodcunque euenit,) id est casualis, & illius causæ casualis non erit aliqua alia causa, sicut iam prædictum est, quòd ens per accidens non habet causam neque generationem. Verbi gratia, quòd iste occidatur a latronibus habet causam per se quia vulneratur, & hoc etiam habet causam per se quia a latronibus inuenitur, sed hoc non habet nisi causam per accidens. Hoc enim quòd iste ad negotium vadens inter latrones incidat, est per accidens, vt ex prædictis patet. Vnde eius non oportet ponere aliquam causam. Ens enim per accidens, vt supra dictum est, non habet generationem, & ita eius generationis causam per se quærere non oportet.

Lectio. 2.

Deinde cum dicit.

B E S S. Text. 8. *Sed in quale principium, & qualem causam talis reductio est. Vtrum ad materiam, an vt ad cuius gratia, an vt ad mouens, maxime considerandum est. De eo itaque, quod secundum accidens est, dimittatur. determinatum enim sufficienter est.*

A N T. Tex. c. 8. par. 3. *Sed ad principium quale & causam qualem reductio talis? vtrum vt ad materiam, aut ad quòd cuius gratia, aut vt ad mouens, maxime perscrutandum. Ergo de ente secundum accidens prætermittatur. Determinatum est enim sufficienter.*

Mouet quandam quęstionem occasionatam ex dictis. Dixit enim supra immediate, quòd causæ entiũ per accidens reducuntur vsque ad aliquod principiũ, cuius non est ponere aliam causam. Et ideo hic inquirit de hac reductione, vel anagoge, quod idem est ad quale principium & ad qualem causam debeat fieri, id est ad quod genus causæ vel principij, scilicet vtrum ad aliquam causam primam, quę sit causa sicut materia, aut ad aliquam, quæ sit causa sicut finis, cuius gratia aliquid fit, aut ad aliquam, quę sit causa sicut mouẽs. Prætermittit autẽ de causa formali, quia quæstio hic habetur de causa generationis rerum, quæ fiunt per accidens. In generatione autem, forma nõ habet causalitatem, nisi per modum finis. Finis enim & forma in generatione incidunt in idem numero. Hanc autẽ quæstionem hic motam non soluit sed supponit eius solutionem ab eo quod est determinatum in 2. phys. Ibi enim ostẽsum est quòd fortuna & casus, quæ sunt causæ eorum quæ fiunt per accidens, reducuntur ad genus causæ efficientis. Ergo concludit ex præmissis, quod prætermittendum est loqui de ente per accidens, ex quo determinatum est sufficienter secundũ id quod de eo determinari potest.

Tex. c. 65.

Attendendum est autem quod ea quæ Philosophus hic tradit, videntur remouere quædam, quę secundum philosophiam ab aliquibus ponuntur, scilicet fatum & prouidentiam. Vult enim hic Philosophus, quod non omnia, quæ fiunt, reducantur in aliquam causam per se, ex qua de necessitate sequantur, aliàs sequeretur, quod omnia essent ex necessitate, & nihil per accidens esset in rebus. Illi autem, qui ponunt fatum, dicunt, contingentia, quæ hic fiunt, quæ videntur per accidẽs, esse reducibilia in aliquam virtutem corporis cœlestis, per cuius actionem ea, quæ secundum se considerata per accidẽs fieri videntur, cum quoddam ordine producantur. Et similiter illi, qui ponunt prouidentiam, ea quæ aguntur hic, dicunt esse ordinata secundum ordinem prouidentiæ. Ex vtraque igitur positione duo videntur sequi, quæ sunt contraria his, quæ hic Philosophus determinat, quorum primùm est in reb. nihil fit per accidens neque a fortuna neque a casu. Quæ enim secundum aliquem ordinem procedunt, non sunt per accidens. Sunt enim vel semper vel in maiori parte. Secundum autem est, quòd omnia ex necessitate eueniant. Si enim omnia ex necessitate eueniunt quorũ causa vel ponitur in præsenti, vel iam est posita in præterito, vt ratio Philosophi procedit, eorum autẽ quę sunt sub prouidentia vel fato causa ponitur in præsenti, & iam posita est in præterito, eo quòd prouidentia est immutabilis, & æterna, motus etiam cœli est inuariabilis, videtur sequi quòd ea quæ sunt sub prouidentia uel fato, ex necessitate contingant. Et ita si omnia quæ hic aguntur, fato & prouidentiæ subduntur, sequitur quòd omnia ex necessitate proueniant. Videtur ergo quòd secundum intentionem Philosophi non sit ponere neque prouidentiam neque fatum.

Dubitatio an quæ Philosoph. hic dixit, tollãt fatũ & prouidentiam.

tum. Ad horum autem euidentiam considerandum est, quòd quanto aliqua causa est altior, tãto eius causalitas ad plura se extendit. habet enim causa altior proprium causatum altius quod est communius & in pluribus inuentum. Sicut in artificialibus patet, quod ars Politica, quæ est supra militarem, ad totum statum cõitatis se extendit, Militaris autem solum ad eos, qui in ordine militari cõtinentur. Ordinatio, aũt quæ est in effectib. ex aliqua causa tm̃ se extẽdit quũ extẽdit se illius causæ causalitas. Omnis.n.causa per se habet determinatos effectus, quos secundum aliquem ordinem producit. Manifestum igitur est, quod effectus relati ad aliquam inferiorem causam nullum ordinem habere uidentur, sed per accidens sibiipsis coincidũt, qui si referantur ad superiorẽ cãm cõmunem, ordinati inueniuntur, & non per accidẽs coniuncti, sed ab una per se causa simul producti sunt. Sicut floritio huius herbæ uel illius, si referatur ad particularem uirtutem, quæ est in hac planta, uel in illa, nullum ordinem habere uidetur, immo uidetur esse per accidens, quod hac herba florente illa floreat. Et hoc ideo, quia causa uirtutis huius plantæ extendit se ad floritionem huius, & non ad floritionẽ alterius, unde est quidem causa, quòd hæc planta floreat, non autem quod simul cum altera. Si autem ad uirtutem corporis cœlestis, quæ est causa communis referatur, inuenitur hoc non esse per accidens, q̃ hac verba florente illa floreat, sed esse ordinatum ab aliqua prima causa hoc ordinante, quæ simul mouet utranque herbam ad floritionem. Inueniť autem in rebus triplex causarum gradus. Est.n. primo causa incorruptibilis & immutabilis, s. diuina. sub hac scđo est cã incorruptibilis, sed mutabilis, s. corpus cæleste. sub hac tertio sunt cæ corruptibiles & mutabiles. Hę igitur causæ in tertio gradu existente sunt particulares, & ad proprios effectus secundum singulas species determinatæ. ignis.n. generat ignem, & homo generat hominem, & planta plantam. Causa autem secundi gradus est quodammodo uniuersalis, & quodammodo particularis; particularis quidem quia se extendit ad aliquod genus entium determinatum, s. ad ea quę per motum in esse producuntur. est.n. causa mouens & mota. Vniuersalis autem, quia non ad unam tantum speciem mobilium se extẽdit causalitas eius sed ad omnia, quæ alterantur & generantur & corrumpuntur: illud.n. quod est primo motum, oportet esse causam omnium consequenter mobilium. Sed causa primi gradus est simpliciter uniuersalis. eius.n. effectus proprius est esse. unde quicquid est, & quocunque modo est, sub cãlitate & ordinatione illius causæ proprie continetur. Si igitur ea, quę hic sunt contingentia, reducamus in causas proximas particulares tantum, inueniuntur multa fieri per accidens. tum propter concursum duarum causarum, quarum una sub altera non continetur. sicut cũ præter intentionem occurrunt mihi latrones. Hic.n. cõcursus causatur ex duplici uirtute motiua. s. mea & latronum. Tum etiam propter defectum agentis, cui accidit debilitas, ut non possit peruenire ad finẽ intẽtum, sicut cum aliquis cadit in uia propter lassitudinem. Tum etiam propter indispositionem materiæ, quæ non recipit formam intentam ab agente, sed alterius modi sicut accidit in monstruosis partibus animalium. Hæc autem cõtingentia, si ulterius in causam cælestem reducantur, multa horum inueniẽt non esse per accidens, quia causæ particulares & si nõ continentur sub seinuicem, continentur tamen sub una causa cõmuni cælesti. unde concursus earum põt habere aliquam unam causam cælestem determinatam. Quia etiam uirtus corporis cælestis & incorruptibilis est & impassibilis, nõ potest exire aliquis effectus ordinem causalitatis eius propter defectum uel debilitatem ipsius uirtutis. Sed quia agit mouendo, & omne tale agens requirit materiam determinatã & dispositam, potest contingere quod in rebus naturalibus uirtutis cœlestis non consequatur suum effectum propter materiæ indispositionem & hoc erit per accidens. Quamuis igitur multa, quæ uidentur esse per accidens reducendo ipsa ad causas particulares, inueniantur non esse per accidens reducendo ipsa ad causam communem uniuersalem. s. uirtutem cælestem, tamen etiam hac reductione facta, inueniuntur eẽ aliqua per accñs, sicut superius est habitum à philoso. Quando.n. agens aliquod inducit effectum suum ut in pluribus, & nõ semper, sequetur, quod deficiat in paucioribus, & hoc per accidens est. Si igitur corpora cælestia effectus suos inducunt in inferiora corpora, ut in pluribus, & non semper, propter materiæ indispositionem sequetur, quod ipsum sit per accidens, quod virtus cælestis effectum suum non consequatur. Licet etiam ex hoc inueniantur aliqua per accidens facta reductione ad corpus cæleste, quia in istis inferioribus sunt aliquæ causæ agentes, quæ possunt per se agere absque impressione corporis cælestis. s. animæ rationales, ad quas non pertingit uirtus corporis cælestis, cum sint formæ corporibus nõ subiectæ, nisi forte per accidens, inquantum. s. ex impressione corporis cælestis fit aliqua immutatio in corpore, & per accidens in uirib. animæ, quæ sunt actus quarundam partium corporis, ex quibus anima rationalis inclinatur ad agendum, licet nulla necessitas inducatur cum habeat liberum dominium super passiones, ut eis dissentiat. Illa igitur, quæ in his inferioribus inueniuntur per accidens fieri reducẽdo ad has causas, s. animas rationales, prout non sequuntur inclinationem, quæ est ex impressione cælesti, non inuenientur per se fieri per reductionem ad uirtutem corporis cælestis. Et sic patet, quod positio fati, quæ est quædam dispositio inhærens rebus inferiorib. ex actione corporis cælestis, non remouet omnia ea, q̃ sunt per accidens. Sed si ulterius ista contingentia reducantur in causam altissimã diuinam, nihil inueniri poterit, quod ab ordine eius exeat, cum eius causalitas extendat se ad omnia inquantum sunt entia. Nõ potest igitur sua causalitas impediri per indispositionem materiæ, quia & ipsa materia, & eius dispositiones nõ exeunt ab ordine illius agentis, quod est agens per modum dantis esse, & non solum per modum mouentis & alterantis. Non.n. põt dici, quod materia præsupponatur ad esse, sicut presupponitur ad moueri, ut eius subiectum, quinimo est pars essentiæ rei. Sicut igitur uirtus alterantis & mouentis non impęditur ex essentia motus, aut ex termino eius, sed ex subiecto, quod præsupponitur, ita uirtus dantis esse non impeditur à materia, uel à quocunque, quod aduenit qualitercunq; ad esse rei. Ex quo etiam patet, quod nulla causa agens potest esse in istis inferioribus, quæ eius ordini non subdatur. Relinquiť igitur quod omnia, quę hic fiunt, prout ad primã causam diuinam referuntur, inueniuntur ordinata & nõ per accidens existere, licet per comparationem ad alias causas per accidens esse inueniantur. Et propter hoc secundum fidem catholicam dicitur, quod nihil fit temere siue fortuito in mundo, & quod omnia subduntur diuinæ prouidentiæ. Arist. aut hic loquitur de contingentibus, quę hic fiunt in ordine ad causas particulares, sicut per eius exemplum apparet. Nunc autem restat uidere quomodo positio fati & prouidentiæ non tollit à rebus contingentiam, quasi omnia ex necessitate eueniant. Et de fato quidem manifestum est per ea quæ dicta sunt. Iam.n. est ostẽsum, quod licet corpora cælestia & eorum motus & actiones

Solutio qõnis.

Triplex cãrũ gradus in rebus & qualitas.

Effectus proprius primæ causę ẽ esse.

Fatum non remouet cõtingentiam a rebus.

An fatũ & prouidẽtia tollant contingentia a rebus. Inf. par. 4.

nes quantum in ipsis est necessitatem habeant, tamē effectus eorum mistis in serioribus potest deficere, uel propter indispositionem materiæ, uel propter animam rationalem quæ habet liberam electionem sequendi inclinationes, quæ sunt ex impressione cælesti uel non sequendi. & ita relinquitur, quod huiusmodi effectus non ex necessitate, sed contingenter pueniāt. Nō.n.pō cāç cęlestis est pō cāç talis, ad quā de necessitate sequāt effectus, sicut ad compositionē ex contrariis sequitur mors animalis, ut in litera tāgitur. Sed de prouidentia maiorem habet difficultatē. prouidentia.n. diuina falli non potest Hæc.n. duo sūt incompossibilia, quòd aliquid sit prouisum à Deo, & non fiat & ita uidetur, quòd ex quo prouidentia iam ponitur, quod eius effectum necesse sit sequi. Sed sciendum est, quòd ex eadem causa depēdet effectus, & omnia, quæ sunt per se accidentia illius effectus. Sicut.n. homo est natura, ita & omnia eius per se accidentia, ut risibile, & mentis disciplinæ susceptibile, si autem aliqua causa non faciat hominem simpliciter sed hominem talem, eius non erit constituere ea q̄ sunt per se accidentia hominis, sed solum uti eis. Politicus.n. facit hominem ciuilem, non tamen facit eū mentis disciplinę susceptibilem, sed hac eius proprietate utitur ad hoc quod homo fiat ciuilis. Sicut autē dictum est, ens inquantum ens est habet causam ipsū Deum, unde sicut diuinæ prouidentiæ sub.litur ipsū ens ita etiam omnia accidentia entis inquantum est ens. inter quæ sunt necessarium & contingens. Ad diuinam igitur prouidentiam pertinet non solum ꝙ faciat hoc ens, sed quod det ei contingentiam, uel necessitatem. Secundum.n.ꝙ unicuique dare uoluit cōtingentiam, uel necessitatem, præparauit ei causas medias, ex quibus de necessitate sequatur, uel contingenter. Inuenitur igitur uniuscuiusquæ effectus secūdum quod est sub ordine diuinæ prouidentiæ, necessitatem habere. Ex quo contingit quod hæc cōditionalis est uera, si aliquid est à Deo prouisum, hoc erit. Secundum autem quòd effectus aliquis consideratur sub ordine causæ proximæ, sic non omnis effectus est necessarius sed quidam necessarius & quidā contingens secundum analogiā suæ causæ. Effectus.n. in suis naturis similantur causis proximis, non āt remotis, ad quarum conditionem pertingere non possunt. Sic ergo patet, quòd cum de diuina prouidētia loquimur, non est dicendum solum, hoc est prouisum à Deo ut sit, sed hoc est prouisum à Deo, ut contingenter sit, uel ut necessario sit, unde non sequitur secundum rationem Arist. hic inductam, quòd ex quo diuina prouidentia est posita, quòd omnes effectus sint necessarij, sed necessarium est effectus esse contingenter, uel de necessitate. Quod quidem est singulare in hac causa. I. in diuina prouidentia. Reliquæ.n. causæ non constituunt legem necessitatis, uel contigentiæ, sed constituta à superiori causa, utuntur. Vnde causalitati cuiuslibet alterius causæ subditur solum quòd eius effectus sit. Quòd autem sit necessario uel contingenter, dependet ex causa altiori, quæ est causa entis inquantum est ens, à qua ordo necessitatis & contingentiæ in rebus prouenit.

LECTIO IIII.

Quomodo ens verum dicatur & in quo sit uerum & falsum, exponitur, quod item tale ens uerum & ens per accñs merito excluduntur ab illa scientia, concludit.

B E S S.

QVòd autem tanquam uerum ens, & non ens, ut falsum, quoniā circa compositionem et diuisionem est, & omnino circa, partitionem contradictionis (uerum etenim affirmationem in composito habet, negationem uero in diuiso, falsum uero huius partitionis contradictionem.)

A N T. Par.1.

Quod autem ut uerum, ens: & non ens, ut falsum, quoniā secundum compositionem & diuisionem, totaliter autem circa partitionem contradictionis. Verum quidem enim affirmationem contradictionis in composito habet, negationem uero in disiuncto. Sed falsum huius partitionis contradictionem.

Postquam determinauit Phil. de ente p accidens, hic determinat de ente, quod signat ueritatē propositionis, & circa hoc duo facit. Primo determinat qualiter dicatur huiusmodi ens. Secundo remouet ipsum à principali cōsideratione huius scientiæ, ibi. (Quoniā autem complexio &c.) Circa primum tria facit. Primo ostendit qualiter huiusmodi ens dicatur *Inf. par. 4.* Secundo respondet cuidam quęstioni, ibi. (Qūo aūt qđ simul &c.) *Par. 2.* Tertio manifestat quoddam qđ dixerat, ibi: {Nō est autem uerum & falsum in rebus &c.} *par. 3.* Dicit ergo (ꝙ ens quoddā dicit quasi uerū), i. qđ nihil aliud significat nisi ueritatē. Cū.n. interrogamus si homo est aīal, respondetur ꝙ est, p quod significat, propositionem præmissam esse uerā. Et eodem modo non ens significat quasi falsum. Cū.n. rñdetur non est, significatur ꝙ proposita oratio sit falsa. *Cōditiones veri & falsi.* Hoc autē ens, qđ dicitur quasi uerum, & non ens, quod dr̄ quasi falsum consistit circa compositionē & diuisionē. Voces.n. Icōplexę neq; verū, neq; falsū significāt, sed uoces cōplexæ, per affirmationem aut negationem ueritatem aut falsitatem habent. Dicitur autem hic affirmatio compositio, quia significat prædicatum inesse subiecto. Negatio uero dicitur hic diuisio, quia significat prædicatum a subiecto remoueri. Et cum uoces sint signa intellectuum, similiter dicendum est de conceptionibus intellectus. Quæ enim sunt simplices, non habent ueritatem neque falsitatem, sed solū illæ, quæ sunt complexę per affirmationem uel negationem. et quia prædictum ens & non ens, scilicet uerum & falsum cōsistit in compositione & diuisione, ideo similiter consistit circa partitionē contradictionis. Vnaquæque.n. contradictionum partiuntur sibi inuicem uerum & falsum, ita ꝙ altera pars est uera, & altera pars est falsa. Cum enim contradictio ex affirmatione & negatione constituatur, utraque autem harum ex prædicato fit & subiecto, prædicatū & subiectum dupliciter se possunt habere. Aut enim sunt coniuncta in rerum natura, sicut homo & animal, aut sunt disiūcta, ut homo & asinus. Si ergo formantur duæ contradictiones, una ex terminis coniūctis, ut homo est aīal, & homo non est animal, alia ex terminis disiunctis, ut homo est asinus, homo nō est asinus, utranque contradictionem inter se cōdiuidunt uerum & falsum, ita ꝙ uerum pro parte sua {habet affirmationem in composito), i. in terminis coniunctis, & (negationem in disiuncto) i. in terminis disiunctis. Hę.n. duæ sunt uerę homo est animal, & homo non asinus. Sed falsum pro sua parte habet {contradictionem partitionis}, i. contradictoria eorum, quæ cedunt in partē ueri. Habet.n. falsum pro sua parte negationem in coniuncto, & affirmationem in disiuncto. Hæ enim duæ sunt falsæ, homo non est animal, & homo est asinus. Deinde cū dicit.

Quo autem modo quod simul, aut quod separatim est intelligere accidit, alia ratio est: dico autem quod simul, & quod separatim, vt non consequenter, sed vt vnum quid fiat. *B E S S.*

Quomodo autem quod simul aut quod separatim intelligere accidit, alius sermo. Dico autem quod simul et separatum, non vt eo consequenter, sed in vnum aliquid fieri. *A N T. par. 2.*

Remouet quādam dubitationem, quæ posset occasionari ex dictis. Dixerat enim, ꝙ uerum & falsum consistunt in compositione & diuisione, uocum quidem secundario, intellectus autem primo & principaliter: omnis autē compositio uel diuisio plurium est, & ideo potest esse dubium, quomodo ista quæ cōponuntur & diuiduntur, intellectus intelligat, utrum scilicet simul, aut separatim. Sed dicit, quod hoc pertinet ad alium sermonem, s. ad librum de anima. Et quia simul dupliciter dicitur. Quandoque enim significat unitatem, sicut dicimus simul esse secundum ipsius quæ sunt in uno & eodem instanti. Quandoque uero significat coniunctionem & uicinitatem eorum, quæ consequenter se habent, sicut dicimus duos homines esse simul secundum locum, quorum loca sunt coniuncta, & consequenter se habentia, & secundum tempus, quæ se tꝑe consequuntur: Ideo exponit qōnem motā, qua quæsiuit utrum simul aut separatim intelligat intellectus ea quæ componuntur & diuiduntur dicens, quòd non intelligit simul, secundum ꝙ aliqua dicuntur esse simul, ut consequenter se habent, sed ſm ꝙ aliqua dicunt esse simul in eo ꝙ fit aliquid unū. Et in hoc innuitur solutio qōnis. Si. n. intellectus intelligat hoīem & animal unumquodque ſm se, ut sunt duo quædam, intelligit ea consequēter duabus cōceptionib. simplicibus, non formans ex eis affirmationē neq; negationē. Cū autem ex eis format cōpōnem uel diuisionem, intelligit ambo ut unū, inquantum, s. ex eis aliquod unū fit. Sicut etiā partes cuiuslibet totius intelligit intellectus ut unū, intelligendo ipsum totum. Non. n. intelligit domum intelligendo prius fundamentū, & postea parietem, & postea tectum, sed oīa ista intelligit simul, inquantum ex eis fit unum. Sīr intelligit prædicatū & subiectum simul, inquantū ex eis fit unum, s. affirmatio & negatio. Deinde cum dicit.

Quō possit intellectus noster plura simul intelligere.

BESS. *Non enim est falsum, & uerum in rebus (ut quod bonum uerum, quod uero malum, falsum) sed in mente, quæ uero circa simplicia & circa ea quę quid sunt, non quidem sunt in mente. quæcunque igitur speculari oportet circa, id, quod ita, ens & non ens est, posterius perscrutandum est.*

ANT. par. 3. *Non est autem uerum & falsum in rebus, ut quod bonum uerum, quod autem malum falsum, sed in mente. Circa uero simplicia &, quid est nec in mente est. Igitur quæcunque oportet speculari circa sic ens et non ens, posterius perscrutandum est.*

Verum & falsum sunt in mente, bonum atque malum in rebus.

Manifestat quoddam, quod dixerat, s. ꝙ uerum & falsum sint in compositione & diuisione. Quod quidem probat per modum cuiusdam diuisionis. Eorum enim, quæ dicuntur voce, quædam sunt in rebus extra animam, quædam autem sunt in anima tantū. Album enim & nigrum sunt extra animam, sed rationes horum sunt in anima tantum. Posset autem, aliquis credere, ꝙ uerum & falsum sint etiam in reb. sicut bonum & malum, ita ꝙ verum sit quoddam bonum & falsum sit quoddam malum. hoc enim oporteret, si verum & falsum essent in rebus. Verum enim quandam perfectionem naturæ, significat, Falsum vero defectum. Omnis autem perfectio in rebus existēs, id perfectionem, & bonitatem naturæ pertinet, defectus vero & priuatio ad malitiam. Sed ipse hoc negat dicens, ꝙ verum & falsum non sunt in rebus, ita quòd verum rationis, sit quoddam bonum naturæ, & falsum sit quoddam malum, sed ꝭ sunt tantum in mente, ꝭ i. in intellectu. Intellectus autem hēt duas operationes, quarum vna vocatur indiuisibilium intelligentia, per quam intellectus format simplices cōceptiones rerum intelligendo quodquid est vniuscuiusque rei. Alia eius operatio est per quam componit & diuidit. Verum autem & falsum, ꝭ si sint in mente, non tamen sunt circa illam operationem mentis, qua intellectus format simplices conceptiones, & quodquidest rerum. Et hoc est quod dicit, ꝙ ꝭ verum & falsum, circa simplicia, & quodquidest, nec in mente est. ꝭ Vnde relinquitur per locum a diuisione, ꝙ ex quo non est in rebus, nec est in mente circa simplicia, & quodquidest, ꝙ sit circa compositionem & diuisionem mentis primo & principaliter, & secundario vocis, quæ significat conceptionem mentis. Et vlterius concludit, quòd quæcunque oportet speculari circa ens & non ens sic dictum, s. prout ens significat verum, & non ens falsum, ꝭ posterius perscrutandum est, ꝭ s. in fine 9. & etiam in li. de anima, & in logicalibus. Tota enim logica videtur esse de ente & non ente sic dicto. Sciendum est autem, ꝙ cum quælibet cognitio perficiatur per hoc, quòd similitudo rei cognitæ est in cognoscente, sicut perfectio rei cognitæ consistit in hoc quòd habet talem formam, per quam est res talis, ita perfectio cognitionis consistit in hoc, quòd habet similitudinem formæ prædictæ. Ex hoc autem, quòd res cognita habet formā sibi debitam, dicitur esse bona, & ex hoc, quòd aliquem defectum habet, dicitur esse mala. Et eodem modo ex hoc ꝙ cognoscens habet similitudinem rei cognitæ, dicitur habere veram cognitionem: ex hoc vero, quòd deficit a tali similitudine, dicitur falsam cognitionem habere. Sicut ergo bonum & malum designant perfectiones, quæ sunt in rebus: ita verum & falsum designant perfectiones cognitionum. Licet autem in cognitione sensitiua possit esse similitudo rei cognitæ, non tamen rationem huius similitudinis cognoscere ad sensum pertinet, sed solum ad intellectum. Et ideo licet sensus de sensibili possit esse verus, tamen sensus veritatem non cognoscit, sed solum intellectus: & propter hoc hic dicitur quòd verum & falsum sunt in mente. Intellectus autem habet apud se similitudinem rei intellectæ, secundum quòd rationes incomplexorum concipit, non tamen propter hoc ipsam similitudinem dijudicat sed solū cum componit uel diuidit. Cum. n. intellectus concipit hoc, quod est animal rationale mortale, apud se similitudinem hominis habet, sed non propter hoc cognoscit se hanc similitudinem habere, quia non iudicat hominem esse animal rationale & mortale. & ideo in hac sola secunda operatione intellectus est ueritas & falsitas, secundum quam nō solum intellectus habet similitudinem rei intellectæ, sed etiam super ipsam similitudinem reflectitur, cognoscendo & diiudicando ipsam. Ex his igitur patet, ꝙ ueritas nō est in rebus, sed solum in mente, & etiam in compositione & diuisione. Et si res dicatur aliqñ falsa, uel et diffinitio, hoc erit in ordine ad affirmationē & ad negationē. Dicit. n. res falsa, ut in fine quinti habitū est, aut quæ non est omnino, sicut diametrum commensurabilem, aut quia est quidem, sed est apta nata uideri aliter quam sit. Et similiter diffinitio dicitur falsa, aut quia nullius, uel quia asignatur alteri quam ei cuius est. in omnibus. n. his modis patet ꝙ falsum in rebus uel in diffinitionibus dicitur, ratione falsæ enūciationis de ipsis. Et similiter patet de uero. Nam res dicitur uera, quando habet propriam formam, quæ ei ostenditur inesse. Et diffinitio uera, quæ uere competit ei cui asignatur. Patet etiam quod nihil prohibet uerum esse quoddam bonum, secundum quod intellectus cognoscens accipitur ut quædam res. Sicut enim qualibet alia res dicitur bona sua perfectio ne, ita intellectus cognoscens, sua ueritate. Apparet etiam ex his, quæ hic dicuntur, quod uerum & falsū, quæ sunt obiecta cognitionis, sunt in mente. Bonum

tex. co. 2. & inde.

Lectio 4.

num uero & malum, quæ sunt obiecta appetitus, sunt in rebus. Item quod sicut cognitio perficitur per hoc quod res cognitæ sunt in cognoscente, ita appetitus quicunq; perficitur per ordinem apetentis ad res appetibiles. Deinde cum dicit.

BESS. *Cum autem compositio, & diuisio in mente, non in rebus sit, quod profectò ita est diuersum à proprie dictis ens est, aut enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut si quid aliud, copulat, aut diuidit mens, Quod autem tanquam accidens, & ut uerum ens, omittendum est, causa enim illius quidem determinata, huius uero, mentis aliqua passio, & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod, hæc quidem prætereantur. Considerandę autem sunt ipsius entis causæ, & principia prout ens est, manifestum autem est in his, quæ determinauimus de eo, quoties unumquodque dicitur, quòd ens multipliciter dicitur.*

ANT. Par.4. *Quoniam autem complexio & diuisio est in mente & non in rebus. Quod autem ita ens, alterum ens à propriis, aut enim quia quid est, aut quia quantum, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens. Quod quidem ut accidens, & quod ut uerum ens, prætermittendum. Causa enim huius quidem indefinita, illius uero mentis aliqua passio, & utraque circa reliquum genus entis, & nō extra ostendunt autem aliquam naturā entis. Quapropter ea quidem prætermittantur. Perscrutandæ uero sunt ipsius entis causæ & principia, inquantum ens. Palam autem in quib. determinauimus de eo quotiēs unumquodque dicitur, quia multipliciter dicitur eur.*

De ente uero est sciencia real. Excludit ens uerum, & ens per accidentia a principali consideratione huius doctrinæ dicens, quòd cōpositio & diuisio, in quib. est uerum & falsum, est in mente, & non in rebus. Inuenitur siquidem & in reb. aliqua compositio, sed talis compositio efficit unam rem, quam intellectus recipit ut unum simplici conceptione. Sed illa compositio uel diuisio, qua intellectus coniungit uel diuidit sua concepta est tantum in intellectu, non in rebus. Consistit enim in quadam duorum comparatione conceptorum, siue illa duo sint idem secundum rem, siue diuersa. Vtitur enim intellectus quandoque vno, vt duobus compositionē formans, sicut dicitur, homo est homo: ex quo patet quòd talis compositio est solum in intellectu, non in rebus. Et ideo illud, quod est ita ens sicut verum in tali compositione consistens, est alterum ab his quę proprie sunt entia, quæ sunt res extra animam, quarum vnaquæque est § aut quod quid est, i. substātia, aut quale, aut quantū, aut aliquod incomplexum, quod mens copulat vel diuidit. Et ideo vtrunque est prætermittendum, s. & ens per accidens, & ens quod significat verum, quia huius, s. entis per accidens causa est indeterminata. Et ideo non cadit sub arte vt ostensum est. Illius vero, s. entis veri, causa est § aliqua passio mentis, § i. operatio intellectus componentis & diuidentis. Et ideo pertinet ad scientiam de intellectu. Et alia ratio est, quia § vtrunque, § s. ens verum, & ens per accidens sunt circa aliquod genus entis, non circa ens simpliciter per se quod est in rebus, & non ostendunt aliquam aliam naturam entis existentem extra per se entia. Patet enim quòd ens per accidens est ex concursu accidentaliter entium extra animam, quorum vnumquodque est per se. Sicut grammaticū musicum licet sit per accidens, tamen & grammaticum & musicum est per se ens, quia vtrunque per se acceptum, habet causam determinatam. Et similiter intellectus compositionem & diuisionem facit circa res, quæ sub prædicamentis continentur. Vnde si determinetur sufficienter illud genus entis quod continetur sub prædicamento, manifestum erit & de ente per accidens, & de ente vero. Et propter hoc huiusmodi entia prætermittuntur. Sed perscrutandæ sunt causę & principia ipsius entis per se dicti, inquantum est ens. De quo palam est ex his quę determinauimus in 5. lib. vbi dictum est, quotiens vnumquodque talium nominum dicitur, ꝙ ens dicitur multipliciter, sicut infra in principio septimi sequetur.

text. co. 4. & huius.

Sexti Libri Metaphysic. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEPTIMVS.

CVM S. THOMAE EXPOSITIONE.

LECTIO I.

Ratione ac signo, & antiquorum consuetudine, de sola substantia in scientia de ente tractandum esse probat, quæ tempore, ratione, cognitione, natura prius esse accidéte ostenditur, quæ demum cum ex antiquorum opinionibus, tum ex ipsius Arist. sententia tractanda sint de substantia proponuntur.

BESS. Text.1.

ENs multipliciter dicitur, quemadmodum in his quæ de quoties prius diuisimus. significat enim aliud quidem quid est, & quod quid, aliud uero quod quale, aut quantum, aut singula aliorum, quæ ita prædicantur.

tex..2

Cum autem ens toties dicatur, patet primum horum ens esse ipsum quid est, quodque substantiam significat.

ANT. tex.co.1. Par.1.

Ens dicitur multipliciter, sicut diximus in his quæ de quotiens. Significat .n. hoc quid est, & hoc aliquid, illud uero quod quale, aut quantum, aut aliorum unum quodque sic prædicamentorum. Totiens autem de ente

Tex.c.2.

dicto palam quia horũ primũ ens est quodquidest quod significat substantiam.

Postquam Philosophus remouit à principali cõsideratione huius scientiæ ens per accidens, & eos secundum quod significat uerum, hic incipit determinare de ente per se, quod ẽ extra animã, de quo est principalis consideratio huius scientiæ. Diuiditur autem pars ista in duas partes. Hæc enim scientia & determinat de ente inquãtum est ens, & de primis principiis entium, ut in.6.lib.est habitum. In prima ergo parte determinatur de ente. In secũda de primis principiis entis in 12.lib.ibi:(De substantia quidem &c.) Quia uero ens & unum se consequuntur, & sub eadẽ consideratione cadunt ut in principio quarti est habitum, ideo prima pars diuiditur in partes duas. In prima determinat de ente. In secunda de uno & de his quæ consequuntur ad unum in.x.lib.ibi:(Vnum quia multis dicitur.) Ens autem per se, quod est extra animam, dupliciter diuiditur, ut in 5.lib.est habitũ. Vno modo per decem prædicamenta, alio modo per potentiam & actum. Diuiditur, ergo prima pars in duas. In prima determinat de ente secundum quod diuiditur per decem prædicamenta. In secunda determinat de ente secundũ quod diuiditur per potentiam & actum, in ix.lib o, ibi :{ Ergo de primo ente &c.) Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ostendit quòd ad determinandum de ente, prout in decem prædicamenta diuiditur, oportet determinare de sola substantia. In secunda inci. de substantia determinare, ibi(Dicitur autem substantia & si nõ multiplicius &c.) Circa primum duo facit. Primo ostendit quod de substantia est determinandum. Secundo ostendit quid de ea sit tractandum, ibi:(Videtur autem substantia,(Circa primum duo facit. Primo oñdit ꝙ intendens tractare de ente, de sola substantia debet tractare per rõnem, secundo per consuetudinẽ aliorum, ibi:(Et quod olim, & nunc &c.} Intendit ergo in Prima parte talem rationẽ ponere. Illud quod est primum inter entia quasi ens simpliciter & non secundum quid, sufficienter demonstrat naturam entis, sed substantia est huiusmodi, ergo sufficit ad cognoscendum naturam entis determinare de substantia. Circa hoc autem duo facit. Primo ostendit, quod substantia sit primum ens. Secundo ostendit quomodo dicatur primum, ibi: { Multipliciter quidem igitur dicitur primum &c. Circa primum duo facit. Primo proponit intentum quod ens dicitur multipliciter ut dictum est in 5. li. in quo diuiserat quotiens dicũtur huiusmodi nomina, quia quoddam ens significat(quid est & hoc aliquid,) i. substantiã, ut per quid, intelligatur essentia substantiæ, per hoc aliquid suppositum, ad quæ duo omnes modi substantiæ reducuntur, ut in quinto est habitum. illud uero significat qualitatem uel quantitatem; aut aliquid aliorum prædicamentorum. Et cum ens tot modis dicatur, palam est quod inter omnia entia, primum est quod quid est, i. ens quod significat, substantiam.

Lib.12. Lec.1. — Lib.10. Lect.1. — text.c.13. Lect.7. tex.co.17. — Lib.9.lect.1. — Inf.lec.seq. — Inf.par.6. Par.5. — Metaphysicus hét locum de substantia pertractare principaliter. tex.c.15.le.9 Inf par.4.

Secundo ibi.

BESS.

Cum enim dicimus quale quippiam hoc? aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem, aut deum. cætera uero entia dicuntur, eo quòd entis proprie dicti quædam sunt quantitates, quædam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale.

ANT par.2.

Nam quando dicimus quale quod hoc? aut bonum dicimus aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. Quando uero quid est? nec calidum, nec tricubitum: sed hominem aut Deum. Alia uero dicuntur entia, eo quod taliter entis, hæc quidem qualitates esse, illa uero quantitates, alia passiones, alia aliud quid tale.

Alia lit.a, taliter. Substantia est primum ens.

Probat propositum, & utitur tali ratione. Quod est per se & simpliciter in vnoquoq; genere, est prius eo quod est per aliud & secundum quid. Sed substantia est ens simpliciter & per seipsam, omnia autem alia genera à substantia sunt entia secundum quid & per substantiam, ergo substantia est prima inter alia entia. Minorem autem dupliciter manifestat. Primo ex ipso modo loquendi siue prædicandi, dicens, quod ex hoc palam est quod substantia sit primum entium, quia quando dicimus de aliquo quale quid sit, dicimus ipsum esse, aut bonum aut malum. Hæc enim significant qualitatem, quæ aliud est à substantia, & quantitate. Tricubitum autem significat quantitatem,

titatem, & homo significat substantiam. Et ideo quã do dicimus quale est aliquid, non dicimus ipsum esse tricubitum neque hominem. Sed quando dicimus quid est de aliquo, non dicimus ipsum esse album, nec calidum, quæ significant qualitatem, nec tricubitum, quod significat quantitatem, sed hominem aut Deum, quæ significãt substantiã. Ex quo patet quod illa quæ significant substantiam, dicunt quid est aliquid absolute. Quæ autem prædicant qualitatem nõ dicunt quid est illud de quo prædicatur absolute, sed quale quid. Et simile est in quantitate, & aliis generibus. Et ex hoc patet quod ipsa substantia dicitur ens ratione suiipsius, quia absolute significantia substantiam significant quid est hoc. Alia uero dicuntur entia, non quia ipsa habeant secundum se aliquam quidditatem, quasi se entia, cum non ita dicant absolute quid, sed eo quod [sunt talis entis,] idest eo quod habent aliquam habitudinem ad substantiam quæ est per se ens, quia non significant quidditatem, inquantum, scilicet quædam sunt qualitates talis entis, scilicet substantiæ, & quædam quantitates, & aliæ passiones, uel aliquid aliud tale quod significatur per alia genera. Secundo ibi.

B E S S. te 2.3.

Vnde dubitauerit aliquis, utrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & unumquodque horum, ens, an non ens est; similiter & de quocunque cæterorum similium, nihil enim horum est per se natura aptum, neque possibile a substantia separari, sed magis, si quidem ambulans entium aliquid, & sedens, & sanum. hæc autem magis entia apparent, quoniam subiectum eis determinatum est. hoc autem substantia, & singulare est, quod in tali prædicatione apparet. bonum enim aut sedens, absque hoc non dicitur. patet igitur, quòd propter hanc illorum quoque singula sunt. Quare quod primo est ens, & non aliquod ens sed simpliciter ens, substantia.

tex. 4.

A N T. tex. c. 3. p. 3.

Vnde & utique dubitabit aliquis, utrum uadere & sanare & sedere unumquodque ipsorum sit ens, aut non ens, similiter autem & in aliis talibus. Nihil enim ipsorum nec secundum se aptum natum, nec separari possibile a substantia. Sed magis: siquidem uadens entium est aliquid, & sedens & sanans. Hæc autem apparent magis entia, quia aliquid est subiectum ipsis determinatũ. Hæc autem est substantia, & unumquodque quod quidem in categoria tali apparet. Bonum enim aut sedens, non sine hoc dicitur. Palam ergo quia propter eam & illorum singula sunt. Quare primum ens, & non ens aliquid, sed ens simpliciter substantia utique erit.

tex. com. 4.

Probat idem per quoddam signum. Quia enim alia entia non sunt entia nisi secundum quòd referuntur ad substantiam, ideo potest esse dubitatio de aliis entibus in abstracto significatis, quando non significant eum aliqua habitudine ad substantiam, utrum sint entia uel non entia, scilicet utrum uadere, sanare, & sedere & unumquodque aliorum in abstracto significatorum sit ens, aut non ens. Et similiter est in aliis talibus, quæ in abstracto significantur, siue significentur per modum actionis, ut prædicta, siue non, ut albedo siue nigredo. Pro tanto autem uidentur accidentia in abstracto significata esse non entia, quia nihil ipsorum est aptum natum secundum se esse, immo cuiuslibet eorum esse est alteri inesse, & non est possibile aliquid eorum separari à substantia, & ideo, quando significantur in abstracto quasi sint secundũ se entia & à substantia separata, uidetur quod sint non entia. Licet modus significandi uocum non cõsequatur immediate modum essendi rerum, sed mediante modo intelligendi, quia intellectus sunt similitudines rerum, uoces autem intellectuum, ut dicitur in

Cõcreta accidendium magis uidẽtur entia q̃ abstracta.

primo Peri Hermenias. Licet autem modus essendi accidentium non sit ut per se sint, sed solum ut insint, intellectus tamen potest ea per se intelligere, cum sit natus diuidere ea quæ secundum naturam coniuncta sunt. Et ideo nomina abstracta accidentium significant entia quæ quidem inhærent licet non significẽt ea per modum inhærentium. Essent autem significata per huiusmodi nomina non entia, si non inessent in re. Et quia ista in abstracto significata uidentur nõ entia, magis uidentur entia nomina accidentium cõcreata. Magis autem uidetur (aliquid entium esse uadens & sanans) quia determinatur eis aliquod subiectum per ipsam nominis significationem, inquantũ significantur in concretione ad subiectum. Hoc autem subiectum est substantia. Et ideo unumquodque talium nominum, quæ significant accidens in cõcreto [apparet in tali categoria] idest uidetur importare prædicamentum substantiæ non ita quòd prædicamentum substantiæ sit pars significationis talium nominum. Album enim ut in prædicamentis dicitur solam qualitatem significat. Sed inquantum huiusmodi nomina significant accidentia ut inhærentia substantiæ. Bonum autem (aut sedens non dicitur sine substantia. Significat enim accidens concretũ substantiæ. Et quia accidentia non uidentur entia prout secundum se significantur, sed solum prout significãtur in concretione ad substantiam, palam est quod singula aliorum entium sunt entia propter substantiam. Et ex hoc ulterius apparet, quod substantia est (primum ens & ens simpliciter, & non ens secundum aliquid,] idest secundum quid, sicut est in accidentibus. Esse enim album non est simpliciter esse, sed secũdum quid. Quod ex hoc patet, quia cum incipit esse albus, non dicimus quod incipiat esse, simpliciter, sed quia incipiat esse albus. Cum enim Socra. incipit esse homo, dicitur simpliciter quod incipit esse. Vnde patet quod esse hominem significat esse simpliciter. Esse autem album significat esse secundum quid.

Lect. 2.

In prædicamento substantiæ.

Deinde cum dicit.

Multis igitur modis primum dicitur, attamen substantia & ratione, & cognitione, & tempore, & natura, omnium primum est. aliorum enim quæ prædicantur, nullum est separabile. sed hæc sola. Ratione quoque hoc primum, necesse est enim cuiusque ratione inesse rationem substantiæ. Scire etiam tunc putamus unumquodq; magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quam quale, aut ubi, nam & horum ipsorum, tunc unumquodque scimus, cum quid est ipsum quale, aut ipsum quantum sciamus.

B E S S.

Multipliciter quidem igitur dicitur quod primũ. Sed substancia omnium primum est ratione, & notitia, & tempore. Aliorum enim categorematum nullum est separabile, hæc autem sola. Et ratione hoc primum. Necesse est enim in uniuscuiusque ratione, substantiæ rationem esse. Et scire tunc singula maxime putamus, quando quid est homo cognoscimus aut ignis, magis quàm aut quantum, aut ubi. Quoniam tunc horum eorundem singula scimus, quando quid est ipsum quale, aut quantum scimus.

A N T. Par. 4.

Ostendit quomodo substantia dicatur primum, & dicit quòd cum hoc quod dico primum dicatur multis modis, ut in Quinto est habitum, tribus modis substantia est prima inter omnia entia, scilicet secundum cognitionem, & secundum diffinitionem & secundum tempus. Et quod sit prima tempore aliis, ex hoc probatur, quod nullũ aliorum prædicamentorũ est separabile a substantia, sola autem substantia est separabilis ab aliis: nullum enim accidens inuenitur sine substantia, sed aliqua substantia inuenitur sine accidente

cidente,& sic patet,qđ non quandocūque est substā tia,est accidens,sed contrario,& propter hoc substan tia est prior tempore. & quod etiam sit prima secun dum diffinitionem patet,quia in diffinitione cuiuslibet accidentium oportet ponere diffinitionem substantiæ. Sicut enim in diffinitione simi ponitur nasus, ita in diffinitione cuiuslibet accidentibus ponitur proprium eius subiectum, & ideo sicut animal est prius diffinitione quam homo,quia diffinitio animalis ponitur in diffinitione hominis, eadem ratione substātia est prior diffinitione accidētibus. Quod etiam sit prior ordine cognitionis patet. Illud enim est primum secundum cognitionem, quod est magis notum & magis manifestat rem. res autem unaquæque magis noscitur, quando scitur eius substantia, quam quando scitur eius quantitas,aut qualitas. Tunc enim putamus nos maxime scire singula,quando noscitur quid est homo, aut ignis, magis quàm quando cognoscimus quale est aut quātum,aut ubi, aut secundum aliquod aliud prædicamentum.Quare etiam de ipsis, quæ sunt in prædicamētis accidentium,tunc scimus singula,qn̄ de unoquoq; scimus qd est. Sicut qn̄ scimus quid est ipsum quale scimus qualitatem, & quando scimus quid est ipsum quantum scimus quantitatem. Sicut enim alia prædicamenta non habent esse nisi per hoc quod insunt substantiæ, ita non habent cognosci nisi inquantum participiāt aliquid de modo cognitionis substantiæ,quæ est cognoscere quid est. Deinde cum dicit.

> vnumquodque ita diffinitur sicut ē & ideo accidens diffinitur per subiectum.

B E S S. Tex.c.5.

Quod quoque tam olim, quam nunc & semper quęritur,semperque dubitatur quidnam ipsum ens sit, hoc est quęnam substantia est. hoc enim quidam unum aiūt esse: quidam plura quam unum,& quidam finita, quidā uero infinita.Quare nobis quoque maxime,& primum, & solum,ut ita dicam,de ente hoc pacto quidnam sit speculandum est.

A N T. tex.c.5.p.5

Et quod olim & nunc & semper quæsitum est & semper dubitatum quid ens,hoc est quæ substantia. Hoc enim quidam unum esse dicunt,illi uero plura quam unū & hi quidem finita, illi uero infinita. Quapropter nobis maxime,& primum & solum,ut est dicere, de sic ente,speculandum est quid est.

Ostendit idem, scilicet quod de substantia sola est agendum ex consuetudine aliorum philosophorum dicens, quod cum sit quæsitum & semper dubitatū apud philosophos(& olim)quantum ad præteritum, {& nunc)quantum ad presens,quid est ens:hoc nihil aliud est quærere & dubitare, quàm quid est substantia rerum.(Hoc enim ens}, scilicet substantiam quidam dixerunt esse unum uel immobile, sicut Parmenides & Melissus,uel mobile, sicut antiqui naturales ponentes unum tantum materiale principium rerū. Solam autem materiam putabant ens esse substantiā. & sic patet, quod cum ponerent unum ens propter unum materiale principium, per unum ens intelligebant unam substantiam. Quidam uero posuerūt plura entia,quàm unum,qui,s.posuerunt plura principia materialia, & per consequens plures rerum substantias.Quorum quidam posuerūt ea finita, ut Emped. quatuor elementa,quidam uero infinita.ut Anax. infinitas partes consimiles, & Democritus infinita indiuisibilia corpora.Et ideo si alij philosophi tractantes de entibus attendebant ad solas substantias, & nobis etiam speculandum(est de sic ente,) i. de substantia quid ipsa sit.Et hoc inquā maxime, quia de hac principaliter intendimus, & primo quia per eam alia cognoscuntur(& solum, ut est dicere}quia de substantia sola determinando de omnibus alijs notitiam facit. & ita quodam modo solum de substantia determinat,& quodam modo non solum. Hoc autem significat cum dicit, ut est dicere, uel utita dicatur, quod consueuimus dicere de his, quę nō usquequaque sunt uera. Deinde cum dicit.

B E S S.

Videtur autem substantia existere manifestissime quidem in corporibus,quare animalia,& plantas,& eorum partes substantias esse dicimus, ac naturalia corpora,ut ignem, aquam,& terram, cæterorum quoque singula.& quęcunque aut horum partes, aut ex his sunt, aut partibus,aut omnibus,ut cælum,& eius partes,sydera, Luna, & Sol. Vtrum autem hæ solæ substantię sint,an etiam aliæ,an horum quidem nulla,sed aliquę,cōsiderandum est.

A N T. Par.6.

Videtur autem substantia inexistere manifestissime quidem corporibus. Vnde animalia,& plantas, & eorum partes substantias esse dicimus, & naturalia corpora,ut ignem,aquam,& terram,& talium singula, & quæcunque,aut partes earum,aut ex his sunt, aut partibus,aut omnibus,ut cęlum & partes eius,ut astra,& luna,& sol. Vtrum uero hę solæ substantiæ sunt,aut & aliæ, aut horum quidem nullum, alterę autem quędā, perscrutandum.

Ostendit quod determinandum sit substantia, & circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones aliorū de suba.Secundo dicit, quid de earum ueritate est inquirendum,ibi:(De his ergo &c.)circa primum duo facit. Primo proponit qui sit manifestum substātias dicens, quod esse substantiam manifestissime inest corporibus. Vnde animalia & plantas & partes eorum dicimus esse substantias, & etiam alia naturalia corpora,ut ignem},terram,& aquam{& talium singula,}idest talia elementaria corpora,sicut aerem & uaporem secundum opinionem Heracliti,& alia media secundum opiniones aliorum. Et etiam omnes partes elementorum,& etiam corpora,quæ sunt composita ex elementis, uel ex aliquibus partibus elementorum,sicut particularia corpora mixta(aut ex omnibus elemētorum passiuorum) & sicut(etiam cęlum) quod est quoddam corpus naturale præter elementa dicimus esse substantiam,& partes eius, ut astra,& luna,& sol.Sed utrum hæ sensibiles substantiæ sint solū substantię secundum quod ponebant antiqui naturales,uel etiam sint aliquæ aliæ substantiæ ab istis, sicut ponebant Platonici, uel etiam istæ non sunt substantiæ,sed solum sint aliæ substantiæ ab istis perscrutādum est. Secundo ibi.

> Inf par.8. Non notissime, quoniam uerius intelligibilia substantiæ sunt.

B E S S.

Videtur autem quibusdam corporis terminos ut superficiem,lineam,punctum, & unitatem substantias esse,& magis quam corpus,& solidum. Item præter sensibilia,quidam non putant aliquid esse tale. Quidam plura,& quæ magis sempiterna sunt.sicuti Plato, et ipsas formas,& mathematica duas substantias,tertiam uero sensibilium corporum substantiam. Pseusippus uero etiam plures substantias ab uno incipiens, & principia cuiusque substantiæ,aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animæ. & hoc modo, extendit substantias. Quidam autem formas quidem & numeros eandem habere naturam aiunt,cętera uero sequētia,lineas & superficies usque ad cœli substantiam, & sensibilia.

A N T. Par.7.

Videntur quibusdam corporis termini, ut superficies,& linea,& punctus,& unitas esse substantia magis quam corpus & solidum. Amplius præter sensibilia hi quidem non opinantur aliquid esse talium,illi uero plura & magis entia sempiterna, ut Plato species ipsas & mathematica,duas substantias. Tertiam uero sensibilium corporum substantiam.Sed Leucippus plures

res substātias ab uno inchoans, & principia cuiuslibet substantiæ, aliud quidem numerorum, aliud autem magnitudinum, deinde animæ, & hoc modo protendit substantias. Quidam uero species & numeros eandem habere dicunt naturam, alia uero habita, lineas & superficiem, usque ad primam cæli substantiam & sensibilia.

Recitat opiniones philosophorum de substātiis non manifestis dicens, quod quibusdam uidetur, ꝙ termini corporis sint rerum substantiæ, ut scilicet superficies, & linea, & punctus, & unitas sint magis substantiæ quam corpus & solidum. & hæc opinio diuiditur, quia quidam nihil talium terminorum opinabantur esse separata à sensibilibus, scilicet pythagorici. Alij uero ponebant quædam entia sempiterna à sensibilibus separata, quæ sunt plura & magis entia quam sensibilia, magis inquam entia, quia ista sunt incorruptibilia & immobilia, hæc autem corruptibilia & mobilia. Plura uero, quia sensibilia sunt unius ordinis tantum, separata uero duorum: Sicut (Plato posuit duas substantias separatas,) idest duos ordines substantiarum, scilicet species uel ideas, & mathematica. Et tertium ordinem posuit substantias corporū sensibilium. Sed Leucippus, qui successor fuit Platonis, & ex sorore nepos, posuit plures ordines substantiarum, & in vnoquoque etiā inchoauit ab uno quod ponebat esse principium in quolibet ordine substantiarum. Sed aliud quidem unum ponebat esse principium numerorum, quos ponebat esse primas substātias post species, aliud autē magnitudinum, quas ponebat esse secundas substantias, & demum ponebat substantiam animæ. & hoc modo protendebat ordinem substantiarū usque ad corruptibilia corpora. sed quidam differebant à Platone & Leucippo, quia non distinguebant inter species, & primum ordinem mathematicorum, qui est numerorum. Dicebant enim species & numeros habere eandem naturam, & omnia (alia esse habita,) idest consequenter se habentia ad numeros, scilicet lineas & superficies usque ad primam cæli substantiam, & alia sensibilia, quæ sunt in ultimo ordine.

Deinde cum dicit.

BESS. text. 6.

De his igitur quid bene, quidue non bene dicatur, & quæ substantiæ sint, & utrum aliquæ præter sensibiles sint, nec ne, & hæ quomodo sint, & utrum est aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla præter sensibiles, perscrutandum est descripta primo substantia, quidnam sit.

ANT. Text. co. 5. par. 8.

De his igitur quid dicitur bene & quid non bene, & quæ sunt substantiæ, & utrum sint aliquæ præter sensibiles, aut non sunt & istæ quomodo sunt, & utrum est aliqua separabilis substantia, et quare, & quomodo, aut nulla præter sensibiles perscrutandum, cum descripserimus primo substantiam quid est.

Ostendit quid circa prædicta dicendum sit dicēs, quod dicendum est quid de prædictis dicitur bene, aut non bene, & quæ sunt substantiæ, & utrum, prædicta mathematica & species sint aliquid præter res sensibiles, aut nō. Et illæ substantiæ si sint præter sensibiles, quem modum essendi habeant. Et si ista nō sunt præter sensibiles substantias, utrum sit aliqua alia substantia separabilis, & quare & quomodo, aut nulla est substantia præter sensibiles. Hoc enim determinabit in. 12. huius & infra. Sed tamen antequam hæc determinentur, oportet primo ponere & describere quid sit substantia in istis sensibilibus, in quibus substantia manifesta inuenitur. Quod quidem facit in hoc. 7. & in 8. sequenti.

LECTIO II.

Diuisa substantia in materiam, formam, & corporæ, quænam prior & magis substantia sit, ostendit hic quænam substantia tractanda, & quo ordine docet.

BESS. Text. co. 7.

Dicitur autem substantia, si non pluribus, saltem quatuor modis maxime, etenim quod erat esse, & uniuersale, & genus, substantia cuiusque esse uidetur, & quartum subiectum. Subiectum autem est, de quo cætera dicuntur, illud uero nō amplius de alio. Quare primo de eo determinandum est, maxime nanque substantia subiectum primum esse uidetur.

ANT. Tex. 7. par. 1.

Dicitur autem substantia, & si non multipliciu, de quatuor maxime. Etenim quodquiderat esse, & uniuersale, & genus uidetur substantia cuiusque esse. Et quartum horum, subiectum. Subiectum uero est de quo alia dicuntur, & ipsum non adhuc de alio. Propter quod primum de hoc determinandum est. maxime nanque uidetur esse substantia subiectum primum.

Subiectum quid.

Postquam ostendit, quod principalis intentio huius scientiæ est considerare de substantia, hic incipit de substantia determinare, & diuiditur hæc pars in duas. In prima ostendit modum & ordinem tractandi de substantia. In secunda prosequitur tractatum substantiæ, ibi: (Et primo dicemus quædā de eo.) Modum autem & ordinem tractandi de substantia ostendit diuidendo substantias in suas partes, & docendo de qua partium eius primo & principalius est determinandum, & quæ partium ipsius prætermittendæ sunt & prius uel posterius considerandæ. Vnde diuiditur prima pars in partes tres secundum diuisiones, & subdiuisiones, quas ponit de substantia. Secunda incipit, ibi: (Tale uero modo quodam.) Tertia uero incipit, ibi: (Confitentur autem &c.) Dicit ergo primo quod substantia ad minus dicitur quatuor modis, si non dicatur (multiplicius,) idest pluribus modis. Sunt enim plures modi, quibus aliqui substantiam nominant, ut patet de dicentibus terminos corporis esse substantias, qui modus hic prætermittitur. Quorum quidem modorum primus est secundum quod (quodquiderat esse,) idest quidditas, vel essentia siue natura rei dicitur eius substantia. Secundus modus est prout (vniuersale) dicitur substantia esse secundum opinionem ponentiū ideas species, quæ sunt uniuersalia de singularib. prædicata, & sunt horum particularium substantiæ. Tertius modus est secundum quòd (primum genus uidetur esse substantia vniuscuiusque.) Et per hunc modū vnum, & ens ponebant substantias esse omnium rerum, tanquam prima omnium genera. Quartus modus est (secundum ꝙ subiectum,) i. substantia particularis dicitur esse substantia. Dicitur autem subiectum de quo alia dicuntur, vel sicut superiora de inferioribus, vt genera & species & differentiæ, vel sicut accidēs prædicatur de subiecto, vt accidentia communia & propria, sicut de Socr. prædicatur homo, animal, rationale, risibile, & album, ipsum autem subiectū non prædicatur de alio. Quod est intelligendum per se. Per accidens enim nihil prohibet Socra. de hoc albo prædicari, vel de animali, vel de homine, quia id, cui inest album, aut animal, aut homo Socra. est. De se ipso autem prædicatur per se, ut cum dicitur Socrates est Socrates. Patet autem, ꝙ subiectū hic dicitur, ꝙ in prædicamentis nominatur substantia prima ex hoc, ꝙ eadē diffinitio datur de subiecto hic, & ibi de substantia prima. Vnde cōcludit ꝙ determinādū est de hoc, i. de subiecto uel de substātia prima, quia tale subiectu maxime uidetur substātia esse. Vnde in prędicamentis dicitur ꝙ talis substantia est quæ proprie & principaliter, & maxime dicitur. Huiusmodi enim

Inf. lec. 3.

par. seq.

par. 9.

Substantia dicitur quatuor modis

Primus modus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Hinc accipe prędicationē indirectam esse prædicationē per accidens.

secundum se omnibus aliis substant. scilicet specieb. & generibus & accidentibus. Substantiæ uero secundæ idest genera & species substant solis accidentibus. Et hoc etiam non habent nisi ratione primarum. Ho mo enim est albus inquantum hic homo est albus. Unde patet quod fere eadem est diuisio substantiæ hic posita, cum illa quæ ponitur in prædicamentis. Nam per subiectum intelligitur hic substantia prima: Quod autem dixit genus & uniuersale, quod uidetur ad species pertinere, continetur sub substantijs secundis. Hoc autem quodquiderat esse hic ponitur, sed ibi prætermittitur, quia non cadit in prædicamẽtorum ordine nisi sicut principium. Neque enim est genus neque species neque indiuiduum, sed horum omnium formale principium. Deinde cum dicit.

Diuisio substantiæ hic, & in prædicamẽtis posita est fere eadem.

B E S S. *Tale vero, quodammodo quidem materia dicitur. quodam modo vero forma, tertium vero quod ex his est. Dico autem materiam quidem, vt æs, formam autem figuram ideę, quod vero ex his est, totam statuam.*

A N T. par.2. *Tale vero modo quodam materia dicitur, & alio modo, forma, tertio modo quod ex his. Dico autem materia quidem æs, formam autem figuram speciei, quod autem ex his statuam totam.*

Subdiuidit quartum modum præmissæ diuisionis, hoc, scilicet quod dixerat subiectum, & circa hoc tria facit. Primo nanque ponit diuisionem. Secundo comparat partes diuisionis adinuicem, ibi: (Quare si species &c.) Tertio ostendit quomodo de istis partibus diuisionis sit agendum, ibi: (Attamen ea, quæ nũc ex ambobus &c.) Dicit ergo primo, quod subiectum quod est prima substantia particularis, in tria diuiditur, scilicet in materiam, & formam, & compositum ex eis. Quæ quidem diuisio non est generis in species, sed alicuius analogice prædicati quod de eis, quæ sub eo continentur, per prius & posterius prædicatur. Tã enim compositum quam materia & forma particularis substantia dicitur, sed non eodem ordine. & ideo posterius inquiret quid horum per prius sit substantia. Exemplificat autem hic membra in artificialibus, in quibus æs est ut materia, figura ut forma speciei, idest dans speciem, statua compositum ex his. Quæ quidem exemplificatio non est accipienda secundũ ueritatem, sed secundum similitudinem proportionis. Figura enim & aliæ formæ artificiales non sunt substantiæ, sed accidentia quædam. Sed quia hoc modo se habet figura ad æs in artificialibus, sicut forma substantialis ad materiam in naturalib. pro tanto utitur hoc exemplo, ut demonstret ignotum per manifestum. Deinde cum dicit.

par. sequen. Inf par.8.

Diuisio subiecti materiam, formam, & compositum est analoga.

Exẽpla Aristo. plerunque propor tiene & nõ Identitatem importaut.

B E S. tex.8. *Vnde si forma prior materia est, & magis ens, illud quoque quod ex amb. est prius erit ob similem rõnẽ. Nunc itaque quidnam substantia sit, quasi in figura dictum est, quod non de subiecto, sed de quo cętera. Oportet autem non ita solum. non enim sufficiens est. et hoc nanque ipsum non est manifestum.*

A N T. tex.8. pat.3. *a. figuraliter* *Quare si species materia est prior & magis ens, & ipso quod ex vtrisque prior erit propter eandem rationem. Nunc quidem igitur typo, dictum est quid sit substantia, quia quod non de subiecto, sed de quo alia. Oportet autem non solum ita. Non enim sufficiens. Ipsum enim hoc manifestum.*

Comparat partes diuisionis præmissæ adinuicem & circa hoc tria facit. Primo ostendit, ꝙ forma sit magis substantia quàm cõpositum. Secundo ostẽdit, ꝙ materia sit maxime substantia. quod erat opinio quorundã, ibi: (Et adhuc materia substantia sit.) Tertio ostendit ꝙ tam forma quã compositũ est magis substantia quàm materia, ibi: (Sed impossibile &c.) Dicit ergo primo (ꝙ species), idest forma, prior est materia. Materia enim est ens in potentia, & species est actus eius. Actus autẽ naturaliter prior est potentia. Et simpliciter loquendo prior tempore, quia non mouetur potentia ad actũ nisi p ens actu, licet in uno & eodẽ quod quandoq; est in potentia, quandoq; in actu, potentia tẽpore præcedat actum. Unde patet, ꝙ forma est prior quàm materia, & etiam est magis ens quàm ipsa, quia propter quod unũquodq;, illud magis. Materia autem non fit ens actu nisi p formã. Unde oportet ꝙ forma sit magis ens quàm materia. Et ex hoc ulterius sequitur, quod eadem ratione forma sit prior composito ex utrisque, inquantum est in cõposito aliquid de materia. Et ita participat aliquid de eo ꝙ est posterius secundum naturam, scilicet de materia. Et iterum patet, ꝙ materia & forma sunt principia compositi. Principia autem alicuius sunt eo priora. Et ita si forma est prior materia erit prior cõposito. Et quia posset alicui uideri, quod ex quo Philosophus ponit omnes modos, quibus dicitur substãtia, ꝙ hoc sufficeret ad sciendum quid est substantia, ideo subiũgit dicens, ꝙ nunc dictum est quid sit substantia (solum typo,) idest dictum est solum in uniuersali, quod substantia est illud, quod non dicitur de subiecto, sed de quo dicuntur alia, sed oportet non solũ ita cognoscere substantiam & alias res, scilicet per diffinitionẽ uniuersalem & logicam. hoc enim non est sufficiens ad cognoscẽdum naturam rei, quia hoc ipsum quod assignantur pro diffinitione tali, est manifestum. Nõ enim huiusmodi diffinitione tangũtur principia rei, ex quibus cognitio rei dependet, sed tangitur aliqua cõmunis conditio rei p quam talis notificatio datur Deinde cum dicit.

Forma est prior materia & composito.

B E S S. tex.8. *Et item materia substantia est. nam, si hęc non est substantia, quę alia esset, fugit nos. demptis etenim cęteris, nihil aliud remanere videtur, cętera nanque passiones corporum, & effectiones, & potentię sunt: longitudo vero, latitudo, & profunditas quantitates quędã, sed non substantiæ sunt. quantitas etenim non est substantia, sed magis cui hęc ipsa primo insunt, illud est substantia: enimuero ablata longitudine, latitudine, & profunditate nihil videmus reliquum, nisi si quid est, quod ab eis determinetur, vt ita considerantibus materiam solam necesse sit apparere substantiam.*

Vide cõtradictionẽ in mate supe isto text.

A N T. tex.c.8.p.4. *Et adhuc materia substantia sit. Si enim non ipsa, quę est alia diffugit. Alijs enim ablatis, nil apparet remanens. Nam alię quidem sunt corporum passiones & factiones & potentię. Longitudo vero latitudo, & profunditas & quantitates quędam sunt, sed non substantię. Quantitas enim non substantia, sed magis cui insunt hęc ipsa primum, illud est substantia. At vero ablata lõgitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus remanens, nisi si quid est determinatum ab his. Quare materiam necesse est videri solam substantiam sic intendentibus.*

Ostẽdit, ꝙ materia maxime sit substantia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationẽ antiquorum per quã ponebant materiã maxime, & solũ esse substãtiã. Secũdo notificat quid sit materia, ibi: (Dico autẽ materiã quæ secũdũ se.) Dicit ergo j. ꝙ non solũ forma est substãtia, & cõpositũ, sed & materia sit substãtia secundũ rationẽ prædictã. Si.n. ipsa materia nõ sit substantia, fugit à nobis quæ sit alia substãtia præter materiam. Quia si remoueantur a reb. sensibilib. in quib. manifeste est substantia, alia quæ planum est non esse substantia, nihil remanet, ut uidetur, nisi materia. In istis enim corporibus sensibilibus, quæ omnes cõfitẽtur esse substantias, quædã sunt sicut corporum passiones, ut calidum, frigidum & huiusmodi, de quibus mani-

par. seq.

par.4. Par.6.

manifestum est, quòd non sunt substantiæ. Sunt etiā in eis {quædam factiones, }idest generationes & corruptiones & motus, de quib. etiam planum est quòd non sunt substantiæ. Sunt etiam in eis potentiæ, quæ sunt principia prædictarum factionum & motuū, s. potentiæ, quæ sunt in rebus agendum & patiendum. Has etiam patet non esse substantias, sed magis ponūtur sub genere qualitatis. Et post omnia ista inueniūtur in corporibus sensibilibus dimensiones, scilicet lōgitudo, latitudo & profunditas, quæ sunt quantitates quædam, & non substantiæ. Quantitas enim manifestum est q non est substantia, sed illud cui prædictæ dimensiones insunt, vt primum subiectum earum est substantia. Sed remotis istis dimensionibus nihil videtur remanere nisi subiectum earum, quod est determinatum & distinctum per huiusmodi dimensiones. Hæc autem est materia. Quantitas enim dimensiua videtur inesse materiæ immediate, cum materia non diuidatur ad recipiendum diuersas formas in diuersis suis partibus, nisi per huiusmodi quantitatem. Et ideo per huiusmodi considerationem videtur necessarium esse non solum q materia sit substantia, sed q ipsa sola sit substantia. Decepit autem antiquos philosophos hanc rationem inducentes, ignorantia formę substantialis. Non enim adhuc tantum profecerant, vt intellectus eorum se eleuaret ad aliquid, quod est supra sensibilia. & ideo illas formas tantum considerauerunt, quæ sunt sensibilia propria vel communia. huiusmodi autem manifestum est esse accidentia, vt album & nigrum, magnum & paruum, & huiusmodi. Forma autem substantialis non est sensibilis nisi per accidens. & iō ad eius cognitionem non peruenerunt, vt scirent ipsam a materia distinguere. Sed totū subiectum, quod nos ponimus ex materia, & forma componi, ipsi dicebant esse primam materiam, vt aerem, aut aquam, aut aliquid huiusmodi. Formas autem dicebant esse, quæ nos dicimus accidentia, vt quātitates & qualitates, quorum subiectum propriū non est materia prima, sed substantia composita quæ est substantia in actu: omne enim accidens ex hoc est, qđ substantiæ inest, vt habitum est.

Debilitas intellectus decepit antiquos credētes materiā esse. rerum substantiā.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Dico autem materiam, qua per seipsam, neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, quibus ens determinatur: est enim quid, de quo singula horum prædicantur, cui esse, ac cuique prædicationum, diuersum est cętera nanque de substantia prædicantur. hęc vero de materia. Quare quod vltimum est per se, neq; quid, neque quantum, nec aliquid aliud est, neque etiam negationes, etenim hæ quoque secundum accidens erunt. Ex his itaque speculantibus, accidit substantiam esse materiam.*

A N T. par. 5. *Dico aūt materiam quæ secūdum se, nec quid nec quātitas, nec aliud aliquid eorum dicitur, quibus est ens determinatum. Est enim quoddam, de quo prędicatur horum quodlibet, cui est esse alterum & categoriarū vnicuique. Alia nanque de substantia prædicantur, hæc vero de materia. Quare quod est vltimum secundum se; neque quid, neque quantitas, neque aliud aliquid est. Neque vtique negationes. Etenim erunt hæ secundum accidens. Ex his ergo speculantibus accidit substantiam esse materiam.*

Quia ratio prædicta ostendens solam materiam esse substantiam, videtur processisse ex ignorantia materiæ, vt dictum est, ideo consequenter dicit, quid sit materia secundum rei ueritatem, prout declaratū est in primo Physico. Materia enim in se non potest sufficienter cognosci, nisi per motum, & eius inuestigatio præcipue videtur ad Naturalem pertinere. Vnde & Philosophus accipit hic de materia, quæ in physicis sunt inuestigata dicens. Dico autem materiam esse (quæ secundum se, idest secundum sui essentiam considerata, nullatenus est (neque quid,} idest neque substantia, (neque qualitas, neque aliquid aliorum generum, quibus ens diuiditur, vel determinatur.) Et hoc præcipue apparet motu. Oportet enim subiectum mutationis & motus alterum esse per se loquēdo, ab vtroque terminorum motus, vt probatum est Primo phys. Vnde, cum materia sit primum subiectū substans non solum motibus, qui sunt secundum qualitatem & quantitatem & alia accidentia, sed etiam mutationibus, quæ sunt secundum substātiam, oportet, q materia sit alia secundum sui essentiam ab omnibus formis substantialibus & earum priuationibus, quæ sunt termini generationis & corruptionis, & nō solum quòd sit aliud a quantitate, & qualitate & aliis accidentibus. Attamen diuersitatem materiæ ab omnibus formis non probat Philosophus per viam motus, quæ quidem probatio est per viam Naturalis philosophiæ, sed per viam prædicationis, quę est propria logicæ, quam in Quarto huius dicit affinem esse huic scientiæ. Dicit ergo, q oportet aliquid esse, de quo omnia prædicta prædicentur, ita tamen q sit diuersum esse illi subiecto de quo prædicantur, & vnicuiq; eorum quæ de (ipso prædicantur,} idest diuersa quidditas & essentia. Sciendum autem est, q id, quod hic dicitur, non potest intelligi de vniuoca prædicatione secūdum q genera prædicantur de speciebus, in quarum diffinitionibus ponuntur, quia non est aliud per essentiam animal & homo, sed oportet hoc intelligi denominatiua prædicatione, sicut cum album prædicatur de homine. alia enim quidditas est albi & hominis. Vnde subiungit, q alia genera prædicantur hoc modo de substantia, scilicet denominatiue, substantia veró prędicatur de materia denominatiue. Non est ergo intelligendum, q substantia actu existens (de qua hic loquimur) de materia pdicetur prædicatione vniuoca, siue quæ est per essentiam. Iam.n. supra dixerat, q materia non est quid, neque aliquid aliorum, sed intelligendum est de denominatiua prædicatione, per quem modum accidentia de substantia prædicantur. Sicut enim hæc est vera, homo est albus non autem hæc, homo est albedo, vel humanitas est albedo, ita hæc est vera hoc materiatum est homo, non autem hæc materia est homo, vel materia est humanitas. Ipsa ergo concretiua, siue denominatiua prædicatio ostendit, quòd sicut substantia est aliud per essentiam ab accidentibus, ita per essentiam aliud est materia a formis substantialibus. Quare sequetur quòd illud quod est vltimum subiectum per se loquendo, {neq; est quid, }idest substantia, neque quantitas, neque aliquid aliud quod sit in aliquo genere entium. Neque ipsæ negationes possunt per se prædicari de materia. Sicut enim formæ sunt pręter essentiam materiæ, & ita quodammodo se habent ad ipsam per accidens, ita & negationes formarum quæ sunt ipsæ priuationes, secundum accidens insunt materiæ. Si enim per se inessent materiæ, nunquam formæ in materia possent recipi saluata materia. Hoc autem dicit Philosophus ad remouendum opinionem Platonis, qui non distinguebat inter priuationem & materiam, vt in 1. Physi. habetur. Concludit etiam finaliter q considerantibus secundum prædictas rationes accidit solam materiā esse substantiam, vt prius inducta ratio concludebat.

Text. co. 75.

Materia q'd

Text. co. 64. & 1 physic. Tex. 2.

Diuersitatē materiæ ab oib. formis probat philoso. per viā prædicationis. tex. co. 5.

Denominatiua prædicatio distinctionē realem inter subiectū & pdicatū requirit.

Elidit Plat. opi. qua credit materiā esse idē priuationi. text. co. 97.

Deinde cum dicit.

A. impossibile est etenim separabile, et quod quid videntur maxime inesse substantiæ. propter quod for- B E S S.

ma, et quod ex ambobus, uidetur esse substantia magis, quàm materia.

A N T. par. 6.

Sed impossibile. Etenim separabile & hoc aliquid, inesse uidentur maxime substantiæ, quapropter species & quod ex ambobus, substantia uidebitur esse magis quàm materia.

Ostendit cõtra antiquos materiam non esse maxime eas. Substãtiæ duo sũt maxime ꝓpria

Ostendit contrarium huius conclusionis dicens, quod impossibile est solam materiam esse substantiã uel ipsam etiam esse maxime substãtiam. Duo enim sunt, quæ maxime propria uidentur esse substantiæ quorum unum est, quod sit separabilis. Accidens enim non separatur à substantia, sed substãtia potest separari ab accidente. Aliud est, quòd substantia est hoc aliquid demonstratum. Alia enim genera non significant hoc aliquid. Hæc autem duo, scilicet esse separabile & esse hoc aliquid, non conueniunt materiæ. Materia enim non potest per se existere sine forma per quàm est ens actu, cum de se sit in potentia tã tum. ipsa etiam non est hoc aliquid nisi per formam per quam fit actu. Vnde esse hoc aliquid maxime cõ petit composito. Et ideo patet {quòd species, }idest forma, & (compositum ex ambobus,) scilicet ex materia & forma, magis uidetur esse substantia quàm materia, quia cõpositum & est separabile, & est hoc aliquid. Forma autem & si non sit separabilis, & hoc aliquid, tamen per ipsam compositum fit ens actu, ut sic possit esse separabile, & hóc aliquid.

Compositũ est formaliter hoc aliquid forma uero causa tur. sed non formatur.

Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 9.

At illa substantia, quæ ex ambobus, dico autem quę ex materia & forma est, omittenda est. posterior enim & manifesta est, manifesta uero quodam modo etiam ipsa materia, At de tertia considerandum est, hæc enim maxime dubitabilis.

A N T. tex. c. 9. Par. 8.

Attamen eam, quæ nunc ex ambobus substantiam, dico autem eam, quæ ex materia & forma, dimittendũ. Posterior enim est & aperta. Manifesta autem aliqualiter & materia. De tertia autem perscrutandũ. Hæc nanque maxime dubitabilis.

Ostendit quomodo sit procedendum circa partes huius diuisionis substantiæ, quam profecutus est, prout scilicet diuiditur in materiam & in formam & composium, & dicit, quod licet tam species quam cõ positum sit magis substantia quam materia, tamen ad præsens dimittenda est substantia quæ (ex ambobus composita,) scilicet ex materia & forma. Et hoc propter duas rationes. Vna ratio est, quia ipsa est posterior secundum naturam utraque, scilicet quàm materia & quam forma, sicut compositum est posterius simplicibus, ex quib. componitur. Et ideo cognitio materię & formæ præcedit cognitionem substan tiæ compositæ. Alia ratio est, quia huiusmodi substãtia (est aperta,) idest manifesta, cum sensui subiaceat. Et ideo circa eius cognitionem non oportet im morari. Materia autem, licet nõ sit posterior sed quo dammodo prior, tamen aliqualiter est manifesta. Dicit autem (aliqualiter) quia secundum essentiam suã non habet unde cognoscatur, cum cognitionis principium sit forma. Cognoscitur autem per quandam similitudinem proportionis. Nam sicut huiusmodi substantiæ sensibiles se habent ad formas artificiales, ut lignum ad formam scamni, ita prima materia se habet ad formas sensibiles. Propter quod dicitur primo Phys. quòd materia prima est scibilis secundum analogiam. Et ideo restat de tertia perscrutandum, scilicet de forma, quia ista est maxime dubitabilis. Deinde cum dicit.

Duplici ratione de sola substantia prout de forma dicitur principaliter prosequendum est.

Tex. c. 69.

B E S S.

Conceditur autem, quasdam esse substantias sensibilium. quare in his primum quærendum est.

Confitentur autem substantias esse sensibilium quasdam: quare quærendum in his prius.

A N T. par. 9.

Ostendit modum & ordinem, & quomodo procedendum sit circa partes tertiæ diuisionis substãtię, prout substantia, s. diuiditur in substantias sensibiles. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, qđ de substãtijs sensibilibus prius est agendum, quia huiusmodi substantiæ sensibiles sunt confessæ, apud omnes enim confitentur quasdam sensibiles esse substantias. Substãtias autem non sensibiles, non omnes confitentur. Vnde prius quærendum est de substantiis sensibilibus sicut de notioribus. Secundo ibi.

Secũda principalis subſtantiæ diuisio.

Primo de sensibilibus substantiis determinãdum est.

Cum autem in principio diuiserimus quot modis substantiam determinamus, ac horum unum quidem esse uideatur, quodquiderat esse, de eo considerandum est.

B E S S. tex. c. 10. Vide documentum Auero.

Quoniam autem in principio diuisimus quot modis determinamus substantiam. & horum unum uidetur esse quodquideratesse, speculandum est de ipso.

A N T. Tex. c. 10. par. 10.

Ostendit quid de substantiis sensibilibus sit determinandum, & dicit, quòd, cum prius diuisum sit, quot modis dicatur substãtia, inter istos modos vnus modus est prout quodquideratesse, idest quidditas & essentia rei dicitur substantia. Vnde speculandum est de ista primo, ostendendo scilicet quidditates substantiarum sensibilium. Tertio ibi.

Prodest etenim transcendere ad notius. Ita namque disciplina fit omnib. per minus nota naturę ad magis nota. & hoc opus est, ut in actibus ex eis, quæ cuique sunt bona facere quæ simpliciter bona sunt, sint cuique bona, ita ex sibi notioribus, quæ natura nota sunt sibi facere nota, quæ autem singulis nota, & prima, sæpenumero parum nota sunt, & parum aut nihil entis partici pant, attamen ex eis, quæ parum nota, sibi tamen nota sunt, conandum est cognoscere, quæ simpliciter nota sunt, per hæc ipsa, ut dictum est, transcendentibus.

B E S S.

Præopere enim transeundũ ad id, quod notius est. Disciplina enim ita fit omnib. per minus nota naturæ, ad nota magis. Et hoc opus est, quemadmodum in actib. facere ex unicuiusq; bonis, totaliter bona et unicuiq; bona, sic ex ipsis notiorib. quæ naturæ quidem nota, ipsi nota. Quæ autẽ singulis nota & prima, multotiens debiliter nota, & paruũ aut nihil entis habent. Attamen ex male quidẽ noscibilib. ipsi autem noscibilib. quæ omnino noscibilia noscere tentandum, procedentes sicut dictũ est per hæc ipsa.

A N T. par. 11.

Hinc accipe unumquodque cognoscitur quũ est ens.

Assignat rationem præmissi ordinis, & dicit, ꝙ ideo prius dicẽdum est de essentiis substantiarum sensibilium, quia hoc est {præopere, } idest ante opus sicut præparatorium & necessarium ad opus, ut ex his substantiis sensibilibus, quæ sunt magis manifestæ quo ad nos, transeamus ad illud, quod {est notius simpliciter & secundum naturam, } idest ad substantias intelligibiles, de quibus principaliter iotendimus. ita enim fit disciplina in omnibus rebus, siue omnibus hominib. per ea, quæ sunt minus oota ſm naturam, procedẽdo ad ea quę sunt magis nota secundum oaturam. Cum enim omnis disciplina fiat per ea, quæ sunt magis nota addisceoti, quem oportet aliqua prę cognoscere ad hoc ut addiscat, oportet disciplinã oostram procedere per ea quæ sunt magis nota quo ad nos, quæ sunt sæpe minus nota ſm naturã, ad ea quæ sunt notiora ſm naturam, nobis aũt minus oota. Nobis. n. quorum cognitio à sensu incipit, sunt notiora quæ sunt sensui propinquiora. Secundum autẽ naturam sunt notiora, quę ex sui natura sunt magis cognoscibilia. Et hæc sunt, quæ sunt magis entia, & magis actualia. Quæ quidẽ sunt remota à sen-

Ratio præmissi ordinis.

Nobis & naturæ nota quæ.

su, formæ autem sensibiles sunt formæ in materia. Et ideo in disciplinis oportet procedere ex minus notis secundũ naturam ad magis nota.(hoc opus est,) idest necessarium est hoc facere (sicut in actibus hoc est in artibus uel potẽtijs actiuis, in quibus (ex bonis uniuscuiusq;) idest ex his quæ sunt bona isti & illi, fiunt ea quæ totaliter (sunt,) idest uniuersaliter bona, & per consequens unicuique bona. Militaris enim peruenit ad uictoriam totius exercitus, quæ est quoddam bonum commune ex singularibus uictorijs huius & illius. Et similiter ædificatiua ex compositione horum lapidum & illorum, peruenit ad constitutionem totius domus. Et similiter oportet in speculatiuis, ex his quæ sunt notiora ipsi, scilicet addiscenti, peruenire oportet ad ea quæ sunt naturæ nota, quæ etiam fiunt ultimo ipsi addiscenti nota. Hoc autẽ non est propter hoc, quod illa, quæ sunt magis nota huic, uel illi, sint simpliciter magis nota, quia illa quæ sunt (singulis nota) idest quo ad hunc & illum, & prima cognitione eorum, sunt multotiens debiliter nota secundum naturam. Et hoc ideo, quia parum uel nihil habent de entitate. Secundum enim quod aliquid est ens secundum hoc est cognoscibile. Sicut patet, quod accidentia & motus & priuationes parum aut nihil habent de entitate, & tamen ista sunt magis nota quo ad nos quàm substantiæ rerum, quia sunt uiciniora sensui, cum per se cadant sub sensu quasi sensibilia propria uel communia. Formæ autem substantiales per accidens. Dicit autem (multiens) quia quandoque eadem sunt magis nota & quo ad naturam & secundum nos, sicut in mathematicis, quæ abstrauntur à materia sensibili. Et ideo ibi semper proceditur à notioribus secundum naturam, quia eadem sunt notiora quo ad nos. Et licet illa, quæ magis sunt nota quo ad nos, sint debiliter nota secundum naturam, tamen ex huiusmodi male notis secundum naturam, quæ tamen sunt magis noscibilia ipsi discẽti, tentandum est cognoscere illa quæ sunt (omnino) idest uniuersaliter & perfecte cognoscibilia, procedentes ad ea cognoscenda per hæc ipsa, quæ sunt debiliter nota secundum se, sicut iam dictum est.

Aptũ huic moralibus habes ab Alex. exemplum.

In mathematicis eadem sunt notiora nobis & naturæ.

LECTIO III.

B E S S. Tex. 15. Quod nam sit uniuscuiusque quodquiderat esse, & quotum sit ostendit.

AT primo quadã de eo logice dicamus, quod illud est quod quid erat esse uniquodque, quod secundũ se dicitur. Etenim tibi esse, non est musico esse. Non enim secundũ teipsum musicus es. quod ergo secundum teipsum.

A N T. Tex. c. 11. Par. 1.

Et primo dicemus quædã de eo logice, quod est quod quiderat esse unũ quodque, quod dicitur secundum se. Non enim est tibi esse, musicum esse. Non enim secundũ teipsum es musicus. Quod ergo dicitur secundũ teipsũ.

Postquam determinauit Philosophus ordinem procedendi circa substantias, hic incipit determinare de substantiis sensibilibus, sicut prædixerat, & diuiditur in duas partes. In prima determinat de essentia substantiarum sensibilium per rationes logicas & communes. In secunda per principia substantiarum sensibilium in 8. libro, ibi: (Ex his itaque dictis syllogizare oportet.) Prima pars diuiditur in duas. In prima ostendit cuiusmodi sit essentia substantiarum sensibilium. In secunda ostendit, quod huiusmodi essentia hẽt rõnem principij & cãe, ibi: (Quod aũt oportet) j. pars diuiditur in partesduas. In prima determinat de essentia substantiarum sensibilium. In secunda ostendit uniuersalia non esse substantias rerum sensibilium, ut quidam dicebant ibi: (Quoniam uero de substantia perscrutatur.) Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ostendit cuiusmodi sit substantia rerum sensibilium. In secunda ex quibus constituatur, sicut ex partibus, ibi: (Quoniam uero distinitio ratio est.) Prima diuiditur in duas in prima inquirit cuiusmodi sit essentia substantiarum. In secunda inquirit causam generationis earum, ibi: (Eorum autẽ quæ fiunt alia natura.) Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quid sit essentia rerum sensibiliũ. In secunda qualiter se habeat ad ipsa sensibilia, utrũ scilicet ut idem, uel ut diuersum, ibi: (Vtrum autem idem.) Prima diuiditur in duas. in prima ostendit qd est quodquideratesse. Secundo quorum est, ibi. (Quoniam uero sunt & secundum alias.) Circam primum duo facit. Primo remouet ab eo quodquideratesse prædicat per accidens. Secundo ea, quæ prædicantur per se, sicut propriæ passiones de subiecto, ibi: (Neque etiam hoc &c.) Dicit ergo primo, quod de substantiis sensibilibus primo dicendum est, & ostendendum est in eis quodquideratesse. ideo primum dicemus de eo quod est quodquideratesse quædam logice. Sicut enim supra dictum est, hæc scientia habet quandam affinitatem cum logica propter utriusque communitatem. Et ideo modus logicus huic scientiæ proprius est, & ab eo conuenienter incipit. Magis autem logice dicit se de eo quodquidest dicturum, inquãtum inuestigat quid sit quodquideratesse ex modo prædicandi. Hoc enim ad logicum proprie pertinet. Hoc autem primo sciendum est de eo quodquideratesse, quod oportet quod prædicetur secundum se. illa enim quæ prædicantur de aliquo per accidens nõ pertinet ad quodquideratesse illius. Hoc enim intelligimus per quodquideratesse alicuius, quod conuenienter responderi potest ad quæstionem de eo factam per quid est. Cum autem de aliquo quærimus quid est, non possumus conuenienter respondere ea quæ insunt ei per accidens. sicut cum quæritur quid est homo, non potest responderi, quod sit albus uel sedens uel musicus. Et ideo nihil eorum, quæ prædicantur per accidens de aliquo, pertinent ad quodquideratesse illius rei, non enim musicum esse, est tibi esse. Sciendum autem est, quod in omnibus, sequentibus per hoc quod dicit. Hoc esse, uel Huic esse, intelligitur quodquideratesse illius rei, sicut homini esse uel hominem esse, intelligit id quod pertinet ad quodquidest homo. Quod est autem musicum esse, idest hoc ipsum quodquidest musicus, non pertinet ad hoc quodquides tu. Si enim quæratur, tu quid sis, non potest responderi, quod tu sis musicus. Et ideo sequitur quod musicum esse non est tibi esse, quia ea, quæ pertinẽt ad quidditatem musici, sunt extra quidditatẽ tuam, licet musicus de te prædicetur. Et hoc ideo, quia (tu non secundum teipsum es musicus.) idest quia musicum non prædicatur de te per se, sed per accidens. Illud ergo pertinet ad quodquidest tui, quod tu es (secundum teipsum,) i. quia de te prædicatur per se & non per accidens, sicut de te prædicatur per se hõ, animal, substantia, rationale, sensibile, & alia huiusmodi, quæ omnia pertinẽt ad quodquidest tui. Deinde cum dicit.

Nec tamen hoc totũ. nec enim illud quod ita secundũ se est, ut superficies alba quoniam superficiei esse nõ est albo esse. At uero, nec quod ex ambobus est superficiei albæ esse. quare? quoniã hæc inest. In qua ergo rõne ipsum dicente, non inerit ipsum, hæc rõ eius, quod quiderat esse cuiq;. Quare si superficiei albæ esse, est superficiei leui esse. albo & leui esse unum, & idem est.

B E S S.

Neque etiã hoc omne. Non enim quod ita secundũ se est, ut superficiei album, quia non est superficiei esse. A N T. par. 2.

Infra le. 9. Infra le. 6. Infra le. 51. Infra hac le. pt. 3. par. seq. Sup tex. 8. par. 2. Metaphys. ea & logica sunt affines 4. tex. cõ.

Esse sumitur pro quidditate in toto hoc lib.

Inf. lib. 8. Lec. 1. Notabilis diuisio huius libri & primi. Infra le. 7. Infra la. 13.

album esse. At uero neque quod est ex utrisque,ut superficiei albæ esse. Quare? quia adest ei hoc. In qua igitur non inerit ratione ipsum dicente ipsum, hæc ratio eius quodquiderate sse singulis. Quare si superficiei albæ esse,est superficiei esse,semper albo & læui esse,idem erit & unum.

Excludit ab eo quod est quid est, quod prædicatur secundum se,sicut passiones de subiectis dicens, neque etiam hoc omne quod prædicatur secundum se de aliquo, pertinet ad hoc, quodquideratesse eius: Prædicatur enim per se passio de proprio subiecto, sicut color de superficie. Non tamen quideratesse est, quod ita inest alicui secundum se, sicut superficiei inest album,quia non superficiei esse, est(album esse) idest hoc ipsum quodquidest superficies, non est quodquidest album. Alia enim est quidditas superficiei & albedinis. Et non solum hoc quod est esse albū non est quodquidest superficiei,sed nec ipsum compositum ex utrisque scilicet superficie & albedine, quod est esse superficiem albam uel esse superficiei albæ. Quidditas enim uel essentia superficiei albæ, non est quidditas uel essentia superficiei. Et si qrat quare. Rñderi potest (quia hoc adest ei,) idest quia cum dico superficiem albam, dicitur aliquid quod adhæret superficiei tanquam extrinsecum, & non tanquam intrans essentiam eius. Vnde hoc totum quod est superficies alba,non est de essentia superficiei. Prædicātur autem passiones de propriis subiectis ea ratione, quia propria subiecta in earum diffinitionibus ponūtur,sicut nasus ponitur in diffinitione simi,& numerus in diffinitione paris. Quædam uero ita prædicantur per se,quod subiecta in eorum diffinitionib. non ponuntur,sicut animal per se de homine, nec homo ponitur in diffinitione animalis. Cum ergo ea quæ prædicantur per accidens non pertineant ad quodquidest, nec illa quæ prædicantur per se in quorum diffinitionibus ponuntur subiecta,relinquitur quod illa pertineant ad quodquidest,in quorum diffinitionibus non ponuntur subiecta. Et ideo concludit dicens,quod hæc erit ratio in singulis quodquideratesse,in qua ratione (dicente ipsum,) idest describente prædicatum (non inerit ipsum,) idest subiectum, sicut in ratione animalis, non inest homo. Vnde animal pertinet ad quodquidest homo. Probat autem deducendo ad inconueniens,quod ea quæ prædicātur per se de aliquo sicut propria passio de subiecto, non pertineant ad quodquidest. Contingit enim de eodem subiecto plures passiones diuersas per se prædicari,sicut per se prædicatur propria passio, coloratum & asperum & lene, quæ sunt passiones superficiei. Eiusdem autem rationis est omnia huiusmodi prędicata ad quodquidest subiecti pertinere. Ergo si albedo pertinet ad quodquidest superficiei,pari ratione & læuitas. Quæ autem uni & eidem sunt eadem, sibiinuicem sunt eadem. (Quare si superficiei album esse est superficiei esse semper) idest si semper et uniuersaliter hoc uerum est quod quidditas propriæ passionis sit idem cum quidditate proprij subiecti,sequitur quod album esse & læui esse,sit(idem & unum,)idest quod quidditas albedinis,& læuitas sit una & eadem. Hoc autem patet falsum esse. Relinquitur ergo quod quideratesse propriæ passionis & subiecti non est idem & unum. Deinde cum dicit.

A N T Tex.c.12. par.3.

Cum autem secundum extera quoque prædicamenta composita sint(est etenim aliquod subiectum cuique, ut qualitati,& quantitati,et quando,& ubi,et motui) perscrutandum ergo, si est ratio utrum eius quod quid erat esse cuique horum, & utrum inest etiam his ipsum quid erat,ut homini albo,quid erat albo homini,sit autem nomen eius uestis,quid est uesti esse.

Quoniam uero sunt & secundum alias categorias composita,(est enim aliquid subiectum cuique,ut quantitati,& qualitati,& quando,& ubi, & motui) Perscrutandum ergo, si est ratio eius quodquideratesse cuiusque ipsorum,et in est his ipsum quodquideratesse. ut albo homini quodquiderat albo homini. Sit nanque nomen ipsi uestis quod est uesti esse?

Inqrit quorum sit qdquideratesse.

Inquirit quorum sit quodquideratesse, & primo mouet quæstionem. Secundo soluit eam, ibi.(At uero secundum se dictorum.) Dicit ergo primo, quod sunt quadam composita in aliis prædicamentis,& nō solum in substantia. Quod quidem dicit propter hoc,quod substantiarum sensibilium, quæ sunt compositæ,quidditatem Inquirit. Sicut enim in substantiis sensibilibus compositis est materia, quæ subiicitur formæ substantiali, ita etiam alia prædicamenta habent suum subiectum. Est enim aliquod subiectum unicuique eorum,sicut qualitati & quantitati & quādo & ubi & motui, sub quo comprehenditur agere & pati. Vnde sicut quoddam compositum est ignis ex materia & forma substantiali, ita est quædam cōpositio ex substantiis & accidentibus. Et ideo perscrutandum est cum aliqua sit diffinitio substantiarum compositarum ex formis & materiis, si etiā cuiuscunque istorum compositorum ex accidentib. & subiectis (est ratio eius quodquideratesse,) idest si habent diffinitionem quæ est ratio significans,quòdquiderat esse. Et iterum si est in eis(hoc ipsum quodquideratesse)quod significat diffinitio,idest si habent aliquā quidditatem siue aliquid quod potest responderi ad quid. Sicut hoc ipsum quod est albus homo,est quoddam compositum ex subiecto & accidente utrum scilicet albo homini sit quodquid erat esse ei inquātum huiusmodi. Et quia forte aliquis posset dicere quod albus homo sunt duæ res & non una,ideo subiungit, quod hoc ipsum quod dico albus homo, habeat unū nomen,quod causa exempli sit uestis. Et tunc quæstio erit de isto uno, scilicet de ueste, utrum habeat quodquidest, ut possimus dicere quid est uestem esse? Tunc enim sicut hoc nomen homo significat aliquid compositum,scilicet animal rationale,ita & uestis significat aliquid compositum,scilicet hominem album. Et ita sicut homo habet diffinitionem,ita uestis poterit habere diffinitionem, sicut uidetur.

Par. seq.

Deinde cum dicit.

B E S S.

At uero,nec hoc eorum est, quę secundum se dicuntur. An hoc non secundum se dupliciter dicitur,& huius est hoc quidem ex additione,illud uero non. Hoc.n. dicitur eo q od ipsum, quod definitur, alteri adiicitur. utputa,si albo esse, definiens dicit albi hominis rationē. Illud uero, eo,quod aliud ipsi. ut si uestis album hominem significat, ille uero definiat uestem ut album. quod autem est albus homo, est album quidem, non tamen quid erat esse albo homini, sed uesti esse. Vtrum quodquideratesse est aliquod aut simpliciter? An non ipsum enim quodquideratesse,est ipsum quid erat esse? cū uero aliud de alio dicatur, non est ipsum quod quid.ut homo albus non est quod quid,si ipsum quidē quod quid, substātiis solis inest. Quare quodquideratesse illorum est,quorumcunque rō est diffinitio. Diffinitio aūt est,non si nomen idē, quod oratio significet(omnes etenim sermones, definitiones essent.erit nanq; nomen idem cuicunque sermoni quare & Ilias definitio erit) sed si primi alcuius sit talia uero sunt, quæcunque dicūtur. nō eo quod aliud de alio dicatur. non ergo ulli eorum quæ nō sunt species generis,inerit quodquideratesse,sed his solum,hæc enim uidentur,non secundum participationem & passionem,

tex.13.

Tex.14.

nec ut accidens dici. Sed oratio quidem cuiusque etiā aliorum erit quid significat, si nomen sit, quod hoc huic inest, aut pro simplici oratione certior. definitio uero non erit, neque quod quid erat esse.

A N T. par. 4.

At uero secundum se dictorum nec hoc. Aut ipsū non secundum se dicitur dupliciter. Et huius est aliquod quidem ex additione, illud uero non. Hoc quidem enim ex eo dicitur, quod diffinitur, quòd ipsum alij additur. Vt si albo esse diffiniens, dicat albi hominis rationem. Hoc autem eo quod aliud ipsi. Vt si significat uestis album hominem, diffiniat uestem, ut album. Albus itaque homo est quid album, non tamen quodquiderat esse, sed uesti esse. Ergo est quiderat esse aliquid, aut totaliter, aut non. Quod quidem est quodquiderat esse, est id quod aliquid erat esse. Quādo uero aliud de alio dicitur, non est quòd quidem aliquid hoc aliquid, ut albus homo, non est quod uere hoc aliquid. Si quidem esse hoc, substantiis solum inest. Quare quodquiderat esse est quorūcunque ratio est diffinitio. Diffinitio uero est non si nomen rationi idem significet, Omnes enim essent rationes termini. Erit, n. nomen quod cuilibet rationi idē. Quare & Ilias diffinitio erit. Sed si primi alicuius fuerit. Talia uero sunt quæcunq; dicit, nō eo quod aliud de alio dicatur. tex. com. 13 tex. co. 14. *Non erit igitur non generis specierum existens quodquiderat esse, sed his solum. Hæc namque uidetur nō secundum participationem dici, & passionem, nec ut accidens. Sed ratio quidem erit cuiuslibet & aliorum quid significat si est nomē, quia huic inest, aut pro sermone simplici certior. Diffinitio uero non erit, nec quodquiderat esse.*

tex. seq. p. 1

Soluit prædictam quæstionem, & diuiditur hæc pars in duas partes secundum quòd duas ponit solutiones. Secunda pars incipit, ibi. (Aut & diffinitio sicut & quodquid) dicit ergo primo, quòd hoc ipsum, quod dico, albus homo siue vestis, quæ hoc ponitur significare, non est aliquod eorum quæ dicuntur secundum se, immo est aliquid eorum, quæ dicuntur per accidens. Hoc enim, quod est, homo albus, est vnum per accidens, & non per se, vt superius est habitum. Quod autem aliquid dicatur alteri esse vnū per accidens est dupliciter. vt vno modo homo est albus, & alio modo album est homo. Horum enim aliud quidem est ex additione, aliud vero, non. In diffinitione enim hominis non est necessarium quòd addatur diffinitio albi, vel nomen eius, in diffinitione vero albi necesse est quòd ponatur homo, vel nomen hominis, vel eius diffinitio, si homo proprium subiectū eius est, vel aliquid aliud quod est eius proprium subiectum. Et ideo ad hoc exponendum subiungit, quod istorum duorum, quæ dicuntur nō secundum se, vnū adiungitur alteri, eo quod ipsum accidens additur illi subiecto, quod in accidentis diffinitione ponitur cū diffinitur. Sicut si aliquis diffiniat album, oportet quòd dicat rationē hominis albi, quia oportet quod in diffinitione accidentis ponatur subiectum. Et tunc diffinitio complectitur hominem album. Et sic erit quasi ratio hominis albi, & non albi tantum. Et hoc intelligendum est vt dictum est, si homo sit propriū & per se subiectum albi. Hoc autem adiungitur alteri per accidens, non quia ipsum apponatur in diffinitione alterius, sed quia aliud apponitur ipsi in sua diffinitione, sicut album adiungitur homini per accidens, nō quod ponatur in diffinitione hominis, sed quia homo ponitur in diffinitione eius. Vnde si hoc nomen vestis significat hominem album, sicut positum est, oportet quod ille, qui diffinit vestem, eodem modo diffiniat vestem sicut diffinitur album. Nam sicut in diffinitione vestis oportet quod ponatur, & homo & aliud, ita in diffinitione albi oportet quod ponatur vtrumque. Itaque ex dictis patet quod albū prædicatur de homine albo. Hæc enim est vera, albus homo est albus, & econtrario. Tamē hoc ipsum quod est album esse hominem, non est quodquiderat esse albo. Sed neque vesti quæ significat compositum hoc quod est albus homo, vt dictum est. Sic igitur patet quod non potest esse idē quodquiderat esse eius quod est album, & eius quod est albus homo, siue vestis, propter hoc quod album etiam si prædicetur de albo homine, non tamen est quodquidest esse eius. Item patet, quod si album habet quodquiderat esse & diffinitionem, non habet aliam quam illa quæ est albi hominis, quia cum in diffinitione accidentis ponatur subiectum, oportet quod hoc modo diffiniatur album, sicut albus homo, vt dictum est. Et hoc sic patet, quia hoc quod est album nō habet quodquiderat esse, sed solum hoc de quo dicitur, scilicet homo vel homo albus. Et hoc est quod dicit. (Ergo est quodquiderat esse aliquid aut totaliter, aut non, id est ergo ex prædictis sequitur quòd quodquiderat esse, non est, nisi eius quod est aliquid, siue illud aliquid sit totaliter,) id est compositum vt homo albus, siue non totaliter, vt homo. Album autem non significat aliquid, sed aliquale. Et quod id, quodquiderat esse non sit nisi eius quod est aliquid, ex hoc patet quod quidem quiderat esse, est quod aliquid erat esse. Esse enim quid, significat esse aliquid. Vnde illa, quæ non significant aliquid, non habent quodquiderat esse. Sed quando aliquid de aliquo dicitur, vt accidens de subiecto, non est hoc aliquid, sicut cum dico homo est albus, non significatur quod sit hoc aliquid, sed quod sit quale. Esse enim hoc aliquid conuenit solis substantijs. Et ita patet, quod album & similia nō possunt habere quodquiderat esse. Sed, quia aliquis posset dicere, quod sicut inueniuntur aliquæ rationes nominum significantium substantiam, ita inueniuntur aliquæ rationes nominum significantiū accidentia, ideo concludit, quod quodquiderat esse non est omnium, quæ habent qualemcunque rationē notificantem nomen, sed eorum solum, quorum ratio est diffinitio. Ratio autem alicuius diffinitiua nō est solum si sit talis ratio, quæ significat idem cum nomine, sicut hoc quod dico arma gerens significat idem cum armigero, quia sic sequeretur, quod omnes rōnes essent (termini,) i. diffinitiones. Potest enim poni cuilibet rationi nomen, sicut potest poni huic rationi, quòd est homo ambulans, vel homo scribens, nec tamen propter hæc sequitur quòd illa sint diffinitiones quia secundum hoc sequeretur, quod (etiam Ilias,) i. poema factum de bello Troiano esset vna diffinitio. Est enim totum illud poema vna ratio exponens bellum Troianum. Patet igitur, quòd non quæcunque ratio significās idem cum nomine est eius diffinitio, sed solum est diffinitio si (fuerit alicuius primi,) i. si significet aliquid per se dictum. Hoc enim est primū in prædicationibus quod per se prædicatur. Talia vero, scilicet prima sunt quæcunque prædicantur per se, & non quia aliud de alio dicitur. Sicut album prædicatur de homine non per se, quasi sit idem quod album & quod homo, sed prędicantur de seinuicē per accidens. Animal vero prædicatur de homine per se, & similiter rationale de animali. Et ideo hoc quod dico animal rationale diffinitio est hominis. Sic ergo patet quod quiderat esse non erit alicui, quod non sit de numero specierum alicuius generis, sed (solum his,) i. solum speciebus. Species enim sola diffinitur, cum omnis diffinitio sit ex genere & differentijs. Illud autem, quod sub genere continetur, & differentijs cōstituitur est species. & ideo solius speciei est diffinitio.

sola species substantiæ proprie diffinitur.

tio. Solæ enim species uidentur dici non secundum participationem, & passionem, nec ut accidens. In quo remouet' tria quæ uidentur impedire quod aliquid non diffiniatur per aliquid genus. Primo nanque ea de quibus genus prædicatur secundum participationem, non possunt diffiniri per illud genus nisi sit de essentia illius diffiniti. Sicut ferrum ignitum, de quo ignis per participationem prædicatur, non diffinitur per ignem, sicut genus, quia ferrum non est per essentiam suam ignis. sed participat aliquid eius. Genus autem non prædicatur de speciebus per participationem, sed per essentiam. Homo enim est animal essentialiter, non solum aliquid animalis participiãs. Homo.n. est quod uerum est animal. Item subiecta prædicamtur de propriis passionibus, sicut nasus de simo, & tamen essentia nasi non est essentia simi. Species enim non se habent ad genus sicut propria generis passio, sed sicut id quod est per essentiam idem generi. Potest etiam album prædicari de homine per accidens, nec essentia hominis est essentia albi, sicut essentia generis est essentia speciei. Vnde uidetur, quod sola ratio speciei quæ ex genere & differentiis constituitur sit diffinitio. Sed in aliis quidem si est eis nomẽ positum, potest esse ratio declarans quid significat nomen. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo sicut quando nomen minus notum manifestatur per magis notum quod de eo prædicatur, ut si hoc nomen philosophia notificetur per hoc nomen sapiẽtia. Et hoc est quod dicit (Quod autem huic inest) scilicet quando ratio exponens nomen accipitur ab aliquo nomine notiori quod prædicatur de eo. Alio modo quando accipitur ad expositionem nominis simplicis aliqua oratio notior, sicut si ad exponendũ hoc nomen philosophus, accipitur hæc oratio amator sapientię. Et hoc est quod dicit. (Aut pro sermone simplici) quasi ad expositionem huius simplicis dictionis, certior oratio accipitur. tamen talis ratio nõ erit diffinitio, nec id quod per eam significatur, erit quod quid erat esse.

Ex trib. cõtingit aliqd non diffiniri per aliqd genus.

Alia a specie possunt habere qd nominis dupliciter.

LECTIO IIII.

Substantiæ quomodo non solum definitiones sunt, sed & accidẽtium, at non eodem modo, & cuiusmodi definitiones sint substantiæ & accidẽtiũ ex duarum dubitationum solutione manifestat.

BESS. *AN definitio quoque ut & ipsum quid est, multipliciter dr? Etenim ipsum quid est, uno quidem modo substantiã, & quod quid significat. alio uero singula eorum, quæ prædicantur, quantitatem, qualitatem, & quæcunque cætera talia sunt. Quemadmodum enim & ipsum EST inest quidem omnibus, non tamen similiter, sed huic quidem primo, illis uero consequenter, ita & quod quid est, cæteris uero quodam modo, etenim interrogare possumus. quid est ipsum quale. quare & ipsum quale est eorum, quorum est quid est, nõ tamen simpliciter, sed sicut de non ente logice quidam aiunt esse ipsum non ens, non simpliciter, sed non ens. ita & ipsum quale.*

ANT. par. 1. *Aut & definitio sicut & quodquidest multipliciter dicitur. Etenim quodquidest, uno modo significat substantiam & hoc aliquid. Alio uero modo quodcunque prædicamentorum, quantitatem, & qualitatem, et alia quæcunque talia. Sicut enim ens existit in omnibus, sed non similiter, sed hoc primum, illud uero consequenter, ita & quodquidest, simpliciter quidem substantia, alio uero modo aliys. Etenim qualitatẽ dicemus uti que quid est. Quare & qualitas eorum quæ quid est, sed non simpliciter. Sed sicut de ente, logice dicunt quidam non ens esse. quidam non simpliciter, sed non ens, sic & qualitatem.*

Hic ponit secundam solutionem propositæ quæstionis, & circa hoc tria facit. Primo ponit solutionem. Secundo probat eam. ibi (Illud autem palã &c.) Tertio remouet quasdam dubitationes, quæ possent ex prędictis oriri. ibi (Habet autem dubitationem.) Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo diffinitio & quodquidest inuenitur in substantia & accidentibus. Secundo quomodo de utrisque prædicetur. ibi. (Oportet quidem igitur intendere.) Dicit ergo primo, quod dicendum est sicut in prædicta solutione est dictum quod quidest & diffinitio non sit accidentium, sed substantiarum, aut oportet secundum alium modum soluendi dicere, quod diffinitio dicitur multipliciter sicut & quodquidest. Ipsum.n. quodquidest, uno modo significat substantiam & hoc aliquid. Alio modo significat singula aliorum prædicamentorum, sicut qualitatem, & quantitatem & alia huiusmodi talia. Sicut autẽ ens prædicatur de omnibus prædicamentis, non autem similiter, sed primum de substantia, & per posterius de aliis prædicamentis, ita & quodquidest, simpliciter conuenit substantiæ, aliis autem alio modo,) idest secũdum quid. Quod enim (aliquo modo) idest secundum quid aliis conueniat quidest, ex hoc patet, quod in singulis prædicamentis respondet aliquid ad quęstionem factam per quid. Interrogamus enim (de quali siue qualitate quid est) sicut quid est albedo, & respondemus quod est color. Vnde patet, quod qualitas est de numero eorum, in quibus est quodquidest. Non tamen simpliciter in qualitate est quid est qualitatis. Cum enim quęro quid est homo, & respondetur animal, illud animal, quia est in genere substantiæ, non solum dicit quid est homo, sed etiam absolute significat quid, id est substantiam. Sed cum quæritur quid est albedo, & respondetur color, licet significet quid est albedo, non tamẽ absolute significat quid, sed quale. Et ideo qualitas non habet quid simpliciter, sed secundum quid. Inuenitur enim in qualitate quid huiusmodi, Vt cũ dicimus quod color est quid albedinis. Et hoc quid, magis est substantiale quam substãtia. Propter hoc enim quod omnia alia prædicamenta habent rationem entis à substantia ideo modus entitatis substantiæ, scilicet esse quid, participatur secundum quãdam similitudinem proportionis in omnibus aliis prędicamentis. ut dicamus, quod sicut animal est quid hominis, ita color albedinis, & numerus dualitatis & ita dicimus qualitatem habere quid non simpliciter, sed huius. Sicut aliqui dicunt logice de non ente loquentes, non ens est, non quia non ens sit simpliciter, sed quia nõ ens est nõ ens, & simpliciter qualitas non habet quid simpliciter, sed quid qualitatis.

Infra par. 3. Par. 4.

par. 2.

Sicut enim ens dicitur uni uoce sed analogice tãtum de substantia & accidente, ita & quodqd est.

Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 15. *Oportet igitur & considerare, quomodo de quocunque dicere decet. non tamen magis, quam quomodo se habet. quare nunc quoque cum manifestum, quod dicitur, sit, ipsum etiam quod quid erat similiter inerit, primo quidem & simpliciter substantia, deinde cęteris, sicut & ipsum quid est non simpliciter quid erat esse, sed qualitati, aut quantitati quid erat esse. Oportet etenim, aut æquiuoce ista esse, aut cum additione uel ablatione. sicut et quod non scibile scibile. nam rectius est, neque æquiuoce dicere, neque eodem modo. sed quemadmodum medicinale, eo quod ad idem quidem & unum non autem idem & unum, non tamen etiam æquiuoce. nullum etenim medicinale corpus, opus, & uas dicitur æquiuoce, neque secundum unum, sed hæc quidem quomodocunque dicere quis uelit nihil differt.*

Opor-

A N T. Tex.c.15. par.2.

Oportet quidem igitur intendere, & quomodo oportet dicere circa vnumquodque, non tamen magis quam quomodo habet. Quapropter & nunc quoniam quod dicitur manifeſtum, & quodquid erat eſſe ſimiliter inerit, primum quidem & ſimpliciter ſubſtantiæ, deinde alijs, quemadmodum quid eſt non ſimpliciter quideratesſe, ſed qualitati aut quanti quiderateſſe. Oportet enim aut æquiuoce hoc dicere eſſe entia, aut addentes, aut auferentes, quemadmodum & quod non ſcibile, ſcibile. Quoniam hoc quidem rectum eſt, neque æquiuoce dicere, neque eodem modo, ſed quemadmodum medicinale eo quod ad idem quidem & vnum, non idem autem & vnū. Non tamen neque æquiuoce. Nihil enim medicum corpus, & opus, & vas dicitur, nec æquiuoce, nec ſecundum vnum, ſe ad vnum. Hoc quidem igitur quocunque modo quis velit dicere, differt nihil.

Ecce ꝙ excludit eas eſſe vniuocū.

Oſtendit quomodo quodquideſt & diſſinitio prędicetur de eo quod inuenitur in ſubſtantijs & accidẽtibus, & dicit, quòd ex quo diſſinitio & quodquideſt inuenitur aliquo modo in accidentibus, & in ſubſtantia, oportet igitur intendere ad conſiderandū quomodo oportet (dicere,) ideſt prędicare diſſinitionem circa ſingula, non tamen magis quàm quomodo ſe habent, vt videlicet, non ea dicamus vniuoce prædicari, quorum non eſt vna ratio in eſſendo. Quapropter, id, quod dictum eſt de diſſinitione, & quodquid eſt in ſubſtantia & accidentibus, eſt manifeſtum, i. ꝙ quodquid erat eſſe primo & ſimpliciter ineſt ſubſtantiæ, & conſequenter alijs, non quidem ita quòd in alijs ſit ſimpliciter quodquiderateſſe, ſed (quodquiderat eſſe huic vel illi) ſ. quantitati uel qualitati. Manifeſtum eſt enim ꝙ oportet diſſinitionem & quodquid eſt, vel ęquiuoce prædicari in ſubſtantia & accidentibus, vel addentes & auferentes ſecundum magis & minus, ſiue ſecundum prius & poſterius, vt ens dicitur de ſubſtantia & accidente. Et ſicut dicimus, ꝙ (non ſcibile eſt ſcibile ſecundum quid,) i. per poſterius, quia de non ſcibili hoc ſcire poſſumus quòd nō ſcitur, ſic & de nō ente hoc dicere poſſumus, quia nō eſt. Nō enim eſt rectum ꝙ quodquideſt, & diſſinitio dicatur de ſubſtantia & de accidentibus, neque æquiuoce, neque ſimpliciter & eodem modo, i. vniuoce. Sed ſicut medicabile dicitur de diuerſis particularib. per reſpectum ad vnum & idem, non tamen ſignificat vnum & idem de omnibus de quibus dicitur. Nec etiàm dicitur æquiuoce. Dicitur enim corpus medicabile, quia eſt ſubiectum medicinæ, & opus medicabile, quia exercetur a medicina, vt purgatio, & vas medicinale, quia eo vtitur medicina, vt clyſtere. Et ſic patet quòd non dicitur omnino æquiuoce medicinale de his tribus, cum in ęquiuocis non habeatur reſpectus ad aliquod vnum. Nec iterum vniuoce dicitur ſecundum vnam rationem. Non enim eſt eadẽ ratio ſecundum quam dicitur medicina id quo vtitur medicina, & quod facit medicinam. Sed dicitur analogice per reſpectum ad vnum, ſ. ad medicinam. Et ſimiliter quodquideſt & diſſinitio, non dicitur nec æquiuoce nec vniuoce, de ſubſtantia & accidente ſed per reſpectum ad vnum. Dicitur enim de accidẽte in reſpectu ad ſubſtantiam, vt dictum eſt. Et quia poſuerat duas ſolutiones, ſubiūgit quòd nihil differt qualitercunque aliquis velit dicere de præmiſſa quæſtione, ſiue dicatur quòd accidentia non habent diſſinitionem, ſiue quòd habent, ſed per poſterius ſecundum quid. Quod tamen dicitur in prima ſolutione quòd non habent diſſinitionem accidentia, intelligitur per prius & ſimpliciter. Deinde cum dicit.

Duas prædictas ſolutiones acceptat.

B E S S. tex.16

Illud autem manifeſtum eſt, quòd quæ primo & ſimpliciter definitio, & quodquiderat [?] eſſe, ſubſtantiarum [?] eſt, at cęterorum quoque ſimiliter eſt, non tamen primo. Non enim eſt neceſſe, ſi hoc ponamus, huius definitionē eſſe quodcunque oratione idem ſignificat. ſed quod aliqua oratione. hoc autem ſi vnius ſit, non continuatione, ſicuti Ilias, aut quæcunque coniunctione, ſed ſi quoties dicitur vnum. Vnum autem dicitur, ſicuti & ens, ens autem quoddam, ipſum quod quid, quoddam, quantum, quoddam quale quid ſignificat. Quare & albi hominis erit oratio & definitio. alio vero modo, & albi & ſubſtantiæ.

A N T. tex.com.16 par.3.

Illud autem palam, quia quæ primo & ſimpliciter diffinitio & quodquiderateſſe, ſubſtantiarum eſt. Et non ſolum, ſed & aliorum ſimiliter eſt, veruntamen non primo. Non enim eſt neceſſe ſi hoc ponimus, huius diffinitionem eſſe quod vtique rationi idem ſignificet, ſed cuidam rationi. Hoc autem ſi vnius fuerit, non eo quòd continuam ſicut Ilias, aut quęcunque colligatione, ſed ſi quotiens dicitur vnum. Vnum vero dicitur ſicut ens. Ens autem hoc quidem hoc aliquid, aliud vero quantitatem, aliud qualitatem ſignificat. Quapropter erit albi hominis ratio & diffinitio. Alio vero modo albi, & ſubſtantiæ.

Probat ſecundo pusitam ſolutionem, dicens. Illud palam eſſe quòd diſſinitio & quodquiderat eſſe, primo & ſimpliciter eſt ſubſtantiarum, cum etiam accidentia aliquo modo habeant diſſinitionē, & quodquiderateſſe, non tamen primum. Et hoc ſic patet. Non enim omnis oratio, qua nomē per rationem exponitur, idem eſt quod diſſinitio, nec nomen expoſitum per quamcunque rationem, ſemper eſt diſſinitū ſed alicui determinatæ rationi competit quòd ſit diſſinitio, illi, ſ. quæ ſignificat vnum. Si enim dicam ꝙ Socr. eſt albus & muſicus & criſpus, iſta ratio non ſignificat unum, ſed multa, niſi forte per accidens. & ideo talis ratio non eſt diſſinitio. Non tamen ſufficit quòd ſit vnum in continuitate illud quod per rationem ſignificatur ad hoc quòd ſit diſſinitio. Sic.n. (ilias,) ideſt poema de bello Troiano eſſet diſſinitio, quia illud bellum in quadam continuitate temporis eſt peractum. Aut etiam non ſufficit quòd ſit vnum per colligationem, ſicut hæc ratio non eſſet diſſinitio domus, ſi dicerem, quòd domus eſt lapides & cementum & ligna. Sed tunc ratio ſignificans vnum erit diſſinitio, ſi ſignificet vnum aliquod illorum modorū, quorum quotiens vnum per ſe dicitur. Vnum enim dicitur multipliciter ſicut & ens. Ens autem hoc quidem ſignificat hoc aliquid, aliud quantitatem, aliud qualitatem, & ſic de alijs. Et tamen per prius ſubſtantiam, & conſequenter alia. Ergo ſimpliciter vnū per prius erit in ſubſtantia. & per poſterius in alijs. Si igitur ad rationem diſſinitionis pertinet quòd ſignificet vnum, ſequitur ꝙ erit ratio albi hominis diſſinitio, quia albus homo eſt quodāmodo vnum. Sed alio modo erit diſſinitio ratio albi, & ratio ſubſtantię, quia ratio ſubſtantiæ erit diſſinitio per prius, ratio albi per poſterius, ſicut vnum per prius & poſterius de vtroq; dicitur. Deinde cum dicit.

Hic accipe ens ꝑ prius dici de ſubſtantia & ꝑ poſterius de unoquoque aliorū prædicamentorum, ergo non uniuoce.

Habet autem dubitationem, ſiquis non dicat definitionem eſſe eam, quæ ex additione fit, rationem, cuius erit definitio, non ſimplicium, ſed copulatorum? ex additione enim neceſſe eſt manifeſtare. dico autem, vtputa, eſt naſus, & concauitas, & ſimitas, quod ex ambob. dicitur: eo quòd hoc, in hoc, & non ſecundum accidens, neque concauitas, neque ſimitas paſsio naſi, ſed ſecundum ſe, nec vt album Calliæ, aut homini, quoniam Callias albus, cui accidit homini eſſe, ſed vt maſculum animali, & æquale quanto, & cuncta, quæ per ſe eſſe dicuntur. Hæc ſunt, in quibus ineſt, aut ratio, aut nomen eius cuius

hæc passio est, & non contingit separatim ostendere, si cut album absque homine contingit, sed nō fœmininum absque animali. Quare istorum, quod quid erat esse, & definitio, aut nullius est, aut si est, aliter est quam quemadmodum diximus.

A N T. Tex. c. 17. par. 4.

Habet autem dubitationem, siquis non dicat diffinitionem etiam ex additione rationem, cuiussuam erit diffinitio ipsorum non simplicium, sed copulatorum. ex additione enim necesse facere. Dico autem vt est nasus, & concauitas, & simitas ex duobus dictum, eo quòd hoc in hoc est, & non secundum accidens, nec concauitas, nec simitas passio nasi, sed secundum se, nec vt album Calliæ at homini, quia Callias albus cui accidit hominem esse, sed ut masculinum animali et quantitati æquale, & omnia quæcunque secundum se dicuntur existere. Hæc aūt sunt in quibuscunque existit aut ratio aut nomen cuius hæc passio, & non contingit ostendere separatim, sicut album sine homine contingit, sed non fœmininum sine animali. Quare horum quodquiderat esse et diffinitio, aut non est alicuius, aut si est, quemadmodum diximus.

Opinio negantium diffinitionem per additionem.

Remouet quasdam dubitationes circa prædeter minata, & diuiditur in duas, secundum duas dubitationes quas remouet. Secunda, ibi: (Est autem & alia dubitatio.) Prænotanda autem sunt duo ad euidentiam primæ particulæ, quorum primum est, quod quidam dicebant nullam diffinitionem esse (ex additione,) id est quod in nullam diffinitione ponitur aliquid, quod sit extra essentia diffiniti. Et uidebantur pro se habere hoc, quod diffinitio significat essentiam rei. Vnde illud quod est extra essētiam rei, non debet poni in eius diffinitione. ut uidetur. Secundum est, quod quædam accidentia sunt simplicia, & quædam copulata. Simplicia dicuntur, quæ non habent subiectum determinatum, quod in eorum distinictione ponatur, sicut curuum, & cōcauū & alia mathematica. Copulata autem dn̄r, quæ habent determinatum subiectum, sine quo diffiniri non possunt. Est ergo dubitatio si aliquis uelit dicere quod ratio, quæ est ex additione, non est diffinitio illorum accidentium quæ sunt simplicia, sed copulatorum erit diffinitio, uidetur enim, quod nullius eorum posit esse diffinitio. Palam est ergo, quod si illa diffiniuntur, necesse est eorum diffinitionem ex additione facere, cum sine propriis subiectis diffiniri nō possint. Sicut si accipiamus hęc tria, s. nasus, & cōcauitas, & simitas: cōcauitas est simpl'r accidens, præcipue in comparatione ad nasum, cum non sit nasus de intellectu concaui. Simitas autem est accidens compositū, cum sit nasus de intellectu eius. Et ita simitas erit quoddam dictum ex duobus, inquantum significat (hoc in hoc,) i. determinatum accidens in determinato subiecto, & nec concauitas, nec simitas est passio nasi secundum accidens, sicut album inest Calliæ & homini per accidens, inquantum Callias est albus, cui accidit hominem esse. Sed simum est passio nasi secundum se. Naso enim inquantum huiusmodi cōpetit esse simum. Alia autem translatio loco eius qđ est concauum, habet aquilinum.) Et est planior sensus quia in diffinitione aquilini ponitur nasus, sicut in diffinitione simi. Sed sicut masculinum per se cōpetit animali, & ęquale quantitati, & omnia alia quæ cunque secundum se dicuntur existere in aliquo, qa de omnib. est eadem ratio, & (homi sunt in quibus,) idest in quorum rationibus existit nomen eius (cuius est passio) idest substantia, aut etiam ratio eius. Sēper enim in diffinitionibus potest poni ratio loco nominis, sicut si dicimus, quod. Hō est animal rationale mortale, potest poni loco nominis animalis diffinitio, ut dicatur quod. Homo est substantia animata sē sibilis rationalis mortalis. Similiter si dicam quod, Masculus est animal potens generare in alio, possem et dicere quod, Masculus est substantia animata sensibilis potēs generare in aliquo alio. Et sic patet quod non contingit separatum (ostendere,) idest notificare aliquod prædictorum accidentium quæ diximus copulata, sicut contingit notificare album sine hoc, quod in eius diffinitione siue rōne ponatur homo. Sed non contingit ita notificare fęmininum sine animali, quia oportet quod animal ponatur in diffinitione fęminini, sicut & in diffinitione masculini. Quare patet, quod non est alicuius prædictorum accidētium copulatorum quodquiderat esse & diffinitio uera, si nulla diffinitio est ex additione, sicut contingit in diffinitionibus substantiarum. Aut si est aliqua diffinitio eorum, cum non posit nisi ex additione diffiniri, aliter erit diffinitio eorum quam substantiarū, quemadmodum diximus in solutione secunda. Et sic in hac conclusione innuit solutionem dubitationis præmissæ. Quod enim dicebatur, quod nulla diffinitio est ex additione, uerum est de diffinitione prout inuenitur in substantiis. Sic autem prædicta accidentia non habent diffinitionem, sed alio modo per posterius. Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 18.

Est autem alia quoque de eis dubitatio. Si enim idem simus nasus, & concauus nasus, idem erit simum, & concauum. Quod si non, propterea quod impossibile est dicere simum absque ipsa re, cuius per se passio est, & simum erit concauitas in naso, nasum simum aut non est dicere, aut bis idem erit dictum nasus, nasus concauus. nasus namque simus, nasus concauus erit. propter quod inconueniens est talibus inesse quod quid erat esse, quod si non, in infinitum progredietur. naso namque naso simo aliud inerit. Patet igitur, quòd solius substantiæ definitio est. Si enim & cæterorum quoque prædicamentorū, necesse ex additione esse. vt qualitatis, & imparis. non enim sine numero. nec huius, quod est fœmininum, sine animali. Ex additione autem dico, in quibus accidit bis idem dicere, sicut in istis. quod si hoc verum est neque copulatorum erit. vtpote, numeri imparis.

A N T. Tex. c. 18. Par. 5.

Est autem et alia dubitatio de eis. Si enim idem est simus, et concauus nasus, idem erit simum et concauum. Si vero non, quia impossibile est dicere simum sine re, cuius est passio secundum se, et est simum concauitas in naso, nasum simum dicere, aut non est, aut bis idem dictum, nasus nasus concauus. Nasus autem simus nasus concauus erit. Propter quod, inconueniens est inesse talibus quodquiderat esse. Si autem non, in infinitum fient. Naso namque nasi simum, adhuc aliud inerit. Palam itaque quia solius substantiæ est diffinitio. Nā et si aliarum categoriarum necesse est ex additione esse, vt æqualis et imparis non est sine numero, neque quæ est fœmininum sine animali. Ex additione vero dico, in quibus accidit idem bis dicere sicut in his. Si vero hoc verum, non copulatorum erit, vt numeri imparis.

Tex. c. 19.

Ratio dicentium nil posse diffiniri per additionem.

Ponit secundam dubitationem, circa quam duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ponit solutionem. ibi (Sed latet &c.) Dicit ergo primo, quòd est alia dubitatio de prædictis. Aut enim est idem dicere nasus simus, & nasus concauus, aut non, si idem, sequetur, quod idem sit simum & concauum, quod patet esse falsum, cum alia sit diffinitio vtriusque. Si autem non est idem dicere, nasum simum & nasum concauum propter hoc, quòd simum non potest intelligi (sine re cuius est per se passio,) i. sine naso, cum simum sit concauitas in naso, concauum vero potest dici sine naso, sequetur si hoc quod dico simum plus habet quàm concauum, s. hoc, s. quod est nasus, vel

non

non posſit dici naſus, uel ſi dicatur, erit bis idẽ dictũ, ut dicamus, quod naſus ſimus eſt naſus concauus. Sp enim loco noĩs põt poni diffõ illius noĩs. Vnde, cũ dr̃ naſus ſimus, poterit remoueri nomen ſimi, & addi naſo diffinitio ſimi, quæ eſt naſus concauus. Sic ergo uidetur dicere, quod naſum ſimum, nihil aliud eſt quàm dicere, naſum naſum cõcauum quod eſt inconueniens. Propter quod incõueniens uidetur dicere, quod in talibus accidentibus ſit quodquideratesse. Quod ſi hoc non eſt uerum, quod in eis non ſit quodquideratesse, in infinitum fiet repetitio eiuſdem nominis, ſemper poſita nominis diffinitione ꝓ nomine. Conſtat enim, quod cum dico naſus concauus, loco concaui poteſt accipi ſimum, quia concauitas in naſo non eſt niſi ſimitas, & loco ſimi iterum naſus concauus. & ſic in infinitum. Palam eſt ita ut uidetur, quod ſolius ſubſtantiæ eſt diffinitio. Si enim eſſet aliorum prædicamentorum, oporteret quod eſſet ex additione ſubiecti, ſicut diffinitio æqualitatis, & diffinitio imparis oporteret quod ſumeretur ex diffinitione ſuorum ſubiectorum. Non enim diffinitio imparis eſt ſine numero, nec diffinitio fœminini, quod ſignificat quãdam qualitatem animalis, eſt ſine animali. Si ergo diffinitio aliquorum eſt ex additione, ſequetur quod bis accidat idem dicere, ſicut in præmiſsis eſt oſtenſum. Vnde, ſi uerum eſt quod hoc inconueniens ſequatur, ſequitur quod accidentia copulata non habent diffinitionem.

Deinde cum dicit.

BESS. *Sed latet, quod nunc non accuratè dicuntur rationes, ſi autẽ & iſtorum ſunt diffinitiones, aut alio modo ſunt, aut, ſicuti dictum eſt, multipliciter eſt dicendum definitionem, & quoquideratesse. quare quodam modo quidem nullius erit definitio, nullique inerit quodquideratesse, niſi ſubſtantiis, quodam modo uero erit. Quòd igitur definitio eſt ipſius quideratesse oratio, & quod quideratesse, aut ſubſtantiarum ſolum eſt, aut maxime primo & ſimpliciter, manifeſtum eſt.*

ANT. par. 6. *Sed latet, quia nõ certe dicuntur rationes. Si uero sũt & horum termini, aut alio modo ſunt, aut (quemadmodum dictum eſt) multipliciter oportet dicere eſſe diffinitionem & quodquideratesse. Quare ſic quidem nullius erit diffinitio, nec quodquideratesse alicui inerit niſi ſubſtantijs, ſic autem erit. Quod quidem igitur diffinitio, quæ quidem eſt ipſius quideratesse rõ, & quodquideratesse, aut ſolum ſubſtantiarum eſt, aut maxime & primum & ſimpliciter, palam.*

Soluit præmiſſam quæſtionem dicens, quòd mouentem prędictam quæſtionem latet, quòd rationes, non dicuntur (certe,) idest certitudinaliter, quaſi ea quæ dicuntur vniuoce, ſed dicuntur ſecundum prius & poſterius, vt ſupra dictum eſt. (Lect. 3.) Si autem prædicta accidentia copulata habent terminos, id eſt rationes aliquas, oportet quòd alio modo ſint illi termini quã diffinitiones, aut quòd diffinitio & quodquideratesse, quod ſignificatur per diffinitionem, dicatur multipliciter. Quare (ſic quidem,) id eſt ſimpliciter ꝑ prius, nullius erit diffinitio niſi ſubſtantiæ, nec etiam quod quideratesse, (Sic autem,) idest ſecundum quid & poſterius, erit etiam aliorum. Subſtantia enim quæ hẽt quidditatem abſolutã nõ dependet in ſua quidditate ex alio, ita ꝙ oporteat exteriorem eſſentiam in eius diffinitione poni accidentia vero non habent eſſe niſi per hoc quod inſunt ſubiecto. & ideo eorum quidditas eſt dependens a ſubiecto. & propter hoc oportet quòd ſubiectum accidentis in diffinitione ponatur, quandoque quidem in recto, quandoque vero in obliquo. In recto quidem, quandoque accidens ſignificatur, vt accidens in concretione ad ſubiectũ, ut vt cum dico, Simus eſt naſus concauus. Tunc enim naſus ponitur in diffinitione ſimi quaſi genus, ad deſignandum quòd accidentia non habent ſubſiſtentiam, niſi ex ſubiecto. Quando vero accidens ſignificatur per modum ſubſtantiæ in abſtracto, tunc ſubiectum ponitur in diffinitione eius in obliquo, vt differentia, ſicut dicitur, ſimitas eſt concauitas naſi. Patet igitur quòd cum dico, Naſum ſimum, nõ oportet loco ſimi accipere naſum concauum, quia naſus non ponitur in diffinitione ſimi, quaſi ſit de eſſentia eius, ſed quaſi additum eſſentiæ. Vnde ſimum & concauum per eſſentiam idem ſunt. Sed ſimum addit ſupra concauum, habitudinem ad determinatum ſubiectum. & ſic determinato ſubiecto quod eſt naſus, nihil differt ſimus a concauo, nec oportet aliquid loco ſimi ponere niſi concauum. & ſic non erit dicere loco eius, naſus concauus, ſed ſolum concauus. Vltimo concludit ex prædictis, quòd palam eſt, quòd diffinitio q̃ eſt ratio eius quodquiderat eſſe, & ipſum quod quideratesse, ſolum eſt ſubſtantiarum, ſicut prima ſolutio habebat. Vel eſt prima & ſimpliciter earum, & per poſterius & ſecundum quid accidentium, vt in ſecunda ſolutione dicebatur.

Cur accidẽs diffiniatur per extrinſeca, nõ autem ſubſtantia.

LECTIO V.

In his quæ per ſe dicuntur quodquideſt idem eſſe, & inſeparabile ab eo, cuius eſt, nihil vero quæ ſecundum accidens aliquo modo idem eſſe oſtenditur, non autem abſolute.

BESS. text. 20. *VTrum autem idem eſt, an aliud ipſum quid erat eſſe, & vnumquodque, perſcrutandum. proderit etenim aliquid ad conſiderationem de ſubſtãtia.*

ANT. tex. c. 20. p. 1 *Vtrum autem idem eſt aut alterum quodquideratesse, & vnumquodque, perſcrutandum eſt. Eſt enim aliquod præopere ad de ſubſtantia perſcrutationem.*

Poſtquã determinauit Philoſophus quid eſt quodquideratesse, & quorum, conſequenter inquirit quomodo ſe habeat quodquiderat eſſe ad id cuius eſt, vtrum, ſ. vt idem, vel vt diuerſum, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo ſoluit eam. ibi. (Singulum enim aliud.) Tertio oſtendit quòd ex ſolutione prædicta, poſſunt ſolui ſophiſticæ rationes, quæ circa hæc fiunt. ibi (Sophiſtici vero elenchi.) (par. ſeq.) dicit ergo primo, quòd perſcrutandum eſt vtrum quod quideratesse cuiuſcunque, & vnumquodque cuius eſt quodquiderat eſſe, ſit idem aut diuerſum, ſicut vtrũ quodquideratesse homini, & homo ſit idem aut diuerſum, & ſimiliter de alijs. Hoc enim inquirere & manifeſtare, eſt aliquid. (Præopere,) id eſt præneceſſarium ad perſcrutationem de ſubſtantia, quam intendimus facere inſequentibus. Intendit enim inquirere inferius, vtrum vniuerſalia ſint ſubſtantiæ rerum, & vtrũ partes diffinitorum intrent in diffinitionem eorum, & ad hoc valet iſta perſcrutatio, quam nũc proponit.

Inf. par. 10. Determinatio de quod quideſt, an ſit idem cũ eo cuius ẽ.

Deinde cum dicit.

BESS. *Nam & vnumquodque non videtur aliud eſſe à ſua ſubſtantia & ipſum quod erat eſſe dicitur eſſe vniuſcuiuſque ſubſtantia.*

ANT. par. 2. *Singulum enim non aliud videtur eſſe à ſuimet ſubſtantia, & quodquiderat eſſe dicitur ſinguli ſubſtantia.*

Soluit propoſitam quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit quæſtionis ſolutionem. Secundo probat eam. ibi. (In dictis vero ſecundum ſe.) (Par. 4.) Tertio oſtendit contrarium ſolutionis prædictæ eſſe abſurdum & impoſsibile. ibi (Abſurdum vero apparebit.) circa primum duo facit. Primo enim oſtendit quid (par. 8.) quid prima facie circa quæſtionem propoſitam verũ

eſſe

esse videatur. Secundo ostendit in quo eius contrariũ accidat. ibi (In dictis quidem itaque) dicit ergo primo, quòd statim in primo aspectu hoc videtur esse dicendum, quòd in omnibus rebus singulum non sit aliud a sui substantia. Hoc autem quod est quod quiderat esse, est substantia eius cuius est quodquideratesse. Vnde videtur per hanc rationem in primo aspectu quòd quodquideratesse sit idem, & nõ alterum ab vnoquoque cuius est. Deinde cum dicit.

Par. seq.

BESS. *De his igitur, quæ secundum accidens dicuntur, videri possit aliud esse. vtputa albus homo aliud est, & albo homini esse. si enim idem homini esse, & albo homini idem: idem namque homo, & albus homo, vt aiunt: quare & albo homini, & homini. An non necesse est quæcunque secundum accidens, eadem esse, non enim extrema similiter eadem fiunt. sed fortassis illud videatur accidere, extrema eadem secundum accidens fieri. vtputa, albo esse, & musico esse. videtur autem minime.*

ANT par. 3. *In dictis quidem itaque secundum accidens videbitur vtique diuersum esse, vt albus homo, alterum & albo homini esse. Si enim idem homini esse, & albo homini idem enim homo, & albus homo (vt dicunt) quare & albo homini, & homini. Aut non necesse est quæcũque secundum accidens, esse eadem. Non enim simpliciter extremitates fiunt eadem. Sed forsitan illud videtur accidere, extremitates fieri easdem secundum accidens, vt albo esse & musico. Videtur autem non.*

Alia litera similiter.

Ostendit in quibus quod præmissum est non sit verum dicens, quòd quodquideratesse pro tanto videtur esse non aliud ab eo cuius est, quia est eius substãtia: itaque in illis, quæ prædicãtur secundum accidẽs, & non dicunt substantiam subiecti, videtur esse diuersum quod quodquideratesse prædicati à subiecto. Alterum enim est id (quod est esse albo homini,) idest quodquideratesse albi hominis, ab eo quod est albus homo. Quod sic videtur, quia cum dicitur, homo albus, supponitur homo. idem enim est homo, & homo albus, ut dicunt. Quod enim prædicatur de homine albo, nõ prædicatur de eo, nisi quia prædicatur de homine. Accidens enim non est subiectum, nisi ratione substantiæ. Vnde secundum quod in albo intelligitur homo, homo & homo albus sunt idem. & pro tanto id quod erit esse albo homini, erit ẽt esse homini. Si ergo quodquideratesse albi hominis, sit idẽ albo homini, erit etiam idem homini, sed non est idẽ homini, ergo quodquideratesse albi hominis non est idem albo homini. Et sic in his, quæ sunt secundum accidẽs, quoquideratesse alicuius non erit idem cum eo cuius est quodquideratesse. Quod autem quodquideratesse albi hominis non sit idem homini, patet, quia non est necesse, quod quæcunque dicuntur secundum accidens de aliquo subiecto, quod sint eadem illi: subiectum enim est quodammodo medium inter duo accidentia, quæ prædicantur de ipso, inquãtum illa duo accidentia non vniuntur, nisi vnitate subiecti, sicut album & musicũ vnitate hominis de quo prædicantur. est ergo homo vt medium, album autẽ & musicũ sunt extremitates. Si autem album esset idẽ homini per essentiam, pari ratione musicum. & ita ista duo extrema album & musicum essent per essentiam idem, quia quæcunque vni & eidem sunt eadẽ, etiam sibi inuicem sunt eadem. Hoc autem est falsum, quòd istæ extremitates sint eædem per essentiam. sed forsan hoc videtur esse verum, quòd sint eædẽ per accidens. Hoc autem certum est quòd album & musicum sunt idem per accidẽs. Sed ex hoc posset aliquis opinari, quòd sicut album & musicum sunt idem per accidẽs, ita etiam hoc, quod est esse albo, & (quod est esse musico) idest quodquidest vtriusque sit idem per accidens. Sed hoc non videtur esse verum. Album.n. & musicum sunt idem per accidens ex hoc, quòd vtrunque est idem per accidens homini. Non autem quodquidest esse albi, nec hoc quodquidest musici, sunt idem cum eo quod est quodquidest esse hominis. Vnde quodquidest esse albi, & quodquidest esse musici, non sunt idem per accidens, sed solum album & musicum. Deinde cum dicit.

In his quæ prædicãtur per accidẽs non est idẽ quodquidest cum eo cuius est.

BESS. *De his autem, quæ per se dicuntur, semper necesse est eadem esse. vt si quæ substantiæ sunt, quibus diuersæ substantiæ non sunt, nec aliæ naturæ priores. quales aiunt aliqui esse ideas. Si enim erit aliud ipsum bonum, & bono esse, & animal & animali esse, & enti, & ipsum ens, erunt & aliæ substantiæ, & naturæ, ac ideæ præter eas, quę dicũtur, & illæ priores substantiæ, si ipsum quod quiderat esse, substantiæ est.*

ANT par. 4. *In dictis vero secundum se, semper necesse idem esse, vt si quæ sunt substantiæ, quibus alteræ non sunt substãtiæ, nec alteræ naturæ priores, quales dicunt ideas esse quidam. Si enim erit alterum ipsum bonum & quod bono esse, & animal, & quod animali esse, & ens, & quod enti, erunt aliquæ substantiæ & naturæ & ideæ præter prædictas, & priores substantiæ illis, si quodquideratesse substantię est.*

Manifestat solutionem propositam, & circa hoc duo facit. Primo manifestat eam quantum ad ea quæ dicuntur per se. Secundo quantum ad ea, quæ dicuntur per accidens, ibi (Secundum accidens vero dictũ) Circa primum duo facit. Primo manifestat propositam quæstionem quantum ad ea, quæ dicuntur per se. Secundo concludit conclusionem intentam. ibi (Necesse igitur vnum esse.) circa primum duo facit, Primo ostendit, quòd in his, quæ dicuntur per se, non est aliud quodquiderat esse, & id cuius est. Secundo quòd non est separatum. ibi. (Et siquidem absolute.) dicit ergo, quòd in illis, quæ dicuntur per se, semper necesse est idem esse quodquideratesse & id cuius est. Quod patet si ponantur aliquæ substantiæ abstractæ ab istis sensibilibus, quibus non sunt aliquæ substantiæ abstractæ nec aliquæ naturæ priores eis. Huiusmodi enim substantias Platonici dicunt esse ideas abstractas. Si enim quodquiderat esse est aliud ab eo, cuius est quodquiderat esse, cuiuslibet autem substantiæ est quodquideratesse, erit ergo aliquid aliud a qualibet substantia quodquiderat esse eius. & ita etiam quodquideratesse substantiæ idealis erit aliud ab ea. & ita (si ipsum bonum,) id est si idea boni, (& quod est bono esse, idest quodquideratesse huius ideæ est alterum, & similiter ipsum animal, & quod est animali esse, & ipsum ens, & quod est enti esse, & ita in omnibus alijs ideis, sequetur quòd sicut istæ substantiæ ideales ponuntur præter substantias sensibiles, ita erunt aliæ substantiæ, & aliæ naturæ & ideę præter ideas dictas a Platonicis, quæ erunt: quod quideratesse illarum idearum, & etiam illæ aliæ substantiæ sunt priores ideis. Et hoc dico sequetur (si quodquideratesse, substantiæ est, idest si quælibet substantia habet quodquideratesse, vt dictum est. Vel si hoc quodquideratesse pertinet ad substantiam rei. illud enim, à quo substantia rei dependet, est prius ea. Deinde cum dicit.

par. 7. & 4

Par. 6.

par. seq.

In prædicatis per se nõ est aliud quod quidest, ab eo cuius ẽ.

Et si absolutę ab seinuicem, harum quidem non erit scientia, illę vero non erunt entia. Dico autem absolut, si nec ipsi bono est, nec huic esse bonum. Scientia namque cuiusque hæc est, quod quid erat illi esse. & de bono, & de cæteris similiter se habet. Vnde, si neque ipsi bono esse bonum nec ipsi enti ens, nec ipsi vni vnum, similiter autem omnia sunt, certæ nihil est, quod quiderat esse. quare, si nec ipsi entiens, nec aliorum alicui.

Item

Item, cui non inest bono esse, non bonum est.

ANT. par. 5.

Et siquidem absolutæ abinuicem, harum quidem non scientia, hæc autem non erunt entia. Dicitur autem absolui, si nec bono ipsi existit esse boni, nec huic esse bonum. Scientia enim cuiuslibet per hoc quodquideratesse illi, & in bono & in alijs similiter se habet. Quare si nec bono esse bonum, nec quod entis ens, nec quod uni unum. Similiter autem omnia sunt, aut nullum quod quideratesse. Quare si nec quod enti ens, nec aliorum nullum. Amplius cui non inest bono esse, nec bonum.

Quodquid est non separatũ abeo cuius est.

Ostendit, quòd hoc, quod est quodquideratesse non est separatum ab eo, cuius est, dicens.) Et si quidem sint absolute inuicem, ʒ idest si quodquideratesse & id cuius est, non solum sunt diuersa, sed etiã sunt abinuicem separata, sequuntur duo inconuenientia, quorum primum est, quòd harũm rerum non sit sciẽtia quarum quodquidest ab eis separatur. Secundum inconueniens est, quòd hæc eadem erunt non entia. & exponit quod dixerat absolute, vt videlicet ʒ nec ipsi bono, idest ideæ boni, quæ ponitur secundum Platonicos (insit hoc quod est esse bono) idest quodquid est esse boni. Nec iterum scilicet huic bono, inest (esse bonum,) i. quidditas boni. quasi dicat, absolutionẽ prædictam esse intelligendam secundum separationẽ quidditatis boni ab idea boni, & a particulari bono, quod dicitur per participationem ideæ. Vel aliter. (Nec huic esse bonum, ʒ i. nec hoc, i. quodquideratesse, competit esse bonum, vt s. quodquideratesse boni sit separatum a bono, & econuerso. & ꝙ prædicta inconuenientia sequantur hac positione facta, patet, quia scientia vniuscuiusque in hoc consistit, ꝙ sciatur quodquideratesse illius. & hoc similiter se habet, & in bono & in omnibus alijs. Quare sequitur, quòd si huic quod est (esse bono,) i. quidditati boni, nõ inest bonum nec etiam ei ʒ quod est esse enti,) i. quidditati entis, inest ens, nec similiter ei quod est esse vni, inest vnum, quia similiter aut omnia, aut nullum eorum sunt eadem cum suis quidditatibus. Si autem bonum propter separationem prædictam non inest ei, quod est esse bonum, ergo nec econtrario esse bonum inerit bono. Quare etiam nec quod est esse enti erit idẽ cum ente, nec aliquod aliorum habebit in se suum quodquidest. Et ita si vnumquodque scitur per quod quidest, nulla res poterit sciri, quod fuit primum inconueniens. Iterum patet, quòd ʒ sequitur secundũ, ʒ idest quòd nihil erit ens, nec bonum, nec animal, nec aliquid huiusmodi, quia non poterit bonum esse illud, cui non inest hoc, quod ʒ est bono esse,) i. quodquidest boni. Si igitur quodquidest boni est separatum a bono, & quoquiderat entis ab ente, sequetur quòd ista, quæ dicuntur bona & entia, non sunt bona, nec entia, quod fuit secundum inconueniens.

Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 22.

Necesse est igitur, unum esse bonum & bono esse, & honestum & honesto esse, quæcunque non per aliud dicuntur, sed prima & per se. & enim hoc sufficiens est, si existit, etiam si non sint formę: fortassis autem magis si formę sint. Simul autem patet etiam quod si ideæ sint, quales eas quidam aiunt, quod etiam non erit subiectum substantia. has enim substantias quidem necesse est non de subiecto quidem esse, essent enim secundum participationem. Ex his itaque rationibus, unum & idẽ est nõ secundum accidens ipsum unumquodque, & quod quid erat esse. & quod scire unũquodque, hoc, est ipsum quid eratesse scire: quare secũdum expositionem necesse est unum quiddam ambo esse.

ANT. Tex. c. 21. Par. 6.

Necesse igitur est unum, esse unum, esse benignum, & benigno esse, & bona, & bonum esse, quæcunque non secundum aliud dicuntur, sed primo & secundum se. Etenim hoc sufficiens si extiterit, quanquam non sint species. Magis autem forsan & si sint species. Simulque palam, quia si sunt idem quales quidam dicunt, non erit substantia subiectum. Has enim species esse est necesse, non de subiecto. Erunt enim secundum participationem. Ex his itaque rationibus patet unum & idem, non secundum accidens esse ipsum unumquodque, & quodquideratesse. Et quod scire unumquodque horum, est quodquideratesse scire. Quare secundum expositionem necesse est, unum esse aliquod ambo.

Concludit Philosophus conclusionem principaliter intentam dicens, quod ex quo per diuersitatẽ & separationem eius quodquideratesse à rebus, sequitur quod res nec sunt scitæ, nec entes, quod est inconueniens ʒ necesse est igitur esse unum benignum, & hoc quod est benigno esse,) idest quodquidest benigni, ʒ & bonum, & bono esse, ʒ idest quodquidest boni. Et ponit hæc duo, ut benignum ptineat ad bona particularia, quæ Plantonici dicebant bona per participationem, bonum autem ad ipsam ideam boni. Et similiter est de omnibus aliis, quæ dicuntur per se & primo, & non per aliud siue per accidens, quia in illis est alia ratio, ut dictũ est. Ad hoc enim quod res sint scitæ, & ꝙ sint entes, hoc est sufficiens, scilicet quodquiderat rei sit idem cum re (si extiterit,) idest si fuerit uerum, quamuis non sint species ideales, quas Platonici ponebant, licet non propter aliud ponerent Platonici species, nisi ut per eas possit haberi scientia de istis sensibilibus, ut per earum participationem essent. Sed forsan magis est sufficiens ad prædictam positionem, quod quodquidestesse rei sit idem cum re quã ipse species, etiam si uerum sit quod sint species, quia species sunt separatæ à rebus. Magis autem aliquid cognoscitur & habet esse per id, quod est sibi coniunctum & idem, quàm per id quod est ab eo separatum. Ex hoc autem Philosophus dat intelligere destructiones specierum. Si enim species non ponuntur nisi propter scientiam rerum, & esse earum, & ad hoc sufficit alia positio, etiam hoc nõ posito & eo posito magis quàm hoc, sequitur quod uanum sit ponere species. Similiter ad idem ostendendum, scilicet quod non sunt species, palam est, quia si sunt ideæ quales Platonici eas esse dicebant, sequetur quod id, quod est subiectum, scilicet quod hæc res sensibilis non sit substantia. Ponebant enim Platonici, quod necesse est ideas esse substantias, & non esse de aliquo subiecto. Proprium enim est substantiæ in subiecto non esse. Sed si ista subiecta, idest, si ista sensibilia sint substantiæ, oportet quod sint secundum participationem illarum specierum, & ita illæ species erunt de subiecto. Ex his itaque rationibus manifestum est, quod unũ est & idem non secundum accidens, unumquodque & quodquideratesse eius. Et similiter in sciendo, idẽ est scire unumquodque, & scire quidest eius. Quare secundum expositionem prout unum esse dicuntur quæ sunt unum in essendo & in sciendo, necesse est ambo, scilicet rem & quodquideratesse eius esse unũ aliquid.

Species Platonicæ destruuntur.

Deinde cum dicit.

BESS.

Quod autem secundum accidens dicitur, ut musicum, aut album, propterea quod duplex significat, non est uerum dicere quod idem sit, quod quid erat esse, & ipsum, etenim, cui accidit album, & accidens. quare quodam modo quidem est, quodam modo uero non est idem, quod quid erat esse & ipsum. homini namque, & albo homini, non est idem, passione uero idem.

ANT. par. 7.

Secundum accidens uero dictum ut musicum aut album, propter dupliciter significare, non est uerum dicere, quia idem quodquideratesse & ipsum. Et. n. cui accidit album, & accidẽs. Quare est quidem ut idem, est autem

tem

tem ut non idem quod quiderateſſe & ipſum. Nam homini & albo homini non idem, paſsioni autem idem.

In his quæ dũr ſecũdũ accidens nõ eſt idē qđ-quideſt, & id cuius eſt

Manifeſtat ſolutionem poſitam quantum ad ea, quæ dicuntur ſecundum accidēs dicens, quod in his, quę dicuntur ſecundum accidens non eſt uerum dicere, quod ſit idem quodquiderateſſe, & ipſũ cuius eſt quodquiderateſſe. Et hoc propter duplex ſignificare. Cum enim dicitur homo albus, ex parte ſubiecti poteſt aliquid attribui ei ratione ſubiecti, uel accidentis rõne. Si ergo diceremus, quodquideſt albi hoīs ſit idē hoī albo, duo poſſunt ſignificare, ſ. quod ſit idē homini, uel quod ſit idem albo. Et hoc eſt quod dicit. Etenim poteſt ſignificari ſubiectum) cui accidit album, & accidens.) Quare patet, quod quodammodo eſt idem quodquideſt albi hominis cum homine albo, & quodammodo non idem homini, nec etiam albo homini reſpectu ſubiecti, ſed tamen eſt idem (ipſi paſsioni,) idelt albo. Idem enim eſt quodquiderat albo & album. Licet non poſsit dici quod ſit idem cũ homine albo, ne intelligatur eſſe idem cũ ſubiecto.

Deinde cum dicit.

BESS. *Abſurdum autem apparet, & ſi quis unicuique ipſorum quid erateſſe nomen impoũat. erat nanque etiam præter illud, aliud quodquiderateſſe equo. At uero quid prohibet nunc quoque eſſe ueſtigio quædam quid erat eſſe ſi ſubſtãtia quidem eſt, quod quid erat eſſe? enimuero non ſolum unum, ſed ratio etiam eorum eadem, ut ex dictis patet. non enim ſecundum accidens unum uni eſſe, & ipſum unum.*

ANT. Par. 8. *Abſurdum uero apparebit, & ſi quis unicuique nomen impoſuerit ipſorum quodquiderateſſe. Erit enim & præter illud aliud et quodquiderateſſe, ut equo ipſi, quodquiderateſſe equo alterum. Et quid prohibet nunc eſſe ſtatim quodquiderateſſe, ſiquidem ſubſtãtia eſt quodquiderateſſe? At uero non ſolum unum, ſed eſt ratio eadem ipſorum, ſicut palam eſt ex dictis. Non enim ſecundum accidens unum, quod uni eſſe & unum.*

Dictõ & diffinitũ ſunt unũ, non re ipſa, ſed etiā ratione.

Oſtendit, quod contrarium dictæ ſolutionis eſt abſurdum. Quod quidem neceſſarium fuit propter hoc, quod ſuperius probauit ſolutionem poſitam eſſe ueram ſuppoſitis ſpeciebus, quas poſtmodum deſtruxerat. Vnde neceſſariũ fuit, ut reiteraret probationem probans ex parte eius quod quid erat eſſe, quod ſupra probauerat ex parte ſpecierum. Et circa hoc ponit duas rationes. Circa quarum primam dicit, quod dicere aliud eſſe quodquiderateſſe rei, & rem ipſam, apparebit abſurdum ſiquis unicuique eorum quod quiderateſſe impoſuerit nomen. Tunc enim eadem ratione, & ipſum, & quodquiderateſſe erit aliudquod quiderateſſe. Verbi gratia. Equus eſt quædam res habens quodquiderateſſe equo. Quod quidem ſi ſit alia res ab equo, habeat hæc res quoddam nomen, & nocetur A: A ergo, cum ſit quędam res, habebit quodquiderateſſe, alterum à ſe, ſicut equus, & ita huic, qđ eſt equo eſſe erit aliud quodquiderateſſe, quod patet eſſe abſurdum. Procedit autem hæc ratio eodem modo circa quodquideſt, ſicut prius ratio proceſſerat circa qđquideſt, ſicut prius ratio proceſſerat circa ideas. Et ſi ſiquis dicat quodquideſſe quidditatis equi, eſt ipſa ſubſtantia, quæ eſt quidditas equi, quod prohibet ſtatim à principio dicere, quod quædam ſunt ſuũ quod quiderateſſe, q.d. nihil. Sed ſciẽdum, ꝙ non ſolum res & quodquiderateſſe eius ſunt unum quocunque modo, ſed etiam ſunt unum ſecundum rationem, ut ex dictis poteſt eſſe manifeſtum. Non. n. eſt unum ſecundum accidens unum & quodquiderat eſſe uni, ſed eſt unum per ſe, & ita ſunt ſecundum rationem unum. Secundam rationem ponit ibi.

BESS. *Item, ſi aliud erit, in infinitum procedet. Etenim hoc quidem erit quid erat eſſe, illud uero unum. Quare de illis quoque eadem ratio erit. Quod igitur de primis, & quæ per ſe dicuntur, unicuique eſſe & unũquodque idē, & unum eſt, patet.*

ANT. Par. 9. *Amplius ſi aliud erit, in infinitum ſiunt. hoc quidem quod quiderateſſe uni, illud uero unum. Quare et in illis erit eadem ratio. Quod quidem igitur in primis & ſecundum ſe dictis, vnicuique eſſe, & vnumquodque, idem & vnum, palam.*

Quę talis eſt. Si aliud eſt quodquiderateſſe rei & res, hoc procedet in infinitum. Oportet enim dicere quod ſint duæ res quarum altera ſit unum, & altera quodquiderateſſe uni. Et eadem ratione erit tertia res quæ eſt quodquiderateſſe ei, quod eſt quodquideſt ſe unius. & ſic in infinitum. Cum ergo non ſit procedere in infinitum, palam eſt quod unum & idem eſt in his, quæ dicuntur primo & per ſe, & non per accidens, unumquodque & id quod eſt unicuique eſſe.

Deinde cum dicit.

BESS. *Sophiſticæ autem ad hanc poſitionem redargutiones manifeſtum eſt, quod eadem ſolutione ſoluuntur, et ſi idē Socrates, et Socrati eſſe. nihil enim differt, nec ex quibus aliquis interrogauerit, nec ex quibus ſoluens obtinuerit. Quo igitur modo idem cuique eſt, quodquiderat eſſe, et quomodo non idem dictum eſt.*

ANT. Par. 10. *Sophiſtici autem elenchi ad opinionem hanc palam, quod eadem reſoluuntur ſolutione, et ſi idem Socra. et Socr. eſſe. Nihil enim differt, neque ex quibus interrogabit utique aliquis nec ex quibus ſoluens fuerit. Quo modo quidem igitur quodquiderat eſſe idem, et quomodo non idem vnicuique, dictum eſt.*

Dicit palam eſſe quod eadem ſolutione qua ſoluta eſt prima quæſtio, ſoluuntur ſophiſtici elenchi, qui faciunt ad hanc poſitionem, ad oſtendendum ſcilicet quod idem ſunt quodquiderateſſe rei & res. Vt cum quærunt ſophiſtæ, ſi eſt ide Soc. & Soc. eſſe. & oſtendunt, quod non, quia ſi idem eſt. Soc. & Socr. eſſe. Socra. autem eſt albus, ſequetur quod idem ſit album. & Socra. eſſe & c. Solutio patet ex præcedentibus. (Sic enim non differt, nec ex quibus interrogabit aliquis, ex quibus fuerit ſolu€s) idelt non differt ex quib. nec procedat aliquis argumentando, nec quibus quæſtionibus adapiet aliquis ſolutionem, dum modo ſit eadem radix ſolutionis. Patet igitur ex dictis, quando quodquiderateſſe uniuſcuiuſque eſt idem cum unoquoque, & quando non. Eſt enim idem in his quæ ſunt per ſe, non in his quæ ſunt per accidens. Sciendũ eſt etiam ad euidentiam eorum, quæ dicta ſunt, ꝙ quoquideſteſſe eſt, id quod diffinito ſignificat. unde, cum diffinitio prædicetur de diffinito, oportet quod quideſteſſe de diffinitio prædicari. Non igitur eſt qđquid eſteſſe hominis humanitas quæ de homine non prædicatur, ſed animal rationale mortale. humanitas enim non reſpondetur quærenti quid eſt homo, ſed animal rationale, & mortale. Sed tamen humanitas accipitur ut principium formale eius, quod eſt quodquiderateſſe, ſicut animalitas ſumitur ut principium generis, & non genus rationalitas ut principiũ differentiæ, & non ut differentia. Humanitas autem pro tanto non eſt omnino idem cũ homine, quia importat tantũ principia eſſentialia hominis, & excluſionem omnium accidentium. Eſt enim humanitas, qua homo eſt homo, nullum aũt accidentium hominis eſt, quo homo ſit homo. unde omnia accidentia hominis excluduntur, à ſignificatione humanitatis. Hoc autem, ipſum quod eſt homo, eſt quod habet principia eſſentialia, & cui poſſunt accidentia ineſſe.

Abſtractũ & concretum nõ ſunt penitus idem in creaturis

Vnde

Vnde licet in significatione hominis nō includantur accidentia eius, tamen homo significat aliquid separatum ab accidentibus, & ideo homo significat ut totum, humanitas significat ut pars. Si autem est aliqua res, in qua non sit aliquod accidens, ibi necesse est, quod nihil differat abstractum à concreto. Quod maxime patet in Deo.

LECTIO VI.

Ad destruendum ideas positas propter generationem, præmittitur eorum quæ fiunt, quædā à natura, quædam ab arte, non nulla a casu fieri, & omnia demum ab aliquo & aliquid fieri manifestatur.

BESS. Tex. 22. Eorum quę fiūt alia natura, alia arte.

ANT. tex. c. 22. p. 1

E*orum autem quæ fiunt, quædam natura, quædam arte, quędam à casu fiunt.*

Eorum autem quæ fiunt, hęc quidem natura fiunt, hęc autem arte, alia autem automato.

Trib. rationibus finait Plat. ideas.

Postquam Philosophus ostendit quid est, quod quid erat esse, & quorum est, & quod non est aliud ab eo, cuius est, hic intendit ostendere, quod quidditates & formæ existentes in istis sensibilibus non generantur ab aliquibus formis extra materiam existētibus, sed à formis, quæ sunt in materia. Et hic erit unus modorum, quo destruitur positio Pla. ponentis species separatas, quas ponebat esse necessarias ad hoc, quod per eas scientiam de istis rebus sensibilibus haberetur, & ad hoc, quod corū participatione res sensibiles existerent, & ad hoc, quòd essent principia generationis rerum sensibilium. Ostendit autem iam in præcedenti capitulo, quod species separatæ non sunt necessariæ ad scientiam rerum sensibilium, nec ad esse earum, cum ad hoc sufficiat, quod quid est rei sensibilis in re sensibili existens, & idem ei. Vnde restat ostendere, quod species separatæ non sunt necessariæ ad generationē sensibilium, quod intendit in hoc capitulo. Diuiditur ergo in partes duas. In prima præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad propositum ostendendum. In secunda ostendit propositum, ibi (Quoniam uero ab aliquo fit quod fit) Circa primum duo facit. Primo ponit quasdam diuisiones circa rerum generationē. Secundo manifestat eas, ibi (Et generationes autem naturales.) Ponit autem duas diuisiones, quarum prima accipitur penes ea quæ generantur, & modum generationis. Secunda penes ea quę ad generationē requiruntur, & hanc ponit ibi (Omnia uero quæ fiunt.) Dicit ergo primo, quod eorum, quæ fiunt, quædam fiunt, à natura, quædam ab arte, & quædam à casu (siue automato, idest per se uano. Cuius diuisionis ratio est, quia causa generationis, aut est causa per se, aut est causa per accidens. Si enim est causa per se, uel est principium motus in eo in quo est, & sic est natura, uel est extra ipsum, & sic est ars. Natura enim est principiū motus, in eo in quo est. Ars uero non est in artificiato quod fit per artem, sed in alio. Si uero est causa per accidens, sic est casus & fortuna. Fortuna quidem in his quæ agū tur ab intellectu. Casus aūt etiam in aliis. Vtrunque vero (sub automato,) idest sub per se uano comprenditur, quia uanum est quod est ordinatum ad finem, & non attingit illum. Et tam casus quam fortuna inuenitur in his, quæ fiunt propter aliquid, cum accidit aliquid preter id quod intē debatur ab aliqua causa per se determinata. Vnde & per se dicitur, inquantum causam determinatam habet, & uanum, inquantum præter intentionem accidit. Deinde cum dicit.

Lect. seq. par. 1. Par. 3.

Par. seq. Res tripliciter fiunt.

DEFENSIO XIII.

Diuisio hic ab Arist. inducta, & a D. S. exposita, & sufficiens probata, quam irrationabilis, & insufficiens fuerit quæ ab Anto. inducitur, multis argumentis ostenditur.

HOc in loco Ant. an. improbat unam sufficientiam S. Tho. primę diuisionis ab Arist. positā, ubi dicit Aristote. (Eorum, quæ fiunt, quædam fiunt à natura, quædam ab arte, quędam uero à casu.) Hac igitur diuisione proposita Anton. an. sic subsequitur, Notandum, quod sufficienria huius diuisionis sic asfignatur à quodam expositore. Quia causa generationis uel est causa per se uel causa per accidens. Si est causa per se, primum principium motus uel est in eo in quo est, & sic est natura, vel extra ipsum, & sic est ars, quia ars non est in ædificato quod fit, sed in ædificante: si autem est causa per accidens, sic est casus & fortuna quæ ambo hic sub casu comprehendit. Sed contra quia vel iste expositor intendit assignare hanc sufficientiam penes causam effectiuam generationis, vel penes passiuam. Si penes effectiuam, ergo male dicit, quod si illa causa quæ est principium motus & generationis sit in re, sic est natura. Nam illud principium motus & quietis natura lis quod est in re, & à quo dicitur generatio naturalis non competit principio actiuo, sed passiuo, vt ostensum est in 5. huius. Si autem penes causam passiuam, ergo male dicit quod si illa causa & principium sit extra rem quæ generatur sic est ars. Nam ars ad causam efficientem pertinet ex quinto huius. ca. de causa. Et ideo non uidetur loqui vniformiter de causa. Aliter ergo dici potest, quod sufficientia sumitur penes causam effectiuā. nā causa generationis vel est p se, uel p accidens: si per accidens, sic est casus & fortuna, si per se, vel agit de necessitate, vel à proposito, si primo modo, sic est natura, si secundo modo, sic est ars. Ad hos duos modos agendi reducitur omne agens per se ex. 2. phy. Hæc ille formaliter. In hac autem controuersia quatuor faciam. Primo ostendam sufficientiam S. Tho. esse bonam, non autem illam quam affert Anton. an. Secundo specialiter probabo quod illa Ant. an sit insufficiens immo totaliter deficiens. Tertio quod sufficientia S. Tho. est conformis literæ, & ad intentionem Phi. non autem sufficientia Ant. an. Quarto vero & vltimo, satisfaciam motiuo. Ant. an. contra S. Tho. in suum illud auctorem retorquendo, & in suā insufficientiam. Quantum ad primum probatur propositum præsupponendo primo ad robur præsentis doctrinę S. Tho. & per me dicendorum in hac desensione, quod Aris. 12. huius t. c. 13. ponit hanc eandem diuisionem sub eodem sensu quo hic eam approbat S. Thom. Dicit. n. ibi Philosophis quod omnia quæ fiunt aut fiunt à natura aut ab arte aut à fortuna aut à casu. Et post immediate ostendit in quo differant natura ab arte dicens. Ars igitur principium est in alio. Natura autem principium in ipso. Reliquæ vero causæ, scilicet fortuna & casus sunt horum priuationes. Vbi manifeste patet quod uult Philosophus generationes distingui quod vnius principium est natura, alterius ars, alterius vero fortuna vel casus, vt hic in sua sufficientia asserit S. Tho. Præsupponitur secundo, quod hæc diuisio non est diuisio generis in species sed in modos. Hoc patet tam ex verbis philosophi in tota serie textus, vt infra tertio loco dicetur quàm ex dictis S. Tho. qui in vltima partitione textus antequam diuisionem literæ & sufficientiam eius proponat, dicit quod Philosophus primo ponit quasdam diuisiones circa rerum generationes, quarum prima accipitur penes ea quæ generantur & modum generationis Hæc ille. Patet & hoc idem, quia species generationis sumuntur ex terminis, vt diuersa sit generatio substātialis, animatorum, inanimatorum, & sic de aliis speciebus eius, siue subalternis, siue specialissimis, quia formalis terminus primæ est substantialis, secundæ uero accidentalis, & sic suo modo dicendū est de aliis. Esse aūt naturale vel nō naturale &c. sunt modi generationis

Quęcunque fiunt aut à natura, aut a fortuna, aut a casu fiunt.

rônis ex principijs, & non ex terminis condistincti, vt patet hic de vtriusq;. Cōpetunt etiã hi duo modi, s.naturale & artificiale vni speciei gñationis, s.gñationi accidentali, & altereorum, s.naturale, ambabus, s. & substantiali & accidētali. Vnde patet q̃ neuter eorum potest esse generationis species. Neque enim oppositæ species superiores possunt de aliqua vna inferiori prædicari puta corpus animatum & corpus inanimatum de homine. Erunt ergo modi generationis & non species eius. Si ergo debeat reddi sufficientia generationis secundum istos modos, oportet, q̃ inuestigetur propria & prima ratio prędictorum modorum generationis, seu ratio generationis sub istis modis, & non sub ratione alicuius speciei eius. His præsuppositis sic arguitur ad primum intentum: Illud, quod est per se primo principium, quod aliqua generatio sit naturalis, vel artificialis, vel a casu, est ēt per se primo principium distinctionis eius ab alia condistincta, puta naturalis ab artificiali, si sit per se primo principium naturalis, sic sit per se primo principium artificialis, & sic suo modo dico de generatione a casu respectu aliarum. Sed per se primo gñatio aliqua est naturalis, quia est à natura, & artificialis, quia ab arte, & casualis, q̃a à fortuna, uel à casu, ergo per hæc per se primo adinuicem etiam distinguuntur. Sed bona sufficientia alicuius diuisionis datur per proprias rationes & per ea quæ sunt per se principia talis diuisionis. Hoc.n. importat nomen sufficientiæ, ergo sufficientia huius diuisionis data per prædicta principia qualis est sufficientia data à San. Tho. bona est ac perfecta, non autem sufficientia data ab Ant.an. non per ista per se primo diuisionis huius principia. Maior huius rationis probatur. Tum ex veris, tum ad hominem. Ex veris quidem quia secundum Philosophum 7. Met. forma quæ facit esse actu tale, diuidit, & etiam separat illud ab omni alio ente actu, sed non tali, ergo formalis ratio, & per se primo principium, quo gño est naturalis &c. erit etiam formalis ratio distinguendi eam ab artificiali, & econuerso &c. Ad hominē autem, quia Sco. quem in hoc etiam sequuntur omnes Scotistæ, habet primo.d. 1. q.2. hanc pro maxima, q̃ quocunque aliquid primo constituitur in esse, per idem distinguitur à quocunque secundum tale esse distinguitur. Similiter in quarto dist.43.q. quarta, dicit q̃ illa est per se causa, qua posita & omni alio circunscripto sequitur effectus. Ex his euidenter sequitur maior nostra, licet non sequatur illud, ad quod primum illud dictum a Scoto inducitur, ut uidelicet per filiationem distinguatur filius personaliter à spiritu sancto, ut patet per Capreolum in.1.dist. primi, & per omnes alios Thomistas de hoc loquentes. Minor uero rationis illius patet, tum ex dictis Antu.and. qui etiam hic dicit, quod generatio ex hoc est, & dicitur naturalis, quia est à natura, quæ est intrinsecum principium motus & quietis, licet nolit ullum tale principium esse actiuum, & male, ut dicetur: tum ratione, quia de rône naturæ est, q̃ sit principiũ motus naturalis, ut patet per diffonē naturæ. ergo ex hoc primo motus, & per consequens generatio est naturalis, quia à natura. Item natura est causa p se primo huius vt sic, eo quòd sibi cōpetat ex sua diffinitione, sequitur quod de ratione etiam huius effectus sit, quod sit naturalis per se primo, quia est à natura. Causa enim propria & præcisa, respondet proprio & per se primo effectui, & econuerso. Et confirmatur primo per Arist. tam hic quàm in principio 2. phys. vbi ponit eādem diuisionem licet non sic explicite ponat omnia eius membra. Dicit.n. quòd ea quę sunt a natura, i. entia naturalia distinguuntur a nō naturalibus, quia illa habent in se naturam non ista. Si ergo generatio non est naturalis, nisi quia habet aliquod principium ut etiam tu concedis, non erit nec dicetur primo naturalis, vt distinguitur contra Arist. nisi quia habet principium quod est natura. Confirmatur secundo quia idem est aliquid moueri secundum naturam, & illum motum esse naturalem, vt patet ex terminis. Sed ex hoc aliquid dicitur moueri secundum naturam quia talis motus est a natura, ergo etiam talis motus dicetur primo naturalis, quia est a natura. Patet minor huius per Arist.2.phys.tex.5. vbi dicit hoc quod est ignē ferri sursum, nō esse naturã, neque esse habere naturam, sed esse secundum naturam, quod est esse a natura. Hæc ibi. Ex ijs omnibus sequitur quòd sufficientia Ant.an. bona non est, quia vnius rei non est nisi vna propria causa essendi, ac distinctionis, & per consequens vna sola & præcisa ratio diuisionis aliquorum adinuicem. Vnde si ratio S.Th. est bona, sequitur quòd ratio & sufficientia Anto.an. quæ est diuersa ab illa sancti Th. bona non sit. Et ex eadem probatione hoc ipsum infertur aperte p oppositum, quo probatum est ea quæ a sancto Thodatur, esse propriam, vt & pueri deducere possunt, quia sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis, vt dicitur 1. poster. Specialiter tamē quod erat secundo propositum hoc ipsum, sufficientiam inquam Anto.an. esse deficientem, sic probatur. Illa non est per se ratio distinctionis aliquorum adinnicem, qua posita vel remota, non ponitur vel remouetur talis distinctio. sed talis est ratio distinctionis prædictorum ab Anr.an. assignata, ergo non est per se ratio distinctionis ipsorum. Cum ergo aliquorum sufficientia, reddat per se primo rationem eorum, sequitur quòd id, quod assumitur ab Ant.andr. non sit sufficientia. Maior rationis ex hoc patet expresse, quia de ratione causæ per se & proprie sit, quòd ea posita ponatur affectus, & ea remota remoueatur. Causæ.n. singulares, i. per se & proprię simul sunt & non sunt cum suis effectib. 5.met.t.c.2. Et multo magis, ex ratione causæ, quę non solum est per se sed & primo cã talis effectus. Minor aũt sic probatur. Pôt esse vel saltem intelligi esse aliquod agens a proposito, cuius tñ per se effectus erit naturalis, & aliquod agens a natura, cuius effectus erit artificialis, ergo &c. Primũ probatur. Si.n. per possibile vel impossibile sol esset agens per intellectum, quod esset si corpora cœlestia essent afata aĩa intellectiua ut multi de mente Philosophi tenent, & ēt absolute a quibusdã theologis creditur, licet falsum sit, & nihilominus sol produceret effectũ in inferiorib. puta ranam eisdem medijs quib. nũc ex necessitate producit, ille talis effectus ita esset naturalis sicut & nunc, & consequenter eius generatio esset naturalis, et tamen principium eius actiuum non esset agens de necessitate naturæ, sed a proposito, ergo &c. Vel idem faciat Deus supplens virtutē cauię secundæ actiuæ puta cœli, quod pôt, ut & tu non negabis, licet aliqui Philosophi, sed male, id non credãt, producat inquam talē effectum mediante principio naturali intrinseco alio, loco seminis, & ministerio qualitatum actiuarum et passiuarũ, tũc talis effectus esset naturalis, & generatio eius naturalis puta generatio fructus prędicto mō in arbore, et tñ principiũ eius actiuũ non esset agens de necessitate naturæ, ergo rô talis naturalitatis in generatione nō est habere taliter agēs, sed aliqua alia magis propria, quam S.Th. et Phil. et diximus assignarunt Per oppositum patet &m. Nam si Deus ageret de necessitate naturæ, adhuc effectus eius posset esse artificialis, ergo sic agere non est, vt sic per se prima causa et propria, quòd aliquis effectus sit naturalis, et consequenter quòd per hoc distinguatur ab artificiali. Probat assumptum, quia omnem effectum, quem pôt artifex imperfectior producere potest & perfectior tam pe-

ritia

ritia artis, quàm uirtute agendi. Cum ergo Deus etiā si ageret de necessitate naturę intellectus & uoluntatis, adhuc esse artifex, quia agens der intellectum, & esset etiam nobilior quocunque artifice inferiori tā quo ad potentiā & efficaciam agendi quàm quo ad sapientiam, ideo posset ex consequenti facere omnem effectum artificialem quem posset & quicunque inferior artifex. Et confirmat. nā ꝗ hoc, qꝺ ageret de necessitate naturæ, non sibi adimeret quin posset & sciret uti eisdem artificialib. instris qb. pōt & sic artifex producere illū effectū ergo &c. Nec infrigit, ꝓpositū dicere, ꝙ si Deus ageret de necessitate naturę, nō posset non agere medijs causis secundis, ut & quidā Philosophorum putant usque hodie in ꝓductione naturalium. Non ualet inquam hoc contra propositum, quia licet forte id curreret ubi ad effectus determinatos requiruntur etiam determinatę causę per se & essentialiter ordinatę, sicut sunt effectus naturales & naturalium causarum ordine procedentes, secus ubi effectus non habet causam determinatam, sicut est effectus artificialis, qui potest ab hoc particulari & ab alio superiori & uniuersali artifice idem numero fieri per idem uel per aliud instrumentum, ad hunc sensum quòd artifex inferior non est sic causa determinata ad hunc effectū, quin idē numero posset ab alio qui superior artifex est & ī cuius uirtute omnes inferiores artifices operantur, per se fieri ꝑ eadem instrumenta uel sine. Quod etiam si (tametsi uerissimum sit) sit tamen durum alienibus uideatur, aut non facile apprehendatur, saltem hoc sequitur, quòd talis effectus erit à Deo agēte per casum de necessitate naturę, tanquā à cooperante ipsi particulari & determinato artifici, & sic agere de necessitate naturę, non esset ratio ꝙ aliquis effectus non esset artificialis. Sed forte tunc dicet ꝙ in tali casu, ab agente proximo talis effectus diceretur artificialis, nō à remoto qualis esset Deus, eo ꝙ in suis naturis & conditionalib. effectus assimilatur causis proximis non remotis. Quod ēt vr, quia multi effectus sunt contingentes ex conditione causarū proximarū, quæ sunt contingentes, quamuis Deus à quo ēt sunt vt a ꝑcā nō sit contingens. Sed rn̄. ꝙ nec id quod adducitur quicquam ualet, nec est simile quod in probatione affertur pro simili. Primum patet. Nam causa prima magis influit quàm secunda. Si ergo in cā prima est conditio ſm quam oporteat sequi effectū naturalē per se, I. agere de necessitate naturæ, in cā autē proxima est conditio ſm quā effectus debeat esse non naturalis, magis sequetur ipse effectus impetū causæ primæ, vtpote fortioris, ꝗ̄ secundæ causæ conditionē. Secundum ēt patet, I. non esse simile quod adducitur de contingentia rerum. Nam Deus ēt cooperatur cāę proximæ ad contingentiam. Imo tota & prima radix contingentiæ rerum est diuina uoluntas, vt & S. Doct. probat in primo. d. 38. Non cooperaretur aūt ad artificialitatem si hēret in se conditionē in agendo, quæ artificialitati repugnaret, quod esset, si ageret de necessitate naturæ, & hæc esset conditio ex qua primo haberet effectus eius naturalitatem, vt ponis. Forte adhuc dicetur, ꝙ cum sit impossibile Deum agere de necessitate naturę, & similiter solem agere per intellectum nimirū si ex vtroque sequantur impossibilia. Sed hęc cuasio nulla est, quia si illa esset præcisa & prima causa, in quocunque siue per possibile siue per impossibile poneretur, necessario deberet ab ea seq ille effectus, vt quia animal rationale est pręcisa & prima causa hominis, vel etiam risibilis, in quocunque poneretur, ēt si poneretur per impossibile in asino, sequeretur necessario ꝙ asinus esset homo & risibilis. In talib. enim inuenitur & sufficit necessitas consequentię quamuis tam antecedens, ꝗ̄ consequens sint impossibilia. Cum ergo in proposito id non currat, quia vt probauimus, stat per casum, ꝙ cā sit agens non de necessitate naturæ, & effectus sit naturalis, & ꝙ causa non sit agens nō de necessitate, & tn̄ sit effectus artificialis, ergo ille nō sunt per se & proprie ac primo causæ taliū effectuum. Non ergo per illas rationes, datas ab An. an. horum effectuum distinctionis sufficientia bona est. Licet autem potentia rationalis à non rationali in hoc ēt differat, ꝙ secunda agit de necessitate naturæ & non prima, vt hr̄ ēt a Philos. 9. huius. t. c. 10. non tn̄ hæc est prima rō distinctionis earum, vt ab ea sumi dēat sufficiētia causarum, quæ ex prima & propria ratione sumēda est, sed illa potius, ꝗ hic ex Phil. a S. Th. inducta est, vt probauimus. Illius. n. primum principium est rō, huius vero natura. Quantum ad tertium patet manifeste sufficientiam datam a S. Th. non solum esse conformem literæ vel ad mentem Phi. verum ēt ꝙ ipse eā Pphil. in litera expresse assignauerit. Declarādo. n. quę sint generationes naturales, & quæ artificiales, & quæ casuales, oportet dicere, ꝙ reddat rationem propriā distinctionis earum abinuicē. Vnumquodque. n. per suum quod quid est distinguitur ab eo quod non est tale. Vnde & formale in ipso quodquidest vocat dn̄a, eo ꝙ ab oī alio primo differre facit. Sed Ari. in eo. tex. dicit generationem illam esse naturalē, quæ est ex natura, quod est dictū, cuius principium est natura, qꝺ ēt tu ipsa veritate coactus exponendo fateris. Factionē aūt, quæ terminatur ad effectus artificiales, dicit esse illam, quæ est ab arte, & per hoc est alia a naturali, vt innuitur in textu, in ly, aliæ, ut & tu ēt asseris exponendo. Ipsum aūt fieri præter hæc, ex hoc est, ꝙ a casu est vel a fortuna, vt nobiscum & ipse consentis, ergo generatio naturalis distinguitur ab artificiali per hoc ꝙ ipsa est primo à natura, & illa ab arte, vt à principio suo proprio &c. & per sua hæc principia vtraque distinguitur a per se vano. Et sic patet ꝙ sufficientia S. Th. est expressa a sn̄ia Philosophi. Sufficiētia vero Anto. an. est ab intentione Aris. huc totaliter aliena. Quo ad quartum soluenda est obiectio eius, imo contra illum est retorquenda sic. Sicut enim effectuum vniformium, debent esse vniformes & vnius generis causæ, ita difformium effectuum, difformes etiā causæ sunt, eo ꝙ causæ suis effectib. sunt proportionatæ. Cū ergo esse naturale, artificiale, & à casu, sint rationes in effectib. valde difformes, in ratione modorum ipsorū effectuum, sequitur ꝙ eorum debeant rōnes propriæ assignari difformes, ergo non pertinentes ad cām actiuam tm̄, uel passiuā tm̄, sed ad vtranque, non tn̄ vt sic, sed vt eis competit conditio, naturale vel artis. Neq; enim oīs natura hēt rōnem causæ actiuæ, cum & materia natura dicatur, tametsi ab hac sola, generatio ipsa non dicatur, aut sit naturalis, sed qn̄ vltra hoc, est in eo qꝺ generatur, aliquid principium generationis vel actiuū vt semē, aut aliquid loco seminis in generatione animatorum, vel passiuum, vt sunt naturales dispositiones quib. materia disponitur ad expulsionem formæ corrumpendæ, & introductionē generandæ, quæ ideo hn̄t rationem principij passiui, quia se tenent ex parte materię, vtpote quib. materia redditur idonea ad formę introducendę susceptionem. Sicut patet in omni generatione inanimatorum, siue sint corpora mixta siue simplicia, licet vt sunt instrumenta generātis, possint aliquo mō dici principia actiua, sed ut quibus. Cum ergo Anto. an. in sua sufficientia, effectibus difformibus causas difformes non assignauerit, sed voluerit, omnes in uno genere causę conuenire, in genere, inquā causæ efficientis, patet ꝙ tam ueritatem oppugnando quàm falsitatem determinando defecerit. Item motiuum prędictum est defectiuū etiam, quo ad modum arguendi. Res enim naturales non solum quo ad suas essentias & existentias habēt quatuor cās, sed etiā inquantum naturales sunt. De causa. n. actiu.

apud te etiam, non est dubium. De causa vero materiali & formali patet per Philosophum in 2. phys. diuidenté naturam in hæc. Res autem dicitur naturalis in habendo naturam. De causa etiam finali pater, tum quia eundem effectum respicit finis, quem & efficiens, cum hoc non agat nisi ex intentione finis, seu vt motum ad finem, tum etiam quia finis & forma coincidunt. 2. phys. t. co. 70. & 5. metap. c. de causa, tum iterum quia natura omnis agit propter finem. 2. physic. Res etiam artificialis procedit ex quatuor causis, imo ibi omnes causæ euidentius apparent. Cuius gratia semper Arist. cum prædicta genera causarum declarare intendit, inducit exempla in artificialibus, quia in his prædicta causarum distinctio & natura, clarius innotescit, imo ad sensum. Motiuum igitur exclusiuũ pluralitatis causarum ad hoc q esse generationem naturalem, vel artificialem, vel in hoc distingui eas ab inuicem, si non sit diminutum, sed sit sufficiens, debet procedere per exclusionem multitudinis omniũ causarum, quæ ad talem naturalitatem vel artificialitatem per se necessario, & quælibet in suo gradu ex æquo cócurrunt, & per sufficientem aliarum omnium exclusionem, vnitatem causæ effectiuæ cócludere seu ad vnitatem eius talem effectum eius deducere. Debuit ergo tua obiectio ex exclusione multitudinis, cárum motiuum sumens sic procedere & dicere: Aut iste expositor intendit assignare hanc sufficientiá penes causam effectiuam generationis, vel penes causam passiuam, quæ s. materialis est vel penes finalem, vel penes formalem, si penes actiuam, ergo non penes illud, quod est in re, quia causa actiua est causa extrinseca, si penes passiuam, ergo nec artificiale distinguetur penes hoc, quod est esse ab arte, quia hoc est principium extra rem, passiuum aũt motus principium est in re. si penes formalem, tunc licet ars sit forma exemplaris, non tamen est in re, & causalitas exemplaris magis se tenet ex parte actiui principij quàm formalis, cum vt sic non informet, sed sit forma, ad quam respiciens agens agit. Si penes finalem, ergo cum etiam sit extrinseca, tam secundum esse quàm secúdum intentioné, quia sic est in agéte quod est extrinsecum, sequitur q non est principium quod est in re. Cũ ergo tua obiectio non sic processerit vt motiuum illud requirebat, patet q tam quo ad materiam quàm quo ad arguẽdi modum vana fuerit. Est adhuc in hac oppugnatione Ant. an. attendendum aliud falsum, quod assumit contra S. Th. videlicet q principiũ motus positum in diffinitione naturæ, non est principium actiuum sed passiuum. Et dicit se hoc probasse in quinto. Licet autem ibi nulla a Mauritio vel Ant. an. de S. Th. vel Thomistis mentio fiat, & ob hoc iuxta intentionem suscepti operis mihi tacendum foret: Horum tamen verborũ quę hic ponuntur occasione, quib. nedum expressum est id esse contra S. Th. verum etiam idipsum contra eum asseritur esse probatum, propriam defensionem edidi loco suo. Ad quam defensionem quæ in ordine quarta est nunc remitto. Et ideo circa præsentem defensionem tanta sint dicta.

BESS. *Oĩa uero, quæ fiunt, & ab aliquo, & ex aliquo, ac aliquid fiunt. Aliquid uero dico, secundum quodque prædicamentum, aut enim hoc, aut quantũ, aut quale, aut ubi.*

ANT. par. 2 *Oĩa uero, quæ fiunt ab aliquo fiut, & ex aliquo, & aliquid. Hoc autem dico secundum quamlibet catęgoriam. Aut enim hoc, aut quantum, aut quale, aut quando.*

Requisita ad gñonem sunt tria.

Ponit secundam diuisionem, quæ sumitur penes ea, quæ ad generationem requiruntur. Omnia enim quæ fiunt, fiunt ab aliquo agente, & ex aliquo, sicut ex materia, & iterum fiunt aliquid, quod est terminus generationis. Et, quia supra dixerat quod hoc aliquid proprie est in substantijs, ideo hic docet generalius esse sumendum, ut per aliquid intelligatur quodlibet prædicamentum, in quo potest esse generatio simpliciter, uel secundum quid, per se, uel per accidens. Hoc. n. quod dixit aliquid, uel significat (hoc, s idest substantiam, aut quantum, aut quale, aut quando, uel aliquod aliud prædicamentum. Et huius diuisionis ratio est, quia in omni generatione fit aliquid actu, quod prius erat in potentia. Nihil autem potest dici potẽtia in actũ ꝓcedere, nisi ꝑ aliquod ens actu, quod est agens, à quo fit generatio, potẽtia uero ꝑtinet ad materiá, ex qua aliquid generatur, actus uero ad id, quod generatur. Deinde cum dicit.

BESS. *Generationes uero naturales quidem hæ eorum sunt, quorum generatio ex natura est.*

ANT. par. 5. *Et generationes naturales quidem hæ sunt; quarum generatio ex natura est.*

Generatio naturalis quæ.

Manifestat q hæc tria inueniantur in tribus modis generationis, & circa hoc duo facit. Primo manifestat propositum. Secundo inducit conclusionem principaliter intentam, ibi (Quare sicut dicitur.) Circa primũ tria facit. Primo ostendit hoc in generatione naturali, secundo & in generatione quæ fit secundum artem, ibi (Generationes uero aliæ.) Tertio in generationib. quę fiunt à casu, ibi (Si uero à casu.) Circa primum quatuor facit. Primo manifestat quæ generationes sint naturales dicens quód istæ generationes sunt naturales, quarum principium est natura, nõ autem ars, aut aliquis intellectus, sicut cum generatur ignis, aut plãta, aut aĩal ex uirtute naturali reb. indita.

BESS. *Ex quo autem fit, ea est, quam materiam dicimus, à quo uero quippiam eorum est, quæ natura sunt, ipsum autem aliquid vt homo aut planta, aut quicquam aliud similium, quæ maxime dicimus substantias esse.*

ANT. Par. 6. *Hoc autem ex quo fit, quam dicimus materiam. Hoc autem à quo eorum quæ natura aliquid sunt. Hoc autẽ aliquid ut homo, uel planta, aut aliud aliquid talium, quæ maxime dicimus substantias esse.*

Exemplificat in generationibus naturalibus tria præmissa dicens, quód in generatione naturali, hoc quidem est, ex quo fit quod generatur, quod dicitur materia. Hoc autem à quo generatur aliquid eorum quæ sunt secundum naturam, quod dicitur agens. Hoc uero est aliquid, scilicet quód generatur, ut homo, aut planta, aut aliquid talium, quæ maxime (dicimus substantias,) idest substantias particulares compositas, de quibus magis manifestum quod sint substantiæ, ut supra habitum est. Materia autem & forma, quæ est principium actionis in agente, non sunt substantiæ nisi inquantum sunt principia substantiæ compositę. Inter autem hæc tria, duo se habent ut generationis principia, scilicet materia & agens, tertium autem se habet ut generationis terminus, idest compositum quod generatur. Et quia natura est generationis principium, tam materia, quàm forma, quæ est principium generationis in agente, dicitur natura, ut patet 2. phy. Compositum aũt generatum, dicitur esse à natura uel secundum naturam.

tex. co. 7. tex. co. 12.

BESS. *Cuncta uero, quæ aut natura, aut arte fiunt, habent materiam, possibile enim est esse, & non esse eorum unumquodque, hoc autem cuique materia.*

ANT. Par. 7. *Omnia uero quæ fiunt aut natura aut arte, habent mariam. Possibile enim esse & non esse eorum quodlibet. Hæc autem est quæ in unoquoque materia.*

Probat quod unum trium scilicet principium ex quo inueniatur in omni generatione, non solum in naturali, sed etiam in artificiali. De alijs enim duobus est manifestum, dicens, q omnia quæ fiunt uel secundũ naturam uel secundum artem, habent materiam

riam ex qua fiunt. Omne enim quod generatur uel per artem uel per naturam, est possibile esse & non esse. Cum enim generatio sit de non esse in esse mutatio oportet id, quod generatur quandoque quidem esse, quandoque non esse, quod non esset nisi esset possibile esse & non esse, Hoc autem quod est in unoquoque in potentia ad esse & non esse, est materia. Est enim in potentia ad formas per quas res habent esse, & ad priuationes per quas hñt non esse, ut ex supra habitis patet. Relinquitur ergo, quòd in oĩ generatione oportet esse materiam.

Materia est id quod in unoquoque est in potentia ad esse, & non esse.

tex. co. 8.

B E S S. *Vniuersaliter uero & id, ex quo natura, & illud per quod natura. quod enim fit, habet naturam, ut planta, aut animal. Et à quo, natura quæ secundum formam dicitur, quæ eiusdem speciei est hæc autem in alio est, homo namque hominem generat, sic igitur fiunt, quæ ob naturam fiunt.*

A N T. Par. 8. *Vniuersaliter uero & ex quo natura, & secundum quod natura. Factum enim habet naturam, ut planta, aut animal. Et à quo quæ secundum speciem dicta natura, quę eiusdem speciei. Hæc autem in alio. Homo nanque hominem generat. Sic quidem igitur fiunt, quæ fiunt propter naturam.*

Alia litera, aut conformis.

Ostendit quomodo prædicta tria se habent ad naturam dicens, quòd uniuersaliter quodlibet prædictorum trium quodammodo est natura. Nam principium ex quo est generatio naturalis, scilicet materia, dicitur natura. Et ꝓpter hoc generationes simpliciũ corporum dicuntur naturales, licet principium actiuum generationis eorum sit extrinsecum, quod uidetur esse contra rationem naturæ, quia natura est principium intrinsecum, in qua est naturalis aptitudo ad talem formam, & ab hoc principio tales generationes dicuntur naturales. Et iterum illud secundum, quòd fit generatio, scilicet forma generati dicitur esse natura, sicut planta, aut animal. Generatio enim naturalis est, quæ est ad naturam, sicut dealbatio, quæ est ad albedinem. Et iterum principium, à quo fit generatio, sicut ab agente est natura dicta secũdum speciem, quę scilicet est eiusdem speciei cum natura generati, sed tamen est in alio secundum numerum. Homo enim generat hominem, nec tamen genitum & generans sunt idem numero, sed specie tantũ. Et propter hoc dicitur in 2. physi. quòd forma, & finis generationis incidunt in idem numero. Agens autem incidit cum eis in idem specie, sed non in idem numero. Materia uero neque in idem specie, neque in idem numero. Alia litera habet quod principium, à quo, est secundum speciem dicta natura, aut conformis, quia uidelicet non semper generans & genitum sunt eiusdem speciei, sed semper habent aliquam conformitatem, sicut cum equus generat mulum. Et ultimo concludit, quòd illa, quæ generantur per naturã, sic generantur sicut expositum est.

Text. co. 7.

Deinde cum dicit.

B E S S. tex. c. 23. *Cætera uero generationes dicuntur effectiones. Omnes autem effectiones aut ab arte, aut à potestate, aut ab intellectu. Harum autem quædam etiam à casu fiunt, & fortuna, perinde atque in his quæ à natura fiunt. quædam enim & illi eadem, & ex semine, & absque semine fiunt. de his itaque postea considerandũ est.*

A N T. par. 9. tex co. 23. *Generationes uero aliæ dicuntur factiones. Omnes autem factiones sunt aut ab arte, aut potestate, aut à mente. Horum autem quędam fiunt & à fortuna similiter ut in factis à natura. Quędam & illi eadem, & ex spermate fiunt & sine spermate. De his quidem igitur posterius perscrutandum.*

par. seq.

Determinat de his, quæ generantur per artem, & circa hoc duo facit. Primo distinguit generationem quæ est secundum artem ab alijs generationibus, quæ sunt secundum naturam. Secũdo ostendit quomodo fiat generatio ab arte, ibi (Ab arte uero fiunt.) Dicit ergo primo, quòd generationes, quę sunt aliæ à naturalibus, dicuntur factiones. Quamuis enim nomine factionis, quæ in græco dicitur praxis, possimus uti in rebus naturalibus, sicut cum dicimus quòd calidum & ens actu, facit actu esse tale: magis tamẽ proprie utimur in his, quæ fiũt per intellectum, in quibus intellectus agentis habet dominium super illud quod facit, ut possit sic uel aliter facere, quod in rebus naturalibus non contingit, immo agunt aliquem effectum, determinato modo ab aliquo superiori præstito eis. Huiusmodi autem factiones uel fiunt ab arte, uel à potestate, uel à mente. Potestas autem hic uidetur ꝓ uiolentia sumi. Quædam enim in his, quæ non natura fiunt, constituuntur ex sola uirtute agentis, in quibus non multum requiritur ars aliqua, uel aliquis ordinatus processus intellectus, quod maxime contingit in corporibus trahendis, uel proijciendis, aut expellendis. Cum autem ordo intellectus ad effectum requiritur, quandoque quidem hoc contingit per artem, quandoque uero per solum intellectum, habitu artis nondum perfecto. Sicut. n. aliquis argumentatur per artem, aliquis uero sine arte ut idiotę, ita etiam aliquod opus artis aliquis per artem, aliquis sine arte facere potest in huiusmodi per artem factilibus. Harũ autem generationum quæ fiunt, uel arte, uel mente, quædam fiunt à casu & à fortuna, quando scilicet aliquod agens per intellectum intendit finem aliquem per suam actionem, & prouenit aliquis finis præter intentionem agentis. Sicut cum aliquis intendit se cõfricare, & ex hoc sequitur sanitas, ut postea dicetur. Et hoc similiter contingit in artificialibus, sicut in factis à natura. Virtus enim, quę est in spermate (ut infra dicetur) assimilatur arti. Sicut enim ars per determinata media peruenit ad formam, quam intẽdit, ita & uirtus formatiua, quæ est in spermate. Sicut autem contingit effectum qui fit per artem etiam præter intentionem artis, aut intellectus fieri, & tunc dicitur à casu accidere, ita etiam & in illis, scilicet in rebus naturalibus eadem fiunt & ex spermate. Quæ quidem cum fiunt ex spermate, fiunt à natura, cum autem sine spermate, fiunt à casu. Et de his perscrutandum est posterius in hoc eodem capitulo. Hæc autem uerba hic posita, duplicem habent dubitationem. Prima quia cum cuiuslibet rei naturalis sit determinatus modus generationis, non uidentur esse eadem quæ generantur ex spermate, & per putrefactionem. Quod Auer. in 8. phy. sentire uidetur dicens, quòd non potest esse idem animal in specie quod generatur ex spermate, & quod generatur ex putrefactione. Auicenna autem econtrario sentit, quòd omnia quæ generantur ex semine, eadem specie possunt generari sine semine per putrefactionem, uel per aliquem modum commixtionis terrenæ materiæ. Sententia Arist. uidetur esse media inter has duas opiniones, quod scilicet aliqua possunt & sine semine generari, & ex semine, non tamen omnia, ut infra dicet. Sicut nec in artificialib. omnia possunt fieri per artem & sine arte, sed quædã fiunt per artem tantum, ut domus. Animalia enim perfecta uidentur non posse generari nisi ex semine. Animalia uero imperfecta quæ sunt uicina plãtis, uidentur posse generari & ex semine & sine semine. Sicut plantæ producuntur aliquando sine semine per actionẽ solis in terra ad hoc bene disposita. & tñ plantæ sic productę producunt semina, ex quib. putãtur similes in specie generãri. Et hoc rõnabiliter accidit. Quia quantu aliquid perfectius est, tãto plura ad eius

An putrefacta sint eiusdem speciei cum gñatis ex semine.

Cõ 46. secũdu suæ metaph. co. 15. Tex co. 59.

completionem requiruntur. & propter hoc ad plantas & ad animalia imperfecta, sufficit ad agendum sola virtus cœlestis. In animalibus vero perfectis requiritur cum virtute cœlesti etiam virtus seminis. Vnde dicitur in secundo physic. quòd homo generat hominem & sol. Secunda dubitatio est, quia videtur animalia generata sine semine ex putrefactione, non fieri à casu, sed ex determinato agente, s. ex virtute cœlesti, quæ in generatione eorum supplet vicem virtutis generatiuæ, quæ est in semine. & hoc etiam vult Commentr. in 9. Huius. Sed sciendum est quòd nihil prohibet aliquam generationem esse per se, cum refertur ad vnam causam, quæ tamen est per accidens, & casualis, cum refertur in aliam causam. Sicut in ipso exēplo Phil. patet. Cum. n. sanitas ex confricatione sequitur præter intentionem confricantis, ipsa quidem sanatio si referatur ad naturam, quæ est corporis regitiua, non est per accidens, sed per se intenta. Si vero referatur ad intellectum confricantis, erit per accidens & casualis. Similiter etiam generatio animalis ex putrefactione generati, si referatur ad causas particulares, hic inferius agentes, inuenitur esse per accidēs & casualis. Non enim calor, qui causat putredinem, intendit naturali appetitu generationem huius, vel illius animalis, quæ ex putrefactione sequitur, sicut virtus, quæ est in semine intendit productionē talis speciei. Sed si referatur ad virtutem cœlestem, quæ est vniuersalis regitiua virtus generationū & corruptionum in istis inferioribus, non est per accidens, sed per se intenta, quia de eius intentione est, ut educantur in actu omnes formæ quæ sunt in potentia materię. Et sic recte assimilauit hic Aristo. ea quæ fiunt arte, his quæ fiunt à natura. Deinde cum dicit.

Text. c. 26. An putrefacta fiant a casu.

Com. 18

B E S S. *Ab arte aūt fiunt, quorum forma in anima formam autem dico ipsum quid erat esse vniuscuiusque, & primam substantiam. Etenim contrariorum quodammodo eadem forma est. priuationis namque substantia, opposita substantia. vt sanitas ægritudinis. illius enim absentia ostenditur ægritudo, sanitas vero est ratio, quę in anima & in scientia est.*

A N T. par. 10 *Ab arte vero fiunt, quorumcunque species est in anima. Speciem autem dico, quodquideratesse cuiuslibet, et substantiam primam. Etenim contrariorum modo quodam eadem species. Priuationis enim substantia quę substantia est oppositi, ut sanit. s infirmitatis. Illius enim absentia ostenditur infirmitas. Sanitas autem quæ in anima, ra. o est in scientia.*

Hic accipe priuationes & pari rōne oia alia entia rōnis nō habere propriam speciem in intellectu. par. seq.

Ostēdit modū generationis, quę est ab arte, & præcipue quantū ad principiū effectiuū. De principio. n. materiali iam supra dixerat cum locutus fuerat de generatione naturali. Circa hoc autem duo facit. Primo ostendit quid sit principium actiuum in generatione quę est per artē. Secundo ostendit quomodo ab hoc principio generatio procedat, ibi (fit itaq; sanitas.) Dicit ergo primo, quòd illa fiunt ab arte, quorū species factiua est in anima. Per speciem autem exponit quod quideratesse cuiuslibet rei factæ per artem, ut quodquideratesse domus, quando fit domus. ¶ Et hoc etiā nōiat primam subam) i. primā formā. Et hoc iō, quia à forma, quæ est in anima nostra, pcedit forma, q̄ est in materia in artificialib. in naturalib. aūt econtrario Hæc autem forma q̄ est in aīa, differt a forma, quæ est in materia. Nā contrariorū formæ in materia sunt diuersæ & contrarię, in anima autem est quodammodo una species contrariorum. Et hoc ideo, quia formæ in materia sunt propter esse rerum formarū, formæ autem in anima sunt secundum modū cognoscibilem & intelligibilem, esse autem unius contrarij tollitur per esse alterius, sed cognitio unius oppositi nō tollitur per cognitionē alterius, sed magis iuuatur.

Formæ contrariorum in materia sunt cōtrariæ non autem in aīa.

Vnde formæ oppositorum in aīa non sunt opposite. Quinimmo ş (substantia,) i. quodquideratesse priuationis, est eadem cum substantia oppositi, sicut eadem est ratio in anima sanitatis & infirmitatis. Per absentiam enim sanitatis, cognoscitur infirmitas. Sanitas autem, quæ est in anima, est quędam ratio, per quam cognoscitur sanitas & infirmitas, & consistit ş in scientia, ş idest in cognitione utriusque.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Fit itaque sanum ita intelligente, cum hoc sanitas sit, necesse est si sanitas erit, hoc fieri, utputa ęqualitatē quod si hoc, caliditatem, & ita semper intelligit, donec redigat in illud, quod ipse potest ultimum facere. Deinde motus, qui iam post hęc fit, effectio ad sanitatem appellatur. Quare quodāmō ex sanitate sanitatem accidit fieri, et domū ex domo, quę sine materia, eam, quę habet materiam. Ars enim medendi & ędificandi est forma sanitatis, & domus. dico autem substantiam absque materia, quodquideratesse.*

A N T. par. 11. *Fit itaque sanitas intelligente ita, quoniam hoc sanitas, necesse est, si sanitas erit, hoc existere, puta regularitatem. Sed si hoc, calorem. Et ita semper intelligit donec utique adducat in hoc quod ipse ualet ultimum facere. Deinde iam ab hoc motus factio uocatur ad sanandum. Quare accidit mō quoddā ex sanitate sanitatem fieri, & domum, ex domo sine materia materiam habentem. Medicinalis enim est & ędificator species sanitatis & domus. Dico autem substantiam sine materia quodquideratesse.*

Hic accipit quòd primum in intentio ne est ultimum execu tione & eō uerso.

Ostendit quomodo ab hoc principio procedatur ad sanitatē, & circa hoc duo facit. Primo ostēdit quo modo sanitas, quæ est in anima, sit principium sanationis. Secūdo quomodo diuersimode accipitur principium in actione artis, ibi (Generationum uero & motuum.) Dicit ergo quod cum sanitas, quæ est in anima, sit principium sanitatis, quę fit per artē, ita fit sanitas in materia aliquo intelligente quod sanitas est (hoc,) scilicet uel regularitas uel adęquatio calidi, frigidi, & sicci. Et ideo necesse est, si sanitas debet cōtingere, quòd hoc existat, scilicet regularitas uel ęqualitas humorum. Et si regularitas uel æqualitas debeat esse, oportet quòd fit calor, per quem humores reducantur ad æqualitatem. & ita semper procedendo à posteriori ad prius, intelliget illud quod est factiuum calo ris, & quod est factiuum illius donec reducatur ad aliquod vltimū, quod ipse statim possit facere, sicut hoc quod est dare talem potionem. & demum motus incipiens ab illo quod statim potest facere, nominatur factio ad ordinata ad sanandum. Patet ergo, quod sicut in naturalibus ex homine generatur homo, ita in artificialibus accidit quodammodo ex sanitate fieri sanitatem, & ex domo domum, s. ex ea, quæ est sine materia in anima existens, illa, quæ habet materiam. Ars enim medicinalis, quæ est principium sanationis, nihil est aliud quàm species sanitatis, quæ est in anima. & ars ædificatiua est species domus in anima. & ista species siue substantia sine materia, est quam dixit supra quodquideratesse rei artificiatæ.

par. seq.

Deinde cum dicit.

Generationum autem & motuum hęc quidē intellectio, hęc vero effectio vocatur, quę quidem a principio & forma intellectio, quę vero ab ultimo ipsius intellectionis, effectio. Similiter autem, & in cęteris medijs vnumquodque fit. dico autem, vtputa, si conualescet, oportet adæquari. quid igitur est adæquari? hoc aūt dicit, si calefiet: hoc aūt quid est? hoc quidē. hoc aūt potestate inest, hoc vero iā in ipso est. Faciens igitur, & vnde conualescendi motus incipit, si ab arte forma est in anima.

A N T. par. 13

Generationem vero & motuum, hac quidem intelligentia vocatur, illa vero factio. Similiter autem & in alijs intermedijs vnumquodque fit. Dico aūt si conualescit, oportet æquari. Quid igitur est adæquari hoc? Hoc autem erit si calefactum fuerit. Hoc vero quid est hoc? Existit autem hoc potestate, hoc autem iam in ipso: Faciens itaque, & vnde incipit motus sanandi, si quidem ab arte, species est quæ in anima.

Diuersimode accipit principium in actionib. artis.

Ostendit quomodo diuersimode accipitur principium in actionibus artis, & dicit quod in generationibus & amotibus artificialibus est aliqua actio, quæ vocatur intelligentia, & aliqua quæ vocatur factio. Ipsa enim excogitatio artificis vocatur intelligentia, quæ incipit ab hoc principio, quæ est species rei fiendæ per artem, & hæc operatio protendit (vt supra dictū est) vsque ad illud quod est vltimum in intentione, & primum in opere. & ideo illa actio quæ incipit ab vltimo, ad quod intelligētia terminatur, vocatur factio, quæ est motus iam in exteriorem materiam. & sicut diximus de actione artis respectu formæ, quæ est vltimus finis generationis artificialis, similiter est de omnibus alijs intermedijs. Sicut ad hoc, quod conualescat, oportet quod adæquentur humores. Hoc igitur ipsum quod est adæquari, est vnum de intermedijs, quod est propinquissimū sanitati, & sicut medicus ad hoc quod faceret sanitatē incipiebat a cōsiderando quid est sanitas, ita ad hoc quod faciat adæquationē, oportet quod sciat quid est adæquatio, videlicet quod adæquatio {est hoc} scilicet debita proportio humorum in respectu ad naturam humanam. (Hoc autem erit si corpus fuerit calefactum, } quando scilicet quis infirmatur propter defectum caloris. & iterum oportet quod sciat quodquidest hoc, scilicet calefieri, sicut si dicatur quod calefieri est immorari a medicina calida. & {hoc,} s. dare medicinam calidam existit statim in potestate medici, & est (iam in ipso,) i. potestate eius, vt talem medicinam det. Sic igitur patet, quod principium faciens sanitatem, vnde incipit motus ad sanandum, est species, quæ est in anima, vel ipsius sanitatis, vel aliorum intermediorum, per quæ acquiritur sanitas. & hoc dico, si sanatio fiat ab arte. Si autem fiat alio modo, non erit principium sanitatis species, quæ est in anima. hoc enim est proprium in operationibus artis. Deinde cum dicit.

B E S S.

Quod si a casu, ab eo, quod est faciendi principium illi, qui ab arte facit. sicut fortassis & in medendo principium a calefaciendo fit. hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars sanitatis, aut sequitur eum aliquid tale, quod est pars sanitatis et domus, & aliorum, ut lapides.

A N T. par. 13

Si uero a casu, ab hoc quod quidem faciendi est principium facienti ab arte. Vt quod in mederi forsan a calefactione principium, hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars sanitatis, aut per plura. Hoc autem vltimum faciens. & quod est ita, pars est sanitatis, vt domus, lapides.

Vnde, procedit quod aliquod casualiter generetur.

Manifestat quomodo fiunt generationes casuales, & dicit, quod quando sanatio fit a casu, tunc principium sanitatis fit ab hoc, quod est principium faciendi sanitatem apud eum, qui facit sanitatem secundū artem. Sed hoc est intelligendum de principio factionis, quod est vltimum in intelligendo, & primum in exequendo. Sicut in medicando principium sanitatis aliquando forsan fit a calefactione. Et hinc etiam incipit sanatio, quando aliquis à casu sanatur, quia calorem aliquis excitat confricatione præter intentionē confricantis. Calor itaque in corpore excitatus per fricationem vel medicationem, aut est pars sanitatis, quasi intrans substantiam sanitatis, sicut cum ipsa altera tio calefactionis ad sanitatem sufficit, aut sequitur ad calorem aliquid quod est pars sanitatis. Sicut cū per calorem fit sanitas per hoc quod calor dissoluit aliquos humores compactos, quorum dissolutio est iam constituens sanitatem. Aut etiam hoc potest esse per plura media, sicut cum calor consumit humores superfluos impedientes meatus in corpore, quibus consumptis fit debitus motus spirituum ad aliquas determinatas partes corporis. & hoc vltimum est iam faciens sanitatem (& quod est ita, } i. quod est proximū sanitatis factiuum (est aliqua pars sanitatis, i. intrās in constitutionem sanitatis. & similiter est in alijs artificialibus. Nam partes domus sunt lapides, quorum cōpositio iam est aliquid domus. Deinde cum dicit.

B E S S. Text.co.24.

Quare quemadmodum dicitur, impossibile est fieri si nihil præexistat. Quod igitur pars ex necessitate existet, patet. materia nanque pars inest etiam hæc, & fit. Sed vtrum eorum etiam est, quæ in ratione? vtroque quidem modo dicimus multos circulos quidnam sint, & materiam dicentes, quod es, & formam, quod talis figura, & hoc est genus, in quo primo ponitur. æneus autem circulus habet in ipsa ratione materiam.

A N T. Tex.co.24. par. 14.

Quare sicut dicitur, impossibile factum esse si nihil præexistit. Quod quidem igitur pars ex necessitate existit, palam. Materia nanque pars. Inest enim & fit hoc. Sic igitur & eorum quæ in ratione. Vtroque autem modo dicimus æreos circulos quid sunt, & materiam dicentes, quia æs, & speciem, quia figura talis. Et hoc est genus in quod primum ponitur. Aereus itaque circulus habet in ratione materiam.

Alia litera multos.

Concludit conclusionem principaliter intentam, & circa hoc duo facit. Primo inducit conclusionem intentam. Secundo remouet quandam dubitationē. ibi. {Ex quo vero vt materia fit. } dicit ergo primo, quod ex quo omne quod generatur, generatur ex materia, & iterū generatur a suo simili, impossibile est aliquid esse factum, nisi aliquid præexistat, sicut dicitur communiter. Communis enim philosophorum naturalium sententia erat, quod ex nihilo nihil fit. Palam est autem, quod id quod præexistit, oportet quod sit pars rei generatæ. Constat enim, quod materia quæ præexistit est pars generati. Quod ex hoc probari potest, quia materia est in generato, & ipsa fit generatum dum in actum educitur. Nec solum pars quæ est materia præexistit, sed sicut ex dictis patet, etiam præexistit quæ est in ratione, scilicet forma. Hęc enim duo, i. materia & forma sunt partes generati. Vtroque enim modo possumus assignare qd sint circuli ęrei uel circuli multi, secundum aliam literam, i. particulares & distincti, & dicentes materiam quę est æs, & {dicentes speciē, } i. formam, quę est talis figura. & rectè dicit multos circulos particulares. Nam circulus secundum speciem & formam est vnus tantum, Multiplicatur autem & indiuiduatur per materiam. & hęc. i. figura est genus, quod primo collocatur circulus æreus. & ita patet ex dictis quod circulus ęreus in sua diffinitione habet materiam. Quod autem species geniti præexistat, supra ostensum est in naturalibus, & artificialibus generationibus. Deinde cum dicit.

par. seq.

Naturalia, & artificialia habēt in sui diffinitione materiam.

B E S S. tex. 25.

Ex quo vero tanquam materia fiunt, aliqua dicitur, cum fit, non illud, sed illiusmodi, vt statua, non lapis, sed lapidea. homo autem conualescens, non dicitur illud, ex quo. Causa vero est, quia fiers contingit ex priuatione, & subiecto, quod dicimus materiam. vtputa, & homo & ægrotus fit sanus. magis tamen dicitur ex priuatione fieri, veluti ex ægroto sanus, quàm ex homine. quare sanus ęgrotus quidem non dicitur, sed homo & homo sanus: Quorum vero priuatio

incerta & innominata est, vt in ære cuiuscunque figuræ, aut in lateribus & lignis domus, ex his non dicentur fieri, sicuti illic ex ægroto. Quare, sicut nec ibi ex quo, hoc non dicitur illud, nec hic statua lignum, sed deriuatiue dicitur lignea, non lignum, & ænea non æs, & lapidea, & non lapis, & domus lateritia, sed non lateres. Cum neque tanquam ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus (si quis accuratè inspexerit) profectò simpliciter dicet. propterea quòd oporteat fieri, mutato ex quo, sed non permanente. propter hoc igitur sic dicitur.

tex. 26.

Ex quo vero, vt materia fit, quædam dicuntur quando fiunt non illud, sed illiusmodi. vt statua non lapis, sed lapidea. Homo autem conualescens, non dicitur illud ex quo. Causa vero quia fit ex priuatione & subiecto quod dicimus materiam: vt & homo, & laborãs fit sanus. Magis tamen dicimus fieri ex priuatione, vt ex laborante sanus quàm ex homine. Propter quod laborans quidem qui sanus non dicitur, sed homo & homo sanus. Quorum vero priuatio non manifesta & innominabilis, vt in ære figuræ cuiuslibet, aut in lateribus et lignis domus, ex his videtur fieri ut illic ex laborante. Propter quod sicut nec ibi ex quo hoc, illud non dicitur: nec hic statua lignum, sed prædicatur lignea, non lignum, & ęrea non æs, lapidea, sed non lapis, vt domus lateritia, sed non lateres. Quoniam neque quod ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus, si quis valde inspexerit, non vtique simpliciter dicet. Quia oportet permutationem fieri ex quo. sed non permanente. Propter hoc quidem igitur ita dicitur.

A N T. par. 5.

text. co. 26.

Remouet quandam dubitationem. Illud enim ex quo aliquid fit vt ex materia, quandoque prædicatur non in abstracto, sed denominatiue. Quædam enim dicuntur non esse (illud,) idest materia (sed illiusmodi.) Sicut statua non dicitur lapis, sed lapidea. Sed homo conualescens (non dicitur illud ex quo) i. non recipit prædicationem eius ex quo fieri dicit. Fit enim conualescens ex infirmo. Nec dicitur quod conualescens sit infirmus. Huiusmodi autem causa est, quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex aliquo, scilicet ex priuatione, & ex subiecto quod dicitur materia, sicut dicitur quod homo fit sanus, & quod laborans fit sanus. Dicitur autem magis aliquid fieri ex priuatione quàm ex subiecto, sicut magis dicitur aliquis fieri sanus ex laborante, quàm ex homine. Sed hoc fieri hoc, magis dicimus in subiecto quàm in priuatione. Magis enim dicimus proprie quod homo fit sanus, quàm quod laborans. & ideo ille qui est sanus, non dicitur laborans, sed magis dicitur homo, & econuerso homo dicitur sanus. Sic ergo id quod fit, prædicatur de subiecto, non autem de priuatione. Sed in quibusdam priuatio est nõ manifesta & innominata, sicut priuatio cuiuscunque figuræ in ære, non habet nomen, nec etiam priuatio domus in lateribus & in lignis. Et ideo utimur materia, pro materia & priuatione simul. & propter hoc sicut illic dicimus quod sanus fit ex laborante, ita hic dicimus quod statua fit ex ære, & domus ex lapidibus & lignis. & propter hoc etiam sicut ibi id ex quo fit aliquid, sicut ex priuatione nõ prædicatur de subiecto, quia non dicimus quod sanus sit laborans, ita nec hic dicimus quod statua sit lignum, sed prædicatur abstractũ in concreto, dicendo quod nõ est lignum, sed lignea, nec æs, se ærea, nec lapis, sed lapidea. Et similiter domus non est lateres, sed lateritia. Quia si quis diligenter inspiciat nec fit statua ex ligno, nec domus ex lateribus simpliciter loquendo, sed per aliquam permutationem. Fiunt enim ista ex illis sicut ex aliquo permutato, & non sicut eo permanente. Aes enim in figuratum non manet dum fit statua, nec lateres incõpositi, dum fit domus. & propter hoc in prædictis (ita dicitur,) i. talis fit prædicatio.

Dupliciter aliquid fit ex aliquo.

LECTIO VII.

Ex his, quæ præmissa sunt, ostendit formam non generari, sed compositum, hinc ideas non fore necessarias, velut generantia, seu vt exemplaria, arguit.

Cum autem & ab aliquo fiat quod fit, hoc autem dico vnde generationis principium est: & ex aliquo, fit autem hoc non priuatio, sed materia, iã enim determinatum est, quemadmodum hoc dicimus, & quod fit, hoc autẽ est aut sphæra, aut circulus, aut quodcunque cæterorum euenit, sicuti neque subiectum facit ipsum ęs, ita neque sphęrã, nisi secundum accidens, quia anea sphæra sphęra est. illam autem non facit, hoc aliquid enim facere, ex omnino subiecto, hoc facere est. Dico autem quod ęs facere rotundum, non est ipsum rotundum, aut sphęram facere, sed aliquid aliud, vtputa formam hanc in alio. Si enim facit, ex aliquo alio profectò facit. hoc enim supponebatur, utputa facere ęneã sphęram. hoc autem ita, quia ex eo, quod ęs, hoc facit, quod sphęra est. Si igitur et hoc ipsum facit, patet quod similiter faciet. et generationes in infinitum procedent. Manifestũ igitur est, quòd neque species fit, aut quodcunque nominare oportet formam, quę in sensibili est, nec est eius generatio, nec est hæc ipsum quid erat esse. Hoc enim est, quod in alio fit, aut ab arte, aut à natura, aut potentia.

B E S S.

Quoniam uero ab aliquo fit quod fit. Hoc autem dico unde principium generationis est. Et ex aliquo, fit autem non priuatio hoc, sed materia iam enim diffinitũ est quando hoc dicimus. Et quod fit. hoc autem sphæra, aut circulus, aut quodcunque euenit aliorum. Quemadmodum nec subiectum facit æs. sic nec sphæram nisi secundum accidens, quia ænea sphæra est, & illam facit, nam hoc aliquid facere, ex totaliter subiecto hoc facere est. Dico autem, quia æs rotundum facere, est non rotundum, aut sphæram facere, sed alterum aliquid, aut speciem hanc in alio. Nam si facit. ex aliquo facit alio. Hoc enim subijciebatur, ut facere aream sphærã. Hoc autem ita, quia ex hoc quod est æs, hoc facit quod est sphæra. Si igitur & hoc facit ipsum, palam quia similiter faciet, & ibunt generationes in infinitum. Palam ergo quò nec species fiat, nec quodcunque oportet uocare in sensibilis formam. Nec eius est generatio, nec quodquideratesse huic. Hoc enim est, quod in alio fit, aut ab arte, aut à natura, autem à potestate.

A N T. par. 1.

tex. co. 27.

Præmisit superius Philosophus quædam de generationibus rerum, quasi necessaria ad suum propositum ostendendum, scilicet ad ostendendum, quòd causæ generationis rerum non sunt ponendæ species separatæ. Ex quibus duo sunt iam manifestata per pręmissa, scilicet quòd omnis generatio est ex aliqua materia, & unumquodque quod generatur, generatur à suo simili. Nunc autem intendit ostendere propositum ex his, quæ supra inuestigata sunt, & diuiditur in partes tres. In prima ostendit quid sit illud quod generatur: In secunda ostendit, quod cã generationis nõ est species separata, ibi (Vtrũ igitur est quædã). In tertia determinat quædã q̃ possent esse dubia circa prædeterminata, ibi (Dubitabit autem aliquis.) Circa primum duo facit. Primo ostendit quod forma non generatur nisi per accidens, secũdo ostendit quod cõpositum generatur, ibi (Aereã uero sphærã.) Dicit ergo primo quod ea quæ sunt ostensa supro, uera sunt. Quorũ unum est, quod omne quod fit, fit ab aliquo, & hoc est agens uel generans, à quo est principiũ generationis.

Inf. par. 3. Inf. lec. seq.

Inf. lec. seq. Lect. 6. text. co. 22.

Et

Et aliud est, quod omne quod generatur, generatur ex aliquo, ut intelligatur id ex quo est generatio, nō priuatio, sed materia. Dictum est enim superius, ꝙ aliter fit aliquid ex materia, & aliter ex priuatione. Et tertium est quod in omni generatione oportet esse aliquid quod fit. Et hoc est uel sphæra, uel circulus, uel quodcunque aliorum. Ex istis suppositis debet esse manifestum, quod sicut agens generando non facit materiam, uel subiectum generationis, quę est ęs, ita etiam (non facit formam,) scilicet hoc ipsum quod est sphæra, nisi forte per accidens. Facit enim æream sphæram quod est compositum. Et quia ærea sphæra est sphæra, ideo per accidens facit sphæram. Quod autem agens non faciat materiam, per se est manifestum, eo quod materia præexistit factioni. unde non oportuit eum probare quod materia non fieret. Sed de formis poterat esse dubium eo quod forma non inuenitur nisi in termino actionis. Et ideo oportuit eum probare quod forma non fieret nisi per accidens. Et hoc ideo est, quia formæ non proprie habent esse, sed magis sunt quibus aliqua habent esse. Vnde si fieri est uia in esse, illa tantum per se fiunt, quæ per formas habent esse. Formæ autem incipiunt esse, eo mô quo sunt in illis factis, quæ per formas esse habent. Et quod forma non fiat, sic probat, Facere enim hoc aliquid, est facere hoc ex aliquo subiecto, quod est (totaliter,) idest uniuersaliter in omni generatione. Facere.n. hoc quod est ęs rotundum, non est facere hoc ipsum (quod est rotundum,) s. rotunditatem, aut hoc ipsum quod est facere (sphærā) s. formam sphæræ, sed est facere (aliquid alterum,) s. speciem, non qualitercunque (sed in alio,) s. in materia, quod est facere compositum. Quod sic patet. Si enim agens facit aliquid, oportet ꝙ faciat ex aliquo alio sicut ex materia. Hoc (enim superius subijciebatur,) s. ꝙ omnis generatio ex materia fit, propter probationem superius inductam. Sicut agens dicitur facere sphæram æream. Et hoc ideo, quia facit hoc quod est sphæra ærea, ex hoc quod est æs. Si igitur etiam ipsam formam faciat, palam erit ꝙ faciet eam similiter, scilicet ex aliqua materia. Et ita sicut sphæra ærea erit composita ex materia & forma, sic & forma sphæræ æreæ erit composita ex materia & forma. & redibit eadem quæstio de forma formæ, & sic in infinitum. & ita generationes procedent in infinitum, quia omne generatum habet materiam & formam. Palam igitur est ꝙ non fit species rei generatæ, nec aliquid aliud quodcūque sit, quod oporteat vocare formam in rebus sensibilibus, sicut ordo & compositio & figura quæ in aliquibus tenent locum formæ, maxime in artificialibus. & quia generatio est eius quod fit, palam est quod nec generatio est formæ, sed compositi. Nec iterū quodquideratesse rei generatæ, generatur, nisi per accidens. Sed forma & quodquideratesse, (est quod fit in alio,) idest in materia, non per se. & dico quod fit, vel ab arte, vel a natura (vel potestate,) i. à quocunque agente per violentiam. Dicit autē quod quideratesse non fieri, quamuis sit idem rei factæ. Supra enim ostensum est vnamquamque rem esse idem cum suo quodquideratesse. Sed tamen quodquiderat esse, est quod per se pertinet ad speciem. Vnde ab eo excluduntur conditiones indiuiduales, quæ per accidens sunt speciei. Species autem & alia vniuersalia nō generantur nisi per accidens, singularibus generatis. Sciendum tamen quod licet in litera dicatur, quòd forma fit in materia, non tamen proprie dicitur. Forma enim proprie non fit, sed compositum. Sicut etiā dicitur forma esse in materia, licet forma non sit, sed compositum per formam. Ita etiam proprius modus loquēdi est, vt dicamus compositum generari ex materia in talem formam. Formæ enim proprie non fiunt, sed educuntur de potentia materiæ, inquātum materia quæ est in potentia ad formam fit actu sub forma, quod est facere compositum.

Forma per se non generari probat.

Lect. 7.

Sicut forma ita & quodquideratesse, & vniuersalia nō generant, nisi per accidēs.

Deinde cum dicit.

BESS.

Aeneam vero sphæram esse facit, facit nanque ex ære & sphæra. in hoc enim hāc formam facit. & hoc est sphæra anea. hoc autem sphæræ esse. Eius vero, quod est sphæræ esse, omnino si generatio est, ex aliquo aliquid erit. oportebit nanque, diuisibile semper esse quod fit. & esse, hoc quidem hoc, illud vero, hoc. dico autem quod hoc quidem materiam, illud vero formam. Si itaq. sphera est figura, quæ à medio æqualis est, huius hoc quidem est, in quo erit, quod facit, illud autem, in illo. totum vero, quod factum est, vt puta ipsa anea sphæra. Manifestum igitur ex dictis est, quòd illud quidē, quod vt forma, vel substantia dicitur, non fit copulatio vero, quæ secundum hanc dicitur, fit. & quòd in omni, quod fit, ma inest, & est hoc quidē hoc, illud vero hoc.

ANT. par. 2.

Aeream vero sphæram esse facit. Facit enim ex ære & sphæra. Nam in hoc hanc speciem facit, & est hoc sphæra ærea. Hoc autem sphære esse. Eius vero quod est sphere esse, omnino si est generatio, ex aliquo aliquid erit. Oportebit enim diuisibile esse semper quod fit, & esse hoc quidem hoc, & hoc hoc. Dico autem hoc quidē quòd hoc quidem materiam, illud vero speciem. Si igitur est sphera ex medio figura æqualis, huius hoc quidem est in quo erit quod facit, hoc autem in illo, hoc aūt omne quod factum est, vt ærea sphæra. Palam igitur ex dictis quia quod quidem, vt species, aut vt substantia dicitur, non fit. Synodus autem secundum hanc dicta, fit. Et quòd in omni generato materia inest, & est hoc quidem hoc, & hoc hoc.

Ostendit, ꝙ composita fiant dicens, ꝙ generans facit esse sphæram æneam. Facit enim eam ex ære quod est materia, sicut ex principio generationis, & ex sphęra, quæ est formæ & generationis terminus. Facit.n. (Hanc speciem,) i. figuram sphæræ (in hoc,) idest in hac materia, inquantum, s. transmutat hoc æs in sphęram. & hoc est sphęra ærea, scilicet forma sphæræ in ære. (Sed hoc,) s. figura sphęræ (est esse sphæræ,) i. quodquid est sphæræ. (Eius autem quod est esse sphęræ,) i. ipsius quodquidest formæ, non est omnino generatio, quia si esset eius generatio oporteret ꝙ esset ex aliquo sicut ex materia. Omne enim qđ fit oportet esse diuisibile, ita scilicet ꝙ eius (hoc sit hoc,) idest una pars sit hoc, (& hoc sit hoc,) idest alia pars sit hoc. Et hoc exponit, scilicet quòd vna pars eius sit materia, & alia pars eius sit species. Si igitur quid est sphęrę quantum ad ipsam formā est (ꝙ sit figura ęqualis ex medio,) i. ꝙ sit quædam figura solida a cuius medio ad extremitates omnes lineæ ductę sint æquales, oportet (ꝙ huius,) s. sphęræ ęneę (hoc quidem,) s. materia sit in quo erat id quod, (facit generans) s. forma, & hoc sit in illo. s. forma, (quę,) s. est figura ex medio æqualis, (& hoc scilicet omne,) idest totum quod, (factū est) s. ęnea sphæra. Palā igitur est ex dictis, ꝙ si oē qđ fit oportet esse diuisibile, ꝙ id quod est vt spēs, aut quod est (vt substantia,) i. vt quodquideratesse, nō fit. Sed (synodus,) i. compositum quod dicitur & denominatur a tali forma, vel quidditate vel quodquidest, fit. Et iterum manifestū est ꝙ omni generato inest materia, & quòd cuiuslibet generati hoc est hoc, (& hoc est hoc,) i. vna pars est materia, & alia forma. Deinde cum dicit.

Composita sola ꝓprie generātur.

BESS.

Vtrum igitur est aliqua sphæra præter has, an domus præter lateres? Aut neq. factum fuisset unquam, si ita esset quod qd. sed quoniā tale significat, hoc aūt et

terminatum non est, sed facit, & generat ex hoc tale & cum generatum est, est hoc tale. totum autem hoc, Callias, aūt & Soc. est, sicuti sphæra ænea hæc, hō uero, & animal sicuti sphæra ænea simpliciter? Patet ergo quòd formarum causa, quemadmodum quidam dicere solēt formas, si aliquæ sunt præter singularia, ad generationes, & substantias nihil prosunt, nec sunt propter has substantiæ secundum se.

A N T. Text.co.28. Par.3.

Utrum igitur est ne quædam sphæra præter has, aut domus præter lateres, aut nunquam facta est? Si sic, non erat hoc aliquid. sed quia domus tale significat, hoc autem & terminatum non est, sed facit & generat ex hoc, tale hoc. Et quando generatum est, est hoc tale. Hoc autem est omne hoc. Callias autem & Soc. est quēmadmodum sphæra ænea hoc. Homo uero & animal quē admodum ænea totaliter. Manifestum ergo, quia spērum causa, sicut consueti sunt dicere quidam species, si sunt præter singularia, ad generationes & substantias nihil utiles, neque erunt utique præter hoc substantiæ secundum se.

Quo Plato posuit ideas eis gñonis. par.seq.

Ostēdit quod ex quo formæ non generantur sed composita, quod non oportet ponere species separatas esse causas generationis in istis inferioribus. Sciendum est autem, quod Platonici ponebant species esse causas generationis dupliciter. Uno modo per modū generantis, & alio modo per modum exemplaris. Primo ergo ostendit, quòd species separatæ non sunt; causæ generationis per modum generantis. Secundo, non modum exemplaris, ibi (In quibusdam uero palam.) Dicit ergo primo, quòd considerandum est, utrum sit aliqua forma (uniuersalis præter huiusmodi singularia, scilicet quod sit quædam sphera à materia separata præter has sphæras, quæ sūt in materia. Aut etiam si aliqua domus uniuersalis sine materia, præter lapides, ex quibus constituitur ista domus particularis. Mouet quęstionem in artificialibus propter naturalia, quorum species Plato separatas posuerit à materia, ut intelligatur esse quæsitum, utrum sit homo uniuersalis præter carnes & ossa, ex quibus particulares homines constituuntur. Ad solutionem antē huius quęstionis, hic primo præmittit, quòd si sit aliqua substantia hoc modo facta, nullo modo erit hoc aliquid, sed significabit tantum quale quid, quod nō est determinatum. Socrates enim significat hoc aliquid & determinatum, homo uero significat quale quid, quia significat formam communem & indeterminatam, quia significat absque determinatione huius uel illius. Unde si sit homo præter Socratem & Platonem alios & huiusmodi, non tamen erit hoc aliquid nec determinatum. sed nos uidemus quod in generationibus, semper illud quod facit & generat (ex hoc,) idest ex tali materia, est (tale hoc,) idest hoc determinatum, habens determinatam speciem. Oportet enim sicut generatum est hoc aliquid, ita & generans esse hoc aliquid, cum generans sit simile genito, ut supra probatum est. Et quod genitum sit hoc aliquid, ex hoc patet, quia quod generatur est compositum (sed hoc esse), scilicet compositum, quando (est hoc,) idest determinatum, est ut Callias, aut Socrates, sicut cum dicitur hæc sphæra ænea. Sed hō & animal non significant hanc materiam, ex qua est generatio, sicut nec sphæra ęnea uniuersaliter dicta. Si ergo compositum generatur, & non generatur, nisi ex hac materia, per quam est hoc aliquid, oportet quod id quod generatur sit hoc aliquid. Et, cum generatum sit simile generanti, oportet etiam, quod generans sit hoc aliquid. Et ita non sit species uniuersalis, sine materia. Manifestum est ergo ex dictis, quod si sunt aliquæ species præter singularia, nihil sunt utiles ad generationes & substantias rerum, sicut consueti sunt quidam dicere (specierum causa,) idest ad hoc quod ponant species. Hæc enim erat una causa, quare Platonici species ponebant, ut essent causa generationis in rebus. Si igitur species separatæ non possunt esse causa generationis, manifestum erat, quod non erunt species quædam subsistētiæ secundum se existentes. Sciendum est autem, quod omnes, qui nō considerauerūt hoc, quod Philosophus supra ostendit, quod formæ non fiunt, passi sunt difficultatem circa factionem formarum. Propter hoc nanque quidam coacti sunt dicere, omnes formas esse ex creatione. Nam ponebāt formas fieri & non poterant ponere quod fierent ex mā cū mā non sit pars formæ, unde sequebatur quod fierent ex nihilo, & per consequens quod crearentur. Econtrario autem quidam posuerunt propter hanc difficultatem, formas præexistere in materia actu, quod est ponere latitationem formarum, sicut posuit Anaxag. Sententia autem Aristotelis, qui ponit formas non fieri, sed compositum, utrunque excludit. Neque enim oportet dicere, quod formæ fiant causatæ ab aliquo extrinseco agente, neque quòd fuerint semper actu in materia, sed in potentia tantum. Et quod in generatione compositi sint eductæ de potentia in actum. Deinde cum dicit.

Ideæ non sunt necessariæ, aut utiles ad generationē sensibilium

Text.co.23.

Formæ materiales rerum corruptibiliū, nec creant, nec præexistūt, sed de potētia materię educuntur.

B E S S.

In quibusdam etenim et iam manifestum, quod generans tale est, quale quod generatur, non tamen idem, nec unum numero, sed unum specie, ut in naturalibus, homo nanque hominem generat, nisi quid præter naturam fiat, ut equus, mulum: hæc quoque, similiter: quod enim est commune equo, & asino, non est nominatum propinquissimum genus, fuerint autem ambo fort assii, uti mulus. Quare patet, quod non oportet tanquam exemplar formam ponere, in his etenim maximè quærerentur: hæ enim maxime substantiæ sunt, sed generans sufficiens est, ut faciat, & causa sit speciei esse in materia, tota ue ro iam talis forma, in his carnibus, & ossibus, Callias, et Socrates, & diuersa quidem, propter materiam (diuersa etenim) idem autem specie, indiuisibilis nanque forma est.

A N T. Par.4.

In quibusdam uero, palam quia generans tale quidem est, quale generatum. Nec tamen idem, nec unum numero, sed unum specie: ut in physicis. Homo nanque hominem generat, nisi quid præter naturā fiat, ut equus mulum. Et hoc quoque simile. Cōmune enim super equū & asinum non est nominatum proximum genus. Sunt autem ambo forsan uelut mulus. Quare palam quia non oportet quasi exemplum, speciem probare. Maxime enim in his exquirerentur. Nam substantiæ maxime hæ. Sed sufficiens est generans facere, & speciei causam esse in materia. Omnis uero talis species in his carnibus & ossibus, Callias & Socrates. Et diuersa quidem propter materiam. Diuersa nanque. Idem uero specie. Indiuidua enim species.

Hic plano sensu uerbo rum habetur materiā indiuiduationis esse principium

Ostendit, quod species separatæ non possunt esse causa generationis per modum exemplaris dicens, quod licet in aliquibus sit dubium utrum generans sit simile generato, tamen in quibusdam palam est quod generans sit quoddam tale, quale est generatum, non quidem idem numero, sed idem specie, ut patet in naturalibus. Homo enim generant hominem, similiter equus equum, & unaquæque res naturalis aliam simi lem in specie sibi, nisi accidat aliquid præter naturam sicut est cum equus generat mulum. Et dicitur ista generatio præter naturam, quia est præter intentionem naturæ particularis. Virtus enim formatiua, quæ est in spermate maris, naturaliter est ordinata ut produ-

Quod generatio muli est præter naturam, & quomodo.

cat

cat omnino simile ei, à quo sperma est decisum, sed de secundaria intentione est, quod quando perfecta similitudo induci non potest, inducatur qualiscunq; potest similis. Et, quia in generatione muli sperma equi non potest inducere speciem equi in materia, propter hoc quod non est proportionata ad suscipiendum speciem equi, inducit speciem propinquam. Vnde etiam in generatione muli est aliquo modo generans simile generato. Est enim aliquod proximum genus, quod non est nominatum, commune equo & asino. Et sub illo genere continetur etiam mulus. Vnde secundum illud genus potest dici quod simile generet simile. Vt si uerbi gratia dicamus quod illud proximum genus sit iumentū, poterimus dicere, quod licet equus non generet equum, sed mulum, iumentum tamen generet iumentum. Patet igitur, quod omnia generata consequuntur speciei similitudinem ex virtute generantis. Quare palam est, quòd non oportet ponere aliquam speciem separatam, quasi exemplar rebus generatis, ex cuius imagine res generatæ speciei similitudinem consequantur, vt Platonici ponebant. Maxime enim huiusmodi exemplaria requirerentur in prædictis substantijs naturalibus, quæ sunt maxime substantiæ respectu artificialium. Sufficiens autē est in prædictis generans ad faciendum similitudinē speciei, & est sufficiens (ponere causam speciei in materia,) i. quòd illud quod facit hoc generatum consequi talem speciem nō sit species extra materiam, sed species in materia. (Omnis autem species, quæ est in materia,) i. in his carnib. & in his ossibus, est aliquod singulare, vt Callias & Socr. Et ista etiam species causans similitudinem speciei in generando, est diuersa à specie generati secūdum numerum per diuersam materiam. Cuius diuersitas est principium diuersitatis indiuiduorum in eadem specie. Diuersa nanque est materia, in qua est forma hominis generantis & hominis generati. Sed vtraque forma est idem secundū speciem. Nam ipsa species est (indiuidua,) i. non diuersificatur in generante & generato. Relinquitur ergo, quòd non oportet ponere aliquam speciem preter singularia, quæ sit causa speciei in generatis, vt Platonici ponebant.

Idea nō est exemplar in generatione naturali

LECTIO VIII.

Cur in his, quæ secundum artem contingunt, quædam ab arte & natura fiant, quædam vero ab arte tantum, exponitur. Formam deinde non solum substantialem non generari, sed neque accidentalem, sed compositum, manifestatur.

BESS. tex. 39.

Dubitauerit autem aliquis, cur quædam & arte, & casu fiunt, ut sanitas, quædam autem minimè, ut domus.

ANT. Tex. c. 25 par. 1. par. 3. text. 6. par. seq. Lect. 7.

Dubitabit autem aliquis quare alia fiunt arte & à casu, ut sanitas, alia non, ut domus.

Postquam ostendit Philosophus, quòd species separatæ non sunt causa generationis in istis inferioribus, hic manifestat quædam, quæ possent esse dubia circa prædeterminata. Et diuiditur in partes tres, secundum quòd tria dubia sunt quæ manifestare intendit. Secunda pars incipit ibi (Palam uero ex dictis.) Tertia ibi (Non solum autem de substantia.) Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem, Secundo soluit eam, ibi (Causa uero &c.) Oritur autem prima dubitatio ex eo, quod supra dixerat, quòd, quando principiū sanitatis est species, q̄ est in aīa, tunc sanitas fit ab arte, quando uero sanitas nō est ab hoc principio, sed à calefactione, tūc fit sanitas à casu, sicut cū accidit sanitas ex confricatione. Hoc autem non pōt accidere in omnibus, quæ fiunt ab arte. Domus enim nunquam fit ab aliquo principio, nisi à specie domus in anima, & sic semper fit ab arte, & nō à casu. Et ideo est dubitatio, quare quędam sint quandoque quidem ab arte, quandoque quidem à casu, ut sanitas, quædam uero non, sed fiunt tantum ab arte, & nunquam à casu, ut domus. Deinde cum dicit.

Dubiū cur aliqua fiunt ab arte & a casu, aliqua vero ab arte tantū, ad artificialia spectat.

BESS.

Causa uero est quod horum quidem materia, quæ principium generationis est cum faciens fit, & factum aliquid eorum, quæ ab arte fiunt, in qua est aliqua pars rei, quædam talis, ut à seipsa moueatur, quædam non. & huius, quędam sic possibilis est, quędam impossibilis, multa nanque possibilia quidem à seipsis moueri, sed non sic, ut puta saltare. Quarumcunque itaque talis materia est, ut lapides, impossibile est sic moueri nisi ab alio, sic tamen certè est & ignis: propterea quædam non erunt absque eo, qui habet artem quędam erunt. ab his enim mouebuntur, quę non habent quidem artem, moueri uero possunt ipsa met aut ab alijs non habentibus artem, aut ex parte.

ANT. par. 11.

Causa uero est, quia horum quidem est materia incipiens generationis in facere & fieri aliquid eorum quę ab arte, in qua existit aliqua rei pars. Hæc quidem talis est, qualis moueri ab ea, illa uero nō. Et huius hęc quidē sic potens, hæc aūt impotens. Multa nanque possunt ab ipsis moueri sed non sic, puta saltare. Quorum igitur talis ē materia, ut lapides, impossibile sic moueri nisi ab alio. Sic tamen & utique ignis. Propter hoc hęc quidē non erunt sine habente artem; hęc autem erunt. Ab his .n. mouebuntur non habentib. artem, aut ex parte.

Soluit quæstionem, & dicit causam prædictæ differentię in artificialibus hanc esse, quia materia, à qua incipit generatio, secundum quam contingit facere & fieri aliquid eorū, quæ sunt ab arte, talis est, in qua existit aliqua pars rei. Oportet nāque in materia qualibet esse aptitudinem ad formam. Non enim quodlibet artificiatum potest fieri ex qualibet materia, sed ex determinata. Sicut serra non fit ex lana, sed ex ferro. Ipsa ergo aptitudo ad formam artificiati, quæ est in materia, iam est aliqua pars artificiati, quæ est in materia, quia sine aptitudine artificiatum esse non potest. Sicut serra non potest esse sine duritie, per quam ferrum est ordinatum ad formam serræ. Sed hæc pars dupliciter inuenitur in materia. Quandoq; quidem ita, quòd per eam materia potest moueri à seipsa per partem formæ in ea existentem. Quandoque uero non. Sicut in corpore humano, quod est materia sanationis, inest uirtus actiua, per quā corpus potest sanare seipsum. In lapidib. autem & lignis non est aliqua uirtus actiua, per quam possit moueri materia ad formam domus. Etsi quidem materia sic possit moueri per partem formæ, quam in se habet ad formam, hoc contingit dupliciter, quia quandoque potest sic moueri per principium intrinsecum, quod est pars prædicta, sicut moueretur per artem, ut accidit in sanatione, nam natura humani corporis eodē modo agit ad sanitatem sicut & ars. Quandoque uero non potest moueri materia per principium intrinsecum eodem modo, sicut mouetur ab arte, licet aliquo modo per ipsum moueri possit. Multa enim sunt, quæ possunt à seipsis moueri, sed non sic, sicut mouentur ab arte, ut patet in saltatione. Homines .n. non habentes artem saltandi possunt quidem mouere seipsos, sed non illo modo, sicut mouent se qui habent artem prædictam. Illa igitur artificialia, quæ habent talem naturam, sicut lapides sunt materia domus, non possunt à seipsis moueri impossibile est .n. moueri ea nisi ab alio. Et hoc non solum est in artificialib. sed etiam in naturalibus. Sicut .n. & materia ignis

Solutio dubij.

non

non potest moueri ad formam ignis nisi ab alio. Et inde est, quòd forma ignis. nō generatur nisi ab alio. Et propter hoc quædam arrificialia non possunt fieri sine habente artem, quæ scilicet in sua materia nel nō habent aliquod principium motiuum ad formam, uel non sic motiuum, sicut ars mouet. Quæ uero ab aliquo extrinseco principio moueri possunt non habente artem, possunt esse & fieri etiam sine habente artem. Mouebuntur enim eorum materiæ ab his, q̄ non habent artem. Quod quidem ostendit dupliciter. Vno modo inquantum possunt moueri ab aliquibus alijs extrinsecis principijs non habentibus artem, sicut arborem plantare potest etiam qui non habet artem plantandi. Alio modo quando (materia mouetur ex parte, }idest ab aliquo principio intrinseco, quod est aliqua pars formæ. Sicut cum corpus humanū sanatur ab aliquo principio intrinseco, quod est aliqua pars formæ. Sciēdum est autem, quod occasione horum uerborum, quæ hic dicuntur, quidam ponit, q in omni generatione naturali est aliquod principium actiuum in materia, quod quidē est forma in potentia præexistens in materia, quæ est quædam inchoatio formę. Vnde hæc formę pars dicitur. Quod quidem adstruere uituntur. Primo ex hoc q hic dicitur. Videtur enim hic Arist. dicere quòd illa, in quorum materia non est principium actiuum, fiūt tantum ab arte. Oportet igitur, quod in materia illorum, quę fiūt à natora, insit aliquod principium actiuum. Secundo ex hoc, quod omnis motus, cuius principium non est in eo quod mouetur, sed extra, est motus uiolentus, & non naturalis. Si igitur sn his, quæ generantur per naturam, non esset aliquod principium generationis actiuum in materia, tūc eorum generationes non essent naturales, sed uiolentæ, aut non esset aliqua differentia inter generationem artificialē & naturalem. Et si obiiciatur contra eos, quod tunc ea, quæ generantur naturaliter, non indigent extrinseco generante, si eorum generatio est à principio intrinseco. Respondet quod sicut principium intrinsecum nō est forma completa, sed quædam inchoatio formæ, ita etiam non est perfectum principium actiuum, ut per se posset agere ad generationem, sed habet aliquid de uirtute actiua ut cooperetur exteriori agenti. Nisi enim aliquid conferret mobile exteriori agenti, esset motus uiolētus: uiolētū.n. est, cuius principiū est extra, nil conferente nim passo, ut in Primo Ethicorum dicitur. Hæc antem opinio uidetur propinqua ponentib. latitationem formarum. Cum .n. nihil agat nisi secūdum quod est in actu, si partes uel inchoationēs formarum, quæ sunt in materia, habēt aliquam uirtutem actiuam, sequitur q sint aliquo modo actu, quod est ponere latitationem formarū. Et præterea cum esse sit ante agere, non potest intelligi forma prius habere agere, quam sit in actu. Et ideo dicendum est, quòd sicut sola uiuentia inueniūtur se moueri secundum locum, alia uero mouētur à principio extrinseco, uel remouente prohibens, ut dicitur. 8. phy. ita secundum alios motus, sola uiuentia inueniuntur mouere seipsa. Et hoc ideo, quia inueniuntur habere diuersas partes, quarum una potest esse mouens, & alia mota, quod oportet esse in omnino mouente seipsum, ut probatur in. 8. phy. Sic igitur in uenimus in generatione uiuentium esse principium actiuum intrinsecum quod est uirtus formatiua in semine. Et sicut est potentia augmentatiua mouens in motu augmenti & decrementi, ita est & in motu alterationis, quæ est sanatio, principium mouens intra. Nam cum cor non sit susceptiuum infirmitatis, uirtus naturalis, quæ est in corde sano, totum corpus ad sanitatē alterat. De tali igitur materia habente in se principium actiuū loquitur hic Philosophus & non de rebus inanimatis. Quod ex hoc patet, quia materiam ignis comparat materiæ domus in hoc, quod utraque mouetur ad formam à principio extrinseco. Non tamen sequitur quod generatio inanimatorum corporum sit naturalis. Non enim oportet ad motum nālem. quòd semper principium motus, quod est in mobili, sit principium actiuum & formale, sed quandoque est passiuum & materiale. Vnde & natora in. 2. phy. distinguitur per materiam & formam. Et ab hoc principio dicitur naturalis generatio simplicium corporum, ut dicit Commentator in Secundo physicorum. Differentia tamen est inter materiam naturalium & artificialium, quia in materia rerum naturalium est aptitudo naturalis ad formam, & potest reduci sn actum per agens naturale, non autem hoc contingit in materia artificialium.

Quidam ex dictis ponūt inchoatiua.

Lect. 1. Impugnatio inchoatiuorum.

Text. co. 34

Text. co. 40.

Tex. co. 6.

Co. primo.

Deinde cum dicit.

B E S S. tex. 30. p. 3.

Manifestum autem ex his, quæ dicta sunt, & quod quodam modo omnia fiunt ex uniuoco, quemadmodum quæ natura sunt, aut ex parte uniuoca, ut domus ex domo, aut ab intellectu, ars .n. forma est, aut parte aut habente aliquam partem, si non secundum accidens fiat.

Palam uero ex dictis, quia modo quodam omnia fiūt ex uniuoco, quemadmodum naturalia, aut ex parte uniuoco. ut domus ex domo. aut ab intellectu, Ars enim species. Aut ex parte, aut ex habente aliquam partem, nisi secundum accidens fiat.

Hic accipe, & spēs esse in intellectu & habitus esse species.

Manifestat secundum quod poterat esse dubium ex prędictis. Dixerat enim superius quòd omne quod generatur, generatur à simili secūdum speciem. Hoc autem non eodem modo se habet in omnibus, & iō hic manifestare intendit, quomodo hoc diuersimode in diuersis inueniatur, & circa hoc duo facit. Primo distinguit diuersos modos quibus generatum est simile generanti. Secundo manifestat eos. ibi (Causa nanque faciendi.} Sciendum est autem circa primum quod omne quod generatur ab aliquo aut generatur per se aut generatur ab eo per accidēs. Quod autem generatur ab aliquo per accidens, non generatur ab eo secundum quod huiusmodi. Vnde non oportet in generante esse similitudinem generati. Sicut inuentio thesauri non habet similitudinem aliquam in eo, qui sodiens ad plantandum inuenit thesaurum per accidens. Sed generans per se, generat tale secundum quod huiusmodi. Vnde oportet quod in generante per se, sit aliqualiter similitudo generati. Sed hoc contingit tripliciter. Vno modo quando forma generati præcedit in generante secundum eundem modum essendi, & simili materia. Sicut cū ignis generat ignem, uel homo generat hominem. Et hæc est generatio totaliter uniuoca. Alio modo quando forma generati præcedit in generante, non quidem secundum eundem modum essendi, nec in substantia eiusdem rationis, sicut forma domus præcedit in artifice, non secundum esse materiale, sed secundum esse immateriale, quod habet in mente artificis, non in lapidibus & lignis. Et hæc generatio est partim ex uniuoco quantum ad formam, partim ex æquiuoco quantum ad esse formæ in subiecto. Tertio modo quando ipsa tota forma generati non præcedit in generante, sed aliqua pars eius, aut aliqua pars partis, sicuti in medicina calida præcedit calor qui est pars sanitatis, aut aliquid ducens ad partem sanitatis. Et hæc generatio nullo modo est uniuoca. Et ideo dicit. {Palam ex dictis est quod aut fiunt omnia quodammodo ex totaliter uniuoco, sicut naturalia, {ut ignis ab igne, & homo ab homine. Aut ex eo quod est {ex parte) uniuocum, quātum ad formam, & ex parte æquiuocum quantum ad esse formæ in subiecto, sicut domus fit

par. seq. An unumquodq; eodem modo generetur à simili.

Tribus modis contingit generās assimilari generato à

ex

ex domo quæ est ars in artifice(aut ab intellectu)siue artis habitu. Ipsa enim ars ædificatiua est species domus. Aut tertio modo fiunt aliqua ex parte formæ præexistentis in generante, siue ex ipso generante, habente partem prædictam. Potest enim dici quòd generatio fit uel ex forma, siue parte formæ, uel ex habente formam, uel partem formæ. Sed ex habente quidem sicut ex generante, ex forma siue parte formæ, sicut ex eo quo generans generat. Nam forma non generat nec agit, sed habens formam per eam. Et hoc dico quòd aliquid fit ex alio simili secundum aliquem prædictorum modorum, nisi fiat ex eo per accidens. Tunc enim non oportet huiusmodi similitudinem obseruari, sicut dictum est.

Deinde cum dicit.

B E S. *Causa enim faciendi prima secundum se, pars. calor enim in motu, calorem in corpore facit. hic uero, aut sanitas est, aut pars, aut sequitur eũ aliqua sanitatis pars, aut ipsa sanitas: quare & dicitur facere, quia illud, quod sequitur, & cui accidit calor, sanitatem efficit. Quare sicut in syllogismis, omnium principium substantia est (ex ipso enim quid est, syllogismi sunt) hic etiam generationes.*

tex.31.

A N T. par.4. Alia litera sanitas. tex.c.31. Hic accipe quodq. dest subiecti esse medium in demonstratione par. sequen.

Causa namque faciendi prima secundum se pars. Calor enim in motu calorem in corpore facit. Is uero est aut sanitas, aut pars, aut sequitur eum pars aliqua sanitatis, aut sanitas ipsa. Propter quod dicitur facere, quia illud facit sanitatem, cui consequitur & accidit calor. Quare quemadmodum in syllogismis omnium principium est substantia, nam ex quodquidest syllogismi sunt, & hic generationes.

Manifestat modos prædictos, & primo in rebus artificialibus. Secundo in rebus naturalibus, ibi (Similiter itaque his. Dicit ergo primo quod ideò oportet quod fit fieri ex aliqua parte, quia prima causa faciendi secundum se, est pars generati præexistentis in generante, quæ est uel ipsa forma generantis, uel pars formæ. Cum enim per motum calor generatur, in ipso motu est quodammodo calor sicut in uirtute actiua. Nam ipsa uirtus causandi calorem quæ est in motu, est aliquid de genere caloris. Et iste calor in motu existens uirtute, facit calorem in corpore, non quidem generatione uniuoca, sed æquiuoca, qua calor in motu, & in corpore calido, non est unius rationis. Is uero, scilicet calor aut est ipsa sanitas, aut aliqua pars sanitatis, aut sequitur eum aliqua pars sanitatis, aut sanitas ipsa. Per hæc quatuor quæ ponit, dat intelligere quatuor modos, quibus potest se habere forma generantis ad formam geniti. Quorum primus est quando forma generati totaliter est in generante, sicut forma domus est in mente artificis, & sicut forma ignis generati est in igne generante. Secundus modus est quando pars formæ generanti est in generante, sicut cum medicina calida sanat calefaciendo. Nam calor, factus est in sanato pars sanitatis. Tertius modus est quando pars formæ est in generante, non actu, sed uirtute, sicut quando motus calefaciendo sanat, calor enim est in motu uirtute, & non actu. Quartus modus est quando ipsa tota forma est in gñante uirtute, sed non actu, sicut forma stuporis est in pisce stuperfaciente manum. Et similiter est in alijs quæ agunt à tota specie. Primum ergo modum designat in hoc quod dicit { aut sanitas. } Secundum in hoc quod dicit (Aut pars. } Tertium in hoc quod dicit. (Aut sequitur eum aliqua pars sanitatis. } Quartũ in hoc quod dicit. { Aut sanitas ipsa.) Et quia motus causat calorem ad quem sequitur sanitas, propter hoc etiam dicitur motus facere sanitatem, quia id facit sanitatem cui consequitur uel accidit sanitas. Vel melius. (Quod consequitur & accidit ex motu), scilicet calor facit sanitatẽ. Quare patet, quod sicut in syllogismis omnium principium est substantia,) idest quod quidest rei. Nam syllogismis demonstratiui sunt ex quid est, cum in demonstrationibus medium sit diffinitio (& hic) scilicet in operatiuis generationes sunt ex quodquidest. In quo ostenditur similitudo intellectus speculatiui & practici. Sicut enim intellectus speculatiuus procedit ad demonstrandum passiones de subiectis ex consideratione eius quodquidest, ita intellectus procedit ad operandum ex specie artificij, quæ est eius quodquidest, ut supra dictum est.

Quatuor modis pôt dici forma generati esse in generante.

Conuenientia intellectus speculatiui & practici.

Deinde cum dicit.

B E S S. Vide digressioné Auer.

Similiter se habent & quæ natura constituta sunt, semen nanque facit, sicut ea, quæ ab arte sunt. habet enim potestate formam, et à quo semen est, quodam modo uniuocum (non enim omnia ita oportet quærere, sicut ex homine hõ etenim mulier ex uiro. unde mulus non ex mulo) sed si non læsura fuerit. Quæcunque uero quorum materia potest, & à seipsa moueri eo motu, quo semen mouet, à casu, sicut ibi fiunt, quorum autem non, hæc impossibilia sunt aliter fieri, quam ex ipsis.

A N T. Par.5.

Similiter itaq. his, & quæ sunt natura constituta, se habent. Nam sperma facit sicut quæ ab arte. Habet enim potestate speciem, & à quo sperma est, aliqualiter uniuocum. Non enim omnia oportet quærere ut ex homine homo. Et enim fæmina ex uiro. Vnde mulus non ex mulo, sed si in non orbatio fuerit. Quæcunque autem à casu, sicut ibi fit, quorumcunque materia potest à seipso moueri hoc motu, quo sperma mouet. Quorumcunque uero non, ea impossibilia sunt fieri aliter q̃ ex ipsis.

Manifestat quod dixerat de artificialibus, in reb. naturalibus dicens, quod similiter se habent ea quæ sunt constituta secundum naturam, his quæ fiunt per artem. Sperma enim operatur ad generationem, sicut contingit in his quæ fiunt per artem. Sicut enim artifex non est actu domus, nec habet formam quæ sit domus actu, sed potestate, ita sperma non est animal actu, nec habet animam quæ est species animalis actu, sed potestate. Est enim in semine uirtus formatiua, quæ hoc modo comparatur ad materiam eõ cepti, sicut comparatur forma domus in mente artificis ad lapides & ligna, nisi quod forma artis est omnino extrinseca à lapidibus & lignis, uirtus autem spermatis est intrinseca. Quamuis autem generatio animalis ex spermate, non sit à spermate sicut ab uniuoco, quia sperma non est animal, id tamen à quo est sperma, est aliqualiter uniuocum ei quod fit ex spermate. Nam sperma fit ab animali. Et in hoc est dissimilitudo inter generationem naturalem, & generationem artificialem, quia nõ oportet quod forma domus in mente artificis sit à domo, licet quandoque hoc accidat, cum aliquis ad exemplar unius domus facit aliam. Sed semper oportet quòd sperma sit ab animali. Exponit aũt quod dixerat { aliqualiter uniuocum,) quia non oportet in omni generatione naturali esse omnimodam uniuocationem, sicut cum dicitur quod homo fit ex homine. { Fit enim fœmina ex uiro (sicut ex agente, (& mulus non fit ex mulo,) sed ex equo uel asino, in quo tamen est aliqua similitudo ut supra dixi. Et quod dixit quod à quo est sperma, oportet esse aliqualiter uniuocum, subiungit intelligendum est (si non fuerit orbatio,) idest si non fuerit defectus naturalis uirtutis in semine. Tunc enim generat aliquid quod non est simile generanti, sicut patet in monstruosis partibus. Et (sicut in illis,) idest in rebus artificialibus aliqua fiunt non solum per artem

Virtus formatiua, q.

tex.c.28.

tem, sed à casu, quando materia potest moueri à seipsa eo motu quo mouetur ab arte. Quando uero non potest hoc modo moueri, tunc non potest id quod fit ab arte, ab alio fieri quam ab arte, ita & hic possunt aliqua fieri à casu & sine spermate, illa quorum materia hoc modo potest moueri à seipsa (eo motu quo mouet sperma,) idest ad generationem animalis. Sicut patet in his quæ generantur ex putrefactione, quæ quomodo dicant esse a casu, & quomodo non, superius expositum est. Illa autem quorum materia non potest moueri a se ipsa eo motu quo a spermate mouet impossibilia sunt fieri aliter quam ex ipsis seminibus, sicut patet de homine & equo & alijs animalibus perfectis. Patet autem ex his quæ hic dicuntur, quòd neque omnia animalia possunt generari & ex semine & sine semine, ut Auic. ponit, neque nulla generant utroque modo, ut ponit Auerrois. Est autem aduertendum quod per ea quæ hic dicuntur, possunt solui dubitationes illorum qui ponebant formas in istis generatis. non esse à generantibus naturalibus, sed à formis quæ sunt sine materia. Hoc enim maxime nisi sunt ponere propter animalia generata ex putrefactione, quorum formæ non uidentur procedere ex aliquibus similibus secundum speciem. Vlterius autē in animalibus etiam quæ generantur ex semine, uirtus actiua generationis, quæ est in semine, nō est anima, ut ex hoc possit anima sequi in animali generatio. Adhuc autem procedunt, quia in inferiorib. istis non inueniuntur aliqua principia actiua ad generationem, nisi calidum & frigidum, quæ sunt formæ accidentales. Et sic non uidetur, quòd per ea possint produci formæ substantiales. Nec uidetur quòd ratio Philosophi quam supra posuit contra ponentes exemplaria, teneat in omnibus, ut scilicet ad similitudinem speciei in generatis, sufficiant formæ generantium. Sed omnes hæ dubitationes soluuntur per literam Arist. si diligenter inspiciatur. Dicitur enim in litera quòd uirtus actiua quæ est in spermate, & si non sit anima in actu, est tamen anima in uirtute, sicut forma domus in anima, non est domus actu, sed uirtute. Vnde sicut ex forma domus, quæ est in mente, potest fieri forma domus in materia, ita ex uirtute seminis, potest fieri anima completa, præter intellectum qui est ab extrinseco, ut dicitur in. 16. de animalibus. Et adhuc amplius in quantū uirtus quæ est in semine, est ab anima perfecta, cuius uirtute agit. Media enim principia, agunt in uirtute primorum. In his uero quæ generantur ex putrefactione, etiam est in materia aliquod principium simile uirtuti actiuæ quæ est in spermate, ex quo causatur anima in talibus animalibus Et sicuti uirtus quæ est in spermate, est ab anima completa animalis, & à uirtute cœlestis corporis, ita uirtus quæ est in materia putrefacta generatiua animalis, est à solo corpore cælesti, in quo sunt uirtute omnes formæ generatæ, sicut in principio actiuo. Qualitates etiam actiuæ, licet sint actiuæ, non tamen agunt solum in uirtute ꝓpria, sed in uirtute formarum substantialium ad quæ se habent sicut instrumenta, sicut dicitur in 2. de animæ, quod calor ignis est sicut instrumentum animæ nutritiuæ. Deinde cum dicit.

Text. c. 23.

Cōtra Auicē. & Auer.

Ex dictis patet formas substantiales esse à generantibus & non a formis separatis.

Text. co. 28.

Cap. tertio lib. secundi de generatione animalium.

tex co. 41.

B E S S. Tex. 32.

Non autem de substantia solum ostendit ratio non fieri formam sed de omnibus primis similiter communis ratio est, utputa quantitaté, qualitate, & aliis prædicamentis. fit. n. utputa, ænea sphæra, sed non sphæra, nec æs et in ære fit, semper nanque oportet præexistere materiam, & formam ita et in ipso quid est, & de qualitate, & quantitate, & alijs prædicamentis similiter. non. fit qualitas, sed quale lignum, nec quantitas, sed quantum lignum, aut animal.

A N T. Tex. co. 32. par. 6.

Non solum autem de substātia ostendit ratio non fieri speciem, sed de omnibus similiter primis communis, ratio, ut quantitate, & qualitate, & alijs categorijs. Fit enim uelut ærea sphæra, sed non sphæra, nec æs, sed in ære, si fit. Semper enim oportet præexistere materiam & speciem, & in quid, & in quantitate, & aliis similiter categorijs. Non enim fit quale sed quale lignum, nec quantum, sed quantum lignum, aut animal.

Manifestat tertium, quod poterat ex dictis esse dubiū. Probauerat enim ꝙ formę non generantur sed composita. Posset autem aliquis dubitare, utrum hoc uerum sit solum in formis substantialibus, aut etiam in accidentalibus. Cui dubitationi hic satisfacere intendit. Vnde duo facit. Primo ostendit, quod hoc est uerum in utrisque, dicens quòd ratio superius posita non solum ostendit (speciem,) idest formam non fieri (de substantia) idest circa prædicamentum substantiæ, sed communis est similiter (de omnibus primis,) idest de prædicamentis, sicut de qualitate, & quantitate, & alijs prædicamentis (Fit enim, ut ærea sphera,) idest quod est compositum, sicut ærea sphæra. (Sed non fit sphæra,) idest quod se habet per modum formæ. (Nec æs,) idest quod se habet ꝑ modū materiæ. Et si fit sphera aliquo modo loquendi non fit per se, sed in ære, quia semper oportet præexistere ad generationem materiam & speciem, ut supra est ostensum. Illud quoque quod est (ut ærea sphæra,) scilicet compositum, fit, (& in quid) hoc est in prædicamento substantiæ, & in qualitate, & quantitate, & similiter in alijs prædicamentis. Non enim fit (quale,) idest ipsa qualitas, sed hoc totum quod est quale lignum. Nec fit (quantum,) idest ipsa quantitas, sed lignum quantum, aut animal quantum.

Sicut substātialis ita & accidentalis forma non generatur, sed compositū utri usque.

tex. c. 27.

B E S S.

Cæterum ex his, proprium substantiæ accipere est, quod necesse est præexistere semper aliam substantiam actu existentem, quæ facit, ut puta animal si animal fit, quale uero, aut quantum non est necesse, nisi potentia solum.

A N T. Par. 7.

Sed propriū substantiæ ex his accipere est, quia necesse præexistere semper alteram substantiam actu existentem, quæ facit, ut animal, si fit animal. Quale uero & quantum, non necessarium, nisi potestate solum.

Ostendit quid differat inter substantiam & accidentia, dicens, quod hoc oportet accipere, ut propriū substantię per comparationem ad accidentia, quia quando substantia generatur, necesse est pręexistere alteram substantiam, quę facit generationem. Sicut si animal generatur, oportet quod pręexistat animal generans in his, quę generantur ex semine. Sed in quali & quanto & in alijs accidentibus non oportet quòd pręexistat quale, aut quantum actu, sed solum in potentia, quod est materiale principium & subiectum motus. Principium enim actiuum substantię non potest esse nisi substantia, sed principium actiuum accidentiū potest esse non accidens, scilicet substātia.

Differūt generatiōe, & substātię & accñа quo ad pricipia. Hinc accipe accidēs non attingere formam, substantialem productiue ut principale agens secus ut istrumentum ut supra.

DEFENSIO XIIII.

Nullam hic penitus in Doctore S. reperiri contradictionem ostenditur, ut Mauritius nulla ratione D. S. imponere ausus est.

HOc in loco non ueretur Mauritius diuo Tho. imponere, quod sibiipsi in proximis etiam, seu contiguis fere literis contradicat. Sic enim fædauit ibi margines dicens: (Hic & parum ante Tho. implicat.) Et non dicit in quo sibi contradicat. Nec mirum Cum enim nulla sit ibi contradictio, inueniri non

non potuit. Sed qui furijs passionum agitur, clara etiam in luce impingit, & quod ratione nequit, gestit saltem quo ualet nutu vel signo proximum, immo & patrem suum pro nixu confundere. Sed certe in caput nunc tuum reuertetur consulio tua. Quæ nam uilis homuncio, quæ nam in minimo apparens est contradictio? dicere inquam. (Si ex hoc tamen uacillas) principium actiuum substantiæ non potest esse nisi substantia, quod hoc in loco ex Arist. docet S. Tho. fatetur & Anto.and. Et dicere qualitates actiuas non in uirtute propria, sed in uirtute formarum substantialium, ad substãtię generationem concurrere, quod diuus Tho. supra super. t. 31. licet non sub his uerbis dicat, innuit tamen, immo expresse intendit ex intentione & uerbis Arist. dicentis ibi, Substantiam natura constitutam à spermate fieri, in quo potentia continetur atque uirtute. Nonne secunda hæc sententia non solum primæ non contradicit, sed eius potius cõfirmatio est ac aperta declaratio? Nonne secunda per Aristotelem in secundo de anima citatum, & dicentem quod calor naturalis est instrumentum animæ, confirmatur inuicte? Sibijpsi igitur etiam Philosophus repugnabit? Nonne & tuus Ant.an. uel secundũ tuam phantasiam Scotus cui tu ipsius Ant.andr. labores fallo ascribis, primam hic ex uerbo ponit, & secundam supra ex sensu? Nam super t. 29. dicit quòd est uirtus actiua in semine, quæ uocatur uirtus formatiua, quæ magis uidetur esse qualitas cõsequens formã substantialem seminis quàm ipsa eius forma substantialis. Et ibidem dicit quòd ratio seminalis continuat generationem in animatis, & quòd per illam ipsum semen, quod est instrumentale productiuum substantię operatur, et eandem uirtutem formatiuam, quam dixerat actiuam & esse potius accidens, dicit postea mouere ad formam substantialem, ex quibus omnibus sequitur accidentia ad productionem substantię concurrere. Sibijpsi igitur hic aurigia tuus contradicet? Est igitur substantia quidem primum principiũ substantiæ, tam quod, ut agens uniuocum uel quasi uniuocum, quam quo, ut talis agentis substantialis forma. Est & accidẽs multiplex concurrens ad hãc substantiæ generationem, ut quo, tamen & secundarium agens seu ut substantię tantummodo instrumẽtum, quod non nisi in uirtute principalis agentis ad primũ effectum cooperatur. Hanc doctrinam in uerbis Aristo. poteras intueri, tam hic expositis quàm in secundo de anima allegatis, & indicare id ipsum tibi debuit ly principium. Qualitates enim actiuę non possunt absolute dici principia formæ substantialis. Hoc ipsum cõmunes omium Philosophorum conceptionis animi experientia quotidiana firmatę potuissent ostendere, quod non nisi medijs qualitatibus actiuis atque passiuis naturale agens potest quicquã producere. Sed multiplex uelamen habuisti super oculos tuos, ut non posses hæc intueri, & ideo tibi in parte compatiendum est.

LECTIO IX.

Ex quibus nam partibus quodquidest, & definitio constet, & quomodo partes toto priores sunt inquiritur.

BESS. Tex. 33.

CVm autem definitio ratio sit, omnis autem ratio partes habeat, ac sicuti ratio ad rem similiter et pars rationis ad partem rei se habeat, dubitatur utrum oportet partium rationem inesse in ratione totius, an non. In quibusdam enim uidentur inesse, in quibusdam uero non: circuli enim ratio non habet rationẽ sectionum, ratio uero syllabę habet rationem elementorum, atque circulus diuiditur in sectiones, sicuti syllaba in elementa.

ANT text. co. 33. par. 1.

Quoniam uero diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, ut autem ratio ad rem & pars rationis ad partẽ rei similiter se habet. Dubitatur iam, an oportet partium rationem esse in totius ratione, an non. In quibusdam enim uidentur esse, in quibusdam non. Nam circuli ratio non habet eam quæ incisionum, & tamen diuiditur circulus in incisiones, ut syllaba in elementa.

Postquam Philosophus ostendit quid est quodquideratesse, & quorum est, & quomodo se habet ad ea, quorum est, & quòd non oportet ponere quidditates rerum separatas propter generationem, hic intẽdit ostendere ex quib. constituitur quodquideratesse & diuiditur in duas partes. In prima ostendit ex quibus quodquiderat constituitur. In secunda ostendit quomodo ex illis fiat unum, ibi: (Nunc aũt dicamus primum.) Prima autem pars diuiditur in duas. In prima mouet dubitationem, In secunda soluit eam, ibi: (Aut multipliciter dicitur pars.) Prima pars diuiditur in duas dubitationes, quas mouet ad idem pertinentes, secundam ibi: (Amplius autem si priores sunt partes.) Dicit ergo primo, quod omnis (diffinitio est quædam ratio,) idest quædam compositio nominum per rationem ordinata. unum enim nomen non potest esse diffinitio, quia diffinitio oportet quòd distincte notificet principia rerum quę concurrunt ad essentiam rei constituendam, aliàs autem diffinitio non sufficienter manifestaret essentiã rei. Et propter hoc dicitur in 1. phy. quòd diffinitio diuidit (diffinitum in singulare,) id est exprimit distincte singula principia diffiniti. hoc autem non potest nisi per plures dictiones: Vnde una dictio non potest esse manifestatiua eo modo, quo nomen minus notum manifestatur per magis notum. Omnis aut ratio partes habet, quia est quædam oratio composita, & non simplex nomen. Et ideo uidetur quod sicut se habet ratio rei ad rem, ita se habent partes rationis ad partes rei. Et propter hoc dubitatur, utrum oporteat rationem partium ponere in ratione totius, aut non. Et hęc dubitatio exinde confirmatur, quia in quibusdã rationibus totorum, uidentur esse rationes partium, & in quibusdam non. In diffinitione enim circuli nõ ponitur diffinitio (incisionum circuli,) idest partium ex circulo separatarũ, sicut semicirculi. Sed diffinitio syllabe continet in se diffinitionem (elementorum,) idest literarum. Si enim diffinitur syllaba, oportet quod dicatur esse aliqua uox composita ex literis. Et sic in diffinitione syllabę ponitur litera, & per consequens diffinitio eius, quia semper uti possumus diffinitione pro nomine. Et tamen circulus diuiditur in incisiones ut in partes, sicut syllaba (in elementa,) idest in literas. Quod autem hic dicitur, quod sicut se habet diffinitio ad rem, ita se habet pars diffinitionis ad partem rei, uidetur habere dubitationem. Diffinitio enim est idem rei. Vnde uidetur sequi quòd partes diffinitionis sint idem partibus rei, quod patet esse falsũ. Nam partes diffinitionis prædicantur de diffinito, sicut de homine, animal & rationale, nulla aut pars integralis prædicatur de toto. Sed dicendum est, quod partes diffinitionis significant partes rei, inquantum à partibus rei sumuntur partes diffinitionis non ita quod partes diffinitionis sint partes rei. Non enim animal est pars hominis, neque rationale, sed animal sumitur ab una parte, & rationale ab alia. Animal.n. est quod habet naturam sensitiuã, rationale uero quod habet rationem. Natura aut sensitiua, est ut materialis respectu rationis. Et inde est quod genus sumitur à materia, differentia à forma, species autem à forma & materia simul. Nam homo est quod habet rationem in natura sensitiua. Deinde cum dicit.

Inf. sec. 12. princ.

Inf. par. 3. par. seq.

Text. co. 5.

Dubium an ratio partiũ poni debeat in ratione totius.

Partes diffinitionis significat partes rei, quo sensu.

Item

BESS.

Item autem, si partes priores sint toto, recti autem acutus est pars, et digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur tamen ista esse priora: ratione, nanque, dicuntur ex illis, & eo quòd sint absq; inuicem, priora sunt.

ANT. par.2.

Amplius enim si priores sunt partes toto, & recti abutus est pars, & digitus hominis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur autem illa esse priora. Secundum rationem nanque dicuntur ex illis, & in esse sine inuicem priora.

Secundum dubium. An pars sit prior toto, vel econtra

Ponit secundam dubitationem, quæ est de prioritate partium. Omnes enim partes vidētur esse priores toto, sicut simplex composito. Acutus enim angulus est pars recti anguli. Diuiditur enim rectus angulus in duos, vel plures angulos acutos. Et similiter digitus est pars hominis. Vnde videtur, quòd acutus angulus sit naturaliter prior recto, & digitus prior homine. Sed contra videntur illa esse priora, s. rectus acuto, & homo digito. Et hoc dupliciter. Primo quidem secundum rationem. Per hunc enim modum illa dicuntur esse priora, quæ in eorum rationibus ponuntur, & non econtrario. (Acutus enim & digitus dicuntur esse secundum rationem,) i. diffiniuntur ex illis, s. homine & recto, vt dictum est. Vnde videtur, quòd homo, & rectus angulus sint priores digito & acuto angulo. Secundo vero prout dicuntur esse aliqua priora ex eo, quòd est esse sine inuicem. Quæ. n. possunt esse sine alijs, & non econtrario, dicuntur esse priora, vt in quinto est habitum, sicut vnum duob. Homo autem potest esse sine digito. Digitus autem non potest esse sine homine, quia digitus abscissus nō est digitus, vt infra dicetur. Vnde videtur, quòd homo sit prior digito. Et eadem ratio est de recto & acuto. Deinde cum dicit.

tex. co.36.

tex. co.35.

BESS. tex. 34.

An multis modis dicitur pars. Quorum vnus modus, secundum quantum mensurat. Sed hæc quidem prętermittatur, ex quib. vero substantia, tanquam ex partibus est, hoc considerandum est. Si igitur hoc quidem materia est, hoc vero forma, hoc vero ex his, & substātia est materia, & forma, & quod ex his: quodam modo quidem materia etiam pars alicuius dicitur, quodam modo vero non. quandoquidem ex quibus ratio formæ, vtputa concauitatis, non est pars caro, hæc enim materia, in qua fit. simitatis autem pars aliqua est. & totius quidem statua, pars, æs. eius autem, quod vt forma dicitur statuæ, minimè. dicendum enim forma & quatenus formam habet, vnumquodque. materiale vero nunquam secundum se dicendum. Quare circuli quidem ratio non habet eam, quæ sectionum ratio est: sed syllabæ eam quæ elementorum est, quia elementa rationis partes sunt formæ, & non materia. sectiones vero horum sic partes tanquam materia, in quib. adueniūt, propinquiores tamen ipsi formæ, quam æs, cum in ære rotunditas fiat. Quodam modo vero nec elementa cuncta, in ratione syllabæ inerunt. vtputa, hæc cerea, aut quæ in ære sunt. iam enim etiam hęc syllabę pars sunt, tanquam materia sensibilis, etenim linea non, si diuisa in medietates, corrumpitur, aut homo in ossa, & neruos, & carnes. propter hoc & ita ex his sunt, tanquā ex his quæ sunt partes substantiæ, verum tanquam ex materia. & totius quidem sunt partes, formæ vero & cuius ratio minimè. Propter hoc nec in rationibus. quorundam itaque inerit talium partium ratio, quorundam vero non oportet inesse, nisi sint ipsius simul sumpti. propter hoc enim, nonnullæ ex his tanquam principijs sunt, in quas corrumpuntur, quædam vero non sunt. quæcunque igitur simul sumpta, forma & materia sunt vt simum, aut æneus circulus. illa sanè in hęc corrumpuntur. & pars ipsorum est materia: quęcunque non simul, cum materia sumuntur, sed absque materia, vt rationes formę solum, hęc profectò non corrumpuntur, aut penitus, aut nequaquam ita. Quare illorum quidē principia & partes, quæ in eis sunt, formæ vero, neque partes, neque principia huiusmodi. & propterea lutea statua in lutum corrumpitur, & sphæra in æs, & Callias in carnem & ossa. itē & circulus in sectiones. est enim aliquid, quòd cum materia sumitur ęquiuoce nanque dicitur circulus, & qui simpliciter dicitur, & singuli, propterea quòd singulis non sit proprium nomen.

ANT. Tex.co. 34. par.3.

Aut multipliciter dicitur pars quorum vnus quidē modus est, qui mensurat secundum quantitatem. Sed hic quidem prętermittatur. Ex quibus vero substantia est vt partibus, perscrutandum est. Si igitur est hoc quidē materia, illud vero species, aliud ex his, & substantia est materia, & species, & quod ex his est. Est quidem vt materia dicitur pars alicuius, est autem vt non, sed ex quibus speciei ratio. Vt concauitatis non est pars carō. hęc nanque materia in qua fit, simitatis vero pars aliqua est. Et totius quidem statuę pars est æs, eius autem quod species dicitur statuæ, non. Dicendum enim speciem & inquantum habet speciem vnumquodque, sed materiale nunquam secundum se est dicendum. Quapropter circuli ratio non habet eam, quæ est incisionū, sed quæ syllabæ eam quæ est elementorum. Nam elementa rationis partes sunt sicut speciei, & non materia. Incisiones vero huiusmodi, sicut partes, vt materia in quibus fiunt, propinquiores tamen speciei, quam quando in ære fit rotunditas. Est autem vt neque elementa omnia syllabæ in ratione insunt, vt hæc cerea, aut quę sunt in ære. Iam enim & hęc pars syllabæ quasi materia sensibilis. Etenim linea non si in dimidia corrumpitur, aut homo in ossa, aut neruos, & carnes, propter hoc & sunt ex his sicut entibus substantię, partibus. sed vt ex materia. Etenim quidem quod simul totū partes, speciei vero & cuius ratio non adhuc. Quapropter nec in rationibus. Horum quidem igitur inerit talium partium ratio, horum vero non oportet inesse, si non fuerint simul sumpta. Nam propter hoc quidem quædā ex his vt principijs sunt in quæ corrumpuntur, quędam vero non sunt. Quæcunque quidem igitur sumpta species &, materia, sunt ut simum, & ęreus circulus, hæc quidem corrumpuntur in hoc, & pars ipsorum materia. Quæcunque vero non concipiuntur cum materia, sed sine materia, vt rationes speciei solum, hæc non corrumpuntur, aut omnino, aut taliter non. Quare illorum quidem principia & partes, quæ sunt sub ipsis, speciei vero nec partes nec principia hæc. Et ideo corrumpitur lutea statua in lutum, & sphæra in æs, & Callias in carnem & ossa. Amplius autem circulus in incisiones. Est enim aliquis qui concipitur cum materia. Aequiuoce nanque dicitur circulus, & qui simpliciter dicitur, & singuli, quia non est proprium nomen singulorum.

Lec.6.pri.

Le.81.pri.

Duplex opinio de essentijs.

Soluit propositas quæstiones, & diuiditur in tres partes. In prima ponit solutionem. In secunda exponit eam ibi: (Dictum est igitur nunc ipsum.) Tertio determinat quandam dubitationem, quæ ex prædicta solutione oriri potest, ibi: (Dubitatur autem merito.) Ad euidentiam autem horum, quę in hoc capitulo dicuntur, sciendum est, quod circa diffinitiones rerum, & earum essentias, duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd tota essentia speciei est ipsa forma, sicut q tota essentia hominis est anima propter

hoc

hoc dicunt, quod eadem secundum rem est forma totius quæ significatur nomine humanitatis, & forma partis, quæ significatur nomine animæ, sed differunt solum secundum rationem. nam forma partis dicitur secundum quòd perficit materiam, & facit eam esse in actu, forma autem totius, secundum ꝙ totum cõpositum per eam in specie collocatur, & ex hoc uolunt, quòd nullæ partes materiæ ponantur in diffinitione indicante speciem, sed solum principia formalia speciei. Et hæc opinio uidetur Auerrois & quorundam sequentium eum. Sed uidetur esse contra intentionem Arist. Dicit enim superius in 6. ꝙ res naturales habent in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt à mathematicis. Non autem potest dici, ꝙ substantiæ naturales diffiniantur per id quod non sit de essentia earum. Substantiæ enim non habent diffinitionem ex additione, sed sola accidentia, ut supra est habitum. Vnde relinquitur, ꝙ materia sẽsibilis sit pars essentiæ substantiarum naturalium, nõ solum quantum ad indiuidua, sed etiam quantum ad species ipsas. Diffinitiones enim non dantur de indiuiduis, sed de speciebus. Vnde est alia opinio, quam sequitur Auicenna, & secundum hanc forma totius, quæ est ipsa quidditas speciei differt à forma partis, sicut totum à parte. nam quidditas speciei, est cõposita ex materia & forma, non tamen ex hac forma, & ex hac materia indiuidua. Ex his enim componitur indiuiduum ut Socr. & Callias. Et hæc est sententia Arist. in hoc capitulo, quam introducit ad excludendum opinionem Platonis de ideis. Dicebat enim species rerum naturalium esse per se existentes sine materia sensibili, quasi materia sensibilis non esset aliquo modo pars speciei. Ostenso ergo, quòd materia sensibilis sit pars speciei in rebus naturalibus, ostenditur ꝙ impossibile est esse species rerum naturalium sine mateeria sensibili, sicut hominem sine carnibus & ossibus, & sic de alijs: & hic erit tertius modus destruẽdi ideas. Nam primo destruxit per hoc quòd quodquideratesse non est separatum ab eo cuius est. Secundo per hoc, quòd species separatæ à materia non sũt causæ generationis, neque per modum generantis, neque per modum exemplaris. Nunc autem tertio improbat eam per hoc, quòd materia sensibilis in communi est ratio speciei. Dicit ergo soluendo, quòd multipliciter dr̃ pars, sicut in quinto est habitum. Et uno modo dicitur pars quantitatiua, hoc scilicet quod mensurat totum secundum quantitatem, sicut bicubitum est pars cubiti, & binarius senarij. Sed hic modus partium prætermittatur ad præsens, non enim intendimus hic inquirere partes quantitatis, sed intendimus inquirere de partibus diffinitionis, quæ significant substantiam rei. Vnde perscrutandum est de illis partibus ex quibus substantia rei componitur. Pars autem substantiæ est & materia, & forma, & ex quibus est aliquid compositum. Et quodlibet istorum trium, scilicet materia & forma & compositum ex his, est substantia, ut supra habitum est. Et ideo materia est quidem, quodam modo pars alicuius, quodammodo non est, sed solum (illa, ex quibus est ratio speciei,) idest formæ. Intelligimus enim concauitatem quasi formam, & nasum materiam, & simum quasi compositum. & secundum hoc caro, quæ est materia uel pars materiæ non est pars concauitatis, quæ est forma uel species. nam caro est materia, in qua fit species. Sed tamen caro est aliqua pars simitatis, si tamen simitas, intelligitur esse quoddam compositum, & non solum forma. Et similiter totius quidem statuæ, quæ est composita ex materia & forma pars est æs. non autem est pars statuæ secundũ quod statua accipitur solum pro specie, idest pro forma. Et ut sciatur quid est species, & quid est materia,

Opi. Auer. ipugnatur, qui tenuit tantum formam pertinere ad speciem.

Tex. co. 2.

Text. co. 17. & 18.

Opin. Auic.

Sententia Arist.

Text. co. 30.

tex. co. 7.

dicendum est illud ad speciem pertinere, quod conuenit unicuique inquantum speciem habet. Sicuti in quantum habet speciem statuæ, conuenit alicui qđ sit figuratum, uel aliquid aliud huiusmodi. Sed id, quod est materiale ad speciem, nunquam dicendum est secundum se de specie. Sciendum tamen est, quòd nulla materia nec communis, nec indiuiduata secundum se, se habet ad speciem prout sumitur pro forma. Sed secundum quod species sumit̃ pro uniuersali sicut hominẽ dicimus esse spẽm, sic materia cõis per se pertinet ad speciem, non autem materia indiuidualis, in qua natura speciei accipitur. Et ideo dicendum est, quod diffinitio circuli non continet in se (diffinitionem incisinnum,) id est partium ex circulo incisarum, uel semicirculi, uel quartæ partis circuli. Sed diffinitio, quæ est syllabæ comprehendit in se diffinitionem, quæ est (elementorum,) idest literarum. Et huius ratio est, quia (elementa,) idest literæ, sunt partes syllabæ quantum ad speciem suam, & nõ secundum materiam. Ipsa enim forma syllabæ in hoc consistit, quòd ex literis componatur. Sed incisiones circuli sunt partes non circuli secundum speciem accepti, sed huius circuli particularis, uel horum circulorum, sicut materia in qua fit species circuli. Et hoc accipi potest ex regula superius posita. hoc enim dixit ad speciem pertinere, quod secũdum se inest unicuique speciem habenti. Ad materiam uero quod ro quod accit speciei. Per se autem inest syllabæ, qđ ex literis componatur. Quod autem circulus sit actu diuisus in semicirculos, hoc accidit circulo, non inquantum est circulus, sed inquantum est hic circulus, cuius hæc linea diuidetur q̃ est pars eius ut materia. unde patet, quòd semi circulus est pars circuli secundum materiam indiuidualem. Vnde ista materia, quæ est hæc linea, est propinquior speciei quàm æs, quod est materia sensibilis, quando rotunditas, quæ est forma circuli, fit in ære. Quia species circuli nunquam est præter lineam est autem præter æs. Et sicut partes circuli, quæ sunt secundum materiam indiuidualem, non ponuntur in eius diffinitione, ita etiam nec omnes literæ ponuntur in diffinitione syllabæ, quæ scilicet sunt partes cum materia, ut literæ descriptæ in cera, uel prolatæ aere. hæ enim iam sunt partes syllabę, sicut materia sensibilis. non enim oportet, quod omnes partes ĩ quas res aliqua resoluta corrũpitur, sint partes substantię. nõ enim si linea diuisa in duo dimidia corrumpitur, aut si homo resolutus in ossa & neruos & carnes corrumpitur, propter hoc sequitur quod linea sit ex dimidijs, & homo ex carnibus & ossibus, ita quod ista sint partes substantia eius, sed sunt ex istis partibus sicut ex materia. Vnde sunt partes eius quod est (simul totum,) idest compositum (Sed speciei,) idest formæ (& cuius est ratio,) id est eius, quod diffinitur, non adhuc sunt partes. Quapropter nullæ tales partes ponuntur in rationibus cõuenienter. Sciendum tamen, quod ratio talium partium in quorundam diffinitionibus ponitur, scilicet in diffinitionibus compositorum, quorum sunt partes. In quorundam uero diffinitionibus non oportet poni, scilicet in diffinitione formarum. nisi sint tales formæ, quę sint simul sumptæ cũ materia. Licet enim materia non sit pars formæ, tamen materia sine qua nõ potest concipi intellectu forma, oportet quòd ponatur in diffinitione formæ. sicut corpus organicum ponitur in diffinitione animæ. Sicut enim accidentia non habent esse perfectum nisi secundũ quod sunt in subiecto, ita nec formæ nisi secundum quod sunt in proprijs materijs. Et propter hoc sicuti accidentia diffiniuntur ex additione subiectorum, ita & forma ex additione propriæ materiæ. Cum igitur in diffinitione formæ ponitur materia, est diffinitio ex additione,

Species sumitur dupliciter.

Materia duplex, & quæ in rõne speciei cadat.

ne,

ne,non antē cum ponitur in diffinitione compositi. Vel hoc quod dicit (si non fuerint simul sumpta,) est exemplificatio eius quod dixerat (horum non oportet inesse.) In illis enim partes materiæ non oportet in diffinitionibus poni, quæ scilicet non sumuntur simul cum materia, uel quæ non significant aliquid compositum ex materia & forma. Et hoc patet, quia propter hoc quòd in quorundam rationibus non ponitur materia, in quorundam uero ponitur, contingit quòd quædam sunt (sicut ex principijs ex his in quæ corrumpitur,) idest ex partibus, in quas aliquid per corruptionem resoluitur. Et hæc sunt illa, in quorum diffinitionib. ponuntur materiæ. Quædam uero non sunt ex prædictis partibus materialibus, sicut illa in quorum diffinitionibus non ponitur materia. Et qa in istorum diffinitionibus ponitur materia, quæ sunt simul accepta cum materia, non autem in alijs, ideo quæcunque sunt simul sumpta species cum materia) idest quæcunque significant aliquid compositum ex materia & forma, ut simum, aut æneus circulos, huiusmodi corrumpuntur in partes materiales, & pars istorum est materia. Illa uero, quæ non concipiuntur in intellectū cum materia, sed sunt omnino sine materia, sicut illa quæ pertinent solum ad rationem speciei & formæ, illa uel non corrumpuntur omnino, uel non corrumpuntur taliter, idest per resolutionem in aliquas partes materiales. Quædam enim formæ sunt, quæ nullo modo corrumpuntur, sicut substantiæ intellectuales per se existentes, quædam uero formę non per existentes, corrumpuntur per se accidēs, corrupto subiecto. Quare patet, quòd huiusmodi partes materiales sunt principia partes eorum quæ sunt sub ipsis,) idest quæ ab eis dependent, sicut dependet totum ex partibus ex quibus componitur, non autē sunt partes nec principia speciei. Et propter hoc compositum, ut statua lutea, corrumpitur resoluta in materiam,) idest lutum, & sphæra ænea, in æs, & Callias qui est homo particularis, in carnem & ossa. Et similiter circulus particularis constans ex his lineis diuisis, corrumpitur in incisiones. Sicut enim Callias est aliquis homo qui concipitur cum materia indiuiduali, ita circulus, cuius sunt partes istę icisiones, est aliquis circulus particularis, qui concipitur cum indiuiduali materia. hoc tamen differunt, quia singulares homines habent nomen proprium. Vnde nomen speciei non æquiuocatur ad indiuidua, sed nomen circuli æquiuoce dicitur de circulo (qui simpliciter,) idest uniuersaliter dicitur, & ex singulis particularibus circulis. Et hoc ideo, quia singulis particularibus circulis non sunt nomina posita, sed nominā posita sunt singularium hominum. Attendendum est autē, quod nomen speciei non æquiuoce prædicatur de indiuiduo, secundum quod prædicat de eo communem naturam speciei, prædicaretur autem æquiuoce de eo, si prædicaretur inquantum significaret hoc indiuiduū prout huiusmodi. Si enim dicam, Socra. est homo, non æquiuocatur nomen hominis. sed si hoc nomen homo, imponatur alicui singulari homini ut propriū nomen, æquiuoce significabit speciem, & hoc indiuiduum. Et similiter de nomine circuli, quod æquiuoce significat speciem & hunc circulum.

Nomen speciei æquiuoce fit proprium indiuidui.

LECTIO X.

Quomodo partes sint toto priores. & qua ratione in diffinitione ponantur.

BESS. Text. c. 31.

Dicta itaque nunc quoque ueritas est, adhuc tamen dilucidius dicamus repetentes. Quęcunque enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio hæ priores, aut omnes, aut aliquę. Ratio uero recti non diuiditur in acuti rationem, sed acuti in rectum, utitur namque recto qui definit acutum, minor etenim recto acutus, similiter autem circulus & semicirculus sese habent semicirculus nanque circulo definitur, & digitus toto, talis enim hominis pars digitus. Quare quæcunque quidem partes ut materia, & in quas diuiditur ut in materiam, posteriores, quæcunque uero ut rationis, & secundum rationem substantiæ, priores, aut omnes, aut aliquæ.

Vide cōtradictionem æstimare sup per isto tex.

Dictum est igitur & nunc ipsum uerum, & causam amplius manifestius dicemus repetentes. Nam queaun que sunt rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ sunt priores, aut omnes, aut quædam. Recti uero ratio non diuiditur in acuti rationem, sed quæ est acuti in quę est recti: utitur autem diffiniens acutum recto, minor. n. recto, minor. n. recto acutus. Similiter aūt & circulus & semicirculus se habent, semicirculus enim diffinitur circulo, & digitus toto, talis enim hominis pars digitus Quare quęcunque sunt partes ut materia, & in quę diuiditur ut in materiam, sunt posteriora. Quęcunq; uero ut rationis & substantię secundum rationem, priora, aut omnia, aut quędam.

A N T. text. co. 31. par. 1.

Quia solutio superius posita non erat usquequaque manifesta, nondum enim ostenderat, quomodo partes sūt priores & posteriores, nec iterū distinxerat compositum uniuersale à particulari, nec etiam speciem à forma, ideo hic solutionem superius positam explanat. Diuiditur autem in partes duas. In prima explanat solutionem superius positam. In secunda docet qualiter sit ad quæstionem applicanda, ibi: (Interrogationi uero obuiare.) Prima diuiditur in duas. Primo soluit quæstinem quantum ad hoc, quod quæsitum fuit de prioritate partium. Secundo quantum ad hoc, quòd quęsitum fuit, utrum partes diffiniti in trent diffinitionem, ibi, (Sed rationis partes.) Prima diuiditur in duas. Primo ostendit quomodo partes sunt priores toto. Secundo manifestat per exemplū, ibi. (Quoniam uero.) Dicit ergo primo, quòd id, qđ superius est dictum in solutione proposita, uerum quidem est in se, tamen repetendum est ut amplius fiat manifestum, quantum ad hoc quod dictū est. Oportet enim, quòd omnes partes rationis, & in quas ratio diuiditur, sint priores diffinito, uel omnes, uel qdam. Et hoc dr pp hoc, φ partes formęqñq; nō sunt de necessitate speciei, sed de pfectione sicut uisus, & auditus, quę sunt partes animę sensibilis, non sūt de integritate uel necessitate aīalis. Pōt. n. esse animal sine his sensibus. Sunt tamen de perfectione animalis, quia animal perfectum hos etiam sensus habet. Et sic uniuersaliter est uerum, quòd illę partes q̄ ponuntur in diffinitione alicuius, sunt uniuersaliter priores eo. Sed acutus angulus, quamuis sit pars recti, non tamen ponitur in diffinitione eius, sed econuerso. non enim ratio recti anguli resoluitur in diffinitionem acuti, sed econuerso. Qui enim diffinit acutum utitur recto diffiniendo. Angulus enim acutus est angulus minor recto. Et similiter est de circulo & semicirculo, qui diffinitur per circulum. Est enim media pars circuli. Similiter est de digito & homine, qui ponitur in diffinitione digiti, diffinitur enim digitus, φ est talis pars hominis. Dictum est enim supra, quod partes formæ sunt partes rationis, non autem partes materiæ. Si igitur solæ partes, rationis sunt priores, nō autem materię, sequitur quòd quęcunque sint partes diffiniti, sicut materia, in quam, scilicet resoluitur diffinitum, ut compositū in materialia principia, sunt posteriora. (Quęcunque uero sunt partes rationis & sub

Explanat suprapositā solutionem Inf par. 4.

par. 3.

par. seq. Solutio secundi dubij licet tangat etiā primū.

Quæ partes sunt priores toto, & quæ non. Idem declaratur in sequenti.

substantiæ quæ est secundum rationem,) idest partes formæ secundum quam sumitur ratio rei, sunt priora toto, aut omnia, aut quædam, ratione superius dicta. Deinde cum dicit.

B E S S. *Quoniam uero animalium animæ (hoc enim substantia animati) secundum rationem, & formam substantia & quod erat esse tali corpori, cuiusque nanque pars, si probè definiatur, non sine eo opere definietur, quod sine sensu non existet, sanè partes eius, priores, aut omnes, aut aliquæ toto animali, & de unoquoque similiter, corpus uero, & eius partes, posteriores hac substantia, & diuiditur in eas ut in materiam, non ipsa substantia, sed totum. Tota itaque quodam modo quidem priores sunt hę, quodam modo uero non, quandoquidem nec esse possunt separata: non enim quomodocunque se habet, digitus animalis est, sed æquiuocus, qui mortuus est. Quædam uero simul, quæcunque principales, & in qua prima ratio et substantia, utputa si hæc cor, aut cerebrum est. Nihil enim differt utra talis sit. Homo uero, et equus, & quæ ita se habent in singularibus sunt. Uniuersale uero substantia non est, sed totum quiddam ex hac ratione, & hac materia tanquam uniuersali. Singulare uero ex ultima materia, iam Socrates est. Et de cæteris similiter. Pars itaque, etiam formæ est (formam autē dico, quod quiderat esse) & ipsius totius, quod ex forma & ipsa materia est.*

A N T. par. 2. *Quoniam uero animalium anima est forma ipsorum (hæc. n. substātia est aīati, quę secundum rationem substantia est) & species, & quodquiderat esse tali corpori unuscuiusque. Pars enim si diffiniatur bene, non sine opere definietur, quod non existet sine sensu. Quare huiusmodi partes, priores, aut omnes, aut quędam simul toto animali. Et secundū unumquodque ita similiter. Corpus uero & huiusmodi partes, posteriores sunt hac substantia. Et quod diuiditur in hęc ut in materiam, nō substantia, sed totum. Et quidem igitur quod simul totum, priora hęc, est ut sic, est autem ut non. Neque enim possunt esse separata. Neque enim quocunque modo se habens, digitus animalis, sed æquiuocus qui mortuus. Quædam uero simul, quęcunque principalia, & in quo ratio & substantia. Puta si hoc cor, aut cerebrum. Nihil enim differt utrum tale. Homo autem & equus & quæ ita in singularibus, uniuersaliter autem non sunt substantia, sed simul totum quoddam ex materia hac, & hac ratione, et uniuersaliter. Singulare uero ex ultima materia, Socrates iam est. Et in alijs similiter. Pars igitur quidem est et speciei. Speciem autem dico quodquid erat esse, et simul totius eius, quod ex specie, et materia ipsa.*

Hic accipe materiā vltimam esse id qđ prius singulæ est singulare, et ꝓ primum indiuiduationis principium.

Exponit quod dixerat per exempla dicens, ꝙ anima animalium cum sit substantia animati secundū rationem idest forma animati, à qua animarum habet propriam rationem, (est substantia,) idest forma & spēs. & quodquiderat esse (tali corpori,) scilicet organico. Corpus enim organicum non potest diffiniri nisi per animam. Et s̄m hoc aīa dr̄ ꝙ quiderat esse tali corpori. Et ꝙ hoc sit verum, patet per hoc ꝙ si aliquis bene diffiniat cuiuscunque aīalis partē, non pōt eam bene diffinire nisi per propriā operationē. Sicut si dicat ꝙ oculus est pars aīalis per quā videt. Ipsa aūt opatio partiū non existit sine sensu vel motu vel alijs operationib. partiū aīæ. Et sic oportet ꝙ diffiniēs aliquam partē corporis, vtatur aīa. Et quia ita est, oportet ꝙ partes huius, s. aīę sint priores, vel oēs sicut in pfectis aīalib. vel quædam, sicut in imperfectis aīalib. (simul toto,) i. eo quod est compositū ex aīa & corpore. Et similiter est s̄m vnumquodque aliud, quia sp oportet, ꝙ partes formales sint priores quolibet composito. Sed corpus & partes corporis sunt posteriores (hac substantia) .s. forma, quæ est aīa, cum oporteat aīam in eius diffinitione poni, vt iā dictū est. Et id qđ diuidit in partes corporis, vt in materiā, non est (ipsa suba,) i. forma, sed (simul totum,) i. compositū. Patet igitur ꝙ partes corporis sunt priores (simul toto,) i. composito quodam modo, & quodam modo nō. Sūt quidem priores sicut simplex cōposito, inquantū aīal compositū ex eis constituitur. Sunt aūt non priores s̄m modū, quo dr̄ esse prius id, quod pōt esse sine alio. non. n. partes corporis pn̄t esse separatæ ab aīali. nō. n. digitus quocūque mō se hn̄s est digitus. Ille. n. qui est decisus, vel mortuus, non dr̄ digitus nisi æquiuoce, sicut digitus sculptus, vel depictus. Sed secundum hanc cōsiderationē hmōi partes sunt posteriores cōposito aīali, quia aīal sine digito esse pōt. Sed quædā partes sunt, quæ licet non sint priores toto aīali hoc mō prioritatis, quia non pn̄t esse sine eo, sunt tn̄ s̄m hanc considerationem simul, quia sicut ipsæ partes non possunt esse sine integro aīali, ita nec integrū animal sine eis. Hmōi aūt sunt partes principales corporis, in quib. primo consistit (forma,) i. aīa, i. cor, vel cerebrum. Nec ad propositum differt quicquid tale sit. Sciendum tamen, quòd hoc compositum, quod est aīal vel hō, pōt dupliciter sumi, vel sicut vniuersale, vel sicut singulare. Sicut vl̄e quidem, sicut hō & aīal. Sicut singulare, vt Socr. & Callias. & iō dicit, ꝙ hō, & equus & quæ ita sunt in singularib. sed vl̄r dicta sicut hō & equus (non sunt suba,) i. non sunt solū forma, sed sunt simul totū quoddam compositū ex determinata materia & determinata forma, non quidē vt singulr̄, sed vl̄r. Hō. n. dicit aliquid compositū ex aīa & corpore, non aūt ex hac aīa & hoc corpore. Sed singulare dicit aliquid cōpositū (ex vltima materia,) i. materia indiuiduali. Est. n. Socr. aliquid cōpositū ex hac aīa, & hoc corpe. Et sīr est in alijs singularib. Sic igit̄ patet ꝙ materia est pars speciei. Speciem aūt hic intelligimus non formā tm̄, sed quodquiderat esse. Et patet ētꝙ materia est pars eius totius, quod (est ex spē & materia) i. singularis, qđ significat naturam speciei in hac materia determinata. Est enim materia pars compositi. Compositum autem est tam vniuersale quàm singulare.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Sed rationis partes, quę formę, solum sunt. Ratio uero, est ipsius uniuersalis, circulo nanque esse & circulus, & aīæ & aīa, idē est: totius uero ut circuli huius & singularis alicuius sensibilis aut intelligibilis (dico aūt intelligibiles quidē, ut mathematicos. sensibiles uero, ut æneos & ligneos) horum, inquam, non est definitio, sed intellectione aut sensu cognoscuntur, cum uero abeant ab actu, non est manifestum utrum sint aliquando, an non sint, tamen semper dicuntur & cognoscuntur uniuersali ratione. Materia uero, per seipsam incognita. Materia uero quędam sensibilis quędam intelligibilis. Sensibilis quidem ut æs, & lignum, & quæcunque mobilis materia. Intelligibilis uero, quæ in sensibilibus existit, non prout sensibilia, utputa, ipsa mathematica. De toto igitur & parte, ac priore, & posteriore quomodo se habeant dictum est.*

A N T. Par. 3. *Sed rationis partes, quæ speciei solum sunt. Ratio vero ipsius vniuersalis. Circulo enim esse & circulus, & animę esse & anima idem. Simul autem, puta circuli huius & singularium alicuius, aut sensibilis, aut intellectualis, (intellectuales autem dico, vt mathematicos, & sensibiles, vt æreos & ligneos) horum aūt non*

est definitio, sed cum intelligentia aut sensu cognoscuntur, hoc est cum actu uidentur. Abeuntes uero ex actu non palam utrum quidem sunt, aut non sunt, sed semper dicuntur & cognoscuntur uniuersalis ratione. Materia quidem ignota secundum se. Materia uero alia sensibilis, alia intellectualis. Sensibilis quidem ut æs & lignum, & qualibet mobilis materia. Intellectualis uero in sensibilibus existit, non inquantum sensibilia, ut mathematica. Quomodo igitur habet toto & parte & priore & posteriore dictum est.

Hinc item accipe necessaria illa tione materia indiuiduationis esse principium.

tex. co. 36.

Ostendit quæ partes debeant poni in diffinitione. Cum enim ostensum sit quæ partes sunt speciei, & quæ partes indiuidui, quia materia communiter sūpta est pars speciei, hæc autem materia determinata, est pars indiuidui, manifestum est, quod solum illæ partes sunt partes rationis, quæ sunt partes speciei, nō autem quæ sunt partes indiuidui. In diffinitione. n. hominis ponitur caro & os, sed non hæc caro & hoc os. Et hoc ideo, quia ratio diffinitiua non assignatur nisi vniuersaliter, Cum enim quodquideratesse sit idem cum eo cuius est, ut supra ostensum est, illius tantum erit diffinitio, quæ est ratio significans quodquideratesse, quod est idem cum suo quod quideratesse. Huiusmodi autem sunt uniuersalia & non singularia. Circulus enim, id quod est circulo esse, sunt idem, & similiter anima, & id quod est animę esse. Sed ipsorum, quæ sunt composita ex specie & materia indiuiduali, sicut circuli huius, aut alicuius aliorum singularium, horum non est diffinitio. Nec differt utrum singularia sint sensibilia uel intelligibilia. Singularia quidē sensibilia sunt sicut circuli ærei & lignei. Intelligibilia singularia sūt circuli mathematici. Quod autem in mathematicis considerentur aliqua singularia, ex hoc patet, quia considerantur ibi plura unius speciei, sicut plures lineæ equales, & plures figuræ similes. Dicuntur autem intelligibilia, huiusmodi singularia, secundum ꝙ absque sensu comprehenduntur per solam phantasiam, quæ quandoque intellectus uocatur secundum illud in tertio de Anima, (Intellectus passiuus corruptibilis est.) Ideo autem singularium circulorum non est diffinitio, quia illa, quorum est diffinitio, cognoscuntur per suam diffinitionem sed singularia nō cognoscūtur nisi dum sunt sub sensu uel imaginatione, quæ hic intelligentia dicitur, quia res considerat sine sensu, sicut intellectus. Sed huiusmodi singulares circuli (abeuntes ab actu,) idest recedentes ab actuali inspectione sensus, quantum ad sensibiles, aut imaginationis, quantum ad mathematicos, non est manifestum, utrum sint inquantum sunt singulares, sed tamen semper dicuntur & cognoscuntur per rationem uniuersalis. Cognoscuntur enim hi circuli sensibiles etiam, quando non actu uidentur, in quantum sunt circuli, non inquantum sunt hi circuli. Ratio autem huius est, quia materia, quæ principium est indiuiduationis, est secundum se ignota, & non cognoscitur nisi per formā, à qua sumitur ratio uniuersalis. Et ideo singularia non cognoscuntur in sua absentia nisi per uniuersalia. Materia autem non solum est principiū indiuiduationis in singularibus sensibilibus, sed etiam in mathematicis. Materia enim alia est sensibilis, alia intelligibilis. Sensibilis quidem ut æs & lignum, uel etiam qualibet materia mobilis, ut ignis & aqua, & huiusmodi omnia, & à tali materia indiuiduātur singularia sensibilia. Intelligibilis uero materia est, quæ est in sensibilibus, non inquantum sunt sensibilia, sicut mathematica sunt. Sicut enim forma hominis est in tali materia, quę est corpus organicum, ita forma circuli uel trianguli est in hac materia q̃ est continuū uel superficies, uel corpus. Concludit igitur ꝙ dictū est, quomodo se habet de toto & parte, & de priori & (de posteriori,) idest cuius pars, sit pars & quō sit, prior, & quomodo posterior. Partes enim materię indiuiduę sunt partes compositi singularis, non autem speciei, nec formæ. Partes autem materiæ uniuersalis, sunt partes speciei, sed non formæ. Et quia uniuersale diffinitur & non singulare, ideo partes materiæ indiuidualis non ponuntur in diffinitione, sed solum partes materię communis, simul cum forma uel partib. formæ.

Lect. 5.

Lect. 10. tex. c. 20.

Imaginatio dicitur intellectus.

Quæ sit materia intelligibilis.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Ad interrogationem uero necesse est occurrere, cum quis interrogaret utrum rectus, & circulus, & animal priora, an in quas diuiduntur, & ex quibus sunt, partes quòd nō simpliciter. nam etiam si anima animal est, aut animatum aut unumquodque, aut uniuscuiusque, & circulus circulo esse, & rectus recto esse, substantia quoque recti, aliquid quidem & aliquo posterius dicendum est, utputa, his, quæ in ratione, & aliquo recto. Etenim qui cum materia æneus rectus, & qui in singularibus lineis, qui uero absque materia his quidem, quæ in ratione sunt posterior, partib. uero, quæ in singulari sunt, prior est. simpliciter autem non est dicendum. & si diuersa est & non est anima animal, sic etiam quasdam dicendum, quasdam non dicendum, ut dictum est.

A N T.
Par. 4.

Interrogationi uero obuiare est necesse, quādo quis interrogat. utrum rectus, & circulus, & animal priora aut in quas diuiduntur & ex quibus sunt partes, quia non simpliciter. Si quidem enim est anima aīal, aut animatum, aut unumquodque quæ unicuique, & circulus, quòd circulo esse, & rectus, quòd recto esse: & substantia recti, quid quidem, & quo dicendum est posterius, puta his, quæ in ratione, & quæ recto uniuersali. Etenim hic quidem est materia, qui æneus rectus & qui in lineis singularibus. Hic autem sine materia, his quæ in ratione, posterior. Eis uero, quę in singularibus, prior. Simpliciter autem non dicendum. Si uero altera, et non est animal, et si hoc quidem dicendum, hoc autem non dicendum, sicut dictum est.

Adaptat solutionem propositam quæstioni prius motę dicens, quòd necesse est obuiare per prædictam solutionem interrogationi quando quis interrogat, utrum rectus angulus, & circulus, & animal sint priora partibus, aut econuerso partes in quas huiusmodi diuiduntur, & ex quibus componuntur, sunt priores. Dicendum ꝙ non est simpliciter respondendum. Est enim duplex opinio. Quidam enim dicunt ꝙ idē est tota species & forma, sicut anima quod homo. Quidam autem ꝙ non, quia homo est compositu ex anima & corpore. Et secundum utranque opinionem est diuersimode respondendum. Si enim idem est anima ꝙ animal uel animatum, aut similiter unumquodque est idem cum forma uniuscuiusque, ut circulus idē cū forma circuli, & rectus angulus idē cū forma recti, dicendū est determinando quid sit posterius, & quo sit posterius, quia secūdum hoc partes materię sunt posteriores his, q̃ sunt in rōne, & sunt ēt posteriores (alicuo recto,) i. recto communi, sed sunt priores recto singulari. Hic enim rectus qui est æneus, est cum materia sensibili. Et hic rectus qui est cum lineis singularibus, est cum materia intelligibili. Sed ille rectus qui est (sine materia,) i. communis, erit posterior partibus formæ q̃ sunt in ratione, sed erit prior partib. materię q̃ sunt partes singulariū. Nec erit secundū hāc opinionē distinguere inter materiā cōmunē & indiuidualē. Sed m̄ simpliciter non erit r̄ndendū, q̄a erit distinguēdū inter partes materiæ & partes formæ. Si autē alia

opinio

opinio [illegible] animal [illegible] & non [illegible] partes esse pri[illegible] est prius. Secundum enim hanc [illegible] opinionem [illegible] fingere non [illegible] materiam & formam, [illegible] inter materiam [illegible] communem quæ est pars spe[illegible] & inter materiam [illegible] dualem quæ est pars [illegible].

LECTIO XI.

Quænam sunt partes speciei & rationis manifestat.

BESS. tex. 37. Vide cõtra dictionem timaræ sup illo tex.

M[illegible] autem dubitatur, et iam quænam formæ [illegible] hoc non [illegible] non [illegible] quod [illegible] tenim [illegible] materia [illegible] est [illegible] & quæ [illegible] manifestæ, nec ratio [illegible] festæ [illegible].

ANT. tex. co. 37. par. 1. Diffinitio non nisi uniuersalium.

Du[illegible] quæ [illegible] partes & quæ [illegible] stente, [illegible] & spe[illegible] teriæ, [illegible] manife[illegible] que [illegible].

In ista parte determinat quan[illegible] dubitationem, quæ poterat [illegible] ex [illegible]. Distinxerat enim soluendo præ[illegible] inter partes speciei, & [illegible] quod est [illegible] positum ex specie & ex materia. [illegible], quę sint partes speciei, & quæ [illegible] ista pars in partes tres. In prima determinat hanc dubitationem. In secunda ostendit id [illegible] ibi: Vtrum autem præter materiam [illegible] lat ea, quæ [illegible] quiritur. Circa primum [illegible] dubitationem. Secundo [illegible] igitur & [illegible] ibi (Palam autem &c.) [illegible] sit partes [illegible] ex [illegible] & materia [illegible] dubitatur [illegible] sunt partes speciei, & [illegible] non sunt partes speciei sed simul [illegible] quo [illegible] materia ipsa indiui[illegible] poterit [illegible] quam [illegible] dictum [illegible] quæ co[illegible] & d[illegible] omnis [illegible]. Genus enim non d[illegible], nisi etiam [illegible] pars sit [illegible] materia, [illegible] sicut ad species ipsa [illegible] qualis debeat esse d[illegible] assignetur nisi speciei, & [illegible] ciei partes speciei [illegible] sterio res speciei [illegible].

Infra p. 10 par. 1. par. seq. par. 9. Dubium necessarium. Quæ inquisitæ partes speciei.

BESS. *Quæcunque igitur ap[illegible] in diuersa specie, ut circulus in ære, [illegible] nisi ista esse uidentur, [illegible] æs, ne[illegible] lapis est [illegible] uero n[illegible] li[illegible] rentur enei, n[illegible] cile tamen [illegible] nis semper [illegible] paret. Vtrum [illegible] tionis? A[illegible] niunt etiam [illegible].*

ANT. Par. 2.

Quęcunque quidem igitur [illegible] in diuersis specie, ut circulus in ære, & lapide, & ligno, hæc quidem manifesta [illegible] ar, quia nihil circuli substantię es, neque lapis, propter separari ab ipsis. Quæ uero non uidentur separari, nihil prohibet simil[illegible] his se habere, ut si circuli omnes uide[illegible] tur enei. Nihil enim utique minus erat [illegible] speciei. Hoc autem auferre mente difficile, ut hominis species semper in carnibus apparet, & ossibus, & talibus. Vtrum igitur & sunt partes huius speciei & rationis, aut non, sed materia, sed quia non & in aliis fiunt, non possumus separare.

Soluit propositam dubitationem, & circa hęc tria facit. Primo ponit solutionem secundum opinionem Platonicorum. Secundo improbat eam, ibi: Accidit itaque u[illegible] fuit secundum suam sententiam, ibi: Quare [illegible] reducere. Circa primum duo facit. P[illegible] positam [illegible] tionẽ quãtum ad sensibilia. Se[illegible] ad mathematica, ibi: [illegible] autem. Primo ergo dicit q̃ in quibusdam manifestum est, q̃ materia non sit pars speciei in omnibus quæ manifeste apparent fieri [illegible] speciem, sicut circulus [illegible] fieri in ære & in lapides, & in ligno. Vnde manifestum est, q̃ neque æs, neque lapis, neque lignum, est de substantia circuli, quasi pars existat huius speciei quæ est circulus. Est autem hoc manifestum propter hoc quod circulus à quolibet horum separatur, nihil autem potest separari ab eo [illegible]. Sed quædam sunt, quorum species [illegible] fieri in diuersis materijs secundum [illegible] semper in eadem. Sicut species hominis [illegible] ad hoc ubi[illegible] apparet, non inuenitur [illegible] carnibus & ossibus. Nihil tamen prohibet, [illegible] quæ non uidentur à propria materia separari ad suas materias sicut [illegible] in diuersis materijs, & ab una quarum [illegible] separar. Si enim poneretur q̃ non uidere[illegible] aliqui circuli nisi ex ære, nihilominus tamen [illegible] esset pars speciei circuli æs. Et licet tunc non separaretur circulus ab ære, separaretur tamen mẽte, quia circuli posset intelligi sine ære ex quo æs non [illegible] pars speciei circuli, licet difficile sit men[illegible] & separare ab in[illegible] quæ actu nõ separantur. Non enim est hoc [illegible] orum qui per intellectum supra sensibilia [illegible]. Et simpliciter si hominis species semper appareret in carnibus & ossibus & [illegible], [illegible] utrum sint partes [illegible] speciei & rationis, [illegible] distinctionis nisi [illegible] partes speciei sicut æs circuli. Sed quia [illegible] in alijs partibus materialibus quã in istis [illegible] non possumus separare hominẽ per int[illegible] à [illegible] & ossibus. Videtur enim eadem ratio esse [illegible] circulo, si omnes circuli essent ænei. Deinde cum dicit.

Solutio Platonicorum quantũ ad sensibilia. par. 4. par. 7. par. 3.

BESS. tex. 38.

Cum autem [illegible] uideatur quidem contingere, quando [illegible] dam et [illegible] circulo, & [illegible] omnia similiter dici [illegible] carnes aut [illegible] lapis circuli, & cuncta referunt ad [illegible] quæ duorum esse dicunt. Formam etiam [illegible] lineam dualitatem, quidam [illegible] formam, quædam etenim eadem esse formam & cuius formam, ut puta, dua litatis, & dualitatis formam in lin[illegible] uero non est.

ANT. tex. c. 38. Par. 3.

Quoniam autem hoc uidetur contingere, immanifestum [illegible] quando. Dubitant [illegible] quidam in circulo [illegible] quasi non [illegible] sed omnia [illegible] similiter dicerentur [illegible] carnes [illegible] omnis, et æs, et lapis circuli, [illegible] ut

omnes ad numeros, & lineæ rationem eam quæ duorum esse dicunt. Et ideas dicentium, hi quidē ipsammet lineam dualitatem. Hi autem speciem lineæ. Quidam speciem eandem, & cuius species, ut dualitatem, & speciem dualitatis: in linea uero non adhuc.

Solutio secūdum Platonicos quan tum ad mathematica.

Procedit ulterius prosequendo opinionem præfatam quantū ad mathematica dicens, quia uidetur hoc contingere in aliquibus, s. quód materia non sit pars speciei, quamuis species non inueniatur nisi in illa materia, sed non est manifestum, quando & in quibus hoc contingat, uel non contingat, ideo aliqui circa hoc dubitant non solū in naturalibus, sed etiā in mathematicis, ut in circulo & triangulo. Videtur enim eis quod sicut materia sensibilis non est pars speciei in naturalibus, ita etiam quód materia intelligibilis non sit pars speciei in mathematicis. Materia autem figurarum mathematicarum intelligibilis, est continuum, ut lineæ uel superficies. Et ideo quod linea non sit pars speciei circuli, uel trianguli, nisi nó sit competens quod triangulus & circulus diffiniātur per lineas & continuum, cum non sint partes speciei sed omnia ista similiter dicātur ad circulum & triangulum, sicut carnes & ossa ad hominem, & æs & lapides ad circulum. Remouendo autem à triangulo & circulo continuum, quod est linea, nihil remanet nisi unitas & numerus, quia triangulus est tres lineas habens, & circulus unam. Et ideo, quia lineas non dicūt esse partes speciei, referūt omnes species ad numeros dicentes quod numeri sunt species mathematicorum omnium. Dicunt enim quod ratio duorum est ratio lineæ rectæ, propter hoc quod linea recta duobus punctis terminatur. Sed circa hoc inter platonicos ponentes ideas, est differentia quædam. Quidam enim non ponentes mathematica media inter species & sensibilia dicentes species esse numeros, dicunt ipsam lineam esse dualitatem, quia non ponunt lineam mediā differre à specie lineæ. Quidam uero dicunt quod dualitas est species lineæ, & non linea. Linea. n. est quoddā mathematicum medium inter species & sensibilia, & dualitas est ipsa species. Et secundum eos in quibusdā non differunt species, & cuius est species, sicut in numeris, quia ipsas spēs dicebant esse numeros. Vnde idem dicebant esse dualitatem & speciem dualitatis. Sed lineæ hoc non accidit secundum eos quia linea iam dicit aliquid participans speciem, cum multæ lineæ inueniantur in una specie, quod non esset si ipsamet linea esset ipsa species.

Platonici omnes species referūt ad numeros.

Varia opinio Platonicorū circa mathematica.

Deinde cum dicit.

BESS. *Accidit itaque & unam multorum formam esse, quorum species uidetur diuersa quod etiam Pythagoricis accidebat.*

ANT. par. 4. *Accidit itaque unam multorum speciem, quorum species uidetur esse altera. Quod & Pythagoricis accidit.*

Impugnatio dictorū

Improbat prædictam solutionem, & ponit tres rationes, quarum prima est si soli numeri sint species omnia ista quæ participant uno numero participant una specie. Multa autem sunt diuersa specie quæ participant uno numero. Vt enim ternarium numerus est in triangulo propter tres lineas, & in syllogismo propter tres terminos, & in corpore propter tres dimensiones. Accidit igitur multorum specie diuersorum esse unam speciem. Quod non solum Platonicis sed etiam Pythagoricis accidit, qui etiam ponebant naturam rerum esse numeros.

Secundam ponit ibi

BESS. *Contingit unam omnium facere ipsam formam, cætera autem non formas.*

Et contingit omnium unam facere per se speciē, alia uero non species.

ANT. par. 5.

Quæ talis est. Si carnes & ossa non sunt partes speciei humanæ, nec lineæ speciei trianguli, pari ratione nulla materia est pars speciei. Secundum Platonicos in numeris dualitas attribuitur materiæ, unitas autem speciei, quæ illa unitas est species. Dualitas autem, & per consequens omnes alij numeri tanquam materiam implicantes, non erunt species. Et sic una tantum erit species omnium rerum.

Tertiam ponit ibi.

BESS. tex. 39. *Et hoc modo unum omnia erunt. Quod itaque aliquam dubitationem habeat, circa definitiones dictum est, et quam ob causam, dictum est.*

ANT. tex. co. 39. par. 6. *Et unum omnia erunt. Quod quidem igitur habet aliquam dubitationem quæ circa definitiones, dictum est, & propter quam causam, dictum est.*

Quæ talis est. Illa sunt unum quorum una est species. Si igitur omnium species est unitas, ad equens est quod omnia sint unum secundum speciem, & non uidetur quæ uidentur esse diuersa. Potest tamen dici quod non est tertium non est alia ratio à secūda. Sed est tertiū inconueniēs quod ex secunda conclusione sequitur. Conclusio ergo rationem cui præmissa fuit tio ... batur, & post ... contra præmissam solutionem, concludit dicendo esse quod illa quæ sunt circa definitiones habent dubitationem & qua de causa. Et sic patet quod per omnia præmissa ostendere uoluit difficultatem præmissæ dubitationis. Deinde cum dicit.

BESS. *Quare cuncta ita reducere & auferre materiam, supervacuum est, quædam namque forte ... in hoc sunt aut hæc hæc habentia ... quam iunior Socrates dicere ... at, non bene ... est enim a uero, & opinari ... posse ... hominem sine partibus ... adm ... ilum. Hoc autem non ... enim ... quiddam forte ... & absque motu definire non est, quare neque sine partibus, quodam modo se habentibus, non enim omnino pars hominis est manus, sed ea, quæ potest opus perficere, quare animata existens, non animata uero non est pars.*

ANT. par. 7. *Quare omnia reducere sic, & auferre materiam superuacuum est. Quædam enim forsan hoc in hoc sunt, aut sic hæc habentia. ... animali quam consuetum ... bene se habet ... ducit. ... facit suspicari quasi contingens esse homi nem ... sine partibus ... sine ære circulum ... non simile. Sensibile ... aliquid ... sine motu non est ... sine partibus ... habentibus ... omnino ... pars ... opus ... animata ex istens pars, non animata uero non pars.*

par. seq. Solutio dubitationem secundum propriam sententiam & primo quo ad naturalia.

Solutionem ... quæstionem secundum propriā sententiam, & primo quantum ad naturalia, secundo ad mathematica, ibi (Circa mathematica.) Dicit ergo primo, quod ex prædictis inconuenientia sequuntur ... omnia, quæ sunt ... ... hic non, ... superfluum ... species ... ad numeros ... & auferre ... materiam ... ... bant. Quia quædam species rerum non sunt ... materiæ, ... in ... ... sicut forma in ... ... bent formam in ... ... materia ha bent naturalia, ... quodā modo assimilantur mathe-

Materia pertinet per se ad quidditatẽ rei materialis.

thematica, etiam inquantum proportio figurę circuli, uel trianguli ad lineas, est sicut proportio formæ hominis ad carnes & ossa. Et ideo sicut species hominis non est forma aliqua sine carnibus & ossibus, ita circuli uel trianguli non est aliqua forma sine lineis.

Plato appellatur Socrates iunior. Solam Platonis cõparat fabulæ. tex. 11.

Et ideo parabola quam consueuit dicere de animali Socra. iunior, non se bene habet. Videtur autem ipsũ Platonem Socratem iuniorem nominare, quia in omnibus libris suis introducit Socratem loquentem propter hoc, quòd fuerat magister eius. Opinionem autẽ Platonis de materialitate naturalium specierum uocat parabolam, quia fabulis assimilatur quę componuntur ad aliquam sententiam metaphorice insinuandam. Propter quod in tertio superius dixit, quod hæc opinio assimilatur opinionibus fingentium deos esse, & quod formę eorum sunt sicut formę humanę. Ideo autem prædicta opinio non bene se habet quia ducit extra ueritatem, in eo quod facit opinari quod hoc modo contingat esse hominem sine partibus materialibus, s. sine carnib. & ossibus, sicut contingit circulum esse sine ære, quod manifeste non pertinet ad

Non similiter diffiniũtur mathematica, & naturalia.

species circuli. Sed hoc non est simile. Non enim similiter se habet hõ ad carnes & ossa, sicut circulus ad æs, quia circulus non est aliquod sensibile secundum suam rationem. Potest enim intelligi sine materia sẽsibili. Vnde ea, quidem est materia sensibilis, nõ est pars speciei circuli. Sed animal uidetur esse quoddam sensibile. Non enim potest diffiniri sine motu. Animal enim discernitur à nõ animali sensu & motu, ut patet in. 2. lib. de Anima. Et ideo non potest diffiniri ani-

tex. c. 19. lib. 2. tex. c. 3.

mal sine partibus corporalibus habentibus se aliquo modo debito ad motum. Non enim manus est pars hominis quocunque modo se habens, sed quando est sic disposita quod potest perficere opus manus, & nõ potest facere sine anima, quæ est principium motus. Quare oportet quod manus cuiuscunque sit pars hominis, secundum quod est animata. Secundum uero quod est inanimata, nõ est pars, sicut manus mortua uel depicta. Vnde oportet quod partes tales quæ sunt necessarię ad perficiendũ operationem speciei propriam, sint partes speciei, tam quę sunt ex parte formæ, quàm quæ sunt ex parte materiæ.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Circa mathematica uero, cur rationes non sunt partes rationum, ut circuli, ipsi semicirculi, hęc enim non sunt sensibilia. An nihil refert, erit namque quorundam etiam non sensibilium materia, & omnis, quod nõ est quid erat esse: circuli itaque uniuersalis quidem non erunt, singularium uero hę partes, ut prius dictum est, est etenim materia, quędam sensibilis, quędam intelligibilis:

A N T. par. 8

Circa mathematica autem quare non sunt partes rationes rationum, ut circuli hemicycli? Non enim sũt sensibilia. Horum autem nihil differt. Erit enim materia quorundam & non sensibilium. Et omnis quod non est quodquid erat esse, & species eadem secundum se, sed hoc aliquid. Circuli quidem igitur non erit eius qui uniuersalis, singularium uero erunt partes, sicut dictum est prius. est enim materia hęc quidem sensibilis, hęc autem intellectualis.

Solutio iuxta appositio quoad mathematica.

Soluit quæstionem quantum ad mathematica. Videtur enim post solutionem de naturalibus positam, adhuc relinqui sub dubio de mathematicis. Dixerat enim, quod, cum animal sit sensibile, non potest diffiniri sine partibus sensibilibus, sicut circulus potest diffiniri sine ære, qd est sensibilis materia. Et iõ circa mathematica quæritur, quare rationes, (i. scilicet diffinitiones partium, non sunt partes rationum totorum,

sicut quare hemicycli, .i. idest semicirculi non ponuntur in diffinitione circuli. Nõ enim potest dici, quod hæc, scilicet hemicycla sint sensibilia, sicut æs est sensibilis materia. Sed soluit qđ hoc nihil differt quãtũ ad propositum, utrum scilicet partes materię sint sẽsibiles uel non sensibiles, quia etiam non sensibilium est aliqua materia intelligibilis. Et talis materia quæ, scilicet non est pars speciei, est omnis eius quod non est quodquideratesse & species, eadem secundum se, (leo est hoc aliquid, .i. idest particulare aliquod demõstratum, quasi dicat. In omni eo quod non est ipsa sua species, sed est aliquod indiuiduũ determinatum in specie, oportet esse aliquas partes materię quę non sunt partes speciei. Socra. enim quia non est ipsa sua humanitas, sed est habens humanitatem, ideo habet in se partes materiales quę non sunt partes speciei, sed quę sunt partes huius materiæ indiuidualis quę est indiuiduationis principium, ut has carnes, & hęc ossa. Et similiter in hoc circulo sunt hę lineæ quæ nõ sunt partes speciei. Vnde patet quod huiusmodi non sunt partes circuli quę est uniuersalis, sed sunt partes singularium circulorum, sicut dictum est prius. Et propter hoc semicirculi non ponuntur in diffinitione circuli uniuersalis, quia sunt partes singulariũ circulorum, & non uniuersalis. Et hoc est uerum tam in materia sensibili, quàm in materia intelligibili. Vtroque enim modo inuenitur materia, ut ex dictis patet. Si autem esset aliquod indiuiduum quod esset ipsa sua species, sicut si Socra. esset ipsa sua humanitas non essent in Socra. aliquę partes quę non essent partes humanitatis. Deinde cum dicit.

Lect. 10

B E S S.

Manifestum autem est, quòd anima quidem substantia prima, corpus uero materia, homo uero uel animal, quod ex ambobus ut uniuersale. Socrates uero & Coriscus, ut singulariter si anima quidem, duplex, hi enim ut animam dicunt, illi autem ut ipsum totum. Quod si simpliciter anima hæc, & hoc corpus, quemadmodum uniuersale, etiam & singulare.

A N T. par. 9

Palam autem quod & anima quidem substantia prima, corpus autem materia, homo autem animal quod est ex utrisque, ut uniuersaliter. Socra. autem & Coriscus ut singulariter. Si quidem anima dupliciter dicitur, alij nanque ut animam, alij uero ut totum. Si uero simpliciter anima hoc, & corpus hoc, ut quidem uniuersale, & singulare.

Declaratur solutio per exempla.

Recolligit prædictam solutionem exemplificando eam in animali dicens, palam esse quod anima (est substantia prima, (i. id est forma animalis, corpus autem materia, homo (autem animal id quod est ex utrisque,) scilicet in uniuersali, (sed Socrat. & Coriscus quod est ex utrisque in particulari. Quia (anima dicitur dupliciter,) scilicet in uniuersali, & particulari, ut anima, & hæc anima. Ideo autem oportet quod signi-

Anima dupliciter, & singulariter corpus & hõ ponitur dicitur.

ficatur per modum totius, dici uniuersaliter & singulariter, ea ratione quia anima dicitur dupliciter, quia hoc competit secundum utranque opinionem hominum de anima. Sicut enim supradictum est, alij dicunt hominem & animal esse animam, alij uero dicunt hominem & animal non esse animam, (sed totum,) scilicet compositum ex anima & corpore. Patet ergo quod secundum illam opinionem quæ dicit hominem esse animam, anima dicitur uniuersaliter & singulariter, ut anima & hæc anima, & homo etiam dicitur uniuersaliter, & particulariter siue singulariter, scilicet homo & hic homo. Similiter etiã secundũ hanc opinionẽ, quæ dicit hominem esse compositum ex anima & corpore, sequitur quod si simplicia dicuntur uniuersaliter & singulariter, quòd etiam compositum uocatur uniuersaliter & singular. Sicut si ani-

ma est hoc, & corpus est hoc quæ sont simpliciter dicta tanquam partes compositi, quòd etiam dicatur uniuersale & particulare siue singulare, non solum partes, sed etiam compositum. Deinde cum dicit.

BESS. *Vtrum autem præter materiam huiuscemodi substantiarum sit aliqua alia, & oporteat quærere substantiam eorum aliquam aliam, utputa numeros, aut aliquid tale, posterius considerandum est: huius enim gratia & de sensibilibus substantiis definire tentamus, quando quidem quodam modo Naturalis & secundæ philosophiæ opus est, ea, quæ circa sensibiles substantias speculatio est, non enim solum de materia Naturale cognoscere oportet, sed etiam de ea, quæ secundum rationem, & magis. In definitionibus uero quomodo partes quæ in ratione sunt, & cur vna ratio definitio (patet enim, quod res vna, res autem aliquo vna partes habens) postea considerandum est.*

tex. 40.

ANT. par. 10. *Vtrum autem etiam præter materiam talium aliquę substantiarum alię, & oportet quęrere substantiam ipsorum alteram quandam, vt numeros, aut aliquid tale, perscrutandum est posterius. Huius enim gratia & de substantijs sensibilibus tentamus diffinire. Quoniam modo quodam physicæ & secundæ philosophiæ opus, circa sensibiles substantias speculatio. Non enim solum de materia oportet scire physicum, sed & de ea quæ secundum rationem, & magis. In diffinitionibus vero quomodo partes quæ in ratione, & quare vna ratio diffinitio. Palam enim quia res vna. Res vero quomodo vna partes habens, speculandum est posterius.*

tex. c. 40.

Duo adhuc sup sunt determinãda

Ostendit quid de cætero remaneat determinandũ circa substantias, & ponit ꝙ duo remaneant determinanda circa substantias, & ponit quòd duo remaneāt determinanda, quorum primum est ꝙ cum determinatum sit, ꝙ substantia & quodquidest rerum sensibilium & materialium sunt ipsæ partes speciei, restat determinare vtrum (talium substantiarum,) s. materialium, & sensibilium sit aliqua substantia præter materiam, ita ꝙ oporteat quærere aliquam substantiam istorum sensibilium alteram ab ea quæ determinata est, sicut quidam dicunt numeros præter materiá existentes, (aut aliquid tale,) id est species vel ideas esse substantias horum sensibilium. Et de hoc perscrutandum est posterius, Hæc enim perscrutatio est propria huic scientiæ. In hac enim scientia tentamus determinare de substantijs sensibilibus (huius gratia,) idest propter substantias immateriales, quia speculatio circa substantias sensibiles, & materiales quodammodo pertinet ad physicam quæ nó est prima philosophia, sed secunda, sicut in quarto habitum est. Prima enim philosophia est de primis substantijs quæ sunt substátiæ immateriales, de quibus speculatur non solũ inquantum sunt substantiæ, sed inquantum substantiæ tales, inquantum, s. immateriales. De sensibilibus vero substantijs non speculatur inquantum sunt tales substantiæ, sed inquantum sunt substantiæ, aut etiam entia, vel inquantum per eas manu ducimur in cognitionem substantiarum immaterialium. Physicus vero econuerso determinat de substantijs materialibus non inquátum sunt substantiæ, sed inquantum materiales & habentes in se principium motus. Et qa posset aliquis credere ꝙ scientia naturalis non specularetur circa totas substantias materiales & sensibiles, sed solum circa materias eorum, ideo hoc remouet dicens, ꝙ physicum non solum oportet considerare de materia, sed etiam de ea parte (quæ est secundum rationem,) s. de forma. Et magis etiam de forma quã de materia, quia forma est magis natura quàm materia, vt probatum est in 2. phys. Secundum vero quod restat determinandum est, quomodo (partes, quæ sunt in ratione,) idest in diffinitione se habent, utrũ scilicet sint substantiæ existentes in actu. Et quare etiam diffinitio cum cõponatur ex multis partibus, est una ratio. Palam enim est ꝙ oportet diffinitionẽ esse unam tantum rationem, quia res est una. Diffinitio uero significat quid est res. Sed per quid aliqua res habens partes efficiatur una, speculandum est posterius. Deinde cum dicit.

Lect. 5.

tex. c. 12.

BESS. *Quid igitur est quod quid erat esse, & quomodo ipsum per seipsum, vniuersaliter de omni dictum est. & cur quorundam ratio ipsius quid, erat esse habet definiti partes, quorundam non. & quod in ratione quidē substantię, quę ita partes sunt vt materia, non inerunt. nõ enim sunt illius substantiæ partes, sed totius. huius vero est quodam modo ratio, & non est. cum materia nanque non est, indefinitum etenim. secundum primam autem substantiam est, vt hominis animę ratio. substantia enim est, forma, quę inest, ex qua et materia tota dicitur substantia. vt concauitas. ex hac enim & naso, simus nasus, & simitas est, bis nanque in his inerit nasus. In tota uero substantia, ut naso simo, aut Callia, inest etiã materia. Et quod quid erat esse, & unumquodque in quibusdam quidem idem est, ut in primis substantijs, utputa curuitas & curuitati esse. si prima est, dico autem, primam, quę non dr̃ eo quòd aliud in alio sit, & ut in subiecto et materia. Quęcunque uero ut materia, uel ut simul cum materia sumpta sunt non idem, neque secundum accidens unum, ut Socrates & musicum, hęc enim secundum accidens, eadem sunt.*

tex. 41.

ANT. par. 1. *Quid quidem igitur est quodquideratesse, & quomodo ipsum secundum se de omni, dictum est. Et quare horum quidem ratio quę eius quodquideratesse, habet partes diffiniti, horum autem, non. Et quod in substantię quidem ratione quę sic partes ut materia, non inerunt Neque enim sunt illius partes substantię, sed totius. Huius autem est aliqualiter ratio, & non est. Nam cum materia, non est. Indeterminatum enim est. Secundum aũt primam substantiam, est, vt hominis quæ animæ ratio. Substantia nanque est species, quæ inest, ex qua & materia, tota dicitur substantia. Vt concauitas. Nam ex hac & naso, simus nasus, & simitas est. Bis enim & bis inerit nasus. In tota vero substantia aut naso simo, aut Callia, inest & materia. Et quodquideratesse, & vnumquodque, in quibusdam idem, vt in primis substantijs, vt curuitas & curuitati esse, si prima est. Dico autem primam, quæ non dicitur per aliud in alio esse, vt in subiecto vel materia. Quæcunque vero vt materia, aut concepta cum materia, non idem. Neque secundum accidens vnum, vt Socrates & musicum. Hæc. n. eadem secundum accidens.*

tex. 41

Recapitulat ea quæ sunt determinata dicens, ꝙ est dictum quid est quod quid erat esse, & quomodo id quod est quod quid erat esse, quod prædicatur de omni, & quod prædicatur secundum se. Et iterum dictum est quare quorundam ratio significans quodquideratesse, continet in se partes diffiniti, sicut diffinitio syllabæ continet literas, & (quorundam non,) sicut diffinitio circuli non continet semicirculos. Dictum est etiam quod (in ratione substantię,) i. formę non ponuntur partes substantiæ sicut in materia, quia tales non sunt (partes substantię illius,) idest formæ, sed partes totius compositi. Cuius quidem cópositi aliquo mõ est diffinitio, aliquo mõ nõ est. Quia si accipiat (cũ materia) si, i. indiuidua si nõ est eius diffinitio, qa singularia nõ diffiniũtur, ut supra est habitum. Cuius ratio est, quia talis materia indiuidualis est quid infinitum & indeterminatum.

tex. co. 38.

Ma-

Materia enim non finitur nisi per formam Sed compositum acceptum (secundum primam substantiam) idest secundum formam, habet diffinitionem. Diffinitur. n. compositum acceptum in spẽ non secundũ indiuiduum. Sicut autem indiuiduum per materiã in diuiduatur, ita vnumquodque ponitur in sua specie per formam. Non. n. hõ est hõ, quia habet carnes & ossa, sed ex eo ꝙ habet animam rationalem in carnibus & ossibus. Vnde oportet ꝙ diffinitio speciei accipiatur à forma, & ꝙ illæ partes materiæ solum ponãtur in diffinitione speciei, in quibus primo & principaliter est forma. Sicut ratio hominis est illã quæ est animæ. Ex hoc enim homo est homo, ꝙ habet talem animam. Et propter hoc si homo diffinitur, oportet ꝙ diffiniatur per animam, & ꝙ nihilominus in eius diffinitione ponantur partes corporis, in quibus primo est anima, sicut cor aut cerebrum, vt supra dixit.

tex. c. 35.

Ipsa nanque substantia cuius pars non est materia (est species) i. forma quæ inest materię, ex qua forma & materia (dicitur tota substantia,) idest determinatur & diffinitur. Sicut concauitas est quædam forma. Ex ea enim & naso, dicitur nasus simus, & simitas. Et similiter ex anima & corpore, dicitur hõ, & humanitas. si enim nasus qui est sicut materia, esset pars curuitatis, tunc cum dr̃ nasus curuus, bis diceretur nasus. Semel enim diceretur proprio nomine, & semel prout includeretur in diffinitione curui. Si tamen poneretur in eius diffinitione sicut pars essentiæ curuitatis, non quasi ex additione, ut supradictum est. Quãuis autem materia non sit in essentia formæ, est tamen in tota substantia composita. Sicut curuitas est in naso simo, & etiam materia indiuidualis est in Callia.

tex. c. 34.

Dictum est etiam superius ꝙ quodquideratesse vniuscuiusque, est idem cum eo cuius est. Quod quidem est simpliciter verum in quibusdam, sicut ꝫ in primis substantijs, ꝫ iam materialibus. Sicut ipsa curuitas est idem cum eo quodquiderat curuitatis, si tamen curuitas est de primis substantijs. Quod quidem dicit, quia etiam curuitas videtur esse forma in materia, licet non in materia sensibili, sed intelligibili quę est ipsum continuum. Vel secundum aliam literam ꝫ quæ prima est.) Est enim quædam curuitas prima sicut curuitas, quæ est in speciebus secundum Platonicos, in quib. speciebus communiter est verum quód quælibet est idem cum suo quodquid est. Alia aũt curuitas quæ est in rebus sensibilibus vel in mathematicis, non est prima. Vnde non est idem quod suũ quod quideratesse. Dicit autem exponendo ꝙ primam substantiam hic nominat non substantiam particularẽ, sicut in prædicamentis, sed quæ non dicitur per hoc ꝙ aliud sit in alio sicut in subiecto & materia, ꝫ. i. illæ res quæ sunt formæ non in materia, sicut substantiæ separatæ. Quæcunque vero sunt sicut materia, vel ẽt sunt concepta cum materia, sicut composita quæ habent in sui ratione materiam, in istis non est idẽ qđquideratesse, & id cuius est. Nec etiam est vnum in his quæ dicuntur secundum accidens, sicut Socr. & musicus sunt idem per accidens. Attendendum est aũt ꝙ ab hac sententia quam posuerat, s. quodquidest idem cum vnoquoque cuius est, duo. Hic excipit, s. illa quę dicuntur per accidens & substantias materiales, cum superius non exceperit nisi illa quæ dicuntur per accidens. Oportet autem non solum ista excludi, secundum etiam substantias materiales. Sicut enim supradictum est, quodquideratesse est id quod significat diffinitio, diffinitio autem non assignatur indiuiduis, sed speciebus, & ideo materia indiuidualis, quæ est indiuiduationis principium, est præter id, quod est quodquideratesse. Impossibile est autem in rerum natura esse speciem nisi in hoc indiuiduo. Vnde oportet quod quælibet res naturæ si habeat materiam quę est pars speciei, quę est pertinens ad quodquidest, quod etiam habeat materiam indiuidualem, quæ non pertinet ad quodquidest. Vnde nulla res naturæ si materiã habeat, est ipsum quodquidest, sed est habens illud. Sicut Socra. non est humanitas, sed est humanitatem habens. Si autem esset possibile esse hominem compositum ex corpore & anima, qui non esset homo ex hoc corpore & ex hac anima cõpositus, nihilominus esset suũ quodquideratesse, quãuis haberet materiam. Licet autem homo præter singularia non sit in rerum natura, est tamen in ratione quæ pertinet ad logicam considerationem. Et ideo superius ubi logice considerauit de quodquideratesse, non exclusit substãtias materiales, quin in illis etiã esset idem quodquidest, cum eo cuius est. Homo. n. communis est idem cum suo quodquidest, logice loquendo. Nunc autẽ postquam iam descendit ad principiã naturalia quæ sunt materia & forma, & ostendit quomodo diuersimode comparantur ad uniuersale & particulare quod subsistit in natura, excipit hic ab eo quod supra dixerat idem esse quód quidest cum unoquoque, substantias materiales in rerum natura existentes. Relinquitur autem quód illę substantiæ quæ sunt formę tantum subsistentes, non habent aliquid per quod indiuiduentur, quod sit extra rationem rei uel speciei significantẽ quoquidest. Et ideo in illis simpliciter uerum est, quod quælibet illarum est suum quodquideratesse.

Lect. 5.

Lect. 5.

tex. co. 35.

In primis substantijs qđquidest, non est idẽ cũ eo cuius est in rebus materialib. secus in abstractis.

LECTIO XII.

Quomodo definitio semper significat vnum inuestigatur & quomodo unum sit.

Nunc autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione nõ est dictum dubitatio nanque, quę in illis dicta est, proderit rationibus de substantia. Dico autem hanc dubitationem, quare unũ est definitum, cuius rationem definitionem esse dicimus: ut hominis, animal bipes (sit nanque eius ratio) cur igitur hoc unum est, non autem multa, animal & bipes?

B E S S. tex. co. 42.

Nunc autem dicamus primum, inquantum in Analyticis de diffinitione non dictum est. In illis enim dubitatio dicta, praeopere rationibus de substantia est. Dico autem hanc dubitationem, propter quod quidem unum est, cuius rationem diffinitionem esse dicimus, ut hominis, animal bipes. Sit enim hæc ipsius ratio. Propter quod itaque hoc unũ est, sed nõ multa, animal & bipes?

A N T. tex. co. 42. Par. 1.

Postquam ostendit Philosophus quæ partes in diffinitione ponantur, hic inquirit quomodo diffinitio ex partibus existens, possit esse una, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem, secundo obijcit ad utranque partem, ibi. (In hoc nanque homo.) Tertio soluit quæstionem, ibi. (Oportet autem intendere &c.) Dicit ergo, quod nunc primum debet dicere de diffinitione id, quod non est de ea dictum (in analyticis,) idest in libro posteriorum. Ibi enim mota est quædam dubitatio de diffinitione, & non soluta, quam oportet hic soluere (quæ est præopere rationibus de substantia,) idest quia solutio huius quæstionis est pręnecessaria ad ea, quæ sunt de substantia determinanda, de qua est principalis intentio huius scientiæ. Est autem ista dubitatio, quare illud, cuius diffinitio est ratio, (est unum), scilicet quodquidest. Diffinitio enim ratio est significãs quodquidest, sicut hominis est animal bipes. Ponatur enim, quod hæc sit eius diffinitio, quare igitur hoc, quod dicitur animal bipes, est unum, & non multa?

par. seq. par. 5.

In 2. poster.

Qõ qđo diffinitio sit quid vnũ.

Deinde cum dicit.

BESS. *Homo enim & album, multa quidem sunt, cum non insint alterum alteri, unum uero cum insint, et subiectum ut homo, aliquid passum fuerit, tunc enim albus homo unum fit, & est, hic uero non est alterum alterius particeps, genus etenim non uidetur particeps esse differentiarum, simul namque contrariorum idem participaret differentiæ namque contrariæ, quibus genus differt.*

ANT. par. 2. *In hoc namque homo & album multa quidem sunt, cum alterum non insit alteri; unum uero quando inest, & patitur aliquid subiectum, homo, tunc enim unum fit, & est albus homo. Hic autem non participat alterum altero. Genus autem non uidetur participare differentias. Simul enim contrariis idem participaret. Nam differentiæ contrariæ sunt, quibus differt genus.*

Arguit ad partē negatiuā q̄stionis 1. par. 4. par. 3.

Obijcit pro utraque parte, & primo ad ostendendum quod ex eis non fiat unum. Secundo ad contrarium, ibi: (Oportet autem unum.) Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod ex genere & differentia non fit unum. Secundo quod nec ex pluribus differentijs, ibi: (Si uero & participat.) Dicit ergo primo, quod in hoc quod, est homo & album, ista duo sunt multa, quando alterum eorum non inest alteri. Si enim album non insit homini, tunc homo & albū nullo modo sunt unum. Unum uero sunt, quando alterum eorum inest alteri, & subiectum, quod est homo (patitur alterum,) idest suscipit hanc passionem, quæ est album. Tunc autem ex his duobus fit unum per accidens, quod est albus homo. Ex his accipitur, quod ex duobus, quorum unum non inest alteri, nō fit unum. Sed hoc, scilicet cum dicitur animal bipes (alterum eorum, scilicet animal non participat (altero), scilicet bipede, sicut homo albus participat albo. Et hoc ideo, quia animal est genus, bipes uero differentia. Genus uero non uidetur participare differentijs. Sequeretur enim quod idem participaret simul contrarijs. Differentiæ enim sunt contrariæ (quibus genus differt,) idest per quas genus diuiditur. Et qua ratione participaret una, participaret alia. Si autem est impossibile, quod idem participet contraria, impossibile erit, quod ex genere & differentijs fiat unum.

Deinde cum dicit.

BESS. *Quod si etiam participat, eadem ratio est, si differentiæ eidem plures sunt, ut pedestre, bipes, implume. Cur enim unum, sed non multa sunt hæc? non enim quia insunt, sic enim ex omnibus erit unum.*

ANT. Par. 3. *Si uero & participat, eadem ratio si sunt differentiæ plures, ut gressiuum, bipes, non alatum. Quare namque hoc unum sed non multa? Non enim quia insunt. Namque sic ex omnibus erit unum.*

Arguit ex plurib. differentijs, q̄ no fiat vnū.

Ostendit quod ex pluribus differentijs non pōt fieri unum, dicens, quod si detur genus participare aliquo modo differentia, prout, scilicet animal non accipitur in sua communitate, sed contrahitur per differentiam ad speciem, & sic per consequens ex genere & differentia fieri unum, tamen adhuc erit eadem ratio ad ostendendum, quod diffinitio non significat unū, si sunt plures differentiæ in diffinitione positæ. Sicut si ponantur in diffinitione hominis istæ tres differentiæ, quarum prima sit gressibile uel habens pedes, secunda sit bipes, tertia uero non alatum. Non enim poterit dici quare ista sunt unum & non multa. Non.n. est sufficiens ad hoc ratio quia insunt uni, utpuda animali, quod est homo, sic enim sequeretur, quod omnia essent unum. Sequeretur enim quod omnia accidentia, quæ insunt alicui subiecto, essent unum per se. Sic enim loquimur de unum & adinuicem & ad subiectum. Et cum ea, quæ accidunt uni subiecto accidant etiam alteri, sequeretur, quod illa duo substantia etiam essent unum, puta nix & cygnus quibus inest albedo. Et sic deducendo sequeretur, quod omnia essent unum. Non ergo potest dici quod ex pluribus differentijs fiat unum, etiam dato quod ex genere & differentia fiat unum. Et sic ex duabus partibus uidetur quod diffinitio non significet unum.

Deinde cum dicit.

BESS. *Oportet autem unum esse, quæcunque in definitione sunt, definitio namque ratio quædam una, & substantiæ est, quare unius cuiuspiam oportet ipsam esse rationem, & enim substantia unum quiddam, & quod quid (ut dicimus) significat.*

ANT. par. 4. *Oportet autem unum esse quæcunque in diffinitione. Diffinitio enim ratio quædam est una, & substantiæ una. Quare unius alicuius oportet ipsam esse rationem. Etenim substantia unum quidem, & hoc aliquid significat, ut diximus.*

Arguit pro parte affirmatiua.

Obijcit in contrarium ostendens quod diffinitio significet unum: dicens, quod oportet quæcunque in diffinitione ponūtur esse unum. Et hoc ideo, quia diffinitio est una ratio, & id quod significatur per ipsā, est substantia rei. Vnde oportet quod diffinitio sit ratio significatiua unius alicuius, quia substantia rei quam diffinitio significat, est unum quid. Et etiam supra dictum est, quod diffinitio significat hoc aliqd, ubi ostensum est quod diffinitio est proprie substantiarum. Deinde cum dicit.

Lect. 4.

BESS. tex. c. 43. *Oportet autem primo considerare de his, quæ secundum diuisiones sunt, definitionibus. Nihil enim aliud in definitione est, nisi quod primum dicitur genus, & differentiæ, cætera uero genera sunt, & ipsum primum, & post hoc, quæ comprehenduntur differentiæ, utputa ipsum primum, est animal, consequens uero, animal bipes, & rursus animal bipes implume. Similiter etiam si per plura dicatur, & omnino nihil differt per multa, an per pauca dicatur, neque per pauciora quam duo, duorum uero hoc quidem genus, hoc uero differentia, utputa huius animal bipes, animal quidem genus, differentia uero alterum. Si igitur genus simpliciter non est præter eas, quæ ut generis species sunt, aut si est quidem, sed tanquam materia est (uox namque genus & materia, differentiæ autem species, & elementa quoque ex hac faciunt) manifestum est, quod definitio est ex differentijs ratio.*

ANT. tex. co. 43. Par. 5. *Oportet autem intendere primum de his quæ secundum diuisiones diffinitionibus. Nihil enim aliud est in diffinitione quam primum dictum genus & differentiæ. Alia uero genera sunt primum, & cum hoc comprehensæ differentiæ, ut primum animal, habitum uero animal bipes, & iterum animal, bipes non alatum. Similiter autem & si per plura dicantur. Omnino uero nihil differt per plura, aut per pauca dici. Quare nec per pauca, aut per duo. Duorum ergo, hoc quidem differentia, illud uero genus. Ut eius quod animal bipes animal quidem genus, differentia autem, alterum. Si ergo genus simpliciter non est præter eas quæ ut generis species, aut si est quidem, ut materia est, (uox enim genus est & materia) differentiæ autem species & elementa ex hac faciunt, palam quia diffinitio est ex differentijs ratio.*

Soluit præmissam quæstionem ostendens, quod diffinitio significet unum, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo ex genere, & differentia fit unum. Secundo quomodo ex pluribus differentijs fiat vnum.

par. sequen. Ostendit q ex gen. & differentia fit unum per se.

unum, ibi: {At uero oportet diuidi.} Dicit ergo primo, quòd ad inuestigandum unitatem diffinitionũ oportet primam intẽdere de diffinitionibus quæ dantur secundum diuisionem generis in differentias. Istæ enim sunt diffinitiones uere, in quibus non est aliud quàm primum genus & differentiæ. Dantur enim & quædam diffinitiones per aliqua accidentia, uel per aliquas proprietates, uel etiã per aliquas causas extrinsecas, quæ non significant substantiam rei. Et ideo huiusmodi diffinitiones non sunt ad propositum, cum hic agatur de diffinitionibus ad substantias rerum inuestigandas. Ideo autem dico quod in diffinitione est primum genus cum differentijs, quia & si aliquando in diffinitionibus ponantur aliqua genera intermedia inter genus primum quod est generalissimum, & species ultimas quæ diffiniuntur, tamen illa genera media nihil aliud sunt quam genus primum, & differentiæ cõprehensæ in intellectu generis medij: {cũ hoc} idest cum genere primo. Sicut si in diffinitione hominis ponatur animal, quod est genus intermedium, patet quod animal nihil aliud est quam substantia quæ est genus primum cum aliquibus differentijs. Est.n. animal substantia animata sensibilis. Et similiter si intelligamus primum genus esse animal (habitum bipes) & iterum tertium genus, animal bipes non alatum,) Et similiter si aliquod genus per plures differẽtias determinatur. Semper enim posterius genus cõprehendit prius cum aliqua differentia. Et sic patet quòd omnis diffinitio resoluitur in primum genus. & aliquas differentias. Omnino autem non differt, utrum per plura, aut per pauca diffiniatur aliquod diffinitum: Quare non differt, utrum per pauca, uel per duo, ita quod illorum duorum unum sit genus & aliud differentia: sicut eius quod est animal bipes, animal est genus & alterum; scilicet bipes est differentia. Ostendendum est ergo primo quomodo ex istis duobus fiat unum. Quod sic patet. Genus enim non est præter ea quæ sunt species generis. Non enim inuenitur animal, quod non sit nec homo, nec bos, nec aliquid aliud huiusmodi. Aut si inueniatur aliquid quod est genus præter species, sic acceptum ut est præter species, non accipitur ut genus, sed ut materia. Contingit.n. aliquid & esse genus aliquorum, & materiã. Sicut uox est genus literarum, & est materia. Et quod sit genus, patet per hoc quod differentiæ additæ uoci faciunt species uocum literarum. Et quod etiam sit materia patet, quia (ex hac; {scilicet ex uoce} faciunt elemẽta) idest literas; sicut aliquid fit ex materia. Sciẽdum est autem quod, licet idem secundum nomen possit esse genus & materia, non tamen idem eodem modo acceptum. Materia enim est pars integralis rei, & ideo de se prædicari non potest. Non enim potest dici quod homo sit caro & os. Genus autem prædicatur specie. Vnde oportet quod significet aliquo modo totum. Sicut enim propter hoc quod est innominata priuatio, aliquando simpliciter nomine materiæ significatur materia cum priuatione, ut supra dictum est, quod æs accipitur pro ære infigurato, cum dicimus quod ex ære fit statua, ita etiam quando forma est innominata, simplici nomine materiæ, intelligitur compositum ex materia & forma; non quidem determinata sed communi, & sic accipitur ut genus. Sicut enim compositum ex materia & forma determinata est species ita compositum ex materia & forma cõmuni est genus. Et hoc in pluribus patet. Corpus enim potest accipi, & ut materia animalis, & ut genus. Si est intellectu corporis intelligatur substantia completa ultima, habens in se tres dimensiones, sic corpus est genus, & species eius erunt substantiæ perfectæ per has ultimas formas determinatas, sicut per formam auri, uel argenti, aut oliuæ, aut hominis. Si uero in intellectu corporis non accipiatur nisi hoc, quod est habens tres dimensiones cum aptitudine ad formam ultimam, sic corpus est materia. Et similiter est de uoce. Si enim in intellectu uocis includatur ipsa uocis formatio in communi secundũ formam quæ distinguitur in diuersas formas literarum & syllabarum, sic uox est genus. Si autem in intellectu uocis accipitur solum substãtia soni, cui possibile est aduenire prædictam formationem, sic uox erit materia literarum. Ex quo etiam patet quòd uox secundũ quod est genus, non potest esse sine speciebus. Non.n. potest esse sonus formatus, quin aliquam determinatam formam habeat huius uel illius literæ. Sed si omnino careret forma literali prout est materia, sic inueniretur sine literis, sicut æs inuenitur absque his quæ fiunt ex ære. Si ergo prædicta sunt uera, palã est quòd diffinitio est quædã rõ ex differentijs unitatem habẽs, ita quòd tota essentia diffinitionis, in differentia quodam modo comprehenditur. Ex hoc enim animal quod est genus, non potest esse absque speciebus, quia formæ specierum quæ sunt differentiæ, non sunt aliæ formæ à forma generis; sed sunt forma generis cũ determinatione. Sicut patet quòd animal est quod habet animam sensitiuam. Homo autem est qui habet animam sensitiuam {talem,} i. cum ratione. Leo vero qui {habet talem} i. cum abundantia audaciæ. Et sic de alijs. Vnde cum differentia additur generi, non additur quasi aliqua diuersa essentia à genere, sed quasi in genere implicite contenta, sicut determinatum continetur in indeterminato, vt album in colorato. Per quod etiam soluitur ratio superius inducta quia nihil prohibet idem genus in se contingere diuersas differẽtias, sicut indeterminatum continet in se diuersa determinata. Et etiam propter hoc soluitur, quia non hoc modo aduenit differentia generi, vt diuersa essentia ab eo existens, sicut aduenit album homini.

Deinde cum dicit.

Contingit aliquid simul esse genus & materiam aliquorum, vt vocem literarum.

Text.co.25.

Solutionis rõ prima facta pro parte negatiua

DEFENSIO. XV.

Vnitas formæ substantialis in composito in hoc loco a D.S inducta, ac probata, quam temere & irrationabiliter tam a Mauritio, quàm ab Anton. andr. improbetur, ostenditur.

Hoc in loco Mauritius in marginibus primo dicit, quòd S. Th. nõ multum sapit metaph. Paulo ante post in margine etiam dicit ibi excludi cauillationem Thomistarum. Ant. vero an fugam parans ad Thomistarum ictus circa materiam de pluralitate formarum sic dicit: Notandum, quòd negantes pluralitatem formarum, hic volunt sumere argumentum quòd unitas diffinitionis est per hoc, quod genus nihil est præter generis species, saltem secundum esse quidditatiuum. Sed hoc non est verum, quia accipitur auctoritas truncata. Nam sequitur: Genus non est præter eas quæ sunt generis species, aut si est quidem, est vt materia. Secunda pars disiunctionis est vera. Vnde ad secundum membrum subdit exemplum. Vox enim genus est & materia. Est igitur intẽtio Philosophi, quòd illud, quod importatur per genus, nihil est nisi potentiale respectu specierum. Hæc ille formaliter. Respondentes autem primo ad Mauritij illius verba licentiosa valde, & quæ virum grauem non deceant, dicimus uerissimum esse quod diuinus doctor Thomas non multum sapit metaphysicã, loquendo de metaphysica tenebrosorum, qualis est metaphysica uanissimi capitis illius, Mauritij ubique similium, secus de metaphysica Arist. ac aliorum sapientum & Thomistarum quorum rationes dum non penetrãtur ab ignorantibus, cauillationes putantur, cum

Vna tñ esse forma substantialé in quouis composito.

vere

uere subtiles sint, quòd & tu licet non à temetipso, sed sancto spiritu impellente, à quo teste Ambrosio, est omnis ueritas, extremo loco in margine confessus es. Cuius tamen sancti spiritus tuâ spirationē iuxta tuæ forte mentis malam dispositionem, in derisionis ac ironię uenenū conuertisti. Qua in re, tuę potius miseriæ condolendum est, quàm illata contumelia uel iniuria pensitanda. Ant.o. autem and. in prima oppugnatione male penetrat & exponit Arist. optimē metaphysici sensum ac uerba. Peius etiam diuū Tho. optime exponentem impugnat. Pro primo sciendū quòd unam tantum esse formam substantialem in cō posito, est una subtilissimarum & altissimarum ueritatum quæ sint in philosophia. Transcendit enim sensum & omnem imaginationem, immo eis uidetur apertissime repugnare, dum accidentia eadem uideatur perdurare ammota substantiali forma, quod esse non posset nisi etiam aliqua alia forma in composito per quam & idem corpus perseueraret, inueniretur. Et propter hoc uiri qui subtilis sunt imaginationis, intellectus autem minus perspicacis, dum intellectu alia per imagines quas transcendere nequeunt metiuntur, in præstigiosum cadunt errorem, ut facile putent claram se percepisse ueritatem, & omnes alios sibi nō consentientes decipi. Contra qui intellectualia intellectualiter ponderant sensumque pedissequum faciunt intellectus, non dominum, non quod sensus ipse præmonstrat, sed quod ratio potius, subministrat attendunt. Et in huius præcipue quæstionis uera conclusione patet id manifeste, cum ex unitate esse atque suppositi, essentialique ordine prædicationis, qua nō nisi idem de se ipso ac totum de toto similibusque solius intellectus indagationibus ipsam conclusionem deducat, nedum Doctor sanctus in plutibus locis atque Thomistarum schola, ut asserit Mauritius (quasi uelit notam, singularitatis opponere, quæ tamen suffragante ueritate non esset nota) sed & maxima philosophorum ac sapientum turba, confirmante etiam Augustino sub anathemate, unam tantum animā esse in homine, & Arist. sæpius unam tantum esse formam in composito palam docente. De quibus siquis uoluerit plenius informari, ad Capreolum S. Tho. (ut ita dixerim) animam, recurrat in secundo sen. lib. dis. 15. & alibi. Nunc autem iuxta quod proposuimus tantum de hac quæstione faciemus uerba, quantum exigent horum aduersariorum aggressus. Quod igitur Ant. and. male hic exponat Arist. dum S. Tho. impugnat, ex uerbis ipsius Arist. clare deducitur. Namque Philosophus in dicendo, assertione, quam uerbum illud, simpliciter, præ se fert, usus non esset, si sententia illa prima, ueritate careret, & inutiliter esset allata in medium, si falsa sit, & per consequens ad intentam cōclusionem inutilis, & secundam tantum modo, quā ueram asseris solam Ant. an. proposuisset Philosophus ne uetborum supersluitate notaretur, aut certe eorūdem propositione, ambiguitatis uel deceptionis in tanta re materiam ministraret, quod Philosophum tam egregium non deceret. Nec fauet ullatenus modus loquendi Philosophi, quo uidetur disiunctiue loqui, erroneæ huic aduersari opinioni. Neque enim sē per disiunctiuo sensu prędicta signa apud Philosophū induntur, sed assertiuo persæpe, & ubi prætertim motæ alicui dubitationi occurrit uel determinando ueritatem uel arguendo, ut exempli gratia uidere potes septimo huius. t. com. 50. Vbi dubitationem an substantia sit composita ex substantijs, uel ex non substantijs, sic soluere incipiens dicit. Aut modo quodā erit, modo autem quodam non. Et. ea. t. c. 51. parte quarta. Vbi pro una parte quæstionis huius, an, scilicet intellectus intelligendo udia uilescat, arguens, sic incipit. Aut inconueniens meditari de quibusdam.

Et sic in proposito, modo & non sensu disiunctiuo assumptum pro inferenda conclusione, proposuit propter duplicem significandi modum, quo genus ad species, comparari pōt, quorum uno quidem acceptū non est præter generis species ꝙ hoc est si accipiatur genus simpliciter, idest absolute ut genus est, quomō solū species ut sic respicit. Altero uero mō sumptum est pter eas quæ sunt ut generati species, tunc uidelicet, quando accipitur ut materia. Et ex utroque intentum suum concludit satisfaciens principali dubitationi ingeniosissimo artificio. Hoc est enim quod sub dubio proposuit, quomodo uidelicet diffinitio, non obstante partium suarum pluralitate, non sit unitate per se priuata. Et ostendit primo id esse clarum, eo quod genus non est præter eas, quæ sunt generia species, & ob hoc sicut ipsa species unum quid per se est, ita & diffinitio eius, eo quod si est idem cum specie, est idem & cum differentia, quam in se specie claudit. Et si idem, ergo & unum cum ea. Et hoc inducit arguendo à maiore, quia cum genus possit considerari in ordine ad species, & ut genus, & ut materia, si cō sideratum ut materia facit per se unum cum differentia non obstante quod ut sic, sit præter eas quæ sunt generis species, addito quòd materia realiter à forma distincta etiam est, multo magis unum cum differentia faciet genus ipsum, inquantum genus, quo modo haud quaquam est præter generis, sui inquam ipsius species. Sic n. breuissimo sermone simul tria insinuat ad speciem inquam, genus ipsum dupliciter comparari, utroque modo unum cum dfia facere, & per generis ut materiam sonat unitatem cum differentia, id quod propositi sui erat inducit, à fortiori, id ipsum dico genus est, ut genus, cum differentia (cum ut sic præter species haud sit) maxime unum fieri. Si autem concluderet tantum quòd genus ut materia, unum cum differentia faciat, iam non quæstioni propositæ fieri uidetur directe satis. Aperte quippe inducit tam ex sententia modo disiunctiuo proposita, quam ex exemplo uocis inducto, duobus prædictis modis acceptandum fore genus, ut genus in quam seu simpliciter, i. absolute, quod est dicere genus ut genus forma liter, & uerū ut materia. Cum igitur dictō formaliter assumat genus, si proprie diffinitio sit & non ut materiam, eodem Philo. hoc ipsum in septimo asseuerante dū diffinitionem comprobauit de specie proprie tātum dari, & non nisi ex genere ac differentia confiādam esse, (tanti quippe Philosophi adeo graues sentētiæ, non nisi formaliter interpretari debent, sequitur ꝙ genus ipsum ut genus est & simpliciter in diffinitione ipsa differentiæ copulentur. Dubitatio igitur quomodo ex partibus diffinitionis unum fieri posit, directe nequaquam occurrisset, nisi concluderet ex ipso genere ut genus est, unum per se cum differentia fieri. Quod cū ad amussim inducat enucleatio doctissima diui Thomæ, ab ea quæ deuiet plurimum Ant. And. quam affert expositio, patet. S. Thom. Arist. mē tem penetrasse, non istum. Quod fuerat primum in hac defensione propositum. Sed & quod magis urget omnes qui ratione reguntur in doctrinis non uoluntate, si non nisi ut materia sumptum genus faceret unum cum differentia, sicut perfectibile cum propria perfectione, sic tamen ꝙ ipsum perfectibile distinctam realiter à perfectione illa formam significetur, iā non unum per se sed solum per accidens fieri, cō cludi posset. Qualiscunque enim forma illa generi sit & quomodolibet imper fecta, actus tamen, & substātialis actus est, minusque dependens ab alio quàm actus accidentalis, ut ex ipsa substantię naturæ manifestæ conuincitur. Et cum Arist. supra in septimo

tex.

tex.cōm.49.uel circa, uniuersaliter loquens per se cōflari, eo inquit ꝙ actus separet hæc duo adinuicē, & sua hæc ratio conuincat actum accidentalem cū sua potentiali non posse per se unum facere, sed tantum per accidens, multo magis id in substantiali quocunque deducetur actu. Quod si quis forte huic rationi occurrat, ex hoc quod accidētalis actus ipsum in quo recipit ut subiectum respiciat ut proprium perfectibile, sed commune, quæram ergo ab isto, unde nouerit id esse commune subiectum eius ac perfectibile. Si.n. quia separari potest, iam & quælibet substantialis forma specifica in rebus corruptibilibus cum à corpore separaretur, corpore ipso secūdum te sub forma propria remanēte, ipsū iam corpus nulla talis forma respiceret, ut suum pontentiale ac perfectibile propriū, sed commune. Si uero dicas, quia hæc est substātialis forma, illa uero accidentalis, unde pro nosti hanc esse substantialem, illam uero accidentalem? Aliam certe rationem nullo modo poteris assignare nisi quia substantialis est illa, quæ pure unitur materiæ ad instituendum suppositum, cui per se primo debetur esse atque subsistere. Accidentalis uero quæ tantum in actu existenti adiaceret enti. Non potest igitur multiplex simul in eadem materia substantialis inueniri forma, sed unica quæ & unicum det esse ei composito quod unum simpliciter ac per se dicit in substantiæ genere, oisque alia qua super induitur, ex hoc ipso conuincitur esse accidentalis. Ex prædictis omnibus facile patet, secūdum quod uidelicet peius impugnauerit diuum Thomam quàm etiam Arist. uerba exposuerit. Quia prædictæ suæ malę expositioni addidit quod S. Tho. literam Philosophi truncate accipit uel exponit. Vtinam sic ille omnia Philosophi uerba ponderasset prout aurea libra facit angelicus Doctor. Ab errore enim suo facile purgari potuisset. Exponit enim diuus Thomas quid sit, genus simpliciter non esse præter generis species. Quid ut materia acceptum sit ipsum esse præter eas, quæ sunt in genere species. Quomodo genus & si ut materia sumi possit non tamen uere materia sit, quomodo hoc ipsum ꝙ est ut materia posse genus sumi, non quibusdam tantummodo sed omnibus generibus conueniat, tam et si Philosoph. unum dūtaxat exemplum induxerit, & tale in quo prætactam distinctionem clarius quisque ualeat intueri. Quomodo ex utroque dicto inferat Arist. intentam conclusionem, licet ex primo formaliter & directe. Ex secundo enim (ut ante dixi) non nisi arguendo à maiori, deduci potest intentū formaliter, & primo mediante. Quō item ex hic dictis Philosophus & ueritatem determinat, & argumenta supta in oppositum facta dissoluit. Vnde igitur tuncaata authoritas Philosophi accipitur? Tu magis Philosopho tantæ dignitatis iniuriaris, dum conuinceris superfluitatem verborum iuxta tuam expositionem imponere, & suam inuictam deductionem infirmare. Qđ enim ex duabus ille sententijs, quarum vna sit alterius in inferendo robur non modicum, directe concludit, tu ex vna duntaxat & sine robore, & indirecte satis, inducis. Patet ergo ꝙ ex Aristot. verbis expresse habetur genus ipsum non aliam signare formam ab ea, quam species claudit, aut econuerso, & consequēter non secundum multitudinem essentialium prædicatorum multiplicari formas in speciei supposito, neque etiam vel vnius generis significatam formam, ab ea quæ speciem extremam constituit, esse distinctā, si pro quia, genus quodlibet non est præter eas, quæ sunt eiusdem generis species. Nō igitur distincta quouis modo est forma qua corpus est primo corpus, ab ea qua idem ipsum est animatum, vti tamen cū principe tuo, vobisque adnærentibus æstimas, & contendis, licet ex modo significandi, eo ꝙ corpus ipsum in determinate formam hanc exprimat, animatum vero corpus determinate, & sic primum quidem superioris generis, hoc vero inferioris, vel speciei intentionem suscipiat, aliqualiter & non nisi intentionaliter distinguantur. Circa igitur aduersarij præsentem oppugnationem in materia de pluralitate formarum tā ta sint dicta.

Genus non diuersā, ab ea, quæ speciem formam significat.

B E S S.

At uero oportet etiam diuidi differentia differentiam, utputa animalis differentia est pedes habere, rursus, animalis pedes habentis differentiam scire oportet prout pedes habet, quare non est dicendum, pedes habentis aliud plum ferum aliud implume, si bene dicatur (uerum quia non potest, faciet hoc) sed si aliud fissos pedes habens hæ cum pedis differentiæ sunt, fissio namque pedum, aliqua peditas est, & sic semper procedi uult, donec ad indifferentia deueniatur, tum autem tot pedis species erunt, quot differentiæ & pedes habētia animalia, æqualia differentijs.

A N E. par.6

At uero & oportet diuidi differentia differentiā, ut animalis differentia est pedalitas. Item animalis habentis pedes differentiam oportet scire, inquantum habens pedes. Quare non est dicendum habentis pedes aliud non alatum, si quidem bene dicit. Sed propter non posse faciet hoc. Sed si aliud habens scissos aliud nō scissos pedes. Hæ namque sunt differentiæ pedis. Nam scissio pedis, pedalitas quædam est. Et sic semper uult procedere, donec utique ueniat ad non differentias. Tunc autem erunt tot species pedis, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs.

Ostendit ꝙ nec etiam multitudo differentiarum impedit vnitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter debeant sumi in diffinitione multæ differentiæ. Secundo ostendit ꝙ si differentiæ debito modo sumuntur, non impediet multitudo differentiarum veritatem diffinitionis, ibi. (Si itaque.) Dicit ergo primo, ꝙ in diffinitionibus in quibus sunt multæ differentiæ, oportet nō solum diuidi genus in differentiam, sed etiam diuidi differentiam primam in differentiam secundam. Sicut animalis differentia est pedalitas, secundum quam animal dicitur habens pedes vel gressibile. Sed quia etiam hæc dr̃ia multipliciter inuenitur, iterum oportet scire differentiam animalis habentis pedes, quæ sit differentia eius) in quantum est habens pedes,) s. per se & non pēt accidens. Et ideo quia habenti pedes accidit habere alas, non est dicendum diuidendo differentiam, quod habentis pedes aliud est alatum, aliud non alatum, si homo bene uelit dicere diuisionem differentiarū. Sed tamen quandoque aliquis diuidens differentia (facit hoc) ut, s. diuidat per ea quę secundum accidens, propter hoc quòd non potest inuenire proprias & per se differentias. Aliquando enim necessitas cogit, ut utamur loco per se differentiarum dr̃ijs per accidens inquantum sunt signa quædam differentiarum essentialium nobis ignotarum. Sed hoc modo est hæc differentia diuidēda (habens pedes) scilicet huiusmodi animalium, aliud est habens pedes scissos, & aliud nō scissos. Istæ enim (sunt dr̃iæ pedis) s. scissum & non scissum. Et ideo habēs pedes scissos, per se diuidet hanc dr̃iam quę est habens pedes. Scissio enim pedis (est quędā pedalitas,) s. hęc dr̃ia quæ est habere pedes scissos, est quoddam cōtentum sub hoc quod est habere pedes, & habent se adinuicem sicut determinatū & indeterminatū, sicut diximus de genere & differētia. Et ita semper procedendum est in diuisione dr̃iarū donec diuidens (veniat ad non differentia,) idest ad vltimas differentias, quæ non diuiduntur vlterius in alias differentias. & tunc tot erunt species pedis, quot diffe-

Quō sumēdæ sint plures dr̃iæ in vna diffōne

differentiæ, & species animalium habentium pedes æquales differentijs. Qualibet enim indiuidualis differentia constituet unam speciem.

Deinde cum dicit.

BESS. *Si igitur hæc ita se habeant, manifestum est quod ultima differentia, rei substantia erit, & definitio, nec si nō oportet crebro eadem in diffinitionibus dicere superfluum namque est. Accidit autem hoc: cum enim animal pedes habens, bipes dicat, nihil aliud dixit, nisi animal pedes habens, duos pedes habens, & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differentiæ differentia fiat, una, quæ ultima est, erit species & substantia.*

ANT. par. 7. *Si itaque hæc sic se habent, palam quia finalis differentia rei substantia erit & diffinitio, si non oportet multotiens eadem dicere in terminis. Superfluum enim accidit hoc dicentibus. Nam quādo dicit animal habens pedes, bipes, nihil aliud dixit quàm animal pedes habens & duos pedes habens. Et si hoc diuidat propria diuisione, multotiens dicet & æqualiter differentijs. Siquidem igitur differentiæ differentia fiat, una erit quæ finalis species & substantia.*

Multitudo dfiarum nō impedit vnitatem diffinitionis.

Ostendit ex suppositis quod multitudo differentiarum non impedit unitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo inducit conclusionem intentam, ibi: {Quare palam &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo ex multis differentijs sit unum, si differentiæ per se sumuntur. Secundo quod hoc non potest esse si sumantur per accidens, ibi: {Si uero secundum accidens.} Dicit ergo primo, quod si sic se habent differētiæ acceptæ in diffinitione {sicut dictum est} scilicet quod semper sumantur per se differentiæ & non per accidens, palam est quod ultima differentia erit tota substātia rei, & tota diffinitio. Includit enim in se omnes præcedentes particulas. Quod enim in differentia includatur genus, ostensum est, ex hoc quod genus non est sine differentijs. Sed quod ultima includat omnes præcedentes, palam est ex hoc quod nisi hoc dicatur, sequitur quod oporteat {in terminis, } idest diffinitionibus multotiens eadem dicere. Et hoc erit superfluum & nugatorium. Hoc autem inconueniēs ideo accidit, quia si aliquis dicat in diffiniendo animal {habens pedes bipes} si bipes sit alia differentia ab habente pedes, non includens eam, nihil aliud dixit sic diffiniens quam animal habens pedes, duos pedes habens. Bipes enim nihil aliud est quàm duos pedes habens, in quo manifeste includitur, pedes habens. Vnde patet quòd si vtraque apponatur dfia, est nugatio. Et iterum si hoc quod est bipes diuidat aliquis {propria diuisione, }i. per ea quæ sunt per se & nō per accidens, sequetur vlterius multotiēs dici idem, & totiens quod sumuntur differentiæ. Vt si dicam ꝙ aīalis bipedis, aliud est habens pedes scissos in quinque digitos, aliud in quatuor, siquis uellet diffiniens hoīem, ponere omnes differentias intermedias, toties repeteret idem, quot differētias apponeret. Diceret enim ꝙ hō est aīal pedes hñs, duos pedes hñs, scissos in quinque digitos. Et quia ista sunt inconuenientia, igitur manifestum est quòd si in diffinitione accipiātur differentiæ, vna erit vltima, s. (quæ est species & suba,) i. quæ subam & speciem diffiniti comprehendet, & ab eius vnitate diffinitio erit vna. Deinde cum dicit.

Par. 8.
Par. 9.

DEFENSIO XVI.

Validissimum aliud argumentum ad vnitatem formæ inducendam ex textu philosophi a D.S allatum, aduersarios coarctare ac deuincere, patefacit.

HOc in loco circa eandem materiam de pluralitate formarum An.an.diuum Th.impugnat dicens. Notandum, quòd negantes plures formas, hinc sumunt argumentum, quia finalis differentia, quæ dicit rationem formæ dicit totam substantiā rei: ergo nō est ibi alia & alia forma, a quarum prima sumatur genus, & differentia à secunda, quia tunc differentia vltima non esset tota substantia diffiniti. Sed hoc nihil valet. Non enim potest intelligi quòd tota ratio quidditatiua sit in vltima differentia. Tunc.n. genus superflueret in diffinitione, quia sola vltima differentia totam essentiam rei exprimet. Sed debet sic intelligi quòd completiue est tota substantia rei, sicut à forma vltima completiue est tota essentia habētis formam. Hæc ille. Sed in hac oppugnatione patet ex philosophi verbis & intentione ipsius, Arist. mentem hunc non apprehendere, nec altitudinem speculæ fidelissimi eius expositoris ascendere potuisse. Intendit enim Ari. (vt ipse Ant. ana. sancto Th. edoctus fatetur) ostendere diffinitionem quid per se vnum significare, non obstante differentiarum multitudine sicut & hoc ipsum paulo ante ostenderat, non obstāte generis ipsius a differentia, quæcunque videatur diuersitate. Non intendit autem hæc persuadere nō esse inter se distincta quantum ad vocem, quinimo ex multis vocabulis docet in 7. tex. cot. 13. diffinitionem necessario rite constare. Non etiam quantum ad conceptus, quia sic vocum distinctio inutilis foret. Debet enim diffinitio pluribus conceptibus distincte palam facere, quod diffinitum comprehendit vnico quasi confuso. De indistinctione igitur reali quòd loquatur & intendat necesse est generis inquam cum differentia prius, nunc autem de reali vnitate ac indiuisione realium differentiarum, quibus quasi gradibus descensus per se fit ex supremo genere ad vltimā speciem. Hic autem isti dum à lumine recedunt, proprijs tenebris inuoluuntur, vt dicant cum tali differētiarum numerositate, & nihilominus cum formarū per differentias significatarum distinctione reali, stare vnitatem quandam inter eas realem & per se à natura intentam, sicut proprij generis perfectibilis cum perfectione sua itidem propria, & sicut propriæ potentię cum eiusdem proprio actu, quę vnitas sufficiat ad diffinitionis per se vnitatem, quam & præmonstrare Philosophus solam intendat. Diuus uero Tho. ex verbis & intentione Philosophi expresse, uoluit vnitatem hanc non sufficere, & aperte ostendit quòd necessario quæ per singula prædictorum siue generum siue differentiarum essentia significatur sit eadem penitus & una realiter, diuersis tamen conceptibus significata, quorum quilibet id quidem quod totum est, dicat, at non totaliter, neque secundum omnem suæ naturæ perfectionisque gradum. Et si completa quę per hæc omnia significatur essentia, vna natura est realiter & penitus eadem, licet à prædictis omnibus non eadē modo expressa, forma etiam est ex que primo talis essentiæ, realitatem sortitur & speciem realiter una erit. Quod serius magis quam forte doctissimi expostularēt, aperiēdum censeo, ut demum ualeā clare deducere, idipsum hoc in loco, Philosophum edocere. Sciendum igitur quod inter cætera quibus homo in infima sede intellectualium creaturarum locatus, à supremis intellectib. elongatur, unū est, quod quidem ex parte modi intelligendi se tenet, hoc inquā ꝙ q̄ sparsa diuersaq; sunt in entibus, intuitu mentis distinctis etiā conceptibus apprehendit, & ob hoc diuersis etiam nominibus explicat. Vnde si quomodo prædicta quæ in diuersis diuersa sunt, in uno formaliter uniantur, uel eminēter contineantur in essentia vna & simplici, diuersis nihilominus conceptionibus hæc intellectus noster apprehendet, & tunc ex

Cū vltima rei dfia vna simpliciter sit, & eadē, cuius est vna tātum forma vni° cōpositi est.

hoc

hoc solo aliquam distinctionem dicetur habere, quæ vocatur ob hoc ipsum, distinctio rationis, quia per comparationem ad intellectum vel rationem sumitur, & nullo modo ex parte rei diuersitas ista est. Hoc cum in multis quæ proposito non deseruiunt, tum in prędicamentali ordine præcipue inuenitur, quod proposito fauet. Esse corpus, exempli causa, esse animatum corpus, sensibile, rationale, & inueniuntur diuersa in diuersis, & nihilominus uniuntur in homine realiter, & ob hoc distinctis quidem hæc omnia conceptionibus repræsentat homo distinctisque signat vocibus. Sed tamen in homine non nisi rationis & intellectus patiûtur diuisionem, vt in homine vnam essentiam dicant respectibus ad diuersas intellectus cõceptiones dispartitam, non rebus. Quia vero hæc in diuersis reperta, adinuicem comparantur secundum superiorem & inferiorem, seu maiorem, & minorem perfectionem. Perfectiora quippe sunt animata inanimatis corporibus, sensibilia insensibilibus, & sic inde, ideo etiam dum in vnum confluunt, rem illam vnam quidem gradibus ad culmen eleuãt perfectionis, vt id quod in alijs repertum, quasi imperfectionem dicebat respectu alterius, in hoc vno quasi gradum simplicis illius essentiæ infimum dicat, respectu suijpsius essentiæ, vt perfectionem illam vlteriorem includit, quasi fiat ad gradum superioris ascensus, & sic inde donec ad vltimam perfectionem quam hominis propria differentia, rationale inquã, exprimit, perueniatur. Sic igitur constituta natura hominis præcise ut trium est dimensionum immediatum subiectum ad quod multa alia in rebus ei æquiparantur, quasi secundum perfectionis suæ infimum gradum cognoscitur. Sed cum illa quæ in hoc gradu secum conueniunt, homo per vitam transcendat, in qua tamen alia quædam secum conuenientia sistunt, scilicet animata, iam ad secundum suæ perfectionis gradum quodammodo fit ascensus. Cum illa quoque per sensum transcendat in quo tamen cõueniunt & in eodem sistunt quædam alia, scilicet animalia, ad tertium iam gradum perfectionis eius per intellectum eleuamur. Sed, & cum hæc per rationem superet, quasi quarto gradu culmen attingimus suæ perfectionis. Vna ergo essentia, & vnica talis essentiæ forma simplicissima, diuersis conceptibus & diuersis nominibus pro diuersitate prædictorum graduum designabitur. Et sic illorum quodlibet totam quidem [illegible] essentiam, sed non quodlibet totaliter eam exprimit, sed vnum nomen illam signat sub vno gradu tantum, aliud sub duobus, & sic inde. & sic vera nihilominus erit prædicatio qua superius prędicatur de inferiori, eo quod totum de toto enũtietur, licet non plene totalitas inferioris per superius exprimatur. Illud autem nomen quod omnium graduum perfectionem comprehendit, est naturę [illegible] proprium, vt ly homo naturam humanam totam & totaliter, id est, quo ad omnem gradum exprimit. Sed quia homo cum quibusdam alijs rebus conuenit in aliquo per tale nomen significato, & per aliud ab eisdem alijs differt, per quod etiã in supremo gradu suo constituitur, & hoc secundum est formale respectu primi, eo quod formæ proprium sit & ab alijs formaliter distinguere, actus enim separat & ei cuius forma est, perfectionem dare. Cum forma ipsa in esse specifico, & etiam actuali vnumquodque constituat, sequitur quod tunc apertissime natura illa explicatur quantum ad suos terminos, materiali inquã atque formali, quando his duobus conceptibus distincte repræsentatur, & consequenter duobus illos [illegible] vocabulis [illegible]. Quod facit diffinitio [illegible] quippe [illegible] quid nam diffinitum sit explicare a prima potentia vsque ad vltimum actum. Et ex his patet quod vnitas formæ in composito non tollit distinctionem conceptuum vel prædicatorum essentialium, quinimmo necessario exigit. Quia autem Philosophus, hic id intendat, immo probet, & quòd Anton. Andr. non bene illum exponat immo eidem apertissime se opponat, liquet expresse considerantibus vtriusque verba. Volens enim Philosophus ostendere quod multitudo differentiarum non obest vnitati per se diffinitionis, proponit quod vltima differentia est tota rei substantia & diffinitio, vt sic inferat quòd sicut vltima differentia est vnum per se, ita & diffinitio. Probat autem propositum primo a priori, secundo a posteriori. A priori quidem per diuisionem superioris in per se differentias donec ad vltimam & indiuisibilem deueniatur. Qua diuisione exposita per exempla, concludit vniuersale intentum dicens, si itaque hęc sic se habent, palam quia finalis differentia, rei substantia erit & diffinitio. Non esset autem bona consequentia ista Philosophi, nisi vltima differentia comprehenderet omnes superiores, sic quod esset idem cum eis, quod sic patet. Nam sicut se habet res ad esse ita & ad vnitatem quarto huius, ergo eo modo quo aliquid est hoc, vel illud, eo modo est vnum cum eo. Quod ergo est hoc substantialiter, vel quia est substantia eius, seu quod idẽ est, est ipsa huius substantia, oportet quod sit vnum cum eo substantialiter, seu vnum in substantia cum eo, sed vnum in substantia facit idem, quinto huius, ergo ostenso, quod hoc sit hoc substantialiter, ostenditur quod hoc sit idem illi. Et hoc per primam probationem facit hic Philosophus. Ex diuisione enim & ordine essentiali inter differentias per se, ostendit, quòd superior differentia substãtialis prędicatur per se primo de inferiori, ergo concluditur quòd inferior & superior sunt idem realiter. Et ob hoc ipse intulit quod vltima differentia est tota substantia rei, quia est essentialiter idem cum omnibus superioribus, vt sic inferat a priori multitudinem differentiarum non obstare quin diffinitio habeat vnitatem per se, sicut nec obstat quod ipsa ultima differentia sit vnum per se, quia comprehendit omnes superiores in vna sua simplici realitate atque substantia sua, vt diximus. A posteriori autem hoc ipsum probat, quia videlicet si vltima differentia non esset tota substantia rei, & consequenter ad exprimendam totam rei essentiam, oporteret in diffinitione ponere omnes alias differentias, non accideret superfluum in diffinitionibus. Accidit autem superfluum ponendo, plures differentias in diffinitione, ergo &c. Hoc autem probat per exempla in quibus clare patet superiores differentias in inferioribus formaliter includi, videlicet habens pedes, bipes pedibus scissis. Patet enim quod vltima includit formaliter præcedentes, & secunda primam. Et sic posita vltima in diffinitione, cum sufficienter exprimat alias, superfluum esset alias apponere. Et sic concluditur quod vltima est tota substantia rei. Ex his duo notanda eliciuntur ex verbis & intentione Philosophi. Primum, quod dictum est, differentiam inquam inferiorem includere superiores formaliter, alias non posset illas dicere, & sic non esset superfluum &c. Illud enim per verbum dicitur quod per ipsum significatur. Vnde & paulo ante in hoc eodem textu Philosophus superiorem differentiam de inferiori prædicat in abstracto dicens, quod scissio pedis, pedalitas quædam est. Ratio autem seu motiuũ nullum est, per quod hoc negat Anton. andr. in notando suo, quod Mauritius vocat expositionem singularem atque subtilem. Et vere tam singularis & subtilis est, vt à nullo sapiente intellectu capi possit, atque seipsam destruat. Dicit enim quod verbum Philosophi quo dicit quod scissio est

Nota duo hæc ad unitatem formæ astruendam.

peda-

pedalitas, non est intelligendum quòd sit prędicatio per se primo modo, & quòd differentia inferior includat superiorem, sed quod inferior per se dat diuidere superiorem inquantum huiusmodi. Hæc illæ. Sed primo quærendum est si non est illa prædicatio per se primo modo, cum sit vera & necessaria, quomodo perseitatis sit per se? Non enim secundo, tertio, vel quarto, vt patet ex eorum rationibus, ergo primo. Item est prædicatio superioris per se de inferiori vt tu dicis, & patet, cũ sit diuisio per se & non secundum accidens, ergo in primo modo Demum quid est dicere inferior per se dat diuidere superiorem inquãtum huiusmodi, nisi quod illa perseitas cõsurgit per se & formaliter tam ex parte inferioris quàm ex parte superioris? Et hoc est validissime confirmare quòd est prædicatio vera & necessaria & per se primo modo. Secundum quod ex præsenti passu Philosophi elicitur, & ex primo sequitur, videlicet quòd eadem est realitas quæ significatur per superiorem differentiã & inferiorem, & consequenter eadem forma. Si enim essent plures formę quas vltima differentia significaret, tunc non significaret vnum per se, sed per accidens, & sic diffinitio non esset vnum per se. Cuius contrarium intendit hic probare Aristotel. Ex pluribus enim actibus, & consequenter ex pluribus formis non fit vnum per se, seu per aliud & per accidens, quia non possunt uniri nisi ratione tertij, scilicet subiecti, cui accidit esse subiectum vnius, inquãtum habet alterum, etiam si vna necessario præexigeret aliã in eodem sicut per accidens vnum sunt in subiecto albedo & superficies, tametsi albedo necessario exigat superficiem in subiecto. Nec valet dicere, quod istæ non sunt eiusdem generis ut illæ, quia si supponatur esse plures formas substantiales in subiecto, non potest magis probari has esse eiusdem generis quàm illas. Vtrobique enim non potest afferri nisi eadem ratio vnitatis generis, necessaria videlicet illa coexigentia, quæ currit pariter in vtrisque. Nec magis posset haberi has esse prædicationes substantiales homo est animal vel substantia, quàm has homo est quantus, vel albus, & tota rerum distinctio confunderetur. Vbi igitur multitudo actuum inuenitur, ibi vnum per accidens est & non se. Actus .n. non unit, sed separat per se ab alio actu, ex septimo huius. Si uero aduersarij dicant quod sunt quidem plures formæ, sed differentia ultima non omnes significat, sed tantum vnã, quę tamen dicitur tota rei substantia, quia est completiua totius substantiæ, seu (quod idem est) quia ab ea est completiue tota rei substantia, vt dicit Anton. and. hic, tunc consequentia Philosophi nulla erit, quod videlicet sit superfluum alias differentias in diffinitione ponere, inimo sequitur quod est necessarium eas ponere sicut proprium perfectibile cum sua propria perfectione, sicut docuit Aristotel. in septimo seruandum esse, volens diffinitionem ex proprio constare genere ac differentia vltima. Et hoc est ineuitabile argumẽtum Thomistarum, quod uirtualiter ponitur hic à sancto Th. vbi dicit: Ex hoc scilicet, quod hic dicitur à Philosopho patet quod cuiuslibet speciei est vna tantum forma substantialis, sicut leonis una est forma, per quam est substantia & corpus & animatum corpus & animal & leo. si enim essent plures formæ secundum omnia prædicata, non possent omnes una differentia comprehendi, nec ex eis unum constitueretur. Hæc ille. Quasi sic arguat, aut ultima differentia comprehendit pręcedentes, aut non, si non, sed dicit unam tantum quæ est completiua aliarum, ergo non est superfluum eas omnes in diffinitione ponere nec bis repeteretur idem. Si sic, uel eas comprehendit quasi unicam formam, uel quasi plures. Si primum, habetur intentum. Si secundum, ergo non significat vnum per se, nec diffinitio erit vna contra Philosophum. Hoc argumentum ab his non excluditur, immo & per Anton. and. dicta hic, robur accipit contra eosdem. Dum enim dicit, quòd ultima differentia est tota substantia rei, sicut a forma vltima completiue est tota essentia habẽtis formam, sequitur quod qualitercunque intelligat non sit superflum illas differentias in diffinitione ponere, siue omnes formas, & distinctas secundum eum significet & ultima differentia, siue significet tantum ultimam formam completiuam, &c. Non enim inconuenit, immo necessarium est in diffinitione poni proprium perfectibile & propriam suam perfectionem. Cum diffinitio sit explicatiua essentiæ rei a prima potentia usque ad ultimum actum. Non est ergo sensus uerborum Aristotel. nec intentio eius quod ultima sit tota substantia rei, quia ab ea est completiue tota substantia rei, sic enim non concluderet intentum ut deduximus, sed est eius intentio quòd ipsa vere sit tota rei substantia, ut uerba exprimunt aperte. Est enim extorta ualda expositio, dum dicitur, hoc est hoc, interpretari, ab hoc est hoc. Et ostendit sic exponens, quòd propria phantasia pro lege sibi statuta, velit omnia alia, licet repugnantia ad suam trahere voluntatem. Exponendo autem ut litera præ se fert, habet Arist. intentum suum perfecte. Cum enim supra probauerit diffinitionẽ esse unam non obstante pluralitate, seu quacunque distinctione inter genus & differentiam, eo quod genus non est præter eas quæ sunt generis species, & sic non est aliquid pręter differentias quibus species identificatur, nunc idẽ ostendere uoluit non obstante differentiarum multitudine, eo inquam quod omnes pręcedentes differentias non esse aliquid pręter eam, quæ est ultima, ostendit ipsa essentiali earundem diuisione & superfluitate propositionis earum. Et ex pręcedenti hoc toto processu infert conclusionem magis uniuersalẽ quę sequatur etiã ex medio illo quòd genus non est præter eas quæ sunt generis species, hanc inquam, quod vltima differentia est tota substantia rei & diffinitio, quasi dicat. Tanta est unitas diffinitionis quanta & differentiæ ultimæ, quia & differentia ultima est essentia & generis & omnium differentiarum, ergo & eadem unitas quæ essentiã consequitur. Cum ergo hæc ultima differentia sit quid unum simpliciter, ut patet sequitur, quod & ipsa diffinitio sit vna simpliciter. Quia tamen differentia ultima non includit formaliter genus, differentia enim non paticipat genus, tertio huius tex. c. 10 & ideo non obstante eadem utrinsque essentia, oportet seorsum à differentia poni genus in diffinitione. Nec hoc est contrarium eius, quod dicit Philosophus, differentiam, inquã, esse totam rei substantiam & diffinitionem. Ex modo enim dicendi ipsius Philosophi apprehenditur eius intentio. Dicit enim primo, quod est tota rei substantia, & per consequens ipsa rei substantia est maxime vna, cum ipsa differentia vnum quid simplicissimum dicat. Si ergo adiungatur quod ipsa tota substantia rei sit etiam substantia diffinitionis, sequitur diffinitionem esse simpliciter vnam. Quod vt perfecte explicaret dixit differentiam esse diffinitionem, quia uidelicet eadem est substantia differentiæ & diffinitionis. Vtraque enim totam eandem dicit substantiam, & sic differẽtia est ipsa diffinitio realiter, licet q[illegible]m ad modum significandi non sit completa diffinitio, vt in septimo docuit. Sicut igitur supra dixit quod genus non est præter speciem quæ est diffinitum, quia est idem realiter speciei, ita nunc dixit differentiam esse diffinitionem, quia est [illegible] reali[t]er [illegible]. Magis tamẽ explicat naturam diffi[illegible]nis d[illegible] [illegible] genus, quia differẽtia explicat id quod formale est, genus autem

autem id quod significatur materiale. Vnde differentia ob hoc dicitur complere diffinitionem, non autē genus. Sed ista completio non importat distinctionē realem quasi complementum sit alia res ab ea quæ cōpleri dicitur, sed modum significandi tantummodo, inquantum una forma & una essentia secundū unū gradum, comparatur ut quid imperfectum, incompletum, potentiale, materiale, ad seipsam secundum alium gradum, vt quid perfectum, cōpletum, actuale, formale. Et secundum hoc genus dicitur materiale & potentiale respectu differentiæ, quia uidelicet genus significat eandem essentiam secundum gradum imperfectiorem, differētia uero secundum perfectiorem. Ex his omnibus patet quod motiuum Ant. an. contra prędictam expositionem, & in fauorem suæ, nullum, est. Licet enim vltima differentia non sit tota ratio & diffinitio formaliter, est tamen tota realiter, & propositio philosophi identice uerificatur, cum quo stat quod non superfluat, immo exigatur & genus ad formalem expressionem primæ potentiæ usque ad ultimum actū. Nec hoc est extorte exponere uerba Phi. Non enim aliter sunt interpretanda authoris alicuius dicta, quæ ambiguitatem uidentur habere, quàm secundum quod deseruiunt principali suæ intentioni. Sat autem est Arist. ad ostendum diffinitionem esse unam, ostendere differentiam quæ est maxime una, eandem essentiam dicere quam dicit diffinitio, & per consequens esse ipsam diffinitionem identice. Propter quod sanctus Tho. declarans quomodo differētia ultima sit tota diffinitio, dicit quod ipsa includit genus, quia genus non est sine differentijs &c. quod est eam declarare esse identice genus. Expositio autem Anto. and. non solum non infert, immo excludit intentum Arist. quod licet ex dictis iam pateat, adhuc tamen apertius id deducam. Volens enim Ant. and. ad suam voluntatem prędicta Arist. uerba suę phantasiæ repugnantia trahere, consequentiam Philosophi inferentem superfluitatem sic inducit. Cum diffinitio (inquit) habeat unitatem ex aliqua differentia, ergo uel à finali uel ab aliqua alia. Si à finali, habetur propositum. Si ab alia, uel ista est vna cum finali, uel sunt duæ. Si una, ergo nugatio, si duæ, ergo diffinitio non est una, quia ex duobus in actu vltimato, & perfecto non fit unum per se. Hæc ille. In hac autem deductione primo patet, quòd deuiat à uerbis Aristotel. Non enim dicit hic Aristotel. quod diffinitio habeat, vel non habeat vnitatem à differentia, vel ab alio, sed dicit vltima differentia est diffinitio. Et hoc probat, quia superflue apponuntur aliæ si illa ponitur. Et quòd sit superfluū probat, quia opus erit multotiens eadem differentia in diffinitionibus. Ecce, quòd dicit vltimam differentiam præcedentes formaliter significare, aliàs nō posset illas dicere, & consequenter sequitur idem esse realiter cum eisdem. Non enim idem multotiens repeteretur, multiplicatis differentijs, nisi illæ differentiæ essent idem vel includerent seinuicem, quæ etiam inclusio essentialis, identitatem importat realem, distinctionem autem secundum rationem tantum, ut dictum est. Secundo quia cum tota vis consequentię Aristotel. in inferenda illa superfluitate seu nugatione consistat, & per deductionem nugatio illa non inferatur nisi differentię superiores sint una cum finali, ergo secundum Aristotel. omnes sunt vna cum finali. Non autem formaliter, sic enim sunt plures, ergo realiter, & identice, quod est propositum. Tertio quia si Ant. andrea putat, quòd consequenter ad Aristotel. tenendum sit plures formas substantiales significari per plures differentias, ita tamen quod una sit finalis, & perfecta, aliæ uero sint non ultimę & sint potentiales, & sic posse esse plures formas substantiales in eodem, tunc consequentia Philosophi secundum illum modum quo iste deducit, nulla erit. Nam dicit. Si sint duę, tunc diffinitio non est una, quia ex duobus in actu ultimato & perfecto non fit unum per se. Posset enim negari prima consequentia iuxta opinionem tuam quam & dicis esse Philosophi, possūnt enim esse duę formę in composito secundum te. Et sic entitas compositi erit ab utrisque, ergo & unitas, & ideo diffinitio quæ entitatem illam significat, vna. Et tunc ad probationem diceretur quòd non est ad propositum, quia philosophus, si tecum erronea illa opinaretur, non poneret esse duas formas in actu ultimato & perfecto. Sed vnam poneret perfectam, scilicet ultimam, & aliam imperfectam, & tamen ab ambabus (ut dixi) sicut entitatem, ita & vnitatem haberet. Nisi forte supponas ab actu ultimato tantum rem uel diffinitionem habere vnitatem. Et sic petas principium. Hoc enim assumpsisti probare quod videlicet ab ultima differentia diffinitio habeat unitatem. Patet igitur, quòd ex tua hac deductione non haberet Philosophus intentum, nec sua consequentia, bona esset.

Quarto expositionem literæ posequens dicis quod secundum multiplicationem differentiarum in diuisione earum per se, idem totiens diceretur, quot sunt differētię, nisi (supple dicis) ab ultima differentia non includente priores, haberet diffinitio unitatem, & hoc repetis quasi immediate. Tunc insto. Sed habet vnitatem per te ab vltima differentia, ergo non sequitur quòd idem dicatur multotiens. Probo consequentiam, quia id consequens non sequitur formaliter ad contradictorias propositiones. Stant ergo ista simul, scilicet quod idem non dicatur multotiens, & sic quod non fiat superfluitas, & quod ab ultima differentia habet diffinitio unitatem. Sed per te, diffinitio habet unitatem ab ultima differentia, ergo si ponantur omnes superiores, non erit nugatio, contra intentionem & probationem Philosophi, & & contra ueritatem apertam per exempla Aristotel. Manifestum est enim quòd dicens, habens pedes, bipes, duos pedes scissos habens, de superfluitate notatur. Non bene igitur ad uerba & intentionem Philosophi attendisti in hoc quod ipse paulo ante dixerat, quod scilicet si non oportet eadem multotiens differentię, necesse est quod finalis differentia, tota rei substantia sit & diffinitio. Accipit autem ly si pro quia. Nam statim hoc probat subdens, Superfluum enim accidit hoc dicentibus. (Et hoc idem post pauca repetit, dicens quod si hoc supple, habens pedes diuidat propria diuisione, multotiens dicet, & ęqualiter differentijs, ex quo infert, ut supra fecit, quod si quidem differentię differentia fiat, idest si aliqua differentia, scilicet superior habeat adhuc differentiam quod est differentię si diuidatur in differentias, una, scilicet illarum erit species & substantia. Et ut ostendat, quę illarum, addidit, quę finalis, idest illa sola quę est finalis quę est includens omnes pręcedentes, est tota species & substantia rei, ut supra dixerat. Patet igitur quod ubi Ant. andrea in prędicta sua expositione metaphysicali à sancto Thoma deuiat, deuiat à ueritate & ab Aristo. intentione. Et hęc de pręsenti defensione sufficiant. Amen.

Si autem secundum accidens, ut si diuidat, habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot sunt sectiones. B E S S.

Si uero secundum accidens, ut si diuidat, habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot utique sectiones fuerint. A N T. par. 8.

Ostendit, quod hoc non potest dici si differentię

tiæ per accidens sumantur, dicens quod si aliquis in diuidendo & diffiniendo accipiat differentiam secundum accidens, sicut si diuidatur quod habentium pedes, aliud est album, aliud est nigrum, tot erunt ultimæ differentiæ, quot factæ sunt diuisiones, quia una earum alteram non includet. Et de differentijs sic sumptis, procedebat ratio superius inducta contra unitatem diffinitionis. Huiusmodi enim differentiæ sic per accidens acceptæ non essent unum nisi subiecto, quod non sufficit ad unitatem diffinitionis.

Soluitur rō secunda facta pro parte negatiua.

Deinde cum dicit.

BESS. *Quare manifestum est, quòd definitio est ratio, quæ ex differentijs est, & ex harum ultima secundum rectum.*

ANT. Par. 9. *Quare palam quòd diffinitio ratio est, quæ est ex differentijs, & harum ex finali secundum rectum.*

Concludit intentum.

Concludit propositum, & circa hoc duo facit. Primo ponit conclusionem dicens, quod palam est ex prædictis quod quamuis in diffinitione ponatur genus & differentia, tamen diffinitio est ratio ex differentijs tantum, quia genus non est præter differentias, ut supra dictum est. Et quamuis ponantur multæ differentiæ in diffinitione, tamen tota diffinitio dependet & constituitur ex ultima, quando fit diuisio (secundum rectum,) idest à communiori ad minus commune descendendo secundum per se differentias, & non accipiendo quasi à latere differentias per accidens.

Secundo ibi.

BESS. *Patet autem hoc, si quis transponat tales definitiones, utputa hominis, dicens animal bipes, habens pedes, superfluum enim est habens pedes, dicto bipede, ordo uero nō est in substātia, quo nanque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud uero posterius? De his igitur definitionibus, quæ secundum diuisiones fiunt, quales quædam sunt, hactenus dicta sint.*

ANT. par. 10 *Palam autem erit si quis transponat tales diffinitiones, ut eam quæ est hominis, dicens animal bipes, pedes habens: superfluum est habēs pedes, dicto bipede. Sed ordo non est in substantia. Quomodo nanque oportet intelligere, hoc quidem posterius, illud uero prius? De diffinitionibus quidem igitur secundum diuisiones, tot dicantur primum, quales quædam sunt.*

Conclusionem inductam manifestat per signum.

Manifestat conclusionem inductam per quoddam signum dicens, (Palam autem erit) scilicet quod tota diffinitio constituatur ex ultima differentia, ex hoc quod si quis transponat partes talium diffinitionum, sequetur inconueniens. Sicut si aliquis dicat diffinitionem hominis esse, animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictum est bipes, superfluum est apponere, pedes habens. Sed si diceretur primo pedes habens, adhuc restaret inquirendum, utrum esset bipes, diuidendo pedes habens. Ex hoc patet quod illæ differentiæ secundum, quod sunt multæ habent inter se ordinem determinatum. Non autem hoc potest intelligi quod in substantia rei sit aliquis ordo. Non enim potest dici, quod hoc substantiæ sit prius, & illud posterius, quia substantia est tota simul & non per successionem, nisi in quibusdam defectiuis, sicut sunt motus & tempus. Vnde patet quod multæ partes diffinitionis non significant multas partes essentiæ ex quibus essentia constituatur sicut ex diuersis, sed omnes significant unum quod determinatur ultima differentia. Patet etiam ex hoc quod cuiuslibet speciei est una tantum forma substantialis, sicut leonis una est forma per quam est substantia, & corpus, & animatum corpus, & animal, & leo. Si enim essent plures formæ secundum omnia prædicta nō possent omnes una differentia comprehendi, nec ex eis unū constitueretur. Concludit ergo finaliter recapitulando, quòd nunc primo tot sint dicta de diffinitionib. quæ accipiuntur secundum diuisiones generis in differētias, & dñæ in dñas quales quædam sunt, quia uidelicet sunt ex his quę prædicantur per se, & continentes in se partes speciei, & etiam unaquæque est unum. Hæc enim in præcedentibus de diffinitionib. sunt ostensa. Dicit autem (primum) quia in sequentibus de diffinitione & quodquidest, aliqua determinantur.

Quod composito sit tã iũ vna forma.

DEFENSIO XVII.

Alio Argumento hic rursus ex Arist. a D. S allato deuincuntur plures formas in composito affirmantes.

HOc in loco Anto. an. uidens Philosophum aduersari suę opinioni de pluralitate formarum secundum sancti Thomę expositionem, per quoddam à suis notandum discipulis, conatur excludere, quibus transfigitur, spicula dicens.

Notandum quod negantes plures formas, hinc sumunt argumentum. Quia si non est ordo in substantia, ergo non est ibi alia & alia forma, quia si sic, iam esset ordo in substantia rei secundum ordinem formarum. Sed hoc nihil valet ad propositum. Philosophus enim ante immediate uoluit, quòd si est nugatio addendo differentiam priorem posteriori, pari ratione erit nugatio econuerso. Non enim est talis ordo in substantijs, hoc est in his quæ pertinent ad rationem substantialem siue diffinitiuam, quod alius & alius ordo fiat, & tollat nugationem. Vnde nō est intentio Philosophi quòd diffinitio non possit dari, & per genus, & multas differentias non se mutuo includentes secundum nugationem. Nam si ponantur in diffinitione multæ differentiæ ordinatæ, non sequitur nugatio. Sed supponendo oppositum illius quod vult Philosophus probare, sequitur nugatio, hoc est quod ab ultima differentia non sit unitas rei. Quia quandoque si genus sit remotum, datur per multas differentias. Si ergo tunc unitas non est ab vltima differentia, cum vnitas compositi sit ab ultima differentia, cum hæc non sit ultima, erit aliqua alia ultima & ultimus actus, & ab ea est compositum unum, & tūc aut erunt duæ, aut erunt una. Si una, erit nugatio cū utraque ponatur. Si aliud & aliud, & utrūque in actu ultimo non fit unum, sequitur quod ex illis duobus non fiat unum. Exemplum huius patet litera, ut si diffinitio hominis est animal habens pedes bipes ly bipes finalis differētia, à qua cōplectiue est substantia & vnitas diffinitionis, non est includens formaliter differentiam priorem quę est habens pedes, alioquin sequuntur inconuenientia prędicta. Hæc ibi. In expositione autem ultimæ literæ sic dicit. Probat dictam conclusionem quod scilicet finalis differentia sit substantia & diffinitio perfectiue & ultimate, alioquin ut dictum est, in diffinitione esset nugatio sicut patet transponendo differentias. Nam sicut prius addendo posteriorem differentiam priori erat nugatio, similiter & econuerso addendo priorem posteriori, quia non est ordo quantum ad hoc in substantia, idest in his quæ spectant ad substantialem rationem & diffinitiuam rei. Semper enim erit nugatio præponendo uel postponēdo, hypothesi negata, & nihil refert dicere hoc prius & hoc posterius. Hæc ille ibi. Non puto autem locum alium inueniri in hac sua metaphysicę expositione, in quo tam patenter Aristot. sensum & uerba peruertat Anto. andrea & à ueritate deuiet

ma-

manifeste sicut in præsenti. Quod vt facile cunctis pateat, & ex hinc facile ab his Philosophiæ peruersoribus se tueri quisque valeat, primo exponemus textũ hunc Arist. iuxta expositionem Sancti Thomæ, ostendendo illum à verbis Philosophi non discedere. Et ex hoc facile erit secundo videre, quomodo Ant. an. tam in expositione quàm in prædicto notando, à veritate deuiet & intentione Philosophi.

Quàquam diffinitionis partes plures sint, formam tamẽ vnã importãt ipsius definiti.

Pro primo sciendum ꝙ Arist. volens dubio occurrere quod quælinit in analyticis, & hic idem repetitur text. 42. quomodo inquam diffinitio, cum partes habeat, sit per se vna, ostendit partium eius multitudinẽ, illius vnitati per se haudquaquam præiudicare. Et primo quidem quòd non distinctio generis à differentia, quia genus non est sine differentijs, cum non sit præter generis species, vt deduximus in decimaquinta defensione. Secundo autem quod nec multitudo differentiarum illam impediat vnitatem, eo quod vltima, omnes præcedentes includat, & sit tota rei substantia & diffinitio, quod probauit, tum ex essentiali diuisione differẽtiarum, tum ex superfluitate quæ accideret in diffinitione, si omnes differentiæ in ea ponerentur, quia multotiẽs idem repetetur. Ex quo manifeste patet ꝙ omnes sunt idem, & quod sufficit ponere vltimam, quæ ex prædicta superfluitate contingente, cognoscitur esse tota rei substãtia & diffinitio, vt in præcedenti defensione declarauimus. Manifestat autem post hæc primum medium ꝑ oppositum, id est per diuisionem accidentalem. Nam secundum eum non sequitur quod vna differentiarum harum accidentaliter diuidentium sit vltima, immo tot erũt vltimæ quod fient diuisiones, eo quod ex accidentalitate diuisionis, non est ibi aliqua quæ includat alias, sed omnes significant proprias & distinctas formas. Patet etiam per hoc idem, ex opposito inquam, illud secundum medium roborari. Nam vbi non est aliqua vltima differentia, quæ includat alias, sed omnes significant distinctas formas, puta album, nigrum, & huiusmodi, si coniungantur cum differentia diuisa, puta habens pedes, & dicatur habens pedes albos, vel habens pedes nigros, nulla erit superfluitas: ergo vbi est superfluitas, ibi vnma differentia est tota substantia rei, & per consequens ibi est vnica forma. Ponit post hæc Arist. conclusionem principaliter intentam, hic inquam quod diffinitio est ex differentijs, sed non ex omnibus, sed ex vltima quæ omnes præcedentes includat, & ad quam per rectam, hoc est essentialem & nõ accidentalem diuisionem deuentum est. Hanc autem conclusionem postea declarans, simul etiam manifestat secundum supra positum de superfluitate mediũ, & dicit ꝙ si quis poneret in diffinitione plures differentias transponendo eas, id est præponendo posteriorem priori, nugationem incurreret manifeste. Qđ non esset nisi tales, inultæ differentiæ haberent aliquẽ determinatum ordinem adinuicem. Licet enim ea quæ distinguuntur tantum secundum vocem, qualitercunque vnum prius vel posterius alteri coniungatur, causent nugationem vt vestis & indumentum, illa tamen quæ important distinctas rationes formales, & multo magis significarent distinctas res, non possent vno ordine coniuncta nugationem causare, nisi oppositum ordinem exigant. Ideo enim (vt sub exemplo loquamur) dicere, bipes habens pedes, aut rationale, sensibile, est nugatio, quia hæ duæ differentiæ ordinem alium requirunt, vt scilicet prior præponatur posteriori, vt dicatur habens pedes bipes, & sensibile rationabile. Sed sic exponendo statim occurrit dubium, ex quo Anto. Andr. fortè sumpsit occasionẽ erroris. Nam paulo ante Aristot. dixit pariter esse superfluum plures differentias ponere in diffinitione etiam præponendo priores, quia contingeret inquit multotiens idem dicere, ergo non habent hunc determinatum ordinem qui excludat nugationem, ex quo tanquam rite statuto, oppositus ordo sit nugatorius. Sed respondetur quòd non omnis superfluitas & eiusdem repetitio inducit nugationem, quæ ab Arist. in primo Elenchorum ponitur determinata disputationis Metaphysi. Sed solum vbi in repetitione sic idem dicitur, ꝙ nihil aliud supra id quod prius dictum est addatur. Dicendo enim sensibile rationabile, repeto quidem in rationali realiter & formaliter ipsum sensibile. Sed tamen talis repetitio non est vsquequaque inutilis, & consequenter non est vere nugatio, quia aliquid additur, id, inquam, quod formaliter importat rationale, quod in sensibili non includebatur formaliter. Artificiose igitur Arist. per repetitionem eiusdẽ realitatis ex hoc inutilem, quia vnica & vltima differentia eandem realitatem dicit, quam & omnes aliæ præcedentes, ostendit diffinitionem, nõ obstante multitudine differentiarum, vnam esse realiter, sicut vna est ipsa differentia vltima, quæ tota rei substantia est & diffinitio. Quod quidem & hic confirmat, neque enim esset repetitio omnino inutilis transponendo differentias, nisi per eas idem realis significaretur, ex quo sequitur, quod & in illa alia repetitione idem repetatur realiter, cum quo tamen stat, immo exigitur, vt & hic innuitur, quod secundum rationes formales sit ordo in differentijs, quando scilicet non transponuntur. Ipsum enim transpositionis verbum, dat intelligere non debitum & requisitum tunc seruari ordinem in differentiarum locatione, & ex consequenti tunc seruari debitum ordinem cum non transponuntur, cum quo tamen debito ordine stat superfluitas ex parte rei eum omnes idem significent. Non autem est simpliciter superfluitas, quia non præcise & simpliciter idem repetitur, sed cum additione nouæ formalitatis, ratione quarum formalitatum est ordo inter eas, & non ratione substantiæ. Quod Philosophus aperte docet, dum subdit: Sed ordo non est in substantia rei, quasi vna pars substantiæ sit prior alia. Hoc autem dixit vt statim sapiens inferat, quod in ipsa rei substantia non est aliqua distinctio aut diuersitas differentiarum, & ob hoc vltima posita in diffinitione, ponitur tota rei substantia & diffinitio. Et sic inferatur quod sicut vltima differentia est quid vnum per se, & similiter ipsa substantia rei est quid vnũ per se, ita & diffinitio sit quid per se vnum. Et hæc est summa intentionis Arist. in hoc textu, ut clare patere potest literam eius libero intuitu percurrentibus, & ipse et ex verbis eius consequenter inducam, dum expositionem Ant. And. ostẽdam esse distortam. Ex his autem sumitur inuictissimum illud argumentum, quod aduersarij excludere adnituntur. Si enim sint in eodem cõposito plures formæ substantiales integrantes substantiam eius, tunc in illa substãtia sic integrata est intrinsece ordo, & multiplex ordo, temporis inquam & naturæ & etiam perfectionis. Temporis quidem & naturæ, quia vna esset origine prior alia, puta forma corporeitatis, anima rationali. Nam sicut aĩa rationalis fm istos abscedit forma corporeitatis manente quę prius inerat, ita & per generationem introducitur per eandem corporeitatis formam formato iam prius corpori. Perfectione aũt quia forma superueniens, ponitur etiã ab his esse nobilior & perfectior omnibus præexistentibus, & sic esset multiplex ordo in substantia contra Philosophum hic expresse. Hoc autem argumentum vt fugiat Ant. And. totam Philosophi clarissimam literam, in alium sensum peruertit. Quod fuit secundum supra propositum. Et quia doctrina hęc Arist. vera est, oportet consequenter ꝙ iste homo in varias corruat falsitates, iam exponendo sic teram Philosophi, quàm dictam expositionem suam, ad

solutionem prædicti argumenti producendo & applicando. Exponendo siquidem dicit quod Aristote. probat hanc conclusionem, ꝙ finalis differentia sit substantia & diffinitio perfectiue & vltimate, qa alioquin in diffinitione esset nugatio. Sicut patet transponendo differentias. Nam sicut prius addendo posteriorem differentiá priori erat nugatio, similiter econuerso addendo priorem posteriori, quia non est ordo quantum ad hoc in substantia. i. in his quæ spectát ad substantialem rationem & diffinitiuam rei. Semper enim erit nugatio præponendo & postponendo hypotesi negata, & nihil refert dicere hoc prius & hoc posterius. Hæc ille. Sed hunc non esse sensum literę ex his manifestari potest, quod putat vim rationis Philosophi consistere in hac consequentia. Si finalis differentia non est substantia & diffinitio perfectiue & vltimate, in diffinitione esset nugatio iam transponendo quàm non transponendo differentias. Sed non est nugatio in diffinitione quando ponuntur differentiæ ordinatæ (quod iste dicit, quando nititur soluere argumentum thomistarum) ergo finalis differentia est substantia & diffinitio vltimate & perfectiue. Sed decipitur valde hic homo. Nó est enim hęc ratio quam inducit Philosophus, sed ad conclusionem intentam procedit totaliter opposita via. Tum primo quia nó proponit illam conclusionem sub opposito conditionato ad falsum consequens, vt ex eiusdem consequentis destructione inducat propositum, vt patet in litera. Sed tu ex tuo capite formam hanc arguendi imposuisti Philosopho. Tum secundo quia Philosophus non dicit ly vltimate & perfectiue, quia sunt termini distractiui & destructiui eius quod intendit Philosophus, vt patet in litera, & declaratum est in pręcedenti defensione. Fuisset etiam valde diminutus Arist. & eius doctrina satis defectiua. Si prædictos terminos tam necessarios vt alium, immo oppositum causantsensum, vbilibet prætermisisset, & semper oportuisset supplere, vt iste facit, ex tali supple, imponens diminutionem Philosopho. Sed Philosophus non semel tantum, sed pluries, & sine terminis distractiuis dicit quod finalis differentia est substantia rei & diffinitio, seu ex finali est diffinitio, & non dicit, quod ab ea perficiatur diffinitio, seu ab ea sit vnitas diffinitionis. Licet enim & hoc verum sit secundum rónes formales, hoc tamé nec confert, nec obstat vnitati per se diffinitionis, sed solum vnitas rei indicat vnitatem diffinitionis exprimentis rem illam, & ideo debuit illam identitatem realem proponere & probare, & non vltimationem, vel cópletionem aut perfectionem, quæ nihil conferebant proposito suo. Tum tertio, quia illa prima conditionalis nullam apparétiam habet, immo consequens magis videtur sequi ex opposito antecedentis illius, hoc inquam quód si vltima differentia est tota substantia, sequitur nugatio. Ná tunc non posset multitudo differentiarum in diffinitione poni nisi idem sæpe repeteretur, cum idem significent, & sic non sine nugatione vel aliquali superfluitate, vt optime deduxit Arist. & exposuit S. Thom. Nugatio enim ex vnitate, & non ex pluralitate significatæ rei procedit, vt patet. Imponere autem táto Philosopho argumentationem non apparentem immo falsam, quia nunquam idem consequens ex duobus contradictorijs sequitur, est illum reddere dignum non modica confusione. Quarto quia tu tam exponendo quàm in vltimo notando aperte ostendis illam consequentiam non valere, nisi adiunctis pluribus alijs deductionibus & consequentialibus diuisionibus, vt ex omnibus fiat vna perfecta argumentatio, & sic cōsequentia philosophi est defectiua, cum ipse solam illam proponat, immo nulla esset, cum nugatio secundum istam tuam argumentationem non sequatur ex hoc quod est finalem differentiam non esse diffinitionem, nisi dicatur quod multæ differentiæ sint vna, à qua tanquam à finali diffinitio sit vna. Posset autem aliquis respondere philosopho quód non essent vna, sed plures, & sic antecedens illud non esse sufficiétem causam inferendi consequens secundum se absolute, sed secundum aliam determinationem, secundum cuius oppositum non sequitur consequens illud. Prædictam autem inconueniens & prædictam responsionem non refellit Philosophus in hoc processu, sed tu niteris id facere, ergo ipse fuit hic diminutus, cui tu opem tulisti. Heu miser Arist. qui eget talium virorum auxilio. Tum quinto maxime, quia non posset Arist. per hanc consequentiam quam tuam esse dicis, intentum inferre, nisi arguendo à destructione consequentis illius conditionalis, ad destructionem antecedentis, vt ante ipse proposuit. Sed ista destructio consequentis, quod scilicet in diffinitione non potest esse talis nugatio qualitercunque ibi ponatur talium differentiarum multitudo, ista ponédo inquam eas vel non transponendo, est falsa, ergo per hanc suá consequentiam, intentum suum non habet. Quod autem illa minor sit falsa, patet, cum Arist. hic expresse bis dicat & per exempla declaret oppositum, & tam patenter quód & pueris notum esse posset. Manifestissimam siquidem incurrit nugationem qui dicit, animal bipes, habens pedes. Quomodo ergo Arist. sapientium Monarchæ attribuenda est ratio tam insulsa, & ex tam manifesta falsitate procedens? Quod ét verbum illud Philosophi, sed in substantia non est ordo, iste inducit tanquam sit probatio eius quod dixerat, quód scilicet nugatio erit siue postponendo, siue præponendo differentias hypothesi, id est principali conclusione Philosophi negata, literæ similiter repugnat aperte. Quod quidem patet dupliciter. Primo quia aduersatiue proponitur verbum illud Philosophi, ergo præcedentibus non potest applicari vt eorum probatio, sed magis significatur ab eis remoueri eisdemq; aduersari. Cum enim præmiserit quod superfluum est habens pedes dicto bipede, & sic ponere multas differentias tráponendo, statim adiunxit. Sed ordo non est in substantia, vt explicet superfluitatem illam non nisi ex negatione debiti ordinis procedere quo posteriora prioribus & non priora posterioribus post ponuntur, quasi dicat, ille debitus ordo inter differentias non est in substantia rei, quia, in substantia non est ordo, & per consequens ordo ille inter differentias attenditur non secundum substantiam, sed secundum modum significandi, & formales rationes tátummodo. Et ex hoc habet propositum, quod videlicet non sit multiplicitas in substantia, secundum multiplicitatem differentiarum, sed vnitas. Et hæc vna substantia tota, vltima differentia est, ex qua cum sit diffinitio, vt conclusum est, sequitur diffinitionem habere vnitatem per se, vt sic dubio principali satisfaciat ex omni parte. In illo igitur modo exponendi viri huius considerandа est aperta sensus peruersio, vt quod Arist. aduersatiue proponit, hic homo probatiue inducat, quod vero Arist. assumit, esse inquá nugationem vel superfluitatem in locatione plurium differentiarum in diffinitione, vt ex hoc inferat conclusionem intentam, ille aduersatiue exponit, quasi inducatur superfluitas vel nugatio ex opposito conclusionis intentæ, vt sic ex negatione nugationis inferat cóclusionem Philosophi, & sic eidem philosopho tam in forma propositionum, quam in virtute & forma probationis directe se opponat. Neque enim vllo modo est verum id quod iste pro fundamento suæ peruersæ expositionis assumpsit hic & supra, videlicet quod non sit nugatio postponendo differétias, nisi hypothesi negata, quia non ex negatione hypothesis

thesis infert nugationem, sed ex positione mutationis infert hypothesim. Quia enim est nugatio in transpositione differentiarum, probat hic quod disfinitio est ratio quæ est ex finali differentia tantum. Et paulo supra ex superfluitate, quę etiam inuenitur in locatione directa plurium differentiarum probauit, quod vltima differentia est tota rei substantia. Neque enim esset nugatio prædicta vel superfluitas nisi vna includeret alias. Talis autem inclusio non est sine identitate substantiæ, quia inclusio pręter hanc, non est alia nisi formalis quæ hanc includit. Neque enim potest aliquid in suo conceptu formali aliud claudere, vt superius, & essētiali inclusione de qua hic sermo est, nisi & identice illud includat. Quod autem sic intendat Philosophus patet, tum ex serie manifeste, tū ex hoc, quod esse talem superfluitatem inter differētias probat vtrobique Philosophus per exempla: ergo non est consequens suę probationis. Probationis.n. alicuius, si ipsa probari debeat, non probatur sicut nec negatur consequens, sed præmissa, vel forma. Item in processu argumentatiuo à destructione consequentis, nō probatur consequens primę conditionalis, sed potius oppositum eius. Probari enim debet, quod bene destruatur, & consequenter quod ipsum consequens, quod destruitur, falsum sit. Sed Arist. per exempla probat clarissime esse nugationem seu superfluitatem inter differentias, ergo non arguit à negatione hypothesis ad hanc nugationem, vt ex destructione huius negationis inferat hypothesim. Et hęc apertissime constāt ex litera. Vnde male faciunt viri isti, ob vnam phantasiam quam susceperunt, eo quod nesciant soluere quædam argumenta friuola, velle totā philosophiam sapientissimi Arist. peruertere, & ad suas falsitates trahere violenter. Secundo probatur idem quod scilicet verbum Philosophi quo dicit. Sed in substantia non est ordo, non sit probatio præcedētium, vt hic homo inducit. Præcessit.n. immediate quod superfluitas accidit in transponendo differentias. Sed hoc non potest probari per illud dictum, immo remouetur. Si.n. non est determinatus ordo inter differentias, licitum est quomodolibet eas in diffinitione adinuicem ordinare & coniungere siue negata hypothesi siue nō, & sic nunquam accidit nugatio contra te, semper.n. nugatio est illicita. Item adhuc negata hypothesi secundum tuam intentionem, id est negato quod detur finalis differentia significans distinctam formā ab alijs quæ det vltimate vnitatem diffinitioni, est essentialis ordo inter differentias, quia tu concedis plures differentias posse vnam formam substantialem significare. Non enim tenet Scotus quod secundum omnem multitudinem prædicatorum essentialium sit multitudo formarum, sed secundum pluralitatem aliquorum, vt habes ab eo ex quarto dist. 1 t. q. 3. arg. secūdo. Et vlterius tenes harum etiam differentiarum vltimā dare vnitatem diffinitioni vt patet hic, & quod etiam inter illas & pręcedentes sit ordo essentialis, tum quia hoc dicis multotiens, tum quia & in q. 4. secundi, dicis inter causas essentialiter ordinatas non esse processum in infinitum iuxta Philosophi demōstrationem ibi, & vnà cum illo id exponendo deducis etiā in causis formalibus, & sic differentiæ formales sunt essentialiter ordinatæ. Tum etiam, quia illud ex hoc est necessarium dicere, quia illarum differentiarum multitudo consequitur per se essentialem superioris diuisionem in inferiora, vt tu ipse ēt in quodam notando iam supra à me quo ad alia reprobato concedis, ergo ordo est etiam in differentia, hypothesi negata, & tunc non nugatio, quæ secundum te nō stat cum prædicto ordine, immo remouet omnem ordinem situationis earum in diffinitione, si per negationem ordinis probes ibi esse nugationem hypothesi negata. Nō potest igitur prædictum Philosophi verbum, pro præcedentium probatione induci, siue negata siue non negata hypothesi. Sed ponitur aduersatiue, vt inferatur ꝙ cū inter differentias sit ordo quidā legitimus, quem nugatio dum illum remouet manifestat, in substantia autem non sit talis ordo, patet ꝙ cum multitudine differētiarum quæ, quo ad rationes formales, ordinem prædictum admittit, stat substantię vnitas & simplicitas essentialis, quæ ordinem prædictum à se excludit, ita quod quantum ad substantiam significatam, differentiæ prædictę non admittant ordinem, quem necessario exigunt secundum modum significandi. Ex prædictis omnibus patet prædictam Ant. an. expositionem esse totaliter Arist. intentioni ac ueritati contrariam, literæq; illius apertissime repugnare. Et cum sup hac expositione erronea fundetur euasio eius ad argumentum inuictissimum thomistarum, patet ꝙ illius fuga undique præclusa est. Quod ut magis, etiā pateat, ex verbo breuibus expositionem i lam percurrens elidam. Cum enim primo dicit quod argumentum thomistarum nihil valet ad propositum. Respondemus quod vtique verum est ꝙ non facit ad propositum suum, & nihil valet contra eos qui non rationibus, sed voluntatis determinatione regūtur. Sed apud sapientissimos, & à sapientium principe argumētum factum, insolubiliter veritatem docet. Quod autem ulterius dicit Arist. uoluisse ante immediate, quod si est nugatio addendo differentiam priorem posteriori, pari ratione erit nugatio econuerso. Respondetur quod nec Arist. hęc ante immediate uoluit, nec illa coniunctim dixit, nec sub tali conditionato modo dicendi, ut iste recitat. Sed primum quidem dictum est ante immediate. Secundum autem, ad aliud propositum multis alijs mediantibus. Nec est uerum quod sit par ratio, ut tam in exponendo literam in principio defensionis quàm in resellendo expositionem Ant. an. clare ostendimus, nec Arist. hoc dixit aut aliquando somniauit. Sed pro libito tuo credis posse Arist. quicquid tuo capiti videt, imponere. Nec Arist. inducit, non esse ordinem in substantia, tāquam prædictarum nugationum coniunctim uel diuisimà te inductarum probationem, sed aduersatiue ut diximus. Vnde ex hoc patet quod totum oppositum docet. Nec dicit in substantijs, ut tu falso allegas, quatenus falsa allegatione falsam expositionem apparētem reddas, sed dicit in substantia, ut ex hac singularitate cognoscas non de differentiarum pluralitate loqui, sed de substantia una quæ per plures differentias & per earum singulas tota quidem, sed diuersimode significatur. Nec dicit etiam, talis ordo, sed absolute dicit, ordo, nec ly talis, ex dictis eius elici potest. Ex hac autem simpliciter adducta negatione ordinis, infert intentum substantiam inquam per differentias significatam esse per se unam, & consequenter diffinitionem, quod non possent per limitatam. Post hæc cum dicis qđ non est intentio Philosophi ꝙ diffinitio non possit dari per genus, & per multas drias non se mutuo includentes ſm nugationem, manifeste contradicis Philosopho, tibipsi, & ueritati: philosopho quidem, quia in hoc eodem textu paulo ante dixit quod finalis differētia est tota diffinitio, si non oportet multotiens idem dicere in terminis, i. in diffinitionibus. Superfluum enim accidit hoc dicentibus. Super quæ uerba philosophi sic arguitur, philosopho non est attribuenda superfluitas, & præcipue illa quam ipse reprobat. Sed ponere plures differentias in eadem diffinitione, dicitur & probatur à philosopho esse superfluum, quia idem inquit multotiens uteretur, ergo posse ponere plures differentias in eadem diffinitione, non solum non est secūdum philosophum, immo est contra eius intentionem directe. Sibipsi autem

hic homo in hoc aduersatur, quod ante immediate tam exponendo textum quàm oppugnãdo, dixit esse nugationem tam postponendo quàm præponendo priorem differentiam posteriori, quod quidem dixit, (sed male) probari à Philosopho per illud dictum, in substantia non est ordo. Sed in omni multitudine differentiarum in aliqua diffinitione assumptarum necesse est superiores inferiorib. vel præponi vel postponi, ergo non potest secundum te poni multitudo differentiarum in diffinitione sine nugatione. Nec potes dicere consequenter ad Aris. q illud tantum est verum hypothesi negata, quia Arist. probat id absolute esse verum per exemplum dicens. Nam quando dicit animal habens pedes, bipes, nihil aliud dixit, quàm animal pedes habens & duos pedes habens. Patet igitur quod cum bis idem dicatur, absolute. & non per suppositionem cuiuscũque alterius, incurritur superfluitas, quam tu vocas nugationem, licet vere non sit nugatio, ergo contra teipsum nũc loqueris. Repugnat etiam veritati, quod possit dari differentiarum multitudo, quarum nulla includat aliam secundum nugationem vt supponis. Omnes.n. differentiæ essentiales aut sunt adinuicem primo vel secundario seu ex consequenti oppositæ, aut se habent sicut superior & inferior. Sed in vna diffinitione non possunt poni plures differentiæ inuicem repugnantes: ergo si possunt poni plures, adinuicem comparabuntur sicut superior & inferior. Sed inferior sic semper includit superiorem vt ipsa posita non possit poni superior sine nugatione, vt patet in exẽplo Philosophi, quia habens duos pedes includit habens pedes, vt & ipsi termini præ se ferunt & etiam si præponatur superior, idem bis dicitur, & sic accidit superfluitas quam tu vocasti nugationem: ergo nõ possunt poni plures differentię substantiales in diffinitione quin vna includat aliam secundum nugationem iuxta tuam expositionem, vel secundum aliqualem superfluitatem iuxta Philosophum & veritatem. Cum vero vlterius ista falsa & repugnantia Philosopho & tibiipsi, & veritati, probare seu declarare niteris dicens: Nam si ponantur in diffinitione multæ differentię ordinatę non sequitur nugatio, patet q iuxta tuam suprapositam probationẽ qua dicebas q quia in substantia non est ordo, ideo siue transponantur siue proponantur differentiæ sequitur nugatio, nõ possunt poni ordinate. Vltra enim duplicem ordinem quẽ ab eis negas, alius non datur. Quod autem dicis nugationem non sequi multitudinem differentiarum in diffinitione, nisi supposito opposito eius quod Arist. intendit, hoc inquam supposito quod ab vltima differentia non sit vnitas rei, ex dictis supra, sæpeque repetitis, patet esse falsissimum. Tum quia Philosophus non facit illam derisibilem conditionalem, videlicet. Si ab vltima differentia non est vnitas rei, sequitur nugationem, vt supra manifestauimus. Tum quia si etiam faceret, adhuc non euitatur quin multitudo illa differentiarum in vna diffinitione positarum non situetur aliquo illorum duorum modorum, quos ambos asseris, & exemplis probat sapere superfluitatem, quam tu dicis nugationẽ. Quod vlterius addẽs dicis diffinitionem dari per multas differentias si genus sit remotum, falsum est. Licet enim supra in principio huius textus dixerit Aris. qđ nihil aliud in diffinitione est quàm primum genus & differentiæ, & quod nihil differt, rem dici per plura, aut per pauca, aut per duo, s. per proximum genus & suam differentiam, non tamen intendit quod nihil differat quantum ad debitum modum diffiniẽdi, sed quantum ad rem significatam. Idem.n. præcise & formaliter substantia corporea, animata, sensibilis, rõnabilis, significat, quod animal rationale. Debitum tamen modum diffiniendi postea docuit, dum dixit vltimam differẽtiam, esse totam diffinitionem, & quod superfluitas accidit ponendo plures differentias in diffinitione, quocunq; adinuicem ordine situentur. Debet tamen poni explicite proximum genus in diffinitione vt proprium perfectibile secundum modum significandi, quod tamen est idem realiter cum illa differentia, sed formaliter ab ea non includitur. Vnde si non poneretur, non notificaretur formaliter diffinitum à prima potentia vsque ad vltimum actum. Superiores etiam differentiæ licet formaliter includantur in inferiori, vt in præcedenti defensione probaui, non tamen superflue in ea repeiuntur in proximo genere, in quo etiam formaliter claudũtur, quia in ipso clausæ comparantur ad differentiam vltimam, vt propriũ perfectibile. Non autem talis comparatio explicatur formaliter per hoc quod in ipsa differentia cõprehenduntur. Ad debitum autem modum diffiniendi necesse est talem comparationem formaliter explicari. Patet igitur falsum esse quod rite debitoque modo ab Arist. insinuato, possit aliquid diffiniri per remotũ genus & suas omnes differentias, siue ordinate siue inordinate coniunctas.

Probationem autem quam ad hoc consequenter inducis, licet in præcedenti defensione multipliciter impugnauerim & vanitati peruiam esse ostenderim positam in expositione textus, tamen adhuc contra eam hic vbi eã repetis in notando tuo, aliquid dicam vt magis veritas elucescat. Et primo dicimus quod Arist. non facit illam, nec ex dictis eius elici potest. Et notaretur etiam per hoc diminutam tradidisse doctrinam, cum multa hic addas ad hoc, quod ratio vim habeat, quæ Arist. non posuit. Sed simpliciter & vnico verbo ipse validissime intulit intentum, vltimam, inquam, differentiam esse totã diffinitionem, quia alijs appositis contingit sępius idẽ dicere, quod non oportet, quia est superfluum. En ecce quàm clare, quã valide, quàm cito probauit intentum. Quid igitur per tot anfractus cæcutiens euagaris? Dicis enim. Si vnitas non est ab vltima differentia, cum vnitas compositi sit ab vltima differentia, cum hæc non sit vltima, erit aliqua alia vltima & actus. Ecce quod supponis idem cum eum probare intendis, vnitatem inquam compositi esse ab vltima differentia. Eadem.n. est dubitandi ratio, an ab vltima differentia sit vnitas diffinitionis, & diffiniti, cum sint idem realiter & formaliter. Sequitur. Et cum multæ sint ibi, tunc illis esset aliqua differentia vltima & ultimus actus, & ab ea est compositũ vnum. Si tibi responderetur quod non ab ultima aliqua sola, sed à multis illis, sicut habet entitatem ita & unitatem tam compositum quàm diffinitio, quid diceretur? Nonne & nunc supponis quod debes probare, quod uidelicet ab ultima, tam compositum quàm diffinitio habent vnitatem completiue? Sequitur. Et tunc aut erunt duæ, aut una. O mirabilis processus. Quumodo potest hæc disiunctiua stare cum his quæ præmissa sunt. His inquam. Si hæc non sit ultima, erit aliqua alia ultima & actus, & cum multæ sint ibi, erit illis aliqua dña ultima & ultimus actus. Nonne in his uerbis de una ultima loqueris & in singulari? Qũo ergo postea ĩmediate de hac dicis, uel duę sunt uel vna? Quod si dicas. De ultima dña à qua compositum est unum, & de illa à qua diffinitio est una, quæro an sint duę uel una contra. Nonne hucusq; deuentum est ex suppositione quod sit alia dña à qua compositum est unum ab illa à qua diffinitio est una? Sic.u. incepisti: Si unitas. s. diffinitionis non est ab ultima dña, cũ unitas compositi sit ab ultima differentia, cũ hæc non sit ultima, erit aliqua alia ultima & actus. Ecce quod nũc supponis duas, quia aliam & aliam, ut in littera etiam ex primis. Quomodo ergo statim de his quæris, uel sunt duæ vel una? Sed dices. Quęro an illa à qua diffi-

nitio & ſuppoſitum habent vnitatem, ſit vna cum illa quæ in ordine differentiarum in diffinitione poſitarum vltimo loco ponitur. Sed contra quia iam præſupponit deductio, quod ſit alia, vt patet per illa prima verba ſatis inepte coniuncta & pluries recitata. Non poteſt ergo nunc quærere an ſint duæ vel vna. Sequitur. Si vna, erit nugatio, cum vtraque ponatur. Sed nego conſequentiam, quia diceret reſpondens quod eſſet vna realiter, & plures formaliter. Dicitur, tamen quod illa tantum à qua habet vnitatem eſt ponenda in diffinitione, quæcunque vere vltima eſt. Hoc enim quod ſupponis quod ſcilicet multitudo differentiarum poſſit poni in diffinitione, ſicut & hoc quod ſcilicet ab vltima differētia diffinitio habeat vnitatem, tu habes probare. Non enim ſic habet diffinitio vnitatem ab vltima differentia quod oporteat alias omnes priores ponere quaſi per vltimam perficiantur vt ſupponit iſte. Sequitur. Si aliud & aliud & vtrunque in actu, & ex duobus in actu vltimato non fit vnum, ſequitur quod ex illis duobus non fiat vnum. Sed ad hoc vltimum reſpondetur, quod non eſſent aliud & aliud niſi ſecundum rationem, vnde non dirimerent vnitatem per ſe. Probandum enim eſſet, quod eſſent duæ realiter diſtinctæ in actu vltimo. Et quod poſtea inducit hic pro inualida hac probatione exemplum Philoſophi, contra hoc inducit, pro quo Philoſophus illud propoſuit, hoc, inquam, quod ſit ſuperfluum dicere, animal habens pedes, bipes, & per conſequens non debere has differentias in diffinitione hominis ponere, ſed quod vltima eſt tota diffinitio eo quod priores compræhendat, vt clare patet in litera. Sic igitur patet quòd multiplicibus falſitatibus, contradictionibus, & hallucinationibus refertæ ſunt expoſitiones, euaſiones ſeu impugnationes quas Ant. Andr. contra vnam ſancti Doctoris veritatem induxit. Et hæc de præſenti defenſione ſatis ſuperque dictum ſit. Per omnia benedictus Deus. Amen.

LECTIO XIII.

Vniuerſalia non eſſe ſubſtantias neque ſi de multis prædicabilia, vel in diffinitionibus aſſumpta, multis rationibus probatur.

BESS. tex. 44. Subſtātia dicitur quatuor modis. tex. com. 45

CVm autem de ſubſtantia conſideratio ſit, rurſus redeamus. Dicitur autem ſicuti ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quod quid erat eſſe, & quod ex his, & vniuerſale. De duobus itaque dictum eſt, etenim de ipſo quid erat eſſe, & de ſubiecto, quòd dupliciter ſubijcitur, aut quod quid exiſtens, vt animal paſſionibus, aut, vt materia actui. Videtur autem etiam vniuerſale, cauſa quibuſdam eſſe maxime, ac eſſe principium ipſum vniuerſale, quare de hoc etiam tractemus.

ANT. text. c. 44. part. 1

Quoniam vero de ſubſtantia perſcrutatio eſt, iterum redeamus. Dicitur autem ſicut ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quodquiderat eſſe, & quod ex his, & vniuerſale. De duobus quidem igitur dictum eſt. Etenim dictum quod quiderat eſſe, & de ſubiecto. Quia dupliciter ſubijcitur aut hoc aliquid ens, vt animal paſſionibus, aut vt materia actui. Videtur autem vniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, & eſſe principium vniuerſale. Vnde de hoc tractemus.

Text. cō. 45.

Poſtquam determinauit Philoſophus de ſubſtantia ſecundum quod ſubſtantia dicitur quodquid eſt, hic determinat de ſubſtantia ſecundum quòd vniuerſale à quibuſdam dicitur ſubſtantia, & circa hoc duo facit. Primo continuat ſe ad præcedentia. Secundo proſequitur ſuam intentionem, ibi. {Videtur autem impoſsibile.} Dicit ergo primo, quod quia in iſta ſcientia eſt principalis perſcrutatio de ſubſtantia, oportet iterum redire ad diuiſionem ſubſtātiæ, vt videatur quid eſt dictum, & quid reſtat dicendum. Dicitur autem ſubſtantia (vt ex prædictis patet) id quod eſt {tanquam ſubiectum, {ſcilicet materia, quæ ſe habet ad formam ſubſtātialem ſicut ſubiectum, quod eſt ſubſtantia completa, ad formam accidentalem. Et alio modo dicitur ſubſtātia quodquiderateſſe, quod pertinet ad formam. Tertio modo dicitur ſubſtantia {quod ex his, } id eſt compoſitum ex materia & forma. Et quarto modo dicitur ſubſtantia à quibuſdam vniuerſale. Hæc autem diuiſio ſubſtantiæ hic poſita in idem redit cum diuiſione poſita in principio huius Septimi, licet videatur eſſe diuerſa. Ibi enim poſuit quatuor, ſcilicet ſubiectum, quodquiderateſſe, & vniuerſale, & genus, & ſubiectum diuiſit in tria ſcilicet in materiam & formam & compoſitum. [illegible], quia iam manifeſtum eſt quòd quodquiderateſſe tenet ex parte formæ, ponit quodquiderateſſe loco formæ. Item quia genus commune eadem ratione ponitur ſubſtantia qua & vniuerſale, vt oſtenderetur, concludit vtrunque ſub vno modo, & ſic remanent tantum quatuor modi, qui hic ponuntur. De duobus ergo iſtorum modorum dictum eſt. Dictū eſt enim de quodquiderateſſe, & iterum de ſubiecto, quod dicitur dupliciter. Vno modo ſicut id, quod eſt aliquid, & ens actu, ſicut animal ſubijcitur ſuis paſsionibus, & quæcunque ſubſtantia particularis ſuis accidentibus. Alio modo ſicut materia prima {ſubijcitur actui, } id eſt formæ ſubſtantiali. De his autem dictū eſt, vbi oſtenſum eſt quomodo partes materiæ pertineant ad ſpeciem vel ad indiuiduum. Sed quia non ſolum materia & quodquideſt videntur eſſe cauſæ, ſed etiam vniuerſale {quibuſdam} ſcilicet Platonicis videtur maxime eſſe cauſa & principium, ideo (de hoc,) ſcilicet vniuerſali tractabimus in hoc eodem ſeptimo. De ſubſtantijs autem compoſitis & ſimilibus tractabitur in octauo, quarum ea, quæ in hoc Septimo tractantur, ſunt quaſi principia. Deinde cum dicit.

par. ſeq. Cōtinuat Subſtantia quadrupliciter, vt ſupra tex. c. 7.

Text. com. 7

tex. com. 11 Subiectum dupliciter.

Lect. 9 text. cō. 34.

BESS.

Videtur nanque impoſſibile, ſubſtantiam eſſe quodcunque eorum, quæ vniuerſaliter dicuntur. Prima nanque ſubſtantia vniuſcuiuſque, quæ propria cuiuſque eſt, quæ alij non ineſt, vniuerſale vero, commune, hoc.n. dicitur vniuerſale, quod pluribus natura aptum eſt ineſſe. Cuius igitur hoc erit ſubſtantia? aut enim omnium, aut nullius, omnium vero eſt poſſibile, vnius autem ſi erit, cætera quoque hoc erunt, quorum enim ſubſtantia vna, & quod quid erat eſſe vnum, ipſa quoque vnum, ſunt.

ANT. par. 2.

Videtur enim impoſſibile eſſe, ſubſtantiam eſſe quodcunque vniuerſaliter dictorum. Primum enim ſubſtantia, quæ vniuſcuiuſque, propria vniuſcuiuſque, quæ non ineſt alij, vniuerſale vero commune. Hoc enim dicitur vniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt. Cuius ergo ſubſtantia hoc erit? Aut enim omnium, aut nullius. Omnium enim non eſt poſſibile. Vnius autem ſi erit, & omnia hæc erunt. Quorum enim vna ſubſtantia eſt, & quodquiderateſſe vnum, & ipſa vnum.

Alia littera & alia hui' erunt.

Incipit inquirere vtrum vniuerſalia ſint ſubſtantiæ, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit quòd vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ, ſicut quidam poſuerunt. Secundo oſtendit quantum ad quid [illegible]cte dixerunt hoc ponentes, & quantum ad quid errauerunt, ibi. (Sed ſpecies dicentes hic quidem dicunt recte.) Circa primum duo facit. Primo oſtendit in communi quòd vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ. Secundo ſpecialiter de vno & ente, quæ maxime ponebantur eſſe ſubſtantiæ rerum, ibi. (Quoniam vero vnum dicitur.) Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit, quòd vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ. In ſecunda quòd non ſunt ſeparata, ibi. (Manifeſtum

Infra le. 16. part. 4. Probat quod vniuerſale non eſt ſubſtantia, contra Platonē, & hoc primo per viam prædicationis duabus rationibus, Infr. lect. par. Lect. ſeq.

autem ex his.§ Circa primum duo facit. Primo ostendit uniuersalia non esse substantias ex ea parte qua uniuersalia prædicantur de multis. Secundo ex ea parte qua species ex vniuersalibus componuntur, sicut ex partibus diffinitionis, ibi. § Amplius autem & impossibile & inconueniens. § Dixerat enim superius in Quinto, quòd genus quodam modo est totum, inquantum prædicatur de pluribus, & quodammodo est pars, inquantum ex genere & differentia constituitur species. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit, quòd vniuersale non est substantia, cum de pluribus prædicetur. Secundo excludit quandam cauillosam responsionem ibi. § Sed an sic quidem non contingit. § Sciendum est autem ad euidentiam huius capituli, quod vniuersale dupliciter potest accipi. Vno modo pro ipsa natura, cui intellectus attribuit intentionem vniuersalitatis, & sic vniuersalia, vt genera, & species, substantias rerum significant, & prædicantur in quid. Animal enim significat substantiam eius, de quo prædicatur, & homo similiter. Alio modo potest accipi vniuersale inquantum est vniuersale, & secundum quòd natura prædicta subest intentioni vniuersalitatis, id est secundum quòd consideratur animal vel homo, vt vnum in multis. Et sic posuerunt Platonici animal & hominem in sua vniuersalitate esse substantias. Quod Arist. in hoc capitulo intendit reprobare, ostendens, quòd animal commune vel homo communis non est aliqua substantia in rerum natura. Sed hanc communitatem habet forma animalis vel hominis secundum quòd est in intellectu, qui vnã formam accipit vt multis communem, inquantum abstrahit eam ab omnibus indiuiduantibus. Ponit ergo ad propositum duas rationes, circa quarum primã dicit, quòd videtur ex sequentibus rationibus impossibile esse, quodcunque eorum, quæ vniuersaliter prędicantur, esse substantiam, secundum scilicet quòd in sua vniuersalitate accipitur. Quod primo probatur ex hoc, quòd substantia vniuscuiusque, est propria ei, & non inest alij, sed vniuersale est commune multis, hoc enim dicitur vniuersale, quod natum est multis inesse & de multis prædicari. Si ergo uniuersale est substantia, oportet quòd sit alicuius substantia. Cuius ergo substantia erit? Aut enim oportet quòd sit substantia omnium, quibus inest, aut vnius. Non est autem possibile quòd sit substãtia omnium quia vnum non potest esse substantia pluribus. Plura enim sunt quorum substantiæ sunt plures & diuersæ. Sed si dicatur, quòd sit substãtia vnius eorum, quib. inest, sequeretur quòd omnia alia, quibus inest, sint illud vnum, quibus ponitur esse substantia. Oportet enim quòd pari ratione, eorum etiam sit substantia, cum & eis similiter insit. Quorum autem substantia est vna, & quodquideratesse vnum, oportet & ipsa esse vnum. Relinquitur ergo quòd ex quo vniuersale non potest esse substantia omnium, de quibus dicitur, nec vnius alicuius, quòd nullius sit substantia. Sciendum autem quòd ideo dicit quòd vniuersale est quod natum est pluribus inesse, non autem quod pluribus inest, quia quædam vniuersalia sunt quæ non continent sub se nisi singulare, sicut sol & luna. Sed hoc non est quin ipsa natura speciei quantum est de se sit nata esse in pluribus, sed est aliquid aliud prohibens, sicut quod tota materia speciei comprehenditur in vno indiuiduo, & quòd non est necessarium multiplicari secundum numerum speciem, quæ in vno indiuiduo potest esse perpetua. Secundam rationem ponit ibi.

part. 1 Infr par. 5. text. cõ. 33.

part. 4 Vniuersale dupliciter, & quo modo possit dici substãtia vel nõ substantia.

Quid intendat Arist. in hoc cap.

Vniuersale quid.

Declaratio diffinitionis datæ paulo superius de vniuersali.

BESS. Tex. 46. ANT. Tex. com. 46

Item substantia dicitur, quod non de subiecto, vniuersale vero de subiecto aliquo dicitur semper.

Amplius substantia dicitur quæ non de subiecto, et vniuersale de subiecto aliquo dicitur semper.

Dicit quòd substantia dicitur, quæ non est de subiecto, & dicitur vniuersale semper de aliquo subiecto: ergo vniuersale non est substantia. Videtur autẽ ratio hæc non valere. Dictum est enim in prædicamentis quòd de ratione substantiæ est, quòd non sit in subiecto. Prædicari vero de subiecto non est contra rationem substantiæ. Vnde ponuntur ibi secundæ substantiæ quæ prædicantur de subiecto. Sed dicendum quòd secundum logicam considerationem loquitur Philosophus in prædicamentis. Logicus autem cõsiderat res secundum quòd sunt in ratione, & ideo considerat substantias prout secundũ acceptionem intellectus subsunt intentioni vniuersalitatis. Et ideo quantum ad prædicationem quę est actus rationis, dicit quod prædicantur § de subiecto, § id est de substantia subsistente extra animam. Sed Philosophus primus considerat de rebus secundum quòd sunt entia, & ideo apud eius considerationem non differt esse in subiecto & de subiecto. Hic enim accipit dici de subiecto quod est in se aliqua res & inest alicui subiecto existenti in actu. Et hoc impossibile est esse substantiam. Sic enim haberet esse in subiecto. Quod est contra rationem substantiæ, quod etiam in prædicamentis est habitum. Deinde cum dicit.

par. 3 Q̃uo substãtia non dicatur de subiecto, cum in prędicamẽtis dicatur oppositum. Solutio.

BESS. *Sed vtrum ita quidem non contingit, vt quod quid erat esse? in ipso autem inest, vt puta animal in homine, et equo, patet igitur, quòd erit aliqua eius rõ, differt autem nihil, si non omnium ratio est eorum, quæ in substantia sunt, etenim nihil minus hoc erit substantia alicuius, vt homo hominis, in quo existit, quare iterum idem accidit, erit enim substantia, illius substantia, vt animal speciei, in qua vt proprium existit.*

ANT. par. 4. *Sed an sic quidẽ non contingit, vt quodquideratesse, in ipso autem existit, vt animal in homine & in equo. Ergo palam quia est quadam ipsius ratio. Differt autem nihil, nec si non omnium ratio est eorum, quæ sunt in substantia. Nihil enim minus substantia erit hæc alicuius, vt homo hominis in quo existit. Quare idem accidit. Iterum enim erit substantia in illius substantia, vt animal in quo est species proprium existit.*

Excludit quandam cauillosam responsionem, qua posset aliquis obuiare primæ rationi, in qua dixerat, quòd omnia sunt vnum, quorum substantia & quodquidest sunt vnum. Posset enim aliquis dicere, quòd vniuersale non est sicut substantia, vt quodquiderat esse, quodquidem sit proprium uni. Et ideo ad hoc excludendum Philosophus dicit, Sed an potest dici obuiando rationi primo inductæ, quòd non contingit vniuersale esse substãtiam, sicut quodquideratesse est substantia, sed tantum est substantia in ipsis particularibus existens, sicut animal in homine & equo. Non enim ita est natura animalis in homine, quòd sit propria ei cum sit etiam equi. Quasi dicat, non potest sic responderi. Sequitur enim si hoc quod est animal commune, sit aliqua ratio, quòd huius substantiæ sit aliqua ratio. Nec differt ad propositum si non est ratio diffinitiua omnium § quæ sunt in substantia, § id est quæ ponuntur in diffinitione, ne in infinitum procedatur in diffinitionibus, aut si oportet omnes partes cuiuslibet diffinitionis iterum diffiniri. Nihil enim minus illa substantia oportet quòd sit alicuius, licet non habeat diffinitionem, quam si haberet. Sicut si dicamus, quòd licet hoc ipsum, quod est homo communis, non habeat diffinitionem, tamẽ oportet quod sit hominis substantia in quo existit ipsius. s. hominis cõis. Quare idem accidit quod & prius, quia oportebit quod ista substantia communis, licet non ponatur propria alicui inferiorũ, tamen erit propria illius substantiæ

Excludit cauillosam responsionem ad primam rationem.

stãtiæ communis in qua prima existit. Sicut si animal commune sit quædã subst:ntia, animal per prius p·ędicabitur de illa communi substantia, & significabit eius substantiam propriã, siue sit diffinibile, siue non. Vnde non poterit ex quo hæc substantia est propria vni, de multis prædicari. Deinde cum dicit.

B E S S. tex. 47.

Item impossibile ac inconueniens est ipsum quid & substantiam esse, si ex aliquibus non ex substantijs, nec ex eo, quod quid est, sed ex quali, prius nanque non substãtia, & quale erit, quàm substãtia, & quod quid, quod impossibile est: nec ratione enim, nec tempore, nec generatione, possibile est passiones priores substantia esse: essent nanque separabiles.

A N T. text. c. 47. par. 5.

Amplius autem & impossibile & inconueniens hoc esse substantiam, si est ex aliquibus, non ex substantijs esse, nec ex eo quòd hoc aliquid, sed ex quali. Prius enim erit non substantia & quale, substantia, & ipso hoc, quod est impossibile. Nec enim ratione, nec tempore, nec generatione, passiones possibile est priores esse substantia. Erunt enim separabiles.

Probat q universale non est substantia, quatuor rationibus sumptis ex hoc qđ est pars diffinitionis & essentiæ. par. 9. text. com. 4.

Ostendit, q universale non est substantia, accipiendo rationes ex ea parte, qua vniuersale est pars diffinitionis & essentiæ, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad propositum. Secundo excludit quandam dubitationem, ibi {Habet autem quod accidit dubitationem.} Circa primum ponit quatuor rationes quarum primam ponit dicens, quòd impossibile & inconueniens est id, quod est hoc aliquid & substantia, non esse ex substantijs, nec ex his, quæ sunt hoc aliquid, sed ex his, quæ significant quale, si tamen est ex aliquibus, quod dicit propter substãtias simplices. Sequitur enim, q cum ea, ex quibus est aliquid, sint priora, quòd prius sit id, quod est non substantia, sed quale, eo quòd est substantia, & eo quod est hoc aliquid. Quod est impossibile, quia impossibile est passiones & qualitates & accidentia esse priores substantia ratione, aut tempore, aut generatione. Quod enim non sint priores ratione supra ostensum est, ex eo q substantia ponitur in diffinitione accidentium, & non econuerso. Item quòd non sint priores tempore ex hoc supra probatum est, ex quo etiam hic probatur, quia sequeretur q passiones essent separabiles à substantijs, quod est impossibile. Esse autem prius generatione continetur sub eo quod est prius tẽpore. Omne enim qđ est prius generatione, est etiam prius tempore, licet non econuerso. Ea enim, quæ non habent ordinem ad generationem alicuius, licet sint priora tempore, non tamen sunt priora generatione, sicuti equus non est prior generatione leone, qui nunc est, licet sit prior tempore. Partes autẽ ex quibus aliquid constituit, sunt priores generatione, & per consequẽs tempore, & quandoque etiam rõne, sicut supra ostensum est. Vnde impossibile est quòd ex non substantijs componatur substantia. Vniuersalia autem significant non substantiam & hoc aliquid, sed significant quale quid, vt in prædicamentis dicitur de secundis substantijs. Ergo patet quòd ex vniuersalibus si sunt quædam res præter singularia, non possunt componi singularia, quæ sunt hoc aliquid. Sed videtur q hæc ratio inconuenienter procedat. Secundæ enim substantiæ, quæ sunt genera & species in genere substantiæ, & si non significent hoc aliquid, sed quale, non tamen significant hoc modo quale, sicut passiones, quę significant qualitatem accidentalem, sed significant qualitatem substantialem. Ipse autem procedit hic ac si significarent qualitatem accidentalem. Sed dicendum est quòd si vniuersalia sint res quædam sicut Platonici ponebant, oportebit dicere, quod non solum qualitatem substantialem, sed accidentalem significent. Omnis enim qualitas, quæ est alia res ab eo, cuius est qualitas, est accidentalis. Sicut albedo est alia res à corpore, cuius est qualitas, & est in eo cuius est qualitas sicut in subiecto, & ideo est accidens. Si ergo vniuersalia inquantum vniuersalia sunt, sint res quędam, oportebit quòd sint aliæ res à singularibus, quæ non sunt vniuersalia. Et ideo si significant qualitatem eorum, oportet quòd insit eis sicut substantijs. Et per consequens quòd significent qualitatem accidẽtalem. Sed ponentibus quòd genera & species non sunt aliquæ res uel naturæ aliæ à singularibus, sed ipsammet singularia, sicut quòd non est homo qui non sit hic homo, non sequitur q secundæ substãtiæ significent accidens, vel passionem. Secundam rationem ponit ibi.

Text cõ. 7. Capitulo de substantia. Dubitatio textualis.

Solutio.

B E S S. tex. 48.

Item Socrati substantię, inerit substantia, quare duobus erit substantia. Et omnino, si homo, & quæcunque ita dicuntur, substantia esse, accidit nihil eorum, quę in ratione sunt, alicuius substantiam esse, nec sine ipsis existere, nec in alio, dico autem vtputa, non esse aliquod aĩal præter aliqua, nec vllum aliud eorũ, quæ in ratione sunt. Ex his itaque, consideratibus patet, nihil eorũ, quæ vniuersaliter existunt, substantiam esse, nihilque eorũ, quæ cõiter prædicantur, quod quid, sed tale significare.

A N T. Text. c. 48 par 6.

Amplius Socrati inerit substantiæ substãtia, quare duorum erit substantia. Totaliter vero accidit, si est substãtia homo & quæcunque ita dicuntur, nihil eorum quæ in ratione, esse nullius substantiam, neque sine ipsis existere, nec in alio. Dico autem non esse quoddam animal præter aliqua, nec aliud eorũ, quæ in rationibus nullius. Ex his itaque speculantibus, palam quia nihil vniuersaliter existentium est substantia, & quia nullum prædicatorum significat hoc aliquid, sed tale.

Secunda rõ ad idem.

Dicit, quòd si vniuersalia sunt substantiæ, sequitur quòd Socrati inerit substantiæ substantia. Si enim omnia vniuersalia sunt substãtiæ, sicut homo est substantia Socratis, ita animal erit substantia hominis. Et ita istæ duæ substantiæ vna quæ est homo, & alia quæ, est animal, erunt in Socrate. Et hoc est quod concludit {quare duorum erit substantia,} id est quare sequitur, quòd hoc quòd dico animal, sit substantia non solum hominis, sed etiam Socrat. Et ita una substantia erit in duobus, cum tamẽ supra ostensum sit, quòd vna substantia non est nisi vnius. Et non solum in Socrate hoc accidit quod dictum est, sed totaliter in omnibus accidit, si homo & alia, quæ sic dicuntur sicut species, sint substantiæ, quòd nihil eorum, quæ ponuntur in ratione specierum sit substantia, neque q possit esse sine illis, in quorum diffinitione ponuntur, vel quòd sint in aliquo alio, aut q sit ipsummet aliud. Sicut quod non erit quoddam animal {præter aliqua animalia,} id est præter species animalis. Et similiter est de omnibus alijs, quæ ponuntur in diffinitionibus, siue sint genera, siue differentiæ. Et hoc ideo, quia cum species sint substantiæ, si ea etiam quæ in diffinitionibus specierum ponuntur sint substantiæ, in singularibus erunt plures substantiæ, & vna substantia erit plurium, vt de Socrate dictum est. Patet igitur ex dictis, quòd nullum vniuersale est substantia, & nullum eorum, quæ communiter prædicantur, significat hoc aliquid, sed quale. Tertiam rationem ponit ibi.

B E S S. A N T. par. 7

Quòd si non, & alia multa accidũt, ac tertius homo: Sin autem tale, & alia quoque multa accidunt, & tertius homo.

Tertia ratio ad idem.

Dicit, quod si prædicta conclusio non cõcedatur, accident multa inconuenientia, inter quæ erit vnum,

quòd oportebit ponere tertium hominē. Quod quidem potest exponi dupliciter. Vno modo vt præter duos homines singulares, qui sunt Socrat. & Plato, sit tertius homo, qui est communis. Quod quidem non est inconueniens secundum ponētes ideas, licet secundum rectam rationem inconueniens videatur. Alio modo, vt præter hominem singularem & cōmunem, ponatur tertius, cum communicent in nomine & ratione, sicut & duo homines singulares, præter quos ponitur tertius homo communis, & ob hanc causam, scilicet quia communicant in nomine & diffinitione. Quartam rationem ponit ibi.

B E S S. Text. 45.

Item sic quoque patet. Impossibile enim est, substantiam ex substātijs esse, quæ sic insunt, vt actu, quæ enim duo sic actu sunt, nunquam vnū actu sunt, sed si potentia duo sunt, erunt vnum, vt duplum ex duobus dimidijs potentia, actus nanque separat. Quare si substantia vnum, non erit ex substantijs inexistentibus, & secundum hunc modum, quem recte Democritus dicit, impossibile enim ait esse, ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri, magnitudines nanque indiuisibiles substantias facit. Patet igitur, quod similiter et de numero se habebit, si numerus quidem compositio vnitatum est, vt à quibusdam dicitur, aut enim non est vnum dualitas, aut non inest in ea vnitas actu.

A N T. Text. c. 49. par. 8.

Amplius autem est ita & manifestum. Impossibile enim substantiam ex substantijs esse in existentibus sic vt actu. Duo nanque sic actu nūquam sunt vnum actu, sed si potestate duo fuerint, erunt vnum. Vt quæ dupla, ex duobus dimidijs potestate. Actus enim separat. Quare, si substantia vnum, nō erit ex substantijs inexistentibus. Et secundum hunc modum quidem dicit Democritus recte. Impossibile enim ait ex duobus vnū, aut ex vno duo fieri. Magnitudines enim indiuisibiles, substantias faciunt. Similiter igitur manifestum, quia et in numero habebit, si est numerus cōpositio vnitatum, sicut dicitur à quibusdam. Aut enim nō vnum dualitas, aut non inest vnitas in ipso actu.

Actus diuidit & separat.

Quarta rō ad idem.

Dicit, quòd vniuersalia non sunt substantię secundum hanc rationem. Impossibile est enim aliquam substantiam esse ex pluribus substantijs, quæ sunt in ea actu. Duo enim, quæ sunt in actu, nunquam sunt vnum actu, sed duo, quæ sunt in potentia, sunt vnum actu, sicut patet in partibus continui. Duo enim dimidia vnius lineæ sunt in potētia in ipsa linea dupla, quæ est vna in actu. Et hoc ideo, quia actus habet virtutem separandi & diuidendi. Vnumquodque enim diuiditur ab altero per propriam formam, vnde ad hoc ꝙ aliqua fiant vnum actu, oportet ꝙ omnia concludantur sub vna forma, & ꝙ non habeant singula singulas formas, per quas sint actu. Quare patet, ꝙ si substantia particularis est vna, non erit ex substātijs in ea existentibus actu, & sic, si est ex vniuersalibus vniuersalia nō erunt substantiæ. Et secundum hunc modum Democritus recte dicit, quod impossibile est vnum fieri ex duobus, & ex vno fieri duo. Est enim intelligendum, ꝙ duo in actu existentia, nunquam faciūt vnum. Sed ipse non distinguens inter potentiam, & actum, posuit magnitudines indiuisibiles, esse substantias. Voluit enim, ꝙ sicut in eo quod est vnum, non sunt multa in actu, ita nec in potentia. Et sic quælibet magnitudo est indiuisibilis. Vel aliter. Recte inquam dixit Democritus supposita sua positione, qua ponebat magnitudines indiuisibiles, esse etiam rerum substantias, & sic esse semper in actu, & ita ex eis non fieri vnum. Et sicut est in magnitudinibus, ita est in numero, si numerus est compositio vnitatum, sicut à quibusdam dicitur. Oportet enim ꝙ vel dualitas non sit vnum quid, siue quicunque alius numerus, siue ꝙ vnitas nō sit actu in ea. Et sic dualitas non erunt duæ vnitates, sed aliquid ex duabus vnitatibus compositum. Aliter numerus non esset vnum per se & vere, sed per accidens, sicut quæ coaceruantur. Deinde cum dicit.

Ex duob. in actu non fit vnū in actu per se.

B E S S. tex. 50.

Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuersalibus possibile est vllam substantiam esse, propterea quod tale, & non, quod quid significant, nec ex substantiis actu contingit vllam substantiam esse cōpositam, quicquam incompositum erit profecto omnis substantia, quare, neque ratio illius substantiæ erit. At cunctis videtur, & iam dictum est, aut solius substātiæ, aut maxime definitionem esse, nunc vero nec huius, nullius igitur definitio erit. An quodā modo quidem erit, quodam modo vero non, manifestum autem quod dicitur magis erit ex posterioribus.

A N T. tex. cō. 50. par. 9.

Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim neque ex vniuersalibus possibile est esse nec vnā substantiam, propter tale aliquid, sed non hoc aliquid significare, nec ex substantiis contingat actu esse, neque vnam substantiam, incomposita erit vtique substantia omnis. Quare nec ratio vtique erit neque vnius substantia. At vero videtur omnibus, & dictum est iam dudum, aut solum substantiæ esse terminum, aut maxime. Nūc autem neque huiusmodi. Nullius igitur erit diffinitio, aut modo quodam erit, modo autem quodam non. Manifestum autem erit quod dicitur, ex posterioribus magis.

Dubiumq; oritur ex dictis.

Mouet dubitationem circa prædicta dicens, quòd id, quod accidit ex prædictis, habet dubitationem. Dictum est enim, quòd ex vniuersalibus non potest esse aliqua substantia, propter hoc ꝙ vniuersale non significat hoc aliquid, sed quale. Secundo dictum est, ꝙ ex substantijs in actu non potest esse aliqua substātia. Et sic videtur sequi, ꝙ substantia non potest componi neque ex substantijs, neque ex non substantijs: ergo sequitur ꝙ omnis substantia sit incomposita. Et ita, cum diffinitiones nō dentur de substantiis incompositis, (quod patet per hoc ꝙ diffinitio est ratio habens partes, vt supra dictum est) sequitur, ꝙ nullius substantiæ sit diffinitio. Sed omnibus videtur (vt supra ostensum est) ꝙ diffinitio, vel est solum substantiæ, vel eius maxime. Nunc autem conclusum est, ꝙ substantiæ non sit diffinitio: ergo sequitur ꝙ nullius sit diffinitio. Dicendum est autem ad prædictam dubitationem, ꝙ quodammodo substantia est ex substantiis, quodammodo non. Hoc autem erit manifestū magis ex posterioribus in hoc capitulo, & in 8. Est enim ex substantijs in potentia, sed non in actu.

tex.c.53.

Solutio.

text.cō. 56.

L E C T I O XIIII.

Ex comparatione generis ad species & indiuidua ostendit vniuersalia non esse substantias separatas.

B E S S. Tex. 51.

Ex his autem ipsis id etiam patet, quod accidit illis, qui ideas pariter substantias & separatas esse dicunt, & pariter, ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim forma & animal in homine sunt, & equo, aut vnū & idem numero sunt, aut alterū.

A N T. tex. c. 51. p. t

Manifestum autem ex his ipsis, quòd euenit ideas dicentibus substantias separabiles esse, & simul speciē ex genere facientibus & differentijs. Si enim species sunt, & animal in homine & equo, aut vnum & idem numero est, aut alterum.

Postquam Philosophus ostēdit vniuersalia non esse substantias absolute, hic ostēdit, ꝙ non sunt substātiæ à sensibilibus separatæ, & diuiditur in partes duas. In

prima ostendit, q vniuersalia non sunt substantiæ separatæ. In secunda manifestat quoddam, quod in superioribus dubium relinquerat. ibi {Manifestū autem est quòd substātiarum.} Circa primum duo facit. Primo ostendit vniuersalia non esse substātias separatas. Secundo ostendit quòd sunt separatæ, non sunt diffinibiles. ibi {Quoniam vero substantias altera.} Circa primum duo facit. Primo ostendit inconuenientia, quæ sequuntur ponētibus vniuersalia esse substantias separatas, comparando genus ad species. Secūdo comparādo genus ad indiuidua. ibi {Amplius autem in sensibilibus.} Circa primum tria facit. Primo proponit quandam diuisionem. Secūdo prosequitur primum membrum diuisionis. ibi Ratione nanque palam.} Tertio, secundū ibi {Sed si alterum in vnoquoque.} Dicit ergo primo, q ex prædictis etiam manifestum esse potest quid accidat de inconuenientibus, dicentibus ideas esse substantias & separabiles, quę dicūtur esse species vniuersales, & simul cum hoc ponentibus speciem esse ex genere & differentijs. Hæ enim duę positiones simul coniunctæ, scilicet q species cōponantur ex genere & differentia, & q species vniuersales sunt substantiæ separatæ, quæ dicuntur ideæ, ducunt ad inconuenientia. Si enim ponantur species esse separatæ, constat q vnum genus est in pluribus speciebus simul sicut animal in homine & equo. Aut ergo hoc ipsum quod est animal in homine & equo existens, est vnum & idem numero, aut alterum in homine, & alterum in equo. Inducit autem hanc diuisionem, quia Plato ponebat ideas specierum, nō autem generum, cum tamen poneret communiter vniuersalia esse substantias. Deinde cum dicit.

Infra lc. 16. *Infra. l. seq.* *Infr. par. 10* *part. seq.* *par. 9* *Ideas speciorum dunta xat posuit Plato.*

B E S S. *Ratione nanque patet, quod vnum, eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in vtroque. Si itaque aliquis homo est ipsum per se quod quid et separatum, necesse est, vt etiam illa, ex quibus (sicuti animal, & bipes) quod quid significent, & separata ac substantiæ sint, quare & ipsum animal.*

A N T. *par. 2* *Ratione nanque palam quia unum. Eandem enim exhibebit rationem dicens in vtroque. Ergo si est aliquis homo, ipsum secundum se hoc aliquid & separatum, necesse & ex quibus, vt animal bipes, hoc aliquid significare, & esse separabilia & substantias. Quare & aial.*

Prosequitur primum membrum diuisionis, & primo ostendit, quòd sit vnum & idem animal. Secundo ostendit inconuenientia, quæ sequuntur hoc posito. ibi {Si quidem ergo.} Dicit ergo, q manifestum est, q animal est unum & idem in homine & equo secundum rationem. Si n. assignetur ratio animalis secundum q dicitur de vtrolibet, scilicet homine, vel equo, eadem ratio assignabitur quæ est substantia animata sensibilis, vtriusque enim prædicatur genus de speciebus, sicut & species de indiuiduis. Si ergo propter hoc, q species prędicatur secundum vnā rationem de omnibus indiuiduis est aliquis homo communis, qui est ipsum quod est homo secundū se existens, {& est hoc aliquid,} id est quoddam demonstrabile subsistens & separatum à sensibilibus, sicut Platonici ponūt, necesse est pari ratione & ea, ex quibus species constat, scilicet genus & differentiā, vt animal & bipes, significare similiter hoc aliquid, & esse separabilia à suis inferiotibus, & esse substantias per se existentes. Quare sequitur quòd animal erit vnum numero, per se existēs, quod prædicatur de hoīe & equo. Deinde cum dicit.

Ostēdit vniuersalia nō esse separata, cōparando genera ad species. par. seq.

Si spēs est separabilis, ergo & genus, contra Platonem.

B E S S. *Si idem igitur, et vnum quiddam etiam in equo, sicuti tu tibi ipsi, quomodo in separatim existētibus vnū erit?*

A N T. *part. 3* *Si quidem igitur & in equo sicut tu in teipso, quomodo in separatim existentibus vnum erit?*

Ostendit inconuenientia, quæ sequuntur ex hoc posito, quæ sunt tria. Primum est, quia cum genus sit in specie sicut substantiam rei significans, sic erit animal in equo, sicut tu es in teipso, qui es substantia tuiipsius. Sic autem non est possibile aliquod vnum esse in pluribus separatim existētibus. Non enim tu es nisi in teipso. Es enim in pluribus non separatim existentibus, sicut in carnibus & ossibus, quæ sunt tui partes. Animal igitur si sit vnum & idem, non poterit esse in pluribus speciebus, vt in homine & equo, cum species separatæ secundum Platonicos sint quædam substantiæ adinuicem diuersæ. Secundum ponit ibi.

Tria inconueniētia deducit. *Primum.*

B E S S. *Et cur non etiam absque seipso erit animal hoc?*

A N T. *Et quare non & sine ipso erit animal hoc?*

par. 4 *Secundum.*

Homo. n. quia est vnum de multis prædicatum secundum Platonicos, nō ponitur in particularibus, sed extra ea. Si ergo sit vnum animal, quod prædicatur de omnibus speciebus, quare hoc ipsum quod est animal vniuersale non est sine ipso, scilicet sine isto vel quacunque alia specie, vt per se separatum existens. Non potest ratio conueniens assignari ab eis. Tertium ponit ibi dicens.

B E S S. *tex. 52* *Deinde, si participabit quidem bipede & multipede, impossibile quiddam accidit, contraria nanque simul inerunt ipsi vni, & huic quidem enti, sin minus, quis modus est, cum aliquis dicat animal, & bipes, aut pedestre esse? Sed fortassis cōponuntur, & tangunt, aut miscentur. At cuncta inconuenientia sunt.*

A N T. *tex. com. 52* *par. 5.* *Deinde si quidem participatione bipedis & multipedis, impossibile aliquid accidit. Contraria nanque simul inerunt ipsi vni, & huic enti. Si autem non, quis modus, cum dixerit vtique aliquis animal esse bipes, aut gressibile? Sed forsan componitur, aut copulatur, aut miscetur. Verum omnia inconuenientia.*

Constat, q species constituitur ex genere & differentia. Aut igitur hoc est per hoc, q genus participat differentiam sicut subiectum participat accidens, vt hoc modo intelligamus ex animali & bipede fieri hominem, sicut ex albo & homine fit homo albus, aut per aliquem alium modum. Et si quidem species fiat per hoc, q genus participat differentiam, sicut quòd animal per participationem bipedis fit homo, & per participationem multipedis fit equus vel polypus, accidit aliquid impossibile cum enim genus, quod prædicatur de diuersis speciebus, ponatur esse vna substātia, sequitur q contraria simul insunt ipsi aiali, quod in se est vnum & hoc ens, scilicet demonstrabile. Differentiæ enim, quibus diuiditur genus sunt contrariæ, si autem nō fit ex animali & bipede homo per modum participationis, quis modus erit cū aliquis dixerit animal esse bipes vel gresibile, constituens ex his duob. vnum? quasi dicat, de facili non pōt assignari. Et ideo subiungit, {Sed forsan componitur} quasi dicat. Nunquid poterit dici, quòd ex his duobus fiat vnum per compositionem sicut domus fit ex lapidibus, aut per copulationem, sicut arca fit ex lignis conclauatis, aut per mixtionem, sicut electuarium fit ex speciebus alteratis? His enim modis inuenitur ex duabus vel pluribus substantijs per se existentibus aliquid vnum fieri. Sed omnes isti modi sunt inconuenientes. Non enim possibile genus & differentiæ prædicari de specie, sicut nec partes cōpositæ vel copulatæ vel mixtæ prædicantur de suis totis. Et præterea vnum non venit in compositionem diuersorum totaliter, sed partes diuisim sunt, ita quòd vna pars eius sit in compositione huius & alia in compositione alterius, sicut vna pars ligni venit in compositione domus, & alia in compositione arcę. Vnde, si ex animali & bipede fieret homo & auis, modis

tertium.

modis prædictis, sequeretur quòd non tota natura animalis esset in homine, nec in aue, sed alia & alia pars. Et sic iterum non esset idem animal in vtroque. Deinde cum dicit.

BESS. *Sed diuersum in vnoquoque est. Infinita igitur, vt ita dicam, erunt, quorum substantia animal est, nō enim secundum accidens ex animali homo est.*

ANT. par.6. *Sed si alterum in vnoquoque, infinita ergo erūt. Vnde est consequens dicere, quorum substantia animal. Nō enim est secundum accidens ex animali homo.*

Q. si fit idem aial in omnibus suis speciebus probat quatuor rationibus ad impossibile. Prima

Prosequitur secundum membrum diuisionis dicens, quòd inconueniens sequitur si ponatur non vnum animal esse in oībus speciebus. Ducit autem ad quatuor inconuenientia, quorum primum ponit sic dicens. Ostensum est quid sequatur ponentibus vniuersalia esse substantias, si ponatur vnum animal esse in omnibus speciebus. Sed propter hoc potest aliquis dicere, quòd sit alterum animal in vnaquaque specie, ergo erunt infinita quorū substantia est animal, vt est consequens dicere ad prædictam positionem. Est enim animal substantia cuiuslibet speciei contentæ sub animali. Non enim potest dici quòd homo fiat ex animali secundum accidens, sed per se, & ita animal ad substantiam equi pertinet, & bonis, & aliarum specierum, quæ sunt fere infinitæ. Quod autem aliquod vnum cedat in substantia infinitorum, videtur esse inconueniens. Secundum inconueniens ponit ibi.

BESS. *Item multa erit ipsum animal: nam & substantia animal est, quod in vnoquoque est, nō enim secundum aliud dicitū. Quod si non, ex illo erit homo, & genus eius illud.*

ANT. par.7 *Amplius multa erunt ipsum animal. Substātia enim quòd in vnoquoque animal, non enim de alio dicitur. Si autem non, ex illo erit homo, & genus ipsius illud.*

Secunda

Dicit, quòd sequetur etiam quòd ipsum animal, id est substātia animalis vniuersalis, erit multa, quia animal, quod est in vnaquaque specie, est substātia illius speciei, de qua prædicatur. Non enim prædicatur de specie, sicut de quodam alio diuerso à se in substātia, si autem non prædicatur animal de homine sicut de diuerso, poterit dici conuenienter, quòd homo erit ex illo, scilicet ex animali sicut ex sua substantia, & quòd illud, scilicet animal sit etiam genus eius, prædicatum de eo in eo quod quid est. Relinquitur ergo, quòd sicut illa, de quib. prædicatur animal, sunt multa ita ipsum animal vniuersale esse multa. Deinde cum dicit.

BESS. *Ac item omnia, ex quibus homo, ideæ, non igitur alterius quidem idea erit, alterius vero substantia, impossibile nanque est, ipsum ergo animal erit vnumquodque eorum, quæ in animalibus sunt.*

ANT. par.8. *Et amplius ideæ omnia ex quibus homo. Igitur non alterius quidem erit idea, alterius vero substantia. Impossibile nanque. Ipsum igitur animal erit vnūquodque eorum, quæ in animalibus.*

Tertia

Ponit tertium inconueniēs dicens, quòd vlterius ex prædictis sequitur, quòd omnia illa, ex quibus est homo, scilicet superiora genera & differentiæ, sint ideæ, quòd est contra positionem Platonicorum, qui ponebant solas species esse ideas particularium, genera vero & differentias non esse ideas specierū. Et hoc ideo, quia idea est proprie exemplar ideati secūdum suam formam. Forma autem generis nō est propria formis specierum, sicut forma speciei est propria indiuiduis, quæ conueniunt secundum formam, & differunt secundum materiā. Sed, si sunt diuersa animalia secundum diuersas species, vnicuique speciei respondebit aliquid in substātia sui generis, sicut ꝓpria idea, & ita etiam erunt genera ideæ, & similiter differentiæ. Non ergo alteri vniuersalium erit quod sit idea, & alteri quòd sit substantia, sicut Platonici ponebant, dicentes quidem genera esse substantias specierum, spēs vero ideas indiuiduorum. Impossibile nāque est ita esse, vt ostensum est. Sequitur igitur ex prædictis quòd ipsum animal, id est substantia animalis vniuersalis sit vnumquodque eorum quæ sunt in animalibus, id est quæ continentur inter species animalis. Quartū ponit ibi.

BESS. *Item ex aliquo hoc ipso erit, & quomodò est ex ipso animali? aut quomodo est possibile esse animal quod hoc ipsum substantia est, præter ipsum animal?*

ANT. par.9 *Amplius ex quo hoc. Et quomodo ex ipso animali? Aut quomodo possibile est esse animal, quod est substantia hoc ipsum, præter ipsum animal?*

Dicit quòd iterum videtur esse dubium ex quo cōstituatur hoc quod est homo, & quomodo cōstituatur ex ipso animali, scilicet vniuersali, aut quomodo possibile est animal esse, quod substantia hoc ipsum præter ipsum animal, id est quomodo potest esse vt homo sit aliquid præter animal quasi quædam substantia per se existens, & tamen animal sit hoc ipsum quod est homo? Hæc enim videntur esse opposita, quòd homo sit præter animal, & tamē animal sit hoc ipsum quod est homo. Deinde cum dicit.

BESS. *Item in sensibilibus, & hæc accidunt, & his absurdiora. Quod si impossibile est ita se habere, patet. quod nō est eorum idea ita, vt quidam aiunt.*

ANT. par.10 *Amplius autem in sensibilibus hæc accidunt, & his absurdiora. Si itaque impossibile sic se habere, palam quia non est idea ipsorum, sicut quidam dicunt.*

Probat principale propositū ex comparatione generum ad singularia

Improbat prædictam positionem per comparationem generum ad singularia dicens quòd hæc eadem inconuenientia, quæ accidunt ponentibus genera & vniuersalia esse substantias in speciebus, accidunt & in sensibilibus singularibus, & etiam multa his absurdiora, in quantum natura generis magis remota est à singularibus sensibilibus & materialibus, quàm à speciebus intelligibilibus & immaterialibus. Si itaque impossibile est sic esse, palam est quòd idea non est ipsorum sensibilium, sicut Platonici dicunt.

LECTIO XV.

Tribus rationibus ostendit ideas haud definiri posse.

BESS. tex.53 *Cvm autem substantia altera sit, ipsum scilicet totum & ratio, dico autem, quod illa quidem ita substantia est cum materia simul accepta ratio, hæc vero ratio simpliciter. Quæcunque igitur illo modo dicuntur, eorum quidem est corruptio: nam & generatio. rationis autem non est ita vt corrumpatur, nec. n. generatio est (non enim fit domui esse, sed huic domui) sed absque generatione, & corruptione sunt, & non sunt, ostensum est enim, quòd nullus hæc generat, neque facit. Propterea etiam substantiarum sensibilium singulariū, neque definitio, neque demonstratio est, eo quod habet materiam, cuius natura talis est, vt esse & nō esse contingat, quare corruptibilia sunt omnia singularia earum. Si igitur demonstratio & definitio scientifica necessariorum est, & non contingit sicuti neque scientiam, quandoque scientiam, quandoque ignorantiā esse, sed quod tale est, opinio est, ita neque demonstrationem, neque definitionem, sed opinio est eius, quod contingit & aliter se habere, patet, quòd neque demonstratio, neque definitio eorum est; corruptibilia nanque non sunt manifesta his, qui scientiam habent, cum à sensu abscesserint, & rationibus eisdem in animo saluis, non erit amplius neque definitio, neque demonstratio. Quare, cum quis eorum, quæ ad definitionem quicquam singularium deliniat,*

definiat, oportet non ignorare, quod semper perimendũ est, non enim contingit definire. Nec vllam ideam est definire, singulariũ enim, vt aiunt, idea est, et separata.

A N T. tex.com.53 par.1.

Quoniam vero substantia altera, & quod simul totum, & ratio. Dico autem quia hac quidem sic est substantia cum materia concepta, ratio, illa vero ratio totaliter. Quæcunque quidem igitur ita dicuntur, horum quidem est corruptio. Etenim generatio. Rationis autem non est ita vt corrumpatur. Neque enim generatio, nõ enim fit domui esse, sed quod huic domui. Verum sine generatione & corruptione sunt & nõ sunt. Ostensum est enim quia nullus hæc generat, nec facit. Propter hoc autem & substantiarum sensibilium singularium nec diffinitio, nec demonstratio est, quia habẽt materiam, cuius natura talis est vt contingat & esse, & non esse. Quapropter corruptibilia omnia singularia ipsorum. Ergo, si demonstratio necessariorum, & diffinitio scientifica, & non contingit sicut nec scientiam, quandoque scientiam, quandoque ignorantiam esse, sed opinio tale quid est, ita nec demonstrationem nec diffinitionem, sed opinio est contingentis aliter se habere, palam quia non vtique erit ipsorum nec diffinitio nec demonstratio. Non enim sunt manifesta corrupta scientiam habentibus, & cum à sensu abscesserint, saluatis rationibus in anima eisdem, non erit nec diffinitio amplius nec demonstratio. Propter quod oportet eorum ad terminum studentem, cum aliquis diffiniat aliquid singularium, nõ ignorare, quia semper auferre est. Non enim contingit diffinire. Neque itaque idearum nullam est diffinire. Singularium enim idea (vt dicunt,) & separabile.

In hoc loco Philosophus ostendit, quòd ideæ, quæ ponuntur separatæ à Platonicis, non possunt diffiniri. Et hoc ideo, quia Platonici ad hoc præcipue ponebãt ideas, vt eis adaptarentur & diffinitiones & demonstrationes, quæ sunt de necessarijs, cum ista sensibilia videantur omnia in motu consistere. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit per rationes quòd ideæ nõ possunt diffiniri. Secundo per signum. ibi (Quoniam propter quid nullus.) Circa primum ponit tres rationes, quarum primam ponit sic dicens, quòd substantiarum alia est (sicut ratio,) id est sicut quodquiderat esse & forma, & alia est sicut compositum ex materia & forma, quod est totum simul coniunctum ex materia & forma. Dico autem eas esse alteras (quia hoc quidem,) scilicet substantia, quę est totum, sic est substantia sicut habens rationem conceptam cum materia, illa vero, quæ est sicut forma & ratio quodquiderat esse, est totaliter ratio & forma non habens materiam indiuidualem adiunctam. Quæcunque igitur dicuntur substantiæ hoc modo sicut composita, eorum potest esse corruptio. Ostensum est enim supra quod eorum solum est generatio, quæ ex materia & forma componuntur. Corruptio autem & generatio sunt circa idem. Ipsius autem substantiæ, quæ est sicut ratio vel quodquidest, nõ est ita corruptio quod ipsa per se corrumpatur. Ostensum est enim supra qđ non est eius generatio, sed solum compositi, nõ enim fit quodquiderat domui. Generatur enim hæc domus particularis, non autem ipsa species domus. Sed tamen huiusmodi formę & quidditates aliqñ sunt, & aliquando non sunt (sine generatione & corruptione) id est sine hoc quod ipsa generentur vel corrumpantur per se, sed incipiunt esse & non esse alijs generatis & corruptis. Ostensum est enim supra quod nullus in naturalib. (generat hęc) scilicet formas & quidditates, nec etiam in artificialibus, sed hoc agens singulare generat & facit hoc singulare. Propter hoc autem, quòd singularia generantur & corrumpuntur, substantiarum sensibilium singularium non potest esse nec diffinitio nec demõstratio. Habent enim materiam indiuidualẽ, cuius natura est talis, vt id, quod ex ea constituitur, contingat esse & non esse, quia ipsa materia quãtum est in se, est in potentia ad formam, per quam res materialis est, & ad priuationem per quam res materialis non est. Et ideo omnia singularia de numero ipsorum sensibilium, quorum materia est in potentia ad esse & non esse, sunt corruptibilia. Corpora tamen cœlestia non habent materiam huiusmodi, quæ sit in potentia ad esse & non esse, sed solum ad vbi. Et ideo non sunt corruptibilia. Si ergo demonstratio est necessariorum, vt probatum est in posterioribus, & diffinitio etiam (est scientifica) id est faciens scire, quę est quasi medium demonstrationis, quæ est syllogismus faciens scire, sicut non contingit quandoque esse scientiam & quandoque ignorantiam, quia quod scitur semper oportet esse verũ, (sed id quod est tale) id est quod quãdoque potest esse verum, quandoque falsum, est opinio, ita etiã non contingit demonstrationem nec diffinitionem esse eorũ, quæ possunt se aliter habere, sed solum opinio est huiusmodi contingentium. Si inquam ita est, palam est, quòd non erit nec diffinitio, nec demonstratio ipsorum singularium corruptibilium sensibilium. Non.n. huiusmodi corruptibilia possunt esse manifesta, scientiam habentibus de eis, scilicet cum recesserunt à sensu, per quem cognoscuntur. Et ideo saluatis eisdem rationibus in anima (ipsorum singularium,) id est speciebus, per quas cognosci possunt, non erit de eis nec diffinitio, nec demonstratio. Et propter hoc oportet cum aliquis eorum, qui student (ad assignandum terminum) id est diffinitionem alicuius rei, diffiniat aliquod singulare quod non ignoret, quia semper contingit auferre singulare, manente tali ratione, quam ipse fingit in anima, ex hoc ideo non contingit vere diffinire singulare. In his enim quæ vere diffiniuntur, manet cognitio diffiniti quandiu manet cognitio diffinitionis in anima, si igitur singulare diffiniri nõ potest, itaque nec idea possibile est diffinire. Ideã enim oportet esse singularem secundum ea, quæ ponuntur de idea. Ponunt enim quod idea est quoddam per se existens ab omnibus alijs separatum. Hæc autem est ratio singularis. Deinde cum dicit.

Quod ideæ Platonicæ non possũt diffiniri probat trib. rationibus.

Prima lafr.p.8.f.

Text.cõ.27.

Text. c.27

Singulariũ corruptibilium nõ est diffinitio.

Primo posteriorum. text. c.16.

Necessarium autem ex nominibus rationem esse, nomen vero non faciet, qui definit, ignotum enim erit, quæ vero posita sunt, omnibus communia sunt, necesse est igitur, & alijs talia inesse. Et si quis te definiat, animal dicet gracile, aut album, aut aliquid aliud, quod & in alio sit.

B E S S. tex. 54.

Necessarium vero ex nominibus esse rationem. Nomen autem non faciet diffiniens. Ignotum enim erit. Posita autem communia omnibus. Ergo necesse inesse & alijs hæc. Vt si quis te diffiniat, animal dicet gressibile, aut album, aut aliud aliquid quod in alio sit.

A N T. text. c.54. par.2.

Ponit secundam rationem, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam cauillosam responsionem. ibi (Si quis autem dicat.) Fuit autem necessarium vt hanc rationem superadderet rationi suprapositæ, quia ratio iam posita probabat singulare non esse diffinibile, ex eo quòd est corruptibile & materiale, quę duo Platonici ideis non attribuebant. Vnde ne per hoc sua probatio inefficax redderetur, subiungit aliam rationem dicens. Necessarium esse omnem diffinitiuam rationem esse ex pluribus nominibus. Ille enim qui diffinit, non faciet notificationem rei ponendo vnum nomen tantum, quia si poneret vnum tantum nomen, adhuc diffinitum

par.seq. Secunda hęc ratio ad idem efficaciam præstat primæ.

tum

tum remanebit nobis ignotum. Contingit enim vno nomine notiori assignato, ipsum nomen diffiniti notificari, non autem rem diffinitam, nisi principia eius exprimantur, per quæ res omnis cognoscitur. Resolutio autem diffiniti in sua principia, quod diffinientes facere intendunt, non contingit nisi pluribus nominibus positis. Et ideo dicit, quòd si vnum nomen tantum ponatur, quòd adhuc remanebit diffinitũ ignotum, sed si plura ponantur, oportet quòd nomina posita sint communia omnibus. Si enim in diffinitione alicuius singularis ponantur aliqua nomina quę conueniant ipsi soli, erunt synonima nomina vnius rei singularis, vnde res non notificabit huiusmodi nominibus positis, sed forte nomen minus notum. Sicut si diceremus quid est Tullius, & responderetur Marcus & Cicero, non esset conueniens diffinitio. Oportet igitur si singulare diffinitur, in eius diffinitione poni aliqua nomina, quæ multis conueniant. Ergo necesse erit, quòd diffinitio non solum huic singulari conueniat, cuius diffinitio quæritur, sed etiam alijs. Quod est contra rationem veræ diffinitionis. Sicut si aliquis te diffinire intendat, & dicat quòd tu es animal gressibile, aut animal album, vel quicquid aliud, non tibi soli conuenit, sed etiam est in alio. Vnde patet, quòd singulare non solum ex hoc quòd est corruptibile & materiale caret diffinitione, sed etiam ex hoc quòd est singulare, vnde nec idea diffinitur. Cuius ratio est, quam hic tangit Philosophus, quia si nomina ad diffiniendum assumpta exprimunt indiuiduum quantum ad ea ex quibus indiuiduatur, erunt nomina synonyma. Si autem exprimunt naturam & accidentia communia absque indiuiduatione, non erit diffinitio propria diffinito, quia omnes formæ siue accidentales siue substantiales, quæ non sunt per se subsistentes, sunt quantum est de se communes multis. Et si aliqua inueniatur in vno solo sicut forma solis, hoc non prouenit ex parte formæ, quin quantum est de se sit nata esse in pluribus, sed ex parte materiæ. Nam tota materia speciei congregata est sub vno. Vel magis ex parte finis, quia vnus Sol sufficit ad vniuersi pfectionem. Deinde cum dicit.

Idea igitur diffiniri nõ potest.

B E S S. *Quod si quis dicat, nihil prohibere separatim quidem omnia multis, simul vero huic soli inesse, primum quidem, quod etiam ambobus, vt animal bipes, animali & bipedi.*

A N T. par. 3 *Si quis autem dicat nihil prohibere separatim quidem omnia multis simul vero huic soli inesse. Primum quidem quia & ambobus, vt animal bipes, animali & bipedi. Et hoc in sempiternis quidem.*

Excludit quandam cauillosam responsionem. Posset enim aliquis dicere, ꝙ licet quodlibet eorum, quæ ponuntur in diffinitione singularis ideæ, conueniat separatim multis, non tamen simul accepta conueniunt nisi vni soli, huic scilicet cuius diffinitio quæritur. Hanc autem responsionem excludit duobus modis. Primo quantum ad ipsas ideas. Secundo quantum ad ea, quorum sunt ideæ, ibi {Amplius de multis.} Circa primum duo facit. Primo excludit responsionem prædictam ostendens ꝙ adhuc sequitur diffinitionem non diffinito soli inesse. Secundo ꝙ non primo. ibi {Et necesse esse priora.} Dicit ergo, quòd contra responsionem prædictam, primo est dicendum hic, quòd diffinitio assignata alicui ideæ etiam alijs inerit, sicut si diffinitio ideę hominis sit animal bipes hic duo inerũt {animali & bipedi} id est ideę animalis & ideæ bipedis, quia etiam illæ duæ ideæ simul coniunctæ erũt animal bipes. Et sic hæc diffinitio animal bipes non erit propria ideæ hominis. Et hoc inconueniens quidem accidit (in sempiternis,) idest considerando etiam diffinitionem ideæ, quę est quoddam

Infra par. 3. par seq.

Excludit cauillosam responsionem

singulare sempiternum secundum Platonicos, & considerando quòd diffinitio assignata vni ideæ cõuenit alijs. Deinde cum dicit.

B E S S. *Et hoc in sempiternis quidem etiam necesse est esse, cum priores existant, & partes cõpositi, at vero etiam separabilia, si hoc quidem, quod homo, separabile: nam aut nullum, aut ambo: si igitur nullum, non erit genus præter species: quod si erit, erit etiam differentia.*

A N T. par. 4 *Et necesse esse priora existentia & partes compositi. Quinimmo & separabilia, si homo separabile. Aut enim nihil, aut ambo. Si quidem igitur nihil, non erit genus præter species. Si vero erit, & differentia.*

Ostendit ꝙ sequitur vlterius, quòd diffinitio assignata ideæ hominis non primo conueniet ei, quod est contra rationem diffinitionis. Nam diffinitio primo verificatur de diffinito. Hoc autem ostẽdit tribus modis. Primo sic dicens, quòd non solum necesse est quòd animali & bipedi conueniat diffinitio assignata homini, sed etiam necesse est quòd illa. s. animal & bipes existant priora homine, & sint partes eius, inquantum homo ex vtroque constituitur. Quinimmo secundum positionem eorum sequeretur, ꝙ ambo sint separabilia ab homine, & ab alijs animalibus, scilicet animal & bipes, si homo ponitur separabilis ab indiuiduis. Sicut. n. homo est superius ad indiuidua, ita genus & differentiæ ad hominem. Aut enim oportet ꝙ nullum commune sit separabile, aut oportet ꝙ ambo prædicta. s. animal & bipes sint separabilia ab homine. Si igitur nullum cõmune est separabile, tunc sequetur quod genus non erit præter species. Et sic genus non significabit substantiam. Si vero genus erit præter species pari ratione & differentia, quæ etiam est communior specie. Si autem vtraque. s. animal & bipes sunt separabilia ab homine, sequetur quòd sint priora, eo modo sicut homo separatus est prior indiuiduis. Et ita sequetur vlterius quod diffinitio assignata homini, conueniat quibusdam prioribus, scilicet animali & bipedi. Secundo ibi.

B E S S. *Deinde quoniam priora ipso esse, hæc sane non vicissim permutatur.*

A N T. par. 5 *Deinde quia priora ipso esse. Hoc vero non consequenter aufertur.*

Ostendit idem alia ratione dicens, quòd inde patet quòd animal & bipes sunt priora homine secundum esse. Ita enim sunt priora in esse quæ non remouentur alijs ablatis, sed eis ablatis alia remouentur. Sicut vnum est prius duobus, quia remoto vno, remouentur duo, sed non econuerso. Remotis autem animali & bipede remouetur homo, sed remoto homine, hoc scilicet animal & bipes non aufertur. Vnde patet ꝙ animal & bipes sunt priora homine. Tertio ibi.

B E S S. tex. 55 *Deinde, si ex ideis ideæ, minus profecto composita sunt ex quibus.*

A N T. text. c. 55. part. 6 *Deinde autem si ex ideis ideæ, minus composita ex quibus.*

Ostendit idem tertia ratione dicens, ꝙ idem apparet si ponamus animal & bipes non solum sunt separabilia ab homine, quasi quædam ideæ eius, sicut supra dictum est in prima ratione, sed etiam ex ipsis fit homo, vt sic ex ideis separatis fiat idea separata. Patet enim, quod minus erunt composita animal & bipes, ex quibus componitur homo, quam homo qui componitur ex eis. Quod autem est minus compositum, est prius. Vnde sequetur adhuc, quod animal & bipes sunt priora homine, non solum propter separationem, vt prima ratio procedebat, sed etiam propter compositionem, vt procedit hæc dicta ratio. Deinde cum dicit;

Item

Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea, ut animal & bipes. Quod si non, quomodo scietur? erit nanque aliqua idea, quam impossibile est de pluribus prædicari quam de uno, nõ videtur autem, sed omnis idea videtur esse participabilis.

A N T. par. 7. *Amplius de multis oportebit & illa prædicari ex quibus idea, ut animal bipes. Sin autem, quomodo cognoscetur? Erit enim idea quædam, quam impossibile de pluribus prædicari quàm de vno. Non videtur autem, sed omnis idea est participabilis.*

Ponit aliam rationem ad excludẽdum præmissam responsionem dicens, ꝙ non solum sequetur, ꝙ diffinitio assignata ideæ hominis cõueniat alijs ideis prioribus. I. animali & bipedi, ex quibus ponitur constitui idea hominis, sed etiam illa ipsa vt animal & bipes oportebit prædicari de multis, & non de homine tantum, non solum seorsum accepta, vt præmissa responsio istorum dicebat, sed etiam coniunctim. Si. n. hęc ex quibus componit idea hominis, scilicet animal & bipes non prædicãtur de multis, quomodo cognoscetur quòd sint ideę hominis, vt supra cõclusum est? Sequetur. n. ꝙ sit aliqua idea, quæ non potest prædicari de pluribus quàm de vno. Constat enim ꝙ idea animalis de pluribus numero prędicari potest. Si ergo hæc duo simul animal bipes nõ possunt prædicari nisi de vno, sequetur ꝙ bipes restringat animal ad vnum, ita quòd aliqua idea quæ est bipes prædicetur de vno tantum. Quod non videtur esse verum, cum omnis idea sit participabilis à multis. Ab vno enim exẽplari, multa exemplaria fieri contingit. Non igitur prædicta responsio potuit esse vera. Sciendum est autem ꝙ per hanc eandem rationem sufficienter ostenditur, quodcunque etiam nullum singulare in his inferioribus diffiniri posse per aliquas proprietates vel formas adunatas, quæcunque fuerint. Sicut enim quælibet idea, ita & quælibet forma quantum est de se nata est in pluribus esse. Et ita quantumcunque aggregentur, non erit certa assignatio huius singularis nisi per accidẽs, inquantum cõtingit omnia insimul collecta in vno solo inueniri. Vnde patet ꝙ collectio accidentium non est principium indiuiduationis, vt quidam dicũt, sed materia designata, vt Philosophus dixit. Deinde cũ dicit.

Nullum singulare in his inferiorib. diffiniri potest per quæcunque formarum collectionẽ.

Collectio accidẽtium non potest esse, indiuiduationis principium

B E S S.

Quemadmodum igitur dictum est, latet, quod impossibile est in perpetuis definire, maxime vero quæcunque vnica sunt, vt Sol, aut Luna. Non solum enim in hoc peccant, quòd talia addunt, quibus ablatis, adhuc erit Sol, vtputa, quod circuit terram, aut quod nocte absconditur (si enim steterit, aut apparuerit, non erit amplius Sol,) sed inconueniens est, si non, sol enim substantiam quandam significat. Item quæcunque in alio contingunt, veluti si alter fiat talis, patet quòd erit Sol: communis ergo ratio, at Sol singularium erat, sicut Cleon, aut Socrates. Cæterum cur nemo eorum definitionem profert ideæ? fiet enim profectò manifestum tentantibus, verum esse, quod nunc dictum est.

A N T. part. 8 *Quemadmodum ergo dictum est, latet quòd impossibile diffinire in sempiternis. Maxime vero quæcunque vnita, vt Sol & Luna. Non solum enim peccant additione talium, quibus ablatis adhuc erit Sol. Puta terram gyrans aut nocte absconditum. Si enim steterit aut apparuerit, non adhuc erit sol. Sed absurdum si non, Sol enim quandam substantiam significat. Amplius quæcunque in alio contingunt, vt si alter fiat talis, palam quia sol erit. Communis ergo ratio, sed erat singularium sol, vt Cleon aut Socrates. Quoniam propter quid nullus ipsorum terminum profert ideæ? Fiet enim vtique manifestum tentantibus, quia verum quod modò dictum est.*

Ponit tertiam rationem principalem ad osten den dum quòd ideæ non possunt diffiniri dicens, ꝙ quia supra dictum est, quod indiuidua non possunt diffiniri propter hoc quòd sunt corruptibilia, vt prima ratio procedebat, & quia ea quæ accipiuntur in diffinitionibus sunt communia, vt procedebat ratio secunda, latet verũ esse hoc quod dictum est, scilicet quod impossibile sit diffinire singularia in sempiternis, & maxime in illis quæ sunt vnita in vna specie, sicut sol & luna. Quia enim sunt sempiterna, non videtur de eis concludere ratio, quę ex corruptione singularium procedebat. Quia vero sunt vnita in vna specie, non videtur de eis ratio concludere quæ procedebat ex communitate partium diffinitionis. Quæcunque. n. conueniunt soli speciei, conueniunt soli indiuiduo. Sed pro tanto decipiuntur, qui putant hæc esse diffinibilia, quia diffinientes talia peccant multipliciter. Et vno modo peccant inquantum addunt aliqua in diffinitionibus eorum, quibus ablatis adhuc erunt ipsa, scilicet Sol & Luna. Sicut cum diffiniendo solem, dicunt quòd est perigirion. i. terram gyrans, aut nycticrypton. i. nocte absconsum. Si. n. sol steterit non gyrans terram, aut si apparuerit, vt non sit nocte abscon sum, non adhuc erit sol, si bene fuerit diffinitum. Sed absurdum est, si non sit sol, his remotis. Sol. n. significat quandam substantiam, illa vero, per quæ diffinitur, sunt quædam accidentia eius. Non solum autem sic peccant, sed & amplius, diffinientes solem per aliquid quod conuenit in alio esse. Si. n. fiat alter talis, id est aliquod corpus habens talem vel eandem formam & speciem, palam est ꝙ erit sol, secundum ꝙ sol significat speciem, & hoc modo potest diffiniri. Ratio autem .i. diffinitiua est communis, .i. id est huius speciei quod est Sol. Sed sol iste erat de numero singularium, sicut Cleon aut Socrat. Et sic patet, quod licet etiam ideæ ponantur sempiternæ & vnicæ in vna specie, adhuc non poterunt diffiniri. Quare nullus ponentium ideas protulit aliquem terminum, .i. id est diffinitionem ideæ. Si enim aliqua diffinitio ab eis data esset de aliqua idea, puta hominis vel equi, fieret manifestum contra tentãtes diffinire ideam, quia verum est quod modo dictum est, scilicet quod idea est indiffinibilis.

Tertia ratio principalis quod ideæ non possunt diffiniri.

DEFENSIO XVIII.

Placitum Diui Thomæ defenditur contra Antonium asserentem hic ex Philosopho, nulli naturę repugnatæ suppositorum pluralitatem.

Hoc in loco Ant. an. loquitur contra opinionẽ tenentium quod in abstractis à materia vnicum est suppositum pro singula specie. Taliter autem opinantes Mauritius vocat Thomistas, sic dicens in margine. Inuehit contra Thomistas. Dicit autem sic Ant. Andr.

Non repugnat alicui naturæ suppositorum pluralitas.

Notandum quod communicari pluribus suppositis nulli naturæ specificę repugnat. Immo nec naturæ diuinæ de qua minus videtur cum sit de se hæc. Vnde mirum est ꝙ ab aliquib. negatur posse esse sub vna specie plura indiuidua in sempiternis, cum necessario tamẽ habeant concedere naturam diuinam cõmunicari, & esse communem tribus. Ad propositum, dato ꝙ sub vna specie non sit nisi vnum singulare, nõ tamen repugnat naturæ specificæ vt sub ea fiat aliud singulare. Et diffinitio data de primo singulari esset ipsius speciei communis, & per consequens vtrique communis singulari, & non conuertibilis cum altero eorum. Hęc ille. Sed ad Mauritium primo respondentes dicimus quod inuectionem illam intulsam, quasi puerorũ aggressus floccifacimus ac deridemus. Neq; enim

enim furor pullicinus aliquid potest in ceruicem taurinam. Non the[illegible] multæ si sunt prædictam veritatem asserentes, sed alij innumerabiles sapientes, cum quibus thomistæ tanquam egregij pugiles veritatem hác inuictè tuentur ab aduersarijs. Anto. autem an. non loqui ad propositum & ab intentione Philosophi hic longius euagari, primo ostendemus. Secundo autem palam fiet eius motiuum contra Thomi[illegible] friuolum satis esse, ac multis falsitatibus respersum. Primum patet tam ex parte eius, quod intendit hic Arist. quam ex parte eorum, quæ ab impugnante in medium afferuntur. Ex parte quidem intentionis Philosophi hoc patet. Arist. enim contra Platonem probat in præsenti textu, quod idea non est diffinibilis si sempiterna sit & vnica pro qualibet specie. Et intendit talem rationem, omnis diffinitio, quæ posset competere pluribus singularibus, si essent sub vna natura, nõ est propria alicuius eorum, vt patet ex terminis, sed diffinitio huius singularis ideæ, puta hominis, quæ vna & singularis est secundum Platonem, potest competere alteri ideæ, si fieret eiusdem naturæ: ergo illa non est propria diffinitio huius ideæ, sed naturæ communi huic & alteri ideæ si fieret. Hanc autem minorem volens Arist. persuadere, dat exemplum in his in quibus de facto non inuenitur nisi vnum suppositum in vna natura, puta in sole, & luna &c. in quibus diffinitio quęcunque data puta de hoc indiuiduo solis, com peteret etiam alteri soli si fieret eiusdem naturæ. Ex his ergo (vel si non ex his, saltem occasione eorum,) authoritate propria vult Anto. Andr. esse notandum, quod communicari pluribus suppositis, nulli naturæ repugnet &c. Non sequitur autem hoc ex dictis Arist. nec eis in aliqua veritate conformatur, ergo nõ loquitur ad propositum intentionis Philosophi. Et sic in expositione intermiscet non intermiscẽda. Neque enim hoc est ad propositum eius quod principaliter concludit, ideam inquam non esse diffinibilem, nec principalis ad hoc medij, huius inquam quod singularia non possunt diffiniri, nec medij secundarij qđ videlicet si fieret alter sol, tunc prioris diffinitio huic competeret, & sic nulli eorum esset propria. Ad veritatem quippe conditionalis non exigitur partiũ eius veritas, immo necessitas consequentiæ & per consequens conditionalis stat cum impossibilitate partis vtriusque. Quomodo ergo ex hac conditionali Philosophi, (si fieret alter sol, tunc diffinitio prioris huic competeret) potest sequi quod non repugnet naturæ solis, quod stat alter ab eo qui nunc est, isto perstante? Et multo minus sequitur illa vniuersalis, quòd videlicet nullæ naturæ specificæ repugnet suppositorũ pluralitas. Pari enim ratione sequeretur quod non repugnaret hominem esse asinum, quia hæc conditionalis, necessaria est, si homo est asinus, homo est rudibibilis. Et iam antecedens fieret consequens, si ad veritatem conditionalis sequeretur necessario veritas antecedentis &c. Cum ergo sic dicis in oppugnatione. Ad propositum, dato quod sub vna specie non sit nisi vnum singulare, non tamẽ repugnat &c.) patet quod non loqueris ad propositum Philosophi, sed tuæ voluntatis. Sat enim Philosopho est, dictum illud, Platonis falsum esse ostendere, eo quod prædictam veram conditionalem tollit. Neque.n. potest esse verum, quod vero repugnat. Et non vult aut innuit aliquo modo alterius vel vtriusque veritatem partis. Immo innuit totum oppositum, cum afferat exemplum in quo nullum [illegible] vnum tantum & esse & posse esse suppositum in natura, vt de[illegible] aperte cognoscere quod et sufficit conditionem [illegible] necessitas, vbi manifesta partium deest veritas. H[illegible] atq; tendi ac probandi modum, quo inquam, falsum aliquid esse, conuincitur, quia veram tollat conditionem, quamuis ex falsis partibus constitutam, obseruant sæpe solennes Philosophi. Ex Commentator in septimo Phys. comment. 2. Dico etiam Thoma approbante, declarat idipsum à Philosopho ibidem obseruari. Verum est quidem quod naturæ specificę vt sic non repugnat multitudinem suppositorum compati, alias nulli id admitteret, vel vt sic, specificatiue interpretato & nõ reduplicatiue. Sed econtrario, verum est etiam naturæ specificæ vt sic necessarium in natura illa suppositi vnitatem non repugnare. Aliàs nulla saluaretur necessario in supposito vnico, contra id quod sensu percipitur in sole & Luna &c. Sed cum his omnibus verissimum est alicui naturæ vt talis natura est, indiuiduorum multitudinem repugnare, vt de sempiternis omnibus speciebus probat egregie Sanctus Doctor in pluribus locis. Præterea. Si ex hoc quod non repugnat naturæ specificæ vt sic, esse plura supposita, & includas sub hoc cõmuni analogo quod dicitur, natura specifica, etiam naturam diuinam (arguis enim à natura diuina ad alias sub isto analogo, natura specifica) pari modo ex eo quod naturæ specificæ non repugnat admittere plura supposita quàm tria, aliàs nulli hoc cõpeteret, iam posset inferri, quod & in natura diuina talis pluralitas non repugnet. Et cum in perpetuis non differat esse & posse, & præcipue in Deo, cui nihil aduenticium est, sed quo ad oĩa sibi possibilia esse ipsum necesse est, iã de facto in eo essent plura supposita quàm tria, quod est hæreticum. Hunc etiam hominem extra propositum satis verba spargere, ex his quę in medium attulit, expresse patet. Recurrit.n. ad sacrilitiam pro suffragio, dum vt Philosophus Philosophis loqui debet in corpore philosophiæ. Num Arist. vnquam concederet, deitatis naturam, suppositorum pluralitatem admittere? Sed compatiendum est viro huic. Cum.n. ad adstruendam falsitatem, nulla ei philosophiæ veritas, nulla authoritas suffragetur, & nihilominus vmbram luci præeligant vespertilionum oculi, voluit Philosophis in philosophia ĩnuere, quod veritatem quasi eorum oĩum, non autem suas vires excedentem, poterat quadam alia altiori & quę eos fugiat veritate firmare. Vt sic & ab ipsis Philosophis dum quæ ipsi negarent tanquam impossibilia, hic pro veritate proponat, & à theologis pariter dum quæ hic affert ex fide, proposito eius non conferant, sed officiant, derisibilis à sapientibus iudicetur. Esse nanque infirmissimum eius motiuum, in medium ad adstruendam falsitatẽ productum, quod erat secũdum principale in hac defensione propositum, sic declaratur. Duplex.n. medium ex dictis suis in oppugnatione hac elici pót. Primum quidem (si extra propositum non loquatur) sumit ex dictis hic, propter prædictam conditionalem. Et de eo iam dictum est & apertissime declaratũ quod insulsum est uat le. Secundum autem medium accipit ex fide categoricæ arguens à minori sic. Si in natura diuina de qua minus uidetur eo quod sit maxime una & simplicissima, inuenitur suppositorum pluralitas, multo magis in alijs etiam sempiternis. Adhuc autem dicimus primo, q natura diuina non habet rationem speciei, uel uniuersalis, & similiter diuinum suppositum non habet rationem indiuidui. Nec natura diuina est communis tribus suppositis sicut uniuersale pluribus indiuiduis, quia uniuersalis cuiusque communitas, rationis est, illa uero realis, una numero essentia realiter existente in tribus. Natura.n. uniuersalis eo communis est, quo supposita, aliquid naturæ superaddunt distinctum ab ea realiter, puta partes materiæ in rebus materialibus quæ non sunt de ratione naturæ in communi, ut patet septimo huius, uel et ex hoc quod natura illa est finita & inclinata ad determinatum esse quod ab ea distinguitur. Naturæ uero diuinæ supposita nihil penitus reale in se habent qđ

non

non sit in natura, immo quod non sit idem realiter ipsi naturæ. Summeque hoc attestatur perfectioni diuinæ naturæ, vt eadem realiter communicetur plurib. sine præiudicio summæ illius simplicitatis, quod in creaturis, quantumcunque naturam boni sapiant, impossibile est inueniri. In ipsa quoque natura diuina, nulla est realis determinatio vel limitatio per distinctum à se esse, sed est ipsum esse subsistens infinitum. Non est igitur simile, sed valde dissimile quod adducit pro simili, eo quod creaturæ aliquæ nobilissimæ in hoc præcipue propinquiores sunt simplicitati naturæ diuinæ, quòd multitudinem suppositorum nõ patiuntur, quæ necessario compositionem in eis induceret, non valentibus illam attingere puritatem, quæ in natura vna & simplicissima, supposita plura subsistit. Secundo ad idem motiuum dicitur ꝙ eo modo quo in diuinis potest saluari ratio speciei, non potest saluari apud theologos & secundum fidem & veritatem ex fide habitam, nisi vnicum esse suppositũ in vnica specie. Nam cum vbicunque inueniatur modus prædicandi generis, non repugnet aliquo modo inueniri rationem illius generis, & consequẽter rationem speciei secundum aliquam analogam vel remotissimam similitudinem, & duorum tantummodo generũ modi prædicandi secundum Augustinum in Deo saluentur, substantiæ inquam & relationis (cætera quippe omnia prædicamenta in substãtiam transeunt & substantialiter prædicantur cum transierũtur in Deum) sequitur quòd non possit inueniri etiam ratio speciei nisi secundum prædictos duos generales prædicandi modos. Sed supposita diuina in esse substantiæ non multiplicantur, cum sint vnius essentiæ, immo vna & eadem penitus essentia & substantia, ideo quoad hoc nõ potest inueniri ratio speciei in diuinis. Et si aliquo modo intelligeretur ibi ratio vniuersalis & cõmunis & speciei, esset vnicum tantum suppositum seu subsistens absolutum, si posset talis natura secundum absoluta, incõmunicabilitatis rationem suscipere, eo modo quo intelligunt iudei & gentiles, & eo modo quo & nos vere dicimus esse tãtum vnum Deum & vnum dominum per se subsistentem, æternum, omnipotentem, vt dicit Athanasius. Non est autem vnum tãtum suppositum in diuina natura. Communicabilis quippe est natura diuina, non quidem vt species, sed quia eadem numero essentia subsistit in tribus. Nec ista trinitas sic est in deitate quasi sint tres deitates, sed multiplicantur personæ diuinæ in esse relatiuo & per relationes. Secundum modum igitur prædicandi relatiuum si concedatur ratio speciei in diuinis personis, sicut multiplicantur supposita, ita multiplicantur relationum species, ita quod pro singula specie, impossibile est esse nisi vnum suppositum. Sunt enim in diuinis sub relatione quasi sub quodam genere, tres quasi relatiuorum species, siue tres relationes quasi specie distinctæ. Quippe cũ alterius speciei sit relatio paternitatis à filiatione, & processio alterius est rõnis (vt ita dixerim) species ab vtraque prædicta. Et pro qualibet istarum relationum supposita eisdem relationib. propria, nisi vnicum esse impossibile est. Probat enim diuus Thomas atque demonstrat non posse in diuinis esse plures filios, & pari ratione nec plures patres, aut plures Spiritus sanctos: Spiratio autem actiua quę etiam relatio realis est in diuinis, licet inueniatur in pluribus suppositis, non tamen cõstituit aliquod eorum. Non enim ab ea, sed ab alijs relationib. constituta, supposita communicant in ipsa spiratione actiua in ratione vnius principij. Sic ergo patet ꝙ id quod assumit pro sensu, pro quo assumere debet vt suo proposito faueat, est erroneum & non solum minus videtur, sed etiam de facto etiam minus est pluralitas suppositorum in vna specie in diuinis, eo modo quo ibi species est. Sed neque etiam ratio sua ad probandum ꝙ minus videatur, est sufficiẽs, quia ratio illa currit in omnibus substantijs separatis. Quælibet.n. talis est de se hęc, secundum Sanctum Thomam. Non debet autem aliquis prudens contra aliquem doctorem sine probatione inducere illud quod à tali doctore negatur. Supponit enim hic quod substantiæ separatæ non sint de se hę, & ex hoc supposito à S. Tho. negato, infert ꝙ minus videatur de natura diuina quod habeat plura supposita, quàm de alijs oĩbus, eo quod ipsa est de se hæc & non alia. Cum ergo dicit mirum esse quod ab aliquibus negatur posse esse sub vna specie plura indiuidua in sempiternis &c. Respondemus quod valde mirum est si sapiẽtes de hoc mirarentur. Sed cum admiratio ex ignorantia procedat, non est mirum quod talibus qualibus hoc mirum sit. Tertio ad idem secũdum motiuum aduersarij dicitur quod authorem suum letaliter lerit dupliciter. Primo quia si ex hoc quòd in diuinis nõ repugnat multitudo suppositorum in vna specie, infertur quod in alijs etiam non repugnat, non repugnaret etiam in sole, luna, & alijs similibus, & sic possent esse plures soles. Hoc autẽ est impossibile, tum primo quia cum in perpetuis nõ differat esse & posse, si possent esse plures soles, iã nunc essent plures soles, quod soli infatuati concederent. Tum secundo quia vel posset esse alius per generationem. Et hoc non, cum corpora cęlestia sint ingenerabilia & incorruptibilia. Aut per simplicem emanationem quæ est ipsa creatio. Et hoc non, quia hanc negat Philosophus, & superfluam ponit simul & theologus, eo quod vnus sufficiat ad inferiorũ productionem & præcipue hominis, & conseruationem, cuius gratia secũdum sacras literas sol factus est sicut & cęlum ipsum, & multitudo, destructionis corruptibiliũ perpetuę causa foret, vt etiam Poeta singens dicit: Solo vtor sole &c. Secundo quia si ex non repugnare in natura diuina multitudinem suppositorum, sequitur à minori non repugnare in alijs, pari ratione ex actualiter esse in Deo plura supposita, sequitur actualiter esse sic in omnibus alijs. Hoc autem esse manifeste falsum nec vetulæ negant. Patet igitur ex his omnibus quod argumentum illud aduersarij derisibile admodum fuit. Et eius author dum contra sanctum Thomam voluit se quasi theologum philosophantibus iactitare, omnibus palam fecit se esse tam philosophiæ quàm theologię valde ignarum. Et hæc de præsenti defensione satis. Amen.

Naturæ diuinę cõmunicabilitas.

LECTIO XVI.

Quo nam modo possibile sit substantiam sensibilem componi ex partibus, quomodo item vnum & ens substantiæ non sint, quid demum Plato recte, vel non recte circa ideas senserit ostenditur.

B E S S. Tex. 56.

MAnifestum autem est, quod etiam eorum, quæ videntur esse substantia, plures potentiæ, & partes animalium sunt, nihil enim eorum separatum est, cum autem separentur, tum entia vt materia omnia, terra, ignis, et aer: nihil enim eorum, vnum est, sed quasi cumulus, ante quàm concoquantur, & ex eis vnum fiat. Maxime autem aliquis, animatorum partes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, vt sint & actu & potentia, eo quòd principia motus ab aliquo in flexibus habent. Quare quædam animalia diuisa viuunt, sed tamen potentia omnia erunt, cum vnum, & continuum fuerit natura, sed non vi, aut copulatione, tale nanque læsio est.

A N T. tex. com. 50 par. 1.

Manifestum est autem quòd substantiarum esse

exiſti-

Hic accipe elemẽta nõ esse actu in mixto.

existimatarum, plurimæ potestate sunt, vt ipsæ partes animalium. Nihil enim ipsorum separatum est. Quando autem separata fuerunt, tunc entia vt materia omnia, terra, ignis & aer. Nihil enim ipsorum vnum est, nisi vt cumulus antequam digeratur, & fiat aliquid ex ipsis vnum. Maxime autem vtique aliquis animatorum partes suspicabitur & eas, quæ animæ propinquæ ambas fieri entes & actu fieri & potentia, eo quod principia motus habeant ab aliquo in iuncturis. Propter quod quædam animalia diuisa viuunt. Sed tamen potentia oĩa erunt, quando vnum fuerit & continuũ natura, sed non vi, aut copulatione. Tale nanque est orbatio.

Alia litera complantatione.

Ostendit quõ substantia componatur ex partibus.

text. com. 5.

Hic Philosophus manifestat quod superius sub dubitatione reliquit, scilicet quomodo aliqua substantia componatur ex partibus, cum supra ostenderit, φ substantia nõ potest componi neque ex passionibus, neque ex substantijs actu existentibus. Et ideo hic ostendit, quòd partes, ex quibus componuntur substantiæ, non sunt substantię actu existentes, sed potentia, dicens, φ cum supra dictum sit, φ quædam sunt, quæ ab omnibus existimantur substantiæ esse, scilicet substantię sensibiles, & partes earum, manifestum est, quòd plurimæ huiusmodi substantiarum sunt in potentia, & nõ in actu, vt patet de partibus animalium, & de omnibus alijs partibus. Dicit autem partes esse plurimas harum substantiarũ, quia cum vnumquodque totum ex pluribus componatur, oportet plures esse partes componentes quàm tota composita. Et φ partes sint in potentia tantum, patet, quia nihil de numero earum est separatum, immo omnes partes inquantum sunt partes, sunt vnitæ in toto. Omne enim quod est in actu, oportet esse ab alijs distinctum, quia res vna diuiditur ab alia per suum actum & per formam sicut supra dictum est. Quando autem ea, quæ ponuntur partes, fuerint separata abinuicem dissoluto toto, tunc quidem sunt entia in actu, non quidem vt partes, sed vt materia existens sub priuatione formæ totius. Sicut patet de terra & igne & aere, quæ quando sunt partes corporis mixti, non sunt actu existentia, sed potentia in mixto. Cum vero separantur, tunc sunt in actu existentia, & non partes. Nullum.n. elemẽtorum {antequam digeratur,} id est antequam per alterationem debitam veniat ad mixtionem, & fiat vnum mixtum ex eis, est vnum cum alio, nisi sicut cumulus lapidum est vnum secundum quid, & non simpliciter. Vel melius {nihil ipsorum,} id est nihil ex ipsis est vnum &c. Quamuis enim omnes partes sint in potentia, tamen maxime poterit aliquis opinari partes animatorum & partes animæ esse propinquas, vt fiant actu & potẽtia, id est vt sint in potentia propinqua actui. Et hoc ideo, quia corpora animata sunt corpora organica habentia partes distinctas secũdum formam, vnde maxime sunt propinqua ad hoc quod sint actu. Et hoc ideo quia habent principium motus ab aliquo determinato, cum vna pars moueat aliam. Sicut patet in iuncturis, in quibus videtur esse principium motus alterius partium coniunctarum, cum contingat vnam moueri, alia quiescente, vt dicitur in libro de motibus animalium. Et propter hoc etiam, quia non solum partes corporis sunt in potentia propinqua actui, sed etiam partes animæ, ideo quædam animalia post diuisionem viuunt, sicut animalia anulosa. Quod ex hoc contingit, quia in toto animali erat vna anima in actu, plures autem in potentia. Facta autem diuisione, fiunt plures animæ in actu. Quod contingit propter imperfectionem talium animalium, quæ requirunt modicam diuersitatem in partibus, eo quod habent animam imperfectæ virtutis, non valentem diuersa operari, ad quæ sit

Text cõ. 49.

Secundo de anima. text. cõ. 93.

necessaria organorum multitudo. Sed tamen quamuis istæ partes animæ & animatorum sint propinquæ actui, nihilominus sunt omnia in potentia, quando totum fuerit vnum & continuum per naturam. Non autem si fiat vnum per violentiam, sicut fidigentur partes vnius animalis cum partibus alterius, aut per complantationem, sicut accidit in plantis. Ante enim quàm surculus insertus vniatur plantæ, est in actu, postea vero est in potentia. {Tale nanque} scilicet vnum esse per violentiam, aut per complantationem {est orbatio,} id est aliquid læsiuum naturæ, & contra naturam existens. Deinde cum dicit.

B E S S. tex. 17

Cum autem vnum dicatur, sicuti & ens, & substantia vnius vna, & quorum vna numero vnum numero, manifestum, quòd neque vnum, neque ens contingit substantiam esse rerum, sicut neque elemento esse, aut principio. Sed quærimus, quid ergo principium, vt ad notiora referamus. Magis igitur his substantia est ens & vnum, quam principium & elementum & causa.

A N T. tex. com. 7 par. 2

Quoniam vero vnum dicitur sicut & ens, & substantia vnius vna, et quorum vna numero, vnum numero, palam quia nec vnum nec ens contingit substantiam esse rerum, sicut neque elemento esse, aut principio. Sed quærimus quidem principium, ut ad notius reducamus. Magis igitur horum substantia est ens & vnum, quàm principium & elementum, & causa.

Ostendit φ vnũ & ens nõ sunt substantia.

Ostendit specialiter quòd vnum & ens non sunt substantiæ, & circa hoc duo facit. Primo præmittit propositum dicens, quòd hoc modo prædicatur de rebus vnum sicut & ens, cum sint conuertibilia, & vnum dicitur de aliqua re propter substantiam eius. Vnius enim est vna substantia, & illa sunt vnum numero, quorum est substantia vno numero. Quod etiã aliquid dicatur ens per suam substantiam, hoc est manifestum, quoniam inquam ita est, palam est quòd neque vnum neque ens contingit esse substantiam rerum, immo prædicantur de substantia sicut de subiecto. Sicut etiam neque hoc quod est {elemento esse aut principio,} id est ipsa ratio principij & elementi dicit substantiam rei quæ dicitur principium vel elementum. Sed quærimus quid sit principium vel elementum vt ad aliquod notius referamus, scilicet ad substantiam subiectam. Sed tamen ens & vnum magis sunt substantia quàm principium, & elementum, & causa. Propinquius enim se habent ad rerum substantiam. Principium enim & causa, & elementum, important solam habitudinem rei ad rem aliquam, sed ens & vnum significat id quod conuenit rei ratione suæ substantiæ. Et tamen nec ens nec vnum sunt substantia ipsa rei. Secundo ibi.

B E S S.

Sed needum ista, si nec aliud quidem commune vllum substantia est, nulli enim inest substantia nisi sibiipsi, et habenti eam, cuius substantia est.

A N T. par. 2

Sed nec ista sunt, si nec aliud commune nihil substantia sit. Nulli nanque inest substantia, sed nisi & habenti ipsam cuius est substantia.

Prima ratio ad id quod supra.

Probat propositum duabus rationibus, quarum primam ponit dicens, quòd cum ista, scilicet ens & vnum sint communia non possunt esse substantiæ, si nullum commune est substantia, vt probatum est. Quod autem nullum commune sit substantia ex hoc patet, quia substantia nulli potest inesse nisi ipsi habenti eam cuius est substantia. Vnde impossibile est substantiam esse communem multorum. Secundam rationem ponit ibi.

Item

BESS.

Item ipsum vnum, in pluribus non erit simul: commune vero simul in pluribus est. quare patet, quod nihil vniuersalium separatim præter singularia est.

ANT. par. 5.

Amplius quod vnum, apud multa non vtique erit simul. Quod autem commune, simul apud multa existit. Quare palam quia nullum vniuersalium existit. prater singularia separatim.

Conclusio generalis.

Dicit quòd hoc ipsum quod est vnum, non potest apud multa simul inueniri. Hoc enim est contra rationem vnius, si tamen ponatur aliquod vnum per se existens vt substantia. Sed illud quod est commune, est simul apud multa. Hoc enim est ratio communis, vt de multis prædicetur, & in multis existat. Patet igitur quòd vnum quod est commune, non potest esse sic vnum quasi vna substantia. Et vlterius palam est ex omnibus prædictis in hoc capitulo quod nullum vniuersale, nec ens, nec vnum, nec genera, nec species habent esse separatum præter singularia.

Deinde cum dicit.

BESS. tex. 58.

Sed qui formas dicunt, partim recte dicunt separantes eas, si substantia quidem sunt: partim non recte, quoniam vnam in multis formam dicunt. Causa vero est, quòd non habent reddere quænam tales incorruptæ substantiæ, præter singulares, & sensibiles, sint. Faciunt igitur easdem specie his, quæ sunt corruptibiles (has enim cognoscimus) ipsum hominem, & ipsum equum, addentes vocabulum, ipsum, sensibilibus. Attamen etiam si non videremus astra, nihil minus, vt puto, essent substantiæ perpetuæ præter eas, quas nos sciremus. Quare nunc quoque, si non habeamus quænam sint, necesse tamen fortassis fuerit aliquas esse. Quod igitur nec eorum quicquam, quæ vniuersalia dicuntur, substantia sit, nec vlla sit substantia ex substantijs, patet.

ANT. tex. 58. p 4.

Sed species dicentes, hic quidem dicunt recte separantes eas, substantiæ sunt, illic autem non recte, quia vnam in multis speciem dicunt. Causa vero, quia non habent reddere quæ tales substantiæ incorruptibiles, præter singulares & sensibiles. Ergo faciunt easdem specie corruptibilibus. Has enim scimus, aut anthropon, id est ipsum hominem, & authippon, idest ipsum equum addentes sensibilibus verbum auto, idest ipsum, seu per se. Quamuis itaque si non videmus astra, non minus existimo forent substantiæ sempiternæ præter eas quas non videmus. Quare, & nunc si non habemus quæ sunt, esse tamen quasdam forsan est necessarium. Quod quidem igitur, neque vniuersaliter dictorum nihil substantia, neque vna ex substantijs, manifestum.

Hic accipe non posse nos substantias immateriales cognoscere quid sit.

Ostendit quantum ad quid Plato recte dixerit, & quantum ad quid non recte, dicens, quòd Platonici ponentes species ideales, in hoc recte dicunt, quod ponunt eas separatas, ex quo ponunt eas substantias singularium. De ratione enim substantiæ est quòd sit per se existens. Non autem posset esse per se existens si in aliquo singularium esset, præsertim quia si vno singularium existeret, in alijs esse non posset. Sicut enim iam dictum est, id quod est, vnum subsistens, non potest in multis esse. Vnde in hoc recte facit Plato ex quo posuit species esse substantias, quod posuit eas separatas. In hoc autem non dixerunt recte, quia dicunt vnam speciem esse in multis. Hæc enim duo videntur esse opposita, quòd aliquid sit separatum per se existens, &

Quid recte aut non recte dixerint platonici de ideis.

Opposita dixit Plato de ideis.

tamen habet esse in multis. Causa autem propter quam inducti sunt Platonici ad ponendum huiusmodi substantias separatas, & tamen esse in multis, hæc est, quia per rationem inuenerunt quòd oportet esse aliquas substantias incorruptibiles & incorporeas, cum ratio substantiæ corporalibus dimensionibus non sit obligata. Sed quæ sunt huiusmodi substantiæ quæ quidem sunt incorruptibiles, & sunt præter has substantias singulares, & sensibiles (non habent reddere,) idest non possunt assignare & manifestare, eo quod nostra cogitio à sensu incipit. Et ideo ad incorporea quæ sensum transcendunt, non possumus ascendere, nisi quatenus per sensibilia manu ducimur. Et ideo ut aliquam notitiam traderent de substantijs incorporeis incorruptibilibus (faciunt,) idest fingunt eas, easdem esse specie substantijs corruptibilibus sicut in istis substantijs corruptibilibus inuenitur homo singularis corruptibilis, & similiter equus. Posuerunt igitur quod etiam in illis substantijs separatis esset aliqua substantia quæ esset homo, & aliqua quæ esset equus, & se de aliis, sed differenter, quia has substantias separatas scimus, ex doctrina Platonicorum per hoc quod dicimus (autanthropon,) idest per se hominem (& authippon,) idest per se equum. Et ita in singulis substantijs sensibilibus ad designandas substantias separatas (addimus hoc uerbum,) idest hanc dictionem auto, idest per se. Ex quo apparet quod Platonici uolebant illas substantias separatas esse eiusdem speciei, cum istis sensibilibus, & solum in hoc differre, quia separatis attribuebant nomen speciei per se, non autem sensibilibus. Cuius ratio est quia in singularibus sunt multa, quæ non sunt partes speciei. Sed in illis substantijs separatis dicebant, tantum esse illa, quæ pertinent ad speciem, & naturam speciei. Ergo homo separatus dicebatur per se homo, quia habet ea tantum quæ pertinent ad naturam speciei. Sed hic homo singularis habet cum his quæ ad naturam speciei pertinent multa alia, & propter hoc non dicitur per se homo. Est autem similis defectus in hac positione, sicut si poneremus quod non uideremus astra, & alia corpora incorruptibilia, & tamen constaret per rationem quod essent aliqua corpora incorruptibilia, & poneremus quod incorruptibilia corpora essent eiusdem speciei cum corporibus corruptibilium. Sicut si diceremus quod corpora incorruptibilia essent bos & homo & equus & alia huiusmodi, ut Poetæ finxerũt in stellis esse arietem & taurum & alia huiusmodi. Sicut igitur si non uideremus stellas non minus (ut existimo) forent (substantiæ corporeæ sempiternæ,) idest stellæ, præter eas quas nos tũc uideremus, scilicet huiusmodi corpora corruptibilia & alterius speciei ab eis. ita etiam & nũc, quamuis nesciamus dicere quæ sunt substantiæ separatæ & cuius naturæ, tamen forsan necessarium est esse quasdam substantia separatas præter sensibiles, & alterius speciei ab eis. Ideo autem dicit (forsan) quia nondum probauerat substantias aliquas esse à materia separatas. Probabit autem in sequentibus. Concludit autem, ultimo conclusionem intentam in toto capitulo dicens, quòd manifesta sunt ex prædictis duo, quorum unum est, quod nihil uniuersaliter dictorum sit substantia, secundum est quod nulla substantia sit ex substantijs, actu existentibus. Vel secundum aliam literam ex non substantijs.

Motiuum Plato. ad fingendũ ideas

Vanitas prędic. motiui

Lib 12 tex. com. 30

Concl. principal. huius tractatus

Ostendit enim supra, quòd substantia quæ est hoc aliquid non fit, ex communibus, quæ significant, quale quid.

LECTIO XVII.

De natura illa, & substantia, quæ est quodquideratesse: quod uidelicet sit principium & causa, & quod eam principium exponitur.

BESS. tex. 59.

Quidnero, & quale quid, substantiam dicere oporteat, rursus aliud quasi principium cum fecerimus, dicamus, fortassis enim ex his erit manifestum de illa quoque substantia, quæ est separata à sensibilibus substantijs. Cum igitur substantia principium, & causa quædam sit, hinc est procedendum.

ANT. tex.com.59 par. 1.

Quid autem oportet, dicere, & quale quidem substantiam, iterum aliud uelut principium facientes dicamus. Forsan enim ex his erit palam, & de illa substantia, quæ est separata à sensibilius substantijs. Quoniam ergo substantia principium, & causa quædam est, hinc est procedendum.

Philosophus in princ. huius Septimi promiserat se tractaturum de substantia rerum sensibilium quæ est quodquideratesse, quam logice notificauit ostendens, quod ea, quæ per se prædicantur, pertinent ad quodquidest, ex quo nondum erat manifestum quid sit substantia, quæ est quodquideratesse. Hanc autem substantiam Platonici dicebant esse uniuersalia, quæ sunt species separatæ, quod Aristotel. supra immediate reprobauit. Unde relinquebatur, quod ipse Philosophus ostenderet quid secundum rem sit substantia, quæ est quodquideratesse. Et ad hoc etiam ostendendum præmittit, quòd substantia, quæ est quodquideratesse, se habet ut principium & causa, quæ est intentio huius capituli. Diuiditur ergo in partes duas. In prima dicit de quo est intentio. In secunda prosequitur suam intentionem, ibi (Quæritur autem ipsum pp quid.) Dicit ergo primo, qđ ex quo ostensum est, quod nihil uniuersaliter dictorum est substantia, ut Platonici posuerant, dicamus quid secundum ueritatem oportet dicere substantiam, scilicet quæ est quodquideratesse (, & quale quid sit) hæc substantia, utrum scilicet sit forma, uel materia, uel aliquid huiusmodi, & hoc inquam dicamus interponentes uel dicentes quasi aliud principium ab eo principio logico, per quod ingressi sumus in principio Septimi ad inquisitionem prædictæ substantiæ. Forsitan enim ex his, quæ dicentur circa quidditates rerum sensibilium, erit palam de illa substantia, quæ est separata à sensibilibus substantijs. Quamuis enim substantiæ separatæ non sint eiusdem speciei cum substantijs sensibilibus, ut Platonici posuerunt, tamen cognitio istarum substantiarum sensibilium est uia ad cognoscendum prædictas substantias separatas. Subiungit autem quid sit illud principium aliud per quod ad propositum procedendum est ad ostendendum est, dicens quòd hinc procedendum est ad ostendendum quid sit prædicta substantia, quod sciamus quod in ipsa substantia est principium quoddam, & causa quedam.

Intentio philosophi in hoc capitulo.

par. sequen.

Deinde cum dicit.

BESS.

Quæritur uero ipsum propter quid, semper sic, propter quid aliud alij alicui inest. quærere nanque propter quid musicus homo sit, certe quærere est quod dictum est, propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. oportet enim ipsum quod, & ipsum esse, existere manifesta entia. Dico autem, utputa, quod Luna patitur eclipsim, ipsius autem quod idipsum, non nisi una ratio, unaque causa in omnibus (propter quid homo est homo, aut musicus, musicus) nisi si quis dicat, quod unumquodque ad seipsum indiuisibile est. hoc autem erat unum esse. sed hoc, & commune de omnibus, & breue, est. Quærat autem aliquis, propter quid homo animal tale quoddam est. hoc igitur manifestum est, quod non quærit propter quid is, qui est homo, homo est. aliquid ergo de aliquo quærit propter quid inest. quod autem inest oportet manifestum esse, si enim non ita, nihil quærit. utputa, propter quid tonat? Quia sonus in nubibus fit. Ita namque aliud de alio est, quod quæritur. & propter quid hæc utputa lateres & lapides domus sunt? Manifestum itaque est, quod causam quærit. hæc autem est quod quid erat esse, ut logice dicam: quæ in quibusdam quidem est cuius gratia. utputa fortassis, in domo & lecto. in quibusdam vero, quod primum mouit. causa nanque etiam hoc. sed talis quidem causa quæritur, dum quippiam fit, vel corrumpitur. altera vero etiam, dum est.

ANT. par. 2.

Quæritur autem ipsum propter quid semper sic, propter quid aliud aliquid alij alicui inest. Nam quærere propter quid musicus homo, musicus homo est, aut est quod dictum est quærere propter quid homo musicus est, aut aliud. Hoc quidem igitur propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. Oportet enim ipsum quia, & ipsum esse, existere manifesta entia.

Dico autem, ut quia luna patitur eclipsim. Ipsius autem quia ipsum, una est ratio, & una causa in omnibus; propter quid homo, homo, aut musicus, musicus. Nisi quis dicat, quia indiuisibile ad ipsum unumquodque. Hoc autem erat unum esse. Sed hoc commune, quia de omnibus, & quod breue.

Quarit autem aliquis propter quid homo est animal tale? Hoc quidem igitur palam, quia non quærit, quare qui est homo, homo est. Aliquid ergo de aliquo quærit, propter quid existit. Quia vero existit, oportet manifestum esse. Nam si non ita, nihil quærit. Ut propter quid tonat? quia fit sonitus in nubibus. Aliud enim ita de aliquo est, quod quæritur. Et propter quid hæc, puta lateres, vel lapides, domus sunt? Palam igitur quòd quærit causam. Hoc autem est quodquideratesse, ut est dicere logice. Quod in quibusdam quidem est cuius causa, ut forsan in domo, aut lecto. In quibusdam vero, quod mouit primum. Nam causa & hoc. Sed talis quidem causa in fieri quæritur & corrumpi, altera vero & inesse.

Quærere propter quid homo est homo est nihil quærere.

Alia litera & Grudin to ni.

Alia uero litera, & quod uerè.

Ostendit quod substantia, quæ est quodquideratesse, sit principium & causa, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quod sit principium, & causa. Secundo cuiusmodi principium sit, ibi (Quoniam uero ex aliquo compositum sit) Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo excludit quoddam quod posset uideri propositæ rationi repugnans, ibi (Latet autem maxime quod quæritur.) Est autem uis suæ rationis talis. Illud, de quo non quærit per quæstionem propter quid, sed in ipsum alia quæsita reducuntur, oportet esse principium, & causam, questio enim propter quid quærit de causa. Sed substantia, quæ est quodquideratesse, est huiusmodi. Non enim quæritur propter quid homo est homo, sed propter quid homo est aliquid aliud. Et similiter est in alijs. Ergo substantia

Ostendit g substantia quæ est quideratesse, sit principium, & causa. Infra pt. 6 par. 3. Vis totius deductiōis philosophi ad principale propositum.

tia rei, quæ est quodquideratesse, est principium, & causa. Dicit ergo primo quod ipsum propter quid semper sic quæritur, idest ipsa quæstione propter qd utimur quærentes, propter quid aliquid aliud inest alicui alij, & non propter quid aliquid sit ipsum. (Quærere enim propter quid homo musicus sit musicus homo, aut est quærere quod dictum est propter quid homo musicus est homo musicus, aut aliud,) quasi dicat cum quærimus propter quid homo musicus est homo musicus, dupliciter potest hæc quæstio intelligi. Vno modo ut id, quod dictum est & positum quæratur, scilicet ut de hoc toto, quod est homo musicus quæratur hoc totum, quod est homo musicus. Alio modo ut quæratur aliud de alio, ut scilicet de homine, qui est musicus quæratur non propter quid sit homo, sed propter quid sit musicus. Et statim reprobat primum modum intelligendi, dicens, quòd quærere propter quid ipsum est ipsum, sicut propter quid homo est homo, nihil est quærere. In omni enim quæstione, qua quæritur propter quid oportet aliquid esse manifestum, & aliquid esse quæsitum, quod non est manifestum. Cum enim sint quatuor quæstiones, ut in Secundo Posteriorum habetur, scilicet an est, quid est, quia est, & propter quid, duæ istarum, scilicet quid, & propter quid, in idem coincidunt, ut ibi probatur. Sicut autem quæstio quid est se habet ad quæstionem an est, ita quæstio propter quid, ad quæstionem quia. Cum igitur quæritur propter quid, oportet illa duo esse manifesta. Secundum enim quod propter quid est idem ei quod est quid, oportet esse manifestum an est. Secundum autem quod propter quid distinguitur à quid est, oportet esse manifestum quia. Et ideo dicit, quod cum quæritur, propter quid, oportet existere manifesta entia ista duo, scilicet ipsum quia & ipsum esse, quod pertinet ad quæstionem an est. Sicut cum quæritur propter quid luna eclipsatur? oportet esse manifestum quòd luna patitur eclipsim. si enim non sit manifestum hoc frustra quæritur propter quid hoc sit. Et eadem ratione cum quæritur quid est homo? oportet esse manifestum, hominem esse. Hoc autem non potest contingere si quæratur propter quid ipsum, ut propter quid homo est homo? uel propter quid musicus est musicus? Scito enim quod homo, est homo, scitur propter quid. Est enim una ratio, & una causa in omnibus, quam impossibile est ignorari, sicut nec alia communia, quę dicuntur communes animi conceptiones, ignorari possibile est. Huius autem ratio est quia unumquodque est unum sibijpsi. Vnde unumquodque de se prędicatur. Nisi forte aliquis uelit assignare aliam causam dicens, quod ideo homo est homo, & musicum est musicum, & sic de alijs, quia unumquodque est indiuisibile ad seipsum. Et ita non potest de seipso negari, ut dicatur homo non est homo. Vnde oportet ut de se affirmetur. Sed hæc ratio differt à prima, quam diximus, scilicet quòd unumquodque unum est sibijpsi. Quia hoc erat unum esse, idest supra posueramus, quod unum significet indiuisibile. Et ideo idem est dicere, quòd unumquodque sit unum sibi, & indiuisibile ad seipsum. Sed etiam dato, quod hęc esset alia ratio à prædicta, tamen hoc etiam est commune omnibus, quia unumquodque est indiuisibile ad seipsum (Et est quod breue,) idest se habet ad modum principij, quod est paruum quantitate & maximum uirtute. Vnde non potest quæri quasi ignoratum, sicut nec alia principia communia. Alia translatio habet. Et est similis tonis quasi dicat & colonar ucrum in omnibus. Alia uero litera habet. Et est ue rum, subaudiendum, per se manifestum. Sic igitur patet, quod non potest quæri propter quid ipsum.

Huius qđ est hominē esse hominē nulla est cā, & sic de similibus.

Coordinatio notabilis quatuor quæstionū.

vnumodq; esse ipsum quod est, p se notū est.

Vnde relinquitur, quòd semper quæritur propter quid hoc sit aliud hoc. Et hoc subsequenter manifestat dicens, quod si aliquis quæreret propter quid tale animal est homo? hoc quidem igitur palā quod non quæritur propter quid homo est homo. Et sic patet quod aliud de aliquo quæritur propter quid existit, non idem de seipso. Sed cum quæritur aliquid de aliquo propter quid existit, oportet manifestum esse, quia existit. Nam si non sit ita, ut scilicet si non sit manifestum quod existat, nihil quærit fortasse de eo quod non est. Vel aliter ut referatur ad superiora. (Nam si non sit ita,) idest si non quærit aliud de alio sed ipsum de seipso, nihil quærit, ut iam ostēsum est. In quærendo autem propter quid de aliquo aliquando quæritur causa, quæ est, forma in materia. Vnde cum quæritur, propter quid tonat? Respondetur, quia sonitus fit in nubibus. hic enim cōstat quod aliud de alio est quod quæritur. Est enim sonitus in nubibus, uel tonitruum in aere. Aliquando autem quæritur causa ipsius formæ in materia, quæ est efficiens uel finis, & cum quærimus propter quid hęc scilicet lapides, & lateres sunt domus? In ista enim quæstione est aliquid de aliquo quod quæritur scilicet domus de lapidibus & lignis. Et ideo Philosophus non dixit simpliciter, quod quæratur quid est domus, sed propter quid huiusmodi sunt domus. Palam igitur est, quòd ista quæstio quærit de causa quæ quidem causa quęsita, est quod quid erat esse, logice loquendo. Logicus enim considerat modum prædicandi, & non existentiam rei. Vnde quicquid respondetur ad quid est, dicit pertinere ad quodquidest, siue illud sit intrinsecum, ut materia & forma, siue sit extrinsecum, ut agens uel finis. Sed philosophus qui existētiam quærit rerum, finem uel agentem cum sint extrinseca non comprehendit sub quod quid erat esse. Vnde si dicamus domus est aliquid prohibens à frigore & caumate, logice loquē do significatur quodquideratesse, non autem secundum considerationem Philosophi. Et ideo dicit, quod hoc quod quæritur, ut causa formæ in materia est quodquideratesse, ut est dicere logice, quod tamen secundum rei ueritatem, & physicam considerationem in quibusdam (est cuius causa,) idest finis, ut in domo, ut in lecto. Exemplificat autem de artificialibus, quia in eis est maxime manifestum quod sunt propter finem. Quamuis enim natu ralia sint propter finem, fuit tamen hoc à quibusdam negatum. Potest igitur cum quæritur propter quid lapides & ligna sunt domus, responderi per causam finalem, scilicet ut defendatur à frigore & caumate. In quibusdam uero id, quod quæritur, ut causa formæ in materia (est quod mouit primum,) idest agēs. Nam hoc etiam est causa. Vt si quæritur propter quid lapides & ligna sunt domus? potest responderi, propter artem ędificatiuam. In hoc tamen differt inter causam agentem & finalem, quia talis causa, scilicet agens, quæritur in fieri, & corrumpi. Altera autem causa scilicet finalis non quæritur solum in fieri, & corrumpi, sed etiam in esse. Et hoc ideo, quia agens est causa formæ in materia transmutando materiam ad formam, quod fit in generari & corrumpi. Finis autem inquantum mouet agentem per intentionem, est causa etiam in fieri & corrumpi. Inquantum uero res per suam formam ordinatur in finem, est etiam causa in essendo. Vnde cum dicitur quod lapides & ligna sunt domus propter ędificatiuam, intelligitur quod ædificatiua est causa fiendi domum. Cum uero dicitur quòd lapides, & ligna sunt domus, ut defendamur à frigore & caumate, potest intelligi q̄ propter hoc facta sit domus, & quod propter hoc esse domus sit utile. Hic autem loquitur

Q' propter quid semp quærit de alio aliud.

Aliter logicus & aliter metaphysicus conside rant quodquidest.

In quę differant finalis, & efficiēs cā

In quo agēs diuinū naturalem superet.

Philosophus in substantijs sensibilibus. Vnde intelligendum est quod hic dicitur solum de agente naturali, quod agit per motum. Nam agens diuinum quod instituit esse sine motu, est causa non solum in fieri, sed etiam in esse. Deinde cum dicit.

B E S S.

Latet autem præcipue, quod quæritur, in his, quæ non de alijs dicuntur (utputa quæritur homo quid est) eo, quòd simpliciter, neque determinatur, quòd hæc uel hoc.

A N T. par. 3.

Latet autem maxime quod quæritur, in his quę non de alijs dicuntur, ut homo quid est quæritur, propter simpliciter dici? sed non diffinite, quia hoc aut hoc.

Mouet dubium circa dictæ proximæ. par. seq. par. 5.

Quia superius dixerat, quod cum quæritur propter quid, semper quæritur aliud de alio, & hoc uidetur in aliquo modo quærendi habere instantiā, ideo mouet hic circa hoc dubitationem, & soluit. Vnde circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi (Sed oportet corrigentes quærere.) Tertio insert quoddam corrollarium ex dictis, ibi (Palam igitur quod in simplicibus.) Dicit, ergo primo, (quod id, quod quæritur,) scilicet in qualibet quæstione quæri aliud de alio (maxime latet,) idest dubitationem habet (in his, quæ non de alijs dicuntur,(idest in quæstionibus, in quibus non prædicatur aliqđ, de aliquo, sed fit quæstio de aliquo uno simplici, ut cum quæritur quid est homo? hoc inquam latet propter simpliciter dici,(sed non diffinite quia hoc, aut hoc,) idest ista est causa dubitationis, quia in talibus simpliciter profertur aliquid unum, ut homo, & non proferuntur in quęstione, illa quibus conuenit esse hominem, sicut partes, uel etiam aliquod hominis suppositum. Sed uidetur hæc dubitatio non esse ad propositum. Locutus enim fuerat supra Philosophus de quęstione propter quid est, & non de quæstione quid est. Hoc autem dubitatio instat de quæstione quid est. Sed dicendum, quod quæstio quid, & propter quid in idem quodammodo incidunt, ut est dictum. Et ideo quæstio quid est, potest transformari in quæstionem propter quid. Quæstio enim quid est, quærit de quidditate propter quam id, de quo quid est, quæritur, prædicatur de quolibet suorum subiectorum, & conuenit suis partibus. Propter hoc enim Socrat. est homo, quia conuenit ei illud, quod respondetur ad quæstionem quid est homo. Propter hoc etiam carnes, & ossa sunt homo, quia quodquidest homo est in carnibus, & in ossibus, Idem ergo est quærere quid est homo, & quærere propter quid hoc, scilicet Socrat. est homo? uel propter quid hoc, scilicet carnes, & ossa sunt homo? Sicut & supra quærebatur propter quid lapides & ligna sunt domus? Et ideo etiam hic dicit quod hoc facit dubitationem, quod in quæstione non additur hoc aut hoc. Si enim adderetur, manifestum esset qđ esset eadem ratio in quæstione qua quæritur quid est homo & in alijs quęstionibus de quibus supra dixit.

Obiectio. tex. com. 59 Solutio. Vbi supra.

Deinde cum dicit.

B E S S. text. 60.

Oportet igitur recto disponentes quærere, quod si non, commune sit eius, quod nihil est quærere, & eius, quod aliquid quærere. Cum autem & habere & existere ipsum esse oporteat, manifestum est, quod propter quid est ipsam materiam quærit, utputa, hæc sunt domus, propter quid? quia hæc existunt, quod erat domui esse, & homo hoc, ut corpus hoc tale habens, quare? causa materiæ quæritur, hæc autem est forma, qua aliquid est. hęc autem est substantia.

A N T. tex com. 60 par. 4.

Sed oportet corrigentes quęrere. Si autem non, commune eius quod nihil quęrere, & eius quod quærere aliquid, sit. Quoniam uero oportet habere & existere ipsum esse, palam itaque quia quęrit materiam propter quid est, ut domus hęc propter quid? quia hęc existunt quod erat domui esse, & homo hic? aut corpus tale habens? Quare causa quęritur materię. Hoc autem est species qua aliquid est. Hęc autem substantia.

Soluit prædictam dubitationem dicens, quod ad hoc quod prædicta dubitatio circa præmissam quæstionem excludatur,(oportet corrigentes quærere,) idest oportet quæstionem præmissam corrigere, ut loco eius quod quærebatur quid est homo, quæratur propter quid Socrat. est homo? uel propter quid carnes & ossa sunt homo? Si autem non sic corrigatur ista quęstiu, sequitur hoc inconueniēs, quod aliquid sit commune eius quod est nihil quærere, & eius ꝙ est quærere aliquid. Dictum est enim supra, quod quęrere ipsum de seipso, est nihil. Quærere autem aliquid de alio, est aliquid quærere. Cum ergo quæstio propter quid, in qua quæritur aliquid de alio, & quæstio quid, in qua non uidetur quæri aliquid de alio, nisi prædicto modo corrigantur, sibiinuicem communicent, sequetur quod aliquid sit commune quęstioni, in qua nihil quæritur, & in qua aliquid quæritur. Vel aliter. Si non corrigatur quæstio ista, sequetur quod aliquid sit cōe eius quod est nihil quærere, & eius quod est quærere aliquid. Tunc .n. aliquid quæritur, qn̄ fit quęstio de eo quod est, tunc uero nihil quęritur, quando fit quęstio de eo qđ non est. Si ergo in quęstione qua quęritur, quid est, non oportet aliquid supponere, & aliud quęrere de illo, posset ista quęstio fieri & de ente & non ente. Et ita quęstio quæ est quid est, esset communiter facta, & de aliquo & de nihilo. Quoniam uero in hac quæstione, qua q̄ritur quid est homo, oportet habere notum existere uerum hoc ipsum quod est esse hominem, aliter nihil quæreretur, sicut cum quæritur propter quid sit eclipsis, oportet esse notum, quia est eclipsis, palā est, qđ ille, qui quærit qd est hō q̄rit pp quid est. Nā esse est præsuppositū ad hoc qđ quæritur, quid est, quia est præsuppositum ad propter quid. Sicut cum quærimus quid est domus? idem est ac si quæreremus propter quid hæc, scilicet lapides & ligna sūt domus? propter hæc scilicet (quia partes domus existunt id quod erat domui esse,) idest propter hoc quod quidditas domus inest partibus domus. Dictum est enim supra quod in talibus propter quid, quandoque quęrit formam, quandoq; agentem, quandoque finē. Et similiter cum quærimus quid est homo, idem est ac si quæreremus propter quid hoc, scilicet Socrat. est homo? quia scilicet inest ei quidditas hominis. Aut etiam idem est, ac si quæreretur propter quid corpus sic se habens, utputa organicum, est homo? Hęc enim est materia hominis, sicut lapides & lateres domus Quare manifestum est ꝙ in talib. quæstionibus quæritur (causa materiæ,) idest propter quid materia ptingat ad naturam eius quod diffinitur. Hoc autem quæsitum quod est causa materię (est species) scilicet forma qua aliquid est. Hoc autem (est substantia) .i. ipsa substantia quę est quodquideratesse. Et sic relinquitur quod propositum erat ostendere, scilicet quod substantia sit principium & causa.

Soluit dubitationem prædictam. tex. co. 59.

tex. co. 59.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Patet itaque quod de simplicibus non est aliqua quęstio neque doctrina, sed alius talium quęstionis modus.

A N T. par. 5.

Palam igitur quoniam in simplicibus non est, quęstio, nec doctrina, sed alter modus quęstionis talium.

Corollariū.

Infert quoddam corollarium ex dictis dicens, ꝙ ex quo in omnibus quæstionibus quæritur aliquid de aliquo, sicut de materia causæ, quæ est formalis uel causa formæ in materia, ut finis & agens, palam

est

est, quod in substantiis simplicibus, quæ non sunt cõpositæ ex materia & forma, non est aliqua quæstio. In omni enim quæstione, ut habitum est, oportet aliquid esse notum, & aliquid quæri quod ignoramus. Tales autem substantiæ, uel totę cognoscuntur, uel totæ ignorantur, ut in Nono infra dicetur. Vnde nõ est in eis quæstio. Et propter hoc de eis etiam non potest esse doctrina, sicut est in scientiis speculatiuis. Nam doctrina est generatio scientiæ, scientia autem fit in nobis per hoc quod scimus propter quid. Syllogismi enim demonstratiui facientis scire, medium est propter quid est. Sed ne uideatur consideratio talium substantiarum omnino aliena esse à physica doctrina, ideo subiungit, quod alter est modus quęstionis talium. In cognitione enim harum substantiarũ non peruenimus nisi ex substantijs sensibilibus, quarum substantiæ simplices sunt quodammodo causæ. Et ideo utimur substantijs sensibilibus ut notis, & p eas quærimus substãtias simplices. Sicut philosophus infra, per motum inuestigat substantias immateriales mouentes. Et ideo in doctrinis & quæstionibus de talibus, utimur effectibus, quasi medio ad inuestigandum substantias simplices, quarum quidditates ignoramus. Et etiam patet, quod illæ substantiæ comparantur ad istas in uia doctrinæ, sicut formæ & aliæ causę ad materiam. Sicut enim quęrimus in substantijs materialibus formam, finem, & agentem ut causas materiæ, ita quęrimus substãtias simplices ut causas substantiarum materialium.

In simplicibus naturæ quæstio. tex. c. 59. tex. co. 22.

Deinde cum dicit.

DEFENSIO XIX.

Simplicium tantum substantiarum non esse quęstionem uel doctrinam.

HOc in loco Antonius andrea impugnat sancti Tho. expositionem qua simplicia in quibus dicit Philosophus non esse quæstionem, ipse diuus Thom. interpretatur substantias separatas. Dicit ergo Anto. andr. Notandum quod istam literam quidam expositor aliter exponit, uolens per simplicia intelligere substantias simplices non compositas ex materia, & forma. Quia enim in omni quęstione aliquid est notum, & aliquid ignotum quod quæritur, iõ tales subæ non subsunt qõni, quia uel totæ cognoscuntur vel totę ignorãtur. Et eadẽ rõne de eis non est doctrina scientifica, quæ fit ex hoc quòd scimus per syllogismũ propter quid. Sed talium est alius mos quæstionis, quatenus cognoscuntur per effectum, puta per substantias sensibiles, quæ nos aliqualiter ducunt in earum cognitionem. Sed contra. Nam substantiæ simplices & si sint simplices quantũ ad suã intrinseca essentialia, nihilominus habent aliquas proprietates de eis scibiles per demonstrationẽ saltem intellectui potenti eas cognoscere, ut ostensum est in sexto huius, & per consequens potest formari de eis quæstio propter quid terminabilis etiam doctrinam demonstratiuam. Aliter ergo dicendum est, quod per simplicia intelliguntur termini incõplexi quicunque, de quibus non est quęstio terminabilis per demonstrationem, & doctrinam syllogisticam. Nam demonstratio & doctrina syllogistica semper est de quæstione, quæ est complexa. Concludit enim passionem de subiecto per medium propter quid, dicens causam, sed est de eis alius modus quæstionis & ostensionis, scilicet diffinitiuus. Nam sicut demonstratio est complexi, ita diffinitio incomplexi. hæc ille formaliter. Pro defensione igitur doctrinæ sancti Thomæ & ueritatis, tria faciam. Primo ostendam, quod Anto. and. expositio non est ad mentem Philosophi. Secundo, quod expositio sancti Thomę est de intentione Aristote. & Coment. hic: tertio respondebo ad eius motiuum. Primum sic patet. Nam Aristotel. in hoc capitulo ultimo huius septimi, uolens ostẽdere quod quodquidest substantiæ sensibilis, de qua in toto septimo pertractat, & in octauo, sit principium, & causa, inducit inter cætera, quòd quæstio propter quid non est nisi de alio, quia uidelicet, uel quæritur forma in materia, ut si quæratur, Propter quid tonat? respondetur quia est sonitus in nubibus, quod est reddere formam in materia esse. Vel quia quæritur causa formæ in materia, ut, Propter quid lapides & ligna sunt domus? & respondetur de causa finali, uel efficiente, quæ pertinent ad, quòd quid est logice, ut dicitur in litera, non autem essentialiter. Deinde Aristotel. inducit dubitationem circa hoc quod dictum est, quæstionem inquam propter quid, quærere semper de alio. Nam id uidetur esse falsum cum quæstio formatur in termino simplici, puta cum quæritur quid est homo? Respondet aut huic dubitationi Philosoph. quod oportet hanc quæstionem, qua scilicet quæritur quid est homo, corrigere, & reducere ad propter quid, ut dicatur propter quid iste homo, puta Socrates, est homo, & tunc est quæstio de alio. Et usque ad hoc, cum Ant. andr. concordamus, ut patet in expositione sua. Qui tamen, non aduertit quomodo impossibile est, his stantibus, quod exponatur ad mentem Aristotel. textus sequens de terminis simplicibus, ut ipse facit. Hoc ipsum autem ex quatuor deducitur. Primo. Quia ex declaratione qua ostenditur aliquid esse tale in uno sensu determinato, & nõ alio, non potest inferri pro corrollario quod illud sit tale absolute, ut de se patet. Sed Aristotel. soluendo prędictam dubitationem ortam ex simplicitate termini, puta cum quæritur quid est homo, dicit quod in simplicibus terminis non est quæstio, nisi corrigatur, reducendo uidelicet ad complexionem, ergo corollarium, quòd textus sequens promit, non est hoc quod scilicet in simplicibus terminis absolute non sit quæstio propter quid, sed alius modus quæstionis &c. Induci autem illud dictum pro corrollario tam Anto. andr. quàm Mauritius fatetur, ergo &c. Secundo. Corrollarium est cõclusio una sequens ex alia prius inducta, sed si ly simplicibus, in illo textu exponatur pro simplicibus terminis, non erit conclusio ista alia ab ea, quæ præinducta est. Ergo, cum sit corrolarium etiam per te, nõ potest sic ille textus interpretari. Patet minor, eo quod occurrendo dubitationi, Philosophus dicit, quod nisi quæstio in simplici termino facta corrigatur, erit aliquid commune ei quod est nihil quærere, & ei quod est aliquid quærere, quod secundum primam expositionem magis ab Anto. and. approbatam est dicere, quod in talibus non est quæstio, quia esset quærere idem de seipso, puta propter quid homo est homo, quod supra Aristotel. dixit esse nihil quærere, & sic idem est ac si dicatur quod in terminis simplicibus non est quęstio. Quomodo ergo potest hoc ipsum inferri ex seipso pro corollario.? Tertio occurrendo prædictæ dubitationi & corrigendã docendo innuitur, immo manifestatur, quod Aristote. dedit sufficienter modos quibus in simplicibus terminis potest esse quæstio, uidelicet nõ quatenus simplices sunt, sed quatenus, complexio admiscetur, alias Aristote. fuisset diminutus non assignando omnes modo simplicium terminorum, ut exigebat proposita quæstio. Et si sic, tunc falsum esset quod dicitur in corollario, sed est alter modus quæstionis talium. Si enim omnes fuissent sufficienter assignati, non remaneret alius modus. Et confirmatur, quia quæstioni non satisfecisset. Nam potuisset aliquis dicere Aristot. q non est corrigenda quæstio illo modo,

do,sed est alius modus quęstionis in his simplicibus, in quibus tamen non quæritur aliud de alio, cum sint simplicia. Et sic adhuc remaneret obiectio contra hoc videlicet quòd non sit semper quæst. de alio. Quarto si exponatur corollarium illud de terminis simplicibus, & dicatur, quod de eis est alter modus quæstionis, non erit alius modus quæstionis nisi si factus per terminos quæstionales, seu quæstionem promentes. Sunt autem secundum Aristotel. secundo posteriorum tales termini quinque, duo eandem quęstionem significantes, si est inquam, & an est, & tres singulas quæstiones significantes, quia est, quid est, & propter quid est. Sed harum quæstionum an est, & si est, reducuntur ad quid est, & tam quia est quàm quid est reducuntur ad propter quid est, ut patet secundo posteriorum, quod & Anto. andr. hic fatetur, ergo in omnibus in quibus inuenitur aliquis prædictorum modorum, inuenitur etiam propter quid. Cum ergo Aristotel. hic dicat quod in simplicibus inuenitur alter modus quæstionis, si intelligit de simplicibus terminis ut dicit Anton. andr. & de prædictis modis, ut necesse est, nisi Aristote. tradiderit diminutam doctrinam de numero quæstionum. Sequitur quod & in eis inueniatur etiam propter quid quod etiam concesit Aristotel. dum dixit esse corrigendam quæstionem quid est, sic quod reducatur ad propter quid. Falsum ergo esset quod pro corollario infert, hoc inquam quod in simplicibus non est quęstio. Et confirmatur primo quia ille alius quæstionis modus non potest esse nisi diffinitiuus, ut Anton. andr. asserit. Sed habita diffinitione, habetur propter quid, ergo si est manifestatio per diffinitionem, est manifestatio per ipsum propter quid, & per doctrinam quæ manifeste respondet quæstionibus quid & propter quid. Confirmatur secundo quia modus diffinitiuus non est formaliter modus quęstionis, sed determinationis & declarationis. Aris. autē, dicit quod in talibus est alter modus quæstionis, ergo male exponitur de modo diffinitiuo. Non potest igitur textus ille Aristotel. exponi de terminis simplicibus. Et hæc de primo. Secundum autem quod supra propositum est, bonam, inquam, esse S. Docto. expositionem, & Aristotel. eiusque Commenta. intentioni consonam, etiam ex prędictis aperte conuincitur. Cum enim simplicia non sint nisi uel termini, uel res, si exponendo de terminis, falsa est, & contra mentem Philosophi, sequitur à sufficienti diuisione, quod bona sit expositio, quæ datur de simplicibus rebus. Esse etiam hanc eandem diui Thomæ expositionem ad mentē Aristotel. clare patet ex supra inducto Aristotel. processu. Declarans quippe Aristotel. quomodo quęstio propter quid semper est de alio, dicit hoc ideo esse, quia in hac quæstione oportet esse aliquid notum & aliquid ignotum, aliàs inutilis esset quæstio. Notum siquidem est ipsum propter quid seu causa quę terminat quęstionem propter quid. Puta si quęratur propter quid luna eclipsatur notum est lunam eclipsari, sed ignota est causa talis eclipsis, qua demū reddita quod uidelicet fit ex hoc quod terra diametraliter ponitur inter solem & lunam ipsam, tunc terminata est quæstio propter quid. Ergo hæc quorum unum est notum & aliud ignotum, oportet esse duo. Neque enim potest idem ut sic, esse notum & ignotum simul. Et cum causa & effectus distinguātur realiter, oportet hęc duo esse distincta realiter. quod non, nisi in substantiis materialibus quo ad ea, quę de substantia eorum sunt, inueniri potest in quibus solis quod qd est differt ab eo cuius est, ut patet in 7. t. c. 41. Et de his loquitur & determinat hic Ari. in quibus sunt duo, scilicet materia & forma, seu materiale & formale, suppositum & natura. Accipitur enim hic forma pro forma totius seu pro quidditata extra quā sunt partes materiales, puta hæc ossa, & hæ carnes &c. & forma partis, cuius unionis cum materia, puta animę cum corpore organico, ex qua est corpus animatum, causa quæritur per quęstionem propter quid. Est ergo notum in omnibus his quod suppositum habet naturam, puta quod Socr. est homo, uel quod in materia sit forma, puta quod in laterib. & lignis forma domus, uel in carnibus & ossibus anima, & hęc sunt nobis nota uel per sensum, uel quomodo libet per effectus, quod est talia esse nobis nota quātum ad quia est. Ignota autem nobis est cā talis esse, cum quęrimus propter quid talia sunt. Et tūc terminatur talis, quæstio, quod quidditas reddit pro causa, puta dicendo, ideo Socr. est homo, quia est animal rationales ideo lapides & ligna sunt domus, q̄a habent talem uel talem dispositionem. Vel etiam cum redditur causa efficiens uel finalis, quæ concurrunt (logice tamen) ad quodquidest. Sunt ergo secundū Aristotel. processum duo distincta in substantia sensibili necessario requisita ad hoc, quod in ea possit fieri quęstio propter quid, unum materiale, aliud formale, unum notum, aliud ignotum. Ex hac autem affirmatiua, quod ubi inuenitur quæstio propter quid oportet esse prędicta duo, sequitur collarie ista negatiua quod ubi prædicta duo inueniri non possunt, ibi etiam non possit inueniri quæstio propter quid. Cum ergo in simplicibus non sit compositio ex materia & forma, nec quod quid est in eis differat ab eo cuius est, nec suppositum proprie & essentialiter à natura, nec in eis possit esse aliquid notum & aliquid ignotum eo quod cum sint simplices in substantia non habeant aliquid & aliquid, sed aut totę cognoscantur aut nihil, ut etiam dicit Aristotel. 9. huius tex. commen. 22. sequitur aperte tanquam corollarium, quòd in substātiis simplicibus nō sit quęstio propter quid. Vnde & Aristotel. ubi supra post prędicta uerba statim subdit confirmationem eorum quę hic dixerat, quod uidelicet quodquidest quęritur de ipsis si talia sunt aut nō, quasi dicat. In talib. non est quęstio propter quid, sed tantum quęstio quid, quę q̄rit de quidditate in se. Quia autem is qui nunc dictus est, sit processus Aristotel. patet ex duobus. Primo ex intentione sua. Secundo ex litera, & pręcipue ex exemplo. Ex intentione quippe, quia intendit in hoc capit. de quidditate substantiarum sensibilium tractare, ut per eas possit in inmaterialium cognitionem aliqualiter nos deducere, ut ipsemet in principio capituli testatur. Et cum de hac quidditate tractauerit hactenus logice in hoc septimo, nunc intendit de ea loqui quantum ad conditiones reales, & specialiter, quod ei competat esse causam, & principium. Et cum sequatur si est principium essendi, quòd sit etiam principium cognoscendi, docere autem quomodo aliquid sit principium cognoscendi specter ad logicam considerationem, eo quod ad modum sciendi pertineat, sequitur quod dum Philosophus probat ꝙ quidditas est causa, & principium substantiæ sensibilis ex eo quod est terminus quæstionis propter quid, quod est dicere ex eo quod principium & causa cognoscendi & terminandi quæstionem & dubitationem intellectus, non egreditur limites logicalis processus, docens modum quo in substantiarum sensibilium cognitionem deuenire possimus. Et hac de causa, non ad octauum lib. transtulit considerationem istam, tametsi de reali conditione substantiarum sensibilium esset inuestigatiua. Propter modum siquidem inuestigandi ad logicum pertinentem, sub septimo eam clausit. Congruum autem fuit, ut sicut ex cognitione substantiarum sensibiliū cōquisita promittit se Philosophus

phus

phus aliquid traditurum de simplicium, & spiritualium substantiarum cognitione, quod postea obseruat, dum per negationem conditionum substantiarum sensibiliũ,& insuper p effectus introducit ad aliqualem cognitionem intellectualium, maxime in 12. ita dum modum tradit cognoscendarũ harum quæ dictæ sunt substantiarum sensibilium, aliquid etiam subinserat uel spondeat de earundem substantiarum spiritualium cognoscendi, modo. Quod obseruat dum ex illo intulit quod in simplicibus non est talis modus cognoscendi qualis est in compositis substantijs. Sed alius, qui scilicet manifestabitur, saltem exercite, dum de eis sermo fiet in duodecimo. Patet ergo quod secundum intentionem Aristotel. corollarium illud non nisi de substantijs simplicibus interpretandum est. Ex litera etiam Aristotel. hoc idem expresse habetur. Nam postquam probauit quod quomodo propter quid, est inter duo, quorum unum est notũ & aliud ignotum, & dedit exempla ad hoc diuersa, ut propter quid luna eclipsatur, propter quid hic homo est homo, propter quid tonat, propter quid lateres & ligna sunt domus &c. in quibus exemplis semper est aliquid materiale proprie, & aliquid formale ipse demum soluendo interpositum dubium de quęstione in termino simplici, exercita per ly quid est, dicit inter cætera quod quęrens propter quid, quærit materiam, puta propter quid, scilicet Soc. uel Plato. uel habens tale corpus organicum, scilicet ex carnib. & ossibus, sit animal. Corpus autem organicum in animali est materia, ut patet ex diffinitione animæ secundo de anima. Et post hæc subiungit, Quare causa quæritur materiæ? Hoc aũt est species & substantia, quæ est quodquid erat esse, de quo supra probare assumpserat quod principium & causa esset. Et sic cõcludit intentum, hoc inquam quod quid est, sit causa eo, quod sit causa materiæ, & respondetur ad quæstionem factam per propter quid de materia. Ex hoc autem statim infert & de necessitate sequitur, quod ubicunque non est materia proprie dicta, & consequenter non potest quæri causa unionis formæ cum materia, ibi non est quæstio propter quid. Licet autem prædictorum exemplorum quædam exprimant formas accidentales, proposito tamen hoc non officit, sed confert, dum per ea quæ nobis magis sunt manifesta docet quid circa substantias attẽdendum sit. Sic enim & principia naturæ in primo physico, & 8. huius, materiam inquam & formam substantialem, per accidentales transmutationes & formas exemplificando notificauit. Commen. etiam hanc esse sententiam patet ex uerbis eius. Exponens enim hunc Philosophi textum dicit. In rebus simplicibus, non compositis, non est quæstio. Hæc autem uerba non essent ad propositum si de terminis, & non de rebus iste textus esset interpretandus. Et defecisset Commẽta. cum nullam aliam adducat huius textus interpretationem. Dicit autem Aristotel. quod in talibus scilicet simplicibus est alius quæstionis & doctrinæ per quæstionem uidelicet conquirendę modus. Ex uerbo non negatur omnimode in talibus esse quæstionem propter quid, sed potius asseritur. Cum enim omnis quæstio ad propter quid reducatur, ut supra dictum est, & ex Aristotel. habetur 2. poste. Affirmando quod in simplicibus est alius modus quæstionis. Oportet affirmare quod ibi sit & quæstio propter quid saltem reductiue. Sed bene uerum est quod nõ est idem in utrisque huius quæstionis modus. Nam in materialibus & sensibbilius, ipsum propter quid terminatur ad quidditatem quæ est causa uel intrinseca uel extrinseca eius de quo quæritur. In spiritualibus uero substantijs quæstio propter quid terminatur non ad propriam quidditatem, sed ad id quod loco ignotæ earum quidditatis ad innotescendum assumpsimus, scilicet ad effectum quem assumimus loco diffinitionis causę, ut de cã illa nobis aliquid innotescat, sicut in duodecimo huius, & etiam in. 8. phy. inuestigat Philosophus esse quasdam substantias immateriales, & multas conditiones naturę earum, per hunc effectum nobis notum qui est mouere motu sempiterno corpora cœlestia. Licet autem cognitio per effectum ut sic, sit cognitio quia, & non propter quid, ex. 1. poste. Cognitio tamen per effectum inquãtum illo utimur loco diffinitionis causę potest dici cognitio propter quid, sicut & cognitio habita de re per diffinitionem ipsam, quamuis non ita proprie, nec de se. Non est ergo in talibus substantijs ille quæstionis propter quid modus qui est in sensibilibus substantijs, nec quantum ad cognitionem nostram, cum sint nobis ignotę quantũ ad quodquidest. Nec secundum se, seu etiam quantum ad intellectum potentem in illas, cum quidditas talium substantiarum non sit causa earum. Eadem enim penitus illis est, nec differt in talibus suppositum & natura proprie Nec est etiam causa alicuiui quæ in earum substantia sit, ut pars, cum sint impartibiles. Et propter hoc nõ per quęstiones aut per discursum à talibus intellectibus cognoscuntur, aut habẽt de eis doctrina, sed statim unico intuitu ab eis cognoscitur tota ipsa substantia, & conclusiones in principijs simul uident: Vnde si posset in eis inueniri idem modus quæstionis & doctrinę, eodem modo possent cognosci, & de eis ueritas haberi, sicut de compositis, cõtra Philosophũ ubi supra, & nihil cognoscunt de eis qui non totam eorum substantiam cognoscunt, ut supra dictum est ex Aristotel. nono huius. t. com. 22. Et hęc de secundo. Quantum ad tertium supra propositũ, restat ad aduersarij motiuum contra S. Th. inductum respondere. Ad quod primo dicimus quod cum sermo tanti Philosophi sit formaliter intelligendus, de simplicibus loqui eum non nisi quatenus simplicia sunt, accipiendum est. Et hoc est secundum substantiam ipsorum. Sic enim non inueniuntur in eis duo &c. ut supra dictum est. Hanc autem expositionem esse secundum intentionem Philosophi confirmatur ex prędictis. Si enim Aristotel. ostendit quodquidestesse causam formę in materia & unionis utriusque, & respondemus ipsum ad quęstionem propter quid natura in concreto prędicatur de supposito, patet quod, inferens ex hoc in simplicibus non esse quęstionem propter quid, intendit hoc ideo esse, quia non est ibi compositio in substantia; sicut est in sensibilibus. Quia autem secundum aliquam aliam compositionem in prędictis substantijs inuentam, puta accidẽtis proprij cum subiecto suo, possit inueniri quęstio propter quid, & talium substantiarum quodquidest sit principium & causa talium passionum & unionis earum cum subiecto proprio, nõ propter hoc negat hic Aristotel. sed neque asserit, quia non erat ad propositum suum id explicare. Sed neque etiam infra de hoc se intromittit, quia talis cognitio passionum illarum per quidditatem, nobis est impossibilis, qui quãtum ad quidest, tales substantias intueri non possumus. Impossibilium autem non est lex aut ars. Nec assumpserat Aristote. probare, aut docere illos intellectus sublimes, qualiter deberent, seu possent cognoscere propter quid passiones substantiarum immaterialium insint eis. Sed mortalibus metaphysicam scripsit non immortalibus. Sat quippe fuerat in libris Posteri. dedisse doctrinam, per quam sciamus qualiter sicut passiones realiter ex quidditate procedunt ita, & earum cognitionis principium sit. Siue per ipsam precognitam, ut apud nos, siue in ipsa simul cognita, sicut competit angelis, cognoscantur.

Secundo ad idem motiuum dicendum quod difficile esset uidere quomodo secundum intentionem Aristotel.& commen.essent in simplicibus proprietates distinctæ. Sed tamen quicquid sit de hoc, præ cæteris motiuum hoc lætaliter authores suos impetit, quia si quidditas simplicium est principium & causa passionum propriarum,& causa realiter distinguitur ab effectu,& dico realiter sicut res à re, & non ex natura rei tantum, sequitur quod ipsæ passiones sint realiter ab ipsa quidditate distinctæ. Et cum sint in ipso subiecto,& non sicut pars, aliàs substantiæ simplices essent compositæ,quod implicat,sequitur quod sint accidentia. Quod est contra horum opinionem qui alibi pluries asserunt proprias passiones substantiarum non esse accidentia earum, sed de generatione substantiæ,easdem illis realiter.Et hæc de præsenti de sensione dicta sufficiant.

BESS. *Cum uero quod ex aliquo compositū,ita ut unū totū sit,non.eſt ut cumulus,sed ut syllaba:syllaba uero nō est ipsa elementa,nec idem, b & a. nec caro ignis & terra, dissolutis nanque,hęc quidem amplius non sunt, ut caro & syllaba, elementa uero ignis & terra sunt: est ergo syllaba aliquid, non solum elementa, uocalis & muta, sed etiam aliquid aliud,& caro, non solum ignis & terra,aut calidum,& frigidum,sed etiam aliquid aliud.*

ANT. par.6. *Quoniam uero ex aliquo compositum sit, ut unum sit omne,sed non ut cumulus,sed ut syllaba. Syllaba antem non eſt elementa,nec idem a & b.nec caro, ignis & terra. Dissolutis enim,hæc quidem non adhuc sunt,ut caro,& similia. Elementa uero sunt,& ignis & terra. Est igitur aliquid syllaba, non solum elementa uocalis & consonans, sed, & alterum aliquid. Et caro non solum ignis, & terra, aut calidum, aut frigidum, sed & alterum aliquid.*

par. seq. par. 8 Ostendit cuiusmodi causa, & principium sit substantia,quæ est quodquideratesse, & circa hoc tria facit. Primo præmittit quoddam, quod est necessarium ad propositum ostendendum. Secundo mouet dubitationem, ibi. {Si igitur necesse illud. } Tertio soluit,ibi. {Videbitur autem vtique esse aliquid.} Circa primum innuit quandam distinctionem compositionis alicuius ex multis. Quandoque enim ex multis fit compositio, ita quòd totum compositum ex multis est vnum quoddam, sicut domus composita ex suis partibus, & mixtum corpus ex elementis. Quandoque vero ex multis fit compositum, quod totum compositum non est vnum simpliciter, sed solum secundum quid, sicut patet in cumulo, vel aceruo lapidum, cum partes sunt in actu, cum non sint continuæ. Vnde simpliciter quidem est multa, sed solum secundum quid vnum, prout ista multa associantur sibi in loco. Huius autem diuersitatis ratio est, quia compositum quandoque sortitur speciē ab aliquo vno,quod est vel forma, vt patet in corpore mixto,vel compositio,vt patet in domo, vel ordo, vt patet in syllaba & numero. Et tunc oportet quòd totum compositum sit vnum simpliciter. Quandoque vero compositum sortitur speciem ab ipsa multitudine partium collectarum, vt patet in aceruo & populo,& alijs huiusmodi: & in talibus totum compositum non est vnum simpliciter, sed solum secundum quid. Dicit ergo Philosophus, quòd quia aliquid est sic ex aliquo compositum(ut omne,)idest to tum sit vnum, & non hoc modo sicut cumulus lapidum, sed sicut syllaba, quæ est vnum simpliciter, in omnibus talibus oportet, quòd ipsum compositum non sit ea, ex quibus componitur, sicut syllaba non est elementa. Sicut hæc syllaba, quæ est ba, non est idem quòd hæ duæ literæ b, & a, nec caro est idem quod ignis & terra. Et hoc sic probat, quia dissolutis,idest diuisis ab inuicem his, ex quibus fit compositio (hæc,) scilicet totum, non adhuc remanet post solutionem. Sicut iam diuisis elementis non remanet caro,& diuisis literis, non remanet syllaba. (Elementa vero,) idest literæ, remanent post dissolutionem syllabæ. Et ignis & terra remanent post dissolutionem carnis. Igitur syllaba est aliquid præter elementa, & non solum est elementa, quæ sunt vocalis & consonans, sed alterum aliquid, per quod est syllaba. Et sic similiter & caro non solum est ignis & terra,aut calidum & frigidum per quorum virtutem elementa commiscentur, sed etiam est aliquid alterum per quod caro est caro.

Cóponitur aliquid ex multis dupliciter.

Compositū quod est qd per se vnū, est qd aliud ab omnibus suis partib. etiam simul sumptis.

Deinde cum dicit.

BESS. *Si igitur necesse est illud quoque,aut elementum,aut ex elementis esse, si elementum quidem, rursus eadem ratio erit. Ex hoc enim & igne & terra erit caro, & item ex alio,quare in infinitū progredietur. Si uero ex elemento,patet quod non ex uno, sed ex pluribus quàm idipsum erit. Quare iterum de hoc, eandem rationem dicemus,quam de carne,aut syllaba.*

ANT. par.7. *Si igitur necesse & illud,aut elementum, aut ex elementis esse. Si quidem elementum, iterum eadem erit ratio. Ex hoc enim & igne & terra erit caro,& adhuc ex alio. Quare in infinitum ibit. Si uero ex elemento, palam quia non uno,sed pluribus. Aut illud ipsum erit. Quare rursum in hoc eandem dicimus rationem, & in carne uel syllaba.*

Mouet dubitationem circa id quod principaliter intendit. Ostensum est enim quod in carne, & syllaba est aliquid præter elementa. Videtur autem, quòd omne quod est, aut sit elementum, aut ex elementis. Si igitur necesse est id, aliquod, quod est in carne & syllaba præter elementa, aut elementum esse,aut ex elementis, sequuntur hæc inconuenientia. Si quidem enim sit elementum,iterum erit eadem ratio, & de hoc & de alijs elementis. Connumerandum enim alijs erit. Erit enim caro composita ex hoc quod diximus præter elementa, & nunc ponimus elementum esse,& ex igne & terra. Et quia iam probatum est, quòd in omni composito quod est vnum,oportet esse aliquid aliud præter elementa,erit eadem quæstio adhuc de illo alio, quod si sit elementum, iterum caro erit ex primo alio elemento, & ex elementis, & adhuc ex aliquo alio. Quare sic ibit in infinitum, quod est inconueniens. Si ergo istud aliud inuentum,non sit elementum,sed sit ex elementis,palam est quia non est ex elemento vno tantum, sed ex pluribus elementis. Quia si non esset ex pluribus,sed ex vno tantum, sequeretur quòd esset illud idem elementum totum. Quod enim ex aqua tantum, est vere aqua. Quare si sit ex pluribus elementis, iterum eadem ratio erit de hoc quæ & de carne & syllaba, quia scilicet erit in eo aliquid præter elementa ex quibus est. Et de hoc iterum redibit quæstio eadem. Et sic iterum procedit in infinitum.

Deinde cum dicit.

BESS. *Videbitur autem esse aliquid tale, & non elementum, ac causam,sed hoc carnem,hoc uero syllabam esse, similiter & de cæteris. Substantia uero cuiusque quidem hoc,hoc nanque prima ipsius esse causa est.*

ANT. par.8. *Videbitur autem utique esse aliquid hoc, & elementum & causa essendi, hoc quidem carnem, hoc uero syllabam,similiter & in alijs. Substantia autem uniuscuiusque hoc elementum,& causa prima essendi.*

Soluit

Solutio deficiens.

par. seq.

Soluit propositam dubitationẽ, & circa hoc duo facit. Primo soluit eam quantum ad illud quod primo aspectu de ipsa apparet. Secundo solutionem corrigit, & ad veritatem reducit, ibi. Quoniam vero quædam.) Dicit ergo primo, quòd illud quod est in compositis aliud ab elementis, videbitur vtique in primo aspectu esse aliquid quod non sit ex elementis, sed sit elementum & causa essendi vel carnem, vel syllabam, & similiter in alijs. Et iterum videbitur, quòd hæc sit substantia vniuscuiusque, quæ est quod quid erat esse. Substantia enim quæ est quod quid erat esse, est prima causa essendi. Deinde cum dicit.

B E S S.

Cum autem quędam non substantiæ rerum sint, sed quæcunque substantiæ secundum naturam & natura constitutæ sint, uideri possit profectò aliquibus hæc quoque natura substantia esse, quæ non elementum, sed principium est, elementum autem est, in quod existens diuiditur ut materiam, ut puta syllabæ, ipsum a & b.

Elemẽtum quid.

A N T. Par. 9.

Quoniam uero quædam non substantiæ rerum, sed quæcunque substantiæ secundum naturam et natura constitutæ sunt, manifestabitur utique quibusdam hæc natura substantia quæ est non elementum, sed principium. Elementum uero est in quod diuiditur inexistens ut materiam, puta syllabæ quæ a et b.

Solutio prędicta corrigitur quantum ad duo

Corrigit prædictam solutionem quantum ad duo. Primo quantum ad hoc quod dixerat, quòd hoc, quod est in cõpositis præter elementa, est substantia vniuscuiusque. Hoc enim est verum in rebus, quæ sunt substantiæ, non autem in rebus, quæ non sunt substantiæ. Forma enim syllabæ non est substantia. Secundo quantum ad hoc quod dixerat, quòd hoc ipsum est elementum & causa essendi. Non enim potest dici elementum, sed principium, quia elementum pertinet ad causam materialem. Dicit ergo, quòd quia quædam rerum non sunt substantiæ, sicut præcipue patet in artificialibus. sed quæcunque sunt (secundum naturam,) quantum ad esse, (& per naturam constitutæ) quantum ad fieri, sunt veræ substantiæ, manifestabitur quòd hæ natura quam quæsiuimus est substantia (in quibusdam,) scilicet in naturalibus, & non in omnibus, Quæ etiam natura non est elementum sed principium formale. Elementum vero dicitur id in quo aliquid diuiditur (inexistens,) idest intrinsecum, sicut in materiam, puta elementa syllabæ sunt a, b. Vnde cum prædictum principium non sit materiale, sed formale, non erit elementum. Et sic simul patet, & quale principium est substantia, & quòd neque est elementum, neque ex elementis, in quo soluitur dubitatio pręmissa.

Essentia rei compositæ est principiũ formale seu forma toti⁹.

Septimi Libri Metaphysic. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER OCTAVVS.

CVM S. THOMAE COMMENTARIIS.

LECTIO I.

Vt continuentur dictis dicenda, quædam in septimo dicta rememorantur, hinc in omni sensibili substantia inesse materiam, non tamen in omnibus eodem modo ostenditur.

BESS. tex. 1.

EX his igitur, quæ dicta sunt, colligere oportet, ac congregando summatim finem imponere.

ANT. tex. c. 1. p. 1.

Ex his itaque dictis syllogizare oportet, & colligentes capitulum, finem imponere.

Postquam determinauit Philosophus in septimo de substantia modo logico, considerando, s. diffinitionem & partes diffinitionis, & alia huiusmodi quæ secundum rationem considerantur, in hoc libro 8. intendit de sensibilibus substantijs, determinare per propria principia, applicando ea quæ superius inquisita sunt logice, ad substantias illas. Et diuiditur in duas partes. In prima continuat se ad præcedentia. In secunda prosequitur suam intentionem, ibi (Sensibiles autem substantiæ omnes materiam habent.)

Inf par. 6.

Circa primum tria facit. Primo proponit in generali suam intentionem. Secundo repetit quædam quæ dicta sunt, ibi (Dictum est autem) Tertio ponit continuationem dictorum ad dicenda, ibi (Quoniam autem quodquideratesse substantia.) Dicit ergo primo quod cum multa dicta sint in septimo logica consideratione, circa substantiam, oportet syllogizare ex his quæ dicta sunt, ut applicetur quæ secundum considerationem logicam dicta sunt, ad res naturales existentes. Et oportet (colligentes ea,) idest summarie & recapitulatim recolligentes quæ dicta sunt, imponere finem complendo tractatum de substantia, quod fiet tractando ea quæ superius tractatis desunt.

par. sequen. par. 5.

Proponit in generali sua intentioné.

Deinde cum dicit.

BESS.

Dictum autem est, quod substantiarum causæ, principia, & elementa quæruntur.

ANT. par. 2. tex. co. 5.

Dictum est itaque quia substantiarum quæruntur causæ, & principia, et elementa.

Resumit quædam eorum quæ dicta sunt, quia dictum est in septimo quod in hac scientia principaliter quæruntur, & principia & elementa substantiarum. Cum enim hæc scientia consideret ens commune sicut proprium subiectum, quod quidem diuiditur per substantiam & nouem genera accidentium, accidentium uero cognitio ex substantia dependeat, ut in septimo probatum est, relinquitur quod principalis intentio huiusmodi scientiæ sit circa substantias. Et quia scire unumquodque non contingit nisi cognitis principijs & causis eius, sequitur quod ad hanc scientiam pertineat inquirere principia & causas & elementa substantiarum. Quæ tria qualiter differunt superius in quinto ostensum est.

Lec. 1 2. & 3

BESS.

Substantiæ uero, quædam ab omnibus concessæ sunt, de quibusdam autem separatim enuntiauerunt quidam. Concessæ quidem, quæ naturales sunt, ignis, terra, aqua, & cætera simplicia corpora, deinde plantæ, & partes earum, animalia, & partes eorum, & tandem cælum, & partes cæli. Separatim autem substantias quidam esse dicunt formas, & mathematica.

ANT. tex. c. 2. p. 3.

Substantiæ uero hæ quidem confessæ sunt ab omnibus. Sed de quibusdam singulariter quidam enuntiauerunt. Confessæ quidam physicæ, ut ignis, terra, & aqua & alia simplicia corpora, deinde plantæ, & partes earū, & animalia, & partes animalium, & tandem cælum, & partes cæli. Singulariter uero quidam substantias dicunt esse species, & mathematica.

Resumit aliquid superius dictorum, scilicet modos quibus accipitur substantia. Et primo ponit quæ dicuntur substantiæ in rerum natura existentes, quarum quasdam omnes confitentur esse, scilicet substantias sensibiles, ut terra & aqua, & alia elementa, & ulterius secundum ordinem nobilitatis & perfectionis, plantæ & animalia & partes eorum, & ultimo cœlum, & partes cæli, sicut sunt orbes, & sydera quæ transcendunt alias substantias sensibiles in nobilitate. Quasdam uero substantias non omnes confitentur in rerum natura subsistere. Sed quidam posuerunt singulariter eas esse, qui ponunt species & mathematica separata secundum esse, volentes quod cuilibet abstractioni intellectus, respondeat abstractio in esse rerum. Et quia intellectus abstrahit vniuersale à particularibus, vt hominem à Socrate & Platone, posuerunt species separatim per se subsistere. Quia vero intellectus abstrahit aliquas formas à materijs sensibilibus, vtputa curuum, de cuius intellectu non est nasus sicut de ratione simi, & linea & alia huiusmodi, quæ mathematica dicuntur, posuerunt mathematica separata.

BESS. tex. 2.

Alias vero accidit ex rationibus substantias esse, quod quid erat esse, & subiectum. Item aliter genus magis quàm species, & vniuersale quàm singularia. Vniuersali vero & generi idea quoque copulantur. eadem namque ratione substantiæ uidentur esse.

ANT. Par. 4. Alia litera eius quod subijcitur.

Alias vero accidit ex rationibus substantias esse, quodquideratesse, & quod subijcitur. Adhuc aliter genus magis speciebus, & uniuersale singularibus. Vniuersali uero & generi, & idea copulantur. Nam secundum eandem rationem substantiæ videntur esse.

Ponit modos accipiendi substantias secundum rationis acceptionem, & ponit duos modos, quorum

vnus

vnus est, ꝙ substantia dicitur, quidditas alicuius substantiæ naturalis, quę quidem nihil aliud est quàm ipsum quid est rei naturalis. Alio modo dicitur substantia secundum aliam acceptionem, secúdum quã genus dicitur magis substantia quàm species, & vniuersale magis quàm singularia, vt quidam posuerút, prout in tertio libro in quæstionibus tractatum est. Et huic acceptioni substantiæ secundum quam vniuersale & genus, substantia dicuntur, coniuncta est ratio de ideis, quas supra dixit species. Eadem enim ratione ponuntur ideæ esse substantiæ & vniuersalia. Deinde cum dicit.

BESS. Vide cõtra dictionem zimaræ super illo tex.

Cum autem quod quid erat esse substantia, huius autem ratio definitio, ideo de definitione, & de secundum se determinatum est. Quoniam uero definitio ratio, aũt rõ partes habet, necesse quoque de parte erat uidere, quænam substantiæ partes, & quæ non, & si has definitionis quoque esse oportet. Item etiam, nec uniuersale substantia est neque genus. De Ideis uero & mathematicis, posterius considerandum. Etenim præter sensibiles substantias, has quidem esse dicunt. Nunc uero de concessis substantijs tractemus. Hæ autem sunt, quæ sensibiles sunt.

ANT. par. 5.

Quoniam autem & quodquideratesse substantia, huius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione, & de secundum se est diffinitum. Quoniam autem diffinitio ratio est, ratio autem partes habet, necesse & de parte erat considerare, quæ substantiæ partes & quæ non, & si hæ diffinitioni opus sunt. Amplius etiam nec uniuersale substantia, nec genus. De ideis uero & mathematicis posterius perscrutandum est. Nam præter sensibiles substantias quidam dicunt esse eas. Nunc autem de confessis substantijs tractabimus. Hæ uero sensibiles.

Alia litera & hæ diffinitioni opus sunt.

Continuatio.

Continuat se ad præcedentia dicens quid determinatum sit, & quid determinandum restat. Dicit ergo. Quia quodquideratesse est substantia, & ratio significatiua eius est diffinitio, propter hoc in præcedenti lib. determinatum est de diffinitione. Et quia diffinitio constat ex his quæ prædicantur per se, propter hoc etiam ibi determinatum est de eo quod secundum se. Et quia diffinitio ratio est partes habens necessarium fuit determinare de partibus diffinitionis, quæ, scilicet sint partes rei diffinitæ, & quæ non, & utrum eædem sint diffinitionis partes, & diffiniti. Et secundum aliam literam (Vtrum partes diffinitionis oporteat diffiniri,) Et primum melius est. Item in septimo ostensum est quod neque uniuersale nec genus est substantia. Et sic tota consideratio quæ accipitur de rationibus & de substantia, in 7. libro pertractata est. Inter has substantias uero quę in rerũ natura existunt, de ideis & mathematicis posterius est perscrutandũ, quas quidam dicunt ꝑ se singulariter subsistere præter substantias sensibiles. De hoc enim agetur in ultimis libris huius doctrinę. Nunc autem immediate oportet tractare de illis substantiis, quas omnes confitentur esse, scilicet de sensibilibus, ut ex manifestis ad immanifesta procedatur.

tex. c. 45.

Libr. 13. & 15.

BESS. tex. 3.

Sensibiles uero cunctæ substantiæ materiam habẽt. Est autem substantia idipsum, quod subijcitur, Aliter quidem materia, & aliter ratio. Materiam autem dico, quæ cum non quod quid actu sit, potentia est, quod quid. alter autem & ratio & forma, quod cum sit quodquid, ratione separabile est. tertium uero, quod ex his est, cuius generatio solius, & corruptio est, & separabile simpliciter, Earum enim substantiarum, quæ secundum rationem, quædam sunt separabiles, quædam uero non.

ANT. tex. c. 3. par 6.

Sensibiles autem substantiæ, omnes materiam habent. Est autem substantia quod subijcitur. Aliter quidam materia. Materiam uero dico quæ non hoc aliquid actu, potestate autem est hoc aliquid. Aliter uero ratio & forma, quia aliquid ens, ratione separabile est. Tertium uero quod est ex his, cuius solius generatio, & separabile simpliciter. Nam secundum substantiarum rationem, hæ quidem separabiles, illæ uero non.

Posita continuitate dictorum ad dicenda, hic incipit Philosophus tractare de substantiis sensibilibus inquirendo principia earum. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de materia & forma, quę sunt principia substantiarum sensibilium. In secunda de unione earum adinuicem, ibi: (De dubitatione) Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd materia & forma sunt principia substantiarum sensibilium, secundo determinat ea, quæ sunt consideranda circa utruque, ibi (Oportet aũt nõ ignorare.) Circa primum duo facit, Primo manifestat, quòd materia sit principium substantiarum sensibilium. Secundo manifestat hoc idem de forma, ibi. (Quoniam autem & quę quidem.) Circa primum tria facit. Primo ostendit quid sit materia diuidens eam contra alias acceptiones substantiæ. Vnde dicit, quod omnes substantiæ sensibiles habent materiam, quod ideo est qa omnes in motu, & motus non est sine materia. Sed sciendum est, quod materia aliter dicitur substantia, & aliter forma, & aliter compositum. Materia enim dicitur substantia non quasi ens aliquid actu existẽs in se considerata, sed quasi in potentia, ut sit aliquid actu, hæc dicitur esse hoc aliquid. Forma uero, quæ & ratio nominatur, quia ex ipsa sumitur ratio speciei dicitur substantia quasi ens aliquid actu, quasi ens separabile secundum rationem à materia, licet non secundum rem. Compositum uero ex his dicitur esse substantia quasi (separabile simpliciter,) id est separatim per se existere potens in rerum natura, & eius solius est generatio & corruptio. Neque.n. forma, neque materia generatur aut corrũpitur nisi per accidens. Et licet compositum sit separabile simpliciter, tamen secundum rationem aliorum, quæ dicuntur substantiæ, quædam sunt separabilia, & quædam non. Forma enim est separabilis ratione, quia potest, intelligi sine materia sensibili indiuiduante, materia uero non potest intelligi sine intellectu formæ, cum non apprehendatur nisi vt ens in potentia ad formam. Vel potest esse sensus quod (substantiarum secundum rationem,) idest formarum, quædam sunt ratione separabiles, ut mathematicæ, quædam non, ut formæ naturales. Vel iterum quod quędam sunt formæ separatæ absque materia existentes, de quibus inferius determinabit. Secundo ibi.

Inf. lec. 5.

Lec. 3.

Lec se. Par. 1.

Materia, quid.

Forma, q d.

Compositum quid.

BESS. tex. 4.

Quòd autem materia quoque substantia est, patet: in cunctis nanque oppositis transmutationibus est aliquod transmutationis subiectum, utputa secundum locum, quod nunc hic, rursus alibi, & secundum augmentationem, quod nunc tantum, rursus minus, aut maius, & secundum alterationem, quod nunc sanum, rursus ægrum, similiter autem, & secundum substantiam, quod nunc in generatione, rursus in corruptione, & nunc quidem subiectum, ut quod quid, rursus autem subiectũ, ut secundum priuationem.

ANT. tex. c. par. 7

Quia uero substantia est materia, palam. Nam in omnibus mutationibus oppositis est aliquid, quod subijcitur mutationibus, utputa secundum locũ, quod nunc

hic,

iterum & albi. & secundum augmentum, quod nunc quidem tantum, iterum minus aut maius. & secundum alterationem, quod nunc quidem est sanum iterum laborat. Similiter autem secundum substantiam, quod nunc quidem est in generatione, iterum in corruptione: & nunc quidem quod subijcitur, & hoc aliquid. Iterum autem quod subijcitur sic secundum priuationem.

Necesse est substantias sensibiles habere materiam. Dicit, quod necesse est in substantijs sensibilibus ponere materiam quasi substantiam & subiectum. In omni enim mutatione oportet esse subiectum commune terminis mutationis in contrarijs mutationibus. sicut in mutatione secundum locum est aliquod commune subiectum, quod nunc est hic, & iterum alibi. Et in augmento est aliquod subiectum commune, quod nunc habet tantam quantitatem, & iterum minorem, quantũ ad decrementum. & maiorem quantum ad augmentum. Et in alteratione est aliquod subiectum, quod nunc est sanum, & nunc infirmum. Cum igitur sit quædam mutatio secundum substantiam, s. generatio & corruptio, oportet esse aliquod commune subiectum, quod subijciatur côtrarijs mutationibus secundum generationem & corruptionẽ, & hoc positis terminis, qui sunt forma & priuatio, ita s. quod quandoque sit actu per formam, & quandoque sit subiectum priuationis illius formæ. Ex hac autem Arist. ratione apparet, quòd generatio & corruptio substãtialis sunt principium veniẽdi in cognitionẽ materiæ primę. Si enim materia prima de se haberet aliquam formam propriam, per eam esset aliquid actu. Et sic, cum superinduceretur alia forma, nõ simpliciter materia per eam esset, sed fieret hoc vel illud ens. Et sic esset generatio secundum quid & non simpliciter. Vnde omnes ponentes primum subiectum esse aliquod corpus, vt aerem & aquam, posuerunt generationem idem esse quod alterationem. Patet autem ex hac ratione qualiter accipiẽdus sit intellectus materiæ primæ, quia ita se habet ad omnes formas, & priuationes, sicut se habet subiectum alterabile ad qualitates contrarias.

Vnde primo deuenimus in cognitionem materiæ primæ.

BESS. *Et sequuntur hanc etiam aliæ transmutationes, ceterarum vero, aut vnam, aut duas, hæc non sequitur. non enim est necesse, si quid materiam habet localem, hoc generabilem etiam, & corruptibilem habere. verum quæ inter simpliciter fieri, & non simpliciter differentia sit, in physicis dictum est.*

ANT. par. 3. *Et hanc sequuntur aliæ mutationes. Aliorum vero aut vnam, aut duas hæc non sequitur. Non enim necesse si aliquid materiam habet localem, hoc & generabilem & corruptibilem habere. Quæ enim differentia simpliciter fieri & non simpliciter, in physicis dictum est.*

Ordo inter tria genera mutationũ. Ostendit, quod materia non eodem modo est in omnibus substantijs sensibilibus dicens, quod materiam existentem subiectum generationis, & corruptionis sequuntur aliæ mutationes. Sequitur enim si sit generabile & corruptibile, quod sit alterabile, & secundum locum mutabile. Sed ipsa, s. materia subiecta generationi & corruptioni, non sequitur ad quascunque alias mutationes, & præcipue ad illam, quæ est loci mutatio. Non enim sequitur, si aliquid habeat materiam localem, i. per quam sit in potentia ad vbi, quod habeat materiam generabilem & corruptibilem, i. subiectã generationi & corruptioni. Deficit enim hoc in corporibus cœlestibus, in quibus etiam est alteratio aliqua his secundum illuminationem & obscurationem, nõ tamen generatio & corruptio. Et ideo dixit (vnam) propter loci mutationem, vel duas propter talem alterationem, quæ tamen non uere est motus alteratio nis, quia illuminatio non est motus, sed terminus motus. Sic autem secundum quamlibet mutationem oportet accipere materiam, sicut in qualibet mutatione est aliquis modus fiendi simpliciter vel secundum quid. Quæ autem est differentia eius quod fieri simpliciter, & secundum quid, dictum est. 1. Phy. quia simpliciter fieri est secundum substantiam. Fieri secundum quid, est secundum accidens.

Ad illas qui tenent in ce lo non esse materiam, quia nõ sit generabile, nec corruptibile. text. co. 62.

LECTIO II.

Ex differentijs rerum accidentalibus in omni substantia sensibili formam esse deducit, hinc triplicem diffinitionem omnium esse ostendit.

BESS. par. 5. *Cum autem quædam, vt subiecta, & vt materia, concedatur substantia, hæc autem est quæ potentia est, restat illam, quæ vt actus, substantia sensibilium est, quænam sit dicere.*

ANT. tex. c. 5. p. 1. *Quoniam autem & quæ quidem ut subiectum, & ut materia substantia confessa est. Hæc autem quæ potestate. Reliquum eam quę ut actum substantiam sensibilium dicere quæ est.*

Sermo de formali principio rerũ sensibiliũ. Postquam Philosoph. inquisiuit in substantijs sensibilibus materiale principium, inquirit de principio formali. Et primo continuat se ad præcedentia dicens, quod, quia substantiam, quæ est ut materia, & subiectum, confitentur omnes, cum etiam antiquissimi, naturalium substantiam rerum poneret esse materiam, huiusmodi uero substantia est in potentia, restat igitur de forma, quæ est sensibilium per modum actus, dicere quid sit. Secundo ibi,

BESS. Vide digressionẽ Auer. *Democritus igitur tres differentias esse videtur existimare. subiectum enim corpus, materiam, vnum & idem. differre autem, aut rhysmo, quod est figura, aut trope, quod est situs, aut diathige, quod est ordo.*

ANT. par. 2. *Democritus quidem igitur similis est existimãti tres differentias esse. Nam subiectum corpus secundum materiam vnum & idem, differt autem, aut rhysmo, quod est figura, aut trope, quod est positio, aut diathige quod est ordo.*

Prosequitur suam intentionem. & circa hoc duo facit. Primo inuestigat differentias in rebus sensibilibus, quæ formale principium demonstrant. Secundo quædam corollaria concludit, ibi (Palam itaque ex his quia actus.) Circa primum duo facit. Primo inuestigat quasdam differentias accidentales rerum sensibilium. Secundo ostendit comparationem earum ad substantiales differentias, ibi (Palam igitur ex his, quia si substantia.) Circa primum duo facit. Primo inuestigat differentias accidentales rerum sensibilium. Secundo ostendit qualiter prędictæ differentiæ se habent ad ea quorum sunt, ibi (Quare palam quia.) Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Democriti de differentijs rerum, dicens quòd Democritus similis est existimanti (tres esse differentias rerum), idest secundum ea quæ ponit, uidetur existimare quod omnes differentiæ rerum ad tria genera rerum reducantur. Ponebat enim principia rerum materialia esse corpora indiuisibilia, quæ, cũ sint eiusdem naturæ, conuenientia sunt adinuicem, diuersitatem autem rerum constituit propter differentiam positionis, figuræ, & ordinis. Et sic uidetur ponere, quod corpus, quod est subiectum, quasi materiale principium unum, & idem existens secundum naturam, quamuis sit in infinita diuisum secundum numerum (differt,)idest diuersificatur in diuersas res propter differentiam figuræ, positionis, aut ordinis. Differentia enim figuræ est secundum rectum & circulare, positionis autem secundum sursum & deorsum dextrorsum, & sinistrorsum, ordinis autem secundum prius & posterius. Secundo ibi.

Inf. par. 3. par. 6.

par. 4 Opinio Democriti de rerũ principijs, dña, & substantia.

Viden

BESS. *Videntur autem multæ differentiæ esse, utputa quædam compositione dicuntur materiæ, sicut quæcunque mistura, quemadmodum mellicratum, quædam clauo, ut arca, quædam ligamine, ut fascis. quædam glutine, ut liber. quædam pluribus ex his, quędam positione, ut limen & super liminare, hęc enim eo quòd modo quodam sita sint, differunt, quędam tempore, ut cœna, & prandium, quædam loco, ut uenti, quædam sensibilium passionibus ut duritie & mollitie, & densitate. & quędam quibusdam ex his, quędam omnibus his, et simpliciter, quędam redundantia quędam defectu.*

ANT. Par. 3. *Videntur autem multę differentię esse, ut alia quidem compositione dicuntur materię, sicut quęcunque mixtura, quemadmodum melicratum. Alia autem ligatione, ut capitis ligatura. Alia uisco, ut liber. Alia clauo, ut arca. Alia in pluribus horum. Alia positione, ut liminare inferius & superius. Hęc enim in positione aliqualiter differunt. Alia tempore, ut cœna, & prandium. Alia loco, ut spiritus. Alia sensibilium passionib. ut duritie & mollitie, spissitudine & raritate, siccitate & humiditate. Et hęc quidem horum quibusdam, alia omnibus his, & omnino. Alia super abundantia. Alia defectu.*

Ostēdit Democritum īsufficiēter assignasse rerum differentias.

Ostendit positionem Democriti esse insufficientem, quia multæ aliæ uidentur esse rerum differentiæ quæ in prædictas non reducuntur. Quædam enim differunt secundum diuersum modum compositionis partium materialium, in quibusdam enim partes materiæ componuntur per modum mixtionis, sicut mellicratum: in quibusdam uero, quia ligantur aliquo uniculo, sicut est ligatura capitis mulieris, in quibusdam etiam coniungitur aliqua colla, uel uisco sicut fit in libris, in quibusdam uero adunantur partes clauo, sicut fit in arca: in quibusdam uero fit adunatio partiū plurib. prędictorū modorū Alia uero differunt abinuicē sicut positione, sicut liminare supius & liminare inferius, quę quidem differunt abinuicē, ex eo quod sic ponuntur, scilicet supra uel infra. Quędam uero differunt tempore, ut cœna, quæ est comestio serotina, & prandium quod est comestio matutina. Alia differunt loco, ut (spiritus,) idest uenti, quorum Aquilo à septemtrione flat, Fauonius ab occidente, Auster à meridie, Subsolanus ab oriente. Alia uero differunt (sensibilium passionibus,) idest duritie & mollitie & alijs huiusmodi, & quædam in aliquibus horum, & quædam his omnibus. Alia per superabundantiam & defectum. Hoc autem addit, quia secundum antiquos philosophos omnes huiusmodi sensibilium passiones ad superabundantiam & defectum reducuntur. Deinde cum dicit.

BESS. *Quare patet quod & ipsum est, toties dicitur. limen enim est, quoniam ita situm est: & esse, sic ipsum poni significat, & glaciem esse, sic densari. Quorundam uero esse, & his omnibus definietur, eo quod quędam miscentur, quędam temperantur, quędam ligantur, quędam densantur, quędam cęteris differentijs utuntur, sicuti manus aut pes.*

ANT. Par. 4. *Quare palam, quia, & esse totiens dicitur. Limen enim inferior est, quia ita ponit̄. Et esse, sic ipsum poni significat. Et crystallum esse. sic inspissari. Quorumdam uero esse & omnibus his diffinietur. Hoc quidem permisceri, hęc autem contemperari, illa uero ligari, alia inspissari, alia autem alijs differentijs, uti sicut manus aut pes.*

Ostendit qualiter prædictæ differentiæ se habent ad ea, quorū sunt, & circa hoc duo facit. Primo ostēdit, quod in his differentijs consistit esse eorum, quorum sunt differentię, constitutiuæ. Secundo concludit, ꝙ ad cognoscendū principia essendi, oportet reducere differentias in aliqua prima genera, ibi (Sumenda igitur sunt.) Dicit ergo primo, ꝙ quia prædictæ differentię sunt constitutiuæ rerum [de quibus su prædictum est, manifestum ꝙ ipsum esse prædictarū rerum, totiens dicitur quot sunt differētiæ. Differentia enim complet diffinitionem significantem esse rei. Limen enim est huiusmodi, (quia ita ponitur. Et ipsum sic poni est esse ipsius,) idest propria eius ratio. Et similiter esse crystalli, est ipsum taliter inspissari. et ex omnibus prædictis differt esse quarundam rerum. Hoc quidem in eo ꝙ commiscentur, alia quidem in eo quod complectuntur, & alia alijs differentijs utuntur sicut manus & pes, aliæ huiusmodi partes, quę habent proprias differentias secundum quod ordinantur ad determinatas operationes.

par. seq. Differentiæ substantiales cōstituūt & distinguūt

Deinde cum dicit.

BESS. *Accipienda igitur genera differentiarum, hęc enim principia existentię erunt. ut quæ in magis, & minus, aut denso, & raro, & cæteris talibus: cuncta etenim hæc redundantia, & defectus sunt: quod si quid figura, aut leuitate, aut asperitate, omnia recto & curuo. his uero esse erit misceri, opposito autem modo non esse.*

ANT. par. 5. *Sumenda autem sunt genera differentiarum. Hęc nā que erunt principia essendi, ut quæ in magis, & minus, aut spisso & raro, & alijs talibus. omnia nanque superabundantia, & defectus sunt. Si quidem aut figura, aut lenitate, aut asperitate, aut recto, aut circulo. His autem esse erit misceri, opposite uero non esse.*

Concludit, quod ex quo in differentijs consistit esse rerum, & sic intendenda est earum cognitio, utile est sumere genera differentiarum, reducendo scilicet posteriores differentias generis in primas, quia differentiæ huiusmodi communes & propriæ erunt principia esse totius generis, ut patet in differentijs q̄ sunt secundum magis & minus, & secundum rarum & spissum, & alia huiusmodi, nam rarum & densum, & similia reducuntur ad magnum & paruum, omnia enim hæc significant superabundantiam & defectū. Et similiter siquid pertinet ad figuram, aut asperitatem lenitatem, omnia reducuntur ad rectum, & curuum. quæ sunt primę differentiæ ad figuram pertinentes. Et similiter oportet, ꝙ aliqua reducantur ad esse mixtum uel non esse mixtum, quia quædam sunt quorum esse est in eo quod miscetur, non esse uero eorum, in eo ꝙ opposito modo se habent.

In elementorum trās mutatione.

Deinde cum dicit.

BESS. *Manifestum igitur ex his est, quòd si substantia causa est, ut unumquodque sit, in his quęrendum est, quę nam ut horum singula sint, causa est. Substantia itaque nihil horum est, neque combinatum, attamen proportionale in unoquoque. Et quemadmodum in substantijs, quod de materia prædicatur, ipse actus est, et in alijs definitionibus maxime, utputa, si limen oportebit definire, lignum, aut lapidem sic positum dicemus, & domū, lateres, aut ligna sic posita (an etiam & cuius causa in quibusdam est?) Si uero glaciem, aquam congelatā, aut sic densatam, consonantia uero est acuti, & grauis mixtio talis, eodem autem modo, & in cęteris.*

tex. 6. Vide digressionē Alber. sup isto tex.

ANT. par. 6. *Palam itaque ex his, quia si substantia causa essendi unumquodque quod ex his est, quęrendum quę est causa essendi horum unumquodque. Substantia quidem igitur nihil horum, nec combinatum, attamen proportionale in quolibet. Et ut in substantijs id quod de materia prædicatur est actus ipse, & in alijs diffinitionibus maxime. Ut si limen inferius, oporteat diffiniri, lignum*

text. 6

aut

aut lapidem ita positum dicemus. Et domum, lateres & ligna sic posita. Aut adhuc, cuius causa in quibusdam est. Si uero crystallum, aquam congelatam aut inspissatam. Ita in symphonia, aut acuti & grauis commixtio tali. Eodem quoque modo et in alijs.

Dfia hēt rō nē formæ, genus autē materiæ. tex.co 59. & inde.

Ostendit quomō prædictæ differentiæ se habeāt ad substantias, & dicit, ex prædictis iam manifestum est, ꝙ in prædictis differentijs est quærendum, quę sit causa formalis essendi cuiuslibet prædictorum, quorum sunt differentię, si ita est ꝙ substātia formalis uel quodquidest est causa cuiuslibet essendi, ut ī septimo manifestum fuit. Prædictæ enim differentiæ significant formam, & quodquidest prædictarum rerum. Nulla autem differentiarum prædictarum est substātia, neque aliquid substātiæ affine, quasi pertinens ad genus substantię. Sed eadē proportio inueni tur in eis, quæ est in substātia. Sicut.n. in genere substātiæ, differētia, ꝙ prædicatur de genere, & aduenit ei ad constitutionem speciei, comparatur ad ipsum ut actus & forma ita etiam in alijs diffinitionibus. Nō enim est intelligendum, quod differentia sit forma, aut genus sit materia, cum genus & differentię prædicentur de specie, materia autem & forma nō prædicentur de composito, sed hoc dicitur, quia genus sumitur ab eo quod est materiale in re, differentia uero ab eo ꝙ est formale. Sicut genus hominis est animal quia significat aliquid habens naturam sensitiuam, quæ quidem materialiter se habet ad naturam intellectiuam à qua sumitur rationale, quæ est dria hominis, rationale uero significat aliquid habens naturam intellectiuam, & inde est ꝙ genus habet differentias potestate, & ꝙ genus & differentia proportionātur materię & formę, ut Porphyrius dicit. Et propter

Cap. dedfīa

hoc etiam hic dicitur (ꝙ actus,) idest differentia, prædicatur (de materia,) idest de genere, & similiter est in alijs generibus. Si quis enim uelit limen diffinire, dicet, ꝙ est lapis uel lignum taliter positum, in qua diffinitione lapis uel lignū est ut materia, positio uero ut forma. Et similiter in diffinitione domus, lapides & ligna sunt materia, & talis modus compositionis est ut forma. Et etiam ulterius in quibusdam additur finis, à quo necessitas formæ dependet. Et similiter in diffinitione crystalli, aqua ē sicut materia, congelatio uero ut forma. Et in diffinitione symphoniæ acutum & graue ut forma, & ita est in omnibus alijs. Deinde cum dicit.

B E S S.

Manifestum itaque ex his est, quod actus alius alterius materiæ, & ratio, quorundam enim compositio quorundā mixtio, quorūdā aliquid eorum, q̄ dicta sunt.

A N T. pat. 8.

Palam itaque ex his, quia actus alius alterius materiæ, & ratio. Aliorum enim compositio, aliorum mixtio, & aliorum aliud quid dictorum.

Corollar. j.

Concludit ergo ex prædictis duo corollaria, quorum primum est quod diuersarum materiarum diuersi sunt actus & formæ. In quibusdam enim est actus compositio, in quibusdam commixtio, aut aliquid dictorum. Deinde cum dicit.

B E S S.

Quare eorum, qui definiūt, hi quidē, qui dicunt, quid est domus, quod lapides, lateres, ligna, potentia domum dicunt. Materia enim hæc sunt, qui uero, uas conseruatiuum rerum & corporum, aut aliquid aliud tale addentes, actum dicunt, qui porrò hæc ambo componunt tertiam, & quæ ex his est, substantiam (uidentur etenim ea quidem, quæ ex differentijs ratio fit, speciei, & actus esse, quæ uero ex his, quæ insunt, materiæ magis) similiter & quas Architas approbat definitiones etenim simul utriusque sunt, utputa, quid est serenitas? quies in multitudine aeris, materia quidē aer, actus uero & substantia quies: quid est tranquillitas maris pla nities: subiectum quidem, ut materia, mare, actus uero & forma, planities.

A N T.

Propter quod diffinientium, hi quidē dicentes quid est domus, quia lapides lateres, ligna, potestate domum dicunt. Materia nanque hæc. Illi uerò qui uas protectiuum pecuniarum et corporum, aut aliud aliquid tale addentes, actum dicunt. At ꝟ ambo ea componentes, tertiam & eam, quæ ex his est, substantiam. Videtur enim quæ quidem per differentias ratio speciei, & actus esse. Quæ rerum est in existentibus, materiæ magis. Similiter autem & quos Architas approbauit terminos. Simul utrinsque sunt. Vt quid est serenitas? quies in aeris pluralitate, aer quidem materia, actus, & substantia, quies: quid est tranquillitas? maris æqualitas, subiectū quidem ut materia, mare actus aūt & forma, æqualitas.

Corollar. 2

Secundum ponit. Et est, ꝙ, cum in diffinitione vnum comparatur ad aliud, vt actus ad materiam, quidam diffinientes res per materiam tantum insufficienter diffiniunt. Sicut diffinientes domum per cementum & lapides & ligna, quę sunt materia domus, quia talis diffinitio non notificat domum in actu, sed in potentia. Qui vero dicunt, ꝙ domus est coopertura pecuniarum & corporum, dicunt formam domus sed non materiam. Qui vero dicunt vtrunque, diffiniunt compositam substantiam. Et ideo eorum diffinitio est perfecta ratio. Ratio vero, quę sumitur ex differentijs, pertinet ad formam. Quæ vero ex partibus intrinsecis, pertinet ad materiam. Et similes his diffinitionibus sunt illæ, quas Architas approbat. Sicut & quod significat dispositiones aeris, quando est sine vento, est quies in multo aere. non enim si modicum de aere in aliquo vase incluso quiescat, diceretur serenitas. In hac autem diffinitione, aer est ut materia, & quies vt forma. Similiter cum dicitur, tranquillitas est planicies maris, mare est materia, & planicies, vt forma. Materia autem in his diffinitionibus est subiectum, forma vero est actus. In diffinitione autem domus materia sunt partes, actus autem forma totius. Deinde cum dicit.

Perfecta diffinitio clauditin se formam & materiam.

B E S S. tex. 7.

Manifestum itaque ex dictis est, quænam sensibilis substantia, & quomodo sit. etenim hæc quidem ut materia, hæc aūt forma, quoniā actus: tertia uero ex his.

A N T. tex. c. 7. p. 1.

Palam itaque ex dictis, quæ sit sensibilis substantia, & quomodo, & hæc quidem enim ut materia, illa uero vt forma, quia actus, tertia autem, quæ ex his.

Epilogat quæ de forma dicta sunt. Et est planum in litera.

L E C T I O III.

De formis quatuor dicuntur, quia forma non est tota quidditas ex nominis significatione, Formam item aliquid esse præter partes materiæ, nec tamen secundum esse separatam, verum ingenerabilem & incorruptibilem, formas item demum esse similes numeris & in quo exponitur.

B E S S.

O Portet autem non ignorare, quod aliquando latet, utrum nomen compositam substantiam significet, an actum & formam. utputa domus utrum est signum communius, quod operimentum est ex lapidibus, & lateribus sic positis, an actus & forma, quod est operimentum: & linea, utrum dualitas in longitudine, an quod dualitas. & animal, utrum anima in corpore, an anima. hæc enim, substantia & actus alicuius corporis.

A N T. par. 1.

Oportet autem non ignorare, quia aliquando latet, utrum significet nomen compositam substantiam, aut actum & formā. Ut domus, utrum significet communiter

nitcr, quia tegumentum ex lateribus & lapidibus sic compositis, aut actus & speciei, quia tegumentum. Et linea, utrum dualitas in longitudine, aut quia dualitas. Et animal, utrum anima in corpore aut anima. Hęc namque substantia, & actus corporis alicuius.

Sermo de forma.

Postquam inquisiuit Philosophus principia substantiæ sensibilis, ostendens quod substantia sensibilis componitur ex materia & forma, nunc de principio materiali & formali determinare intendit, inquirendo ea, quæ sunt consideranda circa utrumque. Et diuiditur in duas partes. In prima inquirit ea, quæ sunt consideranda circa principium formale. In secunda ea, quæ sunt consideranda circa principium materiale. ibi (de materiali autem substantia.) Et, quia Plato, præcipue principium formale tetigit, Ideo determinat de principio formali secundum ea, quæ Plato posuit. Ponit autem Plato, formas rerum esse species, & numeros: unde prima pars diuiditur in duas partes. In prima determinat de principio formali per comparationum ad spēs in Secunda per comparationem ad numeros, ibi (Palam autem) Ponebat autem Plato quatuor de formis comparationem ad species, quorum Primum est, quod nomina specierum significent tantum formam; non autem formam cum materia., Secundum, quod forma est aliquid præter partes materiæ. Tertium est, quod est ingenerabilis & incorruptibilis. Quartum est, quod formæ sunt separatæ à sensibilibus. Vnde prima pars diuiditur in quatuor secundum quod Aristotel. de quatuor prædictis inquirit. Secunda pars incipit. ibi (Non uidetur) Tertia ibi. (Necessarium itaque &c.) Quarto ibi (Si autem sunt corruptibilium.) Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem dicens quod necessarium est, scire quod apud aliquos dubiũ est. Vtrum nomen speciei significet substantiam compositam, aut formam tantum siue aliquid, quod est loco actus. Vt hoc nomen domus, utrum significet communiter materiam & formam, puta quod domus significet tegumentum constitutum ex cemento & lapidibus ordinatum ut decet. Nam tegumentum est sicut forma, cementum & lapides ut materia. Aut prædictum nomen significet tantum actum & speciem, scilicet tegumentum. Similiter, utrum hoc nomen linea significet dualitatem & longitudinem, aut dualitatem tantum. Hoc autem ideo dicit, quia Platonici posuerunt numeros esse formas magnitudinum. Dicebant enim quod punctus nihil aliud est quam unitas positionem habens, ita quod positio sit quasi materiale. Et similiter ponebant, quod dualitas erat forma lineę, ita quod linea nihil aliud est quam dualitas in logitudine. Quærit ergo Philosophus, utrum hoc nomen linea significet dualitatē tantum, quasi formam, aut dualitatem in longitudine, sicut formam in materia. Et similiter, utrum hoc nomen animal significet animam in corpore, quasi formam in materia, aut animam tantum, quæ est forma corporis organici.

Quatuor attributa idęis a Platone.

An nomine speciei significetur tantum forma.

BESS.

Erit autem utique in utrisque animal, non ut una ratione dictum, sed ut ad unum.

ANT. par. 2.

Erit autē utrique & in utrisque animal, non ut una ratione dictum, sed sicut ad unum.

Quod inconueniens sequatur ex solutione Platonica.

Ostendit quid sequatur si quis dicit, quod nomina specierum utroque modo se habent in significando, ut scilicet quandoque significent formam tantum quandoque autem formam in materia, & est quod de utroque in utraque significatione animal accipietur non uniuoce, quasi una ratione dictum sed analogice, sicut est in illis, quæ habent nomen unum, propter hoc quod referuntur ad unum. Nomen enim speciei non dicetur de composito, nisi secundũ ordinem ad hoc, quod dicitur secundum formam tantum, sicut Platonici posuerunt. Ponebant enim quod homo, qui est compositus ex materia & forma dicitur per participationem hominis idealis, qui est forma tantum.

BESS. text. 8

Sed hęc ad aliud quidē aliquid conferunt, ad quæstionem autem substantiæ sensibilis nihil, etenim quod quid erat esse formę & actui est, anima namque & animę esse idem est, homini uero, & homo non idem, nisi & anima homo dicatur, sic autem alicui quidem, alicui uero non.

Vide contradictionē zimare super isto tex.

ANT. tex. c. 8. par. 3.

Verum, & hęc ad aliquid aliud quidem differunt, ad quęstionem uero substantię sensibilis nihil. Nam quod quid erat esse speciei & actui existit. Nam anima & animę esse idē. Homini uero esse, & homo, non idem, nisi, & anima homo dicatur. Sic autem alicui quidem, alicui uero non.

Ad quid tēdat prædicta quæstio

Ostendit philosophus ad quid tendit prædictæ quæstio dicens, quòd, si nomen speciei significet substantiam compositam, aut significet formam tantũ, hoc facit differentiam quantum ad aliquid sed ad quæstionem substantiæ sensibilis nullam differētiam facit. Manifestum enim est, quod substantia sensibilis composita est ex materia & forma. Ad quid autem differat, utrum sic uel sic se habent consequenter manifestat. Manifestum est enim quod si aliqua res est, quæ sit forma tantum & actus, quod quid erat esse eius, idem erat cum ea, sicut idem est (anima & animæ esse,) idest anima est quidditas animæ, si uero aliquid est compositum ex materia & forma, non erit idem in ipso quod quid erat esse & res ipsa, sicut non idem est homini esse, & homo. Nisi forte homo dicatur anima tantum, secundum illos, qui dicunt, quod nomina specierum significant formam tantum. Et sic patet, quod aliqua res est, cui idem est, quodquideratesse suum, scilicet quæ non est composita ex materia & forma, sed forma tantum. Et huius ratio est. quia quodquideratesse est id, quod significat diffinitio. Diffinitio autem significat naturam speciei. Si autem aliqua res est, quæ sit composita ex materia & forma, oportet quod in illa re sit aliquid præter naturam speciei. Cum enim materia sit indiuiduationis principium, oportet, quod in quolibet composito ex materia, & forma sint principia indiuiduantia, quæ sunt præter naturam speciei. Vnde huiusmodi res non tantum est quidditas sua, sed aliquid p̄ter hoc. Si qua uero res est, q̄ sit forma tm̄, nō habet aliqua principia indiuiduantia præter naturā speciei, cum ipsa forma per se existens per seipsam indiuiduetur. Et ideo ipsa res nihil aliud est quàm quod quid est esse suũ. Sic igitur patet, quod si nomen spēi significet formam tm̄, cuiuslibet rei idem est quod quideratesse, & esse suum, sicut homo erit quodquid est esse suum, & equus, & omnia huiusmodi. Si autem nomina speciei significant compositum ex materia & forma, tunc non idem erit rebus quodquideratesse earum. Deinde cum dicit.

In separatis a materia quodquideratesse idem est cum eo cuius est, secus in compositis, ex materia, & forma.

BESS.

Non uidetur ita quærentibus quod syllaba ex elementis & compositione sit, neque domus, lateres, & cōpositio & hoc, recte. Compositio enim & mistio non est ex his, quorum est compōtio, aut mistio, similiter nec aliorum ullum, utputa limen positione, non ex limine positio, sed magis istud ex illa, nec homo est ipsum animal & bipes, sed aliquid esse oportet, quod præter hæc est, si hæc materia sunt, sed nec elementum, nec ex elementis, sed substantia, quod materiam auferentes dicunt. Si itaque hoc ipsius esse causa, & hoc substantia, ipsam substantiam utique non dicerent.

A N T. par. 3.

Non uidetur itaque quærentibus, syllaba ex elementis esse, & compositione, nec domus, lateres, & compositio. Et hoc recte. Non enim compositio & mixtio ex his est; quorum est compositio & mixtio. Similiter autem nec aliorum nihil, ut limen positione, non ex limine positio, sed magis hoc ex illa. Neque itaque est homo animal & bipes, sed aliquid oportet esse, quod præter hoc est, si hoc materia. Neque autem elemētum, neque ex elementis, sed substantia, quod auferentes materiam dicunt. Si ergo hæc causa ipsius esse, & substantia hæc, ipsam utique substantiam non dicent.

Alia litera, nec aliorū vnum. Alia vero litera nec aliorumquicquam.

Prosequitur secundum prædictorum, scilicet ꝙ forma sit aliquid præter partes materiæ dicens, quod Platonicis mouentibus istam quæstionem, non uidetur, quod syllaba sit ex elementis & ex compositione, quasi compositio, que est forma syllabæ, sit pars materialis syllabæ, sicut elementa uel literæ. Neque uidetur eis, quod domus sit cementum & compositio, quasi domus constituatur ex his quasi ex partibus materiæ. Et in hoc recte dicunt, quia si forma esset vna de partib. materię, dependeret ex materia Et hoc videmus esse falsum, quia cōpositio & mixtio, q̄ sunt formalia principia, non constituuntur ex his, quæ componuntur aut miscentur, sicut nec aliquod aliud formale constituitur ex sua materia, sed econuerso. Subliminare enim constituitur ex compositione, quæ est forma eius, & non econuerso. Ergo, si ponatur quod animal & bipes sint materia hominis, homo non erit animal & bipes, sed erit aliquid aliud præter hoc. Nec erit elementum neque ex elementis, sed erit tantum forma, ut dicunt Platonici, qui auferunt materiam à diffinitionibus. Sed contra hanc positionem uidetur esse dicendum, quod si id, quod est forma tātum præter materiam est substantia & principium essendi, non poterunt dicere quod hoc particulare sit illa substantia separata, scilicet homo sensibilis sit compositus ex materia & forma, homo autē sit forma tantum.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Necesse autem est, aut sempiternam hanc esse, aut corruptibilem absque eo, quod corrumpatur, & factam esse absque eo, quod fiat. Ostensum autem est, & declaratum in alijs, quod formam nullus facit, neque generatur, sed efficitur hoc: fit autem, quod ex his.*

A N T. par. 4. *Necessarium itaque hanc aut sempiternam esse, aut corruptibilem sine corrumpi, aut factam esse sine fieri. Monstratum autem est, & declaratum in alijs, quia speciem nullus facit, nec generare, sed efficitur hoc, fit autem quod ex his.*

Formæ sensibiliū substantiarum sunt generabilia & corruptilia tm̄ per accidēs.

Prosequitur tertium prædictorum, scilicet quod formæ secundum Platonicos sunt sempiternæ & incorruptibiles. Vnde concludit ex dictis quod necessarium est formam aut esse sempiternam, ut Platonici posuerunt ponentes ideas, quas dicebant formas rerum esse sempiternas, aut necesse est formam esse corruptibilem per accidens, sine hoc quod corrumpatur per se. Et similiter facta per accidens sine hoc ꝙ fiat per se. Quod conceditur secundum scientiam Aristotel. qui non posuit formas separatas, sed in materia existentes. Quod autem formæ non possint corrumpi per se, nec generari, ex quo utrunque prædictorum dependet, monstrat consequenter per hoc quod superius probatum est quod nullus facit formam, neque forma generatur neque efficitur per se, sed per se efficitur & generatur hoc particulare. Et ratio est, quia omne quod fit, fit ex materia. Vnde hoc particulare cum sit compositum ex materia & forma fit & generatur (ex his scilicet principijs materialibus & individuantibus. Supra autem dictum est quod forma non est elementum, neque ex elementis. Vnde sequitur quòd forma nec fit nec generatur per se. Deinde cum dicit.

Lib 7. tex. c. 27. Lib. 7. tex. co. 60.

3. B E S S. *Si uero corruptibilium substantiæ sunt separatæ, nondum est manifestum, attamen quod quorundam non contingit.*

A N T. par. 5. *Si autem sint corruptibilium substantiæ separabiles, nondum palam.*

Formas substantiales Plato posuit separatas.

Prosequitur quartum prædictorum, scilicet quod Plato ponebat formas separatas à materia, & circa hoc tria facit. Primo ostendit quid sit dubium circa hanc positionem, dicens quòd non est (manifestum si substantiæ,) idest formæ rerum corruptibilium sint separabiles, ut Platonici posuerunt. Secundo.

B E S S. *Patet ut ea, quæ non possunt præter particularia esse, ut domum, aut uas.*

A N T. par. 6. *Attamen quia quorundam non contingit, palam. Quæcunque non possibile est præter ipsa alia esse, ut domum aut uas.*

Ostendit quid manifestum esse uidetur circa hoc, & dicit manifestum esse, quod quorundam corruptibilium formas non contingit separari, (quęcunque, scilicet non possibile est esse præter materias suas, sicut domus aut uas, quia forma domus aut uasis non potest esse sine propria materia. Tertio.

B E S S. text. 9. *Fortassis nec substantiæ sunt hæc ipsa, nec aliorum quicquam quæcunque non natura consistunt, naturā etenim solam profecto quis ponet eam, quæ in corruptibilibus est, substantiam.*

A N T. text 9. Par. 7. *Forsan quidem nec substantiæ sunt, nec aliqua ipsa hæc nec aliquid aliorum, quæcunque non natura constituta sunt. Naturam enim, solam utique, quis ponet eorum, quæ in corruptibilibus, substantiam.*

Formas artificiales Plato non posuit separatas.

Excludit obuiationem dicens, quod formæ artificialium forsan non sunt substantiæ, nec ipsæ sunt aliquid per se, unde separari non possunt. Et similiter nullum aliorum artificialium, quæ non sunt secundum naturam, quia solum materia in rebus artificialibus ponitur esse substantia, formæ autem artificiales accidentia sunt. Formæ uero naturales sunt de genere substantiæ. Et propter hoc Plato non posuit formas artificiales esse separatas à materia, sed solum formas substantiales.

B E S S. *Quare dubitatio, qua Antisthenici, & hoc pacto pariter indocti dubitabant, habet aliquid temporis, ut soluatur, quod non est ipsum quid est definire (definitionem enim longum esse sermonem) sed quale quid est contingit etiam docere, quemadmodum argentum quid est, non, quod autem, quale stannum. Ut tamen substantiæ, est quidem cuius contingit definitionem, & rationem esse, utputa compositæ, siue sensibilis siue intellectualis sit, ex quibus autem hoc primis, non est, siquidem aliquid aliquo significat ratio definitiua, & oportet hoc quidem ut materiam, illud uero formam esse.*

A N T. par. 8. *Quare dubitatio quam Antisthenici & sic indocti dubitauerunt, habet tempus quoddam quod non est ipsum quid est diffinire. Terminum enim rationem esse lōgam. Sed quale quidem: quid est, nō, quia aut quale stānum. Quare substantiæ est quidem cuius contingit esse terminum & rationem, puta compositæ, siue sensibilis fuerit, siue intellectualis. Primorum autem ex quibus hoc, non est, siquidem aliquid de aliquo significat ratio diffinitiua, & oportet hoc quidem ut materiam esse, illud uero ut formam.*

Osten-

Efficax expugnatio opi. Plat. de formarũ separatione

Ostendit quid manifeste sit contra positionem Platonis dicens, quòd si quis ponat esse formas separatas, vt Platonici posuerunt, dubitatio, quam Antisthenici dubitauerunt, licet viderentur indocti, habebit locum contra Platonicos. Dicebant enim quod non est aliquid diffinire diffinitione significante quidditatem rei. Quia, cum quidditas rei sit simplex, nõ conuenienter significari per orationem compositam ex multis, videmus enim quòd { terminus, } id est diffinitio, quæ assignatur rei, est oratio longa ex multis composita, vnde non significat quid est, sed { quale quid, } id est cui simile est aliquid. Sicut si aliquis dicat, quòd diffinitio argenti non significat argentum, sed significat tale quale est plumbum, vel stannum.

Oẽ diffinibile oportet esse compositum

Vnde ad soluendum istam dubitationem oportet dicere, quòd substantia, quæ diffinitur, siue sit intellectualis, siue sit sensibilis, oportet ꝙ sit composita. Ea vero, ex quibus primo componitur, cum sint simplicia, non contingit diffiniri. Dictum est.n. supra, ꝙ ratio diffinitiua adiungit aliquid alteri, quorum vnum est vt forma, aliud vt materia. Nam genus sumitur à materia, & differentia à forma, vt dictum est supra: vnde, si species rerum essent tm̃ forma, vt Platonici posuerunt, non contingeret diffiniri. Deinde cum dicit.

Diffinitio resoluitur in non diffinibilia

Lect. 2

BESS. tex. 10.

Manifestum autem hoc etiam est, quod si aliquo modo substantiæ numeri sunt, ita sunt, & non quemadmodum quidam dicunt, vnitatum. Nam & definitio numerus quidam est, diuisibilis etenim, & in indiuisibilia, non.n. infinitæ rationes: numerus vero tale quid est.

ANT. Tex. com. 10 par. 9.

Palam autem & quia si sint aliqualiter numeri substantiæ, sic sunt, & non vt quidam dicunt, vnitatum. Nam diffinitio numerus quidam diuisibiles, quia enim in indiuisibilia, non enim infinitæ rationes, & numerus autem tale.

Prosequitur de forma in cõparatione ad numeros. Quatuor modis formas Platonis assimilauit numeris, primo in hoc ꝙ diffinitio ad indiuisibilia stans habet quemadmodum & numerus

Text. com. 5 & inde

Postquam determinauit de formis secundũ ꝙ comparantur ad ideas introductas à Platone, nunc determinat de formis per cõparationem ad numeros. Plato.n. ponebat formas & substantias rerum, reducendo per modum cuiusdam assimilationis formas ad numeros. Et diuiditur in quatuor, secundum ꝙ quatuor modis assimilat formas numeris. Dicit ergo primo, quòd manifestum est, ꝙ si numeri aliquo modo sint substantiæ rerum & formæ, sic sunt, sicut ex præmissis accipi potest, nõ autem sunt numeri vnitatum sicut Platonici dicunt. Dicitur autem numerus vnitatum, numerus simplex & absolutus. Numerus autem applicatus ad res, dicitur numerus rerum, sicut quatuor canes vel quatuor homines, quo quidem modo substantiæ rerum, quas significant diffinitiones, possunt dici numeri. Est enim diffinitio diuisibilis in duo, quorum vnum se habet vt forma, aliud vt materia, vt superius dictum est. Et iterum est in indiuisibilia diuisibilis. Diuisio enim diffinitionis oportet, quòd per aliqua indiuisibilia terminetur, non enim diffinitiones procedunt in infinitum. Puta, si diffinitio hominis diuidatur in animal & rationale, diffinitio animalis in animatum & sensibile, non procedet hoc in infinitum, cum non sit procedere in infinitum in causis materialibus & formalibus, vt in Secundo probatum est. Et sic diffinitionis diuisio non assimilatur diuisioni quantitatis continuæ, quæ est in infinitum, sed diuisioni numeri, qui est diuisibilis in indiuisibilia.

BESS.

Et quemadmodum de numero ablato, aut addito aliquo, ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diuersus, etiam si minimum auferatur, aut addatur, ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse, erit amplius ablato aliquo aut addito.

ANT. par. 10

Et quemadmodum nec à numero ablato aliquo, aut addito, ex quibus est numerus, non adhuc idem numerus est, sed alter, quamuis minimum auferatur aut addatur, sic nec diffinitio, nec quodquiderat esse, nec adhuc erit ablato aliquo aut addito.

Sicut in numeris ita & in diffinitionib. aliqua etiam minimo addito vel subtracto species variatur

Ponit secundam assimilationem substantiæ, quam significat diffinitio, ad numeros. Et dicit, ꝙ aliquid addatur vel subtrahatur alicui numero, etiam si sit minimum, non erit idem numerus secundum speciem. Minimum.n. in numeris est vnitas, quæ si addatur in ternario, surgit quaternarius, quæ est alia species numeri, si vero abstrahatur ab eo se, remanet binarius, qui est etiam alia species numeri. Et hoc ideo, quia illa vltima differentia dat speciem numero. Et similiter est in diffinitionibus, & in quodquiderat esse, quod significat diffinitio, quia quocunque minimo addito vel ablato, est alia diffinitio, & alia natura speciei. Sic enim substantia animata sensibilis tantum, est diffinitio animalis, cui si addas & rationale, constituis spẽm hominis, si aũt subtrahas sensibile, constituis speciem plantæ, quia etiam vltima differentia dat speciem.

BESS.

Et numerum oportet aliquid esse quo vnus, quod nũc non habent dicere quo vnus, si vnus est, an enim non est, sed quasi congeries? aut si est, dicẽdum est quidnam illud sit, quod vnum ex multis facit, & definitio vna est, similiter autem hæc hanc dicere habent, & hoc merito accidit, eiusdem enim rationis, et substantia est, ut vnum, non (vt quidam aiunt,) vt vnitas quæda existes, aut punctum, sed actus et natura quędam vnaquæque.

ANT. par. 11

Et numerum oportet esse aliquid quo vnus, quod nũc non habent dicere quo vnus, si quidem est vnus. Aut enim non est, sed vt aceruus, aut si quidem est, dicẽdum quodquid est faciens vnum ex multis. Et diffinitio vna est. Similiter autem neque hanc habent dicere, & merito accidit. Eiusdem enim rationis & substantia vnum ita, sed non vt dicunt quidam, vt vnitas quædam existens, aut punctum, sed Endelechia et natura quædam.

Sicut numerus ita & diffinitio vnitatẽ ex se habet & non ab alio

Ponit tertiam assimilationem, & dicit, quòd numerus est id quod est vnum. Est enim per se vnum numerus, inquantum vltima vnitas dat numero speciem & vnitatem, sicut etiam in rebus compositis ex materia & forma, per formam est aliquid vnum, & vnitatem & speciem sortitur. Et propter hoc loquentes dẽ vnitate numeri, ac si numerus nõ esset vnus per seipsum, nõ possunt dicere quo est vnus, si est vnus. Cum enim componatur ex multis vnitatibus, aut non est vnus simpliciter, sed vnitates aggregãtur in eo per modum coaceruationis, quæ non facit simpliciter vnum, & per consequens nec ens in aliqua specie constituunt, & sic numerus non est aliqua species entis, aut si numerus est vnus simpliciter, & non per seipsum, dicendum est quid facit eum vnum ex multis vnitatibus, quod non est assignare. Et similiter diffinitio est vna per seipsam, & sic non habent aliquid assignare per quod fiat vnum. Et hoc rationabiliter accidit, quia per eandem rationem substantia, quam significat diffinitio, est ita vnum sicut & numerus, scilicet per se, ex hoc quòd vna pars eius est, vt forma alterius, & nõ est vna, vt indiuisibile, sicut vnitas ac punctum, sicut quidam dixerunt, sed quia vnaquæque earum est vna forma & natura quædam.

DEFENSIO XX.

Vltima vnitas forma numeri est.

HOc in loco Ant. And. impugnat sanctum Thom. quantum ad hoc ꝙ dicit vltimam vnitatem esse formam numeri dans illi spẽm & vnitatẽ per se, quæ

omnia hic asserit S. Thom. de mente Philosophi. Dicit ergo sic. Ant. Andr. Sed occurrit vnum dubium à qua vnitate numerus sit quid vnum formaliter. Dicitur aũt à quodam expositore quod numerus est vnus ab vltima vnitate, ita quòd omnes aliæ sunt partes materiales, sola autem vltima est formalis & completiua omnium aliarum, vt sicut diffinitio est vna ab vltima differentia, sic numerus sit vnus ab vltima vnitate. Sed contra hoc, quia quinto huius capit. de toto dicitur quod in quibuscunque positio non facit differentiam in substantia vel in figura, ibi dicitur omnis & non totum. Exemplificat autem in liquidis & numeris, ergo si prima vnitas fiat vltima & econuerso, nulla fiet differentia in substantia numeri, quod esset impossibile secundum te, quoniam vltima vnitate mutata, cum sit per te specifica & formalis fieret alia forma, & per se consequens alius numerus. Vel sic formatur. Quia si sic, ergo vltima vnitate mutata, mutabitur substantia numeri, consequens est falsum, tum quia est contra Arist. vbi supra, tum quia per solam mutationem relationis ordinis fieret aliud & aliud absolutũ, quod est falsum, consequentia patet ex prædictis, Præterea. Omnes vnitates constituentes numerum possunt esse æque primæ natura & tempore, puta si multa indiuidua eiusdem speciei simul crearentur. Quæro ergo quare vna earum est vltima natura, quod non habes dicere. Si dicatur quod vltimo accipitur à numerante. Cõtra quia possum facere econuerso, & erit prima quæ fuerat vltima. Præterea. Forma est formaliter in materia, alioquin non fieret vnum per se ex eis, sed tantum esset iuxta positio earum. Sed vnitas non est formaliter in alijs vnitatibus, igitur non est forma aliarũ. Dicendum ergo est aliter, quòd in numeris est considerare vnitatem in duplici genere, quia quędam sunt vnitates materiales ex quibus materialiter integratur numerus. Et est vnitas à qua numerus, puta quinarius est vnus numerus specie. Hæc autem vnitas est sua forma specifica vel passio consequens formam. Sicut homo est vnus sua forma vel vnitate consequente vt passio suam formam. Hæc autem vnitas non ponit in numerum cum quinarij vnitatibus quinque materialibus, quia non est materialis, & hæc vnitas est totalis à qua dicitur totum denominatiue vnum, & in secundo modo dicendi per se. Hæc autem vnitas propria quinarij est innominata. Similiter est & in alijs speciebus numerorum. Hæc ille formaliter. Ad defendendum igitur doctrinam solidam diui Thom. quatuor sunt facienda. Primo probabo verum esse quod asserit Sanctus Doctor declarando verbum eius, qualiter sit intelligendum, & qualiter non. Secundo ostendam quòd doctrina S. Thom. in hoc est expressa sententia Philosophi. Tertio manifestabo quomodo determinatio aduersarij defectiua sit, nec ad mentem Arist. vllo modo. Quarto & vltimo soluam eiusdem argumenta supra inducta contra S. Thom. Quantum ad primum prænotandum primo est ꝙ multiplex est compositum, & multipliciter contingit compositum suscipere speciem & vnitatem, vt docet etiam S. Tho. supra in septimo super t. c. 60. Quoddam. n. est compositum quod non est vnum per se & simpliciter, vt cumulus & aceruus. Quoddam vero est vnum simpliciter. Et hoc vel est vnum & sortitur speciem per aliquam formam, vt mixtum. Vel per compositionem, vt artificialia, puta domus. Vel per ordinem, vt patet in syllaba & numero. Ex his autem verbis S. Thom. potest inferri ꝙ tam compositio quàm ordo quę dãt speciem, possint habere rationem formæ. Dare enim speciem & vnitatem per se, est propriũ formæ. Quod probatur. Nam à quocunq; aliquid est ens, est etiam tale, scilicet determinatæ speciei. A forma autem habet vnumquodque quod sit ens, quia dare esse quod est effectus formalis formæ, est propria causalitas ipsius formæ, ergo & proprium formæ est constituere speciem. Quod confirmatur. Nam per aduentum differentiæ constituitur species, vt patet hic per Philosophum. Sed differentia sumitur à forma, ergo forma est id à quo primo vnumquodque sortitur speciem. Propter quod & ab Arist. ipsa forma nomine speciei, & quodquidest, communiter nominatur, quia videlicet ab ea vnumquodque speciem primo habet. Prænotandum secundum ꝙ cum ens & vnum conuertantur, & eo modo quo aliquid est ens, sit etiam vnum ex quarto huius, sequitur quòd à quo aliquid habet quòd sit ens per se, habet etiam quòd sit vnum per se. Et sic cum primum sit à forma, vel ab habente rationem formæ, secũdum etiam causabitur ab eadem. Ad propositum autem nunc descendendo, patet ex Aristot. hic quòd numerus est quoddam ens per se & quoddam vnum per se. Quod confirmatur, quia est quædam realis & naturalis species de prædicamento quantitatis. In prædicamento autem determinato non ponitur ens per accidens, aut vnum per accidens, quæ in se includunt ea quæ in pluribus prædicamentis inueniuntur. Oportet igitur ꝙ numerus cum sit quoddam ex pluribus compositum, suam spẽm & suã per se vnitatem ab aliqua forma suscipiat. Et cum sic species realis entis, oportet quòd talis forma dans ei speciem sit ens reale. In numero aũt non videntur inueniri nisi tria, videlicet vnitates, discretio earum abinuicem, quia de rõne numeri est quod partes eius adinuicem non copulentur, sed abinuicem seiunctæ ac discretæ sint, ex qua causa numerus quantitas discreta vocatur, & etiã in numero inuenitur ordo inter prędictas vnitates. Nisi enim esset in numero determinatus ordo, non distingueretur numerus ab aceruo, in quo etiam est discretio partium, & consequenter nõ esset quid vnum per se, sicut nec aceruus, vt dicit Arist. hic: Cum igitur forma sit in re cuius est forma. In numero aũt (ut diximus) nõ sint nisi hęc tria, oportet inquirere quid horum trium sit eius forma. Vel ergo oĩa hę sunt forma numeri, uel aliquid istorum. Non omnia simul, quia cum numerus non dicat quid aliud quàm id quod per hæc tria simul compræhẽsa importatur, iam ipse numerus esset forma sui ipsius, & consequenter forma & formatum, quod implicat, & idem daret speciem & quidditatem sibiipsi, nec esset quid compositum ipse numerus, quia forma de se simplex est essentia, ut patet per Gilbertum, nec una forma cum altera componitur. Neque etiam oĩa hæc habent rõnem formæ sigillatim. Sic. n. non nisi forma esset numerus, & ex formis, & nulla esset ibi materia vel habẽs rationem materię, & sic non esset vnum quid simpliciter, quia si ex pluribus in actu non fit vnum per se, nono huius, quia actus separat, multo minus ex plurib. actibus fiet vnum per se. Et hæc clara sunt. Vnde oportet quod prædictorum quæ in numero inueniuntur aliquid se habeat, vt forma, & aliquid vt materia. Non potest autem esse forma numeri ipsa discretio. Nam cum discretionem pari modo habeat cumulus & aceruus, sequeretur, quod hęc quoque haberent speciem & essent vnum per se, quod est falsum. Nec oẽs vnitates simul possunt esse forma, quia respectu discretionis & ordinis habent rationem materię, cum intelligantur, vt eorum subiectum. Nec vna tantum vnitas, secundum quod vnitas est, potest esse numeri forma, quia cum in hoc omnes vnitates conueniant, vel nulla erit, vel omnes, probatũ est autem, ꝙ omnes non possunt esse, ergo nulla per se vt sic. Nec ordo de per se potest esse forma numeri, quod tamen videretur secundum Sancti Thomę præmissa verba, si non recte intelliguntur. Si enim ordo esset per se forma numeri, sequeretur ꝙ numerus esset formaliter ens relatiuũ.

Nam

Nam illud est formaliter relatiuum, cuius formale dans ei speciem est formaliter ipsa relatio. Ordo autem non nisi relatio ipsa est. Consequens autem est falsum cum numerus sit species quantitatis, quæ prędicamentum absolutum est. Nec potest dici, quod forma numeri sit simul vnitas & ordo seu aliqua vnitas cum ordine ipso ad alias vnitates, quia hoc totum, scilicet vnitas & ordo, seu vnitas cũ ordine, est quoddam ens per accidens. Compositum enim ex rebus diuersorum prædicamentorum est ens per accidens, ex quinto & sexto huius, & multo magis erit ens per accidens, si talis ordo sit ens rationis. Ens autem per accidens non potest esse forma entis per se dans ei speciem & vnitatem per se, hæc.n.cum tale ens non habeat, non potest alijs dare. Ergo à sufficienti diuisione oportet quod forma numeri sit aliqua vnitas ipsius numeri sub aliquo ordine ad alias. Est quippe magna differentia inter vnitatem cum ordine, & vnitatem sub ordine. Primum enim, vt probauimus, est ens per accidens, aliud autem est ens per se. Et significat quod non possit concipi numerus, vt cõpletus in specie nisi concipiatur aduentus vnitatis super alias vnitates, vt talis vnitas concipitur sub aliquo determinato ordine ad eas. Et hoc voluit dicere S. Thom. in verbis præallegatis. Quod hic & alibi manifestauit dum dixit vnitatem vltimam dare speciem numero & per se vnitatem vt numeri formam. Videndum est ergo qualis est: ille ergo sub quo posita aliqua numeri vnitas sic est forma quod non aliæ, & quæ nam est illa vnitas cui hoc munus conceditur inter omnes quas in se numerus complectitur. Et de ordine quidem manifestum est quod talis ordo non est ordo temporis, aut naturæ, aut perfectionis, quia per casum possibilẽ pluribus vnitatibus simul competit æqua perfectio, temporisq; simultas atque naturæ. Et tunc non est maior de vna illarum ratio quod forma sit, quàm de alia. Nec est ordo situs realis & naturalis, tum quia nõ est maior ratio de vna differentia ordinis situs quàm de alia, tum quia concesso etiam quod esset maior ratio de vna differentia quàm de alia, & intelligendum esset de ordine prioritatis & posterioritatis, quæ tamen differentia est communior quàm differentiæ situs, adhuc non esset dare respectu cuius termini in natura vel inter vnitates eiusdem numeri, aliquæ dicerentur priores quàm aliæ, cum non videatur maior de vna ratio quàm de alia, vel magis respectu vnius termini naturalis in hoc vel in illo situ quam alterius in alio vel alio situ. Ergo oportet à sufficienti iterum diuisione dicere quod vna vnitas est ponenda forma numeri vt stat sub ordine prioris vel posterioris secundum appræhensionem animæ, quod est dicere, non secundum prioritatem cuiuscunque realis situs, sed secundum prioritatem cuiusdam summationis vnitatum seu replicationis vnitatis, seu (quod idem est) mensurationis factę ab anima omnium vnitatum per vnam sub tali ordine vltimitatis, replicationis, & mensurationis per illam. Ita q realitatem & formalitatem speciei habeat numerus ab ipsa vnitate vt est fundamentum talis ordinis, non autem ab ipso ordine præcise, cum vt sic, ens rationis sit. Sunt.n. aliqua entia in natura defectiua, quia licet realitatem suam habeant ad extra & ex se, & non in anima seu non per operationem animæ, non tamen possunt concipi nisi cointellecto ente rationis quasi vt complere formaliter rationem illorum, non quidem vt in re est, nisi fundamentaliter, sed vt à nobis conceptibilis est, & ex ipso dicuntur quasi completiue speciem sortiri, vt scilicet stant sub tali conceptu, quamuis species sit realis, sicut patet quòd ratio temporis quod ens reale & naturale est, non nisi respectibus rationis, prioritatis inquam ac posterioritatis partium motus completur. Quinimmo nec substantia aliqua potest perfecte concipi quantum ad suam rationem formalem, nisi sub varijs rationis respectibus concipiatur, vt puta de spiritalibus, quod separata à materia sit. Separatio autem illa non nisi negatio, & consequenter ens rationis est. Corporalis vero non nisi quia forma vnitur materiæ concipi potest, aut rationem formalem assequetur. Talis autem vnio cum non sit inter distincta secundum esse, etiam rationis est. Sic substantiæ quoque in communi, & in communi etiam accidentis rationes, respectibus rationis perficiuntur. Quæ autem inter vnitates numeri sit illa, quæ ponenda sit eiusdem numeri forma, vt stat sub prædicto ordine, nunc inuestigandum est, nõ potest autem dici, quod prima in summatione accepta vnitas hoc habeat, tum quia vt sic, nullum adhuc habet ordinem ad posteriores, quæ scilicet adhuc acceptæ vel summatæ nõ sunt, tum etiam quia forma comparatur ad id, quod est formatum, quasi vt ad quoddam præsuppositum, qđ patet maxime in formis propriè dictis, quæ præxigũt materiam, quam debeant informare. Et potentia est prior actu in vno, & eodem etiam tempore, vt patet septimo huius, materia autem, omnis potentialitatis, præcipua est. Id ergo, quod in numero est vt potentiale, debet vt sic præcedere id, quod est actuale, vel formale, quod non esset, sed totum oppositum, si prima vnitas esset forma, & subsequentes materialis rationem haberent. Repugnat ergo primę vnitati acceptæ in numeru, ratio formę numeri. Sed neq; medijs eiusdem numeri vnitatibus potest ratio formæ cõtribui, dico autem medijs non situ quocunque, sed in tali summationis fundamentali ordine. Cum enim non sit maior ratio de vna, quam de altera, non magis vna quàm altera, forma erit. Non vnica ergo esset numeri forma, & sic nec numerus p se vnus esset. Sed neque hoc posset eis competere, nisi vel respectu sequentium, & sic non magis competeret eis quàm primę, cui (vt probatum est) competere non potest. Vel respectu pręcedentium. Et sic non competeret eis, scilicet medijs aut alicui earum nisi vt haberent rationẽ vltimę. Id enim quod competit alicui vt pręcedentia tantum respicit, non competit ei nisi vt vltimi rationem habet. Vnde concludendum est de necessitate quod non nisi vltimę vnitati vt vltima est, quod est dicere, ut stat sub hoc ordine ultimitatis secũdum summationem ad omnes præcedentes, est forma totius numeri & omnium unitatũ eius collectiue sumptarum, ut etiam cum illis includitur ipsamet quo ad suum potentiale pręcise. Est enim numerus sic compositus ex unitatibus, quod unitates sunt in potentia in eo & non in actu per formam cuiuscunque alterius numeri ex eis compositi uel componibilis, ut habetur ex Aristotel. nono huius text. comment. 49. Ita quod ipsa ultima unitas, licet ut stat sub supradicto ordine sit forma numeri, ut tamen potentialis causa, id est pręcidendo à tali ordine, constituit numerum cum alijs, & suscipit determinatiuam formam cum alijs ut sit pars ita huius numeri, puta quinarij, quod non alterius, & secundum quod talis numerus completus est per illam unitatem vt ultimam, & non per ulteriorem. Sed aduertendum est quod hãc ultimam unitatem stare sub prædicto respectu ultimitatis ad alias potest intelligi duob. modis. Primo actualiter, & sic accidit ei. Cum enim hoc non sit nisi per actualem considerationem intellectus, sicut ei accidit considerari uel non considerari ab intellectu, ita consequenter accidit ei stare illo modo sub tali respectu rationis. Vnde secundum hoc, non competit ei dare speciem numero. Aliàs, naturales rerum species causarentur ab intellectu nostro, & subessent uoluntati nostrę, & sic essent uarię & incertę. Alio modo talis

vnitas potest considerari vt stat sub tali respectu fundamentaliter, hoc est vt est congruum fundamẽtum quo aptum natum sit sub tali respectu ab intellectu considerari. Et hoc competit ei intrinsece, & ex natura sua & per se. Et secundum hoc constituuntur numerorum species, verbi gratia. Sunt quinque vnitates a, b, c, d, e. Quia intellectus potest summare multitudinem istam ab aliqua pręcedentium quæcunque fuerit, prouueniendo vsque ad e, quacunque via vel ordine per alias. (Neque enim ordo inter pręcedentes exigitur ad numerum, immo excluditur, cum numerus non componatur ex numeris) habet ipsa vnitas e, qđ sit congruum fundamentum talis respectus vltimitatis ad præcedentes. Et sicut stat fundamentaliter sub tali ordine ad alias, constituit numerum determinatę speciei, scilicet quinarium, licet actualiter stare sub tali ordine sit ei accidentale. Quia si dicatur, quælibet illarum est nata esse fundamentum talis respectus, ergo quælibet erit forma. Respondetur quod non quęlibet, sed vna tantum est nata esse fundamentum talis respectus, vnius scilicet summationis, eius inquam quæ terminatur ad e. Et ideo ille quinarius nõ potest habere pro sua forma partis nisi e, sub tali respectu. Quia tamen earũdem vnitatum potest fieri alia summatio quæ terminabitur ad aliã literam, puta d, ideo ipsa vnitas d, quæ in tali summatione fundamentaliter erit vltima, erit quoque forma quinarij ex summatione illa resultantis, & sic suo modo dico de alijs, ita vt iuxta multitudinem vnitatum sit quoque numeralis multitudo quinariorum sub vna specie quinarij conuenientium, & per distinctas numero vnitates & vltimas, pręfatasque numero distinctas summationes fundamentales, vnitatum abinuicem numeraliter distinctarum. Et vnitas quæ in vna summatione habet rationem vltimæ & cõsequenter formæ numeri, in alia non habet nisi rationem potentialis respectu vltimæ, à qua habet quod sit constitutiua sic numeri quinarij quod non alterius. Et sic sunt in natura determinati numeri, & determinatę species numerorum de genere quantitatis. Quarum tamen specierum distinctio & constitutio primo fit per aliquam realitatem vt concipitur seu potius vt conceptibilis est sub respectu rationis, qui fundamentaliter ex natura rei procedit, & hoc vt diximus habet talis rei conditio vt eadem realitas sub vna specie modo habeat rationem formæ indiuidualis, modo materiæ seu partis potentialis in alio indiuiduo eiusdem speciei propter imperfectionem talis naturæ in cõparatione ad substantiam. Non enim est hoc compositum tantæ perfectionis vt pars vna integrantium speciem & essentiã indiuidui, sic sit forma quod nunquam materia, sic materia q̀ nunquam forma, vt est in substantijs compositis. Sed tale discretum compositum quantitatis admittit rationem formę in vna vnitate respectu aliarum secundum quod cuilibet competit q̀ possit sub prædicto ordine concipi, ratione cuius dicit S. Tho. quod ordo specificatiuus numeri, vt supra dictum est. Dico autem vnitatem esse materiam, non quidẽ proprie, sic.n. omnia accidentia formæ substantiarum sunt, sed vt omne quod alteri comparatum se habet vt potentiale materia dici potest. Sed circa id, quod paulo ante dictum est, q̀ videlicet secundum multitudinem vnitatum, est etiam numeralis multitudo numerorum sub vna specie, propterea, q̀ cuilibet earum competit fundamentaliter ratio vltimitatis in summatione &c. occurrit dubium. Quia non videtur, qđ hoc sufficiat ad distinctionẽ numeralem sub vna specie numeri puta quinarij. Et arguitur primo sic. Vbi non est distinctio numeralis in substantijs accidentium, non est etiam distinctio numeralis illorum accidentium, quia accidentia sicut esse, ita vnitatẽ & consequenter distinctionem recipiunt à subiecto, ex quo solet dici, & verum est, quod indiuiduantur per subiectum. Sed sic est quod subiectum numeri ex quinque vnitatibus cõstituti vt ad vnam earum summatio terminatur, non est numero distinctum à subiecto quinarij ex eisdem vnitatibus constituti vt ad aliam earundem vnitatum summatio terminatur, & talis numerus quinarius est accidens reale, ergo in tali nõ est hac summationis varietate sola, distinctio numeralis &c. Præterea secundo arguitur sic. Realia accidentia non possunt adinuicem numero distingui, nisi habeât distinctas numero realitates, vbi.n. eadem realitas accidentis est, ibi idem etiam numero accidens esse necesse est. Sed in tali quinario non est alia & alia realitas accidentis prædicti, huius inquam quinarij a, b, c, d, e, siue summatio terminetur ad b, siue ad e, siue ad quamcunque ex alijs vnitatibus: ergo &c. probatur minor. Si enim realitas numeri non sit aliud à realitate suarum vnitatum simul sumptarum, & ipsa vnitas non sit aliud realiter quam continuitas, vt nonnulli putant, & hoc rationabiliter, vt sicut vnum transcẽdens non addit supra ens nisi in diuisione simpliciter, ita vnum de genere quantitatis nõ addit supra quantum nisi in diuisionem tali generi correspondentem, nec consequenter vnitas supra quantitatem, tunc manifestum est, cum illa quinq; continua quorum cuilibet rationem vnius attribuimus, vt constituant numerum, eadem sint realiter, ad quodcunque eorum summatio terminetur; quòd talium quinariorũ realitas non est alia. Hoc idem sequitur si vnitas, non ipsa continuitas sit, sed superadditum accidens de genere quantitatis, vt alijs placet, talia quippe accidentia non sunt distincta in quinarijs ab hoc tantum diuersis quod ad diuersas vnitates summatio earundẽ quinque vnitatum terminetur, ergo &c. Tertio. Indiuidua tio seu distinctio numeralis sub aliqua spẽ est vnius rationis in omnibus indiuiduis, sicut & vnica est ratio distinctionis specificæ sub aliquo genere, hæc inquã quod talia distinguantur abinuicem per differentias oppositas eiusdem generis diuisiuas &c. Sed quædam indiuidua huius speciei quinarij abinuicem distinguũtur numero propter distinctionem subiectorum, & suarum realitatum in distinctis substantijs. Sicut numerus quinarius quinque canum est eiusdem speciei cum quinario quinque equorum, immo & cum quinario quinq; stellarum, cum ratio formalis ipsius, de his omnibus formaliter prædicetur, & eisdem realiter conueniat. Distinguuntur autem numero propter distinctionem suorum subiectorum, & suarum realitatũ in illis distinctis subiectis, quia videlicet iste quinarius est realitas quædam de genere quantitatis subiectiue in his canibus, de quibus dicitur, quòd sunt quinque, & ille quinarius est alia realitas, quę est subiectiue in equis, quibus idem numerus attribuitur, & sic de alijs. Quinarij vero ex supra dicta varia summatione tantummodo variati non distinguuntur subiecto vel sua intrinseca realitate, vt supponitur, ergo nõ conuenit eis ratio principij distinctionis numeralis in tali specie, & sic non distinguuntur numero sub ea. Quarto. Non magis distinguuntur, aut minus aliqua indiuidua abinuicem sub aliqua specie, quàm alia, vel ab alijs eiusdem speciei, sed quinarius quinque canũ, & quinarius quinque stellarum distinguuntur numero sub vnica specie quinarij per reales distinctiones subiectorum & per distinctas realitates intrinsecas, ergo cum prædicti quinarij ex varia tantummodo summatione prædicta, causati, non sic distinguantur, sed valde minus & imperfectius, patet quòd non distinguuntur numero. Maior patet inductiue. Non enim vnus homo magis vel minus distinguitur numero ab alio, vt indiuiduum sub specie hominis,

quàm

quàm alius ab alio sub eadem &c. dico vt indiuiduũ hominis, quia secundum accidẽtales conditiones multas, possunt quidam ab alijs magis vel minus distingui. In substantia autem siue secundum substantiam, non suscipiunt magis & minus. Pro solutione horum argumentorum sciendum primo, ꝙ cum ea quæ sunt eadem numero sint eadem specie, & quæ eadem specie, sint etiam eadem genere. Econuerso autem quæ distinguuntur genere, distinguuntur specie, & quæ distinguuntur specie, distinguutur & numero, vt dicit Arist. quinto & decimo huius, oportet ꝙ si distinctio specifica vel generica stat cum realitate, & cum vnitate subiecti, distinctio quoque numeralis omnia hæc admittat. Non est autem inconueniens, immo forte est necessarium, & maxime secundum tenentes relationem & fundamentum non distingui realiter, sicut & ab aduersarijs de quibusdam cõceditur, est inquam in his & alijs necessarium ꝙ eadem realitas respõdeat distinctis, generib. etiam generalissimis, & consequenter distinctis speciebus. Non est igitur inconueniens, vt aliqua dicantur numero distingui, quibus tamen vnica tantum realitas correspondet. Notandum secundo, ꝙ alio modo relatiua, & alio modo absoluta suas rationes formales assequuntur. Absoluta quippe rationem & distinctionem formalem ex intrinseca forma, distinctionem vero materialem ex intrinseco principio materiali sortiuntur, si sunt substantiæ compositæ, vel ex subiecto si sint accidentia. Et ideo in eis distinctio specifica quia sumitur ex diuersitate differentiarum quæ sumuntur à diuersis formis intrinsecis in intrinseca realitate est. Et taliter distincta non possunt in eadem realitate conuenire. Sic etiam cum indiuidua absolutorum distinguantur per intrinseca principia indiuidualia quæ sunt de intrinseca realitate eorum, vel per subiecta vt dixi patet, quod nec ipsa possunt eandem numero realitatem habere. Relatiua autem formalem rationem ac specificam differentiam, non ex intrinseco aliquo principio, sed ex opposito termino sortiuntur. Vnde si ad diuersos terminos aliquid vnum, diuersis secundum speciem relationibus referatur, vel aliqua vna realitas tales diuersas relationes fundare possit, contrariæ tunc differentiæ in eandem coincident realitatem, nec sequetur contraria esse in eodem. Sicut enim suam rationem formalẽ non habẽt à subiecto, sed à termino, ita distinctionem formalem & differentiarum contrarietatem habent ex terminorum formali diuersitate. Et sic suo tunc modo, non sunt in eodem quando non dicutur ad idem. Sequitur etiam ex prædictis quod dictarum specierũ oppositarum, in eadem tamen realitate conuenientium, ipsa quoque indiuidua poterunt in eadem realitate conuenire, cum species non nisi indiuiduorum realitatem habeant. Et si indiuidua diuersarum specierum hoc possunt, multo magis indiuidua eiusdem speciei. Hæc omnia patent in speciebus relationis. Nã secundum tenentes relationem non esse à fundamento realiter distinctam, quæ opinio satis rationabilis est, duæ oppositæ species relationis, puta similitudo & dissimilitudo, cum super eadem realitate qualitatis, puta eiusdem albedinis, fundari possit, (Socrates enim per eandem albedinem similis est Platoni albo, æthiopi vero dissimilis,) in intrinseca realitate nullatenus distinguentur. Et hæc quoque indiuidualis similitudo erit consequenter realiter eadem huic dissimilitudini. Et multo magis in eadem specie idem inuenitur, per eandem enim albedinem Socrates est similis multis albis, sequitur, quod hæc similitudo, qua est similis Platoni, sit realiter eadem cum similitudine, qua est similis alteri, puta Ciceroni, & sic de alijs, & hoc maxime sequitur contra Scotistas: Thomistæ quippe aliter sentiunt, quia tenent, ꝙ vnica reali similitudine Socrates albus ad omnes coalbos referatur, sicut pater vnica paternitate refertur ad plures filios, licet sint similitudines vel paternitates plures secundum rationem &c. Sed tamen adhuc sequitur idem secundum Thomistas, quia licet nõ sint plura numero accidentia prædictæ duæ similitudines, sunt tamen duæ similitudines, numero distinctæ sub specie vna similitudinis, & hoc idem, quia diuersos numero terminos respiciunt, quos & in sui formali ratione assumunt. Sic ergo similitudines illæ sunt quidem duæ, & distinctæ sub specie similitudinis, & duo indiuidua eius cum duos respiciant terminos, & tamẽ sunt vna, & eadem realitas albedinis, quæ est in Socrate. Secundum tertio ꝙ sicut in his quæ proprie relatiua sunt, apparet ꝙ distincta indiuidua eiusdem speciei possunt esse idem realiter, ita ꝙ indiuidualis vt sic eorũ distinctio non exigit distinctionem in ipsa realitate intrinseca, ita illa quæ licet non sint proprie relatiua, habent tamen complementum suæ rationis formalis ex varijs respectibus, possunt adinuicem distingui numero &, pariter recipere speciei suæ prædicationem non obstante eadem realitate in qua conueniunt vel fundantur. Dictum est autem supra quòd licet quantitas discreta quæ est numerus, sit quid absolutum, eo quòd in sua formali ratione nullam realem relationem includat vel supponat, ratio tamen eius non nisi respectu quodam rationis completur, eo modo quo supra deduximus. Vnde sicut in relatione, ex varietate terminorum & ex diuersa habitudine ad diuersos terminos, multiplicantur indiuidua relatiua, vt sic, stãte eadẽ intrinseca realitate, sic pari modo non inconuenit dicere ꝙ stante eadem numeri vnius speciei realitate, ob varietatem tamen habitudinis quæ rõnem formalem illius cõplet, possunt indiuidua eius multiplicari. His præmissis facile respondetur obiectis. Et ad primum quidem argumentum dr̃ ꝙ accidentium pure absolutorum non est distinctio numeralis nisi per subiecta, secus autem eorum quæ licet principaliter sint absoluta, de sui tamen rõne specifica habent ꝙ concipiãtur sub respectu. Talia.n. duplicem etiam modum, multiplicationis admittunt, propter rõnem.s. absolutam multiplicari possunt indiuidua ex numerositate subiectorum vel intrinsecorum principiorum indiuidualium. Et propter respectum conceptuum, possunt multiplicare ex multiplicatione terminorum, vel etiã varietate eorũ quibus tales respectus inesse concipiuntur. Vt sicut ordo ille in cõi suo modo constituit & distinguit speciem talis entis: Sic ordo hic & ille constituant suo modo & multiplicent indiuidua, vel potius diuersa talium ordinum fundamenta vt sic. Et propter hoc sub specie numeri qui eiusmodi naturæ est, quædam indiuidua multiplicãtur ex multitudine subiectorum, vt duo quinarij quinq; lapidũ & quinq; panum. Quædam vero ex multitudine prædictorum respectuum, sicut quinq; quinarij quinque lapidu secundum ꝙ quilibet vnus lapis est terminus fundamẽtalis summationis, vt supra declaratum est, & consequenter forma numeri. Habere aũt sic variam diuersitatem distinctionis indiuiduorum, cõpetit ex his naturali rationi suæ imperfectionis, vt supra dictum est. Et inuenitur hoc in multis alijs rerum speciebus, sicut patet in relationibus. Possunt enim duæ similitudines, ideo numero distingui, quia sunt in diuersis substantijs, & hoc habent vt accidentia sunt, cum vt sic respiciant subiectum, cui accidunt, & possunt distingui numero propter diuersos terminos, ét si in eadem realitate fundetur, sicut duæ similitudines in eadẽ numero albedine fundatæ ad diuersa coalba, & nec numeralis distinctio cooperit similitudini, vt relatio est. Ad secundum patet per idem. Absoluta quippe accidentia, vt sic, non possunt numero distingui nisi

concurrat absolutarum relitatum distinctio, secus de accidentibus, quæ in sui specifico conceptu includūt ens rationis quasi completiuum specificatiui conceptus, vt dictum est. Talia enim distinguuntur numero sub tali specie, vt species est, non autem distinguuntur numero sub tali specie vt res est. Et hoc est quod à quibusdam dicitur, quòd distinguuntur numero vt specificatiuo & formali, non autem materiali. Ad tertium dicitur ꝙ non est inconueniēs speciem aliquam admittere duplicem modum distinctionis numeralis indiuiduationis, quando in illa specie duo inueniuntur concurrētia ad rationem specificam, vnum quasi materiale, alterum vero quasi formale, & vnum multiplicari potest in altero in sua vnitate remanente, vt deductum est in solutione primi. Est tamen ordo inter tales modos distinctionis numeralis sub illa specie. Quia ille modus qui sumitur ex eo quod est materiale in specie accidentis, competit illi speciei sub ratione qua est accidēs, cui vt sic, competit sicut esse ita & distinctionē habere à subiecto. Alius vero modus distinctionis numeralis qui sumitur ex eo qđ est formale specificatiuū in specie, est proprius eiusdem speciei. Et si aliqua distinguuntur numeraliter sub tali specie primo, distinguuntur etiam sub illa secundo modo, non autem econuerso. Cum ergo in numero ista omnia inueniantur, vt declaratum est, ideo argumētum nullum est. Et per idem patet etiam ad quartum bene consideranti. Sicut enim aliquarum specierū possunt esse duo modi indiuiduationis, ita & duobus modis possunt sub eisdem specieb. indiuidua abinuicem distingui, vt tam vnum ab vno quam alterū ab altero magis vel minus distinguanť, eo modo, quo supra declaratum est. Ex his patet primum quod supra in principio huius defensionis declarandum proposui, quomodo videlicet intelligēda sint dicta S. Th. dum dicit numerum specificari per ordinem, & vltimam vnitatem esse formā numeri dantē ei speciem & vnitatem. Hæc autē (vt nostris loquar) dixisse velim, magis veritatem inquirendo quàm determinando, & cum omni semper reuerentia aliquorum venerabiliū doctorum à quorum assertionibus circa formam numeri videor declinare. Neque enim videtur verum ꝙ sit in quolibet numero rerum naturalium, ita vna numero vnitas à qua determinate suscipiat speciem, ꝙ non possit ab alia. Difficile est enim assignare quę sit illa & qualis sit ille ordo. Similiter non minus difficile est intelligere quomodo stent simul, ꝙ aliquid det specificationem enti reali, & absoluto, ita quod sit species realis prædicamenti & absoluti vt tenet S. Thom. de vnitate vltima respectu numeri, & tamen dicatur ꝙ non specificet nisi secundum, ꝙ tale, puta numerus depēdet ab intellectu, seu secundum esse quod habet in intellectu tantum, prout dicunt quidam alij ex nostris. Quod autem ex verbis Arist. in hoc loco expresse habeatur id, quod docet Doctor angelicus, hoc in quā, quod vltima vnitas sit forma numeri, quod fuit secūdum in principio huius defensionis propositum & ab Ant. And. negatum, sic deduco. Ponit Aristot. in hoc textu decimo secūdam similitudinem inter substātiam, quam significat diffinitio, & numeros, quantum ad hoc, ꝙ sicut addito vel subtracto aliquo etiam minimo, ex his quibus componitur numerus, non est amplius idem numerus, sed alius, ita in diffinitione, addito aliquo vel subtracto non est amplius eadē diffinitio. Ex his clare patet, ꝙ vltimam vnitatem intendit Arist. esse formam numeri, & eidem speciem dare. Nam sicut id per cuius additionem vel subtractionē est alia diffinitio, se habet ad id, cui additur, vel à quo subtrahitur in hoc, quod est dare vel nō dare speciem & vnitatem, ita id, per cuius additionem vel subtractionem est alius & alius numerus se habet ad ipsum numerum, cum in hoc attendatur inter ista duo similitudo secundum Arist. Est autem forma, seu differentia formalis habens quidditatem, id per cuius additionem, vel subtractionem variatur quidditas. Quod patet tam ex parte additionis, quàm ex parte subtractionis. Ex parte quidem additionis, quia cum in diffinitione non sit nisi genus & differentia, non potest dici, ꝙ genus addatur differentiæ, tum quia prius nō additur posteriori, sed econuerso, genus autem prius est differentia. Tum etiam quia potētia non additur actui, sed ecōtra actus intelligitur superuenire potentiæ quam actuat. Genus autem comparatur ad differentiam vt potentia ad actum: ergo &c. Ex parte etiā subtractionis idem patet. Quia non variatur species, siue quidditas vt fiat altera quidditas ex parte subtractionis generis, sed tantummodo ex parte subtractionis differentiæ. Subtracto.n. genere nō remanet quidditas, sed differentia tantum. Subtracta autem differentia remanente genere, remanet saltem virtualiter quidditas completa, vel proprie dicta si tale genus sit etiam species. Sic.n. est compositum ex genere & differentia, in quibus coniunctis consistit ratio quidditatis, vel quidditas ipsa generalissimi, quæ nō est proprie quidditas, licet proprie dici formalis ratio. Et ad hominem idem patet, quia sic & Ant. And. exponit, sequens S. Thom. etiam verbaliter. Oportet igitur ꝙ & in numero id quod additur vel subtrahitur habeat rationem formæ respectu eius cui additur, cū in hoc etiam attendatur similitudo Arist. Quod & ex sequēti similitudine patet, vbi secundū expositionem etiam Ant. Andr. dicitur, ꝙ sicut quidditas est composita ex eo quo est vnum, & quod est vnum, ita & numerus. Et per consequens sicut in quidditate id quo est vnū, est forma eius quod est vnum, ita & in numero. Probat autem vtrunque Arist. quia rationes illæ, seu quidditates non sunt vnum per se quasi indiuisibiles sicut vnitas aut punctus, vt quidam dixerunt, sed sicut quid compositum ex proprio actu & propria potentia sicut exponit Ant. And. Vnde hoc supponens tāquam verum & de mente Philosophi statim inquirit, à qua vnitate sit numerus vnus formaliter. Et sic oportet ꝙ intendat ꝙ id quo numerus est vnus formaliter, sit forma ex qua cum aliquo sibi composito quasi potentiali componatur numerus iuxta processum similitudinis Arist. Et sic patet ꝙ etiam secundum eum secunda similitudo Philosophi attenditur in hoc, ꝙ sicut addito vel subtracto formali in quidditate, variatur quidditas, ita addito vel subtracto formali in numero, variatur numerus. Probato igitur quod vltima vnitas tātum sit illa ex cuius additione vel subtractione variatur numerus, sequetur statim necessario s'm intentionem & verba Philosophi ꝙ vltima vnitas sit forma numeri. Hoc ipsum autem competere vltimæ vnitati probatur tā ex parte additionis quàm ex parte subtractionis prælaię. Ex parte quidem additionis, quia cum additio ista non fiat nisi per summationem intellectus, eo tñ modo quo supra declarauimus, nec aliquid possit intelligi addi nisi præexistentibus, nec aliquid subtrahi nisi à præexistentibus, oportet ꝙ id quod additur sit vltimum in tali summatione, ex qua additione fiat alia species numeri. Quod si aliquis forte dicat, nolo addere vltimam, puta quintam, sed volo addere tertiam vel quartam &c. patet ꝙ iste vocem suam ignorat. Cum.n. per additionem vnius vnitatis non possit cōsurgere numerus quinarius, nisi illa quę additur præsupponat in summatione omnes alias ex quibus cum addita consurgat talis numerus, patet ꝙ ea quæ additur, vt sic, semper vltima est, tametsi in alia forte summatione fuerit tertia vel quarta, in illa, scilicet quæ ad tertiam vel quartam terminata est. Ex parte etiam subtractionis idem patet. Nihil enim

potest

potest subtrahi ab aliquo numero sic quòd remaneat alia species numeri & inferior vt necesse est, nisi prius habuerit rationem complentis speciem numeri superioris. Sed talis est sola vltima vnitas, vt probatum est, ergo &c. Licet igitur quantum ad situs corporei ordinem aliqua possit subtrahi quæ secundum talem sitũ non est forte vltima, sed prima vel media, quantum tamen ad ordinem talis summationis fundamentalis, quæ est de ratione numeri, vt probatum est, non subtrahitur nisi illa quæ sumitur sub ratione vltimæ. Sic igitur ex his omnibus tam ab Arist. quàm ex confessione aduersarij adductis, patet quòd vltima vnitas est forma numeri, & comparatur ad illum vt actus & perfectio propria ad proprium perfectibile, & vt forma partis ad formatum. Et hæc de secundo.

Quantum autem ad tertium, ꝙ videlicet determinatio Ant.an. nõ sit bona, iam ex præmissis patere potest, cum deuiet à S. Thom. & consequenter ab Arist. cui conformiter loquitur diuus Thom. vt ostensum est, sed & specialiter hoc idem deducitur ex intentione & verbis Arist. multipliciter. Et primo sic: Comparat Arist. quidditatem numeris, vt paulo ante dictum est, & assimilat eis in hoc, ꝙ sicut in numeris est aliquid vt formale & aliquid vt materiale, ita & in quidditatibus. Vnde sicut numerus, licet sit compositus ex multis, est tamen cum hoc vnus per se, & in eo inuenitur aliquid quo est quid vnum per se, ita & quidditas est quid vnum per se, quamuis sit composita ex multis, scilicet ex materiali & formali, vt & ipse Ant. an. confitetur. Non.n. est quid vnum, sicut punctus, aut vnitas, aut aliud tale indiuisibile, vt dicit Arist. Manifestum est autem, ꝙ cum Arist. dicit quidditatem esse compositam ex materia & forma & non esse indiuisibilem, non loquitur de forma totius. Non.n. dicitur aliquid componi ex materia & forma totius, sed potius resultat forma totius ex vnione & cõpositione formæ partis cum materia. Forma ergo partis est illa, ex qua cum materia est composita quidditas, & à qua sicut esse, ita & essentialem vnitatem habet compositum. Hanc autem formam partis in numero non assignat Ant. Andr. quæ sit, ergo male & non ad mentem Aristotelis determinat. S. Thom. autem eam assignauit esse vltimam vnitatem, quæ vt vltima quidem habet rationem formæ & specificatiui numeri, vt vero præscindit ab hac ratione vltimitatis, habet simul cũ alijs rationem materiæ. Sunt enim omnes vnitates, ex quibus componitur numerus, vt ex partibus materialibus, & ob hoc dicuntur esse in eo in potentia, inquantum numerum componunt, licet ad hoc etiam, ꝙ numerum componant opus sit vnicuique earum rationem vnius attribui. ergo &c. Et confirmatur deductio ista, quia Ant. Andr. dicit determinando quod vnitas specifica numeri, puta qua quinarius dicitur vnus numerus specie distinctus à quaternario, est à forma specifica. Et licet non explicet an loquatur de forma totius, an de forma partis, quia tamen dicit ẽt, quòd ipsa vnitas est ipsa forma specifica, & paulo infra dicit, quod hæc vnitas est totalis, à qua denominatiue totum dicitur vnum, ideo videtur velle loqui de forma totius tantum. Licet hoc ex verbis eius de necessitate, inferri non possit, cum & forma etiam partis specifica sit, & ea sit formaliter vnum ipsum formatum, sicut & formaliter ens, per illam potest denominari totum vnum. Vnde ob hoc etiam potest dici vnitas totalis. His tamen non obstantibus si per illa verba intendat tantum explicare formam totius vt videtur, & maxime, quia paulo infra in expositione sequentis textus dicit, ꝙ Arist. hic non loquitur nisi de forma totius, sequitur quòd cum forma totius sit cõposita ex materia & forma partis, & non possit tantũ de eo quod materiale in re est, resultare, consequenter in numero erit aliqua alia forma, quæ sit forma partis. Cum ergo forma ista partis concurrat ad vnitatem formati vt ratio & causa eius principalis, sequitur ꝙ eius etiam debuerit facere mentionem cum de vnitate qua numerus vnus est loquebatur, quærẽs quid esset & à quo. Quod tamen non fecit, immo S. Thom. impugnauit id optime facientem, ergo male. Secundo Arist. hic comparans quidditatem numero dicit, quòd sicut in numero propter multitudinem vnitatũ ex quibus componitur quærendum est, quid faciat ipsam esse vnum per se, quod ideo videtur difficile, quia ibi apparet manifesta multitudo & nullum apparet vniens, ita etiam quærendum est de quidditate, quæ etiam componitur ex multis, quid sit faciens eam esse quid vnum. Ex quo modo loquendi videtur magis de causa vnitatis quærere, quàm quid sit ipsa vnitas, circa quod tamen soluendũ, tota intentio. Ant. Andr. insudauit, & ob hoc non ad mentem Arist. Esse enim vnum vnitate propria vnum quodque, omnibus notum est. Sed à quo sit talis vnitas, in quibusdam est difficile videre, in his videlicet in quibus nõ apparet nisi diuersitas seu discretio, sicut est in numero. Tertio. Si numerus nõ ex alio est per se vnus quàm ex sua forma totius, quę per te est sua vnitas, non erit maior ratio quòd numerus sit vnus ꝑ se quam quod aceruus. Est enim & ipse aceruus vnus aceruus & distinctus ab altero aceruo propria vnitate, per quam ita constituitur in specie acerui, si sic fas est loqui, quòd non in specie populi, licet hæc non sint proprie loquendo species, cum sint entia per accidens. Secundum prædictam autem Ant. Andr. determinationem, non posset assignari, quare vnitas numeri sit forma specifica faciẽs vnum per se magis quam vnitas acerui, & ob hoc sicut assignabimus per te in numero vnitatem ipsam suam vt id quo est vnus per se, ita poterimus assignare, quòd ipsa vnitas acerui faciat illum vnum per se, secundum enim hoc non est maior ratio de numero, quàm de aceruo. Et tamen Arist. hic dicit ꝙ in aceruo nõ est aliquid quo possit dici esse vnus, & propter hoc nõ est vnus per se. In numero autem est aliquid, quo est vnus per se: ergo secũdum Arist. aliquid aliud est in numero præter vnitatem, quæ est forma totius, ex quo est vnus per se, quod aceruo cõpetere non potest. Est enim aceruus aggregatio vnorum, vt ita dixerim, sine ordine. Et ex hoc sequitur, ꝙ illud quod est in numero faciens eum vnum per se, & illud quod est in quidditate, quæ etiam secundum Arist. ad numeri similitudinem est quid vnum per se, est in horum singulis propria forma partis, vel propria differẽtia, quæ à forma partis sumitur. Et confirmatur, non enim minoris, immo maioris difficultatis est scire, quomodo numerus habet vnitatem specificam, quam scire quomodo est vnus per se. Multa.n. sunt per se vt cõtinua etiam per copulationem, velut viscum &c. ex 5. Met. quæ tñ non habent vnitatem specificam. Et ob hoc poterimus talia cognoscere, ꝙ sint vnum per se, & tamen non cognoscemus ea esse vnũ quid ẜm speciẽ. Declarare ergo, ꝙ aliquid, in quo apparet expresse multitudo & diuersitas, cuiusmodi est numerus, habeat vnitatem per se, per hoc ꝙ habet vnitatem specificam, non aliter declarando quõ habeat vnitatẽ specificam, & à quo est declarare magis notum ꝑ minus notum, quod est petere principium. Et non solũ hoc est ẜm se, magis vel minus notum, vt diximus, sed etiã quo ad nos. Aliud ergo intendebat Arist. cũ quęrebat vel asserebat esse aliquid quo numerus esset vnũ per se, quam vnitatem specificã quæ sit idem cũ forma totius. Quarto. In assignanda cã vnitatis per hoc ꝙ tale quid est vnũ propria vnitate specifica, nõ differũt simplicia à cõpositis, nec ĩdiuisibilia à diuisibilibus. Sicut em hõ est vnus sua vnitate specifica quę est sua forma

totius, scilicet humanitate, ita punctus est vnus sua forma totius ipsa (vt ita loquar) puncteitate: Et Gabriel sua Gabrielitate, & sic de omnibus simplicibus. Sed Arist. facit hic differentiam inter simplicia & cōposita, quia non est in vtrisque eodem modo assignare quo sunt vnum per se, ergo non intendit id de quo quærit faciens numerum esse vnum per se, esse formā totius, & vnitatē illo modo specificam. Quinto Ant. an. loquens in determinatione sua de tali vnitate, dicit ꝙ est vel forma specifica vel propria passio consequens formam, vt ex modo loquendi videatur dubitare & ignorare, quod horum sit. Quod quidem nō est docentis, sed mente vagantis. Non. n. titubans, sed determinata & certa debet esse doctrina. Et si est vtrunque secundum diuersas rōnes, non debuit sic sub distinctione loqui, sed explicare vnde haberet rationem passionis si passio erat, & quomodo, vel etiam vnde habebat identitatem cum seipsa vt forma, vel cum ea diuersitatem, si alia est. Cum. n. ausus fuerit ponere os in cœlum, & contra S. Thom. doctorem cęlicum verba spargere, debuit grauiori pede procedere. Et confirmatur, quia circa finem suæ determinationis dicit, ꝙ hæc vnitas denominat totum in secundo modo dicendi per se, ergo non est forma specifica, quia ab hac sumpta prædicatio est in primo modo. Ergo determinate debuit dicere ꝙ sit passio, & non subdistinctę formę ꝙ sit forma vel passio. Debuit etiam declarare qualis passio sit, an videlicet proprie, vel improprie dicta, quales sunt passiones entis, prout de facto est ipsum vnum transcendens, indistinctum realiter ab ipso ente quod dr̄ sic vnum, quomodo est quid vnum per se, quælibet species prædicamentalis. Sexto. Ant. Andr. dicit in hac eadem determinatione ꝙ talis numeri vnitas est innominata. Quod quidem verum est apud illum, à quo non est cognita, vt ex dictis patuit. Sed apud eos qui huius formæ sicut & aliarum specierum quātitatis notitiam habent, nominata est. Vt enim ex dictis iam patere potest, in quolibet numero est dupliciter forma, sicut & in quolibet alio composito ex materia & forma, vel ex eo quod se habet per modum materiæ & formæ. Quædam enim est forma partis, quæ in quolibet numero est vltima sua vnitas, & est nominata, sicut in quaternario dicitur seu denominatur quarta, in quinario quinta, & sic de alijs. Alia est forma totius quæ resultat ex vnione materiæ cum forma vel ex ordine materialis cū formali &c. Et hæc etiam nominata est. Nam hæc in numero binario dicitur dualitas. In ternario ternitas seu trinitas, & sic inde. Hoc autem modo nominari formas totius ipsorum numerorum secundum suas species, nullus qui in doctrinis sapientum & Philosophorum exercitatus est, negare potest. Vt clarum est intuentib. libros Platonis, Arist. Auer. Alberti, Sancti Thomæ, & etiam Scoti, & breuiter omnium sine differentia. Vtuntur enim omnes prędictis denominationibus formarum illarum. Contra se etiam loquitur in eadem fere sententia. Si enim denominat totum, quomodo est forma innominata? Et si innominata, quomodo denominat? Patet igitur ex his omnibus, hanc Ant. And. determinationem vndecunq; à plana veritatis via deuiare. Et hęc de tertio. Quātum ad quartum superest soluere argumenta ab aduersario inducta contra pręfatam S. Thomæ doctrinam. Ad primum igitur primo respondet ꝙ vt ex determinatis patet, non arguit ad propositum eius quod intendit S. Thom. quia vnitas illa quæ dat speciem & vnitatem numero, non dicitur vltima vltimitate situs realis, de quo tantum intendit dictum Arist. super quo fundatur obiectio, sed vltimitate fundamentalis summationis quæ est de ratione numeri, vt superius dictum est. Secundo dicitur ꝙ Arist. loquitur de vnitate specifica, non autem de numerali sub eadem specie. Et hæc est alia & alia in numeris secundum quod variatur vnitas de vltima in non vltimam. Non variatur autem species & substantia specifica numeri per diuersam positionē vnitatis hoc modo dicto, sed per subtractionem eius, vel additionem alterius. Quod autem sit hæc intentio Arist. indicat ly differentia in substantia, quæ si proprie sumatur, specificam habet diuersitatem causare. Vnde negando ibi esse differentiam in substantia, non negat (quantum ex propria significatione verborum sumi potest) nisi distinctionem specificam. Indicant etiam hanc esse intētionem Philosophi, exempla quibus declarat ꝙ in quibusdam facit positio differentiā secundum substantiam. Nam dicit quòd diuersitas partium in homine & domo, & sic in alijs heterogeneis, intelligendo de partibus principalibus, facit diuersitatem in substantia, quod exprimit diuersitatem specificam. Variatur enim species ex tali partiū transpositione, puta si pedes hominis ponerentur in situ capitis, & econuerso, & tectum domus poneretur in situ fundamenti & econuerso. Sic igitur ex diuersa situatione vnitatum, etiam eo modo summationis quo declaratum est, cum non fiat variatio in substantia specifica, vt sit alia species numeri, patet ꝙ etiam si fiat variatio secundum numerum sub vna specie, non repugnat hoc dictis Arist. in loco allegato. Erit igitur nunc numerus alius nō specie, sed numero, & forma alia, non specie, sed numero. Et per hoc patet ad primam probationem falsitas consequentis. Ad secūdam vero dicitur, ꝙ non inconuenit absolutum imperfectum, & imperfecte unitatem habens, specificari per ordinem prædicto modo, immo, hoc requirit ordo vniuersi, vt quædam naturæ vno modo, aliæ vero alio speciem sortiantur, sicut in principio deduximus per S. Thom. ꝙ aliqua entia per formam, aliqua per compositionem, aliqua vero per ordinem specificantur. Et in hoc super alia accidentia habet quantitas similitudinem cum substantia, sic enim in supremo coniungitur infimæ substantiæ, dum quantitas discreta, quæ est prior & consequenter perfectior cōtinua, admittit & habet in sui essentia compositionem formalis cum materiali, vt fiat ex eis per se vnum &c. Ad secundum argumentum patet solutio ex dictis. Non. n. ex vltimitate naturæ, perfectionis, temporis, situs, aut actualis etiam à numerante summationis, habet aliqua vnitas, ꝙ sit specialis forma huius quinarij, & nō illius, sed à fundamentali vltimitate prædictæ etiā fundamentalis summationis, vt superius dictum est. Ad tertium dicitur, ꝙ forma informans est & in toto formato, & in parte materiali, sicut anima est in homine, & in materia eius. Sed forma significata per modum compositionis vel ordinis, non est in parte vel in toto vt informans. Non enim compositio est in singulis partibus compositi, aliàs omnis pars heterogenei esset heterogenea, & pars etiam quælibet haberet in se compositionem totius, quæ omnia sunt falsa, sed sufficit ꝙ compositio sit in partibus, quia est ipsa habitudo compositionis partium, ita ꝙ singulas partes respiciat vt terminos, & non vt subiecta, sed vt subiectum adæquatum respicit ipsum totum. Sic eodem modo de ordine specificante numerum dicendū est, quantum ad hoc ꝙ talis vnitas quæ est forma numeri non oportet ꝙ sit in alijs vnitatibus informando eas &c. sed sufficit quod ad eas terminetur tali ordine. Dicitur. n. vltima in respectu aliarum, & hoc sufficit ad esse formam partis in tali specie. Et est in ipso toto numero vt forma eius adæquata per hoc, ꝙ in eo respicit alias sub prædicto respectu, ex qua habet totum ipsum, quod sit vnum per se, & distinguitur sicut pars à toto ab ipsa forma numeri, quæ dicitur forma totius, puta dualitate, à qua numerus ille denomi-

natur

natur binarius, sicut ab humanitate denominatur homo. Est ergo in alijs vnitatibus non formaliter, neq; enim hoc exigit natura huius formæ, sed ordinabiliter, inquantum ex ordine ad alias habet ꝙ sit vltima. Et hoc sufficit ad hoc ꝙ sit forma numeri dans ei speciem & vnitatem per se, vt dictum est. Et hæc de presenti defensione sufficiant. Per omnia benedictus Deus. Amen.

BESS. *Et quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neque substantia, quæ secundum formam est, sed si est quidem, ea quæ secundum materiam est.*

ANT. par. 12. *Et quemadmodum nec numerus habet magis vel minus, nec quæ secundum speciem substantia. Sed siquidem cum materia.*

Sicut numerus sic & forma non dicitur secundum magis & minus, secus de quodam compositio.

Ponit quartam assimilationem, & dicit quòd sicut numerus non suscipit magis aut minus, ita nec substantia quæ dicitur secundum speciem, licet forte illa quæ dicitur secundum materiam. Sicut enim ratio numeri in aliquo determinato consistit, cui non est addere nec subtrahere, vt dictum est, ita & ratio formæ. Sed magis & minus contingit ex hoc ꝙ materia perfectius vel minus perfecte formam participat. Vnde etiam albedo non suscipit magis & minus, sed album. Deinde cum dicit,

BESS. *De generatione igitur, ac corruptione dictarum substantiarum, quomodo accidat, quoque modo impossibile est, deque reductione ad numerum, hactenus determinatum sit.*

ANT. par. 13. Alia litera de analogia. *De generatione quidem, & corruptione dictarum substantiarum quomodo contingit, & quomodo impossibile, & de analogiam ad numerum, sit vsque ad hoc determinatum.*

Epilogat quæ dicta sunt dicens, quòd dictum est {de generatione & corruptione talium substantiarum scilicet formalium quomodo contingit, quia per accidens, & quomodo est impossibile, quia per se, & de analogia, id est reductione earum ad numerum per viam assimilationis.

LECTIO IIII.

Quæ de materia sciri oporteat, manifestat, & quomodo in omnibus materia reperiatur.

BESS. tex. 11. DE materiali vero substantia oportet non latere, quòd etsi ex eodem omnia primo, aut eisdem tanquam primis, & eadem sit materia vt principium illis, quæ fiunt, est tamen quædam cuiusque propria, flegmatis prima materia, ipsa dulcia aut pinguia, choleræ vero, amara, aut aliqua alia. Fortassis autem hæc, ex eodem.

ANT. tex. com. 12. part. 1. *De materiali autem substantia oportet non latere, quia & si ex eodem omnia primo, aut eisdem, aut primis, & eadem materia vt principium his quæ fiunt, est tamen aliqua propria cuiuslibet, vt phlegmatis prima materia, dulcia aut crassa, choleræ vero, amara, aut alia quædam. Forsan autem hæc ex eodem.*

Sermo de materia

Postquam Arist. prosecutus est ea, quę consideranda erant circa formale principium substantiæ, nunc determinat de principio materiali, & diuiditur in partes tres. Primo enim determinat de principio materiali per comparationem ad ea, quæ sunt ex materia. Secundo per comparationem ad alias causas, ibi. {Contingit autem vna materia existente. { Tertio per comparationem ad transmutationem generationis & corruptionis, cuius subiectum est materia, ibi. {Quoniam vero quædam sine generatione. } Circa primum duo facit. Primo manifestat, verum omniū sit vna vel plures species materiæ. Et dicit, ꝙ oportet non latere circa materiale principium, quia licet omnia sint ex eodem primo materiali principio, quod est materia prima de se nullam habens formam, aut ex eisdem materialibus principijs {aut primis} quod dicitur propter quatuor elementa, quę sunt principia materialia communiter omnibus generabilibus & corruptibilibus, Et licet sit eadem materia, vt {principiū his quę fiūt,} quod dicit propter hoc, ꝙ materia non est tantū principium in esse, sed etiam in fieri. Licet etiam prima materia & elementa communiter se habeant ad elementa, tamen cuiuslibet rei est aliqua materia propria. Vt materia propria phlegmatis non simpliciter, sed in genere, sunt dulcia & pinguia, hæc enim habent quandam affinitatem cum phlegmate ratione suę humiditatis. Choleræ vero prima materia, sunt amara, aut alia quædam huiusmodi, in amaris enim videtur calor omnino habere dominium super humiditaté vsque ad eius consumptionem. Et sic ratione siccitatis & caliditatis, affinitatem habet cum cholera. Sed hæ duæ materiæ, scilicet amara & dulcia, forsan sunt ex aliquo principio materiali priore. Addidit autem {forsan} quia quorundam est sic diuersa materia, ꝙ eorum materię non reducuntur in aliquam priorem, sicut corpora corruptibilia & incorruptibilia. Ex his igitur, quæ hic dicuntur, accipitur, quod prima materia est vna omnium generabilium & corruptibilium, sed proprię materiæ sunt diuersæ diuersarum.

BESS. *Fiunt autem plures materiæ eiusdem, cum alterius altera fit, vtputa pituita ex pingui & dulci, si pingue ex dulci, ex bilis vero esse, ob resolutionem in primam materiam. Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quoniam ex eo quod procedet, aut quoniam ex eo, quod resolutum fuerit in principium.*

ANT. par. 2. *Fiunt autem plures materiæ eiusdem quādo alterius altera fiunt, vt phlegma ex crasso & dulci, si crassum ex dulci. Ex cholera uero per resolui choleram in primā materiam. Dupliciter enim hoc ex hoc. Aut quia primum erit, aut quia ex resoluto in principium.*

Quo vnius sint vel non sint plures materiæ

Secundo, dicit quomodo econtrario vnius sunt plures materiæ, dicens, ꝙ eiusdem rei sunt plures materiæ, quando vna earum est alterius materia. Sicut materia phlegmatis sunt pingue & dulce, si pingue est ex dulci. Pinguis enim sapor inter medios sapores computatur, medij autem sapores fiunt ex extremis, qui sunt dulce & amarum, sed pingue est proximum dulci. Considerādū vero est, ꝙ in istis exemplis materiam alicuius posuit ex quo aliquid fit, licet non sit permanens, sed trāsiens: ne igitur aliquis existimaret, ꝙ semper aliquid fieri diceretur ex materiali principio & non econuerso, subiungit, quòd etiam ex cholera dicitur aliquid fieri per resolutionem choleræ in primam materiam, & econtra cholera fit ex prima materia. Quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex altero, aut quia illud ex quo fit, est ei principium naturaliter in via generationis, huiusmodi enim est materiale principium, aut quia factio est resolutio in principium materiale, ita scilicet quòd ex composito per resolutionem, materiale principium fieri dicatur. Fit, n. corpus mixtum ex elementis per compositionem, elementa vero ex corpore mixto per resolutionem. Deinde cum dicit.

Dupliciter aliquid ex altero fit.

BESS. *Contingit autem una existente materia, diuersa fieri propter mouentem causam vt ex ligno fit arca & lectus. Quorundam autem diuersa materia necessario, diuersis existentibus, utputa, serra nunquam fiet ex ligno, nec est hoc in causa mouente, non enim faciet serra n ex lana, aut ligno. Si autem idem contingit ex alia materia*

Tex. 12. *teria facere. Patet quòd principium & ars, quæ est ut mouens, eadem est, etenim si materia diuersa & mouēs, & ipsum quod factum est.*

A N T. part. 3 *Contingit autem una materia existente, fieri diuersa propter mouentem causam, utputa ex ligno, et arca et lectus. Quorundam uero altera materia ex necessitate alteris existentibus, ut serra non utique fiet ex ligno, nec in mouente causa hac. Non enim faciet serram ex lana aut ligno. Si uero idem contingit ex alia materia facere, palam quia ars et principium, quod est ut mouens, et idem. Nam si et materia altera, et mouens, et quod factum est.* Text. co. 12.

Comparat materiā ad alias causas & primo ad agentem. par. seq. Vnde posit cum vnitate materiæ effectuum diuersitas prouenire.

Determinat de materia per cōparationem ad alias causas, & primo per comparationem ad agentem tantum, qui ex materia aliquid facit, quæ quidem comparatio pertinet ad materiam secundum ꝙ est principium fiendi. Secundo per comparationem ad omnes causas, prout materia est principium cognoscendi, ibi: Quando itaque aliquis quæsierit. Quia vero superius dixerat, ꝙ vna erat prima materia omnium, posset aliquis dubitare quomodo ex materia vna omnium, diuersitas rerum procederet. Antiqui enim Naturales attribuebant hoc casui, tollentes causam agentem, & ponentes per raritatem & dēsitatem ex vna materia rerum diuersitatem produci: hoc ergo remouens Philosophus dicit primo, ꝙ contingit vna materia existente fieri diuersa propter mouētem causam. Aut quia est alia & alia causa mouens, aut quia eadem causa mouens habet se ad operandum diuersa diuersimode. Quod maxime in artificialib. patet, videmus enim ex ligno fieri arcam, & lectum ab vno artifice secūdum diuersas formas artis, quas apud se habet. Quia vero licet materia prima sit communis omnibus, tamen materiæ propriæ sunt diuersę diuersorum, ideo ne aliquis totam diuersitatem rerum attribueret mouenti, & nullo modo materiali principio, subiungit quòd in quibusdam diuersorum ex necessitate est diuersa materia, propria scilicet. Non. n. quodlibet natum est fieri ex qualibet materia, sicut serra non fit ex ligno, neque est in potestate artificis, vt hoc faciat, nunquam enim vnam materiam attribuit cuilibet operi, non enim potest facere serram ex ligno vel lana, quæ propter mollitiem suam non sunt apta ad opus serræ, quod est secare. Patet igitur, quòd diuersitas rerum est ex mouente & materia. Si ergo conueniat aliquid idem secundum speciem fieri ex alia materia, sicut phialam ex auro & argento, manifestum est, ꝙ principium mouens oportet esse idem scilicet artem. Si enim materia esset diuersa & mouēs diuersum, necesse esset, quòd & factum esset diuersum. Deinde cum dicit.

B E S S. *Cum itaque quisquam quænam sit causa quærat, quoniam multipliciter causæ dicuntur, omnes contingentes causas dicere oportet, vtputa hominis, quæ causa vt materia, nonne menstrua? quæ vero vt mouens? virum sperma, quæ vero vt forma, quod quid erat esse quæ autem vt huius causa, finis? fortassis autem hę ambæ idem sunt.*

A N T. par. 4. *Quando itaque aliquis quæsierit quid causa? quoniā pluribus modis dicitur causę, omnes dicere oportet causas contingentes. Vt hominis quæ causa vt materia? Equidem menstrua. Quid autem vt mouens? Equidem sperma. Quid vt species? Quodquiderat esse. Quid vt cuius causa? Finis. Forsan autem hęc ambo idem.*

Hic accipe matrem pas siue tātum ad generationem concurrere.

Determinat de materia per cōparationem ad alias causas, secundum quòd materia est cognitiuus principium, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd oportet reddere materiam cum alijs causis in generabilibus & corruptibilibus. Secundo ostendit quomodo se habet materia in substantijs naturalibus perpetuis, ibi. In naturalibus quidem. Tertio quomodo se habet in accidentibus, ibi. Neque quæcunque ita quidem natura. Circa primū tria facit. Primo enim quia antiqui naturales assignabant tantummodo causam materialem, dicit ꝙ quando aliquis de aliquo quærit quid est causa eius? cum plurib. modis dicantur causę, oportet omnes causas assignare contingentes, id est quæ contingant esse illius rei. Non enim habent omnes causas omnia. Naturalia tamen & maxime generabilia & corruptibilia omnes causas habēt. Vt hominis causa quasi materia in generatione ipsius sunt menstrua. Causa mouens sperma in quo est virtus actiua. Causa formalis quodquideratesse, id est illud quod significatur per diffinitionem eius. Sed finis est cuius causa. Hæ autem duæ causæ, scilicet finis & forma, forte sunt idem numero. Quod quidem dicit, quia in quibusdam sunt idem, in quibusdā non. Finis enim generationis hominis est anima. Finis vero operationis eius est felicitas. Secundo ibi.

Comparat materiā ad

alias causas secūdum ꝙ est cognitio nis principium. Infr. p. 7.

Hic argumētare ꝙ materia sit de essentia rei naturalis.

B E S S. *Oportet autem proximas causas dicere, quæ materia, non ignem vel terram, sed propriam*

A N T. par. 5 *Oportet autem proximas causas dicere, quæ materia, non ignem, aut terram, sed propriam.*

Ostendit quòd non solum oportet assignare omnes causas, sed oportet etiam dicere causas proximas, vt incipiendo à causis primis perueniamus ad causas proximas. Per causas enim primas habetur cognitio de re aliqua solum in vniuersali & imperfecte. Per causas autem proximas habetur cognitio rei & perfecta. Sicut si quis quęrat causam materialem hominis, nō debet assignari pro causa, ignis aut terra quæ sunt materia communis omnium generabilium & corruptibilium, sed debet assignari propria materia, vt & caro, & os, & huiusmodi. Tertio ibi.

Causas propinquissimas non re motas assignādas esse. Materia duplex.

B E S S. *In naturalibus igitur & generabilibus substantijs, necesse est ita procedere, si quis recte procedet, siquidē, hæ, totque causæ sunt, & oportet causas cognoscere.*

A N T. part. 6 *Circa naturales quidem substantias & generabiles necesse sic versari, si quis recte versatur, si profecto hæ causæ & tot, & oportet causas cognoscere.*

Epilogus

Epilogat quod dictum est, & dicit quòd circa naturales substantias & generabiles necesse est sic uersari, si quis recte consideret causas, vt scilicet omnes assignentur & proximæ. Et hoc est necesse, ex eo ꝙ hæ causæ sunt tot, vt dictum est. Et oportet causas cognoscere ad hoc quòd aliquid sciatur, quia scire est causam cognoscere. Deinde cum dicit.

B E S S. *De naturalibus autem, sed perpetuis substātijs, alia ratio est, fortassis etenim quædam non habent materiā, aut non talem, sed solum quę secundum locū mobilis est.*

A N T. part. 7 *In naturalibus quidem & sempiternis substantijs alia ratio. Forsan quędam non habeat materiam, aut non talem, sed solum secundum locum mobilem.*

Ostendit quomodo sit materia in substantijs naturalibus & perpetuis, scilicet in corporibus cœlestibus dicens, quòd in naturalibus & perpetuis substantijs, scilicet corporibus cœlestibus, nō est similiter materia sicut in corporalibus, generabilibus, & corruptibilibus. Forsan quidem enim tales substantiæ non habent materiam, aut si habent, non habent talem qualem habent generabilia & corruptibilia, sed solum secundum potentiam, quæ est in motu locali. Vt enim supra dictum est, in rebus generabilibus & corruptibilibus generatio & corruptio inducit in cognitionē materię,

An corruptibiliū, & incorruptibilium corporū sit eiusdē rationis materia Text. com. 4

materię, quia in generatione & corruptione oportet esse vnum subiectum cōmune ad priuationem & formam: vnde, cum in corpore cœlesti non sit potentia ad priuationem formę, sed solum ad diuersa loca, non habet materiam, quæ sit in potentia ad formam, & priuationem, sed quæ est in potentia ad diuersa loca. Corpus autem comparatur ad locum, non sicut materia ad formam, sed magis sicut subiectum ad accidens. Et licet comparatio subiecti ad accidens sit quodam modo vt materiæ ad formam, non tamen subiectum est omnino materia, sicut infra dicetur. Et sic corpus cęleste vniuersaliter nullo modo habet materiam, si subiectum materiam non dicit, vel habet materiam ad vbi, si subiectum dicatur materia. Deinde cum dicit.

BESS. tex. 13

Nec quæcunque natura quidem, non autem sunt substantiæ, his materia est, sed quod subiicitur substãtia, vtputa, quæ causa eclipsis, quæ materia? non enim est, sed luna est, quæ patitur: quæ causa vt mouens, atque corrumpens lumen? terra. Cuius vero causa? forsan non est. quæ vero vt forma, ratio, sed non manifesta ratio, nisi cum ipsa causa sit, vtputa, quid eclipsis? priuatio luminis, si vero addatur à terra in medio interposita, hæc est cum ipsa causa definitio. De somno vero nō est manifestum quid est primum, quod patitur, sed nunquid animal? ita attamen hoc secundum aliquid, & quid primum, cor an aliquid aliud? deinde à quo? deinde, quę passio, quę illius & non totius? quia talis immobilitas, ita: sed hęc, eo quòd aliquid patiatur ipsum primum.

ANT. par. 8. text. cõ. 13

Neque quęcunque ita natura quidem, non substantia vero, non est his materia, sed quod subiicitur substantia. Puta eclipsis quæ materia? Non enim est, sed luna quod patitur. Quæ causa mouens & corrumpens lumen? terra. Quod autem cuius gratia, forsan non. Quod vero vt species, ratio, sed non manifesta, si nō cum causa fuerit ratio. Vt quid eclipsis? Priuatio luminis, si vero addatur, à terra in medio obiectą, quę cum causa ratio hęc. Somni vero non manifestum quid primum patiens, sed quòd animal etiam primum. Verum hoc secundum quid. Et quid est primum, cor, an aliud aliquid? Deinde à quo? Deinde quid passio quę illius & non totius? quia immobilitas talis vtique, sed hoc per aliquid pati quod primum.

Accidentia non habent materiã ex qua, sed in qua.

Ostendit quomodo materia attribuitur accidentibus, & dicit, quòd illa, quæ sunt secũdum naturam, non tamen sunt substantiæ, sed accidentia, non habent materiam ex qua sint, sed substantia est eis subiectum. Subiectum autem habet aliquid simile materiæ, inquantum est receptibile accidentis. Differt autem à materia, inquantum materia nõ habet actu esse nisi per formam, subiectum autem non constituitur in esse per accidens. Si ergo quæratur quæ sit cã eclipsis, non est assignare quæ sit materia, sed luna est subiectum patiens talem passionem. Causa autem mouens, quę corrumpit lumen, est terra interposita diametraliter inter solem & lunam. Causam vero finalẽ forsitan non est assignare. Ea enim, quæ ad defectum pertinent, non sunt propter finem, sed magis proueniunt ex necessitate naturæ, vel causæ agentis. Dicit autem {forsan,} quia consideratio causarum circa singula, quæ contingunt in motibus, est valde difficilis. Causa vero formalis eclipsis est diffinitio eius. Sed hęc diffinitio non est manifestata, nisi in ea ponatur causa, vt ratio eclipsis lunæ est priuatio luminis in Luna. Sed, si addatur, quòd ista priuatio est à terra in medio obiecta inter Solem & Lunam diametraliter, hęc diffinitio erit cum causa. Similiter hoc patet in hoc accidente quod est somnus. Sed in somno non est manifestum quid est primum subiectum patiens hanc passionem, sed hoc est manifestum quòd animal est subiectum somni. Sed secundum quid primo somnus insit animali, vtrum sit cor, vel aliquid aliud tale, non est manifestum, cum quidam ponant primum instrumentum sensus esse cerebrum, quidam vero cor. Somnus autem est quies operationis sensibilis. Deinde oportet considerare habito subiecto somni à quo sicut à causa agẽte sit somnus, vtrum ab euaporatione alimenti, aut labore, aut aliquo huiusmodi. Deinde oportet considerare quæ passio sit somnus illius, scilicet secundum quod primo inest somnus animali, & non totius animalis, quia somnus est quædam immobilitas, sed ea competit animali per aliquod primum, quod est subiectum talis passionis. Et illud primum oportet poni in diffinitione somni, sicut & quodlibet accidẽs diffinitur per proprium suum primum subiectum. Color enim diffinitur per superficiem & non per corpus. Deinde cum dicit.

Eclipsis, q d. Forsan quia finis eclipsis est, propter bonum vniuersi, multa n. bona ostẽdit Ptolomeus in libro Apotelesmatũ in vniuerso cõtingere ex eclipsibus. Somnus q d, in quo, & à quo

BESS. Tex. 14.

Cum autem quędam absque generatione, & corruptione sint, & non sint, vtputa puncta si sint quidem, & omnino species & formæ (non enim albedo fit, sed lignum album, si ex aliquo & aliquid fit omne quod fit) profectò non omnia contraria fiunt vicissim, sed aliter albus homo ex nigro homine, & albedo ex nigredine, nec omnium materia est, sed quorumcunque generatio, & transmutatio inuicem sunt, quæcunque vero absque eo, quod transmutentur sunt, aut non, horum materia non est.

ANT. tex. com. 14. part. 9

Quoniam vero quædam sine generatione & corruptione sunt & non sunt, vt puncta, si quidem sunt, & totaliter species & formæ. Non enim album fit, sed lignum album, aut ex aliquo, & aliquid omne quod fit, non omnia vtique contraria fient ex inuicem. Sed aliter albus homo ex nigro homine, & album ex nigro. Nec omnis materia est, sed quorum generatio est transmutatio adinuicem. Quęcunque autem sine transmutari sunt, aut non, non est horum materia.

Determinat de materia per cõparationẽ ad transmutationem. Formę non generantur per se neq; corrumpuntur, nec habent materiã ex qua, sed in qua

Determinat de materia per comparationem ad transmutationẽ vnius ad alterũ, & ideo primo ostendit quomodo diuersimode fit transmutatio in diuersis. Secundo mouet quasdam dubitationes, ibi. {Habet autem dubitationem.} Dicit ergo primo, quòd quędam quandoque sunt, & quandoq; non sunt {sine generatione & corruptione,} id est sine hoc quòd ipsa per se generentur & corrumpantur, sicut puncta & vniuersaliter omnes species & formę, siue sint substantiales siue accidentales. Non enim album per se loquendo fit, sed lignum album, omne enim quod fit, fit {ex aliquo,} scilicet materia, & fit aliquid, ad quod terminatur generatio, quod est forma, & sic omne qđ fit, est compositum ex materia & forma. Vnde ea, quę sunt formæ tantum, per se fieri nõ possunt. Cum ergo dicitur, ꝙ contraria fiunt ex inuicem, diuersimode intelligendum est in compositis & simplicibus. Aliter enim fit albus homo ex nigro homine, & aliter nigrũ ex albo, quia albus homo significat aliquid compositum, & ideo ꝑ se potest fieri, sed album significat formam tantum, vnde non fit nisi per accidens ex nigro. Patet ergo ex prædictis, quòd non cuiuslibet rei est materia, sed illorum, quæ per se generantur & transmutantur in inuicem. Illa vero, quæ quandoque sunt & quandoque non sunt sine hoc quòd transmutentur per se, ita se habent quòd eorum materia non est ex qua sint, sed habent subiectum in quo sunt pro materia. Deinde cum dicit.

Habet

Habet autem dubitationem, quonam modo ad cõtraria cuiusque materia se habeat, vtpura, si corpus potentia sanum, contrariũ vero sanitati infirmitas, vtrũ ambo potentia: & aqua potentia vinum, & acetum, an huius quidem secundum habitum, & secundum formam, materia est, illius vero secundum corruptionem & priuationem præter naturam?

A N T. par. 10

Habet autem dubitationem quomodo ad contraria, materia vniuscuiusque se habet. Vt si corpus potentia sanum, contrarium vero infirmitas sanitatis, tunc ambo potentia. Et aqua potentia vinum, & acetum. Aut huius quidem secundum habitum, & secundum speciem materia, illius vero secundum priuationem & corruptionem secundum naturam.

Prima dubitatio an omnis materia æque primo respiciat formas cõtrarias

Monet duas quæstiones circa prædicta, quarum Prima est, quomodo materia se habeat ad contraria, vtrum scilicet, ita sit, ꝙ in omnibus, quæ videtur contrarietatem aut oppositionem habere, materia æqualiter vel eodem ordine sit in potentia ad vtrunque oppositorum. Sicuti sanitati opponitur infirmitas, & subiectum vnum, in potẽtia ad vtrunq; æqualiter est, & eodem ordine. Est enim sanitas æqualitas quædam humorum. Infirmitas vero inæqualitas. Inæqualitas vero & æqualitas eodem ordine se habent ad suum subiectum. Videtur ergo ꝙ ad vinum, & acetum sicut ad contraria, aqua, quæ est materia humorum, sit in potentia, & æqualiter se habeat ad vtrunque. Sed Philosophus dicit soluendo, ꝙ hoc non est ita. Forma. n. vini se habet vt habitus quidam & species, forma aũt aceti est vt priuatio quædam & corruptio vini. Sic igitur materia se habet per prius quidem ad vinum sicut ad habitum & ad speciem, ad acetum autem sicut ad priuationem & corruptionem vini. Et ita non comparatur ad acetum nisi mediante vino.

B E S S.

At quædam dubitatio est, cur vinum non sit materia aceti, neque potentia acetum, tametsi fiat ex eo acetũ, & viuens potentia mortuus, an non, sed secundum accidens corruptiones. Ipsa vero animalis materia, secundum corruptionem mortui potentia & materia, aqua quoque aceti est. fiunt etenim ex illis, quemadmodum ex die nox, & quæcunque ita inuicem transmutantur, ad materiam oportet redire, vtputa si ex mortuo animal, primum ad materiam, deinde animal, & acetum ad aquam, deinde, vinum.

A N T. par. 11

Dubitatio autem quædam est, & quare vinum non materia aceti, nec potentia acetum, quamuis fiat ex ipso acetum. Et viuens potentia mortuus. Aut non, sed secundum accidens corruptiones. Animalis vero materia, hoc secundum corruptionem, mortui potentia & materia, & aqua aceti. Fit enim ex his, vt ex die nox Et quæcunque itaque sic transmutantur adinuicem, ad materiam oportet redire. Vt si ex mortuo animal, in primam materiam, deinde fit animal. Et acetum in aquam, deinde fit vinum.

Secunda dubitatio. Cur vinum non est materia aceti, & viuũ mortui

Secundam dubitationem monet, quæ talis est. Illud, ex quo fit aliquid, videtur esse materia illius, sicut ex elementis fiunt corpora mixta, & sunt eorum materia, cum igitur ex vino fiat acetum, & ex viuo fiat mortuum, dubitatur, quare vinũ non sit materia aceti, & viuum materia mortui, cum ordinentur ad ea, sicut potentia ad actum. Sed ad hoc respondetur, ꝙ acetum est corruptio ipsius vini, mortuum vero corruptio viui, non ergo acetum fit ex vino sicut ex materia, neque mortuum ex viuo, sed secundum accidẽs dicitur ex eo fieri, inquantum fit ex materia eius. Vnde scyphus non est materia phialæ, sed argentum. Similiter viuum non est materia mortui, sed sunt elementa. Quod autem ex viuo dicitur fieri mortuum, vel ex vino acetum, si referantur ad ipsam formam vini vel animalis, hæc præpositio Ex, significabit ordinẽ, quia scilicet in eadem materia, post formam vini, est acetum, & post formam animalis est mortuum. Per quem modum dicimus ꝙ ex die fit nox. Et ideo quæcunque sic transmutantur adinuicem, sicut ex vino fit acetum, & ex animali mortuum, non fit conuersio transmutationis nisi redeatur ad materiam. Sicut si ex mortuo debet fieri animal viuũ, oportet ꝙ redeatur ad materiam primam, inquãtum corpus mortuũ resoluitur in elementa, & ex elementis iterum ordine debito venitur ad constitutionem animalis. Et similiter de aceto, & vino. Et huius ratio est, quia quandocunque materia se habet ad diuersa secundum ordinem, non potest ex posteriori rediri in id quod præcedit secundum ordinem. Sicut in generatione animalis ex cibo fit sanguis, & ex sanguine semen & menstruum, ex quibus generatur animal. Non potest autẽ mutari ordo, scilicet vt ex semine fiat sanguis, aut ex sanguine cibus, nisi per resolutionem ad primam materiam, ex eo quòd cuiuslibet rei est determinatus modus generationis. Et similiter, quia materia vini non comparatur ad acetum nisi per vinum, inquantum. s. est corruptio vini. Similiter est de mortuo & viuo, & de cæco & vidente, & cæteris, & ideo à talibus priuationibus non fit reditus ad habitus, nisi per resolutionem in primam materiam. Si autem sit aliqua priuatio ad quam materia immediate ordinatur, quæ scilicet nihil aliud significat nisi negationem formæ in materia sine ordine ad formam, à tali priuatione poterit fieri reditus ad formam, sicut à tenebris ad lucẽ, q̃ nihil aliud sunt nisi absentia lucis in diaphano.

Aduerte quã & cur à priuatione ad habitum est vel non est regressus

L E C T I O V.

Quænam causa vt diffinitiones & materia vnum sint in omnibus, & vnionis materiæ ac formæ ex dubitationis solutione manifestat.

B E S S. tex. 15.

De dubitatione autem dicta, & circa definitiones, & circa numeros, quæ causa est vt vnũ sint. Omnium nanque quæcunque plures partes habent, & non est totum quasi coacernatio, sed ipsum totum est aliquid aliud præter partes, est aliqua causa. Nam & in corporibus quibusdam tactus est causa, vt vnum sint, quibusdam vero viscositas, aut aliqua alia talis passio, definitio vero ratio est vna non coniunctione vt Ilias, sed eo quòd vnius est. Quid est igitur quod hominem facit vnum, & cur vnum & non multa sunt animal & bipes.

A N T. text. c. 15. par. 1.

De dubitatione vero dicta circa diffinitiones & numeros, quæ causa essendi vnum deinceps dicendum esse videtur. Omnium enim quæcunq; plures partes habent, & non est vt aceruus quod totum, sed aliquid inest totum præter partes, est aliqua causa. Quoniam & in corporibus his quidem tactus causa est vnum essendi, alijs vero viscositas, aut aliqua passio altera talis. Diffinitio vero ratio est vna, non coniunctione, quemadmodum est Ilias, sed per vnius esse. Quod igitur est quod facit vnum hominem, et propter quid vnum, sed non multa, puta animal et bipes?

Sermo de vnione materiali principij cũ formali.

Postquam Philosophus determinauit de principio materiali & formali, nunc intendit determinare de vnione eorum adinuicem, & circa hoc tria facit. Primo enim mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi: ¿Palam itaque, quia sic quidem acceptantibus. ¿ Tertio excludit falsas opiniones circa prædictam quæstionem, ibi: ¿Propter hanc vero dubitationem. ¿ Circa

Infr. par. 3. part. 7

primum

primum duas ponit rationes, ex quibus ostendit quæstio esse dubitabilis dicens, quòd circa hanc quæstionem, quæ superius tacta est circa diffinitiones & numeros, quid faciat vtrunque esse vnum, hoc considerandum est, quòd omnia, quæ habent plures partes, & totum in eis nō est solum coaceruatio partium, sed aliquid ex partibus constitutum, quod est præter ipsas partes, habent aliquid, quod facit in eis vnitatem. In quibusdam enim corporibus sic vnitatem habentibus, causa vnitatis est contactus, in quibusdam viscositas, aut aliquid aliud huiusmodi. Manifestū autem est quòd diffinitiua ratio est vna ex pluribus constās. Nec est vna per solam coaceruationem partium § sicut ilias, id est poema factū de histor. Troiana, quod per solam aggregationem est vnum. Diffinitio autem est vnum simpliciter. Est enim significatiua vnius. Vnde merito dubitatur quid est quòd faciat diffinitionem hominis esse vnam, & hominem cuius ratio est diffinitio. Cum enim homo sit animal & bipes, quæ videntur esse duo, merito dubitatur quare homo est vnum & non plura. Secundo ibi.

Dubitatio, ex quo taliū vnio causetur.

B E S S. *Præsertim si, (quemadmodum quidam dicunt) sit quid ipsum animal, & ipsum bipes: cur enim non illa homo est? et erunt secundum participationem homines non hominis vnius, sed duorum, animalis & bipedis: & omnino profecto, homo non erit vnum, sed plura, animal & bipes.*

A N T. par. 2. *Aliterque, & si est (ve aiunt quidam) ipsum aliquid animal, & ipsum bipes. Quare nanque non illa ipsa homo est? Et erunt secundum participationem homines non hominis, & neque vnius, sed duorum, scilicet animalis et bipedis, et totaliter utique non erit homo unum, sed plura, animal et bipes.*

Ponit secundam rationem, quæ quæstionem reddit dubitabilem dicens, quòd alia ratio dubitationis accidit prædictæ quæstioni. Si enim est verum, quod quidam dicunt, si hoc ipsum quod est animal sit aliquod per se existens & separatum, & similiter hoc ipsum quod est bipes, quod Platonici posuerūt. Si enim sic est, merito quæritur quare homo non est illa duo aggregata, ita quòd homines particulares non sunt homines nisi per participationem hominis, nec per participationem alicuius vnius, sed per participationem duorum, quæ sunt animal & bipes. Et secundum hoc homo non erit vnum, sed duo, scilicet animal & bipes. Deinde cum dicit.

B E S S. *Manifestum itaque est, quòd ita quidem tractantibus, vt solent definire et dicere, non est possibile reddere rationem, et soluere dubitationem. Quod, si quemadmodum dicimus, hoc quidem materia, hoc uero forma est, et hoc quidem potentia, hoc uero actu, profecto non uidetur amplius dubitatio esse, quod quæritur.*

A N T. part. 3 *Palam itaque quia sic quidem acceptantibus, ut consueuerunt diffinire et dicere, non contingit reddere et soluere dubitationem. Si autem (ut diximus) hoc quidem ut materia, illud uero forma, et hoc quidem potentia, illud uero actu, non adhuc dubitatio utique uidebitur esse quod quæritur.*

Soluit prædictam dubitationem, & circa hoc duo facit: Primo proponit vnde appareat via ad solutionem dubitationis, dicens, manifestum esse quòd si aliqui acceptēt quod dictum est de positione Platonis, & transmutent sic naturas rerum, quòd ponant vniuersalia separata, sicut Platonici determinare & dicere consueuerunt, non contingit reddere causam vnitatis hominis, & soluere dubitatione prædictam. Sed, si ponatur (sicut dictum est supra) quòd in diffinitionibus sit vnum sicut materia, aliud sicut forma, vnum sicut potentia, aliud sicut actus, quæstio tam facilis est ad soluēdum, quòd dubitationem non videtur habere.

Via ad solutionem dubij.

B E S S. *Etenim dubitatio est eadem, ac si definitio vestis esset æs rotundum, esset etenim hoc nomen, rationis signum, quare quod quæritur est, quænam causa sit, vt rotundum & æs vnum sint, amplius vero non apparet dubitatio, quoniam hoc quidem materia, illud vero forma est. Quæ igitur huius causa est, vt quod potētia est, actu sit in quibuscunque generatio est, præter illud, quod fecit? nulla. n. alia causa est, vt actu sphæra sit, quæ potentia sphæra erat, sed hoc erat ipsum quid erat esse utriq;*

A N T. part. 4 *Est enim hæc dubitatio eadem, & si terminus uestimenti sit, rotundum æs. Sit enim vtique signum nomen huius rationis. Quare cum quæritur, quid causa est vnū essendi rotundum et æs, non adhuc itaque dubitatio uidebitur, quia hoc quidē materia, illud uero forma. Quid igitur huius causa est, scilicet quod est potētia ens, actu sit præter faciens in quibus generatio? Nulla uanque est causa altera eius quod potestate sphæra, actu esse sphæram, sed hoc erat quodquiderat esse utrique.*

Secundo secundum viam præmissam soluit propositam dubitationem, & primo soluit eam in naturalibus, quę generātur & corrumpuntur, dicens quòd prædicta dubitatio est eadem ac si quæratur, quare æs est rotundum? Ponamus enim, quòd diffinitio huius nominis vestis sit æs rotundum, & quòd hoc nomen significet istam diffinitionem, cum quæritur quæ est causa quare ista diffinitio æs rotundum sit vnum, nō videtur esse dubitabilis, eo quòd æs est sicut materia, & rotundum sicut forma. Nulla enim alia causa est quare ista sunt vnum, nisi illa, quæ facit id, quod est in potentia esse actu, & hoc est agens in omnibus, in quib. est generatio: vnde, cum hoc sit quodquiderat esse significatum per diffinitionem, scilicet id quod est in potentia fieri actu, manifestum est quòd agens est causa in rebus generabilibus & corruptibilibus, quare quòdquiderat esse, vna est diffinitio.

Solutio dubij. Primo in naturalibus

B E S S. *Est autem materia quædam intelligibilis, quædam sensibilis, et semper, rationis hoc quidem materia, hoc uero actus est, ut circulus, figura plana.*

A N T. par. 5 *Est autem materia alia intellectualis, alia sensibilis. Et semper rationis hoc quidē materia, illud uero actus est, ut circulus figura superficialis.*

Soluit prædictam dubitationem in mathematicis, & dicit quòd duplex est materia, scilicet sensibilis & intelligibilis. Sensibilis quidem est, quæ concernit qualitates sensibiles, calidum & frigidum, rarum & densum, & alia huiusmodi, cum qua quidem materia concreta sunt naturalia, sed ab ea abstrahunt mathematica. Intelligibilis autem materia dicitur, quę accipitur sine sensibilibus qualitatibus vel differentijs, sicut ipsum continuum. Et ab hac materia non abstrahunt mathematica. Vnde siue in sensibilibus, siue in mathematicis semper oportet quòd sit in diffinitionib. aliquid quasi materia, & aliquid quasi forma. Sicut in hac diffinitione circuli mathematici. Circulus est figura superficialis, superficies est quasi materia, & figura quasi forma. Eadem enim est ratio quare diffinitio mathematica est vna, & quare diffinitio naturalis, licet in mathematicis non sit agens, sicut in naturalibus, quia vtrobique alterum est sicut materia, & alterum sicut forma.

Secundo in mathematicis.

Materia duplex & quā dictō mathematicarum quamq; naturalū materiam admittant.

B E S S. *Quæcunque vero neque intelligibilem neque sensibilem materiam habēt, statim vnum quiddam esse vnumquodque*

qnodque eſt : qnemadmodum ipſum ens, hoc quidem hoc, hoc quale, quantum, quare non ineſt dcfinitionibus, nec ens, nec vnum, & ipſum quid erat eſſe, ſtatim vnũ quiddam cſt, quemadmodum & ens quiddam. Propterea non aliqua alia cauſa vlli iſtorum, vt vnum ſint, nec vt ens quidaam ſint, ſtatim etenim vnumquodqne eſt ens quiddam & vnum quiddam, non vt in genere in ente et uno, nec tanquam ſint ſeparata præter partieularia.

A N T. par.6 text. cõ. 16

Hic accipe ſubſtantias ſeparatas nõ per hæcceitatem, ſed ſeipſius & ꝑ hoc quòd materiã non habent, eſſe indiuiduas. Tertio Metaphyſicis.

Quæcunque vero non habent materiam, nec intellectualem nec ſenſibilem, ſtatim qnidem vnum aliqnid eſt vnumquodqne eorum, quemadmodum & quod ens, aliquid hoc, quod quale, quod qnantum. Quapropter & non ineſt diffinitionibus nec ens, nec vnum. Et qnodqnid erat eſſe ſtatim vnum aliquid eſt, ſicuti & ens aliquid. Quapropter non eſt aliqna alia cauſa vnum eſſendi nulli horum, neque eſſendi ens aliquid. Statim enim vnumqnodque eſt ens aliquid, & vnum aliquid, non vt in genere & ente & vno, nec vt ſeparabilibus exiſtentibus præter ſingularia.

Soluit prædictam dubitationem quantum ad ea, quæ ſunt omnino à materia ſeparata, dicens, quod quæcunque non habent materiam intelligibilem, vt mathematica, nec ſenſibilem, vt naturalia, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, ſtatim vnumquodque eorum eſt vnum aliquid. In his enim, quæ habent materiam, nõ ſtatim vnumquodque eſt vnum, ſed vnitas eorum eſt ex hoc quod vnitas aduenit materiæ. Sed ſi aliquid ſit quod ſit forma tantum, ſtatim eſt vnum, quia non eſt in eo ponere aliquid quocunque ordine, prius quàm expectet vnitatem à forma. Et ponit exemplum, quia cum decem prædicamenta non hoc modo ſe habeát ex additione ad ens, ſicut ſpecies ſe habẽt ex additione differentiarum ad genera, ſed hoc ipſum quod eſt ens, manifeſtum eſt ꝙ ens non expectat aliquid additum ad hoc quòd fiat hoc, id eſt ſubſtantia, vel quantum vel quale, ſed ſtatim à principio eſt vel ſubſtãtia, vel quantitas, vel qualitas. Et hæc eſt cauſa quare in diffinitionibus non ponũtur nec vnum nec ens, vt genus, quia oportet ꝙ vnum & ens ſe haberent vt materia ad differentias, per quarum additiones ens fieret vel ſubſtantia vel qualitas. Et ſimiliter id quod eſt ſuum quodquid erat eſſe, vt ſupra dictum eſt, ſtatim eſt vnum, ſicut & ſtatim eſt ens, non enim eſt in eo materia expectans formam, à qua habeat vnitatem & eſſe, & ideo in talibus non eſt aliqua cauſa mouens ad hoc quòd ſint vnum. Habent tamen quædam eorum cauſam ſubſtituentem ſubſtantias ſine motu ſubſtantiarum earum, & non ſicut in generabilibus quæ per motum fiunt. Statim enim vnumquodque eorum eſt aliquod ens & aliquod vnũ, non ita quòd ens & vnum ſint genera quædam, aut ſigillatim exiſtentia præter ſingularia, quæ Platonici ponebãt. Deinde cum dicit

Cur vnum & ens diffinitio omnis excludat.

B E S S.

Ob hanc aũt dnbitationem, qnidam participationem aiunt, & cauſam quandam participationis, & quidnam ſit illud participare dubitant. Quidam copulam animæ (ſicuti Lycophron ait) ſcientiam eſſe ipſius ſcire, & animæ. Qnidam compoſitionem, aut coniunctionem animæ cum corpore, ipſum viuere.

A N T. part.7

Propter hanc vero dubitationem hi quidem participationem dicunt, & cauſam aliquam participationis, & qnid participare dubitant. Hi cum coexiſtentiam animæ, vt Lycophron ait eſſe ſcientiam eius qnod eſt ſcire & animę, alij vero compoſitionem, aut coniunctionem animę cum corpore, viuere.

Recitat falſam opinionem.

Excludit quorũdam falſam opinionem circa prędictam quęſtionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit eorum poſitiones, & dicit propter prædictam dubitationem quidam, ſcilicet Platonici poſuerunt participationem, qua ſcilicet inferiora participant ſuperiora, vt hic homo, hominem, & homo, animal & bipes. Et inquirebant quid eſt cauſa participationis, & quid participare, vt eis innoteſceret quare eſt vnum, hoc quod dico animal bipes. Alij vero ponunt cauſam vnitatis hominis quandam conſubſtantialitatem ſiue coexiſtentiam animæ cum corpore, ſicut ſi ſignificaretur in abſtracto anima cum corpore, quaſi diceremus animationem, ſicut Lycophron dixit, quòd ſciẽtia eſt medium inter animam & ſcire. Alij autem dixerunt quòd ipſum viuere eſt medium, per quod coniungitur anima corpori.

B E S S.

Attamen eadem de omnibus ratio erit, etenim ipſum ſanum eſſe, aut copula, aut compoſitio, aut coniunctio animę & ſanitatis erit, et ęs eſſe triangnlum, compoſitio ęris & trianguli, & album eſſe, compoſitio ſuperficiei & albedinis.

A N T. par.8.

C. Equidem eadem ratio in omnibus. Etenim ſanum eſſe, erit aut coexiſtentia, aut colligatio, aut coniunctio animę & ſanitatis, & ęs eſſe trigonum, compoſitio ęris & trigõni, & album vnum eſſe compoſitio ſuperficiei & albedinis.

Excludit prædictam opinionem.

2. Excludit dictas poſitiones, dicens, quòd ſi hoc bene dicitur de anima, & corpore, quòd ſit aliquod medium vniens, eadem ratio erit in omnibus, quæ ſe habent vt forma & materia, quia ſecundum hoc, conualeſcere erit medium quaſi quædam conſubſtantialitas, aut quædam coniunctio ſiue vinculum inter animam, per quam ſubſiſtit animal, & ſanitatem. Et eſſe trigonum erit quoddam medium componens figuram trigoni. Et eſſe album erit quoddam medium, quo componitur albedo ſuperficiei, quod eſt manifeſte falſum. Vnde falſum eſt, quòd viuere ſit medium, quo componitur anima corpori, cum viuere nihil aliud ſit quàm eſſe animatum.

B E S S.

Cauſa vero eſt, quoniam potentię & actus rationem quærunt vnientem, et differentiam, eſt autem, vt dictum eſt, ultima materia, & hoc potentia, hoc quidem actu. Quare ſimile eſt quærere quidnam unius cauſa ſit, et vt vnum ſit, vnum enim quiddam vnumqnodque, et quod potentia, et quod actu, vnum quodam modo eſt. Qnare nulla alia cauſa eſt, niſi ſiqnid fuit, tanquam ex potentia in actũ mouens. Quęcunque vero non habent materiam, cuncta ſimpliciter entia, ſunt ipſum quid.

A N T. part.9

Cauſa vero quia potentia et actus quærunt vnum faciens et differentiam. Eſt autem, (vt dictum eſt,) et vltima materia, et forma idem, et hęc potentia, hæc actu. Qnare ſimile eſt quærere vnius quę cauſa, et unũ eſſendi. Vnum enim aliquid vnumquodqne, et qnod potentiã, et quod actu vnum aliqualiter eſt. Quare cauſa nulla alia, niſi vt quaſi mouens ex potẽtia ad actum. Quęcunque vero non habent materiam, omnia ſimpliciter qnod vere entia aliquid.

Oſtẽditque fuerit prædicti erroris cauſa.

Aſsignat cauſas erroris prædictorum dicens, qnòd cauſa quare talia poſuerunt eſt, quia inquirebãt quid faciens vnum potentiam & actum, & inquirebãt differentias eorum, quaſi oporteret eas colligari per aliquod vnum medium, ſicut ea quæ ſunt diuerſa ſecundum actum. Sed ſicut dictum eſt, vltima materia quę ſcilicet eſt appropriata ad formam, & ipſa forma, ſunt idem. Aliud enim eorum eſt ſicut potentia, aliud ſicut actus. Vnde ſimile eſt quærere quæ eſt cauſa alicuius rei, & quæ eſt cauſa quòd illa res ſit vna, quia vnumquodque inquantum eſt, vnum eſt, & potentia & actus quodammodo vnum ſunt. Quod enim eſt in

Eadem eſt cauſa eſſendi & vnitatis.

poten-

potentia, fit in actu. Et sic non oportet ea vniri per aliquod vinculum, sicut ea quæ sunt penitus diuersa. Vnde nulla causa est faciens vnum ea quæ sunt composita ex materia & forma, nisi quod mouet potentiam in actum. Sed illa quæ non habent materiam simpliciter, per seipsa sunt aliquid vnum, sicut aliquid existens. Et hæc de 8. libro dicta sufficiant.

Nulla est cã vnionis materię cũ forma nisi agẽs

Octaui libri Metaphysicorum finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER NONVS.

Cum Sancti Thomæ expositione.

LECTIO I.

Dicenda proponit, potentiamque diuidit in actiuam, & passiuam secundum eius modos, & impotentiam similiter ex priuationis ratione manifestat.

BESS. Text. 1.

De Primo itaque ente, & ad quod cætere omnes entis prædicationes referuntur, hoc est de substantia dictum est: nam secundum substãtiæ rationem cætera dicuntur entia, quantum, & quale, ac cætera, quæ ita dicuntur, cuncta etenim habebunt substantiæ rationem, vt in primis sermonibus differuimus. Cum autem ens dicatur hoc quidem quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc vero secundum potentiam, & actum ac opus, determinemus etiam de potentia & actu. Et primo de potentia, ea quidem, quæ dicitur maxime proprie, non sane est vtilis ad quod nunc volumus, potentia nãque & actus in plus est, quàm illa, quæ secundum motum solum dicuntur. Sed cum de ea dixerimus in determinationibus de actu: ostendemus etiam de alijs.

ANT. Text. com. 1 par. 1

De primo quidem igitur ente, & ad quod omnes aliæ categoriæ entis referuntur, dictum est, videlicet de substantia. Nam secundum substantiæ rationem dicuntur alia entia, quantitas & qualitas, & alia sic dicta. Omnia nanque rationem habebunt substantiæ, vt diximus in primis sermonibus. Quoniam vero dicitur ens hoc quidem eo, quòd quid, aut qualitas, aut quantitas, aliud secundum potentiam & actum, & secundum opus, determinabimus, & de potentia & de actu. Et primum de potentia quæ dicitur quidem maxime proprie, non tamen vtilis est ad quod volumus nunc. In plus enim est potentia & actus eorum, quæ dicuntur secundum motum solum. Sed cum dixerimus de ea in determinationibus de actu, ostendemus & de alijs.

Alia litera. Et quidem potẽtia quę dicitur proprie non solũ vtilis est ad quod volumus nũc.

Postquam determinauit Philosophus de ente secundum quòd diuiditur per decem prædicamenta, hic intendit determinare de ente secundum quòd diuiditur per potentiam & actum. Et diuiditur in duas partes. In prima continuat se ad præcedentia, & manifestat suam intentionem in hoc libro. In secunda prosequitur quod intendit, ibi: ¶Quod quidem igitur. ¶ Dicit ergo primo, quòd in pręmissis dictum est de ente primo, ad quod omnia alia prædicamenta entis referuntur, scilicet de substantia, & quòd ad substantiam omnia alia referantur sicut ad ens primum, manifestat, quia omnia alia entia, scilicet qualitas quantitas, & huiusmodi dicuntur secundum rationem substantiæ. Dicitur enim quantitas ex hoc, quòd est mensura substantiæ, & qualitas ex hoc quod est quædam dispositio substantiæ, similiter in alijs. Et hoc patet ex hoc, quòd omnia accidentia habent rationem substantiæ, quia in diffinitione cuiuslibet accidentis oportet ponere proprium subiectum, sicut in diffinitione simi ponitur nasus. Et hoc declaratum est in præmissis, scilicet in principio septimi. Sed quia ens diuiditur vno modo secundum quod dicitur quid, scilicet substantia, aut quantitas, aut qualitas, quod est diuidere ens per decem prædicamenta. Alio modo secundum quòd diuiditur per potentiam & actum vel operationem, à qua deriuatum est nomen actus, vt postea dicetur, oportet nunc determinare de potentia & actu. Et primo de potentia quæ maxime dicitur proprie, non tamen vtile est ad præsentem intentionem. Potentia enim & actus, vt plurimum, dicuntur in his quæ sunt in motu, quia motus est actus entis in potentia. Sed principalis intentio huius doctrinæ non est de potentia & actu secundum quod sunt in rebus mobilibus solum, sed secundum quod sequuntur ens cõmune. Vnde & in rebus immobilibus inueniuntur potẽtia & actus, sicut in rebus intellectualibus. Sed, cum dixerimus de potentia, quæ est in rebus mobilibus, & de actu ei correspondente, ostendere poterimus & de potentia, & actu secundum quòd sunt in rebus intelligibilibus, quę pertinent ad substantias separatas, de quibus postea agetur. Et hic est ordo conueniens, cum sensibilia quę sunt in motu sint nobis magis manifesta. Et ideo per ea deuenimus in cognitione substantiarum rerum immobilium. Ex quo etiam apparet sensus alterius literę quę sic habet. ¶Et quidem potentia quæ dicitur proprie, non solum vtilis est ad quod volumus nunc, ¶ quia licet potentia, quæ est in rebus mobilibus maxime proprie dicatur, non tamen hoc solum dicitur potentia, vt dictum est. Et vtilis est ad præsentem intentionem, non quasi de ea principaliter intendatur, sed quia per eam in alias potentias deuenimus. Deinde cum dicit.

par. seq. Ostendit di cta sũt & q̃ dicenda.

Infra text. com. 7

Alia litera.

BESS. text. 2

Quod igitur multipliciter potentia & posse dicatur, determinatum est à nobis in alijs. Harũ vero quæcunque quidem æquiuoce dicuntur potentiæ, prætermittantur. Quædam etenim similitudine quadam dicuntur, vt in geometria et possibilia, ac impossibilia dicimus, eo quòd quodam modo sint, aut non sint. Quæcunque vero ad eandem formam, omnes, aliqua principia sunt, et ad vnam primam dicuntur, quæ est principium transitus rationis in alio, prout aliud est: aliqua enim est patiendi potentia, quæ in ipso patiente principium est transmutationis passiuæ ab alio prout aliud est, aliqua vero habitus impossibilitatis quæ in deterius est, et corruptionis, quæ est ab alio prout aliud est, principio transmutatiuo, his enim omnibus definitionibus inest primæ potentiæ ratio. Rursus autem, hæ potentiæ dicuntur, aut ipsius faciendi solum, aut patiendi, aut ipsius bene. Quare harum quoque rationibus quodam modo insunt priorum potentiarum rationes.

ANT. Text. com. 2 par. 2.

Quod quidem igitur dicitur multipliciter potentia, et posse determinatum est à nobis in alijs. Harum autem quæcunque quidem æquiuoce dicuntur potentię prætermittantur. Quædam enim similitudine quadam dicuntur, quemadmodum in geometria et possibilia et impossibilia dicimus, eo quòd aliquo modo sunt, aut nõ sunt. Quęcunque autem ad eandem speciem, omnes principia quędam sunt, et ad primum vnum dicuntur, quod est principium transmutationis in alio inquãtum aliud est. Nam quędam patiendi potentia est, quę in ipso patiente principium mutationis passiuę ab alio inquantum aliud est. Hęc autem habitus impassibilitatis eius, quæ

in dete-

in deterius, & corruptionis ab alio inquantum aliud, est à principio transmutationis. In his inest omnibus terminis potentiæ primæ ratio. Iterum autem hæ potentiæ dicuntur, aut solum faciendi, aut patiendi, aut ipsius bene. Quare in harum rationibus insunt al qualiter priores rationes potentiarum.

Infr. lect. 5.

Infra lect. 7
Lect seq.
Infr. par. 4.

Determinat de potentia & actu, & diuiditur in partes tres. In prima determinat de potentia. In secunda de actu, ibi: { Quoniam autem de potentia secundum motum. } In tertia de comparatione actus ad potentiam, ibi. { Quoniam autem ipsum determinatum est. } Prima diuiditur in duas partes. In prima determinauit de potentia secundum se. Secundo per comparationem ad ea in quibus est, ibi: { Quoniam autem hæc quidam inanimatis. } Prima in duas. In prima determinat de potentia. In secunda de impotentia, ibi. { Et impotentia & impossibile. { Circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur potentia. Secundo manifestat quandam veritatem ex præmissis circa potentiam, ibi: { Palam igitur quia est quidem, vt vna. } Dicit ergo primo, quod determinatũ est in alijs, scilicet quinto huius, quod multipliciter dicitur potentia & posse. Sed ista multiplicitas quantum ad quosdam modos est multiplicitas æquiuocationis, sed quãtum ad quosdam analogiæ. Quædam.n. dicuntur possibilia vel impossibilia, eo quod habent aliquod principium in seipsis, & hoc secundum quosdam modos, secundum quos omnes dicuntur potentiæ non æquiuoce, sed analogice. Aliqua vero dicuntur possibilia vel potentia, non propter aliquod principium quod in seipsis habeant, & in illis dicitur potentia æquiuoce. Dicit ergo quod de modis potentiæ illi prætermittendi sunt ad præsens, secundum quos potentia dicitur æquiuoce. In quibusdam enim dicitur potentia non propter aliquod principium habitum, sed propter similitudinẽ quandam, sicut in geometricis. Dicitur enim potentia alicuius lineæ esse quadratum eius, & dicitur quod linea potest in suum quadratum. Et simili modo potest dici in numeris, quod ternarius potest in nouennarium quod est quadratum eius, eo quod ex ductu eius in seipsum facit nouennarium. Ter enim tria nouem faciunt. Ex linea etiam quæ est radix quadrati ducta in seipsam fit quadratum. Et similiter est in numeris. Vnde radix quadrati habet aliquam similitudinem cum materia, ex qua fit res. Et propter hoc per quandam similitudinem dicitur potens in quadratum, sicut dicitur materia potens in rem. Similiter in logicis dicimus aliqua esse possibilia & impossibilia, non propter aliquam potentiam, sed eo quod aliquo modo sunt, aut non sunt. Possibilia enim dicuntur, quorum opposita contingit esse vera. Impossibilia vero, quorum opposita non contingit esse vera. Et hæc diuersitas est propter habitudinem prædicati ad subiectum, quod quandoque est repugnans subiecto, sicut in impossibilibus. Quandoque vero non, sicut in possibilibus. His ergo modis prætermissis considerãdum est de potentijs, quæ reducuntur ad vnã speciem, quia quælibet earum est principium quoddam, & omnes potentię sic dictæ reducuntur ad aliquod principium ex quo omnes aliæ dicuntur. Et hoc est principium actiuum, quod est principium transmutationis in alio inquantum est aliud. Et hoc dicit, quia possibile est quod principium actiuum simul sit in ipso mobili vel passo, sicut cum aliquid mouet seipsum, non tamen secundum idem est mouens & motum, agens & patiens. Et ideo dicitur quòd principium quod dicitur potentia actiua, est principium transmutationis in alio inquantum est aliud, quia etsi contingat principium actiuum esse in eodem cum passo, non tamen secundum quod est idem, sed secundum quòd est aliud. Et quòd ad illud principium quod dicitur potentia actiua reducantur aliæ potentiæ, manifestum est. Nam alio modo dicitur potentia passiua, quę est principium quòd aliquid moueatur ab alio, inquantum, est aliud. Et hoc dicit, quia & si idem patiatur à seipso, non tamen secundum idem, sed secundum aliud. Hęc autem potentia reducitur ad primam potentiam actiuam, quia passio ab agente causatur. Et propter hoc etiam potentia passiua reducitur ad actiuam. Alio modo dicitur potentia quidam habitus impassibilitatis { eius quæ est in deterius, } id est dispositio quędam ex qua aliqrid habet, quòd non possit pati transmutationem in deterius, & hoc est quòd non possit pati corruptionem ab alio, { inquantum est aliud, } scilicet à principio transmutationis quod est principium actiuum. Manifestum est autem quòd vterque istorum modorum dicitur per comparationem alicuius existentis in nobis ad passionem. In quorum vno dicitur potentia propter principium, ex quo aliquis potest non pati, in alio autẽ propter principium, ex quo quis potest pati. Vnde, cum passio ab actione depẽdeat, oportet quòd in diffinitione vtriusque illorum modorum ponatur diffinitio { potentiæ primæ, } scilicet actiuæ. Et ita istæ duæ reducuntur ad primam, scilicet ad potentiam actiuam sicut ad priorem. Iterum alio modo dicuntur potentiæ non solum per ordinem ad facere & pati, sed per ordinem ad hoc quod est bene in vtroque, sicut dicimus aliquem potentem ambulare, non quòd possit ambulare quoquo modo, sed eo quòd possit bene ambulare. Et econuerso dicimus esse de claudicante, quòd non possit ambulare. Similiter dicimus ligna combustibilia eo quòd comburi possint de facili. Ligna vero viridia, quæ non de facili comburuntur, dicimus incombustibilia. Vnde manifestum est quòd in diffinitione harum potentiarum, quæ dicuntur respectu bene agere vel pati, includuntur rationes primarum potentiarum, quę dicebantur simpliciter agere & pati, sicut in bene agere includitur agere, & pati, in eo quod est bene pati. Vnde manifestum est, quòd omnes illi modi potentiarum reducuntur ad vnum primum, scilicet ad potentiam actiuam. Et inde patet quòd hæc multiplicitas non est secundum æquiuocationem, sed secundum analogiam. Deinde cum dicit.

Sermo de potentia

Lect. 2

Potentia dupliciter proprie videlicet & metaphorice

Ad potẽtiam actiuam omnis alia potẽtia realis reducitur. Vt virtus secundũ quã homo vitijs resistere posse dicitur

Manifestum igitur est, quod quodam modo quidem vna est ipsius facere & pati potentia (potens enim est, & eo quod ipsum habeat patiendi potẽtiam, & eo quòd aliud ab eo) quodam modo vero alia. Hęc enim in patiente est: propterea enim quod habet aliquod principium, & quod materia aliquod principium est, patitur quod patitur, & aliud ab alio: pingue nanque combustibile est: cedens vero, sic pressibile, & similiter de cęteris. Hęc vero in faciente, vt puta, calidum, & ędificatiua, hoc quidem in calefactiuo, hęc vero in ędificatiuo. Propter quod nullum prout connaturale factum ipsum à seipso patitur, vnum etenim, & non aliud est.

B E S S.

Palam igitur quia est quidem, vt vna potentia faciendi & patiendi. Nam possibile est per se, & habere ipsam potentiam patiendi, & eo quod aliud ab ipso. Est autem vt alia. Hoc quidem enim in patiente. Propter habere enim quoddam principium, et esse materiã principium quoddam, patitur patiens, et aliud ab alio. Crassum enim combustibile est, cedens autem sic impressibile, et suppositum sic enuntiabile, similiter autem et in alys. Hoc autem in faciente, vt calor et ędificatiua, hoc quidem in calefactiuo, hoc autem in ędificatiuo. Quapropter inquantum simul natum est, nihil patitur ipsum a seipso. Vnum enim et non aliud est.

A N T.
par. 3

Alia litera, eunuchizabile

Ex præ-

Ex prædictis quandam ueritatē circa prædictas potentias manifestat, & dicit, quod potentia faciendi & patiendi est quodammodo una potentia, & quodammodo non, una quidem est, si consideretur ordo unius ad aliam, una enim dicitur per respectum ad alteram. Potest enim dici aliquid habens potentiā patiēdi, qa ipsū habet p se potētiā ut patitur, uel eo q habet potētiā, ut aliud patiat ab ipso: & hoc secūdo mō potētia actiua est idē cū passiua. ex eo enim q aliqd hēt potētiā actiuā, hēt potētiā ut patiat aliud ab ipso. Si autem considerētur hæ duæ potentiæ, actiua. s. & passiua secūdū subiectū, in quib. sunt, sic est alia potētia actiua & alia passiua. Potentia. n. passiua est in patiēte, qa patiēs patitur propter aliqđ principiū in ipso existēs, & huiusmodi est materia. Potētia autē passiua nihil aliud est quā principiū patiēdi ab alio. Sicut cōburi quoddā pati est, & principium materiale propter quod aliquid est aptū cōbustioni, est pīgue uel crassum. Vnde ipsa potentia est incombustibili quasi passiua. Et similiter illud quod sic cedit tangenti ut impressionem quandam recipiat, sicut cera uel aliquid huiusmodi inquantum tale est frangibile. §Vel suppositum; idest masculinum est subiectum proprium huius passionis, quę est eunuchizari. Et similiter est in alijs, quæ patiūtur, secūdū q in eis est princip:ū quoddā patiēdi, q dicitur potētia passiua. Potētia uero actiua est in agēte, ut calor in calefactiuo, & ars ædificatiua in ædificante, ut calor in calefactiuo, & ars ædificatiua in ædificante. Et quia potentia actiua & passiua in diuersa sunt, manifestum est quod nihil patitur à seipso, in quantum aliquid est aptum natum agere uel pati. Per accidens autem aliquid pati contingit à seipso sicut medicus sanat seipsum, non ut medicum, sed sicut infirmum. Ideo autem non patitur aliquid à seipso, quia per se loquendo alicui eidem inest unum dictorum principiorum & non aliud. Cui enim inest principium agendi, non inest principium patiendi, nisi secundum accidens, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Veritas sequens ex dictis.

Potētia passiua est in patiente.

Potentia actiua est in agente.

BESS. Tex. 5.

At impotentia quoque & impotens, atque quæ tali potētiæ cōtraria est, priuatio est. Quare eiusdē potētia, impotētiaq; omnis. Priuatio aūt multifariā dicit, etenim quod nō hēt, & quod natura aptū est, si nō hēt, aut omnino, aut cū natura aptū sit, aut sic utputa omno aut quomocūq; in qbusdā aūt si natura apta habere, ut nō habeāt, priuari ea dicimus.

ANT. Par. 4. Tex. c. 3.

Et impotētia & impossibile, & quę tali potentię cōtraria est, priuatio est. Quare eiusdem, & secundū idē oīs potētia, & impotentia. Priuatio autem dr̄ multipliciter. Etenim non habens, & aptum natum, si non habet, aut omnino, aut quando aptū natū est. Et aut sic, puta perfecte, aut saltem quocūque mō: In quibusdā uero si apta nata hr̄e nō habeāt, ut priuata hęc esse dicimus.

Determinat de impotētia dicēs, quod impotentia, q̄ est cōtraria dictæ potētiæ, & impossibile, q dicitur s̄m hmōi impotētiā, est priuatio pdictæ potētię. Hoc aūt dicit ad dr̄iam impossibilis, q significat aliquē modū falsitatis, q non dr̄ s̄m aliquā impotentiā sicut nec possibile s̄m aliquā potentiā. Quia. n. priuatio & habitus sunt eiusdē, & s̄m idē, necesse est q potentia & impotentia sint eiusdem, & secundum idē. Et ideo quot modis dicitur potentia, & tot modis dicitur impotētia sibi opposita. Sed sciendū est q priuatio multipliciter. Vno. n. modo quicquid non hēt aliquid, pōt dici esse priuatū, sicut si dicamus lapidē priuatū uisu, eo q non habet uisū. Alio modo dr̄ priuatū solū q est aptum natum hr̄e, & non hēt. Et hoc dupliciter. Vno mō uniuersaliter qn̄ non hēt, sicut si dicatur canis priuatus uisu, quando aptus natus est hr̄e. Vnde ante nonum diem non dicitur priuatus uisu. Et iterum hoc diuersificatur. Nā uno modo dr̄ priuatum eo q nō habet aliquo modo determinato, scilicet perfecte & bene, sicut cum uocamus cæcū eum qui non bene uidet. Alio modo quando non habet omnino, sicut dicimus priuatū uisu, qui omnino uisum nō hēt. Quandoque uero in ratione priuationis includitur uiolentia. Vnde quædam dicimus priuari qn̄ per uiolentiā amiserunt ea quę nata sunt habere.

Impotentia quid & quo uens.

Priuatio dicitur multipliciter.

LECTIO II.

Secundum ea, in quibus sunt distinguuntur potentiæ in rationales, & in irrationales, quomodo item rationales in opposita, irrationales in unum tantum determinatæ sint manifestatur.

BESS. vide contra dictionem ziniare super isto text.

Cum autem quædam in inanimatis talia principia insint, quædam uero in animatis, & in anima, & in animæ ea parte, quæ rationem habet, patet, quod potentiarum quoque quædam irrationales, quædam cum ratione erunt. Quare omnes artes, & factiuæ scientiæ potentiæ sunt, principia enim transmutatiua in alio, prout aliud est.

ANT. par. 1

Quoniam autem hæc quidem in inanimatis insunt principia talia, alia uero in animatis, & in anima, & in anima rationem habente, palam quia, & potentiarum aliæ erunt irrationabiles, aliæ cum ratione. Quapropter, omnes artes, factiuæ, & scientiæ, potentiæ sunt. Principia namque permutatiua sunt in alio, inquantum aliud.

Postquam Philosophus ostendit quot modis dicitur potentia, hic determinat de potentia per comparationem ad ea quibus inest, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit differentiam potentiarum in adinoicem secundum diuersitatem eorum in quibus sunt. In secunda ostendit quomodo potentia, & actu sint simul uel non sint in substantia, ibi: (Sunt autem quidam. §Circa primum tria facit. Primo ostēdit differentiam potentiarum secundum ea in quibus sunt, dicens, quod cum potentiæ sint principia quædam agendi & patiendi, horum principiorum quędā sunt in inanimatis, & quædam inanimatis. Et, quia animata componuntur ex corpore & anima, principiū autem agendi & patiendi, quæ sunt in corpore ajato rum, nō differunt ab his, quę sunt in inanimatis, ideo addit. (Et in anima.) Quia uidelicet principia agendi quæ sunt in anima, manifeste differunt ab his quæ quæ sunt in rebus inanimatis. Et iterum animæ plures sunt, quarum multæ non multū differunt in agēdo & patiendo à rebus inanimatis, quæ instinctu naturæ operantur. Nam partes animæ nutritiuæ, & sensitiuæ, impulsu naturæ operantur. Sola autem pars animæ rationalis est domina sui actus, in quo differt à rebus in animatis. et ideo postquam dixit differentiam in anima addit. §& in anima rationem habente. Quia scilicet illa principia animatorum à principijs inanimatorum specialiter differunt, quæ sunt in parte animæ rationalis. Vnde patet quod potentiarum animæ, aliæ sunt irrationales, aliæ uero cum ratione. Et quæ sunt cum ratione exponit, cum subdit, q (omnes artes factiuæ) ut fabrilis, & ædificatiua, & cæteræ huiusmodi, quarum actiones in materiam exteriorem transeunt, & omnes scientiæ, quæ scilicet non habent operationem in exteriorem materiam transeuntem, sicut sunt scientiæ morales & logicę, omnes inquam huiusmodi artes, potentiæ quædam sunt. Quod exinde concluditur, quia sunt principia permutationis in aliud inquantum aliud est, quod est diffinitio potentiæ actiuæ, ut ex prædictis patet.

Sermo de potētiis per cōparetionē ad ea in quibus est. Lec. seq.

Potentiarū aliæ alia rōnalis alia ir rationalis.

Secundo ibi.

BESS. *Et quæ quidem cum ratione omnes, eædem contrariorum sunt, irrationales uero, una unius, ut calidū, ipsius calefaciendi solius, medicandi uero potentia, infirmitatis, & sanitatis.*

ANT. par. 2 *Et quæ, quidem cum ratione omnes contrariorum sunt eædem, & quæ irrationabiles una unius, ut calidum calefaciendi solum, medicatiua autem infirmitatis & sanitatis.*

Potentię rationales se habent ad opposita nō autem irrationales.

Assignat differentiam inter prædictas potentias dicens, quod potentiæ rationales eædem se habent ad contraria, sicut ars medica quæ est quædam potētia ut dictum est, se habet ad infirmitatem, & sanitatem faciendam. Potentiæ autem irrationales non se habent ad opposita, sed una est ad unum effectum tantum per se loquendo. Sicut calidum solis calefacit per se, & si per accidens possit esse causa frigiditatis inquantum aperiendo poros exhalaret interius calidum, uel consumendo materiam humoris calidi, ipsum calidum destruit, & per consequens infrigidat. Deinde cum dicit.

Calidum frigefacit per accidens.

BESS. *Causa uero est, quia scientia ratio est, ratio autem eadem, manifestat & rem, & priuationem, nisi quod non similiter, & quodam modo quidem amborum est, quodam modo uero eius magis, quod existit. Quare necesse est, tales etiam scientias esse quidem contrariorum esse uero huius quidem per seipsas, illius uero non per seipsas, etenim ratio huius quidem secundum seipsas, huius uero quodam modo secundum accidens, negatione enim, & sublatione manifestat contrarium. Prima nanque priuatio, contrarium est, hęc autem alterius demptio est.*

ANT. par. 3. *Causa autem quia ratio est scientia. Ratio autem eadē ostendit rem, & priuationem, non tamen similiter. Et est ut amborum, est autem ut existentis magis. Quare necesse, & tales scientias esse quidem contrariorum. Esse uero huius quidem secundum se, illius uero non secundum se. Etenim ratio huius quidem secundū se, illius uero quodāmodo, & secundum accidens. Nā negatione, & ablatione ostēdit contrariū. Etenim priuatio prima contrariū. Hęc autem ablatio alterius.*

Quare potentiæ rationales se habent ad opposita.

Assignat Philosophus causam prædictæ differentiæ, quæ talis est. Nam scientia, quæ est potentia rationalis, est quędam ratio rei scitæ in anima, eadem autem ratio rei manifestat eius priuationem, licet non similiter, quia primo manifestat eam rem existentem per posterius autem eius priuationem. Sicut per rationem uisus per se cognoscitur ipsa uisiua potentia, ex consequenti uero cæcitas, quæ nihil aliud est, quàm ipsa carentia uisus in eo quod natum est habere uisum. Vnde necessarium est, si scientia est quædā ratio rei scit in anima, ꝙ eadem sit sciētia contrariorum. Vnius quidem per prius, & secundum se, alterius uero per posterius. Sicut medicina per prius est cognoscitiua & factiua sanitatis, per posterius autem infirmitatis, quia & hoc ut iam dictū est, est de ratione rei scitæ in anima, quæ est unius oppositorum secundum se, & alterius secundum accidens. Et, quia quod philosophus de priuatione dixerat, postmodum ad contrarium transtulit, ostendit quod eadem ratio est de contrario & priuatione. Sicut enim per negationem, & ablationem manifestatur priuatio, utputa ablatio uisus manifestat cæcitatem, ita per negationem & ablationem manifestatur contrarium quia priuatio quæ nihil aliud est quàm ablatio alterius, est quoddam primum principium inter contraria. Omnium enim contrariorum unum est, sicut perfectum, alterum uero sicut imperfectum, & priuatio alterius. Nigrum enim est priuatio albi, & frigidum est priuatio calidi. Sic igitur patet, quod eadem scientia se habet ad contraria. Hoc autem manifestat consequenter cum dicit.

BESS. tex. 4. *Sed quoniam contraria fiunt in eodem, scientia uero potentia, eo quod habet rationem, anima quoque motus principium habet (salubre quidem sanitatem solum facit, & calefactiuum caliditatem, & frigefactiuum frigiditatem, sciens autem ambo, ratio enim amborum quidem est, non tamen similiter, & in anima, quæ motus principium habet) ambo profectò ex eodem mouebit principio ad idem contingens. Quare quę secundum rationem, potentia sunt, contraria his faciunt, quę absque ratione potentia sunt: unum nanque principium continetur ratione.*

ANT. tex. co 4 par. 4 *Quoniam autem contraria non sunt in eodem, scientia autem est potentia in habendo rationem, & anima motus, habet principium, salubre quidem, sanitatem solum facit, & calefactiuum caliditatem, & frigidatiuū frigiditatem. Sciens uero ambo. Est enim amborum quędam ratio. Non similiter autem & in anima, quę habet, motus principium. Quare ambo ab eodem principio mouebit ad ipsum copulans. Propter quod secundum rationem potentiæ sine ratione potentibus faciunt contraria. Vnum, enim principium, continetur ratione.*

Quare potentiæ irrationales nō se habent ad opposita sicut rationales.

Accedit ergo ad assignandum causam prædictæ differentæ. Manifestum est enim quod res naturales operantur per formas sibi inhærentes. Non autem possunt eidem inesse formæ contrariæ. Vnde impossibile est quod eadem res naturalis faciat contraria. Sed scientia est quędam potentia actionis, & motus principium ex eo quod aliquis habet rationem rei faciendæ, & hoc principium motus est in anima. Et quia ita est, sequitur quod res naturales faciant unū tantum, sicut saluber facit solum sanitatem, & calefactiuum facit solum caliditatem, & infrigidatiuum facit solum frigiditatem. Sed ille qui agit per scientiam operatur utrunque oppositorum, quia eadem ratio est utriusque in anima, quia habet principium talis motus, licet non similiter sicut dictum est. Et ideo sicut actio naturalis procedit ad effectum, qua si copulata ad formam, quæ est principium actionis cuius similitudo relinquitur in effectum, ita anima mouet per suam operationem ad ambo opposita (ab eodem principio) idest à ratione quæ est una duorū oppositorum copulans ad ipsum principium utrunque motum, & ad ipsum principium utrunque terminans, inquantum similitudo illius principij in utroque oppositorum inesse productorum saluatur. Manifestum est igitur quod potentiæ rationales contrarium faciunt potentijs irrationalibus quia potentia rationalis facie opposita, non autem potentia irrationalis, sed unum tantum. Et hoc ideo est, quia unum principium oppositorum continetur in ratione sciētiali, ut dictum est. Deinde cum dicit.

BESS *Manifestum autem est, quod, & ipsius bene potētiam, sequitur solius faciendi aut patiendi potentia: hāc uero illa non semper, qui enim bene facit necesse est, ut et faciat: qui uero solū facit, nō necessario, & bene facit.*

ANT. par. 5 *Palam aūte m quia ipsius bene potentiam, sequitur solum faciendi aut patiendi potentia. Hanc uero illa nō sempe: necesse enim benefacientem facere, sed solum facientem, non necesse benefacere.*

Lectio. 1.

Ponit comparationem, quorundam modorum potentiæ superius sub eis oppositorum. Dictum est supra ꝙ aliquid dicitur habere potentiam actinam uel passiuam, quandoque quidem ex hoc solū ꝙ pōt agere vel pati, quandoque vero ex hoc ꝙ potest bene agere vel pati. Dicit ergo ꝙ ad potentiam bene faciē di

di, sed non econuerso. Sequitur enim si aliquis benefacit ꝙ faciat, sed non econuerso.

LECTIO III.

Duæ eliduntur opiniones, altera negantium potentiam non cum res est in actu, altera oīa possibilia ponentes.

BESS. tex. 5.

SVnt autem quidam, vt Megarici, qui dicunt tunc solum posse cum agat. cum vero non agat non posse. vtputa, eum, qui non ædificat, ædificare non posse, sed ædificantem, cum ædificat. similiter quoque & de cæteris.

ANT. tex. co. 5 par. 5

Sunt autem quidam qui dicunt, vt Megarici, quando operatur solum posse, & quando non operatur nō posse, vt non ædificantem non posse ædificare, sed ædificantem quando ædificat. Similiter autem & in alijs.

Sermo de simultate potentiæ & actus. Lec. seq.

Postquam Philosophus comparauit superius potentias adinuicem, hic incipit ostendere quomodo potentia & actus se habent in eodem subiecto; & diuiditur in duas partes. In prima excludit quorundā falsas opin. In secūda determinat veritatem, ibi. (Omnib. aūt potentijs.) Prima aūt diuiditur in duas. In prima excludit opi. dicentium nihil esse possibile, nisi qñ est actu. In secunda excludit opin. dicentium ecōuerso omnia esse possibilia, licet non sint actu, ibi. (Si aūt est quod dictum est possibile.) Circa primum duo facit. Primo excludit dictam positionem erroneam. Secundo ostendit quid sit esse possibile, & quid sit esse actu, ibi. (est autem possibile.) Circa primum tria facit. Primo ponit opin. Secundo destruit eam, ibi. (Quibus accidentia &c.) Tertio concludit suam intentionem. ibi. (Si ergo contingit.) Dicit ergo primo, ꝙ quidam dixerunt ꝙ tunc solum est aliquid in potentia, quando est in actu, vtputa ꝙ ille qui non ædificat actu, non potest ædificare, sed tunc solum potest, quando actu ædificat. Et similiter dicunt de alijs. & ratio huius positionis esse uidetur, quia opinabantur quod omnia ex necessitate contingerent secundum aliquā commixtionem causarum. Et sic si omnia ex necessitate eueniunt, sequitur ꝙ ea quæ non eueniunt, non possibile est esse. Deinde cum dicit.

In fra pt. 6. — Par. 7. par. seq. — par. 6 — Opinio, ꝙ nihil sit in potentia nisi quando est actu.

BESS.

Quibus quæ inconuenientia accidunt, non est difficile videre. Patet nanque, quod nec ædificator erit, si nō ædificat: ædificatori enim esse ipsum posse ædificare est. similiter autem & de alijs artibus. si igitur impossibile est huiuscemodi artes habere nisi quandoque discat, & accipiat, & non habere, nisi amittat aliquando (aut.n. obliuione, aut quadam passione, aut tempore. non.n. re corrupta. semper nanque est) cum cessauerit, non hēbit artem, rursus autem statim ædificabit, q̄uo accipiens?

ANT. par. 2

Quibus accidentia inconuenientia non est difficile uidere. Palam enim quia non est ædificator, si nō ædificet. Nam ædificatorem esse, est esse potentem ædificare. Similiter aūt & in alijs artib. Si igitur impossibile est, tales hēre artes non addiscentem aliqñ et accipientem, et non habere non abijcientem aliqn. aut.n. obliuione, aut passione aliqua, aut tempore. Non.n. vtique re corrupta, semper.n. est. Quando cessauerit, non habebit artē. Item qui statim ædificabit aliqualiter accipiens?

Alia litera qualiter erit acipiens. Improbat prædictam opinionem quatuor rationibus. prima.

Ponit rationes contra prædictam positionem ducentes ad inconuenientia, quarum prima talis est. Aedificantem esse, est esse potentem ædificare. Si igitur nullus est potens facere nisi quando facit, non est aliquis ædificator nisi quando ædificat. & similiter est de alijs artibus. Nam omnes artes sunt potentiæ quædam, vt dictum est. Sequitur ergo ꝙ nullus habeat artem aliquam, nisi quando secundum eam operatur. Sed id ostenditur impossibile, suppositis duobus, quorum unum est, ꝙ ille, qui prius non habuit aliquam artem, impossibile est ꝙ eam habeat postmodum, nisi addiscat eam, vel eam aliquo modo accipiat, s. inueniendo.

Aliud est, ꝙ si quis habuit aliquā artē, impossibile est eū postmodum non habere eandem, nisi eam aliquo modo abijciat, uel per obliuionem, aut per aliquam infirmitatem, aut per longitudinem temporis, quo aliquis scientia non utitur. Hæc enim est causa obliuionis. Non autem potest esse, quod aliquis amittat artem corrupta re, sicut quandoque conuenit quod uera cognitio amittitur mutata re, ut cum quis opinatur uere Socra. sedere, eo surgente perit eius uera opinio, hoc autem non potest dici circa artem. Nam ars non est cognitio eius quod est, sed eius quod faciendum est. Et ita quandiu durat materia, ex qua ars potest aliquid facere, semper res artis est. Vnde non potest ars amitti corrupta re nisi modis præmissis. Ex his autem duobus propositis Philosophus sic arguit. Si aliquis non habet artem, nisi quando ea utitur, tunc quando incipit uti, de nouo habet artem, ergo oportet uel quod discat eam, uel qualitercunque acquirat eam. Et similiter quando desinit uti arte, sequitur quod arte careat, & ita amittet artem quam prius habebat, uel obliuione, uel passione, uel tempore. Quorum utrunque patet esse falsum. Non igitur uerum est quod solum tunc aliquis habeat potentiā quando operatur.

Hoc etiam ad ætatem referri potest.

BESS.

Et inanimata etiam similiter, nec enim frigidum, neque calidum neque dulce, nec omnino unum sensibile erit non sentientio. Quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere.

ANT. par. 3. Alia litera. Pythagoræ

Et inanimata utique similiter. Neque enim frigidum, neque calidum, neque dulce, neque amarum, neque omnino sensibile, nihil erit non sentientibus. Quare Prothagoræ rationem eis dicere continget.

Secunda ratio.

Secundam rationem ponit, quæ quidem procedit in irrationabilibus, quæ sunt in rebus inanimatis scilicet calidum, & frigidum, dulce & amarum, & alia huiusmodi, quę sunt pricipia actiua immutatiua sensus, & ita sunt quædam potentiæ. Si igitur potentia non inest alicui nisi quando agit, sequitur quod nihil est calidum uel frigidum, dulce uel amarum, & huiusmodi, nisi quando sentitur immutans sensum. Hoc autem patet esse falsum. Nam si hoc esset uerum sequeretur quod opinio Protagoræ esset uera, quæ dicebat omnes proprietates & naturas rerum consistere solum in sentiri & opinari. Ex quo consequebatur contradictoria simul esse uera, cum diuersi circa idē, contradictorie opinentur. Contra quam opinionem philosophus in quarto superius disputauit. Falsum est igitur quod potentia non sit sine actu.

Alia litera Pythagoræ,

BESS.

Atqui nec sensum aliquid habebit, si non sentiat, aut operetur, si igitur cæcum est, quod non habet uisum natura tamen aptum, & quando aptum, & item prout natura aptum est habere, idem sæpius in eodē die cæci & surdi erunt.

ANT. par. 4.

At uero neque sensum habebit nihil, si non sentiat nec operatur. Si ergo cæcum non habens uisum, aptum uero natum, & quando aptum natum est habere adhuc ens, ijdem cæci erunt sæpe die uno, & surdi.

Tertia rō.

Tertiam rationem ponit, quæ talis est. Sensus est potentia quædam. Si igitur potentia, non est absque actu, sequetur quod aliquis non habet sensum nisi quando sentit, utputa uisum, aut auditum. Sed ille qui non habet uisum, cum sit natus habere est cæcus, & qui non habet auditum est surdus. Sic igitur eadem die frequenter erit surdus & cæcus, quod manifeste est falsum. Nam cæcus non fit postea uidens, neque surdus audiens.

B E S S. tex.co.6.

Item si impossibile idest, quod priuatur potentia, quod non fit, impossibile est fieri. quod uero impossibile est fieri, qui dicit esse aut futurum mentietur, impossibile enim hoc significabat. Vnde illæ orationes, & motum, & generationem perimunt: semper etenim, & quod stat stabit, & quod sedet sedebit, si enim sedet, non surget, impossibile namque erit surgere, quod non est possibile surgere.

A N T. Tex.com.6. par. 5

Amplius si impossibile quod priuatum est potentia, quod non fit, impossibile erit factum esse. Sed quod est impossibile factum esse, dicens aut esse aut futurum esse, mentietur. Nam impossibile hoc significauit. Quare hę rationes auferunt motum, & generationem. Semper enim stans stabit. Non enim surgit si sedet. Impossibile nanque est surgere, quod non potest surgere.

Quarta rō.

Quartam rationem ponit, quæ talis est. Impossibile est agere quod caret potentia. Si igitur aliquis non habet potentiam nisi quando agit, sequitur quòd quando aliquis non agit, impossibile sit ipsum agere. Sed quicunque dicit aliquid esse aut futurum esse quod impossibile est fieri, mentitur. Et hoc patet ex ipsa significatione huius nominis impossibile. Nā impossibile dicitur falsum, quod non potest contingere. Sequitur igitur quod id quod non est nullo modo possit fieri. Et ita illa potentia tollet motum, & generationem, quia stans semper stabit, & sedens semper sedebit. Si enim aliquis sedet, nunquam postea stabit, quia dum non stat, non habet potentiam standi. Et ita non possibile est eum stare. & per consequens impossibile eum surgere. Et similiter quod non est album, impossibile erit esse album. Et ita nō poterit dealbari. Et similiter in omnibus alijs.

Deinde cum dicit.

B E S S. ex. 7.

Quod, si non est possibile ista dicere. manifestum est, quod potentia, & actus aliud, & aliud est. Illæ uero orationes idem faciunt potentiam, & actum, propter quod nō paruum quiddam quærunt perimere. Quare contingit possibile quidem esse aliquid, non esse autem, & possibile non esse, esse uero: similiter in cæteris quoque prædicamentis, quequam possibile ambulare non ambulare, & possibile non ambulare ambulare.

A N T. Par.6.

tex. co.7.

Si ergo non contingit hoc dicere, palam quia potentia, & actus diuisa sunt. Illæ uero rationes potentiam & actum idem faciunt. Propter quod non paruum aliquid quærunt destruere. Quare contingit, possibile quidem aliquid esse, non esse autem, & possibile non esse, esse autem. Similiter autem, & in alijs categorijs, possibile uadere ens, non uadere, & non uadens, possibile esse uadere.

Conclusio opposita dictæ opin.

Concludit suam intentionem dicens, quod si prędicta inconuenientia non possunt concedi, manifestum est quod potentia & actus diuersa sunt. Sed illi, qui ponunt positionem prędictam, faciunt potentiam & actum esse idem, in eo quod dicunt tunc solum aliquid esse in potentia, quando est actu. Ex quo patet quod non paruum quid à natura destruere intendunt. Tollunt enim motum & generationem, ut dictum est. Vnde, cum hoc non possit sustineri, manifestum est quod aliquid est possibile esse, quod tamē non est, & quod aliquid est possibile non esse, & tamen est. Et similiter in alijs categorijs, sicut prædicamentis, quia possibile est aliquem uadere, & non uadit, & econuerso non uadere qui uadit.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Hoc autem possibile est, cui si illius insit actus, cuius potentia habere dicitur, nihil impossibile erit. dico aūt ut si possibile sedere est, ut sedere contingit, huic si exsisteret ipsi sedere, nihil īpossibile erit, et si moueri quicquā aut mouere, aut stare, aut sisti aut esse, aut fieri, aut non esse, aut non fieri, similiter.

A N T. par.7.

Est autem possibile hoc, cui si extiterit actus, cuius dicitur habere potentiam, nihil erit impossibile. Dico autem puta si possibile sedere, & contingere sedere, huic si inest sedere, nihil erit impossibile, & aut moueri, aut mouere, aut statui, aut statuere, aut esse, aut fieri, aut non esse, aut non fieri similiter.

Possibile, seu esse in potētia qd.

Ostendit quid sit esse in potentia, & quid esse in actu. Et primo quid sit esse in potentia, dicens, quod id dicitur esse in potentia, quod si ponatur esse actu, nihil impossibile sequitur. Vt si dicatur aliquem possibile est sedere, si ponatur ipsum sedere non accidit aliquod impossibile. Et similiter de moueri & mouere, & de alijs huiusmodi. Secundo ibi.

B E S S.

Nomen uero actus, qui ad perfectionem annectitur, aduenit etiam in alijs, maxime ex motibus. uidetur etenim maxime motus actus esse. Quare, non entibus non attribuunt ipsum moueri, sed alias quasdam prædicationes, utputa intelligibilia, & desiderabilia esse ipsa non entia non aūt mota, hoc autem, quia cum non sint actu, erunt actu, non entium enim quædam potentia sunt, non autem sunt, quoniam actu non sunt.

A N T. par.8

Venit autem actus secundum nomen qui ad endelechiam compositus & ad alia, ex motibus maxime. Videtur enim actus, maxime motus esse. Quapropter, & non existentibus non assignant moueri. Alias autem categorias puta intellectualia, & concupiscibilia esse non entia, mota uero nō. Hoc autē, quia non entia actu Non entium enim quædam potentia sunt. Non sunt autem, quia non endelechia sunt.

Nomen actus primo significat motum, & ex hoc alia.

Ostendit quid sit esse in actu, & dicit, quod hoc nomen actus, quod ponitur ad significandum endelechiam, & perfectionem, scilicet formam, & alia huiusmodi, sicut sunt quæcunque operationes, uenit maxime ex motibus quantum ad originem uocabuli. Cum enim nomina sint signa intelligibilium conceptionum, illis primo imponimus nomina, quæ primo intelligimus, licet sint posteriora secundum ordinem naturæ. Inter alios autem actus, maxime est nobis notus & apparens motus, qui sensibiliter à nobis uidetur. Et ideo ei primo impositū fuit nomen actus & à motu ad alia deriuatū est, & pphoc moueri non attribuit nō existentib. Licet quædā alia pdicata nō existentibus attribuantur. Dicimus enim non entia esse intelligibilia uel opinabilia, uel etiam concupiscibilia, nec non diximus ea esse mota. Quia cum motus significet esse actu, sequeretur quod non entia actu essent actu, quod patet esse falsum. Et si enim quædam non entia sint in potentia, tamen ideo non dicuntur esse, quia nō sunt in actu. Deinde cum dicit.

Quid possibile, uel non possit de nō ente uerè dicari.

B E S S. tex.co.8

Si autem possibile est, quod dictū est quatenus sequitur, manifestum est, quod non potest uerum esse dicere, quod possibile quidem est hoc, non tamen erit, alioqui quæ nam impossibilia sint, hoc modo fugiunt nos, dico autem, ut si quis dicat posse diametrum commensurari, nō tamen commensurabitur, non cogitans quidnam impossibile sit, quia nihil prohibet aliquid possibile existens aut esse, aut fieri, non esse, nec futurum esse. Attamen ex his, quæ posita sunt, illud necessario sequitur, quia si supponamus esse, aut factum esse, quod non quidem est, possibile autem est, nihil impossibile erit: at accidet quidem, commensurari enim, impossibile est. Etenimero nō est idem falsum, & impossibile te nanque nunc stare falsum quidem, sed non impossibile est.


A N T.

Si autem est quod dictum est possibile, inquantum sequitur, palam quia non contingit uerum esse aliquid dicere,

cere, quia possibile hoc: non erit autem, vt & impossibilia esse sic diffugiant. Dico autem, quia si quis dicat possibile diametrum commensurari, non amen commensurabitur, non cogitans esse impossibile. Quia nihil probibet aliquid ens esse aut fieri, non esse vero, aut nō futurum esse. Sed illud necesse ex positis sit, & supponamus esse aut fieri, quod non est quidem: possibile autem quia nihil erit impossibile. Non enim est idem falsum & impossibile. Nam te stare nunc, falsum quidem est, & non impossibile.

Destructio opinionis q omnia sint possibilia. par. seq.

Postquam Philos. destruxit opinionem dicentiū nihil esse possibile nisi quando est actu, hic destruit contrariam opinionem dicentium omnia possibilia, & circa hoc duo facit. Primo destruit hanc positionem. Secundo determinat quandam veritatem circa consequentiam possibilium. ibi: (Sit autem palam,) Dicit ergo primo, q̄ si verum est q̄ aliquid dicatur esse possibile, ex eo quód aliquid sequitur secundum q̄ dictum est, q̄ possibile est, quod si ponatur esse, nō sequitur impossibile, manifestum est quòd non contingit verum esse hoc quod dicunt quidam, quòd vnumquodque possibile est, etiam si nūquam futurum sit. Ita quòd per hāc positionem impossibilia tolluntur. Sicut si aliquis dicat diametrum quadrati, commensurari lateri esse possibile, sed tamen non commensurabitur, & eodem modo dicatur de alijs impossibilibus, & non cogitet quòd diametrum quadrati commensurari lateri est impossibile: dico quòd ponentes hanc positionem quantum ad aliquid dicunt verum, & quātum ad aliquid dicunt falsum. Sunt enim aliqua, de quibus nihil prohibebit dicere quòd sunt possibilia esse aut fieri, cum tamen nunquam sint futura, nec vnquam fiant, sed hoc non potest dici de omnibus. Sed secundum ea, quæ superius dicta sunt, & quæ nunc oportet nos supponere, illa solum possibile est esse, aut fieri, licet non sint, quibus positis non sequitur aliquid impossibile. Posito autem quòd diametrum commensuraretur, sequitur aliquid impossibile. Et ideo non potest dici quòd diametrum commensurari, sit possibile. Est enim non solum falsum, impossibile.



Costa.

Quædam vero sunt falsa tantum, sed non impossibilia, sicut Socratem sedere & stare. Non enim idē est falsum esse, & esse impossibile, sicut te stare nunc est falsum, sed non impossibile. Prædicta ergo positio quantum ad aliqua, vera est, quia quædam sunt possibilia, licet sint falsa. Non autem quantum ad omnia, quia quædam sunt falsa & impossibilia.

Deinde cum dicit.

B E S S. tex. co. 9

Simul autem manifestum est, quod si a, existente, necesse est b, esse, ita etiam a, existente possibile esse, necesse est b, quoque possibile esse. nam si non est possibile esse, nihil prohibet non esse possibile esse. sit itaque a, possibile cum igitur a, nihil impossibile esse, si ponetur ipsum a, nihil impossibile esse accidit, at tum ipsum b, necesse est esse. attamen impossibile erat. sit igitur impossibile, quod si impossibile, necesse est a. necesse autem est b, esse. sed erat a. possibile ergo etiam b. si igitur a. possibile sit b. etiam possibile erit. si ita quidem se habebant, ut a. existente, necesse sit etiam b, esse. si itaque sic se habentibus a, b. non ita possibile sit b. nec ipsum b. se habebit vt positum est & si a. possibile existente necesse est b, possibile esse, si a, est, necesse est b, etiam esse. possibile nanque, esse necessario b, esse si a. possibile, hoc significat, si a, sit, & quando, & sicuti erat possibile esse, illud quoque tunc, & ita necesse esse.

A N T. Tex. co. 9. par. 10

Simul autem palam, quia si a. ente, necesse b. esse, & possibili ente a. & b. necesse est esse possibile. Si enim nō necesse possibile esse, nihil probibet non esse possibile esse. Si autem possibile, ergo quando a. possibile erit esse, si ponatur, nihil impossibile esse accidit. b, autem necesse est esse, sed erat impossibile. Sit itaque impossibile, & si impossibile necesse esse b. & a. necesse esse. Sed erat primum impossibile, ergo & secundum. Si igitur sit a. possibile, & b. erit possibile. Si quidem sic se habebat. Ergo a. ente, necesse b. est esse. Si itaque sic habentibus a. b. non est possibile b. ita nec a. b. habebit, ut positum est. Et si a. possibili ente, necesse b. possibile esse: si est a. necesse est b. Nam possibile esse ex necessitate b. esse, si a. sit possibile, hoc significat, si sit a. & quando, & vt erat possibile esse, & illud tunc esse, & ita esse necesse.

De consequētijs possibilium.

Quia dixerat quòd possibile iudicatur aliquid ex hoc, quòd ex ipso non sequitur impossibile, ostendit qualiter habeant se consequentia possibilia dicens, quòd ex diffinitione possibilis superius posita, non solum destruitur præmissa positio, sed etiam simul est manifestum quòd si alicuius conditionalis antecedēs est possibile, & consequens possibile erit. Vt si hæc conditionalis sit vera. Si est a, est b, necesse est, si a, sit possibile, quòd b, sit possibile. Sciendum tamen est ad huius intellectum quòd possibile dupliciter dicitur. Vno modo secundum quòd diuiditur contra necesse, sicut dicimus illa possibilia quæ contingunt esse & non esse. Et sic accepto possibili, non habet locū qđ hic dicitur. Nihil enim prohibet quod antecedens sit contingens esse & non esse, consequens tamen sit necessarium. sicut patet in hac conditionali. si Soc. ridet, est homo. Alio vero modo possibile dicitur secūdum quòd est commune ad ea quæ sunt necessaria, & ad ea quæ contingunt esse & non esse, prout possibile contra impossibile diuiditur. Et sic loquitur hic Philosophus dicens de possibili, quod necesse est consequens esse possibile, si antecedens fuit possibile. Detur enim hæc conditionalis esse vera, si est a, est b, & detur antecedens, s. a, esse possibile, aut igitur necesse est b, esse possibile, aut non. Si est necesse, habetur propositum. Si non est necesse, nihil prohibet ponere oppositum, s. b, non esse possibile. Sed hæc non potest stare. Nam a, ponitur esse possibile, & quando ponitur esse possibile, simul ponitur quòd nihil impossibile sequitur ex eo. Sic enim superius diffinitum est possibile, ad quod nihil sequitur impossibile. sed b, sequitur ad a, ut positum est, & b, ponebatur esse impossibile. Nam idem est esse impossibile, quod non esse possibile, igitur a, non erit possibile, si sequitur ad ipsum b, quod erit impossibile. Ponatur ergo b, esse impossibile, & si est impossibile, & posito a, necesse est esse b. erit ergo impossibile, & primum & secundum, s. a. & b. Vbi aduertendum est quòd bene sequitur si con-

Possibile dupliciter.

sequens est imposibile, ꝙ antecedens sit imposibile, non tamen econuerso. Nihil enim prohibet ex impossibili sequi aliquid necessarium, vt in hac conditionali. Si homo est asinus, homo est animal. Vnde non sic intelligendum est ꝙ Philosophus dicit hic, si primum erat impossibile, i. antecedens, ergo & secundum erat impossibile, s. consequens. Sed ita debet intelligi. Si consequens est impossibile vtrunque erit impossibile. Sic ergo manifestum est ꝙ si sic se habene, scilicet a, & b, ꝙ a, existente, necesse est b, esse, & necessario sequitur ꝙ si a, est possibile, quod b, erit possibile. Et si b, non est possibile, a, possibili non existente, non ita se habebunt a, & b, vt positum est. s. ꝙ ad a, sequitur b. Sed oportet ꝙ a, possibili existente, necesse est b, possibile esse, si existente a, necesse est b. Cum enim dico. Si est a, est b, hoc significatur ꝙ necesse sit b, esse possibile, si a, possibile est, ita tamen ꝙ quando & eodem modo sit possibile b, esse, quādo & quomodo est possibile a. Non enim possibile est vt sit quocunque tempore & quocunque modo.

LECTIO IIII.

Quomodo potentiæ præcedunt actus, vel sequantur manifestat, deinde quonam modo naturales potentiæ reducuntur ad actum exponit.

BESS. Tex. 10.

Cum autem omnium potentiarum, quædam naturæ nobis insitæ vt sensuum, quædam consuetudine, vt tibus canendi, quædam doctrina vt artiu, has quidem necesse est eos qui primo operati sunt, hēre quæcunque scilicet consuetudine & ratione. quæcunque vero non tales, sed patiendi potentiæ sunt, non est necesse.

ANT. Tex. c. 10. par. 1.

Omnibus autem potentijs existentibus, his quidem connatis, vt sensibus: his autem consuetudine, vt quæ est fistulandi: alijs autem disciplinatu, vt quæ artium. Has quidem necesse eos qui præexercitati fuerunt habere quęcunque consuetudine & ratione. Non tales autem, & eas quæ sunt in pati, non necesse.

De simultate potentiæ & actus secundum ueritatem par. seq. Triplex genus potentiarum, & quarum actus præcedant uel sequantur.

Postquam Philos. exclusit falsas opin. circa potentiam & actum, hic determinat veritatē, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo actus præcedat potentiam in subiecto. Secundo quomodo potentia præcedens actum, ad actum reducatur, ibi (Quoniam autem possibile.) Dicit ergo primo, quòd, cum potentiarum quædam sint inditæ his quorum sunt, sicut sensus animalibus. Quædam vero per consuetudinem acquirantur, sicut ars tibicinandi, & aliæ huiusmodi artes operatiuæ. Quædam vero acquirantur per doctrinam siue disciplinam, sicut medicina & aliȩ huiusmodi artes, dictarum potentiarum quæcunque per consuetudinem & rationem nobis insunt, necesse est primum agere & præexercitari in eorum actibus antequam acquirantur, sicut tibicinando, aliquis fit tibicinator. & considerando medicinalia, aliquis fit medicus. Sed aliæ potentiæ, quæ non acquirūtur per consuetudinem, sed insunt a natura & sunt in patiendo, sicut patet de potentijs sensitiuis, non præceduntur à suis actibus. Non enim aliquis videndo, acquirit sensum visus, sed ex eo quod potentiam visiuam habet, fit actu videns. Deinde cum dicit.

BESS.

Quoniam vero quod potest, aliquid potest, & aliquando & aliquo modo, & quæcunque alia necesse est adesse in definitione, & quędam quidem ratione possunt mouere, & potentiæ eorum cum ratione, quædam vero irrationalia, & potentiæ irrationales, & illas quidem necesse est in animato esse, has vero in ambobus.

ANT par. 2

Quoniam autem possibile, & quando, & quomodo, & quæcunque alia necesse adesse in diffinitione. & hæc quidem secundum rationem possunt mouere, & potentiæ ipsorum cum ratione. Hæc autem irrationabilia & potentiæ irrationales. Et illas quidem necesse in animato esse, has vero in ambobus.

Quomodo potentiæ præcedentes actum reducātur ad actum. Infra. par. 5

Ostendit quomodo potentię precedentes actum reducuntur ad actum, & circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quomodo in hoc differunt diuersæ potentiæ adinuicem, s. rationales & irrationales. Secundo ostendit qualiter rationales potentiæ ad actum reducantur, ibi (Necesse ergo.) Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam necessaria ad prædictam differentiam considerandam, quorum vnum est, ꝙ in ratione possibilis oportet multa considerare. Nō enim dicitur possibile respectu cuiusque, sed respectu alicuius determinati. Vnde oportet possibile, esse aliquid possibile, vtputa ambulare vel sedere. Et similiter quod potest aliquid facere vel pati, non potest illud quocunque tempore facere aut pati, sicut arbor non potest fructificare nisi determinato tempore. & ideo cum dicitur aliquid esse possibile, oportet determinare quādo sit possibile. Et similiter oportet determinare quō sit possibile. Non enim possibile, quocunque modo potest agere aliquid vel pati, sicut aliquis sic potest ambulare, s. tarde, non autem velociter. Et simile est de alijs circunstantijs, quæ consueuerunt determinari in diffinitionibus rerum, sicut quo instrumento, quo loco, & alia & huiusmodi. Aliud quod præmittit est, ꝙ quędam sunt possibilia secundum rationem, & potentiæ horum possibilium sunt rationales. Quædam vero possibilia sunt irrationabilia, & potentiæ irrationales. Et quidem potentiæ rationales non possunt esse nisi in rebus animatis, sed potentiæ irrationales possunt esse in ambobus, s. in rebus animatis & inanimatis. Et non solum in plātis & brutis animalibus, quæ ratione carent, sed etiā in ipsis hominibus, in quibus inueniuntur quædam principia actionum & passionum, quæ sunt sine ratione, vt potentia nutritiua, & augmentatiua, & grauitas, & alia huiusmodi. Secundo ibi.

Duplex potentia

BESS.

Huiuscemodi quidem potentias necesse est, vt cum (quo ad possint) actiuum & passiuum approximent, hoc quidem faciat, illud vero patiatur, illas vero nō est necesse.

ANT. par. 3

Tales quidem potentiæ necesse, quando vt possunt, passiuum & actiuum appropinquat, hoc quidem facere, illud vero pati. Illas vero non necesse.

Differentia dictarū potentiarum.

Ponit differentiam prędictarum potentiarum dicens, quòd in potentijs irrationabilibus necesse est quando passiuum appropinquat actiuo, in illa dispositione, qua passiuum potest pati, & actiuum potest agere, necesse est quód unum patiatur, & alterum agat, vt patet quando combustibile applicatur igni. In potentijs vero rationalibus, non est necessarium. non enim necesse ædificatorem ędificare quantuncunque sibi materia appropinquaret. Tertio ibi.

BESS.

Hæ enim omnes, vna vnius factiua. illa vero contrariorum. Quare simul ne facient contraria? hoc vero impossibile est.

ANT. Par. 4.

Hæ quidem enim omnes vna vnius factiua, illæ autē contrariorum. Quare simul facient contraria, scilicet si agerent approximata passiuo sine aliquo determinante. hoc autem impossibile.

Ratio prædictæ differentiæ.

Assignat causam prædictæ differentię dicens, ꝙ potentiæ irrationales ita se habent, quod una est factiua tantum unius, & ideo præsente passiuo necesse est quod faciat illud unum cuius est factiua. Sed una, & eadem potentia rationalis est factiua contrariorum, ut superius habitum est, si igitur necessarium esset, quod præsente passiuo faceret illud,

tex. c. 3

illud,cuius est la ctina,sequeretur quod simul faceret contraria, quod est impossibile. Sicut si medicus induceret sanitatẽ & ægritudinẽ. Deinde eũ dicit.

B E S S. *Necesse est igitur,aliud quiddam esse, quod dominetur,dico autem, siue appetitum,siue electionem, quodcunque enim appetat principaliter hoc faciet, cum quo ad posit proxime passiuo. Quare omne secundum rationem potens, necesse est,ut cum appetat id cuius potentiam habet & uti habet,hoc faciat,habet autẽ passiuo presente, & sic se habente,facere,sin minus,facere non poterit.*

A N T. par. 8 *Necesse ergo alterum aliquid esse, quod proprium est. Dico autem hoc apetitum,aut prohæresim. Quod enim desiderabit principaliter, hoc faciet, quando ut posit extiterit et appropinquauerit passiuo. Quare potens secũdum rationem omne necesse, quando desiderat cuius habet potentiam, & ut habet hoc facere: habet autem præsente passiuo, & ita se habente facere. Si autem non,facere non poterit.*

Quomodo potentię rationales reducuntur ad actum. Ostendit quid requiratur ad hoc,quod potentię rationales exeant in actum, ex quo non sufficit propinquitas passi,& circa hoc tria facit. Primo ostendit per quid potentia rationalis reducatur in actum,concludens ex dictis, cum potentia rationalis se habeat communiter ad duo contraria, & ita cum à causa cõmuni nõ procedat effectus determinatus,nisi sit aliquid proprium, quod causam communem ad hũc effectum magis determinet quàm ad illum, sequitur quod necesse est præter potentiam rationalem, quæ est communis ad duo contraria, poni aliquid, quod appropriet eam ad alterum faciendum ad hoc quod exeat in actum. Hoc (autẽ est appetitus aut pro hæresis,) idest electio quorumcunque, idest electio, quæ ad rationem. Quod enim aliquis considerat, hoc facit,ita tamen si existit in dispõne,qua est potens agere,& passiuum adsit. Vnde sicut potens potentia irrationali necessario agit, passiuo appropinquante, ita omne potens secundum rationem, necesse est quòd faciat quando desiderat illud,cuius habent potentiã, & eo modo quo habet. Habet autem potentiam faciendi eum passiuum præsens fuerit, & ita se habeat qđ possit pati,aliter facere non posset. Scđo ibi.

B E S S. *Nullo enim intrinsecus prohibente, separationem faciendo, nihilo opus amplius est, potentiam enim habet,ut eius,quod est potestate faciendi, at non quomodocunque,sed aliquo modo se habentibus,à quibus separabuntur etiam extrinsecus prohibentia, remouentur enim hac eorum quadam quæ in definitione assunt.*

A N T. Par. 9. *Nullo nanque exteriorum prohibente, adiungere nihil adhuc oportet. Potentiam enim habet,ut est potentia faciendi. Est autem non omnino,sed habentium aliquo modo, in quibus excludentur quæ exterius prohibent. Remouent enim hæc eorum quæ in determinatione apponuntur quædam.*

Respondet tacite quæstioni. Respondet tacite quæstioni. Posset enim aliquis quærere,quare cum dixerit quod omne potens secũdum rationem quando desiderat, necessario agit passiuo præsente,non addit, si nihil prohibeat exterius. Sed ipse respondet,quod illud, scilicet nullo exteriorum prohibente, non oportet addere. Dictum est.n. quod necesse est agere si habeat potentiam, quæ est sufficiens ad faciẽdum. Sed hoc non est quolibet modo. Sed quando illud quod habet potentiam,aliquo modo se habet,& in hoc excluduntur ea quæ exterius prohibent. Nam ea quæ exterius prohibent, remouent aliqua eorum quæ posita sunt superius in determinatione communi possibilis,ut scilicet uel non sit possibile tũc,uel non possibile hoc modo,uel aliquid huiusmodi. Tertio ibi.

B E S S. *Quare nec si simul uelit aut desideret duo,aut contraria facere,faciet,non enim ita potentiam eorum simul habet, nec est potentia simul faciendi, at quorum est,ita faciet.*

A N T. Par. 7. *Propter quod nec si simul uolunt, aut cupiunt facere duo,aut contraria,facient. Non enim ita simul habent ipsorum potentiam, nec est simul faciendi potentia,quoniam quorum est,sic facient.*

Docet euitare inconueniens, quod primo sequebatur,scilicet quod potentia rationalis simul faceret contraria. Non enim sequitur quod si necesse est, quod faciat potentia rationalis quod desiderat,& dato, quod aliqui simul uelint secundum rationem,aut cupiant secundum appetitum sensitiuum,facere duo diuersa aut contraria,quod propter hoc faciant. Non enim sic habent potentiam contrariorum,quod simul cõtraria faciant,sed sic faciunt, sicut habent potentiã, ut dictum est.

LECTIO V.

Quod nam sit actus & quot modis dicatur.

B E S S. text. 11. *Cum autem de potentia, quæ secundum motum dicitur, dictum sit, de actu determinemus quidnam actus, & quale quid sit, etenim possibile quoque simul manifestum erit,si diuiserimus, quod nõ solum hoc dicimus possibile, quod natura aptum sit aliud mouere,aut moueri ab alio, aut simpliciter, aut quodam modo,sed etiam aliter: propter quod cũ inquiramus,de his etiam tractabimus.*

A N T. text. co. 11 par. 1. *Quoniam autem de potentia, quæ secundum motum dicitur, dictũ est, de actu determinemus,quid est actus, & quale quid. Etenim possibile simul manifestum erit diuidentibus,quia non solũ hoc dicimus possibile quod aptum natum est mouere aliud,aut moueri ab alio, aut simpliciter,aut modo quodam,sed & aliter. Quapropter quærentes,& de his superuenemus.*

Sermo de actu. Lec. seq. Postquam determinauit de potentia, hic determinat de actu,& diuiditur in duas partes. In prima determinat quid est actus. In secunda quando aliquid est in potentia ad actum. ibi (Quando autem potentia.) Et circa primum duo facit. Primo continuat,se ad præcedentia dicens,quod quia dictum est de potẽtia,q̃ inuenitur in reb. mobilib.quæ.i.est principium motus actiue uel passiue, oportet determinare quid est actus,& qualiter se habeat ad potẽtiã, quia per hoc simul manifestũ erit de potẽtia,eũ diuiserimus actũ. Actus enim non tantum inuenitur in rebus mobilibus,sed etiam in rebus immobilibus. Ex quo manifestum est,cum potentia dicatur ad actum. quod actiue possibile,uel potens, non solum dicatur,quod est natum mouere actiue, uel moueri ab alio passiue, aut simpliciter, secundum quod dicitur potentia respectu actionis aut passionis communiter, aut modo quodam, secundum quod dicitur potentia respectu eius,quod est bene agere,aut bene pati, sed etiam dicetur possibile,uel potens aliter secundum ordinem ad actum,qui est sine motu. Licet enim nomen actus à motu originem sumpserit,ut supra dictum est, non tamen solum motus dicitur actus, unde nec dicitur solum possibile in ordine ad motum. Et ideo oportet inquirendo de his tractare. Secundo ibi.

Lect. 3

B E S S. *Est autem actu rem existere,non ita quemadmodum dicimus potestate dicimus autem potestate, ut in ligno Mercurii, & in toto dimidiũ,eo quod auferri posset & scientem etiam illum qui non speculatur, modo speculari possit,est autem hoc actu.*

A N T. par. 2 *Est autem actus existere rem non ita sicut dicimus potentia,ut in ligno Mercuriũ,& in toto medietatẽ,*

quia aufertur utique, & scientem & non speculantem si potens potest speculari. Sed hoc actu.

Inf par. 4. Actus in cõmuni quid.

Determinat de actu, & primo ostendit quid sit actus. Secundo quomodo diuersimode dicatur in diuersis. ibi (Dicuntur autem actu.) Circa primum duo facit. Primo ostendit quid est actus dicens, quod actus est, quando res est, nec tamen ita est sicut quando est in potentia. Dicimus enim in ligno esse imaginem Mercurij potentia, & non actu, antequam lignum sculpatur, sed si sculptum fuit, tunc dicitur esse in actu imago Mercurij in ligno. Et similiter in aliquo toto continuo pars eius. Pars enim puta medietas, est in potentia, inquantum possibile est ut pars illa auferatur à toto per diuisionem totius, sed diuiso toto, iam erit pars illa in actu. Et similiter sciens & non speculans, est potens considerare sine consideratione, sed hoc, scilicet speculari siue considerare est esse in actu. Deinde cum dicit.

B E S S. *Manifestum autem quod dicere uolumus, per inductionem in singularib. & non oportet omnium definitionem quærere, sed etiam quod proportionale est, conspicere, quoniam ut ædificans ad ædificatiuum, & uigilans ad dormiens, & uidens ad conniuens habens tamen uisum, & segregatum à materia ad materiam, & elaboratum ad inelaboratū, huius autem differentiæ alteri parti actus applicatus sit, alteri uero possibile.*

A N T. par. 3. *Palam autem in singularibus inductione quod dicere uolumus, & nõ oportet omni rei terminũ inquirere, sed proportionale conspicere, quia ut ædificans ad ædificabile, & uigilans ad dormiens, & uidens ad clausos quidem oculum, uisum autem habens, & segregatum ex materia ad materiam, & laboratum ad illaboratum, est aliud, & huius differentiæ alteri parti sit actus determinatus, alteri autem possibile.*

Non potest actus notificari per diffinitionem sed per proportionalitatem.

Respondet quæstioni tacitæ. Posset enim aliquis quęrere ab eo, ut ostenderet quid sit actus per diffinitionem. Sed respondet dicens, quod inducendo in singularibus per exempla manifestari potest illud quod uolumus dicere, scilicet quid est actus, (& non oportet cuiuslibet rei quærere terminum,) idest diffinitionem. Nam prima simplicia diffiniri non possunt cum nõ sit in diffinitionib. abire in infinitum. Actus autem est de primis simplicibus, unde diffiniri non potest. Sed per proportionem aliquorum duorum adinuicem, potest uideri quid est actus. Vt si accipiamus proportionem ędificantis ad ædificabile, & uigilantis ad dormientem, & eius qui uidet ad eum qui habet clausos oculos cum habeat potentiam uisiuam, & eius (quod segregatum à materia, ı idest per operationē artis uel naturæ formatur, & ità à materia forma segregatur, & similiter per separationē eius quod est præparatum, ad illud quod non est præparatum, siue quod est elaboratum ad id quod non est elaboratum, sed quorumlibet sic differentium altera pars erit actus, & altera potentia. Et ita proportionaliter ex particularibus exemplis possumus uenire ad cognoscendum quid sit actus & potentia.

Cur nõ omnium est diffinitio.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Dicuntur autem actu, non omnia similiter, sed proportionaliter, ut hoc in hoc, aut ad hoc, ita illud in illo, aut ad illud, quædam enim, ut motus ad potentiam, quæ ut substantia ad aliquam materiam.*

A N T. par. 4. *Dicuntur autem actu non omnia similiter, sed aut proportionaliter, ut hoc in hoc, aut ad hoc. Hoc quidem ut motus ad potentiam, illa uero ut substantia ad aliquã materiam.*

Actus duplex scilicet

Ostendit, quod diuersimode dicatur actus, & ponit duas diuersitates, quarum prima est, quod actus dicitur uel actus, uel operatio. Ad hanc diuersitatem actus insinuandam dicit primo, quod non omnia dicimus similiter esse actu, sed hoc diuersimode. Et hęc diuersitas considerari potest per diuersas proportiones. Potest enim sic accipi proportio ut dicamus, quod sicut hoc est in hoc, ita hoc in hoc. Vtputa uisus sicut est in oculo, ita auditus in aure. Et per hũc modum proportionis accipitur comparatio substantiæ, idest formæ, ad materiam, nam forma in materia dicitur esse. Alius modus proportionis est, ut dicamus quod sicut habet se hoc ad hoc, ita hoc, ad hoc puta sicut se habet uisus ad uidendum, ita auditus ad audiendum. Et per hunc modum proportionis accipitur comparatio motus ad potentiam motiuã, uel cuiuscunque operationis, ad potentiam operatiuam. Secundo ibi.

primus, & secundus uidelicet forma, & operatio.

B E S S. *Aliter autem infinitum, & uacuum, & quæcunque huiuscemodi, quàm pleraque entium potentia, & actu dicuntur, ut quam uidens, ambulans, & uisum, etenim hæc quidem contingunt, & simpliciter, & quandoque esse: uisum enim hoc quidem quoniam uidetur, hoc uero quoniam uideri possibile est: infinitum uero nõ ita potentia est, ut actu futurum separatum, sed cognitione, etenim potentia esse hunc actum attribuunt diuisioni, ne deficiat, non autem ut separetur. Quidam igitur, & quale quid sit, quod actu est, & his, & huiusmodi manifestum nobis sit.*

tex. 12.

A N T. par. 5. *Aliter autem, & infinitum, & uacuum, & quæcunque talia dicuntur potentia, & actu multis entium ut uidenti, & uadenti, & uisibili. Hæc quidem enim contingunt, & simpliciter uerificari, aliquando quidem hoc uisibile, quia uidetur. Illud uero, quia uideri possibile. Sed infinitum non ita potentia est, tanquam actu futurum separabile, sed notitia. Eo enim quod non deficiat diuisio, ostendet esse potentia hunc actum, in separari uero non. Quod quidem igitur actu, & quid est, & quale, ex his, & similibus manifestum erit nobis.*

tex. co. 12.

Ponit aliam diuersitatem actus dicens, quod infinitum, & inane siue uacuum, & quæcunque huiusmodi sunt, aliter dicũtur eē in potentia & actu, quam multa alia entia. Vtputa uidens, & uadens, & uisibile. Huiusmodi enim conuenit aliquando simpliciter esse uel in potentia tantum, uel in actu tantum, sicut uisibile in actu tantum, quando uidetur, & in potentia tantum, quando potest uideri & non uidetur. Sed infinitum non ita dicitur in potentia, ut quando que sit separatum in actu tantum. Sed actus & potētia distinguuntur ratione, & cognitione in infinito. Puta in infinito secundum diuisionem dicitur esse actus cum potentia simul, eo quod nunquam deficit potentia diuidendi. quando enim diuiditur in actu, adhuc est ulterius diuisibile in potentia. Nunquam autem separatur actus à potentia, ut, scilicet quando que sit totum diuisum in actu, & non sit ulterius diuisibile in potentia. Et similiter est considerandum in uacuo. Possibile enim est locum euacuari ab hoc corpore, non ut sit totũ uacuum, remanet enim plenus alio corpore. Et sic semper in uacuo remanet potentia coniuncta actui. Et idem est in motu, & tempore, & huiusmodi alijs quæ non habent esse perfectum. Deinde in fine epilogat quod dixit. Et est planum in litera.

Actus alius coniunctus potentiæ. alius separatus.

LECTIO VI.

Materiam & subiectum cuiuscunq; transmutationis tunc in potentia esse dicit, cum in ultima est ad actum dispositione, & quomodo materia denominatiue dicatur de eo quod ex ea materia

Quando

BESS.

QVando autem potentia unumquodque est, & quando non, determinandum est, non enim quandocunque, utputa, terram ne homo est potentia, an non, sed magis cum iam fuerit sperma? nec hoc adhuc fortassis.

ANT. par. 1.

Quando autem potentia est unumquodque, & quando non, determinandum. Non.n.quandocunque, ut terra generatione est potentia homo? Aut non, sed magis cum fiat sperma? Sed neque hoc simpliciter forsan.

Ostendit quando aliquid est proprie in potentia ad aliud.

Postquã manifestauit Philosophus quid est actus. Hic intendit ostendere quando in quali dispositione existens aliquid dicatur esse in potentia ad actum, & circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio dicens, quod determinandum est quando aliquid est in potentia, & quando non. Non enim quandocunque, & qualitercunque dispositum, aliquid potest dici esse in potentia, etiam, ad id quod fit ex eo. Nunquam enim poterit dici, quod terra sit in potentia homo. Manifestum est enim quod non, sed magis tunc dicitur esse in potentia homo, quando ex præcedenti materia iam factum, est sperma. Et forte neque adhuc est in potentia homo, ut infra patebit. Secundo ibi.

BESS.

Quemadmodum nec à medicina quodcunque utique sanetur, nec à fortuna, sed aliquid est, quod possibile est, & hoc, potentia sanum. Determinatio uero eius, quod potentia ens est, cum à mente actu fit, est quando, quod uult fiat, nullo eorum, quæ extrinsecus sunt prohibente, ibi enim in eo, qui sanatur, est, cum nihil eorum, quæ in eo sunt, prohibeat, similiter aũt, & domus potentia, si nihil eorum, quæ in ea re, & in materia sunt, domus fiat prohibeat, nec est, quod aut addatur, aut tollatur, aut mutetur, hoc est potẽtia domus, similiter autem de cæteris, quorum extrinsecus generationis principiũ & quorum in habente ipso, quæcunque nullo exteriori prohibente per seipsa erunt. quale, sperma nondum est. oportet namque in alio esse, & transmutari, cum aũt iam per suum principium tale fuerit hoc iam potentia est, illud uero altero principio indiget, quemadmodum terra, nondum est potentia statua, transmutata namque, æs erit.

ANT Par. 2.

Quemadmodum igitur nec à medicatiua omne utique sanabitur, nec à fortuna, sed est aliquid, quod possibile est, & hoc est sanum potentia. Terminus autem eius, quod ab intellectu actu fit ex potentia ente, quãdo uolitum fit nullo exteriorum prohibente, Ibi autem in eo quod sanatur, quando nihil prohibet eorum quæ in ipso. Similiter autem potentia, & domus, si nihil prohibeat eorum in his materia fieri domum, nec est quod oporteat adijci, aut remoueri, aut permutari, hæc domus potentia. Et in alijs similiter, quoruncunque extrinsecus principium est generationis, & quoruncunque etiam in ipso habente quocunque nullo exteriorum impediente erit per ipsum, quale sperma nondum, oportet enim in alio & permutari. Quando uero iam per suum principium est tale, iam hoc est potentia. Illa uero altero egent principio, ut terra nondum est statua potentia, permutata enim erit æs.

par. seq.

Soluit propositam quæstionem, & circa hoc duo facit. Primo ostendit in quali dispositione materia existens, dicatur esse in potentia ad actum. Secundo quod à materia in tali dispositione denominatur solum id quod est in materia. Ibi§ Videtur autem quod dicimus.) Circa primum considerandum est, quod sicut. 7. superius dixit, quarundam artium effectus contingunt etiam sine arte. Domus enim non fit sine arte, sed sanitas fit sine arte medicinæ ex sola operatione naturæ. Et licet id quod fit à natura, non fit fortuitum neque casuale, eo quod natura est causa agẽs per se, fortuna uero, & casus est causa agens per accidens, tamẽ ex eo quod ille, qui sanatur à natura, sanatur præter intentionem artis, dicitur sanari à fortuna. Nihil enim prohibet aliquid non esse fortuitum in se, quod tamen dicitur fortuitum per comparationem ad aliquem, qui non considerat causam per se talis effectus. Dicit ergo, quod non quicunque uel in qualibet dispositione existens, sanatur à medicina uel à fortuna, sed est aliquod possibile in determinata existens dispositione, quod sanetur uel a natura uel ab arte. Quibuslibet enim actiuis respondent determinata passiua. Illud autem possibile, quod unica actione natura uel ars potest in actum sanitatis reducere, est sanum in potentia. Et ut plenius cognoscatur, subiungit diffinitionem huius possibilis, & quantum ad operationem artis, & quantum ad operationem naturę. Dicit ergo quod est possibile, quod ex potentia ente, ens fit actu ab intellectu, siue arte.) Terminus enim,) idest diffinitio est quando statim cum uult artifex facit id esse actu, si nihil exterius prohibeat. Et tunc potentia dicitur esse sanum, quia per unã operationem artis fit sanum. In illis autem, quæ sanãtur per naturam, dicitur esse aliquid in potentia sanum, quando non est aliquid prohibens sanitatem, quod debeat moueri, uel transmutari prius quam intrinseca uirtus sanans, effectum habeat in sanando. Et sicut diximus de sanatione, quæ fit ab arte, ita potest dici de alijs, quæ per artem fiunt. Nam tunc materia est in potentia domus, quãdo nihil eorum, q̃ sunt in materia, prohibet domum fieri statim una actione, nec est aliquid quod oporteat addi, uel auferri, uel mutari, antequam materia formetur in domũ. Sicut lutum oportet transmutari, antequam ex eo fiant lateres. ex arboribus autem oportet aliquid auferri per dolationem, & addi per compaginationem ad hoc quod componatur domus. Vnde lutum & arbores non sunt poẽtia domus, sed lateres, & ligna iam præparata. Et sic est in alis, siue habeant principiũ perfectionis extra, sicut sunt artificialia, siue intra, sicut naturalia. Et tunc semper sunt in potentia ad actũ, quando nullo exterius prohibente per propriũ principium actiuum possunt reduci in actum. Tale autẽ nondum est sperma. Oportet.n.q᷑ mediantib. multis ex eo fiat aĩal. Sed quãdo iam pmutationis p propriũ principium actiuum potest fieri tale, scilicet actu existens, tunc iam est in potentia. Sed illa, quæ oportet transmutari antequam sint statim reducibilia in actum, indigent alio principio actiuo, scilicet præparante materiam, quod interdum est aliud à perficiẽte, quod inducit ultimam formam. Sicut patet quod terra nondum est in potentia statua, non enim una actione nec uno agente reducitur in actũ, sed prius per naturam transmutatur, & fit æs, & postea per artem fit statua. Deinde cum dicit.

Aliquis est per se effectus respectu alicuius causæ & respectu alterius per accidẽs

BESS.

Videtur autem esse quod dicimus, non hoc, sed illius modi, ut arca, non lignum, sed ligna, neque lignum terra, sed terreum. Rursus terra si sic non aliud, sed quod illiusmodi, ipsum semper potentia, simpliciter posterius est, ut arca, neque terrea, neque terra, sed lignea, hoc.n. potentia arca, & materia arcæ hæc, simpliciter quidẽ eius, quod simpliciter est. huius autem hoc lignum, quod si est aliquid primum, quod non secundum aliud dicitur illiusmodi, hoc prima materia, utputa, si terra aerea, aer uero non ignis prima materia est, tanquam quod quid & substantia, hoc enim uniuersale, & subiectum differt eo, quod est, quod quid esse, aut non esse.

ANT. par. 3. *Videtur autem quod dicimus esse, de quo non hoc, sed ecininum, idest ex altero factum, uel denominatum, ut arca, non lignum, sed lignea. nec lignum terra, sed terreum. Iterum terra si sit, non aliud, sed ecininum. Et sēper illud potentia simpliciter quod posterius est, ut arca non terra nec terrea, sed lignea. Hoc enim potentia arca, & materia arcę hoc. Simpliciter quidem ipsius ipsum simpliciter, huius uero hoc lignum. Si uero aliquid est primum quod non adhuc de alio dicitur ecininum, hæc prima materia est, vt si terra aerea est, & aer non igneus, sed igneus, ignis est prima materia, hoc aliquid existens. In hoc enim differt uniuersale, & subiectum, per esse hoc aliquid.*

Aqua potētia materiæ denominetur mixtū, & qualiter. Ostendit, quod à tali materia, quæ est in potentia ad actum, denominatur mixtum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit qualiter mixtum à materia denominatur dicens quod id quod fit ex materia, non dicitur hoc, sed ecininum, quod latine non dicitur, sed per consuetudinem, græcum est denominatiuū ad significandum illud, quod est ex altero tanquam ex materia, ac si dicatur materia non prædicatur in abstracto de eo quod est ex materia, sed denominatiue. Sicut arca non est lignum, sed lignea, & lignum non est terra, sed terreum. Et iterum, si terra habeat aliam materiam priorem, terra non erit illud, (sed ecininum,) idest non prædicatur de terra in abstracto, sed denominatiue. Ita tamen fiat talis prædicatio, quod semper id, quod est in potentia secundum modum determinatum, prædicatur de eo, quod est immediate posterius. Vt terra, quæ non potest dici potentia arca, non prædicatur de arca, nec in abstracto nec denominatione. Arca enim neque est terra, neque terrea, sed lignea. Lignum enim est in potentia arca & materia arcæ. Vniuersaliter est quidem lignum arcæ, particulariter uero hoc lignum huius arcæ. Si uero est aliquid primum, quod non dicitur de (alio ecininum,) idest quod non habet aliquid quod de eo quidem denominatiue prædicetur modo prædicto, hoc erit materia prima. Sicut, si aer est materia terræ, ut quidam dixerūt, aer prædicabitur de terra denominatiue, ut dicatur terra est aerea. Et similiter dicetur aer igneus & non ignis, si ignis est materia eius. Ignis aut, si non denominatur ab aliqua priori materia erit mā prima secūdum positionē Heracliti. Sed hic oportet adiungere si sit aliquid existens, ad differentiam uniuersalis, nam uniuersale prædicatur enim de alijs, & alia non prædicantur de eo, nec tamen est materia cum non sit aliquid subsistens. vniuersale. n. & subiectum differunt per hoc, quod subiectum est hoc aliquid, non autem uniuersale.

Secundo ibi.

BESS. *Vt puta, quod subijcitur passionibus, homo, corpus, & anima, passio uero, musicum, & album, dicitur autē, musica adueniente illud non musica, sed musicum, & homo, non albedo, sed album, nec ambulatio, neque motus, sed ambulans, ut motum, sic quod illiusmod.*

ANT. par. 4. *Vt puta passionibus quod subijcitur, homo, & corpus, & animal, passio autem musicum & album. Dicitur autem musica adueniente illud non musice, sed musicum, & non albedo homo, sed album, nec ambulatio aut motus, sed ambulans aut motum, ut ecininum.*

In quo conueniāt principium materiale, & principium formale in prędicando denominatiue. Ponit similitudinem prædicationis denominatiuæ dicens, quod sicut id quod subijcitur passionibus ut homo, corpus & animal, recipit denominatiuam prædicationem passionum, sic id quod est ex materia, recipit denominatiuam prædicationem materiæ. Nam passio est musicum. Dicitur autem subiectum, cui aduenit musica, non esse musica in abstracto, sed musicum denominatione: & homo non dicitur albedo, sed album. Neque etiam homo dicitur ambulatio aut motus abstractiue, sed ambulās, aut motum, vt ecininum, i. denominatum. Tertio ibi.

BESS. tex. 13. *Quæcunque igitur ita, vltimum substantia est. quæcunque autem non ita, sed species aliqua, & quod quid est, quod prædicatur. vltimum materia & substantia materialis est. Et recte sanè accidit, illiusmodi dici secundum materiam, & passiones. ambo etenim indeterminata sunt. Quando igitur dicendum est potentia, & quando non, dictum est.*

ANT. par. 5. tex. co. 13. *Quæcunque quidem igitur sic, vltimum, substantia. quæcunque vero non sic, sed species quædam, & hoc aliquid, quod prædicatur, vltimum materia & substantia materialis. Et recte itaque accidit ecininum dici secundum materiam & passiones. Ambo namque indeterminata. Quando quidem igitur dicendum est potentia & quando non, dictum est.*

In quo præ dicta etiam differant. Ponit comparationem vtriusque denominationis & dicit, quod quæcunque sic prædicantur denominatiue, sicut ista accidentia, vltimum, quod sustentat ea, est substantia, sed quæcunque non prędicantur sic denominatiue, sed id, quod prædicatur denominatiue, est quædam species, & hoc aliquid ut lignum, aut terra, vltimum in talibus prædicationibus quod sustentat alia, est materia, & substantia materialis. Et conuenienter (accidit dici ecininum,) i. denominatiue (secundum materiam & passiones) i. accidentia quę ambo sunt indeterminata. Nam & accidens determinatur & diffinitur per subiectum, & materia per id ad quod est in potentia. Vltimo epilogat quod dictum est, & est manifestum.

LECTIO VII.

Actus quomodo sit ratione prior potentia, tempore non, in vno eodem numero posterior est, secundum speciem autem & simpliciter prior est.

BESS. *Quoniam autem quot modis dicatur prius, determinatum est, manifestum est, quòd actus prius potentia est. dico autem non solum illa potentia determinata, quæ dicitur principium transmutatorium in alio, prout aliud est, sed prorsus omni motiuo, & statorio principio. etenim natura, in eodem fit. in eodem enim genere, cum ipsa potentia. principium enim motiuum, non tamen in filio, sed in ipso prout ipsum. omni itaque tali, prior est actus, & ratione & substantia. tempore vero quodam modo quidem est, quodam modo vero non.*

ANT. tex. co. 13. par. 1. *Quoniam autem ipsum prius, determinatū est quod modis dicitur, palam quia prior est actus potentia. Dico autem potentia nō solum determinata, quę dicitur prius principium permutatiuum in alio inquantum aliud, sed totaliter omni principio motiuo, aut immobilitatiuo. Etenim natura in eodem fit. In eodem enim genere potentiæ. Principium enim motiuum, sed non in aliquo inquantum idem. Omni itaque tali prior est actus ratione & substantia. Tempore vero, est quidem vt sic, est autem vt non.*

Comparat potentiam ad actum secundum prius & posterius. Infra le. 1. Ibi par. 5. Postquam determinauit Philosophus de potentia & actu, hic comparat ea adinuicem, & diuiditur in tres partes. In prima comparat ea adinuicem secundum prius & posterius. In secunda secundum bene & male. ibi. (Quod autem melior & honorabilior.) In tertia secundum cognitionem ueri & falsi. ibi (Inueniuntur autem & diagrāmata. Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit dicens, quod cum supra determinatū sit in Quinto quot modis prius dr, manife-

manifestū est ꝙ actus est prior potentia diuersis modis. Loquimur autem nunc de potentia non solum secundum quod est principium motus in alio, secundum quod est aliud, ut supra diffinita est potentia actiua, sed uniuersaliter de omni principio, siue sit principium motiuum, siue immobilitatis & quietis, aut operationis absque motu existentis, cuiusmodi est intelligere, quia & natura ad idem pertinere uidetur potentia. Est enim natura in eodem genere cum potentia ipsa, quia utrunque est principium motus, licet natura non sit principium motus in alio, sed in eo in quo est, inquantum huiusmodi, ut manifestatur in 2. phy. & tamen natura non solum est principium motus, sed etiam quietis. Et propter hoc potētia intelligenda est non solum principium motus, sed etiam principium immobilitatis. Omni ergo tali potentia, actus prior est, & ratione, & substantia, & etiam tempore quodammodo, alio uero mō non.

tex. co. 3. Actus est prior potentia ratione, & substantia, & aliquo modo tempore.

B E S S. *Quod autem ratione prior patet, potens enim est, quod primo potest, propterea quod contingit operari, utputa, ædificatiuum, quod potest ædificare, & uisiuum quod potest uidere, & uisibile, quod potest uideri, eadē autem de cæteris quoque ratio est. quare necesse, ut ratio præcedat & notitia notitiam.*

A N T. par. 1. *Ratione quidem igitur quod prior, palam. Nam per cōtingere actu esse, possibile est quod primo possibile, puta dico ædificatorem potentem ædificare, & speculatorem speculari, & uisibile potens uideri. Eadem autem ratio, & in alijs. Quare necesse rationem præexistere, & notitiam notitia.*

Ostendit sa ctum esse priorem potentia in ratione. par. seq.

Secundo ostendit propositum. Et primo quòd actus est prior potentia ratione. Secundo ostendit quomodo est prior tempore, & quomodo non, ibi § Tempore vero prius. § Tertio ostendit quòd est prior secundum substantiam. ibi (At uero & substantia prius quidem.) Primum sic probatur. id, per quod oportet alterum diffiniri, est prius eo ratione, sicut animal prius homine, & subiectum accidente. Sed potentia non potest diffiniri nisi per actum. Nam prima ratio possibilis in hoc consistit, quod conuenit ipsum agere uel esse in actu, sicut ædificator dicitur qui potest ædificare, & speculator qui potest speculari, & uisibile dicitur aliquid quod potest uideri, & & sic est in alijs. Ergo est necessarium, quod ratio actus præcedat rationem potentiæ, & notitia actus notitiam potentiæ. Et propter hoc superius Aristotel. manifestauit potentiam diffiniendo per actum, actum autem non potuit per aliquod aliud diffinire; sed solum inductiue manifestauit.

tex co. 2.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Tempore autem prius, sic. quod idē specie agit prius numero uero non. dico autem hoc, quod eo quidem homine qui actu iam est, & frumento, & uidente prior tēpore materia, & sperma, & uisiuum est, quæ potentia quidem homo, & frumentum, & uidens sunt actu uero nondum, sed his, alia tempore priora actu existentia, è quibus hæc facta fuerunt, semper etenim, ex eo, quod potentia est, fit actu ens ab actu existente, ut homo ex homine, musicus ex musico, semper aliquo primo mouente, mouens autem, actu iam est. Dicitur autem in sermonibus de substantia habitis, quod omne quod fit, ex aliquo aliquid, & ab aliquo fit, & hoc specie idem.*

tex. 14.

A N T. par 3. *Tempore uero prius, specie idem agens prius, sed numero non. Dico autem hoc, quia hoc quidem homine iā ente secundum actum, & frumento, & uidente, prius, est tempore materia, & semen, & uisiuum, quæ potentia sunt homo, & frumentum, & uidens, nondum actu. Sed his tempore priora altera entia actu, ex quibus hæc facta sunt. Semper enim ex potestate ente, fit actu ens, ab actu ente, ut homo ex homine, musicus à musico, sim per mouente aliquo primo. Mouens autem actu iam est. Dictum est autem in sermonibus de substantia, quia omne, quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc specie idem.*

Tex. co. 14.

Ostendit quomodo sit actus potentia prior tempore, & quomodo non: & circa hoc duo facit. Primo manifestat hoc in potentijs passiuis. Secundo in potētijs actiuis quibusdam, ibi (Qua propter uidetur impossibile.) Dicit ergo primo, quod actus est prior tēpore potentia, ita tamen ꝙ idem specie, est prius agēs uel ens actu quàm ens in potentia sed idem numero est prius tempore in potentia quam in actu. Quod sic manifestatur. Si enim accipiamus hunc hominē qui est iam actu homo, fuit prius secundum tempus materia, quæ erat potentia homo, Et similiter fuit semen quod potentia est frumentum, quam frumentum actu, (& uisum,) idest habens potentiam uidendi, quam uidens actu. Sed tamen quædam existentia in actu fuerunt priora secundum tempus existentib. in potentia, scilicet agentia, à quibus reducta sunt in actum. Semper enim oportet quòd id quod est in potentia ens, sit actu ens ab agente, quòd est actu ens. Vnde homo in potentia fit homo actu ab homine generante, qui est in actu. Et similiter musicum in potentia respicit musicum in actu, discendo à doctore qui est musicus actu. Et ita semper eo, quod est in potentia, est aliquid prius quod mouet, & mouēs est in actu. Vnde relinquitur, quod licet idem numero prius tempore sit in potentia quam in actu, tamen aliquod ens in actu secundum idem specie, est etiam prius tempore, quàm ens in potentia. Et quia posset aliquis dubitare de quibusdam quæ dixerat, ideo subiungit ea esse manifesta superius. Dictū est enim in superioribus de substantia, scilicet in 7. li. quod omne quod fit, fit ex aliquo, sicut ex materia, & aliquo, sicut ab agente. Et hoc etiā agēs est specie idem cum eo quod fit. Quod manifestum est in generationibus uniuocis, sed in generationibus æquiuocis oportet esse aliquam similitudinem generantis ad genitum, ut ibidem ostensum est. Deinde cum dicit.

Ostendit quomodo actus sit prior potentia tempore & quomodo non par. seq.

Txt co. 22

B E S S. *Quare uidetur impossibile esse ædificatorem, qui nihil ædificauerit, aut citharœdum, qui nihil citharizauerit, qui enim discit citharizare, citharizando discit citharizare. similiter etiam alij.*

A N T. par. 4. *Quapropter, & uidetur impossibile esse ædificatorē esse, qui non ædificauerit aliquid, aut citharœdum, qui non citharizauit. Similiter autem & alij. Nam addiscens citharizare, citharizans addiscit citharizare. Similiter autem & in alijs.*

Ostendit ordinem actus & potentiæ secundum tempus in quibusdam potentijs actiuis, & circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum. Dictum enim fuit supra, quod quædam potentiæ operatiuæ sunt, quas oportet accipere præagentes siue præexercitantes se in eorum actionibus. Sicut quæ acquiruntur ꝑ consuetudinem uel disciplinam. Et de his dicit hic quod, etiam in eisdem secundum numerum, actus præcedit potentiam. Impossibile enim uidetur quod aliquis ædificator, qui non prius ædificauerit, aut quod fiat citharœdus, qui non prius citharizauerit. Hoc autem inducit concludens ex præmissis. Dictū est enim supra, quod potentia musicum fit actu musicum à musico in actu, inquantum, scilicet ab eo addiscit. Et similiter in alijs est actibus. Addiscere autem non poterit atiē huiusmodi, nisi exercitādo se in actu

Tex. c. 10.

cius.

eius. Nam aliquis citharizando, addiscit citharizare. Et similiter est in alijs artibus. Vnde manifestandum est quòd impossibile est haberi huiusmodi potētias, nisi prius infini actiones earum etiam in eodem secundum numerum. Secundo ibi.

BESS. *Vnde argumentatio sophistica oriebatur, quod aliquis non habens scientiam, faciet id, cuius scientia. qui nanque discit, non habet.*

ANT. par. 5. *Vnde sophisticus elenchus factus est quia non habens quis scientiam, faciet cuius scientia est. Addiscens enim non habet.*

Ponit quandam sophisticam obiectionem cōtra prædicta dicens, quod quidam (sophisticus elenchus factus est,) idest syllogismus apparens contradicens ueritati, qui talis est. Discens artem operatur actionem artis. Sed discens artem non habet artem. Ergo qui non habet scientiam nec artem facit id cuius est scientia aut ars. Quod uidetur contrarium ueritati. Tertio ibi.

BESS. *Sed quoniam eius, quod fit, aliquid factum est, & eius quod aliquo modo mouetur, aliquid motum est (hoc autem in de motu manifestum est) discentem quoque necesse fortasse est, aliquid scientiæ habere. At ex hoc quoque patet, quod actus prior potentia, & generatione, & tempore.*

tex. 15.

ANT. par. 6. in. 6. physicorum tex. co. 15 *Sed quia eius quod fit, factum est aliquid, & totaliter eius quod mouetur, motum est aliquid, palam autem in his quæ de motu hoc. Et discentem necesse habere aliquid scientię forsan. Sic igitur & hoc palam, quia, & actus fit prior potentia secundū generationē & tēpus*

tex. co. 15. Soluit dictam obiectionem assignando quoddam quod dictum est, & probatum in. 6. phy. Ostensum est ibi quod omne moueri præcedit motum esse, propter diuisionem motus. Oportet enim quod quacunque parte motus data cum diuisibilis sit, aliquam partem eius accipi, quæ iam peracta est, dum pars motus data peragitur. Et ideo quicquid mouetur, iam quantum ad aliquid motum est. Et eadem ratione quicquid fit, iam quantum ad aliquid factum est. Licet enim factio in substantia quantum ad introductionem formæ substantialis sit indiuisibilis, tamen si accipiatur alteratio præcedens cuius terminus est generatio, diuisibilis est, & totum, potest dici factio. Quia igitur quod fit quantum ad aliquid factum est potest aliqualem operationem habere quod fit eius ad quod terminatur factio, sicut quod calefit potest aliquo modo facere, licet non perfecte, sicut id, quod iam factum est calidum. Et sic cum discere sit fieri scientem, necesse est quod discens quasi aliquid iam scientiæ & artis habeat. Vnde non est inconueniens si aliqualiter facit operationem artis. Non enim eam facit perfecte, sicut qui iam habet artem. Sed & in ipsa ratione, naturaliter præ insunt quędam semina & principia scientiarum, & uirtutum, uirtute quorum potest homo aliqualiter exire in scientiæ & uirtutis actum, antequam habeat habitum scientiæ & uirtutis, quo adepto, operatur perfecte. Vltimo epilogat quod supra dictum est, ut patet in litera.

LECTIO VIII.

Actum esse priorem potentia secundum substantiam, probat in his inferioribus.

BESS. *At uero substantia etiam, primo quidem, quia quæ generatione posteriora, specie, & substantia priora sunt, ut uir, puero, & homo, spermate, illud enim, iam habet speciem, hoc uero, non.*

ANT. tex. co. 15. par. 1. *At uero, & substantia prius quidem, quia quæ generatione posteriora, specie, & substantia sunt priora, ut uir puero, & homo spermate. Hoc quidem enim iam habet speciem, illud uero non.*

Postquam philosophus ostendit quod actus est prior potentia, ratione, & tempore quodammodo, hic ostendit, quòd sit prior secundum substantiam, quod erat superius tertio propositum. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit propositum rationibus sumptis ex his, quæ quandoque sunt in potentia quandoque in actu. In secunda uero per comparationem sempiternorum quæ semper sunt actu ad mobilia quæ quandoque sunt in potentia, quandoque in actu, ibi (At uero magis proprie.) Et quia esse prius secundum substantiam est esse prius perfectione, perfectio autem attribuitur duabus causis, scilicet formæ & fini, ideo duabus rationibus in parte prima utitur ad propositum ostendendum. Quarum prima sumitur ex parte formæ. Secunda ex parte finis, quæ ponitur ibi (Et quia omne ad principiū uadit.) Dicit ergo primo, quod non solum actus est prior potentia & ratione & tempore (sed substantia) idest perfectione. Nomine enim substantię consueuit forma significari per quam aliquid est perfectum. Et hoc quidem primum apparet tali ratione, quia ea quæ sunt posteriora in generatione, sunt (priora secundum substantiam,) idest perfectione, quia generatio semper procedit ab imperfecto ad perfectum, sicut uir est posterior generatione quàm puer, nam ex puero fit uir, & homo posterius generatione quā sperma. Et hoc iō quia uir & homo iam habet speciem perfectam, puer autem & sperma nondum. Cum igitur in eodem secundum numerum actus generatione & tempore sit posterior potentia, ut ex superioribus patet, sequitur quod actus sit prior potentia substantia & ratione. Deinde cum dicit.

par. seq.

par. seq. Actum esse priorem potentia secūdum perfectionem ostēdit rōne sumpta ex parte formæ.

Tex. c. 13.

BESS. *Et quoniam omne, quod fit, ad principium, & finem progreditur, etenim cuius causa, principium est, generatio uero, finis gratia, fuis uero, actus, & huius gratia, potentia sumitur.*

ANT. par. 2. *Et quia omne ad principium uadit quod fit, & finem. Principium enim cuius causa, finis uero causa generatio. Finis autem actus, & huius gratia potentia sumitur.*

Ostēdit idē quod supra rōne sumpta ex parte finis. par. seq. Ostendit idem ratione sumpta à parte finis, & circa hoc tria facit. Primo proponit rationem. Secundo manifestat quoddam in ratione suppositum. ibi (Non enim ut uisum habeant) Tertio determinat quoddam quod posset facere dubium circa prædicta. ibi (Quoniam uero est horum. Dicit ergo primo quod omne quod fit uadens ad finem, uadit adquod dam principiū. Nam finis cuius causa fit aliquid est quoddā principium. Est enim prius in intentione agentis, quia eius causa fit generatio. Sed actus est finis potentiæ, ergo actus est prior potentia, & principium quoddam eius. Deinde cum dicit.

BESS. *Non enim ut uisum habeant, animalia uident, sed ut uideant, uisum habent.*

ANT. par. 3 *Non enim ut uisum habeant, uident animalia, sed ut uideant, uisum habent.*

Ostendit actū esse finē potentiæ. Ostendit quod supra posuerat, scilicet quod actus sit finis potentiæ. Quod quidem primo manifestat in potentijs actiuis naturalibus dicens, quod animalia non uident, ut habeant potentiam uisiuam, sed magis habent potentiam uisiuam, ut uideant. Et sic manifestum est quod potentia est propter actum & non econuerso. Secundo ibi.

Similiter

BESS. *Similiter etiam, ædificatiuam, ut ædificent, & speculatiuam, ut speculentur, non ut speculatiuam habeant speculantur, nisi qui exercitantur, hi uero non speculantur, sed aut sic aut quia indigent speculari.*

ANT. par. 4. *Similiter autem & ædificandi scientiam ut ædificēt, et theoricā habent ut speculentur. Sed non speculantur ut theoricam habeant, nisi meditantes. Hi autem non speculantur, inquantum sic. Aut, quia non egent speculari.*

Ostēdit idē in potentijs rōnalibus.

Manifestat idem in potentijs rationalib. dicens, quod ad hoc homines potentiam habent ædificandi ut ædificent, ad hoc habent (theoricam,) scilicet sciētiam speculatiuam, ut speculentur. Non autem speculantur ut habeant theoricam, nisi addiscentes, qui meditantur ea quę sunt scientiæ speculatiuæ, ut acquirant eam. Et hi non perfecte speculantur, sed quodammodo & imperfecte, ut supra dictum est, quia speculari non est propter aliquam indigentiam, sed scientia iam habita uti. Discentium autem speculatio est, quia indigent acquirere scientiam. Tertio ibi,

BESS. Tex. c. 16. *Item materia est potentia, quia progredi pōt ad speciem, cum uero acta sit, tunc in specie est, similiter etiā de ceteris, & quorum motio finis. Quare quemadmodum docentes, cum discipulum ostendant operantem, putant imposuisse finem, similiter etiam natura.*

ANT. tex. co. 16 par. 5. *Amplius autem materia potentia est, donec ueniat ad speciem. Quando uero actu est, tunc est in specie. Similiter autem & in alijs, & quorum motus est finis. Propter quod sicut docentes, operantem ostendentes, putāt finem reddidisse, & natura similiter.*

Ostēdit idem in potentijs passiuis.

Manifestat idem in potentijs passiuis dicens, quod materia est in potentia donec ueniat ad formam uel speciem, sed tunc primo est in actu, quando habet speciem, & ita est in omnib. alijs, quæ mouentur propter finem. Vnde sicut docentes putant ad finem pertingere, quando demonstrant discipulum, quem instruxerunt, operantem ea, quæ sunt artis, ita & natura pertingit ad finem, quando consequitur actum. Et sic manifestum est quod actus est finis in motu naturali. Quarto ibi.

BESS. *Si enim non ita sit, erit Mercurius Pasionis, non enim erit manifestum, an infra uel extra sit scientia, quemadmodum etiam ille, opus enim, finis, operatio uero opus, unde nomen operatio, dicitur ab opere, & tēdit ad perfectionem.*

ANT. par. 6. Opus est finis. *Nam si non sit ita, Paxonas Mercurius erit. Non manifestius enim, & scientia si interius aut exterius, quemadmodum ille. Opus enim finis, actus autem opus. Propter quod & nomen dicitur actus secundum opus, & tendit uersus endelechiam.*

Manifestat idem ducendo ad impossibile.

Manifestat propositum deducendo ad inconueniens dicens, quod si perfectio, & finis consisterent in actu, tunc non uideretur differentia inter aliquem sapientem, sicut fuit Mercurius, & aliquem insipientem, sicut Paxonas. Si enim perfectio scientiæ non esset Mercurius manifestatus in scientia, si haberet scientiā interius, (scilicet quantum ad interiorem actum,) (aut exterius, quantū ad exteriorem actum, sicut nec Paxonas. Nam per actum scientiæ manifestatur aliquis esse sciens, & non per potentiam. Operatio enim est finis scientiæ. Operatio autem est actus quidam. Propter quod, & nomen actus dicitur ab operatione, ut sup. dictum est. Et inde deriuatum est ad formam, quæ dicitur endelechia siue perfectio

Text. co. 7.

Deinde cum dicit.

BESS. *Cum autem quorundam quidem ultimum sit usus, ut usus uisio, & nihil præter hanc aliud à uisu fiat opus, à quibusdam uero fiat aliud, ut ab ædificatiua domus præter ædificationē, nihilominus tñ ille quidē finis, hic uero magis finis, potentia est: ædificatio nāq; in ędificato simul, & fit, & est cū domo. Quorumcunque itaque aliud quiddam præter usum est id, quod fit, horum actus in eo, quod fit, est, ut ædificatio, in eo, quod ædificatur, & contextio, in eo quod contexitur, similiter, & de alijs, & omnino motus in moto. Quorum uero non est aliud quoddam opus præter actionem, in ipsis inest actio est, ut uisio, in uidente, & speculatio, in speculante, & uita in anima, Quare fœlicitas etiam, uita nanque quædam est.*

ANT. par. 9. *Quoniam uero est horum quidem ultimum usus, ut uisus uisio, & præter hanc nullum fit alterum à uisu opus, à quibusdam uero fit aliquid, ut ædificatoria, domus præter ædificationem. Tamen non minus quidem hic finis, hic autem magis finis potentia est. Nam ædificatio in ædificato, & simul fit & est cum domo. Quorumcunque igitur aliquid alterum est, quod fit præter usum, horum actum in facto est, ut ędificatio in ędificato, & contextio in contexto. Similiter autem & in alijs. Et totaliter motus in eo quod mouetur. Quorum uero non est aliquod aliud opus pręter actionem, in ipsis existit actio, ut uisio in uidente, & speculatio in speculante, & uita in anima. Quare & fœlicitas. Vita, namque qualis quędam est.*

Opus nō est finis in uniuersali, sed in aliquib. operatum.

Manifestat quoddam quod poterat esse dubium circa prædicta. Quia enim dixerat, quod opus est finis posset aliquis credere, hoc esset uerum in omnibus. Sed ipse hoc remouet dicens, quod quarundam actiuarum potentiarum ultimus finis est solus usus potentiæ, & non aliquid operatum per actionem potentiæ, sicut ultimus finis potentiæ uisiuæ est uisio, & præter eam non fit à potentia uisiua aliquod opus operatum. In quibusdam uero potentijs actiuis fit aliquod opus præter actionem, ut ab arte ædificatiua fit domus præter ipsam ædificationem. Tamen hæc differentia non facit quod in aliquibus harum potentiarum minus sit actus finis potentiæ, & in aliquibus magis, quia ipsa actio est in facto, ut ædificatio in eo quod ædificatur. Et ædificatio simul fit, & habet esse cum domo. Vnde, si domus aut ædificatum sit finis, non excluditur quin actus sit finis potentiæ. Talis autem differentia inter prædictas potentias est consideranda, quod quando præter actum ipsum potentiæ, qui est actio fit aliquod operatum, actio talium potentiarum est in facto, & actus facti ut ædificatio in ædificato, & contextio in contexto, & uniuersaliter motus in moto. Et hoc ideo, quia quando per actionem potētiæ constituitur aliquod operatum, illa actio perficit operatum, & non operantem. Vnde est in operato sicut actio, & perfectio eius, non autem in operante. Sed, quando non est aliquod opus operatum præter actionem potentiæ, tūc actio existit in agente & ut perfectio eius, & non trāsit in aliquid exterius perficiendū, sicut uisio est in uidente ut perfectio eius, & speculatio in speculante, & uita in anima, ut per uitam intelligamus opera uitæ. Vnde manifestum est, quod etiam fœlicitas in tali operatione consistit, quæ est in operante, non quæ transit in rē exteriorem, cum fœlicitas sit bonum fœlicis, & perfectio eius. Est enim aliqua uita fœlicis, scilicet uita perfecta eius. Vnde sicut uita est in uiuente, ita fœlicitas in fœlice. Et sic patet quod fœlicitas nō consistit nec in ędificādo, nec in aliqua huiusmodi actione, quæ in exterius transeat, sed in intelligendo, & uolendo. Vltimo autem cum dicit.

Actio terminata ad passum est in ipso passo.

Actio uero immanens in agente.

Fœlicitas est operatio & vita perfecta.

BESS. *Vnde patet quod substantia & species, actus est, &*

secun-

secundum hanc igitur rationem manifestum est, quod prior substantia actus, quam potentia. Et, quemadmodum diximus, tempore semper praecedit actus, alius ante alium, usque ad eum, qui est primo mouentis.

A N T. Text.co. 17 par. 8.

Quare manifestum, quod substantia & species, actus quidam est. Secundum hanc itaque rationem, palam quia prior substantia actus potentia. Et ut diximus, tẽpore semper praeaccipitur actus alius ante alium, usque ad eum qui est semper mouentis principium.

Tex. c. 13.

Redit ad concludendum principale propositum dicens, quod manifestum est ex prædictis, quod substantia, & forma, & species est actus quidam. Et ex hoc manifestum est, quod actus est prior quàm potentia secundum substantiam & formam. Et est prior tempore, ut supra dictum est, quia semper prius exigitur actus secundum quem generans, aut mouẽs aut faciens est actu, ante alterum actum quo generatum uel factum est in actu, postquam fuit in potentia, quousque ueniatur ad primum mouens, quod est in actu tantùm. Id enim, quod exit de potentia in actum, requirit actum præcedentem in agente, à quo reducitur in actum.

LECTIO IX.

Actum substantia, priorem esse in, incorruptibilibus ostendit.

B E S S.

Verumtamen etiam magis principaliter, ęterna enim priora corruptibilius substantia sunt. nihil uero potentia, æternum est.

A N T. par. 1. Tex. com. 13

At uero magis proprie sempiterna, priora substantia sunt corruptibilibus. Est autem nihil potentia sempiternum.

Ostendit actum esse priorem potentia per cõparationem sempiternorum ad corruptibilia.

Infra pt. 9.

Superius probauit Aristotel. quod actus erat prior potentia, diffinitione, per rationes ex ipsis corruptibilibus sumptas. Hic autem idem ostendit per cõparationem sempiternorum ad corruptibilia. Et diuiditur ista pars in duas. In prima ostendit propositum. In secunda ex proposito ostenso excludit quoddam à Platone dictum. ibi, (Si ergo aliquę sunt naturæ.) Et circa primum duo facit. Primo ostendit propositum, & tali ratione. Sempiterna comparantur ad corruptibilia sicut actus ad potentiam. Nam sempiterna, inquantum huiusmodi, non sunt in potentia, corruptibilia uero inquantum huiusmodi in potentia sunt. Sed sempiterna sunt priora corruptibilibus substãtia & perfectione, hoc enim manifestum est. Ergo actus est potentia prior substantia, & perfectione. Dicit autem, ꝙ hac ratione magis proprie ostẽditur propositum, quia non assumitur actus & potentia in eodem, sed in diuersis, quod facit probationẽ magis euidentem. Secundo ibi.

B E S S.

Ratio autem hæc, omnis potentia simul contradictionis est, quod enim non est possibile esse, non inerit alicui omne uero possibile, contingit non agere: quod igitur est possibile esse, contingit esse, & non esse, quod uero est possibile non esse, contingit non esse. quod autem contingit non esse corruptibile est, aut simpliciter aut hoc ipsum, quod dicitur, contingere non esse, siue secundum locum siue secundum quantum, siue secundum quale, simpliciter uero, quod secundum substantiam.

A N T. par. 1

Ratio uero hæc. Omnis potentia simul contradictionis est, Quod quidem enim est non possibile existere, non utique existet in aliquo. Possibile autem omne, contingit non actu esse. Quod igitur possibile esse, contingit esse, & non esse, idem igitur possibile esse, & non esse, possibile uero non esse, contingit non esse. Contingens autem non esse, corruptibile aut simpliciter hoc ipsum quod dicitur contingere non esse, aut secundum locum, aut secundum quantum, aut secundum quale. Simpliciter autem quod secundum substantiam.

Omnis potentia est cõtradictionis quis sensus.

Probat quod supposuerat, scilicet quod nullum sempiternum sit in potentia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem ad ostendendum hoc, quæ talis est. Omnis potentia simul est contradictionis. Dicitur autem hoc non de potentia actiua. Iam enim supra dictum est, quod potentiæ irrationales non sunt ad opposita, sed loquitur hic, de potentia passiua, secundum quam aliquid dicitur possibile esse, & non esse, uel simpliciter, uel secundum quid. Hoc autem quod posuerat manifestat per oppositum, quia ubi non est talis potentia, non contingit utraque pars contradictionis. Nam quod non est possibile esse, nũquam in aliquo est. Si enim non est possibile esse, impossibile est esse, & necesse est non esse. Sed id, quod possibile est esse, contingit non esse in actu. Manifestum est ergo, quod illud, quod possibile est esse contingit esse, & non esse. Et sic potentia simul contradictionis est, quia idem est in potentia ad esse & non esse. Sed id quod potest nõ esse, contingit non esse. Hęc enim duo æquipollent. Quod autem contingit non esse, est corruptibile uel simpliciter, uel secundum quid, prout dicitur contingere non esse. Sicut si contingat aliquod corpus non esse in aliquo loco, illud est corruptibile secundum locum. Et similiter est de quanto, & de quali. Sed simpliciter est corruptibile, quod potest non esse secundum substantiam. Relinquitur ergo, quod omne, quod est in potentia, inquãtum huiusmodi, corruptibile est.

sempiterna ur sic non sunt in potentia.

Secundo ibi.

B E S S.

Nihil igitur simpliciter incorruptibilium, simpliciter potentia est, secundum aliquid autem, nihil prohibet, ut quale, aut ubi. Actu ne ergo omnia?

A N T. par. 3.

Nihil ergo incorruptilium simpliciter, potentia est ens simpliciter. Aliud autem nihil prohibet, ut quale, aut ubi. Actu ergo omnia.

Corruptibile duplex

Infert conclusionem ex positione præmissa intẽtam, & circa hoc tria facit. Primo concludit propositum circa sempiterna, inferens ex prædictis, quod si omne, quod est in potentia, est corruptibile, sequitur quod nullum incorruptibilium simpliciter, sit ens in potentia, ut accipiamus incorruptibile simpl. & ens in potentia simpliciter secundum substantiam. Sed nihil prohibet id quod est incorruptibile simpliciter esse in potentia secundum quid, aut secundum quale, aut ubi. Vt luna est in potentia ut sit illustrata à sole, & sol est in potentia, cum est in oriente quod sit in occidẽte. Patet ergo ex prædictis quod omnia sempiterna inquantum huiusmodi, sunt in actu.

Secundo ibi.

B E S S.

Nec eorum, quæ necessario sunt, licet hæc prima. si enim ipsa non essent, nihil essent profectò.

A N T. par. 4

Nec eorum quæ ex necessitate sunt. Et quidem ipsa prima, Namque si hæc non essent, nihil utique esset.

Necessaria ut sic, non sunt in potentia.

Concludit idem de necessarijs, quod concluserat de sempiternis, quia etiam in ipsius rebus corruptibilibus sunt quædam necessaria, ut hominem est animal, omne totum esse maius sua parte. Dicit ergo, quod neque aliquid eorum, quæ sunt ex necessitate, in potentia est. Quæ enim necessaria sunt, semper sunt in actu, & non possunt esse & non esse. Ea uero, quæ sunt necessaria, sunt prima inter oĩa, quia eis ablatis nihil remanet aliorũ, utpote si tollerẽtur essentia-

Necessaria sunt semper actu, & per consequens semper uera.

tialia prædicata, quæ necessario prædicantur, non possent inesse accidentalia prædicata, quæ contingit inesse & non inesse. Et sic relinquitur quod actus est prior potentia. Tertio ibi.

B E S S. *Nec si quis motus æternus, aut si quid æternum: motum est, est secundum potentiam motum, nisi unde, quo: huius autem materiam nihil prohibet esse.*

A N T. par. 5 *Neque ntique motus si quis est sempiternus, nec si quid motum sempiternum, non est secundum potentiā motum, nisi unde quo. Huius autem materiam, nihil prohibet existere.*

Hic hēs ex. ppse a Phil. q in cœlo sit materia. Motus sempiternus ut sic nō est in potētia, & sīsī motū

Concludit idem de motu sempiterno, quod concluserat de substantijs sempiternis, & circa hoc tria facit. Primo ex prædictis concludit propositum dicēs quod si aliquis motus est sempiternus, ille motus nō est in potentia, nec id quod mouetur est in potentia ad motum, sed est in potentia (unde quo, ;idest ut ab hoc in id transeat. Cum enim motus sit actus existētis in potentia, oportet oē quod mouetur esse in potentia ad terminum motus, non autem ad ipsum moueri, sed ad aliquod ubi, quo tendit per motum. Et quia quod mouetur oportet habere materiam, subiungit quod nihil prohibet id quod mouetur motu sempiterno habere materiam, quia licet nō sit in potentia ad moueri simpliciter, est tamen in potentia ad hoc uel ad illud ubi. Secundo ibi.

B E S S. *Quare semper agit sol et stellæ, totumque cælum, neque timendum ne quando stet. quod metuūt quidam physici: non enim fatigantur, cum faciunt, eo quod motus eis non est circa contradictionis potentiam (quemadmodum corruptibilibus) ita ut laboriosa eis sit motus continuatio, substantia nanque materia, & potentia existens non actu, huius causa est.*

A N T. par. 6. *Propter quod agit semper sol, & astra, & totum eælum. Non est autem timendum, ne quando stent, quod timent qui de natura. Neque laborant hæc agentia. Non enim inest potentia contradictionis ipsis, ut corruptibilibus, motus, ut laboriosa sit continuatio motus. Nam substantia materia, & potentia non actu causa huius.*

Concludit quoddam corollarium ex dictis. Quia enim quod mouetur motu sempiterno, non est in potentia ad ipsum moueri, motus autem cœli sempiternus est, secundum quod traditur in libro. 8. phisic. sequitur quod sol, & astra & totum cœlum semper agant, quia semper mouentur, & per motum suū agunt. Nec est timendum, quod aliquando motus cœli stet, ut (timuerunt quidam naturales,) scilicet. Empedocles, & sequaces eius, qui posuerunt, quod per litem & amicitiam mundus quandoque corrumpitur, & rursus reparatur. Et ideo dicit non esse timendum, quia non sunt in potentia ad non moueri. Et propter hoc etiam non corruptibilia, in eo, q mouentur, non laborant. Non enim inest eis potentia contradictionis, scilicet ut moueantur, & non moueantur sicut est in corruptibilibus, quæ hæc habent per motum, & ita per hunc modum continuus motus fit eis motus cum labore. Quod enim corruptibilia laborent in eo quod mouentur causa est, quia sunt in potentia ad moueri & non moueri, & non habent hoc ex natura substantiali sua quod semper moueantur. Vnde uidemus quod tanto aliquis motus est laboriosior, quanto etiam natura rei est propinquior ad non moueri. Sicut patet quod moueri sursum in animatibus laboriosum est. Quod autem hic dicit de perpetuitate motus cœli, dicitur secundum conuenientiam naturæ corporis cœlestis, quam experti sumus. Sed hoc non præiudicat diuinæ uolūtati, à qua dependet motus cœli & esse eius. Ter. ibi.

probatur per totum. Lect. 5.

Motus cœli est ex se possibiliter sempiternus, secus tamen erit ex diuina uoluntate.

B E S S. Tex. c. 18. *Imitantur autem in corruptibilia, illa entia, quæ trāsmutantur ut terra, & ignis, etenim semper hæc agunt, secundum se enim & in seipsis, habent motum.*

A N T. Text co. 18. Par. 7. *Imitantur autem incorruptibilia, & quę in transmutatione sunt entia, ut terra, & ignis. Etenim hæc semper agunt. Nam secundum se, & in seipsis habent motum.*

Comparat corpora corruptibilia corporibus incorruptibilibus in agendo, & primo quantum ad similitudinem dicens, quod corpora eorum, quorum esse est in transmutatione, immutantur corpora in corpora in corruptibilia in eo, quod semper agunt, sicut ignis, qui secundum se semper calefacit, & terra quę secundum se semper facit operationes proprias, & naturales. Et hoc ideo est, quia habent motum & operationem suam propriam secundum se, & in eis in quantum, scilicet formæ eorum sunt principia talium motuum & actionum. Secundo ibi.

Conuenientia corruptibilium incorruptibilium corporum in agēdo.

B E S S. *Cęterę uero omnes potentię ut determinatum est, contradictionis sunt (quod enim potest sic mouere, potest etiam non sic) quęcunque scilicet secundum rationem. Irrationales uero, eo ipso quod adsunt, & absunt, contradictionis erunt eędem.*

A N T. par. 8. *Potentiæ uero aliæ de quibus, diffinitum est omnes contradictionis sunt. Nam possibile, sic mouere potest, & non sic, quęcunque secundum rationem. Irrationabiles uero per aliud esse, & non, contradictionis erunt eædem.*

Ponit comparationem secundum dissimilitudinem dicens, quod aliæ potentiæ rerum mobilium, de quibus supra determinatum est, omnes sunt contradictionis, econtrario rebus sempiternis, quæ semper sunt in actu. Sed diuersimode, nam potentiæ rationales sunt contradictionis, eo quod possunt mouere sic ut supra dictum est. Potentiæ uero irrationales operantur uno modo, sed & ipsæ sunt contradictionis per hoc, quod possunt ad esse, & non esse, sicut animal potest amittere potentiam uisiuam. Deinde cum dicit.

Dissimilitudo eorundem in agendo. Lect. 2. Tam potentiæ rōnales quam irrationales sūt cōtradictionis, licet diuersimode.

B E S S. *Si igitur aliquæ naturæ, siue substantiæ tales sunt, quales dicunt in sermonibus ideas. multo magis sciens aliquid erit quàm ipsa scientia, & motum quàm motus. illa enim magis actus, hæ uero horum potentiæ. Quod igitur actus prior & potentia, & omni transmutatiuo principio est, patet.*

A N T. par 9 *Si ergo aliquæ sunt naturæ tales aut substantiæ, quales dicunt qui in rationib. ideas, multo magis sciens uti que erit aliquid quàm per se scientia, & motum quàm motus. Hæc enim actus magis, illę autem potentię horum. Quod quidem igitur est prius actus potentia, & omni principio mutabili, palam.*

Ex præmissis excludit quoddam à Platone positū. Ponebat enim Plato formas separatas, quas maxime esse dicebat sicut si poneret scientiam esse separatā, quam uocabat per se scientiam, & dicebat quod hoc erat principalissimum in genere scibilium & similiter per se motum in genere mobilium. Sed secundum præostensa, aliquid erit primo in genere scibilium, quàm per se scientia. Ostensum, est enim quod prior est actus perfectione quàm potentia. Scientia enim ipsa est quædam, potentia. Vnde consideratio quæ est actus eius erit ea potior, & sic de alijs huiusmodi. Vltimo epilogat, quod dictum

Ex dictis arguit contra Platonem de ideis.

ctum est, scilicet quod actus est prior potentia, & omni principio motus.

LECTIO X.

Actum potentia honorabiliorem esse in bonis, in malis uero econuerso se habere ostendit, hinc, actum omnis intelligibilitatis rationem esse concludit, ac propterea priorem potentia dicit in intelligibilibus.

BESS. Text co. 19.

QVod autem melior ac præstantior quàm ipsa bona potentia actus sit, ex his patebit, quacunque enim secundum posse dicuntur, idem est potens contraria, ut quod dicitur posse sanum esse, idem est etiam ægrotans, & simul: eadem potentia est sanum & ægrotum esse, & quiescere, & moueri, & extruere & destruere, extrui, & destrui: posse itaque contraria, simul est, contraria uero simul esse, impossibile est ut sanum & ægrotum esse, quare necesse est unum eorum bonum esse, ipsum autem posse utrunque simul aut neutrũ: actus igitur melior.

ANT. text. co. 19: par. 1.

Quod autẽ, & melior, & nobilior, & honorabilior studiosa potentia actus, ex his est palam. Quacunque enim secundum posse dicũtur, idem est potens contraria ut quod dicitur posse conualéscere, idem est, & languens. Et simul. Eadem enim potentia conualescendi & laborandi, & quiescendi, & mouendi, & ædificandi & destruendi, & ędificandi & corruendi. Posse quidem igitur contraria, simul existit. Contraria uero impossibile simul existere, ut sanum esse, & laborare. Quare necesse horum alterum esse bonum. Posse uero, similiter utrunque, aut neutrum. Actus uero melior est.

Alia litera ergo.

Actus in bonis melior est potẽtia.

Postquam comparauit Philosophus actum & potentiam secundum prius, & posterius, hic comparat ea secundum bonum & malum, & circa hoc duo facit. Primo dicit quod in bonis, actus est melior potẽtia. Quod quidem manifestum ex hoc quod id quod est potentia, est idem in potentia existens ad contraria. Sicut quod potest conualescere, hoc potest infirmari, & simul est in potentia ad utrũque. Et hoc iõ quia eadem est potentia utriusque, conualescendi & laborandi, & quiescendi & mouendi & aliorum huiusmodi oppositorum. Et ita patet quod aliquid simul potest contraria, licet contraria non possint simul esse actu. Contrariorum igitur utrunque seorsum, est hoc quidem bonum, ut sanum, aliud uero malum, ut infirmum.

Nã semper in contrarijs unũ est ut deficiẽs, quod ad malum, pertinet. Sic igitur quod est bonum in actu, est tantum bonum. Sed potentia se habet, similiter ad utrunque, scilicet secundum quid quod est esse in potentia. Habet autem neutrum simpliciter quod est esse in actu. Relinquitur igitur quod actus est melior potentia, quia quod est simpliciter & pure bonũ est melius eo quod est secundum quid bonum, & cõiunctum malo. Secundo ibi.

BESS.

Necesse autem est etiam in malis, finem, & actum deteriorem potentia esse. Etenim potens est idem, ambo contraria.

ANT. par. 2.

Actus in malis peior est potentia.

Necesse autem, & in malis, finem, & actum esse deteriorem potentia. Quod enim potens idem contraria ambo.

Ostendit quod ecõtrario in malis est actus peior potentia, & circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum ex ratione supra inducta, quia id quod est, simpliciter malum, & non se habens nisi ad malum est peius eo quod est secundum quid malum, & quod se habet ad malum & ad bonum. Vnde cum potentia ad malum nondum habeat malum nisi secũdum quid, & eadem est ad bonum, nam idem est potẽtia quę est ad contraria, relinquitur quod actus malus est peior potentia ad malum. Secundo ibi.

BESS. In malis actus est deterior potentia.

Patet igitur, quod malum non est pręter res malum nanque natura posterius potentia est.

Palam ergo quia non est aliquid pręter res. Posterius enim ipsi naturę malum quàm potentia.

ANT. par. 3. Malum nõ est aliquid a natura præter res.

Concludit ex dictis quod ipsum malum non est quędam natura præter res alias, quæ secundum naturam sunt bonæ. Nam ipsum malum secundum naturam est posterius quàm potentia, quia est posterius & magis elongatum à perfectione naturæ. Vnde cum potentia non possit esse alia præter res, multo minus ipsum malum. Tertio ibi.

BESS.

Non igitur quicquam in his, quę a principio, et quę perpetua sunt, malum est, neq. corruptum. etenim corruptio de malis est.

ANT. par. 4.

Non ergo nec in eis quę à principio, & sempiternis nihil est neque malum, neque peccatum, neque corruptum. Etenim corruptio malorum.

In sempiternis ut sic nõ est malum, neq; peccatum

Inducit aliam conclusionem. Si enim malum nõ est, nisi post potentiam, potentia autem non inuenitur in rebus sempiternis, ut supra ostensum est, nõ erit in eis aliquid malum, neque peccatum, neque alia corruptio. Nam corruptio quoddam malum est. Est hoc autem intelligendum inquantum sunt sempiterna & incorruptibilia. Nam secundum quid, nihil prohibet in eis esse corruptionem, ut secundum ubi, aut secundum aliquid huiusmodi.

BESS. text. co. 20 * d. i. designationes geometricæ

*Figura * quoque actu, inueniuntur, diuidentes nanqi inueniuntur quod si diuisæ essent, manifestæ essent, nũc autem insunt potentia. Cur triangulum duo rect.? Quia qui circa unum punctum anguli, duobus rectis æquales sunt. si igitur qui circa latus est, educeretur, uidenti mox esset manifestum. Cur semicirculo, uniuersaliter rectus? Quia si tres, æquales, & qui basis est, duo, & qui ex medio supra stat rectus, uidenti manifestum erit ei, qui illud sciat. Quare patet quod quæ potentia sunt, reducta in actum inueniuntur, causa autem est, quia intellectio est actus, quare ex actu, potentia, & ob hoc agendo cognoscunt, posterior nanque generatione est, qui secundum numerum actus est.*


ANT. text co. 20 par. 5

Inueniuntur autem & diagramata actu. Nam diuidẽtes inueniunt. Si ergo essent diuisa, manifesta utique essent. Nunc autem insunt potentia. Propter quid duo recti trigonum? quia qui circa unum punctum anguli æquales duobus rectis. Si ergo educeretur qui iuxta costã, uidẽti utique statim esset palã. Propter quid in semicirculo rectus uniuersaliter? quia si æquales tres quæ bases dua, & quæ ex medio superstans recta uidenti, palam ei qui illud sciuit. Quare palam quia potentia entia ad actum reducta inueniũtur, causa uero quia, intelligentia est actus. Quare ex actu potentia, & propter hoc facientes cognoscunt. Posterius enim generatione quę secundum numerum actus.


Actum esse magis cognoscibilẽ potentia ostendit.

Postquam comparauit potentiam & actum secũdum prius & posterius, & bonum, & malum, hic cõparat eadem secundum intelligentiam ueri & falsi. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ipsa secundum intelligere secundo uero secundum ueritatem, & falsitatem, ibi (Quantum uero ens,) Dicit ergo primo (quod diagrãmata,) idest descriptiones geometriæ, (inueniuntur,) idest per inuentionem cognoscuntur secundum dispositionem figurarum in actu. Geometrę enim inueniunt uerũ quod quærunt diuidendo lineas & superficies. Diuisio aut reducit in actum quod erat in potentia. Nam partes continui sunt potentia in toto ante diuisionem. Si autem omnia essent diuisa secundum quod requirit inuentio ueritatis, manifeste essent

fent concluſiones quæſitæ. Sed quia in prima protra-ctione figurarum ſunt in potẽtia huiuſmodi diuiſiones, ideo non ſtatim fit manifeſtum quod quæritur. Hoc autem notificat per duo exempla, quorum primum eſt circa quæſitum quare trigonum eſt duo recti, id eſt quare triangulus hẽt tres angulos æquales duobus rectis? Quod quidem ſic demonſtratur.



Sit triangulus a,b,c,& protrahatur baſis a,c,in continuum & directum. Hæc igitur baſis protracta faciet cum latere trianguli b,c, angulum in puncto c, qui quidem angulus extra exiſtens æqualis eſt duob. angulis interioribus ſibi oppoſitis.ſ.angulo a,b,c,& angulo b,a,c. Manifeſtum eſt aũt φ duo anguli conſiſtentes circa punctum c, quorum vnus eſt extra triangulum, & alter intra,ſunt æquales duobus rectis. Demonſtratum eſt.n.φ linea recta ſuper aliã lineam cadens qualitercunque, faciet duos angulos rectos, aut æquales duobus rectis. Relinquitur ergo φ angulus interior in puncto c, conſtitutum cum alijs duobus qui ſunt æquales angulo exteriori omnes.ſ.tres ſunt æquales duob. rectis. Hoc eſt ergo quod Philoſophus dicit,φ probatur triãgulum habere duos rectos,quia duo anguli qui ſunt circa vnum punctum, puta circa punctũ c, quorũ vnus eſt interior & alius exterior,ſunt æquales duob. rectis. Et ideo quando producitur angulus qui fit extra,producto vno latere trianguli,ſtatim manifeſtum fit videnti diſpoſitionem figuræ,quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Secũdum exemplum eſt circa hoc quæſitum, quare omnis angulus q̃ eſt in ſemicirculo deſcriptus eſt rectus. Quod quidem demonſtratur ſic.



Sit ſemicirculus a,b,c, & in puncto b,qualitercunque cadat conſtituatur angulus, cui ſubtenditur baſis a, c,quæ eſt diameter circuli. Dico ergo quòd angulus b, eſt rectus. Cuius probatio eſt,quia cum linea a, c, ſit diameter circuli, oportet quod tranſeat per centrum. Diuidatur ergo per medium in puncto d, & producatur linea d, b, Sic igitur linea d,b, æqualis eſt lineæ d,a,quia ſunt protractę à centro vſque ad circumferentiam: ergo in triangulo d, b,a,æqualis eſt angulus b, angulo a, quia omnis trianguli cuius duo latera ſunt æqualia, anguli qui ſunt ſupra baſ[illegible] ſunt æquales. Duo igitur anguli a,& b,ſunt duplum ſolius anguli b. Sed angulus b,d,c, cum ſit exterior eſt æqualis duobus angulis a,& b, partialibus: ergo angulu[illegible] b,d, c,eſt duplus anguli b,partialis. Et ſimiliter probatur quod triangulus c,eſt æqualis angulo b,trianguli b,d, c,eo quod duo latera d,b, & d,c,ſunt æqualia cu[illegible] ſunt protracta à centro ad circumferẽtiam, & angulus exterior.ſ.a, d,c, eſt æqualis vtrique, ergo eſt duplus anguli b,partialis. Sic ergo duo anguli a,d,c,& [illegible] d,c ſut duplum totius anguli a,b,c. Sed duo an[illegible] a, [illegible] b,& b,d,c,ſunt aut recti aut ęquales duobus rectis, [illegible] linea d,b,cadit ſupra lineam a c,ergo angul[illegible] a, [illegible] ,qui eſt in ſemicirculo, eſt rectus. Et hoc eſt quo[illegible] Ph[illegible] ſophus dicit, quod ideo demonſtrat[illegible] eſſe re[illegible] qui eſt in ſemicirculo, quia tres lineæ ſun[illegible] æ[illegible] .ſ. duæ in quas diuiditur baſis, ſcilicet d, a,& [illegible], & tertia quę ex media illarum duarum protracta ſup[illegible]ſtat vtrique.ſ.b,d. Et hanc diſpoſitionem videnti, ſtatim manifeſtum eſt ſciẽti principia geometriæ,quod omnis angulus in ſemicirculo eſt rectus. Sic igitur concludit Philoſophus manifeſtum eſſe, quod quando aliqua reducuntur de potentia in actum, tunc inuenitur earum veritas. Et huius cauſa eſt, quia intellectus actus eſt. Et ideo ea quæ intelliguntur,oportet eſſe actu. Propter quod ex actu cognoſcitur potentia. Vnde facientes aliquid actu cognoſcunt,ſicut patet in prædictis deſcriptionibus. Oportet enim quod in eodem ſecundum numerum, poſterius ſecundum ordinem generationis & temporis ſit actus quàm potentia, vt ſupra expoſitum eſt.

Probat idẽ quod ſupra à priori.

Lect. 7.& 8.

LECTIO XI.

Cum verum & falſum tam in ſimplicibus quam in compoſitis ſecundum actum dicatur, actum honorabiliorem potentia eſſe oſtendit, quod item deceptio & falſitas in ſimplicibus ac ſempiternis non contingat, demonſtrat.

CVM autem ens & non ens dicatur, quoddam quidem ſecundum figuras prædicamentorum, quoddam autem ſecundum potentiã,aut actum horum, aut contraria, quoddam uero maxime proprie ens uerum aut falſum.

BESS. text. 25

Quoniam autem ens dicitur & non ens, hoc quidem ſecundum figuras categoriarum, illud uero ſecundum potentiam aut actum horum, aut contraria. Hoc autem maxime proprie, aut uerum, aut falſum.

ANT. tex. com. 21 part. 1

Hic comparat Philoſophus actum ad potentiam ſecundum veritatem & falſitatem & circa hoc tria facit. Primo ponit quòd verum & falſum præcipue dicitur ſecundum actum. Secundo manifeſtat propoſitum,ibi {Hoc autem in rebus eſt componi aut diuidi.} Tertio concludit quoddam corollarium, ibi. {Palam etiam & quia de immobilibus.} Dicit ergo primo quòd cum ens & non ens et oppoſitum diuidantur dupliciter. Vno modo ſecundum diuerſa prędicamenta quæ ſunt ſubſtantia, quantitas, qualitas & cæt. Alio modo ſecundum potentiam & actum, vel vnius, vel alterius contrariorum, quia vtrunque contrariorum contingit actu eſſe & potentia. Hoc quod eſt in actu, maxime proprie dicitur, aut verum aut falſum.

par.ſeq.
Diuiſio entis duplicter.
Verũ & falſum magis proprie dicunt de ente in actu q̃ de ente in potentia.

Hoc autem in rebus eſt compoſitione uel diuiſione. Quamobrem uerum dicit, qui diuiſum diuid.[illegible] compoſitum

componi putat, falsum autem qui contra quàm res se habeant, aut quando sunt, aut non sunt. Quare quòd verum aut falsum dicitur, quid profectò hoc dicimus, considerandum est, non enim propterea quod nos te verè putamus album esse, tu albus es, sed propterea quod tu albus es, nos qui dicimus, verum dicimus.

ANT. part. 2

Hoc autem in rebus est componi aut diuidi. Vnde verus est diuisum putans diuidi, & compositum componi, mentitur autem, econtrario habens res. Quandocunque est, aut non est, quod verum dicitur, aut falsum. Hoc perscrutandum quid dicimus. Non enim propter nos existimare te verè album esse, tu albus es, sed propter te esse album, esse nos hoc dicentes, verum dicimus.

Probat, quòd proposuerat, & circa hoc tria facit. Primo manifestat in substantijs continuis, secundo in simplicibus, ibi {Circa incomposita.} Tertio colligit vtrunque, ibi {Esse vero vt verum.} Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum dicens, quod {hoc,} scilicet esse verum vel falsum in rebus, nihil est aliud quàm componi & diuidi. Vnde qui putat diuidi, quod est diuisum in rebus, verus est in sua opinione, vt qui putat hominem non esse asinum, & similiter qui putat componi quod est compositum in rebus, vt qui putat hominem esse animal, ille autē mentitur in opinando, qui econtrario habet res aliter in sua opinione, quam res sint in sua natura, vt qui putat hominem asinum, aut non esse animal, quia quando aliquid est aut non est, tunc dicitur verum vel falsum. Quod sic considerandum est. Non enim ideo tu es albus, quia nos verè existimamus te esse album, sed econuerso, ideo existimamus te album, quia tu es albus. Vnde manifestum est, quòd dispositio rei est causa veritatis in opinione & oratione. Hoc autem addit ad manifestandum quod supra dixerat, quod verum & falsum est in reb. componi & diuidi. Oportet enim veritatem & falsitatem, quæ est in oratione vel opinione, reduci ad dispositionem rei sicut ad causam. Cum autem intellectus compositionem format accipit duo, quorum vnum se habet vt formale respectu alterius, vnde accipit id vt in alio existens, propter quod prædicata tenentur formaliter. Et ideo, si talis operatio intellectus ad rē debeat reduci sicut ad causam, oportet ꝙ in compositis substantijs ipsa compositio formæ ad materiam, aut eius quod se habet per modum formæ, vel etiam compositio accidentis ad subiectum, respondeat quasi fundamentum & causa veritatis compositioni, quam intellectus interius format & exprimit voce. Sicut cum dico Socrat. est homo, veritas huius enunciationis causatur ex compositione formæ humanæ ad materiam indiuidualem, per quam Socrates est hic homo; & cum dico, homo est albus, causa veritatis est compositio albedinis ad subiectum, & similiter est in alijs, & idem patet in diuisione. Secundo ibi.

part. 4
part. 7.
Verū & falsum in reb. nil aliud est quàm componi, & diuidi

Causa veritatis & falsitatis in oratione vel opinione est ex compositione & diuisione rei

BESS.

Si quædam itaque semper composita & impossibilia diuidi, quædam vero semper diuisa & impossibilia componi sunt, quædam vero contingit contraria esse (esse quidem est componi, & vnum esse, non esse vero, non componi, sed plura esse) ergo circa contingentia quidem, eadem fit falsa & vera opinio, & eadem oratio, et contingit quandoque veram, quandoque falsam esse. Circa vero impossibilia aliter se habere, non fit quandoque verum, quandoque falsum, sed hæc semper vera, & falsa sunt.

text. 22

ANT. part. 3

Si igitur hæc quidem semper componuntur, & impossibilia diuidi, hæc vero semper diuisa sunt, & impossibilia coniungi, hæc autem contingunt esse contraria, esse quidem componi & vnum esse, & non esse, non componi, sed plura esse. Circa contingentia quidem igitur eadem fit falsa & vera opinio, & oratio eadem contingit quandoq; verā esse, & contingit quandoque esse falsam. Circa impossibilia vero aliter se habere nō fit aliquādo verum, aliquā falsum, sed semper hæc vera, et hæc falsa.

tex. com. 22

Concludit ex dictis, ꝙ si compositio & diuisio rei est causa veritatis, & falsitatis in opinione & oratione, necesse est quod s̄m differentiam compositionis & diuisionis eius quod est in rebus, est differentia veritatis & falsitatis in opinione & oratione. In rebus autem talis differentia inuenitur circa compositionem & diuisionem, quòd quædam semper componuntur, & impossibile est ea diuidi, sicut animæ rationali cōiungitur natura sensitiua semper, & impossibile est quòd diuidatur ab ea, ita scilicet ꝙ anima rationalis sit sine ratione. Quædam vero sunt diuisa & impossibile est ea componi, sicut nigrum albo, & formam asini homini. Quædam vero se habent ad contraria, quia possunt componi & diuidi, sicut homo & albus, & etiam currens. Esse autem, in quo consistit compositio intellectus, vt affirmatio, compositionem quandam & vnionem indicat, non esse vero, quod significat negatio, tollit compositionem, & designat pluralitatem & diuersitatem. Vnde manifestum est, quòd in his, quæ contingit componi & diuidi, vna & eadem oratio fit quandoque vera, quandoque falsa, sicut hæc oratio: Socra. sedet, est vera eo sedente, eadem autem falsa eo surgente. Et similiter est de opinione. Sed in his, quæ non possunt aliter se habere, scilicet quæ semper componuntur, vel diuiduntur, non est possibile, quod eadem opinio vel oratio quandoque sit vera, quandoq; falsa, sed quæ est vera, semper est vera, & quæ est falsa, semper est falsa. Sicut hæc est vera, homo est animal, hæc autem falsa, homo est asinus. Deinde cum dicit.

Propositiones necessariæ sunt sempiternæ veritatis.
Rerū quædam semper componuntur, quædam semper diuiduntur, quędam indifferenter, & veritas & falsitas. Esse qđ significat affirmatio & non esse qđ significat negatio, quid

Circa incomposita vero, quid esse, aut non esse, & verum & falsum? Non enim est compositum, vt sit quidem si componatur, non sit autem si diuisum sit (sicuti album lignum, aut diametrum incommensurabilem esse) nec verum & falsum, similiter etiam in illis erit. An quemadmodum neque verum est, idem in his, ita nec ipsum esse?

BESS.

Circa incomposita vero quid esse & non esse, & verum & falsum? Non enim est compositum vt sit quidem, quandocunque compositum, & non sit, quandocunque diuisum fuerit, sicut album lignum, aut incommensurabile diametrum. Nec verum & falsum similiter adhuc existit, et in alijs. Aut sicut nec verum in his idem, sic nec esse.

ANT. par. 4.

Ostendit quomodo in simplicibus possit esse verum & falsum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit non similiter esse verum in simplicibus & in compositis dicens, quòd circa incomposita & simplicia cuiusmodi sunt substantiæ immateriales, non est verum vel falsum per compositionem aut diuisionem quæ sit in rebus, sed per hoc quod cognoscitur quodquid est, aut non cognoscitur. Cum enim attingamus ad cognoscendum quodquidest alicuius simplicis, tunc intellectus videtur verus esse. Cum autem non attingimus ad cognoscedum quodquidest, sed aliquid aliud ei attribuit, tūc falsus est. Non. n. in simplicib. est compositio vt possit dici quòd quando componitur res, tunc intellectus componens sit verus, vel quando diuisum est in re, quod intellectus componit, tunc intellectus non sit verus. Vel aliter non est in simplicibus compositio, ita quòd cum dicitur de eo affirmatiue quod sit, significetur eius compositio, & cum dicitur de eo quod non sit negatiue, significetur eius diuisio, Sicut in rebus compositis cum dicitur, ꝙ lignum sit album,

Non est verū & falsum in simplicibus eo modo quo in compositis.

album, significatur eius compositio, aut cum dicitur, quòd non sit signum album, aut ꝙ diametrum non sit commensurabile, significatur eius diuisio. Et sic patet ꝙ verum & falsum non est similiter in simplicibus, sicut in compositis. Neque hoc mirum est, quia etiam esse non est similiter in vtrisque. Sed esse compositorum surgit ex componentibus, non autem esse simplicium. Verum autem consequitur ens, quia sicut in secundo huius est habitum, eadem est dispositio rerum in esse & in veritate. Vnde quæ non sunt similia in esse, non sunt similia in veritate. Secundo ibi.

text. com. 4

BESS. *Certe illud quidem uerum, hoc uero falsum est. Attingere namque ac dicere, uerum est: non enim est idem, affirmatio & dictio, non attingere uero, est ignorare. Non est profecto decipi circa, quodquidest, nisi secundum accidens, similiter autem est, circa non compositas substantias, non enim est decipi.*

ANT. part. 5. *Sed hoc est uerum quidem aut falsum, attingere quidem & repræsentare, uerum. Non enim idem affirmatio & repræsentatio. Ignorare autem non attingere. Decipi enim circa quodquidest non est, sed aut secundum accidens. Similiter autem & circa composit as substantias, non enim est decipi.*

Alia litera dicere: Alia litera dictio.

Quomodo verum & falsum in simplicibus.

Ostendit qualiter sit verum & falsum in simplicibus dicens, ꝙ huiusmodi est verum & falsum in simplicibus, vt dicetur. Attingere enim mente ad ipsum simplex, vt scilicet appræhendatur quid est, & dicere, id est significare voce ipsum simplex, hoc est verū, quod est in simplicibus. Et, quia dicere quandoque sumitur pro prædicatione affirmatiua quæ cum compositione fit, hunc intellectum remouet dicens, ꝙ non est idem affirmatio, & dictio, quia affirmatio est ꝑ hoc, ꝙ aliquid dicitur de aliquo, quod est cum compositione, dictio autem simplex prolatio alicuius. Sic ergo attingere & dicere, est verum, sed non attingere mente ipsa simplicia, est ea penitus ignorare. Quicunque enim non attingit ad quodquidest rei simplicis, penitus ignorat ipsam, non enim potest aliquid eius scire, & aliquid ignorare, ex quo non est compositum. Videbatur autem, ꝙ sicut dixerat, ꝙ attingere simplicia est dicere verum in eis, ita nō attingere est falsum, aut decipi, hoc autem non dixit, sed dixit quòd non attingere est ignorare, & ideo subdit causam, quare non attingere non est decipi dicens, ꝙ circa quodquidest non est decipi nisi secundum accidens. Quod sic intelligendum est. Dictum est. n. superius in 7. & in 8. ꝙ in substantijs simplicibus idem est res, & quod quid est eius. Sic igitur, cū substantia simplex sit ipsum quodquidest, idem iudicium est de cognitione substantiæ simplicis, & de cognitione eius quodquidest. Sed circa quodquidest non decipitur intellectus nisi per accidēs, aut enim per intellectum attingit aliquis quodquidest rei, & tunc vere cognoscit quid est res, aut nō attingit, & tunc non appræhendit rem illam. Vnde circa eam non verificatur neque decipitur. Propter quod dicit Arist. in tertio de Anima, quod sicut sensus circa propria obiecta semper est verus, ita intellectus circa quod quid est quasi circa proprium obiectum. Et quòd intellectus circa quodquidest non decipiatur, non solum est in simplicibus substantijs, sed etiam in compositis. Quomodo autem per accidens decipiatur aliquis circa quodquidest considerandum est, non enim decipitur quis circa quodquidest, nisi componendo, aut diuidendo, quod quidem in substantijs compositis contingit dupliciter, vno modo per compositionem diffinitionis ad rem diffinitā, aut diuisionem. Vt, si aliquis diceret asinum esse animal rationale mortale, aut hom non est animal rationale mortale, vtrobique falsum est, alio modo secundum quod diffinitio cōstituitur ex partibus, quæ non sunt inuicem componibiles, vt si quis assignaret hanc diffinitionem, homo est animal insensibile. Primo igitur modo diffinitio dicitur esse falsa, quia non est huius, secundo modo dicitur se falsa per se, vt supra in Quinto docuit Philosophus. In simplicibus vero substantijs non potest esse deceptio circa quodquidest per accidens nisi primo modo, non enim eorum quodquidest, est compositum ex pluribus circa quorum compositionem vel diuisionem possit accidere falsum.

Dicere dupliciter

Dictio non est simpliciter affirmatio

Decipi in simplicibus non est circa quodquidest nisi per accidens

tex. com. 4 t

text. com. 8

tex. com. 26.

Hoc loco se S. Thom. opponit. Ant. Andr. Sed vide defen. 21

tex. com. 34

DEFENSIO XXI.

Quomodo intelligatur, non esse falsitatem in simplicibus nisi per accidens.

IN præsenti textu dicit Aris. quod verum & falsum non inueniuntur eodem modo in simplicibus sicut in compositis. Quia in simplicibus attingere mente, & repræsentare voce, est verum. In compositis autem tam ex parte rei intellectæ quàm ex parte intellectus requiritur compositio & diuisio ad hoc quòd sit in eis verum vel falsum. In simplicibus etiam falsitas non est. Sed non attingere ipsum simplex mente, est ipsum penitus ignorare. Et ratio assignatur ex cōditione & natura rei simplicis. Nam id quod non habet partes, aut totum scitur aut totum ignoratur, & sic qui non attingit ad quodquidest eius, ipsum omnino ignorat. Et subdit Philosophus ꝙ decipi quod est idem quod dicere falsum, non est circa quodquidest simplicium nisi per accidens. Et hucusque concordamus cum Anton. Andr. cuius etiam verba prædicta sunt fere omnia. Sed circa expositionem illius verbi (nisi per accidens) à S. Thom. deuians dicit, quòd simplicia sunt in duplici differentia. Quædam enim sunt simpliciter simplicia, quædā vero sunt simplicia, sed non simpliciter. Prima dicuntur conceptus non resolubiles in alios conceptus. Et licet nullus istorum conceptuum sit formaliter falsus, potest tamē esse falsus, inquantum aliquid appræhenditur sub determinationem non conuenientem, sed repugnantem sibi. Hæc ille. Et secundum hoc exponit illud verbum Aristotel. (nisi per accidens,) esse intelligendum ꝙ in talibus conceptibus simplicibus, sed non simpliciter, potest esse falsitas virtualiter. In conceptu autem simpliciter simplici non cadit, falsitas etiam per accidens. Et quod ista expositio sit etiam Arist. probat. Quia in isto capitulo Arist. videtur distinguere de intelligētia inquātum est circa quid simplicium & circa quid compositorum, quod optime fit secūdum prædictam expositionem. Per hoc enim quòd potest contingere fallitas per accidens in quodquidest simplicium ex hoc quod potest ipsum quodquidest attribui ei cui non conuenit, non distinguuntur simplicia à compositis. Ergo sic exponere ly secundum accidens, non est exponere ad mentem Aristote. qui intendit inter ista distinguere. Post hæc recitata alia expositione super illo verbo (nisi per accidens) quæ est expositio Sancti Thomæ, subdit in fine, dicens. Prima tamen expositio subtilior & verior videtur, & contradicit isti secundæ. Hæc omnia ex illo. Pro defensione igitur doctrinæ Sanctus Thom. ab hac inepta impugnatione, tria faciam. Primo quidem ostendam expositionem Sancti Thomę nil falsitatis admittere, imo subtilissime penetrasse mentem Philosophi. Secundo expositionem aduersarij non esse ad mentem Philosophi, falso inniti fundamento, & implicare contradictoria propalabo. Tertio ad motiuum illius responsio applicabitur. Quantum ad primum sciendum primo, quòd cum verum & falsum sint in intel-

lectu 6. Met.text. com. 8.quod intelligitur realiter & formaliter, & primo sint in compositione & diuisione, vbi supra, & hic tex.com.21.& etiam 1.Periherme nias & alibi pluries, sequitur ꝙ in prima appręhensione non sint veritas proprie & perfecte. Eo tamen modo quo ibi est formaliter ibi fit. Sequitur etiam ꝙ veritas & falsitas non sint in rebus, quatenus esse in reb. distinguitur contra esse in aīa obiectiue. Quia tamen esse rei est causa veritatis in intellectu, & non econuerso, non.n.propter meum extimare te esse album, tu es albus, vt dicit hic Arist. sed ex eo ꝙ res est vel non est, oratio dr̄ vera vel falsa vt dicitur in postprædicamentis, ideo in rebus quoque dicitur esse veritas, non quidem formaliter, sed causaliter. Secundum quem modum etiam veritatis, primo & principalius est veritas in compositione & diuisione rei correspondenter ad compositionem & diuisionem intellectus, quàm sit in ipso quodquidest, quod vt sic, non nisi simplici appræhensioni correspōdet. Si qua igitur sint entia quæ compositionem aut diuisionem in se non admittant, consequenter etiam nec intellectus videns ea, circa talia componendo, aut diuidendo veritatem dicet, aut falsitatem, nec in re illa prædicta veritas, aut falsitas causaliter reperietur. Poterit tamē talia simplicia intellectus, appræhensione etiam simplici intueri, & veritati huic correspondente causali veritate res illa tūc vera erit. Hæc Arist. pro maiori parte hic expresse docet. Dicit.n.primo, ꝙ verum & falsum in rebus est cōponi, aut diuidi, & intelligit hoc de rebus, & substātijs compositis, vt patet, & dicit in reb. ad distinctionem veritatis, aut falsitatis intellectus, quæ non important componi & diuidi, sed componere & diuidere quasi actiue, intellectualiter tñ, de quibus immediate subiūgit dicens, vnde verus est, s.homo vel intellectus putās diuisum diuidi, compositum componi.(Mentitur autem, econuerso habens res) hoc est contrario modo quantum ad compositionem & diuisionem habens in intellectu suo, quia videlicet putat rem cōpositam esse diuisam, & econtra. Ex quo dat intelligere, ꝙ in hac extimatione seu in hoc iudicio intellectus, quo iudicat rem esse sicut est, vel non esse sicut non est, aut econtra, completur ratio veritatis vel falsitatis. Ostendit autem consequēter, ꝙ sic esse vel non esse in rebus, est causa veritatis & falsitatis in mente, proponens primo hoc & dicens: (Quandoque est aut non est) scilicet in re compositio vel diuisio (est quod verum dicitur aut falsum) hoc est in intellectu. Per hoc.n.quod vtitur hoc modo loquendi (quod verum dicitur) dat intelligere ꝙ loquitur de veritate & falsitate intellectus cuius est primo dicere verum vel falsum. Dicit autem post hæc, ꝙ (Hoc perscrutandum est quod dicimus.) Perscrutatur autem hoc per exempla dicens: (Non.n.propter nos extimare te vere album esse, tu albus es, sed ꝑꝑ te esse album, esse dicentes, verum dicimus.) Et sunt clara verba. Post hæc declarato in parte sequenti huius textus, qūo cum veritate stat de aliquibus contingentia, in aliquibus vero repetitur necessitas, & cum falsitate in quibusdam stat contingentia, in quibusdam vero impossibilitas secundum videlicet ꝙ contingens aut necessarium aut impossibile est aliqua adinuicem componi vel abinuicem diuidi in rebus, transit ad res & substantias incompositas, quærēs quomodo in eis vel circa eas inueniatur verum & falsum. Et primo per modum interrogationis & qōnis dicit: (Circa incomposita vero, quid est esse, & non esse,) quæ sunt causa veritatis & falsitatis, & quid est {verum & falsum,} scilicet circa talia in intellectu. Assignat autem rationem dubitationis. Cum.n.dictum sit ꝙ compositio & diuisio in rebus sit causa veritatis & falsitatis in intellectu, cum in rebus simplicibus nō inueniantur compositio & diuisio, videtur sequi ꝙ in eis non erit verum & falsum. Et ideo dicit.(Non enim est compositum, vt sit quidem, quandocunque compositum (hoc est ꝙ possit vere affirmari, ꝙ est, quia ex parte rei inueniatur compositio (& non sit, quandocunque diuisum fuerit) hoc est ꝙ & ipsa negatiua sit vera propter diuisionem quæ fit in rebus (sicut album lignum,) idest sicut est vera ista affirmatiua, lignum est album, propter hoc quod in re est compositio ipsius ligni cum albedine (aut incommensurabile diametrum) hoc est, sicut & negatiua est vera, diameter non est commensurabilis costę, quia in re est diuisio prædictę commensurationis à diametro. Et subiungit consequenter ꝙ (nec verum) & falsum, similiter adhuc existent & in alijs, id est manifestum est ex his ꝙ non eodem modo est verum & falsum in his incompositis, & in compositis rebus. Et rationem assignat dicens, (aut sicut nec verum in his idem, sic nec esse. Quasi dicat: Si esse in talibus non est idem, nimirum si in eis nō erit eodem modo veritas, cum verum & ens seinuicem comitentur & consequantur. Et similiter falsum, & non ens. Post hæc declarat quomodo in istis simplicib. possit inueniri verum vel falsum dicens: (Sed hoc est verum quidem aut falsum.) Supple in prædictis substantijs simplicibus, Attingere quidem & repræsentare, verum.) Et ꝙ non loquatur de repręsentatione, quæ fit etiam in compositione, saltem præsuppositiue, sed de ea, quæ pertinet ad primā operationem, patet cum subiungit: (Non enim idem affirmatio & repræsentatio.) Verum igitur circa talia non est secundum compositionem & diuisionem, sed per simplicem repræsentationem, quo modo dicitur in tertio de Anima, ꝙ intellectus circa ipsum quod quidest (quod vt sic simplex quidest) semꝑ est verus. Et ideo post hæc hic ostendit, quòd circa talia non est falsitas, aut deceptio in intellectu dicens. (Decipi.n. circa quodquidest, non est, sed aut secundū accidēs.) Quod autem non solum in quodquidest simpliciunt non inueniatur falsitas & deceptio, quæ pro falsitate hic accipitur, sed ēt hoc idem reperiatur circa quodquidest compositorum, aperte asserit subdens.(Similiter autem & circa compositas substantias, non enim est decipi, s.circa quodquidest earum. Circa compositionem quippe & diuisionem talium substātiarum esse veritatem & falsitatem supra exposuit. Vnde oportet quòd hic loquatur tantum de ipso earum quodquidest dum dicit circa eas non esse deceptionem, sicut immediate loquutus est de quodquidest simplicium &c. Qūo autem circa quodquidest vtriusque huius substantiæ possit esse falsitas per accidens, declarat Sanctus Thomas dicens: (Quomodo autem per accidens decipiatur aliquis circa quodquidest considerandum est. Non enim decipitur quis circa quodquidest, nisi componendo & diuidendo. Per primam enim operationem intellectus non decipi, circa quod quidest, sed semper est verus) vt probatum est ex tertio de Anima. Restat igitur quòd tantum ratione cōpositionis vel diuisionis adiunctę possit sibi competere deceptio, & sic non per se, sed per alterum, et consequenter per accidens sibi poterit contingere. Quod quidem in substantijs compositis contingit dupliciter. Vno modo per compositionem diffinitionis ad rem diffinitam aut diuisionem. Vt si aliquis diceret, asinum esse animal rationale mortale, aut hominem non esse animal rationale mortale. Alio modo secundum ꝙ diffinitio constituitur ex partib. quę non sunt inuicem componibiles, vt si quis assignaret hanc diffinitionē. Homo est animal insensibile. Primo igitur modo diffinitio dicitur esse falsa, quia non est huius. Secundo modo dicitur falsa, per se vt in Septimo docuit Philosophus.) Quod non est intelligendum quasi falsitas & deceptio competat ipsi quodquidest per se.

Huius

Huius.n.oppositum per hanc declarationem edocere intendit. Sed dicit competere ei falsitatem hanc per se, quia non per comparationem ad aliquid extra se, sed per comparationem ad partes suas intrinsecas. Competit tamen ei prædicta ratio per accidens, inquantum videlicet adiungitur ei compositio vel diuisio per opus intellectus. (In simplicibus autem substantijs non potest esse deceptio circa quodquidest substãtiæ nisi primo modo. Non enim eorum quodquidest, est compositum ex pluribus circa quorum compositionem vel diuisionem possit accidere falsum.) Hæc formaliter ex S. Thom. Summa igitur intentionis Arist. in hoc textu vt ex prædictis patet, est, ꝙ veritas & falsitas proprie & primo est in compositione & diuisione intellectus formaliter, in compositione autem & diuisione rerum causaliter. Improprie autem, etiam in prima operatione intellectus est veritas formaliter, in rebus autem prima appræhensione cognoscibilibus, cuiusmodi est ipsum quodquidest, est veritas improprie, & causaliter. Veritas autem proprie etiam causaliter non est in talibus per se, sed solũ per accidens, inquantum eis adiungitur, vel circa ea consideratur aliqua compositio vel diuisio, quæ quidem compositio, aut diuisio, si sit in ipso quodquid est realiter, etiam si non actualiter cõsideretur vt compositum, aut diuisum, sed potius simplici appræhensione, dicitur tamẽ in eo esse causaliter, seu fundamentaliter, aut virtualiter veritas aut falsitas secundum talem compositionem, & diuisionem, sed per accidens, id est ratione eiusdem compositionis, aut diuisionis realis in ea existentis, & intellectualis possibilis circa intellectum fieri. Patet autem in ipso quodquidest vel circa ipsum, intelligi esse compositionem & diuisionem duobus modis. Vno modo intrinsece, ex partibus realibus in eo existentibus. Alio modo quasi extranee ex ipso videlicet quodquidest, & eo cuius est quod ideo potest dici intrinsecum, quia nõ est de conceptu ipsius quodquidest, vel etiam quia est realiter ab illo distinctum inquãtum aliquod cuius est ipsum quodquidest, includit aliquam realitatem quam non dicit quodquidest. Sicut Socr. includit sua principia indiuiduantia, quæ non includit quodquidest hominis. His duobus modis est compositum quodquidest compositorum, & ob hoc est in eo veritas & falsitas per accidens, inquantũ ex sua natura habet ꝙ possit composite & diuise intelligi vere vel false. Ipsum autem quodquidest simplicium, non est primo modo compositum. Neque.n. partes habet, vt possint secundum compositionem partium intelligi compositæ, aut secundum diuisionem diuisæ. Et ideo circa quodquidest simplicium quantum est ex natura ipsorum, primo modo non potest esse veritas, aut falsitas per accidens componendo vel diuidendo. Licet.n. intellectus noster circa talia, compositiones formet &c. id tamen non ex parte rei est, sed ex parte nostri modi intelligẽdi, quia ꝑp infirmam naturam nostri intellectus ipsa simplicia prout in se sunt intueri non possumus, sed admodum, immo & per species compositorum. Dicitur autem secundum compositionem & diuisionem primo modo non esse veritas, aut falsitas in simplicibus, non quidem quia partes intrinsecę sint vnitæ, vt in compositis inuenitur, in quibus incidit falsitas si intelligantur diuisæ &c. sed ideo quia partibus carent, & ob hoc non potest seorsum vna earum pars intelligi, vt separata ab alia, sed vel nil eorum intelligitur, aut totum, quantum est ex parte rei, vt diximus. Quãtum autem ad sm cõpositionem quodquidest, s. cum eo cuius est. Sciendum est ꝙ licet in simplicibus substantijs quantum ad essentialia quæ sunt de conceptu vtriusque non differant realiter ista duo, vt patet 8. huius t.c.8. tamen in omnib. talibus citra Deum, aliquid pertinet ad suppositum, vt suppositum est, quod nõ pertinet ad naturam quam. s. significat quodquidest vt sic. De rõne.n. suppositi est, ꝙ quæcunque in re sunt præter essentiam quæ est principium suppositi, sint in ea mediante supposito, quia eius est esse per se, & consequenter eius est etiam alia per suũ esse sustentare in se recepta. Et sic oĩa primo vniuntur in supposito, & pertinent ad ipsum, vt dicit S. Thom. secundo quolib. art. 4. Licet ergo talia non sint de essentia suppositi, sed sint vel ipsum esse quod distinguitur realiter à natura seu ab essentia, vel accidentia ipsius suppositi, propria quidem vt intellectus & voluntas & spẽs, & cõia vt multi actus & multi conceptus, quia tamen prędicto modo pertinẽt ad suppositum, habet suppositum ratione prædictæ horũ inclusionis ꝙ distinguatur realiter à natura. Et ex hoc dicit S. Tho. in quolibeto secundo ar. 4. ꝙ ẽt in substantijs separatis suppositum distinguitur realiter à natura, & sic quodquid est ab eo cuius est, ẽt in simplicibus. Rõne igitur prędictę distinctionis realis posset diffinitio vnius substantiæ separatę, intelligi attribui alteri à suo proprio diffinito, & tunc interueniret deceptio, & non ignorantia tantummodo, quia ista duo non sunt penitus idẽ, vt ex hoc vel totum appræhẽdatur vel nihil, sed potest vnum eorum appræhendi, puta quodquidest, & circa illud falli, dum ipsum attribuit, non suo proprio supposito, sed alteri quod putat esse proprium, forte ꝑp aliquam similitudinem in accidentib. illis cũ proprio. Et hoc modo per accidens est falsitas in ipso qđ quidest respectu eius cui conuenit esse illud cuius est ipsum quodquidest, siue hoc, siue illud, inquantũ potest sic appræhendi, seu vt est fundamentum talis appræhensionis circa se. Cum autem actualiter sic componitur, interuenit tunc falsitas non per accidens, sed per se. Sed non est falsitas tunc in ipso quodquidest, sed in ipsa compositione, ex parte quidem rei causaliter, ex parte vero intellectus formaliter. Propter eandem ẽt distinctionem ipsius quodquidest ab eo cuius est in talibus, habet ipsum quodquidest qđ possit intelligi sub rõne diuisionis à proprio supposito, & sic possit īteruenire falsitas in diuisione seu in negatione, & sic falsitas hęc pari ratione erit in ipso quodquidest per accidẽs. Est igitur eadem rõ, sed non penitus eadem tam in simplicibus q̃ in compositis, ꝙ in eorum quodquidest inueniatur veritas & falsitas per comparationem ad id cuius est, quia in vtrisque sunt hęc abinuicem distincta, licet magis in compositis quàm in simplicib. vt diximus. Ex his omnib. patet propositũ primũ, ꝙ videlicet S. Tho. expositio de substantijs simplicib. & quodquidest earum, sit ad mentem Arist. immo sm verba Ari. exprimatur, & ꝙ nullum inconueniens sequitur ex hoc ꝙ ly, sed aut sm accidens, exponitur de substantijs tam simplicib. quàm compositis, diuersimode tñ, vt dictum est. Et hęc de primo. Quantum ad sm. Probatur, expositionẽ aduersarij non esse ad mentem Aris. ex verbis ẽt ipsius Ant. And. Nam vbi adoritur explanare textum Ari. qui incipit, (Circa incomposita vero &c.) dicit: Sic Arist. ostendit propositum quantum ad verum & falsum in substãtijs compositis & simplicibus, quales sm Arist. sunt substantię immateriales, hæc ille. Et idem repitit incipiens eundem textum post diuisiones exponere, dicens sic: Dicit ergo, ꝙ circa incomposita vero vt sunt substantiæ immateriales & simplices, nõ est verum & falsum ꝑp compositionem & diuisionem, quæ fit in reb. &c. Et de his prosequitur totam expositionem, vt oẽs videre possunt. In expositionẽ similiter alterius partis eiusdẽ tex. 22. q̃ incipit, (Et oẽs sunt actu & non potẽtia &c.) sic incipit textũ explanare: Dicit ergo, ꝙ oẽs. s. subæ simplices & immateriales sunt actu & nõ potẽtia &c. Et sic prosequitur exponendo de eisdem. Hoc idem

repetit in recapitulatione exponendo textum, qui incipit, (Esse vero vt verum &c.) vbi expresse exponit ꝙ in substantia simplici non est decipi, sed ignorantia? Quomodo igitur partem textus inter prædictas mediam, vbi Arist. declarat qualiter in simplicibus inuenitur verum, non autem falsum nisi per accidens &c. potest hic exponere non de substãtijs simplicibus, sed de conceptibus simpliciter simplicibus? Nonne appa ret expresse volũtariam esse expõnem, distortam, peruersam? Si esset ad intentionem Philosophi expositio ista, iudicandus foret insipientissimus: aut quærens ẽt secundum expositionem tuam: quomodo in substantijs simplicibus sit verum aut falsum, respondeat, ꝙ circa conceptum entis, esse verum est repræsentare, decipi vero circa illum non est, nisi secundũ accidens, & sic de alijs conceptibus, si qui sunt simpliciter simplices. Et hanc declarationem postea in textu immediate sequenti adaptans ad propositum principalis intentionis, iterum loquatur de substantijs simplicibus &c. Quis non confundatur, tam insulsum processum tanto Philosopho ascribere? Vnde certo certius extimandum est, non ab Ant. And. sed ab aliquo nedũ ignorante, verumetiam Impudente admodum viro, illud notandum nõ nisi à sibi similibus, interpositum fuisse expositioni Ant. Andr. Sicut & in pluribus alijs locis huius expositionis factum esse non dubito, vt in hoc opere alibi notaui. Vnde & Mauritius, cuius forte prudentia ista fuit, hoc tandem aduertens, in margine circa finem expositionis vltimæ illius partis, sic dicit: Videtur ꝙ nedum de simpliciter simplicibus loquatur. At non videtur, immo clarissimum est de talibus nullo modo ibi loqui, sed de substantijs simplicibus tantum modo. Addit autem Mauritius, sed dic consequenter ad sua principia. Quasi dicat. Non attendas quæ hic videant̃ principijs Scoticis aduersari. Sed illis immobiliter inhæreas, quamuis etiam Aristo. vel cuicunq; alteri sapienti, siue rationi, aut etiam sibiipsis, vt hic accidit, repugnent. Vel dic consequenter secundum sua principia, quæ sunt peruerse exponere textus Arist. vbi inueniuntur proprijs horum virorum placitis aduersari. Nos autem consequenter dicemus ad principia sapiẽtissimi Arist. Licet autem hoc quod contra hanc expositionem inductũ est, clarissime conuincat ꝙ ad intentionem Arist. expositio illa non faciat, immo ei repugnet, tamen ad fortiorem falsitatis & errorum repulsionem, ex eadẽ media parte textus qui incipit, (Sed est verum &c.) in cuius expositione ab intensioni Philosophi diuertit, idipsum ostendemus. In hoc. n. textu intendit Philosophus declarare, quomodo in simplicibus est verum, & similiter quomodo in eisdem non est falsum nisi per accidẽs. Proponit autem hoc dicens inter cætera ꝙ circa quodquidest, non est decipi nisi per accidens. Quod autem loquatur de quodquidest simplicium, & nõ de quodquidest compositorum tunc, licet pateat ex eo quòd proposuit hoc declarare de simplicibus, vt diximus, adhuc tamen in hoc eodem textu idipsum insinuat, dum statim subdit, hoc idem inueniri in compositis. Quod verbum non addidisset, nisi in priori verbo de quodquidest simplicium tantum intendisset. Tunc sic conceptus entis non est quodquidest, aut conceptus alicuius quodquidest, & similiter conceptus differentiæ vltimæ non est quodquidest, sed pars conceptus quodquidest: ergo Arist. dum declarat ꝙ circa quodquidest simplicium, non est deceptio, non intendit de conceptu entis aut differentiæ vltimæ. Quod si dicat̃ licet ens & differentiæ vltimæ non habeant proprie quodquidest, habent tamen proprium conceptũ quo respondemus ad quid de eis, patet ꝙ sic respondentes propriam vocem ignorant. Neque. n. talis conceptus est eorum quodquidest secundũ esse quod habet in intellectu, vt clarũ est, neque s̃m ꝙ est in rebus, vt stat etiam sub intellectu, quia quodquidest, est formaliter notius quàm id, cuius est siue proprium, siue improprium. Omnis. n. diffinitio, quæ non nisi quodquidest significat, siue propria & proprium significãs quodquidest, siue impropria, includit plures conceptus, quibus declaratur id cuius est. Declaratio. n. facta per nomen vnum notius, non est declaratio quid rei, sed quid nominis, vt dicitur in 7. tex. commen. 13. vbi etiam expresse dicit Arist. diffinitionem non posse fieri ex vno nomine tantum. Conceptus igitur non resolubilis in alios, non potest esse aliquo modo quodquidest. Et sic eorum hæc expositio repugnat textui, quàm aperte, etiam quo ad verba. Falsam quoque hãc esse expositionem, ruinosum hoc indicat fundamentum, ꝙ videlicet præter ens, aliquid aliud habeat conceptum simpliciter simplicem citra Deum. Neque. n. differentiæ vltimæ sunt illo modo simpliciter simplices, vt isti erronee putant. Et licet hoc per sapientissimos Thomistarum diffuse declaratum sit, nec multum quantum ad præsentem defensionem nunc referat, an sit sic vel non, cum satis abunde defensata sit doctrina & expositio S. Thom. tamen ne ex toto tacẽtes videamur admittere falsitatem, vnica ratione falsitatem illam explodere volo. Et fundatur ratio super auctoritate Arist. Tertio huius tex. commen. 10. vbi dicit & probat ꝙ ens non possit esse genus ex hoc, quòd nulla differentia participat genus. Oĩs autem differentia participat ens, ergo ens non est genus. Intendit autem Aristo. per participationem hoc quod est habere in suo formali conceptu, quod patet, quia si participationem illam interpretari voluerimus identitatẽ realem: Sic omnis differentia participaret suum genus, quia omnis dr̃ia est idem realiter suo generi, etiam per aduersarios. Item non magis diceret̃ differentia participare ens, quàm ens participare differentiam, quia identitas realis reciproca est. Oportet igitur intelligere ꝙ ideo differẽtia non participat genus, quia ipsum genus non est de conceptu formali differentiarum. Et econtra, ideo ens ab omnibus differentijs participari, quia est de formali conceptu omnium differentiarũ: ergo nullius alterius cõceptus est simpliciter simplex, cum omnis addat ad conceptum entis. Et hæc de secundo. Quantum ad tertium sciendum ꝙ rõ quare Ant. And. in exponendo Philosophi hanc literam deuiauerit ab expositione S. Thom. & ab intentione Philosophi est, quia licet in substantijs simplicib. non sit compositio partium realium, est tamen compositio partium rationis, s. generis & differentiæ cum sint in prædicamento, & ob hoc in eorum quodquidest põt accipi id quod habet rõnem determinabilis. s. ipsum genus, sub determinatione sibi non conueniente, puta sub non propria, sed alterius dr̃ia: & sic in eo est virtualiter falsitas, nõ solum per comparationem, quodquidest ad id cuius est in eis, sed etiam pp compositionem vel diuisionem partium rationis, quæ sunt in eis intrinsece. In conceptu autem simpliciter simplici, non possunt inueniri diuersæ partes, etiam s̃m rationem, nec aliquid per modum determinãtis, & ob hoc falsitas nec per se nec per accidens, in talib. esse potest quantum ad intrinsecas partes quas non habẽt. Et sic vr̃ posse saluari intentio Philosophi, quę quantum ad hoc vr̃ ponere distinctionẽ, inter quodquidest simplicium & compositorum. Quod non saluatur s̃m propriam expositionem, vt vr̃. Sed ad hoc motiuũ respondemus ꝙ multipliciter deficit. Et primo quidem qñ dr̃ ꝙ in substantijs simplicibus, licet non sit cõpositio realis, est tamen in eorum quodquidest, cõpositio rõnis &c. Dicimus ꝙ verum est, sed hæc nõ habet fundamentũ in rei essentia, sed est per appręhensionẽ intellectus nostri. Vnde bñ sequit̃ ꝙ põt esse falsitas ex parte

nostri

nostri intellectus circa tale quodquidest à nobis apprehensum, non autē q ex parte rei possit esse falsitas causaliter, quia nulla est partium compositio ex parte rei, ex qua natus sit intellectus compositionem formare vel diuisionem in quibus sit formaliter veritas aut falsitas. Quod autem intellectus componat & diuidat &c. est ex imperfectione sua, qua nō potest simplicia ista sicuti sunt, apprehendere, sed per modum & species compositorum, vt supra dictum est. Aristo. autem & S. Thom. loquuntur de veritate & falsitate prout est causaliter in rebus, siue per se siue per accidens, vt patet per supradicta. Secundo deficit hoc eorum motiuum in eo q dicitur, Arist. ponere differentiam inter intelligentiam circa quodquidest simplicium, & quodquidest compositorum, & q circa quid compositorum cadit deceptio per accidens, quia scilicet compositum est natum facere conceptum non simpliciter simplicem, in quo potest cadere falsitas virtualiter, non sic autem in quid simplicium &c. Deficit inquam, q2 falsum est quod assumit, immo Aris. expresse ponit quantum ad hoc similitudinem, inter quodquidest simplicium & cōpositorum. Postquam enim dixit q circa quodquidest simplicium non est falsitas nisi secundum accidens, statim subdit. Similiter autem & circa compositas substantias. Non enim est decipi. Quid clarius? Quod tamen pluribus modis contingit falsitas per accidens, circa compositas substantias, quàm circa simplices, ideo hoc S. Thom. optime declarat, ex eorum naturis quomodo proueniat.

Tertio arguitur contra motiuum illud. Si Aristo. cum dicit q circa quodquidest simplicium, nō est falsitas nisi per accidens, intelligit de cōceptu illo modo simpliciter simplici. Sequitur q quodquidest substantiarum simplicium condiuidat ab illo conceptu simpliciter simplici. Et sic vel quodquidest substātiarum simplicium, non meminit, quando debebat ostendere, quomodo in ipso, sit deceptio secundum accidens, & sic fuit diminutus, vel simplicium substantiarum quodquid intellecta & inclusa esse voluit in quodquid est compositarum substantiarum, de quibus statim vt diximus mentionem fecit, & sic substantias simplices vocauit substantias compositas, quod est derisibile. Nec Arist. vnquam per substantias compositas intelligi vult nisi substantias materiales. Et in praecedenti textu & in hoc, etiam secundum Ant. Andr. diuidit eas à substantijs simplicibus, vt supra diximus. Quarto ostenditur idem motiuum deficere quantum ad hoc quod dicit de conceptu simpliciter simplici esse intelligendum Philosophum &c. qui conceptus est conceptus entis, & vltimarum differentiarum. Et quidem q differentię vltimę nō habeant conceptus taliter simplices supra ostensum est. Quod autem conceptus entis nō sit talis de quo intelligendus sit hic Philosophus, ex verbis etiam aduersarij sic inducitur. Nam paulo infra recitata supra in principio verba Subdit Anton. And. Ita inquit substantiarum simplicium potest intellectus simplex esse falsus per accidens in attribuendo alteri ipsum quodquidest, sicut in quid compositarum &c. Tunc arguitur sic. Intellectus non pōt esse falsus in attribuendo alteri conceptum entis, ergo de conceptu entis non intelligit hic Philosophus, vel est differentia in attribuēdo alteri ipsum quid, inter quid simplicium & quid compositorum. Et vtrunque est contra te, ex tuis tū dictis sequens, ergo implicas opposita. Assumptū etiam pueris clarum est. Cuicūque.n. attribuitur conceptus entis, semper intellectus est verus, nec habet aliquid quod sit alterum à se, nisi non ens. Non ens autem non habet conceptum, nec eius est quid, vt possit dici cōceptus eius attribui alteri &c. Quod autem aduersarij in extremo loco recitata opinione S. Tho. subintulit, hoc inquam: Prima expositio subtilior & verior videtur, & cōtradicit isti secundae &c. patet quantam auctoris sui demonstret subtilitatem: si.n. illa verior, ergo & ista vera, si illa subtilior, ergo ista subtilis, si non abusiuam proferens comparationem, abusiue, inepte, incompteq; loquatur. Si ergo ista vera & subtilis est, quomodo cōtradicit veriori & subtiliori? Non cōtradictoria sunt simul vera. Tantam igitur expositio illa sua, veritatem, & subtilitatem habet, quantam, & cōmendatio ista insulsa. Et haec de praesenti defensione dicta sufficiat. Bndictus Deus. am.

Tertio ibi.

BESS. *Et cunctae sunt actu, non potentia, generarentur etenim profectò, ac corrumperentur, nunc autem ipsum ens, non fit, neque corrumpitur, ex aliquo enim vtique generaretur. Quaecunque itaque sunt vere ipsum esse quid, & actu, circa haec non est decipi, sed aut intelligere, aut non. Verum quod quidest de eis quaeritur, si talia sint an non.*

ANT. par. 6. *Et omnes sunt actu, non potentia. Generarētur enim vtique & corrumperentur. Nunc autem ipsum ens nō generatur, nec corrūpitur. Ex aliquo.n. vtique generaretur. Quaecunq; igitur sunt quod vere est quid & actu, circa hoc non est decipi, sed aut intelligere, aut non. Sed quodquidest quaeritur de ipsis, si talia sunt aut non.*

Ex dictis ostē dit principale propositū. Adaptat quod dixerat de substantijs simplicibus ad principale propositum, scilicet ad ostēdendum quòd verum magis est actu quàm in potentia. Ostenderat quidem hoc circa composita, pro eo quòd verum est circa compositionem & diuisionem, quae actum designant, in substantijs vero simplicibus ex eo quòd non est in eis falsum, sed tantum verum. Propter quod nō sunt in potentia, sed in actu. Dicit ergo quòd omnes substantiae simplices sunt actu entes & nunquam entes in potentia, quia, si quandoque essent in actu, & quandoque in potentia, generarentur & corrumperentur: sed hoc non potest esse, vt ostensum est: nam huiusmodi substātiae sunt formae tantum, vnde etiam secundum se sunt entes, ens autem secundum seipsum nō generatur, neque corrumpitur. Omne enim quod generatur ex aliquo generatur, ens autem simpliciter inquantum ens, non potest ex aliquo generari. Non enim est aliquid extra ens, sed extra taleens, vtputa extra hominem est aliquod ens. Vnde hoc ens potest generari secūdum quid, sed ens simpliciter non, id ergo, quod est ens secūdum se, per hoc, quod ipsum est forma, ad quam sequitur ens, non est generabile. Vnde non est quandoque in potentia, quandoque in actu. Et ideo, quia circa actum maxime consistit verum, quęcunque sunt talia, quae sunt solum in actu, & sunt id quod vere aliquid est, quia sunt quidditates & formae, circa ea non conuenit decipi, aut esse falsum. Sed oportet vt intelligantur si mente attingantur, vel penitus non intelligantur si mente non attingantur. Sed quamuis in eis non contingat decipi secundū se, contingit tamen cum § quaeritur de eis quodquidest § scilicet si talia sunt, aut non. Et sic contingit decipi in eis per accidens, vtputa si quis quaerat de aliqua substantia simplici, vtrum sit ignis, aut substantia corporea, vel non, quia, si attribuitur ei esse substantiam corpoream, erit falsitas per accidens propter compositionē.

Simplicia, aut totaliter intelligūtur aut totaliter ignorāt.

Deinde cum dicit.

BESS. *Esse vero, vt verum est: & non esse, vt falsum, vnum quidem si componitur, verum, si vero non componitur, falsum, vnum vero si est quidem ens sic, est, sin vero non ita, non est: verum autem, intelligere haec, falsum vero, non est deceptio, sed ignorantia: non qualis caecitas est: etenim caecitas quidem, sicuti si omnino non haberet aliquis intelligendi potentiam.*

A N T. part. 2

Esse vero vt verum, & non esse vt falsum, vnum quidem est si componitur, verum hoc, autem si non componitur falsum. Vnum autem, si vere ens, sic est. Si vero non ita, non est. Verum autem intelligere ipsa. Falsum vero non est, nec deceptio, sed ignorantia, non qualis cæcitas. Cæcitas enim est, vt vtique si intellectiuum omnino non habeat aliquis.

Colligit quæ dicta sunt de vero & falso tã circa composita quam circa simplicia.

Colligit quod dixerat de vero & falso tã circa composita quàm circa simplicia dicens, ꝙ hoc ipsum esse quod significat veritatem, & non esse quod significat falsitatem, quia qui dicit homo est albus significat hoc esse verum, qui dicit non est albus significat hoc esse falsum, hoc inquam esse & non esse, vno modo dicitur, scilicet in compositis, scilicet ꝙ est verum si cõponitur in re quod intellectus componit. Falsum autem si non componitur in re quod intellectus componit, intelligens aut denuncians. Alio vero modo in rebus simplicibus verum est, si id §quod est vere ens,§ id est quod est ipsum quodquidest, id est substantia rei simplex, sic est sicut intelligitur, si vero non est ita, sicut intelligitur, non est verum in intellectu, & sic est verum, intelligere ipsa, sed falsum non est ibi, neq; deceptio, vt expositum est, sed ignorantia. Quia si non attingit ad quodquidest, penitus ignorat rem illam. In compositis autem potest vnum scire, & circa alias proprietates eius decipi. Qualis autem ignorantia est, ostendit cum dicit, quòd illa ignorantia non est §talis priuatio sicut cæcitas§ quæ est priuatio potentiæ visiuæ. Vnde illa ignorantia similis cæcitati esset, si aliquis non haberet vim intellectiuam ad attingendum substantias simplices. Ex quo patet quòd secundum sententiam Aristo. humanus intellectus potest pertingere ad intelligendum substantias simplices. Quod videtur sub dubio reliquisse in tertio de anima. Dehinc inde cum dicit.

Intellectus humanus potest intelligere substantias simplices. text. cõ. 36

B E S S.

Manifestum autem est, quod neque de immobilibus deceptio est secundum quando, si quis immobilia putet, vtputa si triangulum non putet mutari, non opinabitur modo duos rectos habere, modo non, mutaretur etenim: verum aliquid quidem, aliquid vero non, vtputa, parem numerum, primum nullum esse, aut quosdam quidem, quosdam vero non: quo ad numerum autem circa vnum, nec hoc, non amplius enim, quædam quidem, quædam vero non putabit, sed verum dicet, aut falsum, tanquam ita semper se habeat.

A N T. par. 8.

Palam etiam & quia de immobilibus non est deceptio secundum quando, si quis putet immobilia, vt trigonum si non permutari putat, non opinabitur quandoque duos rectos habere, & quandoque non, permutaretur enim vtique. Sed aliquid quidem, aliquid vero non, ut parem numerum primum esse nullum, aut aliquos quidem, aliquos vero non. Numero vero circa vnum, nec hoc. Non enim esse aliquem quidem, aliquem vero non, putabit, sed verum dicet, aut mentietur, semper sic se habente.

Corollariũ ꝙ in immobilibus non est deceptio secundum quando.

Inducit quoddam corollarium dicens, quòd ex dictis manifestum est, quod de immobilibus non est deceptio secundum quando. In contingentibus vero contingit decipi secundum quãdo, in his, scilicet quæ non semper sunt, vtputa, si Socrat. est sessurus & hoc aliquis putet, potest aliquis decipi in eo ꝙ putet eum sessurum quando non est sessurus, & similiter si putet eclipsim futuram quando non est futura. Sed in reb. immobilibus & quæ semper sunt, non potest contingere nisi vno modo, scilicet si quis putet ea esse mobilia, & non semper esse, tunc enim decipitur in eis, sed non secundum quando. Et ideo dicit, si quis putet ea esse immobilia, non decipitur in eis secundum quando. Et hoc ideo dicit, quia si quis putat ea esse immobilia, non putabit ea quandoque esse, & quandoque non esse, & sic non decipitur in eis secundum quando. Vt si quis putet triangulum non permutari, non opinabitur ꝙ quãdoq; habeat duos rectos, quantum ad æquiualentiam, & quandoque non. Sic enim permutaretur, & non permutaretur. Sed in rebus immobilibus conuenit sub aliquo communi accipere aliquid, quod sic se habet, & ad aliquid quod non sic, puta sub triangulo aliquem æquilaterum, & aliquem non. Et conuenit dubitari de numero pari, virum nullus sit primus, vel aliqui sint primi, aliqui non. Numerus primus dicitur quem sola vnitas mensurat. Vnde inter numeros pares, solus binarius est primus, & nullus aliorum. Et circa vnum numero in rebus immobilibus non conuenit errare ac decipi, neque quantum ad hoc. Non enim in eodem numero potest aliquis putare aliquem sic se habere, & aliquem non sic. Vnum enim numero non diuiditur in multa. Vnde oportebit, quòd simpliciter dicat verum vel falsum, cum illud vnum numero semper similiter se habeat, nec sit in eo accipere diuersitatem, neque quantum ad tempus, neque quantum ad suppositа. Ex quibus apparet, quòd verum est magis circa actum. Immobilia enim inquantum huiusmodi, semper sunt actu.

Numerus primus, quis.

Noni libri Metaphysicorum finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER DECIMVS.

Cum Sancti Thomæ expositione.

LECTIO I.

Modis quatuor dici vnum ostendit, qui ad vnam reducuntur indiuisibilis rationem, & qua ratione de rebus prædicentur.

B E S S. Tex. 1.

QVOD vnum multis dicatur modis, in diuisione de Quoties, dictum est prius. Cum autem multipliciter dicatur, primorum & eorum, quæ secundum se non secundum accidens, dicuntur vnum, quatuor in summa, modi sunt. Et ipsum nanque continuum, aut simpliciter, aut maxime, quod natura, & non in tactu neque ligatione, & horum illud magis vnum, & prius, cuius motus indiuisibilior & magis simplex est.

A N T. text. com. 1 part. 5 huius text. com. 7.

Vnum quia multis modis dicitur, in diuisis de Quotiens dictum est prius. Multipliciter vero dicto, capitales modi sunt quatuor primorum, & secundum se dictorum vnum, sed non secundum accidens. Continuum enim aut simpliciter, aut maxime quod natura, & non tactu, nec ligatione. Et horum magis vnum & prius, cuius indiuisibilior motus est, et magis simplex.

Superius in Quarto huius Philosophus ostendit, ꝙ ista scientia habet pro subiecto ens, & vnum, quod cũ ente conuertitur. Et ideo postquam determinauit de ente per accidẽs, & de ente quod significat veritatem propositionis in sexto, & de ente per se secundum ꝙ diuiditur per decem prædicamenta in 7. & in 8. & secundum quòd diuiditur per potẽtiam & actum in 9. Nunc in hoc. 10. intendit determinare de vno, & de his quæ consequuntur ad vnum, & diuiditur in duas partes.

Tex. c. 1 & 5 Sermo de vno ablolo-te. Infra lec. 4.

partes. In prima determinat de vno secundum se. In secunda per cóparationem ad multa, ibi { Opponuntur autem vnum & multa. } Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quot modis vnum dicitur. In secunda determinat quandam proprietatem eius, ibi. { Maxime vero in eo quod est metrum esse. } Prima in tres. In prima determinat quot modis dicitur vnum. In secunda reducit omnes illos ad rationem vnam, ibi { Dicitur quidem igitur vnum. } In tertia ostendit quot modis vnum prædicatur de his de quibus dicitur, ibi { Oportet enim intelligere. } Circa primum tria facit. Primo ponit duos modos vnius, secundo ostendit rationem vnitatis in his duobus modis, ibi { Tale vero. } Tertio ponit alios duos modos vnius, ibi. { Hæc aût. } Circa primum primo ponit primum modum dicendi vnum dicens, quod in 5. libro ostensum est, quotiens dicantur nomina quæ pertinent ad considerationem huius scientiæ. Dictum est enim quod vnum dicitur multis modis. Sed cum multipliciter dicatur vnum, principales modi sunt quatuor, ita tamen quod dicamus modos vnius secundum quos vnum dicitur primo & per se & non per accidens. Nam vnum per accidens habet alios suos modos. Et iter modos vnius dicti per se, vnus modus est secundum quod cotinuum dicitur vnum. Quod quidem accipi potest dupliciter, aut vniuersaliter. s. quocunque modo sit aliquid continuum dicatur vnum, aut vnum continuitate solum quod secundum naturam est continuum, quod maxime continuum est, & non est continuum per violentiam, aut per artem, neque per alium modum contactus, sicut patet in castraturis lignorum, neque per aliquam con tinuitatem, sicut in his quæ continuantur vel ligantur clauo vel quocunque vinculo. Continuum autem secundum naturam dicitur dupliciter, scilicet quod est totum vniforme, vt linea recta, aut etiam circularis. Et quòd nô est totum vniforme, sicut duæ lineæ con stituentes angulum in quo continuantur. Maxime autem horum est vnum, & per prius vnum, quod dicitur linea recta vel circularis, quàm lineæ angulum constituentes. Nam linea recta oportet quod habeat vnum motum. Non enim potest esse quòd vna pars eius moueatur & alia quiescat, nec vna sic moueatur, alia vero aliter, sed tota simul & vno motu mouetur. Et similiter etiam in circulari est. Sed in duobus continuis constituentibus angulum, hoc non conuenit. Possumus enim imaginari quòd vna linea quiescat, & altera moueatur ei appropinquãs, & minorem angulum constituat, aut ab ea elongata, & constitués angulum maiorem. Vel etiam quòd vtraque moueatur in di uersas partes. Et ideo dicit quod illud continuum est magis vnum, cuius motus est indiuisibilior, & magis simplex. Secundo cum dicit.

Lect. seq. — par. 5. — par. 6. — par. 3 — par. 4 — text. com. 7. — Quatuor modi vnius dicti per se, Primus cótinuum, dupliciter. — Côtinuum secundû naturá duplex — Côtinuum quid.

B E S S. *Item tale etiam magis est, quod totum est, aliquamque formam & speciem habens, & maxime quodcunque natura tale sit, & non vi, quemadmodum quæcunque, aut glutine, aut clauo, aut coniunctione, ac habeat in se, quod causa ei sit, vt continuum sit.*

A N T. par. 2. *Amplius tale, & magis totum, & habens aliquam formam & speciem. Maxime autem si quid natura est tale, & non vi, ut quæcunque visco aut clauo, aut coniunctione sed habet in se, quòd est eã sibi, quòd sit continuũ.*

Ponit secundum modum, in quo quidem considerat non solum quod id quod dicitur vnum, { sit tale, id est continuum, sed & quod plus habeat, scilicet quòd sit quoddam totum habens aliquam formam, aut speciem, sicut animal est vnum, & superficies triangularis est vna. Hoc igitur vnum supra vnitatem continuitatis addit vnitatem, quæ est ex forma, secundũ quam aliquid est totum, & speciem habens. Et quia aliquid est totum per naturam, aliquid vero per artem, addidit, quòd { maxime est vnum } siquidem est vnum per naturam, & non per violentiam. Sicut per violentiam ad aliquod totum constituendum côiunguntur, quæcunque vniuntur, aut visco aut aliqua tali côiunctione. Sed id quod est coniunctum per naturam est magis vnũ, quia. s. est sibiipsi causa quod sit continuum, quia per suam naturam est tale. Deinde cum dicit.

Secûdus modus vnius. — Totû & continuum duplex

Tale vero est, cui vnus motus loco, & tempore indiuisibilis sit. Quare manifestum est, quòd si quid natura motionis primæ principium habet primum (dico autem lationis circulationem) id prima magnitudo vna, quædam itaque ita vnum, aut continuum, aut totû sunt. B E S S.

Tale vero, eo quòd in motu vnum esse & indiuisibile loco & tempore. Quare palam si quid per naturã, motus habet principium primum primum, vtputa dico lationis circulationem, quia hæc prima magnitudo vna. Hæc quidem itaque sic vnum côntinuum aut totum. A N T. par. 3

Ostendit rationem vnitatis in istis duobus modis dicens, quòd aliquid est tale & continuum & vnum, eo quod motus eius est & vnus & indiuisibilis loco & tépore. Loco quidem, quia versus quamcunque partem loci mouetur vna pars continui, & alia. Tempore vero, quia quando mouetur vna, & alia. Vnde si aliquod côtinuum, & totum per naturam dicitur vnum, quia motus eius est vnus, manifestum est quod si aliquod con tinuum, & totum habet in se principium primi motus, hoc erit primum vnum in magnitudine. Sicut inter motus, primus motus est localis, & inter motus lo cales, primus est circularis, vt probatur in 8. Physi. Et inter corpora, quæ mouentur in motu circulari, aliquod est, quod habet principium talis motus, scilicet corpus quod reuoluitur & reuoluit alia corpora motu diurno. Vnde manifestum est, quòd hæc est prima magnitudo vna, quia habet primum principium motus primi. Sic igitur apparent duo modi vnitatis, aut sicut continuum dicitur vnum, aut sicut totum dicitur vnum. Deinde cum dicit.

Ratio vnitatis in duobus prædictis modis. — tex. côm 77 Primû mobile est vnû de duobus pdictis modis

Quædam autem, quorum vna ratio est, talia vero, quorum intellectio vna, talia autem, quorum indiuisibilis, indiuisibilis vero eius est, quod aut specie, aut numero indiuisibile est, numero igitur indiuisibile est singulare. Specie vero cognoscibili & scientia, quare vnum vtique erit primum, quod substantijs, vt vnum sint, causa est. B E S S.

Hæc autem si ratio vna fuerit. Talia vero sunt quorum intelligentia vna. Talia autem quorum indiuisibilis. Indiuisibilis vero eius quod indiuisibile specie, aut numero. Numero vero singulare indiuisibile. Specie vero quòd noscibili & scientia. Quare unum utique erit primum quod substantijs causa unius. A N T. par. 4.

Ponit alios modos vnius dicens, quod quædam alia dicuntur vnum non propter motum vnum, sed propter rationem vnam. Huiusmodi autem sunt quorum intelligentia est vna, quæ vna appræhensione appræhenduntur ab anima. Et dicuntur vna appræhensione appræheodi talia, quorum est vna appræhensio indiuisibilis. Quod quidem contingit dupliciter, aut quia appræhensio indiuisibilis est eius quod est vnum specie, aut eius, quod est vnum numero. Numero quidé indiuisibile est ipsum singulare, quod non pôt prædicari de multis. Specie autem vnum, est indiuisibile, qd est vnum secundum scientiam & notitiam. Non enim in diuersis singularibus est aliqua natura vna numero, quæ possit dici species. Sed intellectus appræhendit, vt vnum id, in quo omnia inferiora conueniunt. Et sic in appræhensione intellectus, species fit indiuisibilis, quæ realiter est diuersa in diuersis indiuiduis. Et quia substantia prior est ratione omnibus alijs generibus,

Tertius modus vnius & quartus — Vnum numero & specie quid. Hinc accipe ex Philosopho vniuersalia non esse realem

ribus, cum vnum dicatur his modis propter rationem vnam, sequitur quòd primum vnum secundum hos modos, sit vnum substantia, quod scilicet est substantijs causa vnius, sicut secundum primos duos modos, primum vnum erat magnitudo circulariter mota.

Deinde cum dicit.

BESS. *Toties igitur dicitur vnum, et quod natura continuũ est, totum, singulare, & vniuersale, hæc autem omnia vnum sunt, eo quòd quorundam motus, quorundam intellectio, aut ratio indiuisibilis est.*

ANT. par. 5. *Dicitur quidem igitur vnum tot modis, continuum natura, & totum, & singulare, & vniuersale. Omnia enim hæc vnum per indiuisibile esse. Horum quidem motum, illorum autem intelligentiam, aut rationem.*

Reducũtur pdicti quatuor modi vnius ad vnã rationem. Reducit modos vnius supra positos ad vnam rationem, colligendo quæ supra dixerat. Dicit ergo quòd vnum dicitur quatuor modis. Primo quidem continuum secundum naturam. Secundo totum, tertio singulare. Quarto, vniuersale vt species. Et omnia hæc dicuntur vnum per rationem vnam, scilicet per hoc quòd est esse indiuisibile. Nam proprie vnum est ens indiuisione. Sed in primis duobus dicitur vnum, quia est motus indiuisibilis, in alijs autem duobus, quia est intelligentia, aut ratio indiuisibilis, vt sub hoc etiam comprehendatur apprehensio rei particularis.

Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 2. *Oportet autem considerare, quòd non est eodem modo accipiendum, cum dicatur, quæ vnum dicuntur, & quid est vni esse, quæ vc ratio eius est, vnum et enim, toties dicitur, & vnumquodque eorum, cui aliquis horum modorum insit, vnum erit. Esse autem, quandoq; quidem alicui horum erit, quandoque vero alteri, quod & magis propinquum nomini est, illa vero, potentia, quemadmodum, si de elemento, & causa oporteat dicere, & de ipsis rebus, determinando & nominis definitionem reddendo, ignis etenim quodam modo quidem est elementum (fortassis vero, secundum se etiam ipsum infinitum, aut aliquid aliud tale) quodam modo vero minime est: non enim est idem igni, & elemento esse, sed tanquam res quædam et natura, ignis elementum est, nomen autem significat, quòd hoc ei competat, quod ex eo tanquam ex primo inexistente aliquid fit, ita & de causa et vno, & cunctis huiusceemodi. Propter quod vnum esse, est indiuisibile esse ipsum reuera ens, & inseparabile, aut loco, aut spẽ, aut mente, aut toto atq; determinato.*

ANT. text cõm. 3 par. 6 *Oportet enim intelligere, quia non similiter sumendum qualia vna dicuntur, & quidem vni esse, et quę ipsius ratio. Dicitur enim vnum tot modis. Et vnumquodque erit vnum horum, cuicunque existerit horum aliquis modorum. Vni autem esse, quandoque quidem horum alicui inerit, quandoque autem aly, quod et magis propinquum nomini est, potentia vero illa. Sicut de elemẽto et causa, si oportet dicere in rebus determinantem, et nominis terminum reddentem. Est quidem enim vt elementum ignis. Est autem forsan secundum se et infinitum, aut aliud aliquid tale, est autem vt non. Non enim idem igni, et elemento esse, sed vt quidem re et natura, ignis elementum. Nomen uero significat eo quòd accidit ipsi, quia est aliquid ex hoc, ut primo in existente. Sic et in causa, et in uno et talibus omnibus. Propter quod et uni esse, in diuisibili est esse. Quod quidem hoc enti et inseparabili, aut loco, aut specie: aut mente: aut et toto, et determinato.*

Ostendit quomodo vnum prædicetur de his, quæ dicũtur vnum, dicens, quòd oportet intelligere quòd non similiter sumendum est vnum, cum aliqua res dicitur vna, & cum dicitur quodquidest vnum, quod est ratio vnitatis. Sicut etiam non hoc modo dicitur lignum esse album, quia lignum sit hoc ipsum quod est album, sed quia albũ accidit ei. Hoc autem quod dixerat sic manifestat. Quia vnum dicitur multis modis, vt dictum est, quælibet res dicitur esse vna ex eo, quod inest ei aliquis istorum modorum, puta vel continuum, vel totum, vel species, vel singulare. Sed hoc ipsum quod est vnum, quandoque quidem accipitur secundum quod inest alicui dictorum modorum, puta vt dicã quod vnum secundum quod est cõtinuum, vnum est. Et similiter de alijs. Quandoque autem hoc ipsum quod est vnum, attribuitur ei quod est magis propinquum nomini vnius, sicut indiuisibili, quod tamen secundũ se potestate continet prædictos modos, quia indiuisibile secundum motum, est continuum & totum. Indiuisibile autem secundum rationem, est singulare & vniuersale. Et ad hoc subdit exemplum de elemento & causa, quæ quidem accipiuntur secundum determinationes ad res, prout dicimus rem talem esse elementum vel causam assignando diffinitionem nominis, prout dicimus causam hoc ipsum quod est esse causam. Quo modo dicimus quòd ignis est elementum, aut etiam infinitum secundum se, id est hoc ipsum quod est infinitum, quod Pythagorici ponebant separatum, & elementum omnium, vel aliquid aliud tale, propter quod potest dici elementum esse. Sed quodammodo ignis non est elementum neque infinitum. Nõ enim ignis est hoc ipsum quod est elementum, quia non est eadem ratio ignis & elementi, sed quãtum in re est & in natura, ignis est elementum. Sed nomen elementi cum de igne prædicatur, significat aliquid accidisse igni, scilicet quod ignis sit ex quo aliquid est, vt ex primo interius existente, quod est ratio elementi. Dicit autem inexistente ad remouendum priuationes. Sicut autem dictum est de elemento, sic est in causa, & vno & omnibus talibus, quia res de quibus dicuntur non sunt hoc ipsum, quod significant nomina, sicut homo albus, non est hoc ipsum quod significat hoc nomen album. Album enim significat qualitatem. Propter quod & hoc vnum esse est indiuisibile esse. Quod quidem competit enti, quod est inseparabile loco & specie, vel quocunque alio modo.

Nomen vnius non similiter prædicatur de suo quodquidest, & de alijs rebus.

LECTIO II.

Vnius ratio quòd in mensura consistat quæ item mensuræ conditiones sint ostendit, & quibus attribuantur.

BESS. *Maxime autem mensuram esse cuiusque generis primum, et maxime proprie quantitatis, hinc etenim ad alia aduenit, mẽsura enim id est, quo quantum cognoscitur, cognoscitur autem quantum vt quãtum, aut uno, aut numero, omnis uero numerus uno. Quare omne quantum prout quantum, uno cognoscitur.*

ANT. part. 1 *Maxime uero in eo quod est metrum, id est mensuram esse primum uniuscuiusq; generis, et maxime proprie quantitatis. Hinc enim ad alia uenit. Metrum etenim, id est mensura est, quo primo quantitas cognoscitur. Cognoscitur uero, aut uno, aut numero quantitas inquantum quantitas. Numerus autẽ omnis, uno. Quare oĩs quantitas cognoscitur inquantum quantitas, uno.*

Postquam ostẽdit Philosophus quot modis vnum dicitur, & quæ sit ratio vnius, ad quam omnes modi reducuntur, scilicet esse indiuisibile, hic ex hac ratione vnius ostendit quandam eius proprietatem, scilicet esse mensuram, & diuiditur in partes duas. In prima ostendit, quomodo vni competit ratio mensuræ, & alijs generibus accidentium. In secunda vero ostendit quomodo vnum habens rationem mensuræ inuenitur in substantia, ibi. (Secundum substantiam vero & naturam.) Circa primum duo facit. Primo ostendit in quo

Esse mensuram est proprio pria passio vnius.

Lect. seq.

in quo genere primo inueniatur vnum habens rationem mensuræ, & quomodo exinde ad alia deriuetur secundum propriam rationem mensuræ. Secundo ponit quomodo deriuetur ad alia secundum quandam similitudinem, ibi: § Et scientiam autem r.rum metrum. § Circa primum duo facit. Primo ostendit vbi primo sit vnum rõnem mensurę habens, & quomodo exinde ad alia fiat deriuatio. Secundo ponit quædam consideranda circa mensuras, ibi: § Non semper autem numero vnum. § Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo vnum quod est mensura inueniatur in quantitate, & exinde ad alia genera deriuetur. Secundo in qua specie quantitatis est primo, ibi. § Et quo primo cognoscitur. § Tertio quomodo deriuetur in alias species quantitatis, ibi. § Hinc autem & in alijs. § Dicit ergo primo, ꝙ cum ratio vnius sit indiuisibile esse, id autem quod est aliquo modo indiuisibile in quolibet genere sit mensura, maxime dicetur in hoc quod est esse primam mensuram cuiuslibet generis. Et hoc maxime proprie dicitur in quantitate, & unde deriuatur ad alia genera ratio mensuræ. Mensura autem nihil aliud est quàm id quo quantitas rei cognoscitur. Quantitas vero rei cognoscitur per vnum aut numerum. Per vnum quidem sicut cum dicimus, vnum stadium, vel vnum pedem. Per numerum autem, sicut dicimus tria stadia, vel tres pedes. Vlterius autem omnis numerus cognoscitur per vnum, eo ꝙ vnitas aliquotiens sumpta quemlibet numerum reddit. Vnde relinquitur quòd omnis quantitas cognoscatur per vnum. Addit autem inquantum quantitas, vt hoc referatur ad mensuram quantitatis. Nam proprietates & alia accidentia quantitatis alio modo cognoscuntur. Deinde cum dicit.

Infr. par. 8.

par. 6.

par. seq. part. 3.

Mensura, quid.

BESS.

Et quo primo hoc cognoscitur, ipsum vnum, propter quid, vnum pincipium est numeri prout numerus est.

ANT. part. 2

Et quo primo cognoscitur, hoc ipsum vnum. Quapropter, vnum numeri principiũ secundum quod numerus.

Ratio mensuræ primo inueniť in quantitate discreta.

Ostendit, ꝙ ratio mensuræ primo inuenitur in discreta quantitate, quę est numerus dicẽs, quòd id, quo primo cognoscitur quantitatis § est ipsum vnum, § id est vnitas, quæ est principium numeri. Nam vnum in alijs speciebus quantitatis non est ipsum vnum, sed aliquid, cui accidit vnum, sicut dicimus vnam manum, aut vnam magnitudinẽ. Vnde sequitur, quòd ipsum vnum, quod est prima mensura, sit principium numeri secundum quod est numerus. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 3.

Hinc autem & in alijs id dicitur mensura, quo primo vnumquodque cognoscitur, & vniuscuiusque mensura vnum est, in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate, in celeritate. Grauitas enim et celeritas, communis est in contrarijs, duplex enim & vnũquodque horum est, vt grauitas, & quæ quantumcunq; ponderis habet, & quæ excedit pondere, & celeritas, quæ quantumcunque motum habet, & quæ excedit in motu, etenim est aliqua tardi celeritas, & leuis grauitas.

ANT. text. com. 3 par. 3

Hinc autem & in alijs dicitur metrum, quo primo vnumquodque cognoscitur. Et metrum, id est mensura vniuscuiusq; vnum, in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate & velocitate. Grauitas enim & velocitas commune est in contrarijs. Duplex enim eorum vtrunque. Vt graue, & quod est, vt quantamcunque habens inclinationem, et quod est habens excessum inclinationis. Et velocitas, & quantumcũque motus habens, & excessum motus. Est enim velocitas quędam & tardi, & grauitas leuioris.

Qualiter rõ mensuræ à quantitate discreta ad alias species deriuetur.

Ostendit quomodo deriuetur in alias species quantitatis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit ad quas species quantitatis deriuetur dicẽs, ꝙ hinc. s. ex numero & vno quod est principium numeri dicitur mensura in alijs quãtitatibus, id scilicet quo primo cognoscitur vnumquodque eorum. Et id quod est mensura cuiuslibet generis quantitatis, dicitur vnum in illo genere. Et hoc exemplificat in tribus generibus, scilicet in dimensionibus quæ sunt. s. longitudo, & latitudo, & profunditas. Et in ponderibus, in hoc ꝙ dicit, in grauitate. Et in motibus, in hoc, ꝙ dicit, in velocitate, quod referatur ad mensuram temporis. Et de dimensionibus quidem nulli dubium erat, quin quantitates essent, & quòd proprie eis primo cõpeteret mensurari. Sed de grauitate & velocitate poterat esse dubiũ, eo ꝙ magis videntur esse qualitates quàm quantitates. Et ideo dicit, quomodo pertinẽt ad genus quantitatis, & quomodo competit eis mensurari dicens, ꝙ grauitas & velocitas habent aliquid commune in contrarijs, quia. s. in vno cõtrariorum inuenitur alterum: nam graue est aliquo modo leue, & econuerso, & velox est aliquo modo tardum. Vtrunque enim eorum est duplex. Sicut graue, vno modo dicitur absolute. s. quod habet inclinationem, vt feratur ad medium sine hoc, ꝙ consideratur quantum habeat de tali inclinatione, & sic non pertinet ad genus quantitatis, nec cõpetit ei mensurari. Alio modo dicitur graue per comparationem ad aliud, scilicet ꝙ excedit alterum in inclinatione prædicta, vt. s. dicamus, ꝙ terra est grauis in comparatione ad aquam, & plumbum in comparatione ad lignum. Sic igitur ratione huius excessus, inuenitur aliqua ratio quantitatis & mensuræ, & similiter velox dicitur dupliciter. Vno modo absolute, scilicet quod habet motum quemcunque. Et alio modo quod habet excessum motus. Et vno modo competit sibi ratio quantitatis & mensuræ. Alio modo non. Et vt exponat quod dixerat de conditione grauitatis & velocitatis in contrarijs, subdit quòd in ipso tardo inuenitur velocitas, inquantum id quod est simpliciter & absolute tardum, per excessum se habet ad tardiora. Et similiter grauitas inuenitur in leui, sicut aer est leuis ad terram, & grauis ad ignem comparatus.

BESS.

In his itaque omnibus mensura & principium vnum quiddam & indiuisibile est: nam & in lineis vtuntur pedali tanquam indiuisibili, vbique etenim mensuram, vnum quiddam et indiuisibile quærunt, hoc autem, simplex, aut quali, aut quanto: vbi itaque videtur non esse, aut auferendum, aut addendum, illa certa mensura est. Quare numeri certissima est, vnitatem etenim ponunt, quę omnino indiuisibilis est, in cæteris vero imitatur huiuscemodi: ex stadio nanque & talento, ac semper à maiore, magis profectò latebit, et additum aliquid & demptum, quàm ex minore. Quare à quo primo secundum sensum non contingit, hoc omnes mensuram, & humidorum, & siccorũ, & grauis, & leuis faciunt, & tunc putant cognoscere quantum cum per hanc mensurã sciũt.

ANT. par. 4

In omnibus autem his, metrum, id est mensura et principium vnum aliquid & indiuisibile. Quoniam & in lineis vtimur quasi indiuisibili, pedali vbique. Nanque metrum vnum aliquid quærunt et indiuisibile. Hoc autem aut simpliciter, aut quali, aut quanto. Vbicunque quidem igitur videtur non esse, auferre, aut addere, hoc est certum metrum. Quapropter numerus certissimum. Vnitatem enim ponunt omnino indiuisibilem. In alijs vero imitantur tale. A stadio enim et talento, et semper maiore, latebit vtique et additum aliquid et ablatum, magis quàm à minore. Quare à quo primo secundum sensum non contingit, hoc omnes metrum faciunt, et humidorum, et siccorum, et grauitatis, et magnitudinis, et tunc putant cognoscere quantum, quando cognoscunt per hoc metrum.

Alia litera numeri metrum.

Ostendit

Ostendit qualiter à numero deriuetur ratio mensuræ ad alia,& primo hoc manifestat simul in dimensionibus & ponderibus. Secundo in velocitate motuum, ibi: § Et motu simplici. § Dicit ergo primo, ꝙ hoc modo deriuatur ratio mẽsuræ à numero ad alias quantitates, ꝙ sicut vnum quod est mensura numeri est indiuisibile,ita in omnibus alijs generibus quantitatis aliquod vnum indiuisibile est mensura & principium. Sicut in mensuratione linearum vtuntur homines quasi indiuisibili, §mẽsura pedali,§ id est vnius pedis, vbique enim quæritur pro mensura aliquid indiuisibile,quod est aliquod simplex,vel secũdum qualitatem, vel secundum quantitatem. Secundum qualitatẽ quidem,vt album in coloribus, quod quodammodo est mensura colorum,vt dicetur infra. Secundum quantitatem vero, vt vnitas in numero, & mensura pedalis in lineis. Assignat autem rationem,quare mensuram oportet esse aliquid indiuisibile, quia scilicet hoc est certa mensura, à qua non potest aliquid auferri vel addi. Et ideo vnum est mẽsura certissima, quia vnum quod est principium numeri, est omnino indiuisibile,nullamq; additionem aut subtractionem suscipiens manet vnum. Sed mensuræ aliorum generum quantitatis imitantur hoc vnum, quod est indiuisibile,accipiens aliquid minimum pro mensura secundum quòd possibile est. Quia si acciperetur aliquid magnum, vtpote stadium in longitudinibus, & talentum in ponderibus,lateret, si aliquod modicum subtraheretur vel adderetur,& semper in maiori mensura hoc magis lateret quàm in minori. Et ideo omnes accipiunt hoc pro mensura tam in humidis, vt est oleum & vinum, quàm in siccis, vt est granum & hordeum,quàm in ponderibus & dimensionibus, quæ significantur per graue & magnitudinem, quod primo inuenitur tale, vt ab eo,non possit aliquid auferri seu sibile vel addi quod lateat. Et tunc putant se cognoscere quantitatem rei certitudinaliter, quando cognoscunt per huiusmodi mensuram minimam. Deinde cum dicit.

par.seq.

Mensura habet rationẽ indiuisibilis. text. com.7

Mẽsura debet esse certa.

B E S S. Tex.4. *Ac etiam motum, simplici & velocissimo motu, minimum enim tempus hic habet. Quapropter in astrologia, tale vnum, principium & mensura est, motum enim æqualem & velocissimum cæli, supponunt,ad quẽ, cæteros iudicant, & in musica, diesis primus sensibilis tonus,quia minimum, & in voce elementum, & hæc omnia ita vnum quiddam, nõ vt commune quiddam vnum, sed vt prædictum est.*

A N T. text.com.4. par.5. *Et motum simplici motu et velocissimo. Paruissimum enim hoc habet tempus. Quapropter in astrologia, tale vnum principium & metrum. Motum enim regularem supponunt, & velocissimum eum,qui cæli,ad quem alios iudicant. Et in musica diesis,quia minimum. Et in voce elementum. Et hæc omnia vnum aliquid, non ita vt commune aliquid quod vnum, sed sicut dictum est.*

Manifestat idem in velocitate motuum dicens, ꝙ etiam motum mensurant homines §motu simplici, § id est vniformi,& velocissimo quod habet minimum de tempore.Et ideo in astrologia accipiunt tale principium ad mensurandum. Accipiunt enim motum §primi cœli, § scilicet motum diurnum, qui est regularis & velocissimus, ad quem iudicant & mensurant omnes alios motus. Et quia ex velocitate & tarditate motuum contingit grauitas & acuitas in sonis, vt determinatur,in musica, subdit exemplum de mensuratione sonorum dicens,quòd in musica prima mensura §diesis est§ id est differẽtia duorum semitonorum. Tonus enim diuiditur in duo semitona inæqualia,vt in musica probatur. Et similiter in voce,mensura est elementum, quia etiam breuitas & longitudo vocis, velocitatem & tarditatem motus consequitur. Omnes autem istæ mensuræ sunt aliquid vnum, non ita quòd aliqua mẽsura sit communis omnibus,sed quia quælibet mẽsura in se est aliquid vnum,vt dictum est.

Motus simplicissimus est mensura omnium aliorum motuũ

B E S S. *Non semper autem mensura, numero vnum est, verum aliquando plura, vt puta primi sensibiles toni duo, qui non secundum auditum, sed in rationibus sunt, & voces plures, quibus mensuramus, & diameter duobus mensuratur, & latus, & omnes magnitudines. Sic igitur mensura omnium vnum est, quia cognoscimus ex quibus substantia est, aut secundum quantum,aut speciem diuidentes. Et propterea vnum indiuisibile est: quia singulorum quorumcunque indiuisibile est, non tamen omnia similiter indiuisibilia sunt, vt pes, & vnitas, sed hoc quidem omnino, illud vero vult ad indiuisibilia secundum sensum, vt iam dictum est, fortassis etenim omne continuum diuisibile est.*

A N T. par. 6. *Non semper autem numero vnum metrum, verum aliquando plura,vt dieses duæ, quæ non secundum auditum, sed in rationibus. Et voces plures quibus mensuramus. Et diameter duobus mensuratur, & latus, & magnitudines omnes. Sic itaque metrum omnium quod vnum,qui cognoscimus ex quibus est substantia,diuidentes aut secundum quantitatem, aut secundum speciem. Et ideo quod vnum,indiuisibile, quia quod primum singulorum indiuisibile. Non similiter autem omne indiuisibile, vt pes, et vnitas. Sed hoc quidem omnino,illud vero indiuisibile ad sensum voluit, sicut dictum est iam: Nam forsan omne continuum est diuisibile.*

Postquam ostendit Philosophus vbi sit primo vnũ habens rationem mensuræ, hic determinat quædam circa mensuras consideranda. Et est primum, ꝙ licet id quod est mensura habeat rationem vnius, inquantum accedit ad indiuisibilitatem, non tamen necessarium est vnum numero esse quod mensurat. Sed aliqñ plura sunt mensurantia, sicut in melodijs § sunt duæ dieses,§ id est duo semitona. Sed propter paruitatem non discernitur secundum auditum. Nam sensus non percipit differentiam valde paruorum, sed eorum differentia percipitur §in rationibus, § id est secundum diuersas rationes proportionum, quia ex diuersis proportionibus numeralibus causantur. Similiter etiam voces quibus etiam mensuramus, plures sunt. Quantitas enim vnius metri vel vnius pedis, mensuratur ex diuersis syllabis, quarum aliæ sunt breues, & aliæ longæ. Similiter etiam est diameter circuli vel quadrati, & etiã latus quadrati, & quælibet magnitudo mensuratur duobus, non enim inuenitur quantitas ignota nisi per duas quantitates notas. Hoc autem dicto concludit epilogando, quæ supra dicta sunt, scilicet quòd vnum est mensura omnium. Cuius ratio est, quia vnũ est, ad quod terminatur diuisio. Ea vero, ex quibus est substantia vniuscuiusque, cognoscũtur per diuisionẽ siue resolutionem totius in cõponentia, siue sint partes secundum quantitatem, siue sint partes secũdum speciem, vt materia & forma, & elementa corporum mixtorum. Et ideo oportet id, quod est per se vnum, esse indiuisibile, cum sit mẽsura qua cognoscitur res, quia quod in singulis est primum in compositione & vltimum in resolutione, est indiuisibile, & per hoc cognoscitur res, vt dictum est, sed tamen non similiter in omnibus inuenitur indiuisibile, sed quædã sunt omnino indiuisibilia, sicut vnitas quæ est principium numeri. Quædam vero nõ sunt omnino indiuisibilia, sed indiuisibilia secundum sensum, secundum quod voluit authoritas instituentium tale aliquid pro mensura, sicut mensura pedalis, quæ quidem indiuisibilis est proportione, sed non natura. Nam omne continuum

Non omnis mensura est quid vnum numero.

nuum forsan diuisibile est. Dicit autem forsan propter dubitationem quorundam ponentium magnitudinem componi ex indiuisibilibus, vel quia magnitudines naturales non diuiduntur in infinitum, sed solæ mathematicæ. Est.n. inuenire minimam carnem, vt tangitur primo Physicor. Deinde cum dicit.

BESS.

Semper autem mensura congenea est, magnitudinum nanque magnitudo, & secundum vnumquodque, longitudinis, longitudo, latitudinis, latitudo, vocum, vox, grauitatis, grauitas, vnitas, vnitatum, ita enim accipere oportet, & non quòd numerorum numerus. At oporteret, si similiter. Non tamen similiter censet, sed ac si vnitatum vnitates, & non vnitatem censeret esse mensuram, numerus enim vnitatum est multitudo.

ANT. par. 7

Semper autem cognatum est metrum. Magnitudinum quidem enim magnitudo, & secundum vnumquodque, longitudinis longitudo, & latitudinis latitudo, vocis vox, grauitatis grauitas, vnitatum vnitas. Sic.n. oportet accipere. Sed non quòd numerorum, numerus. Et quidem oportebat si similiter, sed non similiter dignificant, sed ac si vnitatum vnitates dignificarent metrum, sed non vnitatem. Numerus autem, pluralitas vnitatum est.

Mensura est homogenea mensurato.

Ponit secundum qđ considerandum est circa mensuram dicēs, quòd metrum, id est mensura semper debet esse cognatum, scilicet eiusdem naturæ vel mensuræ cum mensurato. Sicut mensura magnitudinum debet esse magnitudo, & non sufficit quòd conueniat in natura communi, sicut omnes magnitudines conueniunt. Sed oportet esse conuenientiam mensuræ ad mensuratum in natura speciali secundum vnumquodque, sic quòd longitudinis sit longitudo mensura, latitudinis latitudo, vox vocis, & grauitas grauitatis, & vnitatum vnitas. Sic enim oportet accipere vt absque calumnia loquamur, sed non ꝙ numerorum mensura sit numerus. Numerus autem non habet rationem mensuræ primæ, sed vnitas. Et si vnitas mensura est ad significandum conuenientiam inter mensuram & mensuratum, oportet dicere, quòd vnitas sit mensura vnitatum, & non numerorum. Et tamen si rei veritas attendatur, oportebit hoc etiam concedere, quòd numerus numerorum esset mensura numerorum, aut etiā vnitas numerorum similiter acciperetur. Sed non similiter dignum videtur dicere vnitatem esse mensuram vnitatum, & numerum numeri, vel vnitatem numeri, propter differentiam, quæ videtur esse inter vnitatem & numerum. Sed istam differentiam obseruare, idem est, ac si quis dignum diceret quòd vnitates essent mensuræ vnitatum, sed non vnitas, quia vnitas differt ab vnitatibus vt singulariter prolatum ab his, quæ pluraliter proferuntur. Et similis ratio est de numero ad vnitatem, quia numerus nihil aliud est quàm pluralitas vnitatum. Vnde nihil aliud est dicere vnitatem esse mensurā numeri, quàm vnitatem esse mensuram vnitatum. Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 5.

At scientiam quoque & sensum mensuram rerum dicimus esse, propterea quia per ea aliquid cognoscimus. At qui mensuratur magis quàm mensurent, sed accidit nobis, ac si alio nos mensurante cognosceremus quanti nam sumus, eo; toties nobis cubitalis mensura ad mota est. Protagoras autem, hominem ait mensuram esse cunctorum, perinde ac si scientem, aut sentientem diceret: istos autem, quia habent ille quidem scientiam, hic vero sensum, quæ dicimus obiectorum mensuras esse, nihil itaque dicentes, superfluum aliquid dicere videtur.

ANT. text.com.5. par. 8.

Et scientiam autem rerum metrum dicimus, & sensum propter idem, quia cognoscimus aliquid ipsis, sed mensurantur magis quàm mensurant. Sed accidit nobis, veluti si alio nos mensurante, cognoscamus quanti sumus, per cubitum ad tantum nostri adijcere. Protagoras vero hominem ait omnium esse metrum, ac vtique si scientem diceret aut sentientem. Hos autem, quia habent hic quidem sensum, ille vero scientiam, quæ dicimus esse metra eorum, quæ subijciuntur. Nihil itaque dicentes superabundans, videntur aliquid dicere.

Alia litera addi cere.

Ostendit qualiter mensura transfertur ad quædam secundum similitudinem dicens, quòd cum dictum sit ꝙ mensura est, qua quantitas rei cognoscitur, dicemus scientiam esse mensuram rerum scibilium, & sensum rerum sensibilium, quia ipsis aliquid cognoscimus, sensu, scilicet sensibilia, & scientia scibilia. Non tamen eodem modo sicut mensura. Nam per mensuram cognoscitur aliquid sicut per principium cognoscendi, per sensum autem & scientiam sicut per potentiam cognitiuam, aut habitum cognoscitiuum. Sic igitur per hanc similitudinem dicuntur mensuræ, quia secundum rei veritatem magis mensurant, quàm mensurent. Non enim quia nos aliquid sentimus, aut scimus, ideo sic est in rerum natura. Sed quia sic est in rerum natura, ideo vere aliquid scimus, aut sentimus vt dicitur. 9. Mete. Et sic accidit nobis, ꝙ in sentiendo & sciendo mensuramur per res quæ extra nos sunt. Nobis autem cognoscentibus & mēnsurantibus, sicut aliquo alio nos mensurante, cognoscimus quanti sumus in quantitate corporali per mēsuram cubitalem applicatam nobis. Et sic sicut cubitus exterius appositus est mensura quantitatis corporalis nostræ, ita res scitæ vel per sensum apprehensæ, sunt mensuræ per quas potest sciri, vtrum vere cognoscamus aliquid per sensum vel per intellectum. Si qua vero scientia est, quæ est causa rei scitæ, oportebit quòd sit eius mensura. Vt scientia artificis est mensura artificiatorum, quia vnumquodque artificiatum secundum hoc perfectum est, ꝙ attingit ad similitudinem artis. Et hoc modo se habet sciētia rei respectu omnium. Sed Protagoras dixit hominem esse mensuram omnium rerum inquantum est sciens aut sentiens, quia scientia & sensus sunt mensura substantiarum, scilicet sensibilium & scibilium. Dicebant enim Protagorici, vt in Quarto habitum est quòd res sunt tales, quia sic sentimus eas, vel sic opinamur in eis. Cum igitur nihil superabundans vel magnum dicant, videntur tamen aliquid dicere, quia occulte insinuant quæ dicere volunt. Deinde cum dicit.

Esse mensuram cōperit sensui & sciētiæ secundum quādam similitudinē.

tex. com. 2.

tex. com. 15.

BESS.

Quòd itaque vni esse (maxime secundum nomē, quod determinant) mensura quædā est, maxime proprie quantitatis, deinde qualitatis, manifestum est, tale aūt erit, si hoc quidem secundum quantitatem, hoc vero secundum qualitatem indiuisibile sit. Quare vnum, aut simpliciter, aut prout vnum, indiuisibile est.

ANT. par. 9.

Quod quidem igitur vni esse maxime est secundum nomen determinat metrum quoddam, & maxime quantitatis, deinde qualitatis, palam. Erit autem tale, hoc quidem, si est indiuisibile secundum quantitatem, illud autem si secundum qualitatem. Propter quod indiuisibile est quod vnum, aut simpliciter, aut inquantum vnum.

Epilogat quæ dicta sunt, scilicet quòd de ratione vnius est, quòd sit mensura. Et hoc maxime propriū est, prout est in quantitate, deinde in qualitate, & in alijs generibus, quia id, quod est mensura, debet esse indiuisibile, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem. Et ita sequitur, quòd vnum sit indiuisibile, aut simpliciter, sicut vnitas, quæ est principium numeri, aut secundum quid, id est inquātum est vnum, vt dictum est in alijs mensuris.

Lectio

LECTIO III.

Vnum non esse substantiam subsistentem, & quomodo idem quod ens significet ostendit.

BESS. Tex.6.

Secundum substātiam autem & naturam, quonammodo se habeat quærendum est, quemadmodum in dubitationibus tractauimus, quidnam vnum sit, quomodo de eo opinari oporteat, vtrum vt ipsum vnum substantia sit, quemadmodum Pythagorici dixerunt prius, & Plato posterius, an magis aliqua subijcitur natura, & quomodo oporteat notius dici: & an magis, sicuti Naturales, illorum enim quidam amicitiam ipsum vnum ait esse, quidam aerem, quidam infinitum.

ANT. text.com.6. pat.1.

Secundum substantiam vero & naturam quærendū est quo modo se habeat, quemadmodum in dubitationibus tractauimus, quid quod vnum est, & quomodo oportet de eo suscipere, vtrum velut substantia aliqua existente ipso vno, sicut Pythagorici dicunt prius, & Plato posterius, aut magis supponitur aliquā natura. Et quomodo oportet notius dici & magis, sicut qui de natura. Illorum enim alius dixit amicitiam esse quidem vnum, alius aerem, alius infinitum.

Sermo de vno secundum substātiam eius.

Postquam ostendit Philosophus, quomodo vnum sit in quantitate primum secundum quamlibet rationem mensuræ, & exinde ad alia genera deriuetur, nūc determinat de vno qualiter se habeat ad substātiam, vtrum scilicet vnum sit ipsa substantia rei, & diuiditur in tres partes. In prima mouet quæstionem, & ponit opiniones diuersas. In secunda autem determinat veritatem, ostendendo quòd vnum & ens non sunt substantia eorum, de quibus dicuntur, ibi. §Si itaque nullum.§ In tertia comparat vnum ad ens: ibi §Quia vero idem significant.§ Dicit ergo primo, ꝙ quia iam manifestum est qualiter vnum secundum ꝙ habet rationem mensuræ se habet in quantitate & in alijs generibus, quærendum est de vno quomodo se habeat quantum pertinet ad substantias & naturas rerum.

par. seq. par.4

Dubitatio mota in 3. tio. text com.2 Opinio Pythagoricorum & Platonicorū de entitate vel substantia vnius. Opinio naturalium antiquorum de substantia vnius

Quæ quidem dubitatio est mota superius in 3. Lib. in quo motæ sunt quæstiones diuersæ. Est autem dubitatio, vtrum hoc ipsum quod dicitur vnum, sit substantia aliqua & per se subsistens, vt dixerunt Pythagorici, & postea Platonici eos sequentes, aut magis ei quod est vnum supponatur quædā natura subsistens, secundum quam notius & magis debet dici quid est quod dicitur vnum. Et hoc supposuerunt naturales, quorum vnus dixit amorem esse aliquid qđ est vnum, sicut Emped. qui ponebat quatuor principia materialia. s. quatuor elementa, quibus priora dicunt esse principia agentia, quæ ipse ponebat. s. amorem & odium. Inter quæ præcellit amor inquantum perfectum & bonorum principium. Vnde fiid quod est primum principium dicitur vnum, consequitur secundū opinionem eius, ꝙ amor sit illud quod est vnum. Quod est conueniens inquantum amor vnionem quandam indicat amātis & amati. Alius vero, scilicet Diogenes ponens aerem principium omnium rerum, dixit aerē esse id quod est vnum. Alius vero dixit infinitum esse id quod est vnum, sicut Melissus, quia posuit esse vnum ens infinitum & immobile, vt patet in primo Physic. Deinde cum dicit.

Text.c.15. & inde

BESS.

Si autem nihil vniuersalium possibile est substantiā esse, quemadmodum in sermonibus de substantia, & de ente habitis dictum est, nec hoc ipsum, vt vnum quid præter multa, substantiam esse possibile est (commune nanque) sed vt prædicatio solum, patet, quod nec ipsum vnum, ens enim & vnum, & vniuersaliter maxime de omnibus prædicatur. Quare neque genera naturæ quædam & substantiæ à cæteris separabiles sunt, nec ipsum vnum, genus contingit esse, neque substantiam propter easdem causas, propter quas nec ens.

ANT. part.2

Si itaque nullum vniuersalium esse substantiam est possibile, sicut in sermonibus de substantia & de ente dictum est. Nec ipsum hoc substantia, nisi vnum aliquid præter multa possibile est esse, commune nanque. Sed si vt prædicatum solum, palam quòd neque ipsum vnum. Nam ens & vnum vniuersaliter prædicantur de omnibus maxime. Quare nec genera naturæ quædam et substantiæ separabiles ab alijs sunt. Nec vnum genus contingit esse propter easdem causas, propter quas quidem nec ens, nec substantia.

Determinat dubitationem. Infra p. seq. tex. 9. 45 & inde. Nec ens nec vnum esse substantiam per se existētem probat à causa & à simili. Idem in 7. text. cō. 57.

Determinat propositam quæstionem dicēs, quòd vnum non est substantia subsistens, de qua dicitur ꝙ sit vnum. Probat autem hoc dupliciter. Primo ratione. Secundo similitudine, ibi: §Adhuc similiter.§ Dicit ergo quòd probatū est superius in 7. Li. in quo agebat de ente, & præcipue de substantia, ꝙ nullum vniuersalium esse potest substantia, quæ. s. per se sit subsistens, quia omne vniuersale commune est multis. Nec possibile est vniuersale esse substantiam subsistētem, quia sic oporteret ꝙ esset vnum præter multa, & ita non esset commune, sed esset quoddam singulare in se. Nisi forte diceretur commune per modum causæ. Sed alia est cōmunitas vniuersalis, & causæ. Nam causa non prędicatur de suis effectibus, quia non est idem causa suiipsius. Sed vniuersale est commune, quasi aliquid prædicatū de multis, & sic oportet quod aliquo modo sit vnum in multis, & non seorsum subsistens ab eis. Sed oportet ens & vnum magis vniuersaliter & communiter de omnibus prædicari. Non ergo sunt ipsa substantia subsistens, quæ dicitur ens vel vnum, sicut Plato posuit. Per hanc rationem concluditur, ꝙ nulla genera sunt aliquæ naturæ & substantiæ per se subsistentes, quasi separabiles ab alijs, de quibus dicuntur. Quod etiam superius inter quæstiones fuit dubitatum. Nec tamen hoc pro tanto dicitur, quòd vnum sit genus. Eadem enim ratione vnum non potest esse genus, quia nec ens, quia nec vniuoce prædicatur, & propter alia quę superius in tertio tacta sunt. Et ex eadem ratione vnum etiam ens non potest esse substantia subsistens. Deinde cum dicit.

Tex.com.10

ANT. text. 7.

Adhuc autem similiter in omnibus necesse est se habere. Dicuntur autem æqualiter ens & vnum. Quare, cum in qualitatibus sit aliquid ipsum vnum & aliqua natura, similiter autem & in quantitatibus, manifestū est, quod omnino quærendum est, quidnam vnum sit, sicuti quid ens, tanquam non sufficiens sit, quòd hoc ipsum eius natura sit, at vero in coloribus est vnus color, vt puta, album, deinde alij ex hoc & nigro fieri videntur, nigrum autem priuatio albi est, sicuti tenebræ lucis, hæ nāque lucis priuatio sunt. Quare, si entia colores essent, aliquis profectò numerus entia essent, sed quorū? patet, quòd colorum, et ipsum vnum, esset vtique aliquid vnum, vt puta album, similiter si entia modulationes essent, numerus essent profectò, attamen primorum sensibilium sonorum, & non esset numerus substantia, & eorum non ipsum vnum esset aliquid, cuius substantia non ipsum vnum, sed primus sensibilis tonus, similiter autem & in sonis elementorum essent entia profectò numerus, & ipsum vnum elementum vocale, & si figuræ linearum rectarum, figurarum profectò numerus essent, & ipsum vnum, triangulum, eadem vero ratio & in cæteris generibus est. Quare si cum in passionibus, qualitatibus, quātitatibus, ac in motu numeri sint, & vnum quoddam in omnibus, & ipse numerus aliquorum sit, et ipsum vnum aliquid vnum, nō autem hoc ipsum substantia eius sit, necesse est, vt etiam in substantijs sic se

babeat,

habeat, similiter namque in omnibus se habet. Quod igitur in omni genere ipsum vnum aliqua natura est, & quod nullius hoc ipsum vnum natura est, patet, quemadmodum enim in coloribus ipsum vnum vnus color quærendus est, ita & in substantia vna substantia ipsum vnum.

A N T. text.com.7. par.3.

Adhuc autem similiter in omnibus necesse est se habere. Dicuntur autem æqualiter ens & vnum. Ergo, quoniam in qualitatibus est aliquid quod vnum & aliqua natura, & similiter in quantis, palam quia & totaliter quærendum quid quod vnum, quemadmodum & quid ens, tanquam non sufficiens quod hoc ipsum, ipsius natura. At vero & in coloribus est aliquid quod color vnus, puta albus. Deinde alij ex hoc & nigro videntur geniti. Nigrum vero priuatio albi est, vt lucis tenebra. Hæc enim est priuatio lucis. Quare, si entia essent colores, essent vtique numerus quidam entia. Sed quorum? palam vtique quia colorum. Et ipsum vnum, esset vtique aliquid vnum, puta album. Similiter autem & si melodiæ essent, numerus vtique essent, diesium equidem. Sed non numerus substantia ipsorum. Et ipsum vnum esset vtique aliquid, cuius substantia non ipsum vnum, sed diesis. Similiter autem & in sonis, elementorum essent vtique entia numerus, & ipsum vnum elementum vocale. Et figura rectilinea, figurarum vtique esset numerus, et ipsum vnum trigonum. Eadem autem ratio et in alijs generibus. Quare si quidem in passionibus, et in qualitatibus, et in quantitatibus, et in motu numeris existentibus, et vno aliquo in omnibus, numerus est quorundam, et ipsum vnum aliquid vnum, sed nō hoc ipsius substantia, et in substantijs necesse est similiter se habere. Similiter enim se habet in oibus. Quod quidem igitur vnum in omni genere est quædam natura, et nullius natura hoc ipsum quod vnum, palam. Sed sicut in coloribus colorem vnum quærendum ipsum quod vnum, sic & in substantia, substantiam vnam ipsum vnū.

Ostendit idem ex similitudine dicēs, quòd oportet quòd vnum similiter se habeat in omnib. generibus, quia ens & vnum æqualiter de omnibus generib. prædicantur. In omnibus autem generibus quæritur aliquid quod est vnum, quasi ipsa vnitas non sit ipsa natura quæ dicitur vna, sicut patet in qualitatibus & quantitatibus. Vnde manifestum est, ꝙ in omnibus generibus non est sufficiens dicere, quòd hoc ipsum quod est vnum, sit natura ipsius quod vnum dicitur, sed oportet quærere quid est, quod est vnum. Quia ens, sit quòd in qualitatib. & quantitatib. oporteat quærere quid est quod dicitur vnum, manifestat per exempla, & primo in coloribus. Quærimus enim aliquid quod est vnum, sicut album quod est primum inter colores. Vnde si in quolibet genere est vnum id quod est primum, oportet quòd album sit vnum in genere colorum, & quasi mensura aliorum colorum, quia vnusquisque color tanto perfectior est, quanto magis accedit ad album. Et quòd album sit primum in coloribus, ostendit, quia colores medij generantur ex albo, & nigro, & ita sunt posteriores. Nigrū etiam est posterius albo, quia est priuatio albi, sicut tenebræ priuatio lucis. Non autem sic est intelligendum, ꝙ nigrum sit pura priuatio, sicut tenebræ, cum nigrum sit species coloris; & per consequens natura coloris in eo seruetur, sed quia in nigro est minimū de luce, quę facit colores. Et sic comparatur ad album, sicut defectus lucis ad lucem. Et quia in coloribus quæritur aliquid quod possit dici primum & vnum .i. album, manifestum est, quòd si omnia entia colores essent, haberent quidem aliquem numerum. Non tamē ita ꝙ numerus esset ipsæ res subsistentes, sed esset numerus aliquarum rerum subsistentium .i. colorum. Et per consequens esset aliquid quod subijceretur ipsi vni, scilicet album. Et similiter esset si omnia essent melodia, quia entia haberent aliquem numerum, qui quidem esset numerus diesium siue tonorum. Sed tamē numerus non est ipsa substantia entium. Et per consequens oporteret quærere aliquid quod esset vnum .i. quod est diesis. Non tamen ita ꝙ ipsum vnum esset substantia. Et similiter si omnia entia essent toni, esset quidē numerus entium, quia aliquorum subiectorum ipsi numero .i. {elementorum,} id est literarum. Et per consequens litera vocalis quæ est prima inter literas, cum sine ea cōsonantes sonum reddere non possint, essent vnum: similiter si omnia essent figuræ rectilineæ, numerus esset aliquorum subiectorum, scilicet figurarum, & vnum esset triangulus, quę est prima rectilinea figura. Omnes enim figuræ rectilineæ in triangulum resoluuntur. Et eadem ratio est in omnib. generibus. Si igitur ita est quòd in omnibus alijs generibus, scilicet passionibus, & qualitatibus, & quantitatibus, & in motu inueniatur numerus & vnum, & numerus, & vnum non sunt substātia eorum de quibus dicuntur, sed numerus dicitur de quibusdam substātijs, & similiter vnum requirat aliquod subiectum quod dicatur vnum, necesse est quòd similiter se habeat in substantijs, quia ens & vnum similiter prædicantur de omnibus. Manifestum est igitur quòd in quolibet genere est aliqua natura, de qua dicitur vnum, non tamen ita quòd ipsum vnum sit ipsa natura, sed quia dicitur de ea. Et sicut in coloribus cum dicimus vnum, quærimus aliquem colorem qui dicatur vnū, sic in substantia cum dicimus vnum, necesse est quærere aliquam substantiam, de qua dicatur ipsum vnum. Et hoc primo & principaliter dicitur de eo, quod est primum in substantijs. Quod inquiret inferius, & per consequens de alijs generibus &c. Deinde cum dicit.

Albedo est mensura colorum.

Nigredo est priuatio albedinis quo ad sensus.

Lect. 12. tex. com.29 & inde

B E S S. text. 8.

Quod autem idem quodam modo significet vnum et ens, patet etiam ex eo, quòd æqualiter sequitur prædicamenta, et in nullo est, nec in quid est, nec in quale, sed similiter se habet sicuti ens: et ex eo, quòd in prædicatione vnus homo non addit aliquid aliud quam homo, sicut nec ipsum esse præter quid est, aut quale, aut quantum, et vni esse, est vnicuique esse.

A N T. text. com.8 par.4

Quia vero idem significant aliqualiter vnum et ens, palam per assequi æqualiter categorias, et quia nō sunt in nulla una, ut neque in quid est, neque in quale, sed similiter se habet sicut ens. Et per hoc quod vnus homo non prædicat alterum aliquid ab homine, quemadmodum nec esse, præter quid, aut quale, aut quantum. Et vni esse, id quod vnicuique esse.

Quia eandem rationem dixerat de ente & de vno, ostendit quòd ens & vnum aliqualiter idem significant. Et dicit aliqualiter, quia ens & vnum sunt idem subiecto, differunt tantum sola ratione. Vnum enim addit indiuisionem supra ens. Dicitur enim vnum, ens indiuisibile vel indiuisum. Ostendit autem quòd significāt idem tribus rationibus, quarum prima est, quòd vnum consequitur omnia alia prædicamēta, & non est in aliquo vno prædicamento tantum, neque in substantia, neque in quantitate, neque in aliquo alio, sicut se habet & de ente. Secundo quia cum dicitur vnus homo non aliquam naturam aliam ab homine prædicat, sicut nec ipsum quod est ens prædicat aliam naturam à decem prædicamentis, quia si prædicaret aliam naturam, oporteret abire in infinitum, quia etiam illa natura dicitur vnum & ens. Et sic vnum vnicuique idem est. Et si ens de ens prædicaret aliam naturam, procederetur in infinitum. Si autem non, pari ratione standum fuit in primo. Tertia ratio est,

Vnū & ens significare idem probatur triplici ratione.

tio est, quia vnumquodque dicitur vnum inquantum est ens. Vnde per dissolutionem, res ad non esse rediguntur. Videtur autem in hac determinatione Philosophus sibi contrarius esse. Nam primo dixit, quòd vnum & ens non sunt substantia eorum de quibus dicuntur. Hic autem dicit, quòd vnum & ens non prædicant aliquam aliam naturam ab his de quibus dicuntur. Sciendum est igitur quòd substantia dicitur dupliciter. Vno modo suppositum in genere substantiæ, quod dicitur substantia prima & hypostasis, cuius proprie est subsistere. Alio modo quodquidest, quod etiam dicitur natura rei. Secundum ergo platonis opinionem, cùm vniuersalia essent res subsistentes significabant substantiam non solum secũdo modo, sed primo, Aristot. vero probat in 7. quòd vniuersalia non subsistunt. Vnde sequitur quòd vniuersalia non sunt substantiæ primo modo, sed secundo modo tantum. Propter quod dicitur in prædicamentis, quòd secundæ substantiæ quæ sunt genera & species, non significant hoc aliquid quod est substantia subsistens, sed {significant quale quid,} id est naturam quandam in genere substantiæ. Sic igitur Philosophus supra probauit, ꝙ vnum & ens non significant substantiam quæ est hoc aliquid, sed oportet quęrere aliquid quod sit vnum & ens. Sicut quæritur aliquid quod sit homo vel animal, vt Socrat. vel Pla. Postmodum vero ostendit quòd significant naturam eorum de quibus dicuntur, & non aliquid additum sicut accidentia. In hoc.n. differunt communia ab accidentibus, quamuis vtrisque sit commune non esse hoc aliquid, quia communia significant ipsam naturam suppositorum, non autem accidentia, sed aliquam naturam additam. Hoc autem non considerans Auicen. posuit quod vnum & ens sunt prædicata accidentalia, & quòd significant naturam additam supra ea de quibus dicuntur. Deceptus enim fuit ex æquiuocatione vnius. Quod quidem secundum quòd est principium numeri habens rationem mensuræ in genere quantitatis, significat quandam naturam additam his de quibus dicitur, cum sit in genere accidẽtis. Sed vnum quod conuertitur cum ente circuit omnia entia. Vnde non significat aliquam naturam determinatam ad aliquod genus. Similiter etiam deceptus est ex ęquiuocatione entis. Nam ens quod significat compositionem propositionis est prædicatum accidentale, quia compositio fit per intellectum secundum determinatum tempus. Esse autem in hoc tempore vel in illo, est accidentale prædicatum. Sed ens quod diuiditur per decem prædicamenta, significat ipsas naturas decem generum secundum quod sunt actu vel potentia.

Verũ vnum dicat naturã superadditã illi cui est vnum.

Text. c. 45. & inde

Contra Auicen.

LECTIO IIII.

Vnum & multa qua oppositionis specie opponantur de his item, quæ ad vnum & multa consequuntur, videlicet de eodem, & simili & æquali, quæ ad vnum, de diuerso, dissimili & inæquali modos exponit.

BESS. text. 9.

Opponuntur autem vnum & multa multis modis, quorum vno, vnum & multitudo, vt indiuisibile, et diuisibile, quod enim aut diuisum, aut diuisibile est, multitudo quædam dicitur, quod vero indiuisibile, aut non diuisum, vnum.

A N T. text. com. 9. par. 1.

Opponuntur autem vnum et multa secundum plures modos. Quorum vno vnum et multitudo, vt indiuisibile, et diuisibile. Quod quidem enim diuisum aut diuisibile, multitudo quædam dicitur, indiuisibile vero, aut non diuisum, vnum.

Sermo de vno per cõparationem ad multitudinem. Infra lc. seq. ptia.

Postquam Philosophus determinauit de vno secũdum se, hic determinat de vno per comparationem ad multitudinem, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de vno & multitudine, & de his quæ ad ea consequuntur. In secunda determinat de contrarietate, quæ inter vnum & multa inuenitur, eo ꝙ specialem difficultatem habeat consideratio eius. ibi {Quoniam autem differre contingit abinuicem.} Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quomodo vnum opponitur multitudini. In secunda determinat de his quæ consequuntur ad vnum & multitudinem. ibi {Est autem vnius.} Circa primum tria facit. Primo ostendit secundum quid accipienda sit oppositio quæ est inter vnum & multa dicens, quòd licet vnum & multa multis modis opponantur vt patet infra, eorum tamen vnus & principalior est secundum quòd vnum & multitudo opponuntur vt diuisibile & indiuisibile, quia hic oppositionis modus attenditur secundum propriam rationem vtriusque. Ratio.n. multitudinis consistit in hoc ꝙ est esse diuisa adinuicem, aut diuisibilia. Dicit autem diuisa propter ea quę actu à seinuicem separata sunt, & propter hoc multa dicuntur. Diuisibilia autem propter ea quæ non sunt actu separata, sed appropinquant separationi, sicut humida, vt aer, & aqua, & alia his similia, in quibus propter facilitatem diuisionis, multitudinem dicimus. Dicitur.n. multa aqua & multus aer. Ratio vero vnius cõsistit in hoc, ꝙ est esse indiuisibile, aut nõ esse diuisum. Dicitur enim & continuum vnum quia nõ est actu diuisum, licet sit diuisibile. Secundo ibi.

Infr. par. 4. Vnũ & multa principalius opponũtur, vt diuisibile & indiuisibile, & hoc dupliciter.

B E S S.

Cum autem oppositiones quatuor sint modis, et horum alius secundum priuationem dicatur, contraria erunt profectò, et neque vt contradictio, nec vt ea, quæ ad aliquid dicuntur.

A N T. part. 2

Quoniam ergo quatuor modis oppositiones dicuntur, et horum secundum priuationem dicitur alterum, contraria utique erunt, et neque ut contradictio, neque ut ad aliquid dicta.

Ostendit ad quod genus oppositionis prædictus modus oppositionis reducatur dicens, quòd cum quatuor sint oppositionis genera, quorum vnum est oppositio, quæ dicitur secundum priuationem, manifestum est quòd vnum & multa non opponuntur vt contradictio, neque ad aliquid, quæ sunt duo genera oppositionis, sed opponuntur vt cõtraria. Et quidem quòd non opponantur secundum contradictionem manifestum est, quia neutrum eorum verificatur de de non ente. Non ens enim neque vnum, neque multa est. Oporteret autem alteram partem cõtradictionis verificari tam de ente quam de non ente. Similiter etiam manifestum est, quòd non opponuntur vt ad aliquid dicta. Nam vnum & multitudo dicuntur absolute. Sed cum dixerit quòd vnum & multitudo opponuntur vt indiuisibile & diuisibile, quæ videntur opponi secundum priuationem & habitum, concludit tamen quòd vnum & multitudo opponuntur vt contraria. Oppositio enim quæ est secundum priuationem, & habitum, est principium oppositionis quæ est secundum contrarietatem, vt infra patebit. Alterum enim contrariorum semper est priuatio, sed non priuatio pura. Sic enim non participaret naturam generis, cũ contraria sint in eodem genere. Oportet igitur quod vtrunq; contrariorum sit natura quędam, licet alterum eorum participet naturam generis cum quodam defectu, sicut nigrum se habet ad album, vt supra dictum est. Quia igitur vnum non significat priuationem puram, non enim significat ipsam indiuisionem, sed ipsum ens indiuisum, manifestum est quòd vnum & multitudo non opponuntur secundum priuationem puram & habitum, sicut contraria. Tertio ibi.

Inducit vnũ & multa opponi cõtradictorie.

tex. com. 25

Dicitur

BESS.

Dicitur aũt ex contrario ipsum unum, & significatur ex diuisibili indiuisibile, quod magis multitudo, & indiuisibile sensibile est. Quare multitudo, ratione prior quam indiuisibile propter sensum est.

ANT. par. 3.

Dicitur autem ex contrario, & ostenditur ipsum unum ex diuisibili indiuisibile, propter magis sensibilem multitudinem esse, & diuisibile, quam indiuisibile. Quare ratione prior multitudo indiuisibili propter sensum.

Remouet tacitam quęstionem.

Respondet tacitę quæstioni. Quia enim dixerat quod unum se habet ad multitudinem ut diuisibile ad indiuisibile, indiuisibile autem uidetur priuatio esse diuisibilis, cum priuatio sit posterior habitum, & forma, uidetur sequi, quod unum sit posterius multitudine. cum tamen supra dixerit, quod unum est principium multitudinis, ex quo cognoscitur. Ad huius igitur obiectionis solutionem uidendam considerandum est, quod ea, quæ sunt priora secundum naturam & magis nota, sunt posteriora & minus nota quo ad nos, eo quod rerum notitiam per sensum accipiamus. Composita autem & confusa prius cadunt in sensu, ut dicitur in Primo Physi. Et inde est, quod composita prius cadunt in nostram cognitionem. Simpliciora autem quæ sunt priora & notiora secundum naturam, cadunt in cognitionem nostram per posterius. Inde est quod prima rerum principia non diffinimus nisi per negationes posteriorum, sicut dicimus quod punctum est, cuius pars non est, & Deũ cognoscimus per negationes, inquantum dicimus Deum incorporeum esse immobilem, infinitum. Sic igitur licet unum prius secundum naturam sit multitudine, tamen secundum cognitionem nostram diffinitur & nominatur ex priuatione diuisionis. Et propter hoc Philosophus dicit quod {ipsum unum dicitur,) idest nominatur, & ostenditur,) idest cognoscitur ex suo contrario, sicut indiuisibile ex diuisibili. Propter hoc quod multitudo est magis sensibilis quã unum, diuisibile magis quam indiuisibile. Vnde multitudo ratione prius est quam indiuisibile, non quidem secundum ordinem naturæ, sed propter sensum qui est principium nostræ cognitionis. Sed contra ea quæ hic Philosophus determinat, duplex dubitatio consurgit. Prima quidem circa hoc quod dicit, quod unum & multa opponũtur ut cõtraria. Hoc enim uidetur impossibile, quia unum cõstituit multitudinem. Vnum autem contrariorum non constituit aliud, sed magis destruit. Sciendum igitur est, ꝙ cum contraria differant secundum formam, ut infra dicetur, cum dicimus aliqua esse contraria, accipiendum est utrunque eorum secundum quod habet formam, non autem secundum quod est pars habentis formam. Corpus enim secundum quod absque anima accipitur ut formam habens, opponitur animali ut inanimatum animato. Secundum uero quod accipitur non quasi aliquod perfectum & formatum nõ opponitur animali, sed est pars materialis ipsius. Et sic etiam uidemus in numeris. Nam binarius secundum quod est quoddam totum, speciem & formam determinatam habẽs, est diuersum specie à ternario, si uero consideretur absque hoc quod sit perfectum per formam, est pars ternarij. Sic igitur & ipsum unũ secundum quod consideratur ut in se perfectum, & speciem quandam habens, opponitur multitudini, quia quod est unum, non est multa neque econtra. Prout uero consideratur, ut non completum secundum speciem & formam, sic non opponitur multitudini, sed est pars eius. Secunda autem dubitatio oritur circa hoc quod dicit, quod multitudo est prior ratione quam unum. Cum enim unum sit de ratione multitudinis, eo quod multitudo nõ est aliud quam aggregatio unitatum, si ipsum unum est posterius ratione quã multitudo, sequitur ꝙ in ratione unius & multitudinis, est quidam circulus, ita quod necesse sit per multitudinem intelligi unitatem, & econuerso. Circulus autem in rationibus rerum non suscipitur, quia esset idem eodem notius & minus notum, quod est impossibile. Dicendum igitur quod nihil prohibet aliquid esse prius & posterius in eodem, secundũ rationem secundum diuersa in eo considerata. In multitudine enim considerari potest, & quod multitudo est, & ipsa diuisio. Ratione igiť diuisionis prior est quam unum secundum rationem. Nam unum est, quod non diuiditur. Secundum autem quod est multitudo, posterius est uno secundum rationem, cum multitudo dicatur aggregatio unitatum. Diuisio autem quæ presupponitur ad rationẽ unius, secũdum quod conuertitur cum ente, non est diuisio quantitatis continuæ, quæ præintelligitur uni quod est principium numeri. Sed est diuisio quam causat contradictio, prout hoc ens, & illud, dicuntur diuisa ex eo quod hoc nõ est illud. Sic ergo primo in intellectu nostro cadit ens, & deinde diuisio, & post hoc unum quod diuisionem priuat, & ultimo multitudo quæ ex unitatibus constituitur. Nam licet ea, quæ sunt diuisa, multa sint, non habent tamen rationem multorum, nisi postquam huic & illi attribuitur, ꝙ sit unum. Quamuis etiam nihil prohiberet dici rationem multitudinis dependere ex uno, secũdum quod est mensurata per unum, quod iam ad rationem numeri pertinet. Deinde cum dicit.

teх.c.3.4. & 5.

Vnũ est naturâ prius multitudine, secus quo ad nos.

tex.c 25. & 26.

Quomodo contrarium possit cadere in cõpositionem alterius.

Quomodo aliquid sit altero prius & econtra ratione.

BESS. tex.10.

Item unius quidem est (quemadmodum & in diuisione contrariorum descripsimus) idem, simile, & æquale. Multitudinis uero, diuersum, dissimile, & inæquale est.

ANT. tex.c.10. par 4.

Est autem unius quidem, (sicut & in diuisione contrariorum descripsimus) idem, & simile, & æquale. Pluralitatis uero, diuersum & dissimile, & inæquale.

Vnius ac multitudinis partes, quæ. Lect.9 & 10.

Determinat de his, quæ causantur ex uno & multo, & circa hoc duo facit. Primo ponit ea quæ consequuntur unum & multa dicens, quod sicut superius in Quinto dictum est, ubi diuisit siue distinxit quot modis dicantur contraria, ad unum consequitur idẽ & simile & æquale.

Nam idem est unum in substantia, simile unum in qualitate æquale uero unum in quantitate. Ad pluralitatem uero pertinent contraria horum, scilicet dissimile & inæquale. Nam diuersa sunt quorum non non est substantia una, & dissimilia quę non habent qualitatem unam, & inæqualia quæ non habent unã quantitatem.

Deinde cum dicit.

BESS.

Cum autem idem multipliciter dicatur, uno quidem modo secundum numerum, quod quandoque dicimus ipsum, hoc uero si ratione & numero unum sit, utputa tu tibyipsi & forma & materia unum. Item si primæ substantiæ ratio una sit, ut æquales lineæ rectę, eædem, & æqualia & æqualium angulorum quadrata, tam etsi plura sint, æqualitas tamen in eis est unitas.

ANT. par 5

Dicto uero eodẽ multipliciter, uno quidem modo secundum numerum, quod dicimus aliquando ipsum. Hoc autem si ratione & numero unum sũt, ut tu tibyipsi et specie & materia unum. Amplius autem si ratio primæ substantiæ una fuerit, ut æquales lineæ rectæ eadẽ & æqualia, & isagonia, & etiam plura. Sed in his ęqualitas unitas.

Tractat de partib. uni⁹ & primo de identitatẽ, quæ est triplex

Ostendit quot modis dicantur prædicta, & circa hoc duo facit. Primo distinguit modos eorum, quæ

consequuntur ad unum. Secundo distinguit modos eorum quæ consequuntur pluralitatem. ibi. (Quare palam quòd diuersum & dissimile.) Circa primū duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur idem. Secundo quot modis dicitur simile. ibi (Similia uero, & si non sunt &c. Aequale uero non distinguit, quia non dicitur multipliciter, nisi forte secundum diuersas species quantitatis. Ponit ergo tres modos quibus dicitur idem: cum enim idem sit unum in substantia substantia autē dupliciter dicatur, scilicet ipsum suppositum, & natura siue species, tripliciter dicitur idē. Vel secundum suppositum solum, ut hoc album, hoc album, hoc musicum, si Soc. sit albus uel musicus, uel solum per naturam suppositi siue ratione uel speciē eius, sicut Socra. & Pla. sunt idem humanitate. Vel secundum utrunque, sicut Soc. est idem Soc. Hoc igitur tres modos Philosophus assignans dicit, quod cū idem multipliciter dicatur. (Vno modo dicitur idē secundum numerum, quod aliquando dicimus ipsum, sicut si dicamus, Soc. est homo, & ipsum est albū. Cum.n. hoc pronomē ipsum sit relatiuū relatiuū autem idem suppositum referat, ubicunque ponitur hoc quod dico ipsum, designat quod sit idem suppositum numero. Alio modo dicitur idem si fuerit unū, non solum unitate suppositi, ut hoc lignum, & hoc album, sed simul ratione & numero, ut tu tibi ipsi es idem & specie & materia ut materia referatur ad suppositum quæ est indiuiduationis principium, & species pro natura suppositi accipiatur. Tertio modo dicitur idem quando (ratio primæ substantiæ,) idest suppositi est una, licet suppositum non sit unum. Et hoc est idem specie uel genere, sed non numero. Ponit autem exemplum in quantitatib. secundum opinionem eorum, qui ponebant quantitates esse substātias rerum, secundum quam quidem opinionem plures lineę rectę sūt sicut plura supposita in genere substantiæ, mensura autem lineæ est sicut species eius. Vnde multæ lineæ rectæ æquales, sunt unum secundum hanc positionem, sicut diuersa supposita sunt unum quæ communicant in una ratione speciei. Et quia mathematici utūtur lineis in abstractione, apud eos plures lineæ æquales rectæ accipiuntur ut unū. Et similiter plura (tetragona, scilicet figuræ quatuor angulorum quæ sunt æqualia quantitate, & sunt isagona (idest equalium angulorum, accipiuntur ut idem. Et æqualitas in eis est quasi unitas secundum rationem speciei.

Deinde cum dicit.

BESS. *Similia vero si eum non sint eadem simpliciter, nec secundum substantiam subiectam indifferentia, secundum formam eadem sint, quemadmodum maius quadratum, minori simile est. & lineæ inæquales. hæ enim similes quidem, re. una non eędem simpliciter sunt. Quædam vero, si cum eandem formam habeant, in quibus magis & minus fit, neque magis, neque minus sit. Quædam autem, si eadem & vna specie passio sit. vt valde album & minus, similia esse aiunt, quia vna species eorum est. Quædam vero si plura habet eadem quàm diuersa, aut simpliciter, aut quæ in promptu sunt, ut stannum argēto quam auro, aut uero ign. prout flauus, & rufus est.*

ANT. Tex. co. 11. par. 6. *Similia uero, si non eadem, simpliciter entia, nec secundum substantiam indifferentia subiectam, sed si secundum speciem eadem sint. Vt maius tetragonum, minori simile, & inæquales rectę. Hæ nanque similes quidem eadem uero simpliciter non. Alia si eandem speciem habentia in quibus maius, & minus sit, nec maius sit, nec minus. Alia si sit eadem passio, & una specie, ut album ualde, & minus similia dicuntur esse, quia una species ipsorum. Alia si plura habent eadem quā altera, aut simpliciter, aut quæ in promptu, ut stannum argento, vel auro ignis, aut rubicundum & rufum.*

Ostendit quot modis dicitur simile, & ponit quatuor modos, quorum primus respondet tertio modo eius, quod dicitur idem. Quia enim idem est unū in substantia, simile uero unum in qualitate, oportet illud secundum quod dicitur simile se habere ad id, secundum quod dicitur idem, sicut se habet qualitas ab substantiam. Et quia usus est qualitate quasi unitate in substantia, utitur figura, & proportione quasi qualitate. Attendendū est, quod cū qualitas, & q̄titas fundentur in substantia: ubi est unitas substantiæ, sequitur quod sit unitas quantitatis & qualitatis, non tamen unitas nominatur a quantitate & qualitate, sed à principaliori, scilicet substantia. Et ideo ubi est unitas substantiæ, non dicitur similitudo uel æqualitas sed Identitas tātum. Ad similitudinem ergo uel equalitatem requiritur diuersitas substantiæ. Et propter hoc dicit quod similia dicuntur aliqua, licet non sint simpliciter eadem secundum speciem substantiæ, & si non sint etiam indifferentia secundum substantiam subiectam quę dicitur suppositum, sed sunt eadem secundum speciem aliquo modo sicut maius tetragonum dicitur esse simile minori tetragono, quando, scilicet anguli unius sunt æquales angulis alterius, & latera æquales angulos continentia sunt proportionalia. Sic igitur patet quod hæc similitudo attenditur secundum unitatem figuræ & proportionis. Et similiter multę rectę lineę inęquales non sunt eadem simpliciter, licet sint similes.

Potest autem & hic considerari quando est unitas secundum rationem perfectam speciei, dicitur identitas, quando autem est unitas, non secundum totam rationem speciei, dicitur similitudo. Vt si quis dicat quod ea quę sunt unum genere, sunt similia, ea uero quæ sunt unum specie, sunt eadem, ut uidentur innuere exempla posita. Nam lineas rectas æquales, & tetragona æqualia dixit habere identitatem adinuicem, tetragona autem inæqualia, & rectas lineas inæquales habere similitudinem. Secundus modus est si aliqua conueniūt in una forma quæ nata sit suscipere magis, & minus, & tamen participent illam formam sine magis, & minus sicut albedo recipit intensionem, & remissionem. Vnde si aliqua sunt alba æqualiter sine magis & minus, dicuntur similia. Tertius modus est quando aliqua conueniunt in una forma aut passione, etiam sm magis & minus, sicut magis album & minus album dicuntur similia, quia est una species, idest qualitas ipsorum. Quartus modus est secundum quod aliqua dicuntur similia, non propter unam qualitatem tantum, sed consideratione multorum, ut dicantur illa esse similia quæ in pluribus conueniunt quàm differant, uel simpliciter, uel quantum ad ea quæ in promptu apparent. Sicut stannum argento dicitur simile, quia in multis conuenit. Et similiter ignis auro, & crocus rubeo.

Deinde cum dicit.

BESS. *Quare manifestū est, quod diuersum & dissimile multipliciter dicuntur. Aliudque & idem opposite. Vnde omne ad omne, aut idem, aut aliud est, hoc uero nisi sit & materia, & ratio una (quare tu & propinquus diuersum) : tertium autem sicut illa, quę in mathematicis sunt. Diuersum igitur aut idē ideo omne ad omne dicitur, quòd quęque unum & ens dicuntur, non est enim contradictio ipsius eiusdem. Quare non dicitur de non entibus (at nō idem dicitur, sed de omnibus entib. aut enim unum, aut*

non

Simile dicitur quatuor modis.

non unum natura aptum ens, & unum esse. Diuersum igitur & idem ita opponuntur.

A N T. par. 7

Quare palam quod diuersum, & dissimile multipliciter dicitur. Et hoc quidem aliud opposite, & idem. Propter quod omne, ad omne, aut idem aut aliud. Hoc autem si non, & materia & ratio est una. Quapropter, & tu, & propinquus diuersus. Tertium autem ut quæ in mathematicis. Diuersum quidem igitur aut idem propter hoc omne ad omne dicitur, quæcunque dicunt, & unum & ens. Non enim contradictio est ipsius eiusdem. Quapropter non dicitur in non entibus. Non idem autem dicitur. In entibus uero omnibus dicitur. Aut enim unum, aut non unum, aptum natum, & ens & unum. Diuersum igitur, & idem ita opponitur.

par. seq. Determinat de partibus multitudinis. & primo de diuerso, & dissimile, quæ totiens dicuntur quotiens idem & simile capitulo primo.

Prosequitur de illis quæ consequuntur ad pluralitatem, & primo de dissimili & de diuerso. Secundo de differenti. ibi (Differentia vero & diuersitas &c.) Dicit ergo primo quòd quia idem & diuersum opponuntur, & simile & dissimile: idem autem & simile multipliciter dicuntur, manifestum est quòd diuersum & dissimile multipliciter dicentur, quia, s. quando vnum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum, vt dicitur in Primo Topicorum. Omissa autem multiplicitate dissimilis quia facile apparet qualiter modi eius accipiantur per oppositum ad modos similis, ponit tres modos eius quod est diuersum. Quorum primus est quòd diuersum dicitur oē quod est aliud per oppositum ad idem. Sicut enim idem dicebatur omne quod est ipsum, quod est relatiuum identitatis, ita diuersum dicitur esse quod est aliud. quod est relatiuum diuersitas. Et propter hoc vnum quodque ad aliud comparatum, aut est idem aut diuersum. Alius modus est quando non est vna materia & vna rō, sicut tu & propinquus tibi, diuersi estis. Tertius autem modus est, sicut in mathematicis, vt si dicantur lineæ inæquales diuersæ. Et quia dixerat ꝙ omne ad omne est idem aut diuersum, nè quis crederet hoc esse verum, tam in entibus quàm in non entibus, remouet hoc dicens. Diuersum aut idem dicitur omne ad omne in his quę dicuntur vnum & ens, non autem in non entibus. Idem enim & diuersum non opponuntur vt contradictoria, quorum alterū necesse est verum esse de quolibet ente, aut non ente, sed opponuntur vt contraria, quæ non verificantur, nisi de ente. Et ideo diuersum non dicitur de non entibus. Sed non idem, quod contradictorie opponitur eidem, dicitur etiam de non entibus. Sed in omnib. entibus dicitur idem aut diuersum. Omne enim qđ est ens & vnum in se, comparatum alteri, aut est vnū ei, & sic est idem, aut non vnum, aptum natum esse vnum, & sic est diuersum. Sic igitur diuersum & idē opponuntur. Siquis autem obijciat quòd diuersum & idem non sunt in omnibus entibus, cum idem sequatur vnitatem substantię, diuersitas autem substantiæ pluralitatem, dicendum est, quod quia substantia radix est aliorum generum, illud quod est substantię, transfertur ad omnia alia genera, sicut de eo quod quid est Philosophus dixit supra in Septimo.

Omne ens omni enti, aut idē est aut diuersum.

Differentia inter diuersum & non idem.

Idem & diuersum ꝓprie sunt in substantia, transumptiue autē in oībus generibus.

Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 12.

Differentia uero, & diuersitas aliud est, diuersum nanque, & illud, à quo diuersum, omne etenim quodcunque sit ens, aut idem, aut diuersum est: differens uero ab aliquo, aliquo differens est. Quare necesse est aliquid idem esse. quo differunt, hoc uero idem, aut genus, aut species est: omne nanque differens, aut genere, aut specie differt, genere quidem quorum non est communis materia, neque mutua generatio, utputa, quorum alia prædicationis figura est, specie uero, quorum idem genus, dicitur autem genus, quod (ambo quæ differunt) secundum substantiam idem dicuntur. Contraria uero, differentia. & contrarietas quædam differentia est.

text. 13.

A N T. Tex. co. 12. par. 8.

Differentia uero, & diuersitas aliud. Diuersum enim à quo est diuersum non necesse aliquo esse diuersum. Omne nanque diuersum aut idem quodcunque est ens. Differens uero ab aliquo differens. Quare necesse ipsum, idem aliquid esse. quo differunt. hoc autem ipsum idem genus aut species. Omne nāque differēs, differt aut genere, aut specie. Genere quidem, quorum non est communis materia, nec generatio adinuicem, quorumcunque alia figura categoriæ. Specie uero, quorum idem est genus. Dicitur autem genus, secundum quod ambo idem dicuntur, secundum substantiam differentia. Contraria uero differentia sunt, & contrarietas differentia quædā.

text. co. 13. Tractat de differente qđ est pars multitudinis.

Ostendit in quo differat differentia & diuersitas dicens, quòd aliud est differentia, aliud diuersitas. Duo enim quorum vnum est diuersum ab altero non est necesse per aliquid esse diuersa. Possunt enim esse diuersa seipsis. Et hoc ex prædictis patet, quia quodcunque ens alteri comparatum, aut est diuersum, aut est idem. Sed quod est differens ab aliquo, oportet quòd per aliquid sit differens. Vnde necesse est, vt id quo differentia differunt, sit aliquid idem in illis quæ non sic differunt. Hoc autem quod est idem in pluribus, vel est genus, vel est species. Vnde omne differens, differt aut genere aut specie. Genere quidem differunt, quorum non est communis materia. Dictum est enim supra in Octauo quòd licet materia non sit genus, tamen ab eo quod est materiale in re, sumitur ratio generis. Sicut natura sensibilis est materialis in homine respectu rationis. Et ideo illud quod non cōmunicat in natura sensibili cum homine, est alterius generis. Et quia ea quæ non communicant in materia, non generantur adinuicem, sequitur ea genere esse diuersa, quorum non est generatio adinuicem. Quod etiam necesse fuit addere propter ea quæ non habent materiam, sicut accidentia sunt. Vt sint genere diuersa quæcunque sunt in diuersis prædicamentis, vt linea & albedo, quorum vnum non fit ex alio. Specie vero differentia dicuntur, quorum est idem genus, & secundum formam differunt. Dicitur autē genus quod prædicatur de duobus specie differentibus, sicut de homine & de equo. Contraria autem differunt, & contrarietas est differentia quædam.

Quomodo distinguantur diuersum & differens.

text. co. 6

Deinde cum dicit.

B E S S.

Quod autē recte supponimus ex inductione patet, cū sta enim differre uidentur, & non solum diuersa esse, sed quædam secundum genus diuersa, quædam in eadem prædicationis ordinatione. Quare, & quæ eadem specie, in eodem genere sunt, determinatum autem in alijs est, quæ eadem, aut diuersa genere sunt.

A N T. par. 9

Quod autem hæc bene supponimus, palam ex inductione. Omnia enim differentia, uidentur eadem, & non solum diuersa entia. Sed hæc quidem genere diuersa, hæc autem in eadem coelementatione categoriæ, quare in eodem genere, & in eadem specie. Determinatum autem est in alijs, quæ sunt genere eadem, & quæ diuersa.

Probat per inductionem quod dixerat de ratione differentiæ, quia omnia differentia videntur esse talia, scilicet quòd non solum sint diuersa, sed aliquo modo diuersa, sicut hæc quidem diuersa sunt genere. Hæc autem sunt in eodem prædicamento, & in eodem genere, sed differunt specie, & quædam sunt eadem specie. Quæ aut sunt genere eadem aut diuersa, determinatum est in aliis, idest in Quinto huius.

Quod dixerat de differētia, inductiue declarat. & lect. 11.

LECTIO VI.

Quod nam sit contrarietas, quod videlicet est maxima & per fecta differentia, quoi item contraria, ostendit.

BESS. Hinc sumi-solet diffinitio contrariorum.

CVm autem contingit inuicem differre, quę differunt, & plus & minus, est etiam quędam maxima differentia.

ANT. par. 1

Quoniam autem differre contingit abinuicem differentia plus & minus, est aliqua maxima differentia.

Tractat de contrarietate quæ est species differentiæ

Postquam Philosoph. determinauit de vno & multo, & de his quæ ad ea consequuntur, quorum vnum est contrarietas, quæ est differentia quædam, ut dictũ est, hic determinat de contrarietate, quia eius consideratio specialem habet difficultatem. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quòd contrarietas est differentia maxima. In secunda inquirit, vtrũ contraria differant genere, aut specie. ibi § Diuersum autem specie ab aliquo &c. § Prima diuiditur in duas. In prima determinat de contrarijs. In secũda de medijs. ibi (Quoniam vero cõtrariorum conuenit &c.) Prima diuiditur in duas. In prima ostendit naturam contrarietatis. In secunda mouet quasdam dubitationes circa prædeterminata. ibi § Quoniam autem vnũ vni contrarium est.) Prima diuiditur in duas partes. In prima ostendit quid sit contrarietas. In secunda determinat de contrarietate per comparationem ad alias species oppositionis. ibi (Prima vero contrarietas &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit diffinitionem contrarietatis. Secundo ad diffinitionem assignatam reducit omnes alias diffinitiones, quæ de contrarijs assignantur. ibi (Necesse est alios terminos, &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit diffinitionem contrarietatis. Secundo ex diffinitione assignata quædam corollaria concludit. ibi § At vero maximum in vnoquoque genere &c.) Circa primum duo facit. Primo ostendit aliquam esse differentiam maximam hoc modo. In quibuscunque est inuenire magis & minus, est inuenire maximum, cum non sit procedere in infinitum, sed contingit differre aliquid ab altero magis & minus: ergo & contingit aliqua duo maxime differre. Et ita est aliqua differentia maxima. Secundo ibi.

Inf. le. 7.
Lect. seq.
Inf. par. 6
par. 3. Datur maxima diãa Vbi magis & minus & maximum.

BESS.

Et hanc dico contrarietatem. Quod autem maxima differentia est, manifestum est ex inductione. Quę enim genere differunt non habent ad se mutuo viam, sed plus distant, & non conueniunt. illis vero, quæ specie differunt, generationes ex contrarijs tanquam ex vltimis sunt. distantia vero vltimorum, maxima est, quę etiam contrariorum.

ANT. par. 2.

Et hanc dico contrarietatem. Quia vero maxima est differentia, palam ex inductione. Genere nanque differentia, non habent viam in inuicem, sed distant magis, & incomparabiliter. Differentibus vero specie, generationes ex contrariis sunt, vt vltimis. Vltimorum vero distantia, maxima est. Quare et quæ contrariorũ.

Contrarietatẽ esse maximã diãam Probatur in ductione.

Ostendit quòd contrarietas sit maxima differentia per inductionem. Quæcunque enim differunt, aut differunt genere, aut differunt specie. Illa autem, quæ differunt genere, non sunt comparabilia adinuicem, sed magis distant quam possit in eis accipi magis, & minus differre. Hoc enim accipitur in illis quorũ est transmutatio inuicem. Intelligitur enim processus, quidã & via transmutationis de vno in aliud per hoc primo q magis differunt, & postea minus, & sic quousque vnum transmutatur in alterum. In illis autem quæ differunt genere, non est accipere huiusmodi viam transmutationis vnius in alterum. Vnde in eis non est accipere magis & minus differre, & per consequens nec maxime differre, & sic in differentibus genere non est maxima differentia. In illis vero quæ differunt specie, oportet maximam differentiam esse inter contraria, quia generationes mutuæ sunt ex cõtrarijs sicut ex vltimis. Generatur quidem medium ex extremo, aut econuerso, aut etiam medium ex medio, vt pallidum ex nigro vel ex rubeo, non tamẽ huiusmodi generationes sunt ex duobus quasi vltimis. Cum enim in generatione, ex nigro procedit pallidum, adhuc vlterius potest procedere ad aliquid magis differens. Sed cum iam peruenerit ad album, non potest vlterius procedere ad aliquid magis differens a nigro. Et sic ibi est status sicut in vltimo. Et propter hoc dicit quòd generationes fiunt ex contrarijs sicut ex vltimis. Sed manifestum est, quòd distantia vltimorum semper est maxima. Relinquitur ergo, quòd inter ea quæ differunt specie, maxime differũt contraria. Cum autem ostenderimus quòd ea quæ differunt genere non dicuntur maxime differre, & tamen est aliqua maxima differentia, sequitur q contrarietas non sit aliud quam maxima differentia.

Deinde cum dicit.

BESS. Maximum quid. Perfectum quid.

Atqui quod maximum est in quoque genere perfectum est: etenim maximum est, cuius non est excessus. Perfectum uero, extra quod non est possibile aliquid habere. Finem nanque habet perfecta differentia. Quemadmodum cætera perfecta dicuntur, eo quod habeant finem, extra finem autem nihil est, vltimum enim in re omni est, & continet, quare nihil extra finem est, nec indiget aliquo, quod perfectum est. Quod igitur contrarietas est differentia perfecta, ex his patet. Cum autem multipliciter dicantur contraria, ita perfectum sequitur, sicuti eis inest esse contrarijs.

text. co. 14

ANT. par. 3. Perfectum quid. Finis.

At uero maximum in unoquoque genere perfectum. Maximum enim cuius non est excessus. Et perfectum cuius non est adhuc extra sumere aliquid possibile. Finem, enim habet perfecta differentia. Sicut & alia eo quod finem habeant dicuntur perfecta. Nihil autem extra finem. Vltimum autem in omni, & continet. Propter quod nihil extra finem, nec eget aliquo quod perfectum. Quod quidem igitur contrarietas est differentia perfecta, ex his palam. Multipliciter autem dictis contrarijs, sequetur quòd perfecte, ita sicut utriq. quod est contrarijs esse extiterit ipsis.

text. co. 14

Primũ corollarium q cõtrarietas est perfecta differentia. Maximum quid. Perfectum quid. Finis quid.

Inducit duo corollaria ex præmissis, quorum primum est quòd contrarietas sit perfecta differentia. Quod sic probatur. Maximum in vnoquoque genere est idem quod perfectum est. Quod patet ex hoc, quòd maximum est quod non exceditur, & perfectũ est, extra quod non potest aliquid sumi. Et sic eadem videtur esse differentia maximi & perfecti. Et quòd perfectum sit extra quod non potest aliquid sumi, patet quia omnia dicuntur perfecta, eo quod deueniunt ad finem. Extra finem autem nihil est, quia finis est id quod est vltimum in omni re, & quod continet rem. Vnde nihil est extra finem. Nec id quod perfectum est, indiget aliquo exteriori, sed totum cõtinetur sub sua perfectione. Et sic patet quòd perfecta differentia est quæ peruenit ad finem. Et sic cum contrarietas sit maxima differentia, ut probatum est sequitur quod sit differentia perfecta. Sed quia contraria dicuntur multipliciter, ut postmodum dicetur, non omnia contraria dicuntur perfecte differentia. Sed ita consequitur quælibet contraria perfecte differre, sicut competit eis esse contraria, quibusdam, scilicet primo, & quibusdam secundario.

text. co. 15

His

BESS. *His autem existentibus, patet quod non contingit uni plura contraria esse, nec enim ultimo ulterius aliquid erit, nec unius distantia, plura quàm duo ultima.*

ANT. par.4. *His enim entibus, palam quod non contingit uni plura contraria esse. Nec enim ultimo ulterius. Et erit utique aliquid. Nec distantiæ unius, plura sunt quam duo ultima.*

Non côuenit plura uni esse côtraria.

Secundum corollarium ponit dicens, quod cû prædicta sint uera, manifestum est quod non conuenit plura esse contraria uni. Quod quidem probat dupliciter. Primo quia contrarietas est maxima & perfecta differentia quasi ultimorum. Vnius autem distantiæ nô possunt esse plura ultima quam duo. Sicut uidemus quod unius factæ lineæ sunt duo puncta extrema. Nec iterum ultimo est aliquid ulterius. Vnde impossibile est si contrarietas est una distantia, quod uni contrariorum contrarientur aliqua duo quasi ultima. Nec quod unum contrarietur magis, & alterû minus, quia id quod contrariaretur minus, non esset ultimum, sed aliquid haberet ulterius.

BESS. *Et omnino si contrarietas differentia est, differentia uero duorum est, ergo, & ipsa perfecta.*

ANT. par.5. *Totaliter autem si est contrarietas differentia. Differentia uero duorum. Quare, & perfecta.*

Probat idem alio modo dicens, quod contrarietas est differentia quædam. Omnis autem differentia est aliquorum duorum. Vnde & perfecta differentia est duorum. Et sic nonnisi uni tantum est contrariu.

Deinde cum dicit.

BESS. *Necesse autem alias contrariorum definitiones ueras esse. Etenim plurimum differt perfecta differentia. Nanque non esse aliquid sumendum extra ea, quæ, & genere differunt, & specie, ostensum est, quia ad ea, quæ extra genus sunt, non est differentia: horum autem hæc maxima est. Et quæ in eodem genere plurimum differunt, contraria sunt. Maxima enim horum differentia est, quę perfecta est. Et quæ in eodem susceptiuo plurimum differunt, contraria sunt. Materia enim eadem contrarijs. Et quæ sub eadem potentia plurimum differunt. Etenim scientia circa unum eorum genus, una, in quib. perfecta differêtia maxima est.*

ANT. par.6. *Necesse autem, & alios terminos esse ueros contrariorum. Etenim plurimum differt perfecta differentia. Genere autem differentibus non est magis extra accipere, his quæ specie. Ostensum enim, quia ad ea, quæ sunt extra genus non est differentia. Horum autem hęc maxima. Et in eodem genere plurimum differentia contraria. Maxima nanque differentia horum quę perfecta. Et quæ in eodem susceptiuo plurimum differentia. Eadem enim est materia contrarijs. Et quæ sub eadem potentia plurimum differentia. Etenim scientia circa unum genus, quæ una, in quibus perfecta differentia maxima.*

Quatuor diffinitiones datas ab aliis de contrarietate reducit ad prædictam.

Ostendit, quod omnes diffinitiones de contrarijs datæ secundum prædictam diffinitionem contrarietatis uerificantur. Et ponit (quatuor terminos,) id est diffinitiones contrariorum ab alijs assignatas, quarum prima est, quod contraria sunt quæ plurimum differunt. Hoc enim uerificat secundum prædicta, cû contrarietas sit perfecta differentia, quæ facit plurimum differre. Manifestum est enim ex prædictis, quod in his, quę differunt genere non est accipere quid magis differens his, quæ differunt specie, quia ad ea, quæ sunt extra genus, non est differentia, ut dictum est, eorum uero, quæ differunt specie, maxima differentia est contrariorũ. Et sic sequitur quòd contraria sunt quę plurimum differunt. Secunda diffinitio est, quòd contraria sunt quę plurimum differunt in eodem genere. Quæ etiam uerificatur secundum prædicta, quia contrarietas est perfecta differentia. Maxima autem differentia eorum quæ sunt in eodem genere est perfecta differentia. Vnde relinquitur quod contraria sunt quæ plurimum differunt in eodem genere. Tertia diffinitio est quod contraria sunt quæ plurimum differunt in eodem susceptibili. Quod etiam uerificatur ex prædictis, quia eadem est materia contrariorum, cum ex inuicem generentur. Quarta diffinitio est, quod contraria sunt, quæ plurimum differunt (sub eadem potentia,) idest arte uel scientia. Nam scientia est potentia rationalis, ut in Nono dictum est. Et hæc etiam diffinitio ex prædictis uerificatur, quia una scientia est circa unum genus. Cum igitur contraria sint in eodê genere, oportet quod sint sub eadem potentia siue scientia. Et quia contrarietas est perfecta differentia in eodem genere, oportet quod contraria plurimum differant eorum quæ sunt sub eadem scientia.

Text. c.3. Lect.2

LECTIO VI.

Habitum, & priuationem, communem esse omnium côtrariorum, rationem, & quomodocunque oppositorum radicem.

BESS. Tex. t.5. *Prima uero contrarietas habitus, & priuatio est, non tamen omnis priuatio (multipliciter enim priuatio dicitur) sed quęcunque perfecta sit.*

ANT. Tex. co. 5. par.1 *Prima uero contrarietas, habitus & priuatio est. Sed non omnis priuatio. Multipliciter enim priuatio. Sed quæcunque perfecta fuerit.*

Postquam Philosophus diffiniuit contrarietatê, hic comparat ipsam ad alias species oppositionis, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit, scilicet quod contrarietatis principium est oppositio priuationis, & habitus. Secundo manifestat, quod sub posuerat. ibi (Si ergo opponuntur &c.) Circa primum duo facit. Primo enim proponit quod principium côtrarietatis est priuatio & habitus dicens, quod prima contrarietas est priuatio & habitus quia scilicet in omni contrarietate priuatio & habitus includitur. Sed ne aliquis crederet quod idem esset oppositi secundum priuationem & habitum & secundum contrarietatem, subiungitur quod non omnis priuatio sit contrarium, quia priuatio sicut in superiorib. habitum est, multipliciter dicitur. Aliquando enim quocunque modo, si non habeat quod natum est haberi dicitur esse priuatio. Sed talis priuatio non est contrarium, quia talis priuatio non ponit aliquã naturam oppositam habitui, licet supponat subiectum determinatum. Sed priuatio dicitur esse contrarium, quæcunque fuerit perfecta priuatio. Cum autê priuatio secundum id quod est non recipiat magis & minus, non potest dici perfecta priuatio nisi ratio ne alicuius naturæ, quę perfectam distantiam habeat ad habitum. Sicut non omnis priuatio albi est contraria albo, sed priuatio magis distans ab albo, quam oportet fundari in aliqua natura eiusdem generis, maxime distante ab albo. Et secundum hoc dicimus quod nigrum est contrarium albo.

Inf. par.3 Principium contrarietatis est habitus & priuatio.

Lib. 5. r. de priuatione.

Deinde cum dicit.

BESS. *Cætera uero contraria secundum hæc dicentur, quædam eo quod habeant, quędam eo quod faciant, aut factiua sint, quędam eo quod accipiant, abijciant hæc, aut alia contraria.*

ANT. par. 2. *Alia autem contraria secundum hoc dicentur. Hoc quidem per habere, alia uero per facere aut facta esse. Alia autem per acceptiones esse, & abiectiones horum, aut aliorum contrariorum.*

Ex prædicta prima contrarietate, omnis alia deriuatur.

Secundo ostendit qualiter ab ista prima contrarietate, alia contraria deriuentur dicens, quod alia contraria(dicuntur secundum hoc,) scilicet secundū priuationem & habitum diuersimode. Quædam.n. dicuntur contraria in eo quod habent in se inclusam priuationem & habitum, sicut album & nigrum & calidum, & frigidum. Alia per hoc quod actu faciunt priuationem, & habitum, sicut sunt calefaciēs & infrigidans. Aut per hoc quod sunt uirtute actiua priuationis & habitus, sicut calefactiuum & infrigidatiuum. Alia uero per hoc quod sunt acceptiones dictorum, sicut calefieri, & infrigidari. Aut per hoc quod sunt abiectiones eorum, sicut corruptio caliditatis, & frigiditatis. Et non solum aliqua dicuntur contraria per hoc, quod dicunt dictas habitudines ad prima contraria, sed etiam per hoc, quod habent habitudines easdem ad contraria sequentia. Sicut si dicamus quod ignis, & aqua sunt contraria, quia habent calidum, & frigidum, quæ etiam dicebantur contraria per hoc quod includunt priuationem, & habitum.

Deinde cum dicit.

BESS. *Si opponitur itaque contradictio, priuatio, contrarietas, & ad aliquid, horum autem primum contradictio, contradictionis uero nihil medium est, contrariorum autem contingit, patet quod non idem est contradictio, & contraria.*

ANT. par. 3. Contradictio maxima oppositio, & non habet mediū, contrarietas autē habet. Inf. par. 7. Spēs oppositionis. Prima species oppositionis est cōtradictio. Differt contrarietas à cōtradictione per habere & nō habere mediū. tex. co. 8.

Si ergo opponuntur contradictio, & priuatio, & contrarietas, & ad aliquid. Horum autem primum contradictio. Contradictionis autem nihil est medium. Contrariorum autem contingit. Quod quidem non idem contradictio & contraria, palam.

Manifestat quod supposuerat, scilicet quod prima contrarietas est priuatio & habitus, & hoc dupliciter. Primo per syllogismum. Secundo per inductionem, ibi[Palam autem, & per inductionem &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit quod contrarietas non est contradictio dicens, quod cum qua tuor modis aliqua alicui opponantur. Vno modo ut contradictio, sicut sedens non sedenti. Alio modo ut priuatio, sicut cæcus uidenti. Tertio modo ut contrarietas, sicut nigrum albo. Quarto modo ad aliquid, sicut filius patri. Inter ista quatuor genera oppositionis primum est contradictio. Cuius ratio est, quia cō tradictio includitur in omnibus aliis tanquam prius, & simplicius. Opposita enim secundum quodcunque oppositionis genus impossibile est simul existere. Quod quidem contingit ex hoc, quod alterum oppositorum de sui ratione habet negationem alterius. Sicut de ratione cæci est quod sit non uidens. Et de ratione nigri, quod non sit album. Et similiter de ratione filij est quod non sit pater eius cuius est filius. Manifestum est autem quod in contradictione non est aliquod medium. Necesse est enim aut affirmare aut negare, ut supra in quarto manifestum fuit. Contrariorum autem conuenit esse medium. Et sic manifestum est quod contrarietas, & contradictio non sunt idem. Deinde cum dicit.

BESS. *Priuatio uero, quædam contradictio est, aut enim, quod omnino impossibile est habere, aut quod, cum natura aptum habere sit, non habeat priuatum est, aut totaliter, aut modo quodam determinatum. multipliciter enim hoc, ut in alijs diuisum à nobis est, dicimus, qua re priuatio quædam contradictio est, aut impossibilitas determinata, siue simul accepta cum susceptiuo, Ideo cō tradictionis quidem non est medium, sed priuationis alicuius est, omne enim, aut æquale, aut non æquale, æquale uero, aut inæquale, non omne nisi, solum in susceptiuo æqualitatis.*

ANT. par. 4. *Priuatio uero contradictio quædam est. Aut enim quod impossibile est totaliter habere. Aut si quod aptū natum habere non habeat, priuatum est aut totaliter aut aliqualiter determinatum. Multipliciter. n. iam hoc dicimus, sicut diuisum est à nobis in alijs. Ergo priuatio quædam est contradictio, aut in potentia determinata, aut concepta cum susceptiuo. Quapropter cō tradictioni quidem non est medium. Sed priuationis alicuius est. Aequale nanque aut non æquale omne. Aequale uero, aut inæquale non omne, nisi solum in susceptiuo æqualitatis.*

Priuatio tripliciter.

Ostendit qualiter se habeat priuatio ad contradictionem, manifestans qualiter conueniant, & qualiter differant. Dicit ergo, quòd priuatio est quædam contradictio. Dicitur enim priuatio uno modo, quan do aliquid nō habet quod nullo modo natum est hē re, ut si diceremus quod lapis non habet uisum. Alio modo dicitur aliquid priuari, si non habeat quod natum est habere, sicut animal si non habeat uisum. Et hoc dupliciter, uno modo qualitercunque non habeat. Alio modo si non habeat cum aliqua determinatione, puta in tempore determinato, aut aliquo modo determinato, quia priuatio multipliciter dicitur sicut supra habitum est in. 5. & 9. Ex his ergo patet quod priuatio est quædam contradictio. Et quidem, quod sit contradictio patet ex hoc, quod aliquid dicitur priuatum ex hoc quod non habet. Sed quod non sit contradictio absoluta, sed cōtradictio quædam, patet ex hoc quod contradictio de sui ratione non requirit neque aptitudinem, neque etiam essentiam alicuius subiecti. Verificatur enim de ente quocunque. Dicimus enim quod animal non uidet, & lignum non uidet, & quod non ens non uidet. Sed priuatio de necessitate requirit aliquod subiectum, & quandoque etiam requirit aptitudinem in subiecto, quod enim est omnino non ens non dicitur priuatum. Et iō dicit qđ priuatio aut est in determinata potentia scilicet cum aptitudine ad habitum, aut saltem[concepta cum susceptiuo,) idest cum subiecto, licet non habente aptitudinem ad habitum. Sicut si dicamus uocem inuisibilē, aut lapidem rem mortuam. Et ideo contradictio non potest habere mediū sed priuatio aliquo mō medium habet. Necesse est .n. oē aut æquale aut non æquale esse, siue sit ens siue non ens. Sed non necesse est dici de omni quod sit æquale aut inæquale, sed solum hoc necesse est in susceptiuo æqualitatis. Sic igitur oppositio contradictionis omnino est immediata, oppositio uero priuationis est immediata in determinato susceptiuo, non autem est immediata simpliciter. Ex quo patet quod contrarietas quę nata est habere medium, propinquior est priuationi quam contradictioni. Nondum tamen habetur, qꝫ priuatio sit contrarietas.

Lectio. 7. & lib. 2. Lect. 1. Priuano est quod non sit cōtradictio sed non perfecta.

Priuatio nō est simpliciter sine medio ut contradictio.

BESS. text. 16. *Si itaque generationes ipsi materiæ ex contrarijs, fiunt autem aut ex forma, & habitu formę, aut ex aliqua priuatione speciei, & formæ, patet quod omnis quidem contrarietas, priuatio est.*

ANT. text. co. 16 par. 5. *Si itaque generationes ipsi materiæ ex contrarijs, fiunt quia aut spē, & ex speciei habitu, aut priuatione aliqua speciei, & formæ, palam quia contrarietas priuatio quædam utique erit omnis.*

Restat

BESS.

ANT. par. 7.

Inf par. 9.

Probat illē quæ, supra inductiue.

BESS.

ANT. par. 8.

Nã puer caret uirtute, & tñ non dr̃ malus. Sed si in ætate, in qua debet habere uirtutem non habeat, m[illegible]lus dicitur. Vel etiam si a[illegible]s uirtute caret[illegible]uantũ ad aliquos actus minimo[illegible] & quasi in[illegible]es ad uitam, non d[illegible]tur m[illegible]lu[illegible], sed [illegible] si careat [illegible] quantum ad [illegible] principa[illegible] & ne[illegible] ad u[illegible]. Sed par & impar in num[illegible] n h[illegible]bent me[illegible]um, quia numerus di[illegible]tur impar ex hoc quò[illegible] q[illegible]ue modo caret paritate. Al[illegible] uero diuersit[illegible] [illegible]nis est, quod priuatio quæ [illegible]m determinat [illegible]ctũ, quæd[illegible]m uero non. Dict[illegible] est enim [illegible] id quod c[illegible], c[illegible] n [illegible] quandoque [illegible] x h[illegible] [illegible]rit tate priuatio s poten[illegible] in al[illegible] contra riis, qu[illegible] habeant n[illegible]m uel non habeant, sicut si dicamu[illegible] [illegible] cum [illegible] dicatur bonu[illegible] secundum u[illegible] [illegible]ticas, si m[illegible]lum quod in[illegible] nem boni requirat d[illegible]terminatum [illegible], n[illegible] c[illegible] q[illegible] non parti[illegible] [illegible]tione c[illegible] [illegible] bonus nec malus est bon[illegible] mal[illegible]. Sic igitur patet ex prædictis, [illegible]od alterum [illegible]ntrariorum dicitur secundum priuationem. Deinde cum dicit.

Secunda diuersitas.

B E S S. Tex. 7. *Su[illegible] it uero etiam, si prima & genera contrariorum, utpute unum, & multa: cætera etiam ad hæc reducuntur.*

A N T. Tex. co. 17. par. 9. *Suf[illegible] autem, & si prima, & genera contrariorum, puta unum, & multa. Alia nanque ad hac reducuntur.*

Unum & multa sunt prima contraria, & cũ ipsa sint pat[illegible] naturæ, opposita ergo & alia. Lect. 5.

Ostendit idem reducendo ad prima contraria, dicens quòd su[illegible] it ad ostendendum quod alterum cõ trariorum sit priuatio, si hoc inuenitur in primis cõ[illegible] [illegible]ijs, quæ sunt genera aliorum contrariorum, [illegible] sunt [illegible]num & multa. [illegible]uod [illegible]a sint prima co[illegible]ra[illegible] [illegible]oc, quod omnia alia contraria reduc[illegible] tur a[illegible] [illegible]a. Nam a[illegible] unum & multa reducuntur æqua le, & inæq[illegible]ale, simile, & d[illegible]simile, idem, & diuersum [illegible]rentia autem, diuersitas quædam est, & cõ tra[illegible] tas [illegible]erentia quædam u[illegible] supra ha[illegible]tum. Et si [illegible] qu[illegible]d omnis [illegible]trarietas red[illegible] unũ & [illegible] autem & m[illegible]ta oppo[illegible], ut di[illegible], [illegible] ut supra habitum est. Et ita [illegible], quod omnia contraria priuationem in[illegible]t.

Lectio. 4.

L E C T I O VII

Quorundam duonat[illegible] [illegible]em circa determinata, [illegible] o, ui delicet circa oppositionem æqualis ad magnum

B E S S. C[illegible] [illegible]m unum uni contrarium [illegible], du[illegible]taue [illegible] & multa op[illegible] [illegible] paruu[illegible].

A N T. par. 1 *[illegible] autem [illegible] dubitabit [illegible], multa, & æqua [illegible].*

[illegible] ostendit [illegible] est contra [illegible] m [illegible] ca [illegible] Vtrũ [illegible]

pa. seq. [illegible] 14. Duplex dubitatio.

[illegible] [illegible] um [illegible] [illegible] m [illegible]

puta, utrum album, an nigrum. utrum album, an non album, utrum uero homo an album, non dicimus, nisi ex suppositione, & quærente, utputa utrum Cleon uenit, an Socrates [illegible] hoc in null[illegible] genere nece[illegible]. Verum hoc quo[illegible] ill[illegible]uc aduenit. [illegible] nanque [illegible] tingunt [illegible] ic ut [illegible] uenit [illegible] conn[illegible] r[illegible]iculα esse [illegible] interrogatio. quod [illegible] etiam in oppositionem cadit [illegible]num, aut multa, utputa utrũ ambo uenerunt, an alter.

A N T. par. 1. *Vtrum enim semper in oppositione dicimu[illegible], ut utrũ album, aut nigrum, & utrum album, aut non album. Vtrum ue[illegible] [illegible]um, aut homo non dicimus ni[illegible] positione quærentes. ut utrum uenit Cleon aut [illegible] rates. Sed nõ necesse in uno aliquo genere. Sed ho[illegible] inde ue nitnã oppositas sola non contingit simul existere, quin [illegible] hic ut[illegible] in eo quod, uter uenit? si enim simul c[illegible] geret, [illegible] sa erit [illegible] terrog[illegible]tio. Si ue[illegible] liter inci[illegible] sunt in opp[illegible] nem in[illegible] quod unum aut multa, ut[illegible] ambo uenerunt aut alter.*

Prosequitur prædictas dubitat[illegible]nes, & pri[illegible] bitationem æqu[illegible] ad magnum & paruum. [illegible] pro[illegible] [illegible]bitationem [illegible]e [illegible] oppositi[illegible] [illegible] m[illegible] [illegible] iter a[illegible] em [illegible] & c. Circa p[illegible]um duo facit. Prim[illegible] stionem. Se[illegible] [illegible] [illegible] nis [illegible] Restat igitur aut [illegible] circa [illegible] duo facit. Pri[illegible] dum æquale [illegible] contrarium magno, & [illegible] d[illegible] ad oppositum, [illegible] C[illegible] tres po[illegible] rationes. [illegible] d[illegible] [illegible] Primo [illegible] proc[illegible] dicens, quo[illegible] u[illegible] oppositis. [illegible] sit [illegible]um aut nigrum, q[illegible] co[illegible]tatem, & utrum [illegible] aut q[illegible] opposita se[illegible] contrad[illegible] u[illegible] sit homo [illegible] um non ex hac [illegible]one, [illegible] bum & [illegible] homo, [illegible] crates [illegible] Se[illegible] [illegible] Im[illegible] utru[illegible] al[illegible] aut[illegible] ex [illegible] sita ex [illegible] [illegible] simul [illegible] q[illegible] utrum [illegible]

Lect. [illegible]

A N T. Tex. co. 18.

Ex pr[illegible]one iam, manifesta argumentatur hoc [illegible] pa[illegible] Vt[illegible]m, int[illegible] rog[illegible]s, in opposit[illegible] semper ut m[illegible], [illegible] supra d[illegible]tum [illegible] Sed [illegible] mur [illegible] [illegible]aequ[illegible], m[illegible], & paru[illegible]. Q[illegible] mus [illegible] utr[illegible]m hoc [illegible] maiu[illegible], aut minus, aut aequale. Lit er[illegible]o altq[illegible] a[illegible] aequalis ad m[illegible]nu, & paruum. Sed non p[illegible] [illegible], qu[illegible]d alt[illegible]um [illegible] sit c[illegible]ntrar[illegible]m ma[illegible]no ue [illegible] nu[illegible]a rat[illegible] quare ma[illegible]is sit c[illegible]tra[illegible]m m[illegible] q[illegible]a[illegible]n [illegible]. Nec iterum [illegible] [illegible] bus sit contrarium, q[illegible]a u[illegible] u[illegible] est contrar[illegible]m.

DEFENSIO VII.

Quomodo & qua ratione equale magno & paruo opponatur.

HOc in loco Aristotel. argu[illegible] [illegible]od eq[illegible] [illegible]po ni[illegible] magno, & pa[illegible]uo, eo[illegible] [illegible]od [illegible] ac[illegible] Vtr[illegible]m, [illegible]mur tant[illegible] in oppo[illegible] tendo [illegible] in prae[illegible]. Q[illegible]aeri[illegible]us enim u[illegible]rum al[illegible] ma[illegible]s aut m[illegible] a[illegible] uel certe eq[illegible]ale, A[illegible] aut [illegible] aequal[illegible] non est [illegible] rar[illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] rati[illegible] [illegible] Q[illegible]od [illegible] A[illegible] ex [illegible] ter [illegible] [illegible] po[illegible] [illegible] co[illegible] exerat[illegible] [illegible] op[illegible]on[illegible] [illegible] ponit [illegible] ex[illegible]it etia[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ramen[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tex[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible]rate [illegible] [illegible] [illegible] lat erat a[illegible] [illegible] magn[illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] et sensus a[illegible] [illegible] ner[illegible], ex[illegible] ua[illegible] [illegible] ut [illegible]num in[illegible] inept[illegible] [illegible] [illegible] ter [illegible] [illegible] ri[illegible] [illegible] signi[illegible] [illegible] notam. [illegible] quo[illegible] nec [illegible] al[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sen[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pa[illegible] [illegible]

f[illegible]m, non autem qu[illegible] ad p[illegible]mam partem, propter pr[illegible] m[illegible] [illegible] m[illegible] [illegible] et non est ma[illegible]or r[illegible] [illegible] q[illegible] secundam, & [illegible] [illegible] ambobus, ergo oppo[illegible]um e[illegible] [illegible] uerum, [illegible] quod opponatur ambo[illegible]us, quod erat [illegible] consequens huius argumentationis p[illegible]imae con[illegible]ra ver[illegible]tatem & deter[illegible]inationem illam, quod [illegible] vni non [illegible] vnum opponatur seu contrarietur. Quod e[illegible] y nec ambob[illegible]is, se teneat ex parte a[illegible]tec[illegible]dent[illegible] [illegible] argumentatione, cum [illegible] pa[illegible] at ex pr[illegible] [illegible]issimo modo arguen[illegible] [illegible]n etiam ex m[illegible] [illegible], Arist. est manifestum. Praep[illegible]nit eni[illegible] n[illegible] [illegible]tum a[illegible] [illegible]eceden[illegible] probationi vniu[illegible] par[illegible]is, q[illegible]am ipse [illegible] [illegible]atur probare, vt intentum a[illegible]umpt[illegible] pr[illegible]ol[illegible] ex ea[illegible] [illegible]m altera par[illegible], qu[illegible]m ideo non pro[illegible] [illegible] ab a[illegible]uersario c[illegible]ncedebatur, ex [illegible] [illegible] prae[illegible], quod vnum [illegible]am vn[illegible] tant[illegible]m contrariatur, efficaciter posset inferre. Et haec de p[illegible] defensione satis.

Secundam rationem p[illegible]nit ibi.

Prae[illegible]rea, [illegible] aequ[illegible] [illegible] ont[illegible]arium. quare [illegible] ribus, [illegible] inaequa[illegible] idem am[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ambobus oppositum. — BESS.

[illegible] [illegible] m est aequale. [illegible] re in pluri[illegible] [illegible] aut [illegible] inaequale [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] um am bo[illegible]s. — ANT. par. 41

Q[illegible]a[illegible] [illegible] A[illegible] [illegible]le est contrarium inaequali. Se[illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] am [illegible] [illegible] ma g[illegible]o & [illegible] [illegible] c[illegible]ntr[illegible]arium am[illegible]. T[illegible]em ra[illegible] [illegible] t[illegible]. — Secunda ratio.

[illegible] [illegible] [illegible] un[illegible] aequale [illegible] [illegible] — BESS. text. 19.

[illegible] [illegible] — ANT. [illegible] 19.

Q[illegible]ae [illegible] ex [illegible] [illegible] tha[illegible]rae, [illegible] at tri[illegible] [illegible] ten [illegible] & [illegible] m[illegible] numer[illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] A[illegible] [illegible] inae[illegible] quale [illegible] aequale est cont[illegible] [illegible] [illegible] De[illegible] [illegible]m [illegible]cit. — Pa[illegible]

Verum [illegible] [illegible]arium [illegible] qu[illegible] imp[illegible] [illegible] — BESS.

[illegible] vnum [illegible] [illegible] contrarium, quod [illegible] impo[illegible] — ANT. par. 6.

O[illegible] [illegible]it in [illegible] [illegible] opposi[illegible]tio[illegible], [illegible]rum p[illegible]ma [illegible] & paruum [illegible] S[illegible] ig[illegible] [illegible] est [illegible] [illegible]em [illegible] le, [illegible] [illegible] [illegible] p[illegible] m[illegible] [illegible]. — Propter ne [illegible] argui tur du[illegible] bus [illegible] ambus. Prima ro.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] — BESS.

[illegible] [illegible] [illegible] m[illegible] magni [illegible] [illegible] — ANT. par. 7.

[illegible] [illegible] m [illegible] ex [illegible] — Secunda [illegible]

Contrarietas perfecta est tantum extremorũ.

B E S S.

A N T. Par. 8.

Determinatio quonii

Aequale opponitur magno & paruo simul, & non alicorum (?) ut negatiua, (?) priuatiua.

B E S S.

A N T. par. 9.

B E S S.

A N T. par. 10

B E S S.

A N T.

[illegible]

Excludit secundum prædicta quorundam irrisionem de hoc, quod id, quod nec bonum nec malum est, ponitur medium inter bonum, & malum. Dicebant enim, quod pari ratione posset assignari mediũ inter quæcunque. Dicit ergo quod cum dictum sit, quod oportet esse aliquod susceptiuum, quod natum est esse utrumlibet extremorum in his, in quibus medium prædicto modo assignatur per abnegationem utriusque, manifestum est quod non recte increpant in assignatione huiusmodi medij illi, qui opinantur sequi quod similiter posset dici in omnibus, puta, quod calcei, & manus sit medium, quod nec calceus, nec manus est, quia quod nec bonum nec malum est, medium est boni, & mali, quod propter hunc modum quorumlibet sit futurum aliquod medium. Sed hoc non est necesse accidere, quia ista coniunctio negatio num quæ perficit medium, est oppositorum quæ habent aliquod medium, & quæ sunt in una distantia, quasi unius generis extrema &c. Sed aliorum de quibus ipsi inducunt, sicut calcei & manus, non est talis differẽtia quod sint in una distantia, quia sunt in alio genere, quorum negationes simul accipiuntur. Unde non est aliquid unum quod subijciatur huiusmodi negationibus, et sic inter talia nõ est accipere mediũ.

Excludit eã irrisionẽ dicẽtiũ.

Non omnium distinctorum assi gnantur æque, recte medium per abnegationem.

LECTIO VIII.

Quomodo & qua ratione Unum & multa opponantur.

BESS. Tex. 20.

Similiter autem de uno et multis quispiam dubitare possit, etenim, si multa uni simpliciter opponuntur accidunt quædam impossibilia.

ANT. Tex. co. 20. par. 1

Similiter autem, & de uno, & de multis dubitabit utique aliquis. Nam si multa simpliciter opponuntur, accidunt quædam impossibilia.

Secunda dubitatio de oppõne unius ad multa, & pauca rũ ad multa.

Ios. par. 4.

Postquam prosecutus est Philosophus quæstionem, quæ mota fuerat de oppositione æqualis ad magnum & paruum, hic prosequitur quæstionem motã de oppositione unius ad multa, & circa hoc duo facit. Primo obijcit ad quæstionem. Secundo determinat ueritatem, ibi (Sed forsan multa dicuntur &c.) Circa primum tria facit. Primo assignat rationem dubitationis dicens, quod sicut dubitabile est de oppositione æqualis ad magnum & paruum, similiter quidem potest dubitari de uno & multis, utrum opponantur adinuicem. Et ratio dubitationis est, quia si multa absque distinctione opponantur uni, sequuntur quędam impossibilia, nisi distinguãtur de multo, sicut ipse post distinguit.

BESS.

Unum etenim paucum, aut pauca erit, multa etenim paucis opponuntur. Propterea duo sunt multa (si quidem duplex, multiplex) dicitur autem duplum à duobus: quare ipsum unum paucum erit. ad quid enim ipsa duo dicerentur multa, nisi ad unum & paucum? nihil nãque est minus.

ANT. par. 2.

Nam unum paucum, aut pauca erit. Nam multa paucis opponuntur. Amplius ipsa duo sunt multa si duplex multiplex, dicitur autem secundum duo. Quare unum paucum. Ad quid enim sunt multa ipsa duo, nisi ad unũ & paucum? Nihil enim est minus.

Duæ ratio ne pro parte negatiua. Pri ma secũda ratio.

Probat quod dixerat. Probat enim, quod si unũ opponitur multis, quod unum sit paucum uel pauca. Et hoc duabus rationibus quarum prima talis est. Multa opponuntur paucis. Si igitur multa opponuntur uni simpliciter sine distinctione, cum unum uni sit contrarium, sequitur quod unum sit paucum uel pauca. Secunda ratio talis est. Duo sunt multa. Quod probatur ex hoc quod duplex est multiplex. Sed multa opponuntur paucis. Ergo duo opponuntur aliquibus paucis. Sed duo non possunt esse multa ad aliquid paucum, nisi ad unum. Nihil enim minus est duobus nisi unum. Sequitur igitur, quod unũ sit paucũ.

BESS.

Præterea, si ut in longitudine longum, & breue, ita in multitudine multum, & paucum, & quodcunque sit multum, & multa, & rursus, quæ multa etiam multum, nisi ergo in continuo facile terminabili differat, quod paucum est, quædam multitudo erit: quare ipsum unum multitudo quædam est, siquidem & ipsũ, & paucum, hoc uero necesse est, si ipsa duo multa sunt.

ANT. pat. 3.

Amplius si ut in longitudine productum, & breue, sic in multitudine multum & paucum, & quodcunque fuerit multum, & multa, & multa, & multum. Si non aliquid differat forte in continuo bene terminabili paucum multitudo quædam erit. Quare unum multitudo quædam est, siquidem est, & paucum. Hoc autem necesse & si duo sunt multa.

Ostendit hoc esse impossibile, scilicet quod unũ sit paucum. Ita enim se habent unum & paucum ad pluralitatem, sicut productum & breue ad longitudinem. Utraque enim utriusque, propriæ passiones sunt. Sed omne breue est longitudo quædam. Ergo omne paucum est pluralitas quædam. Si ergo unum est paucum, quod necesse uidetur dicere si duo sunt multa, sequitur quod unum sit quædam pluralitas. Et ita unum erit non solum multum, sed etiam multa. Nam omne multum est etiam multa nisi forte hoc differat in humidis facile diuisibilibus, ut sunt aqua, oleum, aer, & huiusmodi, quæ nominat hic continua bene terminabilia. Nam humidum est, quod bene terminatur termino alieno. In talibus enim etiam aliquid continuum dicitur multum, sicut multa aqua uel multus aer, quia propter facilitatem diuisionis sunt propinqua multitudini. Sed cum horum aliquid est continuum, ita dicitur esse multum singulariter, quod non dicitur esse multa pluraliter. Sed in alijs non dicimus multum, nisi quando sunt diuisa actu. Non enim si lignum sit continuum, dicimus quod sit multum, sed magnum. Diuisione autem actu adueniente, non solum dicimus quod sit multum, sed quod etiam sit multa. In alijs igitur non differt dicere multum multa, sed solum in continuo bene terminabili. Si igitur unum sit multum, sequitur quod sit multa quod est impossibile.

Ostendit quod esse paucũ non potest dici de uno

Omnia pauca multa, & oẽ multum multa pterquam in humidis & quare nõ in his.

Deinde cum dicit.

BESS.

Verum fortasis multa dicuntur quidem, sicut, & multum sed, ut differẽs, ueluti aqua multum. Multa uero minime, sed quęcunque diuisibilia sunt, in his dicuntur.

ANT. par. 4.

Sed forsan multa dicuntur quidem, & multum, sed ut differens, uelut aqua est multum, multa autem non, sed quęcunque diuisa in his dicuntur.

Soluit propositam, dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quod multum non eodẽ modo opponitur uni, & pauco. Secundo ostendit qualiter multum opponitur uni, ibi (Opponitur itaque unum multis &c.) Circa primã duo facit. Primo soluit propositã dubitationẽ. Secundo ex dictis excludit quendam errorẽ, ibi (Quapropter nec recte &c.) Duo autem superius in obijciendo tetigerat, ex quibus impossibile sequi uidebatur, scilicet quod multum sit multa, & quod multa opponantur paucis. Primo ergo manifestat primum dicens, quod forsan in quibusdam multa di[c]untur indifferenter sicut multum. Sed in quibusdam multum & multa accipiũtur ut aliquid differens, scilicet in continuo bene terminabili, sicut de una aqua continua dicimus quod est aqua multa, & non quod sunt aquæ multæ. Sed in his

Soluit præmissam dubitationem Ios. par. 7. par. 6

Non omne multum est multa.

quæ

quæ sunt diuisa actu, quæcunque sint illa, in his indifferenter dicitur, & multũ & multa.

BESS. *Vno quidē modo, si qua multitudo sit, excessum, aut simpliciter, aut ad aliquid habens, paucumque similiter, multitudo defectum habens, hoc uero, ut numerus, qui solum uni opponitur, ita enim dicimus unum, & ipsa una ut album, & ipsa alba, & mensurata ad mensuram, & mensuratum, sic & multiplicia dicuntur, multa nanque, unusquisque uno numerus, quia multa una, & quia unusquisque mensurabilis, & tanquam uni, non pauco, oppositus. Hoc itaque modo multa sunt, & ipsa duo, tanquam multitudo, aut ad aliquid, aut simpliciter excessum habens, non sunt, sed primo, simpliciter uero sunt pauca, ipsa duo, multitudo nanque est prima, defectum habens.*

ANT. par. 5. *Vno quidem modo si fuerit multitudo habens excedentiam, aut simpliciter, aut ad aliquid, & paucum similiter multitudo defectum habens. Hoc autem numerus, quod, & opponitur uni solum. Ita enim dicimus unam, aut multa, ut si quis dicat unum, & pluraliter una, ut album, & alba, & mensurata ad metrum, idest mensura & mensurabile. Sic, & multiplicia dicuntur. Multa enim unusquisque numerus, quia unum & quia mensurabile uno unusquisque, & ut quod opponitur uni, non pauco. Sic igitur sunt multa, & ipsa duo. Vt autem multitudo habens excedentiam, aut ad aliquid, aut simpliciter, non sunt. Sed primum pauca simpliciter ipsa duo, Multitudo enim est quod defectũ habens prima.*

Ostēdit qualiter multa opponātur paucis.
Multa dupliciter, & uno mō opponitur solum uni, altero uero pauco.
Multum excedēs quid.
Paucũ, quid ext com 21

Manifestat secundum, scilicet qualiter multa opponantur paucis dicens, quod multa dicuntur dupliciter. Vno enim modo significant pluralitatem excedentem, uel simpliciter, uel per respectum ad aliquid. Simpliciter quidem, sicut dicimus aliqua esse multa, eo quod excedunt pluralitatem, quæ solet communiter in rebus sui generis reperiri, ut si dicamus multam pluuiam, quando ultra communē cursum pluit. Per respectum autem ad aliquid, ut si dicamus decē homines multos in comparatione ad tres. Et similiter paucum dicitur (pluralitas habens defectum,) id est deficiens à pluralitate excedente. Alio modo dicitur multum absolute, sicut numerus dicitur quędam multitudo. Et sic multum opponitur tantum uni, non autem pauca. Nam multa secundum hanc significationem sunt quasi plurale eius quod dicitur unũ, ut ita dicamus unum & multa, ac si diceremus unũ, & una pluraliter, sicut dicimus album & alba, & sicut mensurata dicuntur ad mensurabile. Nam multa mēsurantur per unum, ut infra dicetur. Et secundum hanc significationem, à multis, dicuntur multiplicia. Manifestum est enim quod secundum quemlibet numerum dicitur aliquid multipliciter, sicut à binario, duplum, & a ternario triplum, & si de alijs. Vnusquisque enim numerus est multa hoc modo, quia refertur ad unum, & quia quodlibet mensurabile est uno. Et hoc secundum quod multa opponuntur uni, non autem secundum quod opponuntur pauco. Vnde & ipsa duo quæ sunt numerus quidam, sunt multa secundum quod multa opponuntur uni. Sed secũdum quod multa significant pluralitatem excedentē, duo non sunt multa, sed sunt pauca. Nihil enim est paucius duobus, quia unum non est paucum, ut supra probatum est. Paucitas enim est pluralitas habens defectum. Prima uero pluralitas habens defectum est dualitas. Vnde dualitas est prima paucitas.

Paucitas quid.
Prima paucitas est dualitas.

Deinde cum dicit.

BESS. *Quare non recte fuerit dicens Anaxagoras, quòd simul cunctæ res erant, multitudine, & paruitate infinitæ. Decebat nanque pro paruitate dicere, & paucitate, non enim infinitę, cum paucum non propter unum (ut uel quidam aiunt) sed propter duo.*

ANT. par. 6. *Quapropter non recte dixit Anaxagoras, cum dixisset, quia simul omnes res erant infinitæ, & multitudine & paruitate, & paucitate. Non enim infinitę. Quoniam paucum, non propter unum (ut quidam dicunt) sed propter duo.*

Imaginatio Anaxagorę de rer. gene

Excludit secundum prædicta quendam errorem. Sciendum est enim, quod Anaxagoras posuit generationem rerum fieri per extractionem. Vnde posuit à principio omnia existere simul in quodam mixto, sed intellectus incæpit segregare ab illo mixto singulas res, & hæc est rerum generatio. Et quia generatio sm eum est in infinitum, ideo posuit quod res in illo mixto existentes infinitatem habeant. Dixit igitur quod ante distinctionem rerum omnes res essent simul, infinitæ quidem & pluralitate & paruitate. Et quod quidem infinitum in paruitate posuit, recte dictum est, quia in quantitatibus continuis inuenitur infinitum per diuisionem, quam quidem infinitatem significauit per paruitatem. In quantitatibus autem discretis inuenitur infinitum per additionem, quam quidem significauit per pluralitatem. Cum igitur hic recte dixisset, destitit ab hoc suo dicto non recte. Visũ enim fuit ei postmodum quod loco eius quod dixit paruitatem, debuit dicere & paucitatem. Quæ quidē correptio, ideo non recta fuit, quia res non sunt infinitæ paucitate. Est enim inuenire paucum primum, scilicet duo, non autem unum (ut quidam dicunt) Vbi enim est inuenire aliquid, primum non proceditur in infinitum. Si autem unum esset paucum, oporteret in infinitum procedere. Sequeretur enim, quod unum esset multa, quia omne paucum est multum, uel muta, ut supra dictum est. Si autem unum esset multa oporteret esse aliquid minus eo, quod esset paucum, & illud iterum oporteret esse multum, & sic in infinitum abiretur. Deinde cum dicit.

Tam indiscretis quā in cōtinuis inuenitur infinitũ, sed diuersimode.

BESS. tex. 21 *Opponuntur autem unum & multa, quæ in numeris, ut mensura mensurato, hæc uero ut ea, quæ ad aliquid. Quæcunque eorum, quæ ad aliquid non secundũ se dicuntur (distinctum autem a nobis in alijs est, quod ea, quę ad aliquid dupliciter dicuntur) quædam ut contraria, quædam ut scientia ad scibile, eo quod aliquid aliud dicatur ad ipsum.*

ANT. text. co. 21 par. 7 *Opponitur itaque unum multis, ut metrum mensurabili. Hoc autem ut quæ ad aliquid, quęcunque non secundum se eorum quę ad aliquid. Diuisum est autem à nobis in alijs quia dupliciter dicuntur quæ ad aliquid. Alia nanque ut contraria, alia ut scientia ad scibila, quia dicitur aliquid aliud ad ipsum.*

par 10
Vnũ & multa opponũt relatiue tertio modo.

Ostendit, quomodo unum, & multa opponantur, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod multitudo absoluta non opponitur pauco, ibi {Pluralitas autem.} Circa primum tria facit. Primo ostendit quod unum opponitur multis relatiue, dicens quod unum opponitur multis, sicut mensura mensurabili quæ quidem opponuntur ut ad aliquid. Non tamen ita quod sit de numero eorum quæ sunt ad aliquid secundum seipsa. Supra enim in Quinto dictum est, quod dupliciter dicuntur aliqua esse ad aliquid. Quædam nanque referuntur adinuicem ex æquo, sicut dominus, & seruus, pater & filius, magnum & paruũ, & hæc dicit esse ad aliquid ut contraria, & sunt ad aliquid secundum seipsa, quia utrumque eorum hoc ipsum quod est, ad alterum dicitur. Alia uero sunt ad aliquid non ex æquo, sed unum eorum dicitur ad aliquid, nō quod ipsum referatur, sed quia aliquid refertur

Text. co. 20.
Relatio duplex.

tur

tur ad ipsum, sicut in scientia, & scibili contingit. Scibile enim dicitur relatiue, non quia ipsum refertur ad scientiam, sed quia scientia refertur ad ipsum. Et sic patet quod huiusmodi non sunt relatiua secundum se, qua scibile non hoc ipsum quod est, ad alterum dicitur, sed magis aliud dicitur ad ipsum.

BESS. *Vnum uero, aliquo minus esse, utputa duobus, nihil prohibet, non enim si minus est, etiam paucum est, multitudo autem quasi genus numeri est: numerus etenim est, multitudo uno mensurabilis. Et quodam modo unũ, & numerus opponuntur, non ut contraria, sed (quemadmodum dictum est) ut quędam eorum, quę ad aliquid. quatenus enim hoc quidem mensura, illud uero mensurabile, eatenus opponuntur. Ideo non omne, quod unũ sit, numerus est, utputa, siquid indiuisibile sit.*

ANT. Par. 8. *Vnum uero, esse minus aliquo, puta duobus, nihil prohibet. Non enim si minus, & paucum. Multitudo autem quasi genus est numeri. Est enim numerus multitudo uno mensurabilis. Et opponuntur aliqualiter unum, & numerus, non ut contrarium, sed sicut dictũ est, eorum quæ ad aliquid quędam. Inquantum enim metrum, hoc autem mensurabile, sic opponuntur. Quapropter non omne quodcunque fuerit unum, numerus est, puta si quid indiuisibile est.*

Probat unũ opponi multis relatiuæ.

Manifestat qualiter unum opponitur multis ut mensurabili. Et quia de ratione mensuræ est, quod sit minimum aliquo modo, ideo primo dicitur, quod unum est minus multis, & etiam duobus, licet non sit paucum. Non enim sequitur, si aliquid sit, minus, quod sit paucum, licet de ratione pauci sit, quod sit minus, quia omnis paucitas pluralitas quędam est.

Numerus quid.

Sciendum uero est, quod pluralitas siue multitudo absoluta, quæ opponitur uni quod conuertitur cum ente, est quasi genus numeri, quia numerus, nihil aliud est quam pluralitas & multitudo mensurabilis uno. Sic igitur unum secundum quod simpliciter dicitur ens indiuisibile, conuertitur cum ente. Secundum autem quod accipit rationem mensuræ, sic determinatur ad aliquod genus quantitatis, in qua proprie inuenitur ratio mensuræ. Et similiter pluralitas uel multitudo secundum quod significat entia diuisa, non determinatur ad aliquod genus. Secundum autem quod significat aliquid mensuratum, determinatur ad genus quantitatis, cuius species est numerus. Et ideo dicit quod numerus est pluralitas mensurata uno, & quod pluralitas est quasi genus numeri. Et nõ dicit quod sit simpliciter genus, quia sicut ens genus non est, proprie loquendo, ita nec unum quod conuertitur cum ente, nec pluralitas ei opposita. Sed est quasi genus, quia habet aliquid de ratione, generis, inquantum est communis.

Pluralitas est quasi genus numeri, quis sensus.

Sic igitur accipiendo unum quod est principium numeri, & habet rationem mẽsuræ, & numerum qui est species quantitatis, & est multitudo mensurata uno, opponuntur unum, & multa, non ut contraria, ut supra dictum est de uno quod conuertitur cum ente, & de pluralitate sibi, opposita, sed opponuntur sicut aliqua eorum quæ sunt ad aliquid, quorum, scilicet unum dicitur relatiue, quia alterum refertur ad ipsum. Sic igitur opponitur unum & numerus, inquantum unum est mẽsura & numerus est mensurabilis. Et quia talis est natura horum relatiuorum quod unum potest esse sine altero, sed non econuerso, ideo hoc inuenitur in uno, & numero, quia si est numerus, oportet quod si unum. Sed non oportet quod ubicumque est unum, quod sit numerus. Quia si est aliquid indiuisibile ut pũctus ibi est unum, & non numerus. In alijs uero relatiuis quorum utrunque secundum se dicitur ad aliquid, neutrum est sine reliquo. Non enim est sine seruo dominus, nec seruus sine domino.

DEFENSIO XXIII.

Mensuratæ, & numeri ratio quomodo primo de multitudine prædicamentali, secũdario autem de transcẽdẽti.

HOc in loco Anton. andr. Sanctum Doctorem à Maurітіо in margine citatum impugnat circa præsentis partis expositionem sic dicens. Notandum quod quidam expositor exponens istam literam dicit, quod pluralitas uel multitudo absoluta quæ opponitur uni quod conuertitur cum ente est quasi genus numeri, quia numerus nihil aliud est quam pluralitas mensurata per unum. Ita quod unũ secundum quod simpliciter dicitur ens indiuisibile, conuertitur cum ente, secundum autem quod accipit rationem mensuræ determinatur ad genus quantitatis, in qua proprie inuenitur ratio mensuræ. Similiter pluralitas secundum quod significat entia diuisa non determinatur ad aliquod genus, secundum autem quod significat mensuratum, determinatur ad genus quantitatis, cuius species est numerus. Ideo dicit, quod numerus est pluralitas mensurata uno, & quod pluralitas est quasi genus numeri, non quod simpliciter sit genus. Sicut enim ens, non est genus proprie loquendo, sic nec unum, quod conuertitur cum ente, nec pluralitas ei opposita, sed est quasi genus, quia habet aliquid de ratione generis inquantũ est communis. Hæc ille. Sed hæc expositio deficit, qa numerus non solum reperitur in genere quantitatis, qui, scilicet causatur ex diuisione continui, sed etiam est numerus transcendens, cuius principium est unũ quod conuertitur cum ente, ut dictum fuit. Quinto huius capit. de uno. Falsum ergo est dicere, quod unum ut est mensura, & pluralitas ut est aliquid mẽsuratum, sint determinati generis, quia in quolibet etiam genere, est aliquod unum quod est mensura. Dicitur autem pluralitas esse genus numeri, non proprie, & ideo dicitur quasi genus, sed forsan pro tanto quia ratio pluralitatis uidetur absolutior ratione numeri, quia numerus uidetur addere ratione mensurabilis super pluralitatem, licet omnis numerus sit pluralitas, & omnis pluralitas sit numerus aliquis, saltem transcendens. Hæc omnia Ant. and. formaliter. Licet autem quo ad rei ueritatem minima sit & forte nulla in hoc differentia inter Thomistas & Scotistas; si utrorunque opinantium intentio attendatur. Quia tamen isti boni homines, quo ad uerba magnificant se S. Thomæ impugnare expositionem, ideo ob defensionem ueritatis, cui exteriori facie se opponere uidentur, aliqua dicam. Pręmittens hoc quod indecẽs admodum est uiro prudenti & alienum ualde ab omni philosophico colluctatore, opinionem aliquam uel oppositionem, non ratione, non authoritate aliquorum quos pars utraque concertantium mereatur sed sola negatione refutare, ut statim omnibus palam fiat hos uiros non ratione, sed uoluntate duci circa ueritatis inquisitionem. Quia si dicant quod probatio inducitur ex dictis in Quinto, maiore id reprehensione dignum est, ut textum in Quinto contra Sanctum Thom. hic inducat in quo loco cum Sancto Tho. concordat. Oportet igitur uel quod Sanctus Tho. hic & ibi sibijpsi repugnet, quod utique si esset, scio non tacuisse pro honore suo. Vel si sibi non repugnat, sicut hic ita, & ibi à te fuerat oppugnandus. Quod etiam eiusdem beneuolentiæ gratia non omisisses. Vel certe hoc in loco sine causa & sine sapientia illi te opponas, quod quidem uerum est. Et ut hoc euidenter omnibus appareat, tria in hac nostra defensione faciemus. Primo quidem, probabimus quod ratio numeri, & similiter ratio mensuræ, & mensurati prius competunt uni & multitudini de genere quantitatis quam uni & multitudini transcendentibus: Se

cundo

eundo manifestabimus huius uiri oppugnationem esse uanitati peruiam multipliciter. Tertio confutabimus expositionem eius super illo uerbo Philosophi (Quasi genus.) Quantum ad primum probatur propositum dupliciter, primo ex parte significati nominis numeri. Secundo ex parte mensuræ & mensurati. Ex parte igitur huius nominis, numerus, probatur propositum tripliciter sic primo. Nullum nomen proprium alicuius speciei potest proprie conuenire alteri ab illa, & præsertim communissimo ad illam, & alias species, iam enim non esset proprium, immo non solum alteri alicui, sed omnibus sub illo communissimo contentis proprie conueniret. Sed sic est quod numerus est proprium nomen determinatæ speciei quantitatis. Species enim discreta condistincta orationi, nõ nisi nomine numeri proprie significatur, ut patet per Aristotel. in prædicamentis & per omnes Peripateticos, ergo &c. Secundo quasi ex opposito sic arguitur. Si nihil plus importat et numerus quam multitudinẽ absolute, ut mensuratam tamen per unum absolute, sequeretur quod non magis esset species quantitatis numerus, quam cuiuscunque alterius generis, quod est contra omnes philosophos. Probatur consequentia, quia in omni genere inuenitur multitudo mensurata per unum prædicto modo. Nam, & per te, in omni saluatur ratio unius & multitudinis, & ratio mensurari, ergo non habet magis quantitatis quã alia genera, determinatam aliquam, speciem, quæ uocetur, & sit numerus. Tertio. Illud, quod causatur ex diuisione continui, & quod cognoscitur etiam negatione continui, non competit proprie secundum suũ nomen alicui transcendenti, patet ista, quia transcendentia abstrahunt à continuo. Sed numerus est huius modi. Nam Aristotel. 3. Physi. tex comm. 68. dicit, ꝙ numerus non est separabilis à decisione continui. Et. 2. de Anima tex. comm. 24. dicit, quod numerus est sensibile commune, tale autem nõ est nisi quantum. Et Tertio de Anima, tex. comm. 135. dicit quod numerus cognoscitur negatione continui, & in prædictis locis loquitur in communi & absolute de numero, & non de hoc, uel illo, ergo cum hæc non conueniant nisi numero de genere quantitatis, sequitur, ꝙ ille solus debeat proprie & absolute dici numerus. Ex ratione uero mensuræ mensurati probatur propositum sic. Quicunque competit proprie & primo ratio mensuræ, & mensurati, eidem etiam proprie competet nomen numeri & principij eius scilicet unius, nam etiam secundum aduersarios numerus addit supra multitudinem rationem mensurabilis &c. Sed sic est, quod ratio mensuræ & mensurati primo competit numero de genere quantitatis, & uni quod est principiũ eius, ergo &c. Minor est Aristote. in hoc eodem libro. 10. tex. com. 2. Dicit enim quod esse metrum, scilicet mensuram, maxime competit quantitati, & per illã deriuatur ad alia genera, per quod omnibus liquet quod loquitur de quantitate, ut est unum genus distinctũ ab alijs & non de quantitate analogice sumpta ad quantitatem molis & uirtutis, ut conatur Anton. andr. peruertendo tex. illum exponere. Probat autem Philosophus, quod mensura primo inueniatur in genere quantitatis, per diffinitionem metri dicẽs. Metrum etenim est quo primo quãtitas cognoscitur. Ex quo postea inducit quod quantitas inquantum quantitas, idest secundum propriam quãtitatis rationem qua ab alijs generibus distinguitur, cognoscitur & consequenter mensuratur uno. Sic igitur patet, ꝙ hoc nomen numerus maxime, & proprie dicitur de specie quantitatis discretæ, cui etiam proprie competit ratio mensuræ. Improprie autem & per quandam transumptionem, & similitudinem, tam nomen numeri quam ratio mensuræ, ad alia deriuatur, ut patet ex dictis Aristot. ubi supra tex. comm. 2. Immo idem ibi habetur per Anton. andr. Expresse enim dicit iux ta literam quod ratio mensuræ est maxime propria quantitati, & primo ei competit, & exinde ad alia genera deriuatur. Quorum uerborum forte hic non fuit memor. Sed oportet sapientem, & maxime illum qui sapientiori se opponit esse memorem. Non potest autem id quod est proprium uni generi, sic ꝙ constituat speciem determinatam illius generis, ad alia deriuari per illud, nisi illis alijs improprie competat & per similitudinem. Aliàs decem genera non essent impermixta, nec essent formaliter primo diuersa Et hæc de primo. Quantum ad secundum quod, scilicet impugnatio ista uana sit ex his patet. Nam si intendat in sua impugnatione quod ratio mensuræ & mensurati inueniuntur in omni genere æque primo & proprie & maxime &c. ut innuit uerba eius. Falsum, idest & non probatum nec hic nec alibi, & contradicit sibijpsi & Philosopho. in tex. 2. huius lib. Si autem intendat, quod competat omni generi per quandam deriuationem à quantitate cui primo, & proprie, & maxime conuenit, hoc uerum est, nec huius oppositum dicit hic aut alibi S. Tho. Immo hoc ipsum egregie ipse declarat super. tex. 12. 5. huius. Vnde non debebat Anton. andr. hic uerua spargere in ua num, cum præsertim hic etiam S. Tho. idem innuat dicens quod in genere quantitatis inuenitur proprie ratio mensuræ, ut ex illo uerbo proprie, det intelligere quod in alijs generibus etiam inuenitur, licet non ita proprie, ut alibi declaratũ est per eum ubi magis erat ad propositum, scilicet supra prædicto tex. 12. 5. huius, & super. 2. tex. in hoc. 10. Sic igitur patet quod unum ut est mensura, & similiter numerus ut est quid mensurabile, proprie & primum sunt determinati generis quantitatis. Sed nec huius oppositum probauit hic homo in Quinto ubi allegat. Quinimmo super tex. 12. optime conformiter Sancto Thomæ propositum nostrum declarat, dum dicit, quod de ratione mensuræ sunt duo. Primum est replicatio unitatis super numerum. Secundum est esse principiũ cognitionis mensurati. Quæ quidem quia ambo conueniunt quantitati, alijs uero generibus non nisi secundum illam, ideo primo proprie mensura inuenitur in quantitate, improprie & secundario in alijs. Hæc ex illo ibi. In hoc tamen etiam ibi ab Aristotel. doctrina aliqualiter deuiauit, quia ut habetur in tex. 2. huius. 10. sæpe allegato. De ratione proprie mensuræ non est esse principium cognitionis absolute uel respectu cuiuscunque, aliàs omne principium cognoscendi diceret mensura aliquo modo, & sic præmissa esset mensura conclusionis, & diffinitio diffiniti &c. quæ sunt aliena à modo loquendi philosophorum. Sed dixit Aristotel. de ratione mensuræ esse quod sit principium cognoscendi quantitatem. Sic enim ibi probauit uni, primo & maxime competere rationem mensuræ, quia unum est, quo quantitas cognoscitur. Et quod loquitur de determinato genere quã titatis, patet, ut supra dixi, quia quantitatem hanc immediate separauerat ab alijs generibus dicens, quod ab ea deriuatur ratio mensuræ ad alia genera. Patet igitur propositum ex expositione etiam tua in Quinto ubi te allegas. Sed forte dices, uerum est, quod ratio mensuræ proprie & primo conuenit quantitati, improprie autem & secundario alijs generibus. sed tamen cum hoc stat, quod etiam proprie competat uni transcendenti, & similiter numero transcendenti competit proprie mensurati, quia licet numerus transcendens non sit quantitas determinati generis, est tamen quantitas transcedens, & sic dico de uno, quod est principium eius. Quantitati autem non determinati generis, sed absolute, ut includit quantitatem molis

molis & uirtutis, proprie, & primo competit ratio mensuræ. Sed contra hoc arguitur ut supra. Quod enim est proprium determinati generis, ut distinguit ab alijs generibus sub aliquo communi siue uniuoco siue analogico, non potest proprie conuenire illi communi. Sed ratio mensuræ per te etiam super tex. co. 1. competit proprie determinato generi quantitatis ut distinguitur ab alijs generibus, ad quæ non nisi, ut induūt quoquo modo similitudinem quantitatis deriuatur, ergo non conuenit proprie quantitati analogæ, nec uni aut numero transcendentibus. Maior patet inductiue, ut quod conuenit primo homini ut distinguitur ab alijs animalibus non conuenit proprie, & primo animali in communi, & sic de alijs. Præterea si ratio mēsuræ maxime ppea uni trāscendenti, uel cōpeteret æque primo, & maxime etiam uni de genere quantitatis, & hoc est impossibile, quia nihil potest primo competere duobus & præsertim superiori, & inferiori. Id enim quod competit primo, alicui, oportet quod per illud competat omnibus alijs, & sic per posterius competit illis alijs. Vel competit per prius uni transcendenti quàm uni de genere quantitatis, & hoc nec tu dicis, ne potest esse uerum, quia tunc non per quātitatem determinati generis, sed per quantitatem analogam competeret alijs generibus ratio mēsuræ, contra Philosophum in principio huius.10. Sed nec est possibile, aliquid competere proprie alicui analogo, & per transumptionem cuilibet analogatorū. Quicquid enim alicui analogo attribuitur, ex hoc ei attribuitur, quia competit per se proprie ei, quod est primum inter analogata, & per illud competit omnibus alijs analogatis. Sicut patet quod ratio sani, quod est quoddam commune analogum ad sanum corpus, & ad sanam urinam per prius, & proprie cōpetit sano corpori, & per attributionem ad illud, cōpetit & urinæ. Et si hoc est uerum de ratione formali amplius analogi, multo magis de his omnibus quæ rationem formalem cōsequuntur, cuiusmodi respectu unius est habere rationem mensuræ, & respectu numeri, habere rationem mensurati. Non enim unum transcendent diffinitur per esse mensuram, sed per esse ens indiuisum, ut patet per Aristotel. Quarto huius, & per omnes Peripateticos ubique. Nihil ergo est dictu, immo formaliter implicat, quod aliquid competat primo ipsi uni communi analogo & similiter numero, & per ipsum deriuetur ad unum & numerum in quolibet genere, & primo in quantitate &c. cum de ratione analogi hoc sit quod nihil de eo dicitur ni si quia id proprie & j. cōpetit suo primo analogato. Oportet ergo qđ rō mensuræ & mensurati, iō de uno & numero analogis dicātur qa pprie & j. dñr de uno & numero alicuius prædicamenti, & per illud ad alia deriuetur. Et tale prædicamentum est quantitas, ut ex supra dictis & allegatis patet. Et hæc de secundo. Quantum ad tertium. Sciendum quod motiuum sancti Thomæ propter quod hic dixit, numerum proprie non inueniri nisi in genere quantitatis, fuit uerbum Philosophi, hoc inquam, quod multitudo est quasi genus numeri. Ex huc.n. apte deducitur, qđ nō oīs multitudo est numerus. Et rō numeri, cōsistat mensurabilitate sequitur quod ratio hęc non proprie competit multitudini analogæ secundum totum sui ambitum, quia non omni &c. & intelligitur de numero secundum propriam significationem, & similiter de mensura & mensurabili. Quia tamen nullum analogum est proprie genus, iō nō dixit simpliciter Philosophus, quod sit genus, sed quasi genus, quia uideli cet est communius prædicatum. Ant. autem and. exponit iy quasi genus, idest absolutius. Nec audet dicere quod sit, sed dicit quod uidetur ipsa ratio pluralitatis esse absolutior ratione numeri. Nec dicit quod numerus addat, sed quod uidetur addere rationem mensurabilis super pluralitatem. Ex hoc quippe modo loquendi non firmum doctrinam se tradere manifestat. Doctrina autem Sancti Thom. habet determinate & certe, qꝫ ratio multitudinis est absolutior, quam ratio numeri, si per rationem absolutiorem, intelligamus rationem pauciora includentem, seu minus contractam. Habet etiam determinate, quod numerus addit rationem mensurabilis super multitudinem, ut habetur expresse hic ab Aristotel. dum probat multitudinem esse quasi genus numeri, quia inquit numerus est multitudo uno mensurabilis. Et cum hoc etiā habet doctrina Sancti Thomæ, quod non ideo dicatur multitudo quasi genus numeri, quia habeat rationem magis absolutam. Hoc enim non esse bene dictum, probatur sic contra Anton. andr. uel enim competit multitudini, quod possit dici quasi genus numeri ratione absolutionis seu abstractionis illius præcise, quæ importat minorem contradictionem, uel cum hoc etiam ratione communitatis quæ importantur in abstractione uniuersalis à particulari. Si primo modo, ergo quicquid primo modo erit abstractum in comparatione ad alterum, cum præcisione, secundæ abstractionis, poterit ratione illius primæ abstractionis dici quasi genus illius. Quod est falsum uniuersaliter. Sic.n. ens posset dici quasi genus unius & ueri &c. & quodlibet subiectum esset quasi genus respectu sui sub propria passione, ut homo respectu hominis risibilis, & sic de alijs, quam doctrinam, nullus adhuc ex Aristotel. propinauit. Sed ipse potius in Quarto huius dixit, quod ens & unum sunt omnium genera, quod quia proprie non est uerum, interpretandus est, quasi genera, si hanc ipse interpretationē admitteret propter absolutiorem rationem, noncō numerasset unum enti, sed de ente solo dixisset, quod esset, quasi genus omnium & etiam ipsius unius, quia est eo absolutius. Intendit igitur Aristotel. hic & ibi, alicui competere, quod sit quasi genus alterius, quia est communius eo, & consequenter ratione secundæ abstractionis. Licet ei desint aliquæ cōditiones requisitæ ad genus proprie. Et confirmatur. Sicut absolute & simpliciter non potest aliquid dici tale, puta homo nisi ei competant omnia quæ sunt de ratione hominis, ita non potest dici aliquid quasi tale, nisi aliquid participet de his quæ sunt de ratione eius. Si enim nihil Participet de his quæ sunt de ratione eius, diceretur simpliciter non esse illud. Sed de ratione generis nō est abstractio prima nisi quatenus includitur in secunda, ergo ob primam abstractionem præcise secunda, & omni alio quod pertineat ad rationem generis, puta prædicari in quid uniuoce &c. non poterit quicquam dici quasi genus, sed simpliciter potius dicendum est tale quid non esse genus. Et sic patet quod illud uerbum Philosophi, non potest aliomodo exponi quam fecerit S. Tho. Et de præsenti defensione satis.

Deinde cum dicit.

Cum autem similiter dicatur scientia ad scibile, non similiter assignatur, uideri nanque posset, scientia quidem mensura esse, scibile uero quod mensuratur. Accidit autem omnem quidem scientiam scibile esse, scibile non omne scientiam esse eo quod modo quodam scientia scibili mensuratur. B E S S.

Similiter autem dicta scientia ad scibile, non similiter assignatur. Videbitur enim utique scientia ad metrum esse, scibile uero quod mensuratum. Accidit autem scientiam quidem omnem scibile esse, scibile uero non esse sciētiam, quia modo quodam scientia mensuratur scibili. A N T. par 9

Manifestat similitudinem relationis scibilis ad sciē tiam, & unius ad multa dicens, quod cum scientia similiter secundum rei ueritatem dicatur ad scibile, si cut

cut numerus ad vnum, non similiter assignatur a quibusdam, quia videtur quibusdam, sicut Pythagoricis, sicut supra dictum est, quòd scientia sit mensura & scibile mensuratum. Sed contrarium apparet. Dictũ est enim quod si est vnum quod est mensura, non est necesse numerum esse qui est mensuratum, sed econuerso. Videmus enim quòd si est scientia, oportet scibile esse. Non autem oportet si est aliquid scibile quòd sit eius scientia. Vnde apparet quòd magis scibile est sicut mensura & scientia sicut mensuratum. Quodam enim modo mensuratur scibili scientia, sicut numerus vno. Ex hoc enim vera scientia rei habetur, quòd intellectus apprehendit rem sicuti est.

Tex.co.5.

Deinde cum dicit.

BESS. *Multitudo autem neque pauco contraria est, sed huic multum, tanquam excedens multitudo, excessæ multitudini. nec vni omnino. sed hoc quidem, vt dictum est, quod diuisibile. hoc indiuisibile, tanquã ad aliquid, quemadmodum scientia scibili si fuerit numerus. vnum vero, mensura est.*

ANT. par.10 *Pluralitas autem nec pauco est contraria, sed huic quidem multum, sicut excedens multitudo excessæ multitudini. Neque ipsi vni omnino, sed hoc quidem, vt dictum est, quia diuisibile, illud autem quia indiuisibile. Hoc autem vt ad aliquid, vt scientia scibili, si fuerit numerus: vnum vero metrum.*

Ostendit quod pluralitas, vel multitudo absoluta non opponitur pauco dicens: Dictum est quòd pluralitas secundum quòd est mẽsurata, opponitur vni vt mensuræ, sed non est contraria pauco. Sed pauco quod significat pluralitatem excessam, opponitur multum, quod significat pluralitatem excedentem. Similiter etiam pluralitas non vno modo opponitur vni, sed dupliciter. Vno modo, sicut supra dictum est, opponitur ei vt diuisibile indiuisibili. Et hoc si accipiatur communiter vnum quod conuertitur cum ente, & pluralitas ei correspondens. Alio modo opponitur pluralitas vni, vt ad aliquid, sicut scientia ad scibile. Et hoc dico si accipiatur pluralitas quæ est numerus, & vnum quod habet rationem mensurę, & est principium numeri.

Pluralitas opponitur pauco simpliciter, uni vero dupliciter.

LECTIO IX.

Aliquod esse medium inter contraria docet, quod eiusdem generis cum illis existens, componitur ex ipsis.

BESS. Tex.52. *Cum vero contrarium contingat aliquid medium esse, & quorundam sit, necesse ex contrarijs media esse.*

ANT. Tex.c 24. par.1 *Quoniam autem contrariorum cõtingit medium esse aliquid, & quorundam est, necesse ex contrarijs esse.*

Postquam Philosophus determinauit de contrarijs, hic determinat de medijs contrariorum, & circa hoc duo facit. Primo proponit de quo est intentio dicens, quia contrariorum contingit aliquid esse medium, vt supra dictum est, & quædam cõtrariorũ medium habent, ostendendum est quòd necesse est media esse ex contrarijs. Non autem hoc solum ostẽdit, sed etiam quædam alia quæ ad huius probationem sunt necessaria.

Sermo de medis contrariorum text.c.14.

BESS. *Omnia enim media, & illa, quorum media sunt, in eodem genere sunt. media nanque illa dicimus, in qua necesse est, primo transmutari, quod transmutatur. vt si ab hypate in netem paulatim pertranseat, prius ad medios sonos veniet. & in coloribus, si ex albo, ad nigrum veniat prius ad puniceum, & fuscum, quàm ad nigrum veniet. similiter autem & in alijs. Transmutari vero ex alio genere in aliud genus, non est nisi secundum accidens. vt ex colore in figuram. necesse igitur, vt media, & sibiinuicem, & quorum media sunt, in eodem genere sint.*

ANT. par.2 *Omnia nanque media in eodem sunt genere, & quorum sunt media. Media enim hæc dicimus, in quæcunque permutari prius est necesse quod permutatur, vt ab hypate in netem, si trãsit per mediam rationem, veniet prius ad medios sonos. Et in coloribus, si veniet ex albo in nigrum, prius veniet ad puniceum & ad plumbeũ quàm ad nigrum. Similiter autem & in alijs. Permutari vero ex alio genere in aliud genus non est, nisi secundum accidens, vt ex colore in figuram. Necesse est ergo media, & quorum sunt media, in eodem genere esse.*

Media, & extrema sunt eiusdẽ generis.

Prosequitur suam intentionem, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd media sunt in eodem genere cum contrarijs. Secundo ostendit, quòd media sunt inter contraria tantum, ibi. (At vero media &c.) Tertio vero ostendit, quòd media componuntur ex contrarijs, quod est principaliter intentum, ibi. (Si vero sunt in eodem genere. (Dicit ergo primo, quòd omnia media sunt in eodem genere cum his quorũ sunt media. Quod sic probat. Quia hæc est differentia mediorum, quòd media sunt, inter quæ prius uenit illud, quod mutatur de vno extremorum, quàm in alterum extremũ. Et hoc manifestat per duo exẽpla. Primum quidem in sonis. Sunt enim quidam soni graues, & quidam acuti, & quidam medij. Et secundum hanc distinctionem sonorum, distinguuntur chordæ in musicis instrumentis. Illę enim chordæ, quæ reddũt graues sonos, dicuntur hypatæ, quia principales. Illę vero quæ reddunt acutos sonos, dicuntur netæ. Si igitur musicus paulatim a grauibus ad acutos descendere velit, quod est transire per mediam rationem, necesse est ꝙ prius veniat ad sonos medios. Secundo autem manifestat in coloribus. Si enim aliquid mutatur ex albo in nigrum, oportet quod primum veniat ad medios colores quàm ad nigrum. Et similiter est in aliis mediis. Sic igitur patet ꝙ de medijs fit transmutatio ad extrema, & econuerso. Sed in his quæ sunt in diuersis generibus, non fit transmutatio in inuicem nisi per accidens, sicut patet in colore & figura. Non enim mutatur aliquid de colore in figuram aut econuerso, sed de colore in colorẽ, & de figura in figuram. Vnde necesse est quòd media & extrema sint in eodem genere. Deinde cũ dicit

Media sunt eiusdem generis cum extremis.

Mediũ qđ.

Inter distincta genere non est trãsmutatio nisi per accidens.

BESS. *At vero omnia, aliquorum oppositorum sunt. ex his nanque solis, per se transmutari est. Quare impossibile est, media esse non oppositorum. esset nanque profecto, transmutatio etiam ex non oppositis.*

ANT. par.4 *At vero omnia media sunt oppositorum quorundã. Ex his enim solis secundum se est permutari. Quapropter impossibile est esse media non oppositorum: esset enim permutatio & non ex oppositis.*

Medium est tantum inter opposita.

Ostendit quòd media sunt inter cõtraria, & circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quòd media necesse est esse inter opposita. Secundo inter quæ opposita, quia inter contraria, ibi. (Oppositorum vero.) Dicit ergo primo quod omnia media necesse est esse inter opposita. Quod sic probat. Quia solum ex oppositis per se loquendo fiunt mutationes, vt probatur in Primo Physic. Ex nigro enim aliquid fit album per se loquẽdo. Dulce autem non fit ex nigro nisi per accidens, inquantum dulce conuenit esse album. Sed media sunt inter illa ex quibus est mutua transmutatio, sicut per diffinitionem mediorum suprapositam patet. Impossibile est ergo quod media sunt non oppositorum, quia sequeretur quod esset permutatio non ex oppositis.

Tex.c 4. & inde. & 5. phys. Tex.c.6. & inde.

Deinde cum dicit.

Oppo-

BESS. *Oppositorum vero contradictionis quidem, nullum est medium, hoc enim est contradictio, oppositio cuius cum nihil habeat medium, cuicunque altera pars adest, caeterorum vero, quaedam ad aliquid, quaedam priuatio, quaedam contraria sunt. Eorum vero, quae ad aliquid, quaecunque non sunt contraria, non habent medium, causa vero, quia non in eodem genere sunt, quia namque, scientiae & scibilis medium? verum magni et parui est.*

ANT. par. 5 *Oppositorum enim contradictionis quidem medium non est. Haec enim est contradictio, oppositio eius cuicunque adest altera pars non habentis medium vllum. Caeterorum vero, alia ad aliquid, alia vt priuatiua, alia contraria. Eorum vero quae ad aliquid, quaecunque non contraria, non habent media. Causa vero, quia non in eodem genere sunt. Quid enim scientiae, & scibilis medium? Sed magni & parui.*

Manifestat inter quae opposita possint esse media dicens, quòd inter opposita in contradictione nullo modo potest esse medium. Contradictio enim est oppositio, cuius altera pars ex necessitate adest cuicunque subiecto, siue sit ens, siue non ens. De quolibet enim ente vel non ente necesse est dicere quod sedet, vel nō sedet. Et sic patet, quòd contradictio nullum habet medium. Sed aliorum oppositorum alia sunt ad aliquid, alia priuatio & forma, alia vt contraria. Eorum autem, quae sunt ad aliquid, quaedam se habent vt contraria, quae ex aequo adinuicem referuntur, & ista habent medium. Quaedam vero non se habent vt contraria, quae non ex aequo adinuicem referuntur, sicut scientia & scibile, & ista non habent medium. Cuius causa est, quia media & extrema sunt in eodem genere. Haec autem non sunt in eodem genere, cum vnum secundum se referatur, vt scientia, non autem aliud, vt scibile. Quomodo ergo scientiae, & scibilis potest aliquid esse medium? Sed magni & parui potest esse aliquid medium, id est aequale, vt supra dictum est. Et similiter eorum quae referuntur adinuicem, vt contraria. Quomodo autem ea quae opponuntur priuatiue habeant media vel non habeāt, & quomodo hęc oppositio aliquo modo pertinet ad contrarietatem, hic tacet, quia supra exposuit. Deinde cum dicit.

Contradictio, quid. Inter quae opposita detur medium, & inter quae non.

tex. com. 15

BESS. tex. 23. *Quòd si media in eodem genere sunt (vt ostensum est) & contrariorum media, necesse est ea ex his contrarijs componi.*

ANT. par. 6. *Si vero sunt in eodem genere media (vt ostensum est) & media contrariorum, necesse ipsa componi ex his contrarijs.*

Ostendit tertium quòd principaliter intendit, scilicet quod media sunt composita ex contrarijs, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit dicens, quòd si media in eodem genere sint cum extremis, sicut ostensum est, & iterum media sint solum contrariorum, vt etiam ostensum est, necesse est media componi ex his contrarijs inter quae sunt.

Media componitur ex contrarijs.

BESS. *Aut enim erit aliquod genus eorum, aut nullum: & si genus quidem ita erit, vt aliquid prius contrarijs sit, differentiae priores contrariae erunt, quae faciunt contrarias species, tanquam generis: ex genere namque & differentia, species sunt, vt puta si album & nigrum contraria sunt, est autem illud segregatiuus color, hoc vero congregatiuus, hae differentiae congregatiuum, & segregatiuū, priores: quare priora inuicem contraria sunt, at vero quę contraria, differētiae sunt, magis cōtraria sunt.*

Vide disgressionē Auer. super illo text.

ANT. part. 7 *Nam erit aut aliquod genus ipsorum, aut nullum. Et si quidem genus erit, ita vt sit prius aliquid contrarijs, differentiae priores contrariae erunt facientes contrarias species, vt generis. Ex genere enim & differentijs, species. Vt si album & nigrum contraria, est autem hic quidem disgregatiuus color: ille vero congregatiuus color, hae differentiae congregatiuum & disgregatiuum, priores. Quare haec contraria inuicem priora. At vero contrariae differentiae, magis sunt contraria.*

Probat propositum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit quòd contrariae species habent priora contraria ex quibus constituuntur. Quod sic probat. Oportet enim quòd contrariorum, aut sit aliquod genus, aut nullum. Si autem nullum genus esset contrariorum, non haberent medium, quia medium nō est nisi eorum quae sunt vnius generis, vt ex dictis patet. Sed si contrariorum, quorum ponitur medium sit aliquod genus prius ipsis contrarijs, necesse est etiam quod sint differentiae contrariae priores speciebus cōtrarijs, quae faciant & constituant species contrarias ex ipso genere vno. Species enim ex genere & differentijs constituuntur. Et hoc manifestat per exemplum, sicut si album, & nigrum sint contrariae species, & habeant vnum genus quod est color, necesse est quòd habeant aliquas differentias constitutiuas, ita quòd album sit color disgregatiuus visus, nigrum vero color congregatiuus. Et sic hae differentiae congregatiuum & disgregatiuum sunt priores albo & nigro. Vnde cū vtrobique sit contrarietas, manifestum est quòd contraria sunt seinuicem priora. Contrariae enim differentiae sunt priores contrarijs speciebus. Et sunt etiam magis contrariae, quia sunt causae contrarietatis ipsis speciebus. Considerandum tamen quod disgregatiuum, & congregatiuum visus, non sunt verae differentiae constitutiuae albi & nigri, sed magis effectus eorum. Ponuntur tamen loco differentiarum, signa earum. Sicut interdum per accidentia, designantur differentiae & formae substantiales. Disgregatio enim visus prouenit ex vehementia lucis, cuius plenitudo albedinem constituit. Et congregatio visus prouenit ex causa contraria.

Species contrariae habēt priora contraria.

Species ex gnē & differentijs constituitur.

BESS. *Caetera quoque et media, ex genere, et differentiis erunt, vt puta quicunque colores medij inter album, et nigrum sunt, hos oportet, vt et ex genere dicantur (est autem genus color) et ex quibusdam differentijs, hae vero non erunt prima contraria: quod si secus, vnūquodque aut album, aut nigrum erit: ergo alia: mediae igitur primorum contrariorum, hae erunt.*

ANT. part. 8 *Et reliqua et media ex genere erunt, et differentijs. Vt quicunque colores albi, et nigri sunt medij, oportet hos ex genere dici, est autem genus color. Et ex differentijs quibusdam. Hae vero non erunt prima contraria. Si autem non, erit vnusquisque aut albus, aut niger. Altera igitur media. Ergo primorum contrariorum hae erunt.*

Ostendit quòd etiam medię species habent priora media, ex quibus constituuntur dicens, quòd cum media sint species eiusdem generis, & omnes species ex genere, & differentia constituantur, necesse est quod media constituantur ex genere & differentijs. Sicut quicunque colores sunt medij inter album, & nigrum, oportet hos diffiniri ex genere, quod est color, & ex quibusdam differentijs. Et hae differentiae, ex quibus constituuntur medij colores, non possunt esse immediate prima contraria, scilicet differentiae contrariae quae constituebant contrarias species albi, & nigri. Aliter oportet quòd quilibet color medius esset albus aut niger. Nam color congregatiuus est niger, & disgregatiuus est albus. Oportet igitur quod differentiae constitutiuae mediorum colorum sint alterae à differentijs contrarijs, quae sunt constitutiuae contrariarum specierum.

Species mediae habent media priora.

Et quia sicut se habent species ad species, ita se habent differentiæ ad differentias: oportet quod sicut medij colores sunt species mediæ inter species contrarias, ita differentiæ constitutiuæ earum sint mediæ inter differentias contrarias quæ dicuntur prima contraria. Deinde cum dicit.

Dantur aliquę differẽtiæ mediæ.

B E S S. *Primæ vero differentiæ: segregatiuum & congregatiuum. Quare hoc primum quærendum est, quæcunque cõtraria non in genere, ex quo media eorum? quæ enim in eodem genere sunt, necesse est vt aut ex incompositis genere componantur, aut incomposita sint. Et quidem contraria inuicem incomposita, propterea quòd principia sunt. Media vero, aut omnia, aut nullum, ex contrarijs vero, aliquid fit: quare erit in hoc transmutatio, ante quàm in illa, vtroque enim, & magis & minus erit: medium igitur contrariorum, hoc etiam erit. Ergo, cætera quoque media, composita sunt, id enim, quod vno minus, altero magis est, compositum ex illis quodam modo est, quorum vno minus, altero magis dicitur esse. Cum vero contrariorum alia priora eiusdem generis nõ sint, omnia media profectò ex contrarijs erunt: quare & omnia inferiora, tum contraria, tum media, ex primis contrarijs erunt.*

A N T. par. 9. *Primæ autem differentiæ congregatiuum & disgregatiuum, quia hæc prima sunt. Quærendum autem quęcunque contraria non in genere, ex quo media ipsorum. Necesse enim quæ sunt in eodem genere, ex incompositis genere componi, aut incomposita esse. Contraria namque incomposita sunt ex inuicem, quare principia: quæ autem sunt intermedia, aut omnia, aut nullum. Ex contrarijs vero fit aliquid. Quare erit transmutatio in hoc prius quàm in ipsa, vtriusque enim & minus erit & magis. Medium igitur erit & hoc contrariorum. Et alia igitur omnia composita, quæ sunt media. Nam huius quidem magis, istius vero minus, compositum est aliqualiter ex illis quorum dicitur esse, huius quidem magis, illius vero minus. Quoniam autem non sunt alia priora eiusdem generis contrarijs, omnia vtique ex contrarijs media erunt. Quare & inferiora omnia & contraria & media, ex primis contrarijs erunt.*

Ostendit, quòd mediæ differentiæ ex differentijs contrarijs, componuntur dicens, quòd differentiæ primæ contrariæ sunt disgregatiuum visus & congregatiuum. Vnde istæ differentiæ sunt illud primum, ex quo cõponimus omnes species generis. Sed, si aliqua contraria non essent in eodem genere, quærendum restaret ex quo eorum media constituerentur. Sed in his quæ sunt in eodem genere, nõ est difficile hoc accipere, quia necesse est omnia, quæ sunt in eodem genere § ant esse incomposita, § id est simplicia, aut componi § ex incompositis § id est simplicibus, quæ sunt in genere illo. Contraria enim sunt incomposita ex inuicem, quia nec album componitur ex nigro, neque nigrum ex albo, neque congregatiuum ex disgregatiuo, neque econuerso. Quare oportet quod contraria sint principia, quia simplicia in quolibet genere sunt principia. Sed de medijs oportet dicere, quòd aut omnia componantur § ex simplicibus, § id est ex contrarijs, aut nullum, quia eadẽ ratio videtur de omnibus. Sed non põt dici, quod nullum, quia aliquod est medium quod componitur ex contrarijs, ex quo contingit ꝙ transmutatio primo peruenit ad media quàm ad extrema. Hoc autem sic apparet, quia illud in quod primo peruenit transmutatio, est magis & minus respectu vtriusque extremorum. Prius enim aliquid fit minus albuni & minus nigrum, quàm totaliter album & totaliter nigrum, & hoc ipsum quod est minus album, quàm albũ simpliciter, & minus nigrum quàm nigrum simpliciter. Est etiam magis accedens ad album quàm nigrum simpliciter, & magis accedens ad nigrum quàm album simpliciter. Et sic patet, quòd illud in quod primo venit transmutatio, est magis & minus respectu vtriusque extremorũ. Et propter hoc oportet quòd sit medium contrariorum. Et sic sequitur quod omnia media sint composita ex contrarijs. Nam idem medium quod est magis, & minus respectu vtrinsq; extremorum, oportet esse compositum ex extremis simplicibus, respectu quorum dicitur magis & minus. Et quia non sunt aliqua extrema priora contrarijs in eodem genere, relinquitur quod duę cõtrariæ constitutiuę mediorum sint compositæ ex contrarijs differentijs. Et ita media erunt ex contrarijs. Quod patet, quia (omnia inferiora,) id est omnes species generis tam cõtraria quàm media sunt ex primis contrarijs, scilicet differentijs. Deinde cum dicit.

Media contrariorum componuntur ex extremis.

Contraria sunt principia quia simplicia.

B E S S. tex. 24. *Et quidem quòd cuncta media in eodem genere, & contrariorum media sint, ac ex contrarijs componantur, patet.*

A N T. tex. com. 24 par. 10 *Quod quidem igitur media & in eodem genere omnia, & intermedia contrariorum, & componuntur ex contrarijs omnia, palam.*

Concludit epilogando, quod supra de medijs dictum est. Et est litera plana.

LECTIO X.

Quomodo contraria distingui semper oporteat secundum speciem ostendit.

B E S S. Vide cõtradictionẽ Zimare super isto tex. *Diuersum autem specie ab aliquo, diuersum aliquid est, & hoc ambobus inesse oportet, vt si animal specie diuersum, ambo animalia: necesse est igitur in eodem genere esse, quæ specie diuersa sunt, huiuscemodi enim appello genus, quo vnum & idem ambo dicuntur, non secundum accidens differentiam habens, siue vt materia existens, siue vt aliter: etenim non solũ commune oportere existere, vt ambo animalia, verum etiam vtriq; diuersum hoc ipsum animal: vt hoc quidem equum, hoc vero hominem: quare hoc commune, diuersum specie vicissim est, erit itaque secundum se, hoc quidem tale quid animal, hoc vero tale quid, vt hoc quidem equus, hoc vero homo. Necesse igitur, hãc differentiam generis diuersitatem esse; dico namque differentiam generis diuersitatem, quæ diuersum hoc ipsum facit.*

A N T. par. 1. *Diuersum autem specie, ab aliquo diuersum est, & oportet hoc ambobus inesse. Vt si animal diuersum est specie, ambo animalia: necesse ergo in eodem genere esse diuersa specie. Tale enim genus voco, quo ambo vnum & idem dicuntur, non secundum accidens habens differentiam, siue vt materia ens, siue aliter. Non solum enim oportet commune existere, puta animalia ambo, sed & alterum in talibus hoc ipsum animal. Vt hoc quidem equum, illud vero hominem. Propter quod hoc commune diuersum abinuicem est specie. Erit itaque secundum se hoc tale quidem animal, illud vero tale, vt hoc quidem equus, illud vero homo. Necesse ergo differentiã hanc, diuersitatem esse generis. Dico enim generis differentiam, diuersitatem, quæ diuersum facit hoc ipsum.*

Quia Philosophus superius ostendit cõtrarietatem esse differentiam quandam, differentia autem vel est secundum genus, vel secundum speciem, intendit hic Aristot. ostendere quomodo contraria se habeant ad hoc, vt differant genere & specie. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quòd differentia secundum speciem pertinet ad contrarietatem. In secunda ostendit quomodo de quibusdam cõtrarijs aliter est, ibi. (Dubitabit autem aliquis quare fœmina &cæt.)

Circa primum tria facit. Primo oſtendit quòd differentia quæ facit differre ſpecie, eſt ſecundum ſe ipſius generis quaſi ipſam naturam generis in diuerſas ſpecies diuidens. Secundo oſtendit quod hoc conuenit contrarietati, ibi. {Contrarietas igitur hæc &c.} Tertio concludit quoddam corollarium ex dictis, ibi. {Quare palam, quia ad id quod vocatur genus &c.} Dicit ergo primo, quòd in omni diuerſitate ſecũdum ſpeciem oportet duo accipere, ſcilicet vt hoc ſit diuerſum ab aliquo, & vt ſit aliquid diuerſificatum per hęc duo, & hoc quod eſt diuerſificatũ per hæc duo, oportet ineſſe ambobus. Sicut animal eſt quod eſt diuerſificatum in diuerſas ſpecies, ſcilicet in hominem, & equum, & oportet ꝙ ambo, ſcilicet homo & equus ſint animalia. Vnde patet quòd neceſſe eſt ea quę ſunt diuerſa ſpecie adinuicem, in eodem genere eſſe. Id.n. vocatur genus, quod eſt vnum, & idem ambobus, non ſecundum accidens de vtroque prædicatum, neque ſecundum accidens diuerſificatum in vtroque, vnde oportet, quod habeat differentiam nõ ſecundum accidens, ſiue genus ponatur ens quaſi materia, ſiue qualitercunque aliter. Hoc autem ideo dicit, quia aliter diuerſificatur materia per formas, & aliter genus per differentias. Forma enim non eſt hoc ipſum, quod eſt materia, ſed facit compoſitionem cum ea. Vnde materia non eſt ipſum cõpoſitum, ſed aliquid eius. Differentia vero addit generi nõ quaſi pars parti, ſed quaſi totum toti. Vnde genus eſt hoc ipſum quod eſt ſpecies, & non ſolum aliquid eius. Si autem eſſet pars, nõ prædicaretur de ea. Sed tamen, quia totum poteſt denominari ab vna ſola parte ſua, puta ſi homo denominetur habens caput, vel habens manus, contingit ipſum compoſitum ex materia & forma denominari. Et quidem nomen, quo aliquid totum denominatur ab eo, quod eſt materiale in ipſo, eſt nomen generis. Nomen autem, quo denominatur à principio formali, eſt nomen differentiæ. Sicut homo nominatur animal à natura ſenſibili, rationale vero à natura intellectiua. Sicut igitur habens manum competit toti, licet manus ſit pars, ita genus & differentia conueniunt toti, licet ſumantur à partibus. Si ergo conſideretur in genere & differentia id, à quo vtrunque ſumitur, hoc modo genus ſe habet ad differentias, ſicut materia ad formas. Si autem conſideretur ſecundum quòd nominant totum, ſic aliter ſe habent. Hoc tamen commune eſt vtrobique, quòd ſicut ipſa eſſentia materiæ diuiditur per formas, ita ipſa natura generis diuerſificatur per differentias. Sed hoc vtrobique diſtat, quia materia eſt in vtroque diuiſorum, nõ tamen eſt vtrunque eorum. Genus autem vtrunque eorum eſt, quia materia nominat partem, genus autẽ totum. Et ideo exponens quod dixerat, genus eſſe quo ambo ſpecie differentia dicuntur vnum & idem, ſubiungit ꝙ non ſolum oportet genus eſſe commune duobus differentibus ſecundum ſpeciem, ſicut quòd vtrunque ſit animal, ſicut aliquid indiuiſum eſt commune diuerſis, vt eadem domus aut poſſeſsio, ſed oportet hoc ipſum quod eſt animal eſſe alterum vtrunque, ita quòd hoc animal ſit equus, & hoc animal ſit homo. Et hoc dicit contra Platonicos, qui ponebant communia ſeparata, quaſi ipſamet natura communis non diuerſificaretur, ſi natura ſpeciei eſſet aliquid aliud præter naturam generis. Vnde contra hoc concludit ex dictis ꝙ hoc ipſum quod eſt commune, diuerſificat ſecũdum ſpeciem. Vnde oportet quòd commune vt animal, ipſum ſecundum ſe ſit hoc tale ſecundum vnam differentiam, & illud tale ſecundum aliam differentiam, ſicut quòd hoc ſit equus, & illud homo. Et ita ſequitur quòd ſi animal ſit ſecundum ſe hoc tale & hoc tale, quòd differentia faciens differre ſpecie, ſit quædam diuerſitas generis. Et exponit diuerſitatẽ generis, quæ ipſam naturam generis diuerſificat. Per hoc autem ꝙ hic Philoſophus dicit, non ſolum excluditur opinio Platonis ponentis commune vnum, & idem per ſe exiſtere, ſed etiam excluditur opinio eorum qui dicunt, quòd illud quod pertinet ad naturam generis, nõ differt ſpecie in ſpeciebus diuerſis, ſicut quòd anima ſenſibilis non differt ſpecie in homine & equo.

Diuerſimode materia per formã & genus per differentias variatur.

Tam genus quàm differentia dicũtur totum, licet ſint à partibus ſumpta.

Contra ponentes genus diuerſificari in ſpeciebus.

Deinde cum dicit.

Contrarietas igitur hæc erit, patet autem ex inductione, cuncta namque oppoſitis diuiduntur. B E S S.

Contrarietas igitur hæc erit. Palam autem, & ex inductione. Omnia enim diuiduntur oppoſitis. A N T. par.2.

Oſtendit quòd differentia diuerſificans ſecundum ſe genus modo prædicto, eſt contrarietas dicens. Cum differentia ſecundum ſpeciem ſit ſecundum ſe diuerſificans genus, manifeſtum eſt quod hæc differentia eſt cõtrarietas. Et hoc primo manifeſtat ex inductione. Videmus enim quòd omnia genera diuiduntur per oppoſita. Quod quidem neceſſe eſt. Nam ea quæ non ſunt oppoſita, poſſunt ſimul exiſtere in eodem. Quæ autem huiuſmodi ſunt, non poſſunt eſſe diuerſa, cum non ex neceſsitate ſint in diuerſis. Vnde oportet quòd ſolum oppoſitis aliquid commune diuidatur. Non autem diuiſio generis in diuerſas ſpecies poteſt fieri per alia oppoſita. Nam contradictorie oppoſita non ſunt in eodem genere, cum negatio nihil ponat. Et ſimile eſt de priuatiue oppoſitis, cum priuatio nõ ſit niſi negatio in ſubiecto aliquo. Relatiua etiam, vt ſupra habitum eſt, non ſunt eiuſdem generis, niſi quę ſecundum ſe adinuicẽ referuntur, quę quodammodo ſunt contraria, vt ſupra dictum eſt. Et ſic relinquitur quòd ſola contraria faciũt differre ſpecie, ea quæ ſunt vnius generis. Deinde cum dicit.

Cõtrarietas eſt differentia ſpecifica, probatur inductiue.

Sola oppoſita contraria neceſſario ſunt eiuſdẽ generis.

tex. com. 21

Et quod contraria in eodem genere ſint, oſtenſum eſt, contrarietas enim, perfecta differentia erat. Omnis vero ſpecie differentia ab aliquo, aliquid: quare hoc et idẽ & genus in ambobus: ideo in eadẽ coordinatione prædicationis, ſunt omnia contraria quæcunque non genere differunt, & inuicem maxime diuerſa, perfecta namque differentia & ſimul inuicem non ſiunt: differentia ergo, contrarietas eſt. Hoc enim eſt diuerſa ſpecie eſſe, quod cum in eodem genere ſint, contrarietatem habent indiuidua exiſtentia. Eadem autem ſpecie, quæcunque contrarietatem non habent, indiuidua exiſtentia: in diuiſione namque, & in medijs ſiunt contrarietates, antequam ad indiuidua deueniatur. B E S S.

Et quòd contraria in eodem genere ſunt oſtẽſum eſt. Nam contrarietas erat differentia perfecta. Differẽtia vero quę ſpecie, omnis alicuius aliquid. Quare hoc idem & genus in ambobus. Quare & in eadẽ coelementatione omnia contraria categoriæ, quæcunque ſpecie differentia & non genere, diuerſaq; abinuicẽ maxime. Perfecta.n. ipſorum differentia, et ſimul inuicem non ſiunt. Ergo differẽtia contrarietas eſt. Hæc.n. eſt diuerſa eſſe ſpecie in eodem genere entia, contrarietatem habere entia indiuidua. Eadem vero ſpecie quæcunq; contrarietatẽ non habent, indiuidua entia. In diuiſione.n. et medijs ſiunt cõtrarietates prius, quàm ad indiuidua perueniat. A N T. par.3.

Manifeſtat idem per rationem dicens, quòd contraria ſunt in eodem genere, ſicut oſtenſum eſt. Dictum eſt enim quod contrarietas eſt differentia perfecta. Et iterum dictum eſt quòd differentia ſecundum ſpeciem eſt {aliquid alicuius,} ideſt ab aliquo. Et quòd præter hoc, idem genus oportet eſſe in ambob. differentibus ſpecie. Et ex his duobus ſequitur, quòd omnia contraria ſint in eadem {coelementatione categoriæ,} id eſt in eadem ordinatione prædicamentali. Vt hoc tamen intelligatur de contrarijs,

Idem probatur per rationem.

tex. com. 22

Text. c. c. 13

In hoc text.

quæcunque ſunt differentia ſpecie,& non genere. Qđ quidem dicit præſeruando ſe à corruptibili & incorruptibili,de quibus poſt dicetur,quod ſunt diuerſa genere. Et non ſolum contraria ſunt in vno genere, ſed ſunt etiam diuerſa adinuicem. Quod patet, quia ea, quæ perfecte differunt, ſicut contraria,non ſunt inuicem ſimul. Vnde, cum ad differentiam ſecundũ ſpeciem ſequiratur identitas generis,& diuerſificatio generis per diuerſas ſpecies, & cum vtrunque in contrarietate reperiatur,ſequitur quod differentia ſecũdum ſpeciem ſit contrarietas. Quod manifeſtum eſt, quia hoc eſt aliqua eſſe diuerſa ſecundum ſpeciem exiſtentia in eodem genere,habere contrarietatem differentiarum, ſcum ſint indiuidua,ſ id eſt non vlterius diuiſa in ſpecies,ſicut ſunt ſpecies ſpecialiſsimæ. Quę quidem dicuntur indiuidua,inquantum vlterius non diuiduntur formaliter. Particularia vero dicuntur indiuidua,inquantum nec materialiter nec formaliter vlterius diuiduntur. Et ſicut diuerſa ſpecie ſunt quæ contrarietatem habent,ita eadem ſpecie ſunt, quę nõ habent contrarietatem, cum ſint indiuidua ſecũdum formalem differentiam. Contrarietates enim fiunt in diuiſione,non ſolum in ſupremis generibus, ſed ẽt in medijs,ſprius quàm veniatur ad indiuiduaſ.i.ad vltimas ſpecies.Sicut igitur manifeſtum eſt,ꝙ licet non in omni genere ſit contrarietas ſpecierum,in omni tñ genere eſt contrarietas dĩarum. Deinde cum dicit.

Text.c.ſ.26

Quare manifeſtum eſt, quod ad id,quod vocatur genus,nec eadem,neque diuerſa ſpecie, vlla, quæ vt generis ſpecies conueniunt,mater a nanque negatione oſtenditur,genus vero materia eius eſt, cuius genus dicitur, non vt quod Heraclidarum, ſed vt quod eſt in natura. Nec ad ea, quæ non in eodem genere ſunt, ſed ab illis genere differunt, ſpecie vero ab his, quæ in eodem genere ſunt, etenim differentiam, neceſſe eſt eſſe contrarietatem eius, à quo ſpecie differt, hæc autem his ſolis ineſt, quæ in eodem genere ſunt.

B E S S.

Quare palam quia ad id quod vocatur genus,nec idẽ, neque diuerſum ſpecie, nihil eſt eorum quæ conueniunt vt generis ſpecierum. Nam materia negatione oſtenditur. Genus autem materia. Quod dicitur genus, non vt Heraclidarum, ſed vt in natura, neque ad ea quæ non in eo ſunt genere, ſed differunt genere ab illis, ſpecie vero ab eis, quæ in eodem genere. Contrarietatem enim neceſſe eſt differentiam eſſe, non differre ſpecie. Hoc autem ineſt in eodem genere exiſtentibus ſolum.

A N T. part. 4

Concludit quoddam corollarium ex dictis,ſcilicet ꝙ nihil eorum, quæ conueniunt in genere, ſicut ſunt ſpecies generis, dicitur idem ſpecie,nec diuerſum ſpecie ad genus, quia id, ad quod aliquid dicitur ſpecie idem,habet vnam & eandem differentiam.Illud autẽ ad quod aliquid dicitur diuerſum ſpecie, habet oppoſitam differentiam. Si igitur aliqua ſpecierum diceret idem ſpecie vel diuerſum ad genus, ſequeretur quod genus haberet in ſui ratione aliquam differẽtiam. Sed hoc falſum eſt. Quod ſic patet. Materia.n. ſoſtẽditur negatione, ſ id eſt natura materiæ intelligitur per negationem omnium formarum.Genus autem eſt quodammodo materia ſicut expoſitum eſt. Et loquimur nunc de genere quod inuenitur in naturis rerum, nõ de genere quod in hominibus dicitur,ſicut genus Romanorum vel heraclidarum. Vnde patet quòd etiam genus in ſua ratione non habet differentiam aliquam. Et ſic patet,quòd nulla ſpecies à ſuo genere differt ſpecie,nec eſt cum eo idem ſpecie, & ſimiliter non differunt aliqua ſpecie ab illis quæ non ſunt in eodem genere, proprie loquendo, ſed differunt genere ab eis. Specie vero differunt ab his quæ ſunt in eodem genere, quia contrarietas eſt differentia qua aliqua differunt ſpecie, vt oſtenſum eſt, non quia ipſa contrarietas differentiarum differat ſpecie, licet contraria differant ſpecie, ſed contrarietas eſt ſolum in his quę ſunt eiuſdem generis. Vnde relinquitur quòd differre ſpecie non ſit proprie in his quæ ſunt alterius generis.

Conueniencia in genere non ſunt idem aut diuerſa ſpecie cum ipſo genere.

L E C T I O XI.

Cur quædam contraria non differant ſpecie, & quædam manifeſtat.

Dubitabit autem quiſpiam, cur mulier à viro nõ ſpecie differat, cum mas, & fœmina contraria exiſtant, differentia vero contrarietas ſit? neque diuerſum ſpecie animal maſculinum, & fœmininum, cum tamen hæc differentia per ſe animalis ſit, & non vt albedo,& nigredo, ſed quatenus animal, & maſculinum, & fœmininum inſint? Hæc autem dubitatio fere eadem eſt, & cur hæc quidem contrarietas diuerſa ſpecie faciat, hæc vero non vt greſſibile, & volucre, albedo vero & nigredo non.

B E S S. lec. 25.

Dubitabit autem vtique aliquis,quare fœmina à viro non ſpecie differt, contrario maſculino & fœminino exiſtente, differentia autem contrarietate. Neque animal maſculinum et fœmininum diuerſum eſt ſpẽ,quamuis ſecundum ſe animalis hęc ſit differentia, & non vt albedo aut nigredo, ſed inquantum animal maſculinum et fœmininum eſt. Eſt autem dubitatio hęc fere eadem, et quare hęc quidem contrarietas facit ſpecie diuerſa: hęc vero non: vt ambulatiuum & volatiuum: ſed albedo et nigredo.

A N T. tex. com. 25 part. 1

Quia Philoſòphus iam oſtendit ꝙ differẽtia ſecundum ſpeciem eſt contrarietas, hic oſtendit in quibus contrarietas non ſit differentia ſm ſpeciem,& diuiditur in partes duas. In prima oſtendit ꝙ ſunt contraria, quæ non faciunt differre ſm ſpeciem, ſed ſunt in eadem ſpecie. In ſecunda oſtendit quæ ſunt contraria quæ faciunt genere differre,nõ ſolum ſpecie,ibi.ſQm vero contraria diuerſa &c.ſ Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem.Secundo ſoluit,ibi.ſAut quia hoc quidem dicit &c.ſ Dicit ergo primo,ꝙ dubitatio eſt quare fęmina non differt ſpecie à viro,cum fęmininum,& maſculinum ſint contraria, & differentia ſm ſpeciẽ cauſetur ex contrarietate, vt ſupra oſtenſum eſt,& iterum cum oſtenſum ſit, ꝙ ipſa natura generis diuerſificetur in diuerſas ſpecies per differẽtias, quæ ſunt per ſe differentiæ generis, quare animal maſculinum & animal fœmininum non ſunt diuerſa ſecundum ſpeciem, cum maſculinum & fœmininũ ſint per ſe differentiæ animalis,& non ſe habeant per accidens ad animal, ſicut albedo & nigredo, ſed maſculinum & fœmininum prædicentur de animali inquantum eſt animal,ſicut par & impar de numero,in quorũ diffinitione ponitur numerus, ſicut in diffinitione maſculini & fœmini animal. Ex duplici ergo ratione quæſtio dubitabilis reducitur, tum quia contrarietas facit differreſ ſpecie, tum quia differentiæ diuidentes genus in diuerſas ſpecies ſunt per ſe differentiæ generis,quorum vtrunque ſupra oſtenſum eſt.Et quia hãc dubitationem in ſpecialibus terminis mouerat, reducit eam ad generaliorem formam, & dicit quòd hæc dubitatio fere eſt eadem,ſicut ſi quæratur,quare quędam contrarietas facit differreſ ſpecie, & quædam nõ, ſicut ambulatiuum,& volatiuum,ſiue greſsibile & volatile faciunt differre ſpecie animalia, ſed albedo & nigredo non.

Dubitatur quare fęmininũ & maſculinũ non ſunt differẽtiæ ſpecificę animalis.

Ratio dubitationis prędictæ duplex.

Generalius dubitatur, quare,quædam contrarietas facit differre ſpecie,quędam vero non.

Deinde cum dicit.

An quoniam illa quidem propriæ paſſiones generis ſunt, hęc vero minime? & cum illud quidem ratio,hoc

B E S S.

vero

vero materia sit, quacunque in ratione contrarietates sunt, specie differentiam faciunt, quacunque vero in eo assimpto materia, minime faciunt. Quare hominis albedo, vel nigredo nõ facit, nec hominis albi ad hominem nigrum secundum speciem differentiu est, etiam si vnum nomen ponatur, homo nanque, vt materia est, materia vero non facit differentiam, non enim hominis species, sunt homines. Quare & si carnes, & ossa, ex quibus hic, & hic est, diuersa sint, attamen totum diuersum quidẽ, specie vero non est diuersum, quoniam in ratione non est contrarietas, hoc autem est vltimum indiuiduum. Callias uero, ratio cum materia est, & albus homo, quoniã Callias albus: per accidens igitur homo est albus: nec aneus, & ligneus circulus, siue triangulus aneus, & circulus ligneus ob materiam specie differunt, sed quoniam in ratione contrarietas inest. Vtrum autem materia non faciat diuersa specie, cum quodam modo diuersa sit, an aliquo modo facit? cur enim hic equus ab hoc homine diuersus specie, cum rationes eorum cum materia sint? an quoniam in ratione contrarietas inest? etenim hominis albi, & equi nigri specie diuersitas est, non tamen prout hic quidem albus hic uero niger, siquidem, & si ambo albi essent, nihil minus specie diuersi essent.

A N T. part. 2

Aut quia hac quidem sunt propria passiones generis, illa vero minus. Quoniam hac est quidem ratio, hac autem materia, quacunque quidem in ratione sunt contrarietates, specie faciunt differentiam. Qua uero in conceptu cum materia non faciunt. Quapropter hominis albedo non facit nec nigredo, nec albi hominis est differentia secundum speciem ad nigrum hominem, nec si vnum nomen imponatur. Vt materia enim homo: non facit autem differentiam materia. Non enim hominis species sunt homines propter hoc, quamuis diuersa carnes & ossa, ex quibus hic & hic, sed simul totum, diuersum quidem, specie uero non diuersum, quia in ratione non est contrarietas. Hoc autem ultimum et indiuiduum. Callias vero est ratio cum materia. Et albus itaque homo, quia Callias albus. Secundum vero accidens homo albus. Nec areus itaq; circulus, nec ligneus. Nam triangulus areus, et circulus ligneus, non propter materiam specie differunt, sed quia in ratione inest contrarietas. Vtrum autem materia non facit diuersa specie ens aliqualiter, aut est ut facit? Propter quid enim equus hic ab hoc homine diuersus est specie? Equidem rationes ipsorum cum materia. Aut quia est in ratione contrarietas? Etenim albi hominis, et nigri equi, diuersitas est specie, sed non inquantum hic albus, ille niger. Qm̃ si ambo albi essent, tamẽ essent specie diuersa.

Soluit dubium generale.

Soluit propositam quęstionem, & circa hoc duo facit. Primo soluit eam in generali, ad quod quæstionem reduxerat. Secundo adaptat generalem solutionem ad speciales terminos, in quibus primo mouerat quæstionem, ibi. {Masculum vero & fœminam.} Dicit ergo, quod ideo contingit quod quædam contrarietas facit differre specie, & quædam non, quia quædam contraria sunt propriæ passiones generis, & quędam sunt minus propriæ. Quia enim genus à materia sumitur, materia autem per se habet ordinem ad formam, illæ propriæ sunt differentiæ generis, quæ sumuntur à diuersis formis perficiẽtibus materiam. Sed quia forma speciei iterũ multiplicatur in diuersa secundum materiam signatam, quę est subiecta indiuidualibus proprietatibus, contrarietas accidẽtium indiuidualium minus proprie se habet ad genus, quàm contrarietas differentiarum formalium. Et ideo subiungit, ꝙ quia in composito est materia & forma, hęc {quidem est ratio,} id est forma quæ constituit speciem. Hæc autem est materia quę est indiuiduationis principium, quæcunque {contrarietates sunt in ratione,} id est ex parte formæ, faciunt differre ẽm speciẽ. Illæ vero quæ sunt ex parte materiæ, quæ sunt propriæ indiuidui, quod est acceptũ cum materia, non faciunt differre secundum speciem. Et propter hoc albedo & nigredo non faciũt hoĩes differre ẽm speciem. Non.n. homo albus & homo niger differunt specie, ẽt si vtrique imponatur aliquod nomen, vt si homo albus dicatur a, & homo niger b. Hoc autẽ addit, quia homo albus non vr̃ esse aliquid vnum. Sed si imponerẽt nomen, videtur esse aliquid vnum. Et similiter est de homine nigro. Et ideo dicit, ꝙ homo albus & homo niger nõ differunt specie, quia homo.s.particularis cui conueniunt album & nigrũ est quasi materia. Non.n. dicitur quod homo sit albus, nisi quia hic homo est albus. Et sic cum homo particularis cõceptus sit cum materia, & materia non facit differentiam ẽm speciẽ, sequitur ꝙ hic homo & ille homo non differant specie, quia plures homines non pp hoc sunt plures spẽs hominis, quia sunt plures, quia nõ sunt plures nisi pp diuersitatem materię, quia.s. sunt diuersę carnes & ossa, ex quibus est hic & ille. Sed {simul totum,} id est indiuiduum congregatum ex materia & forma; est diuersum, sed non est diuersum specie, quia non est contrarietas ex parte formæ. Sed hoc.s.homo, est vltimũ indiuiduum ẽm speciem, quia non diuiditur vlterius diuisione formali. Vel hoc.s.particulare est vltimum, indiuiduũ, quia non diuiditur vlterius, nec materiali, nec formali differentia. Sed quamuis in diuersis indiuiduis non sit contrarietas ex parte formæ, est tamen diuersitas indiuiduorum particularium, quia particulare aliquod vt Callias, nõ solum est forma, sed est forma cum materia indiuiduata. Et ita sicut diuersitas formæ facit dr̃iam specierum, ita diuersitas materiæ indiuidualis facit differẽtiam indiuiduorum. Album aũt nõ prædicatur de homine nisi ratione indiuidui. Nõ.n.dicitur homo albus, nisi quia aliquis homo dr̃ albus, vt Callias. Et sic patet, ꝙ homo per accidens dr̃ albus, quia nõ inquantum homo, sed inquantum hic homo, albus dicitur. Hic autẽ homo dicitur propter materiam. Vnde patet ꝙ album & nigrum non pertinent ad differẽtiam formalem hoĩs, sed solum ad materialem. Et pp hoc non differunt specie homo albus & niger, sicut nec circulus ęreus & ligneus differũt specie. Et in his etiam quæ differunt specie, non est dr̃ia speciei propter materiam, sed propter formam, sicut triangulus æreus & circulus ligneus non differunt specie propter materiam, sed propter diuersitatẽ formæ. Vnde si quæratur, vtrum materia faciat diuersa specie aliquo modo, videtur ꝙ faciat, quia hic equus ab hoc homine est diuersus specie, & tamen manifestum est quod ratio vtriusque est cum materia indiuiduali. Et sic videtur quod materia aliqualiter faciat differre specie. Sed tamen manifestum est, quod hoc non contingit propter diuersitatem materiæ, sed quia contrarietas est ex parte formæ, quia homo albus & equus niger differunt specie. Sed hoc non est propter album & nigrum, quia si ambo essent albi, adhuc specie differrent. Sic igitur apparet quòd contrarietas quę est ex parte ipsius formæ, facit differre specie, non autem illa quæ est ex parte materiæ.

Quę sint essentiales differentiæ generis, & quę non.

Cõtrarietas sumpta penes formã facit differre speciẽ, nõ aũt ea quæ sumitur penes materiã.

Accidentia communia prius competunt indiuiduis quã speciebus, & vtrisque per accidens.

Accidentia coia prius competunt indiuiduis quàm speciebus, & vtrisque per accidens.

Differentia materialis, vt sic, nõ facit differre specie, sed tantum formalis.

D. E F E N S I O XXIIII.

Vera defenditur ratio, astruens indiuiduationis principiũ esse materiam.

HOc in loco Arist. cum expresse dicat, ꝙ homines non sunt plures numero in vna specie, nisi propter diuersitatem materiæ, quia.s. sunt diuersæ carnes

& ossa, ex quibus est hic & ille &c. vt litera præ se fert, manifeste patet q materia est indiuiduationis principium secundum Philosophum. Quod quidem fugere cupiens Ant. And. dicit sic in præsenti passu: Aduertendum autem, q non oportet hinc sumere argumentum q materia quæ est pars essentialis, sit causa indiuiduationis, vt ait quidam expositor (Hūc Mauritius in margine vocat Thom.) quia æquiuocatur (inquit Ant. And.) de materia. Accipit enim Philosophus materiam pro differentiam indiuiduali, vel pro ipso indiuiduo, quod respectu speciei est quoddam materiale. Et per hoc habet intentum, q differentiæ contrariæ consequentes rem secundum esse materiale, id est individuale, non faciunt differre specie, de qua materia dictum est in 5. huius cap. de vno, & in 7. frequenter. Hæc ille formaliter. Vt autem fugam hanc omnibus clarum sit esse præclusam, primo dicendum occurrit quod licet diuersa principia indiuiduantia non faciat differre specie, non tamen Arist. talia principia appellat differentias indiuiduales, sed dicit quod contrarietates quæ sunt in concepto cū materia, non faciunt differre specie. Et dat intelligere per hoc, quod ab ipsa materia habent hoc quod non faciant differre specie, cum per hoc id habeant, quod sunt in concepto cum materia vt sic. Vnde illud postea magis expresse ponit dum dicit: Non facit differentiam materia. Et hoc declarans subiungit. Non enim hominis species sunt homines propter hoc, quamuis diuersæ carnes & ossa, ex quibus hic & hic &c. Patet ergo expresse ex verbis suis quod diuersitas secundum speciem non est ex diuersitate materiæ, sed diuersitas secundum numerum. Et patet etiam q loquitur de materia quæ est pars compositi, cum exemplificet de carnibus, & ossibus, quę sunt partes compositi. Infra etiam vbi obiicit quasi diuersitas materialis faciat differre secundū speciem, eo quod hic homo & hic equus differunt specie, & quilibet eorum non est hic nisi per materiam, & rationes eorum sunt cum materia &c. non vtitur nomine differentiæ, aut diuersitatis indiuidualis, sed simplici nomine materiæ dicens, vtrum materia non facit diuersa specie &c. Et tamen, si de tali ab his ficta differentia intēderet, si etiam alicubi tali aliquo vocabulo vti fas esset, hic præcipue opportunum fuisset, vbi ex intentione de principio diuersificante indiuidua sermonem faciebat. Vnde patet, q Ant. And. expresse diuertit ab intētione literæ, dum à materia parte compositi, quam expresse Philosophus in exemplis inducit, transit ad hæcceitatem nunquam ab eo excogitatam. Ad sapientes igitur & Arist. doctrinam sectantes elicitur hinc argumentum inuictum, quod materia sit indiuiduationis primum principium. Ad viros autem determinatæ mentis, qui omnia pro voluntate peruertunt, & Philosophi verba immutant, & prout eis placet, & præcipue vbi Arist. sibi aduersantem cernunt per supple, supple, addunt ea quę nunquam Arist. somniauit, diuerticulisq; sibiipsis hoc modo parantes, & hinc inde sicut damulæ fugientes prosiliut, ad hos inquam non solum non est doctum argumentum inducendum ex Arist. sed neque cum eis esset, et disputandum, cum principia pro voluntate negent apud Philosophum, & omnes vere Peripateticos tamigeratissima, vt præcipue in huius quæstionis articu. patet. Vbicūque enim Philosophus materiæ naturam inquisiuit, & certe quàm accurate, in primo in quam Physic. & 5.6.8.11.12. Metaph. ac alibi sæpius, non nisi de materia parte compositi propinqua vel remota, & de materia sensibili & intelligibili fecit mentionem, & exemplis tum in artificialibus, tum in naturalibus, non nisi ac pronientibus declarauit, & tamen sępe isti homines nō nisi de quadam materia sui capitis interpretantur. Ad hos igitur non argumentum eliciamus inuictum, sed eis dicamus quod diuus Thom. expositiue loquutus est, quod vnicuique fas est pro libito, dummodo verbis vel intentioni Philosophi non repugnet, quod ipsi deberent probare, quando diui Thom. expositionem spernunt. Quinimmo super ea quæ dicta sunt, patet eius expositionē, ad Philosophi literam quadrare, cum de materia Philosophus loquatur, quę distinguitur contra rationem, id est formam, vt patet expresse in litera, etiam secundum Ant. And. expositionem, materia autem condiuisa formæ, est illa ex qua cum forma compositum fit, per hoc, q in materia forma ipsa recipitur. Nec attribuit S. Thom. vocabulis Philosophi noua & aliena significata, vt hic homo semper facit, vbi inuenit ipsum Philosophum proprijs phantasijs contrarium. Et præsertim in hoc loco, dum ipsam materiam dicit significare vel proprietatem indiuidualem, vel veram materiam, quę est pars compositi vt contractam ad indiuiduationem, vel etiam ipsum totum indiuiduum quod est totum materiale respectu speciei &c. Cum tamen nullū istorum prædicto modo significet, sed tantum ipsam materiam quæ est pars compositi, non quidem vt indiuiduatam, sed etiam simpliciter, quæ subiectū primum est formæ substantialis, & primum indiuiduationis principium. Significat tamen aliquando ipsam materiam proximam seu secundam, quæ etiam subiectum dicitur, vt habes in 5. & 8. huius. Posset autem & satis iuste conqueri Arist. quod vocabulum à se pro distincto ac determinato significato assumptum, hi homines ausi fuerint multiplici æquiuocatione confundere, sibiq; magnam hanc infamiæ maculam inferri, q vocabulo, æquiuoco, pro diuersis significatis, in vno etiam literæ contextu, iuxta horum expositiones vtatur, & nunquam æquiuocationem eius aperiat. Sed nec Comment. aut Alex. Albertus magnus, vel diuus Thom. cæterique Arist. alumni, fidissimiq; interpretes, donec his viris tantummodo æquiuocatio ista in cōfusione Philosophi innotuit, & pro doctrina (qualis fictio sit) ab eis affertur absque timore. Sed satis nunc de his. Vbi enim hic homo se in quinto allegat, in nostra septima defensione, de hac eadem materia sermonē fecimus copiosum. Benedictus Deus. Amen Deinde cum dicit.

Masculinum & femininum, propriæ quidem animalis passiones sunt, sed non secundum substantiam, verum in materia, & corpore: quare idē sperma aliquam passionem passum, aut fœmina, aut mas fit.

ANT. par. 5

Masculus vero & fœmina, animalis proprię sunt passiones. Sed non secundum substantiam, verum in materia et corpore. Propter quod idem sperma fœmina, aut masculus fit, patiens passionem aliquam.

Solutionem generalem positam adaptat ad terminos speciales, in quibus primo quæstionem mouerat, scilicet ad masculum & fœminam dicens, quod masculus & fœmina sunt proprię passiones animalis, quia animal ponitur in diffinitione vtriusque. Sed non conueniunt animali secundum substantiam, & formam, sed ex parte materiæ & corporis. Quod patet ex hoc quod idem sperma potest fieri masculus & fœmina, secundū quod diuersimode patitur aliquam passionem, quia cum fuerit calor operans fortis, fiet masculus, cum autem erit debilis, fiet fœmina. Hoc autem non posset esse vel contingere si masculus, & fœmina differrent specie. Non enim ex vno semine diuersa secundum speciem producuntur. Quia in semine vis est actiua, & omne agens naturale agit ad determinatam speciem, quia agit sibi simile. Vnde relinquitur quod masculus, & fœmina non differant secundum formam, nec sunt diuersa secundum speciem. Deinde cum dicit.

Generalem solutionem adaptat ad speciale dubitationem primo motam.

Quid

BESS. text. 26

Quid igitur sit specie diuersum esse, & cur quædam specie differant, quædam non, dictum est.

ANT. tex. com. 26 part. 4

Quid quidem igitur est. se diuersum specie, & quare alia differunt specie, alia non, dictum est.

Epilogat quod dixerat quod planum est in litera.

LECTIO XII.

§ Corruptibile & incorruptibile genere differt, & species separatas nequaquam esse ostendit.

BESS.

Cum vero contraria, specie diuersa sint, corruptibile autem, & incorruptibile contraria sint (priuatio nanque, determinata impotẽtia) necesse est diuersum gñe esse corruptibile et incorruptibile.

ANT. part. 1

Quoniam vero contraria diuersa specie, corruptibile autem & incorruptibile contraria: (Priuatio enim est impotentia determinata) necesse diuersum esse genere corruptibile & incorruptibile.

Quędã sunt contraria q̃ differunt sicut corruptibile, & incorruptibile.

Postquam Philosophus ostendit quæ sunt contraria, quæ non faciunt differre specie, hic ostendit quæ sunt contraria quæ etiam genere faciunt, & circa hoc tria facit. Primo determinat veritatem. Secundo excludit quorundam falsam opinionem, ibi. § Nunc ergo diximus &c. § Tertio infert quoddam corollariũ ex dictis, ibi. § Palam igitur quod non contingit &c. § Primo ergo præmittit duo ad ostendendum propositum, quorum primum est, quòd contraria sunt diuersa specie, vt supra ostensum est. Secundum est, quòd corruptibile & incorruptibile sunt contraria. Quod probat ex hoc ꝙ impotẽtia opposita determinatę potentiæ est quædam priuatio, vt in nono habitum est. Priuatio autem est principium contrarietatis. Vnde sequitur, ꝙ impotentia sit contrarium potentiæ. Corruptibile autem & incorruptibile opponuntur secundum potentiam & impotentiam. Sed diuersimode. Nam si accipiatur potentia communiter, secundum quod se habet ad posse agere vel pati quodcunque, sic etiam & in corruptibile secundum potentiam dicetur, incorruptibile secundum impotentiam. Si autem dicatur potentia secundum quod non est posse aliquid deterius, sic ecõuerso, incorruptibile dicetur secundum potentiam, corruptibile verò secundum impotẽtiam. Cum autem ex his videretur concludendum ꝙ corruptibile & incorruptibile differunt specie, concludit quòd sunt diuersa genere. Et hoc ideo, quia sicut forma & actus pertinẽt ad speciem, ita materia & potentia pertinent ad genus. Vnde sicut contrarietas quę est secundum formas & actus, facit differentiam secũdum speciem, ita contrarietas quæ est secundum potentiã, facit generis diuersitatem. Deinde cum dicit.

tex. com. 24 text. com. 2. & 3.

Corruptibile & incorruptibile oponũtur secundum potentiam & impotentiã dupliciter

BESS.

Nunc autem igitur, de his vniuersalibus nominibus diximus. Videatur autem non esse necesse quodcunque corruptibile, & incorruptibile, diuersa specie esse, quẽadmodum nec album, & nigrum, idem enim contingit, & simul esse, modo vniuersalium sit, sicuti homo profectò esse possit, & albus, & niger: & singularium, fuerit sane idem (non simul) & albus, & niger, tametsi album nigro contrarium sit.

ANT. par. 2

Nunc autem diximus de his vniuersalibus nominibus. Vt autem videbitur, non necesse est quodcunq; incorruptibile & corruptibile diuersa specie esse, quemadmodum neque album & nigrum. Idem enim contingit esse et simul, si fuerit vniuersalium, quemadmodum homo erit vtique & albus & niger. Et non simul singularium, erit enim non simul albus idem & niger. Et quidem album contrarium nigro.

Obiectio q̃ corruptibile, & incor.

Excludit quorundam falsam opinionem, & circa hoc duo facit. Primo proponit eam. Secundo improbat, ibi. § Sed contrariorum &c. § Dicit ergo primo ꝙ probatio pręmissa de corruptibili & incorruptibili est accepta ex ratione horum vniuersalium nominum, secundum scilicet quòd vnum significat potentiam, & aliud impotentiam. Sed sicut quibusdam videtur, non necesse est ꝙ corruptibile & incorruptibile differant specie, sicut non est hoc necesse in albo & nigro. Conuenit enim idem esse album & nigrum: Sed diuersimode. Quia si illud quod dicitur album & nigrum sit aliquod vniuersale, simul est album & nigrũ quantum ad diuersos. Sicut simul verum est dicere, quod homo est albus propter Socra. & niger propter Platonem. Si vero fuerit aliquid singularium, nõ erit simul album & nigrum. Sed tamen potest nunc esse album, postea nigrum, cum tamen album & nigrum sint contraria. Et hoc modo dicũt quidam, ꝙ simul in eadem specie possunt esse quædam corruptibilia, & quædam incorruptibilia. Et idem singulariter quãdoq; corruptibile, & quandoq; incorruptibile. Deinde cũ dicit.

ruptibile possunt esse in eadẽ specie.

BESS.

Verùm contrariorum quædam secundum accidens quibusdam insunt, vt ea, quę nunc dicta sunt, ac alia multa, quædam, impossibile est, quorum est corruptibile, & incorruptibile, nihil enim secundum accidens corruptibile est, accidens nanque contingit non esse, corruptibile vero eorum est, quæ necessario insunt his, quibus insunt, aut vnum & idem corruptibile, et incorruptibile erit, si contingit non inesse ei corruptibile, aut substantiam igitur, aut in substantia cuique corruptibilium, necesse est corruptibile esse, eadem autem ratio et de incorruptibili est, eorum enim ambo sunt, quę necessario insunt: prout igitur et secundum quod primum hoc quidẽ corruptibile, illud vero incorruptibile, oppositionem habent, quare necesse est, genere diuersa esse.

ANT. par. 3

Sed contrariorum hæc quidem secundum accidẽs insunt quibusdam, vt quæ nunc dicta sunt, et alia multa. Hæc autem impossibile, quorum est et corruptibile et incorruptibile secundum accidens. Nam accidens contingit non existere, & corruptibile ex necessitate existentium est quibus inest. Aut erit idem et vnum corruptibile et incorruptibile, si contingit non existere ipsum corruptibile. Aut substantiã igitur, aut in substantia necesse est inesse corruptibile vnicuique corruptibilium. Eadem vero ratio et de incorruptibili, ex necessitate enim existentiũ ambo sunt. Inquantum igitur et secundum quòd primum, hoc quidem corruptibile, hoc autem incorruptibile habet oppositionem, vnde necesse genere esse diuersa.

Excludit prædictam opinionem dicens, quòd contrariorum quædam sunt in his de quibus dicũtur secundum accidens, sicut album & nigrum homini, de quibus nunc dictum est, & alia multa sunt huiusmodi contraria, in quibus locum habet quod dictum est, scilicet quod possunt simul esse in eadem specie, & successiue in eodem singulari. Sed quædam contraria sunt, de quibus hoc est impossibile, de quorum numero sunt corruptibile & incorruptibile, non.n.corruptibile inest secundum accidens alicui eorum, de quibus prædicatur, quia quod est ẽm accidens, contingit nõ inesse. Corruptibile autem ex necessitate inest his, quibus inest. At si hoc nõ sit verum, sequeretur, quod vnum & idem sit quandoque corruptibile, & quãdoque incorruptibile, quod est impossibile ẽm naturã. Licet per hoc non excludatur, quin virtus diuina possit aliqua corruptibilia ẽm suam naturã, incorruptibiliter conseruare. Sic igitur necesse est cum corruptibile non prædicetur ẽm accidens, ꝙ significet substantiam eius, de quo prædicatur, aut aliquid quod est in substantia. Est.n. vnumquodq; corruptibile per materiam, quæ est de substantia rei. Et similis ratio est de in-

Excludit prædictam obiectionem

Contraria sunt in duplici differẽtia

Corruptibile nõ potest naturaliter fieri incorruptibile, se cus per Dei potentiam

de incorruptibili, quia vtrunque ex necessitate inest. Sic igitur patet, quod corruptibile & incorruptibile opponuntur, sicut secundum se prædicata, quæ, scilicet prædicantur de aliquo inquantum huiusmodi & m quod tale & primo. Et ex hoc sequitur ex necessitate, quod corruptibile & incorruptibile sint genera diuersa. Manifestum est enim quod contraria quæ sunt in vno genere, non sunt de substantia illius generis. Non enim rationale & irrationale sunt de substantia animalis. Sed animal est potentia vtrunque. Quodcunque autem genus accipiatur, oportet quod corruptibile & incorruptibile sint de intellectu eius. Vnde impossibile est quod communicet in aliquo genere. Et hoc rationabiliter accidit. Nam corruptibilium, & incorruptibilium non potest esse materia vna. Genus autem, physice loquendo, à materia sumitur. Vnde supradictum est, quòd ea quæ non communicant in materia, sunt genere diuersa. Logice autem loquendo nihil prohibet quod conueniant in genere, inquantum conueniunt in vna communi ratione, vel substantiæ, vel qualitatis, vel alicuius huiusmodi. Deinde cum dicit.

Corruptibile, & incorruptibile sunt genere diuersa, loquendo de genere physico.

Lect. 2. & 10

B E S S.

Manifestum itaque est, quod non contingit tales species esse, quales quidam aiunt, erit nanque & hic quidem corruptibilis, ille vero incorruptibilis, quamuis species eadem specie cum particularibus esse dicantur, & non æquiuoce, quæ vero genere diuersa sunt, plus distat quàm quæ specie.

A N T. part. 4

Palàm igitur quòd non contingit esse species tales, quales dicunt quidam. Erit enim homo, hic quidem corruptibilis, hic autem incorruptibilis. Et quiaem specie eadem dicuntur esse species, & non æquiuoce. Diuersa vero genere, plus distant quàm quæ specie.

Infert quoddam corollarium ex dictis, scilicet quod non possunt esse species separatæ, sicut Platonici posuerunt. Ponunt enim duos homines, vnum sensibilem qui est corruptibilis, & vnum separatum qui est incorruptibilis, quem dicunt speciem vel ideam hominis. Species autem siue ideæ dicuntur esse eadem specie secundum Platonicos cum singularibus. Et nomen speciei non æquiuoce prædicatur de specie & de singulari, cum tamen incorruptibile & corruptibile etiam genere differant. Et ea quæ sunt diuersa genere plus distant, quàm quæ differunt specie. Attendendum est autem, quòd licet Philosophus ostenderit, quod quędam contraria non faciunt differre specie, & quędam faciunt differre etiam genere, tamen omnia contraria aliquo modo faciunt differre specie, si fiat comparatio contrariorum ad aliquod determinatum genus. Nam album & nigrum, licet non faciant differre specie in genere animalis, faciunt tamen differre specie in genere coloris. Et masculinum & fęmininum faciunt differre specie in genere sexus. Et animatum & inanimatum, licet faciant differre genere quantum ad infimas species, tamen quantum ad genus quod per se diuiditur in animatum & in inanimatum, faciunt differre specie tantum. Nam omnes differentiæ generis sunt constitutiuæ specierum quarundam, licet illæ species possint genere esse diuersa. Corruptibila autem & incorruptibile diuidunt per se ens, quia corruptibile est quod potest non esse. Incorruptibile autem quod non potest non esse. Vnde, cum ens non sit genus, non mirum si corruptibile & incorruptibile non conueniant in aliquo vno genere. Et hæc de Decimo lib.

Corollariũ contra ideas Platonis.

Omnia contraria faciũt quoquo modo differre specie

Decimi libri Metaphysicorum finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER XI.

Cum Sancti Thomæ expositione.

LECTIO I.

Hanc scientiam circa principia versari determinat & circa quæ. Num item & quomodo mathematica sint separata, & quæ vniuersalia omniũ principia sint ostendit.

B E S S.

QVOD itaque sapiẽtia scientia quædam circa principia est, patet ex primis, in quibus ad ea, quæ ab alijs, de principijs dicta fuerunt, dubitatum est.

A N T. part. 2

Quod quidem igitur sapientia circa principia scientia est, palam ex primis, in quibus dubitatum est ad dicta ab alijs de principijs.

Quia particulares scientiæ quædam eorum, quæ perscrutatione indigent prætermittunt, necesse fuit quandam scientiam esse vniuersalem & primam, quæ perscrutetur ea, de quibus particulares scientiæ non considerant. Huiusmodi autem videntur esse tã communia quæ sequuntur ens commune, de quibus nulla scientia particularis considerat, cum non magis ad vnam pertineant quàm ad aliam, sed ad omnes communiter, quàm etiam substantiæ separatæ, quæ excedunt considerationem omnium particularium scientiarum. Et ideo Arist. huiusmodi scientiam nobis tradens, postquam perscrutatus est de communibus, accedit ad tractandum specialiter de substantijs separatis, ad quarum cognitionem ordinantur non solum ea quæ in hac scientia tractata sunt, sed etiam quæ in alijs scientijs tractantur. Et ideo ad manifestiorem considerationem de substantijs separatis habendam, primo sub quodam compendio recolligit ea, quæ dicta sunt tam in hoc libro, quam in libro Physicorum, vtilia ad cognitionem substãtiarum separatarum. Secundo de ipsis substantijs separatis inquirit, circa medietatem sequentis libri, ibi. § Sed quoniam tres sunt substantiæ. § Prima pars diuiditur in duas. In prima recolligit ea, quæ præcedunt considerationem substantiæ. In secunda recolligit ea, quæ ad considerationem substantiæ pertinent, ibi, in principio sequentis libri. § De substantia quidem theorica. § Tria autem præmiserat ante considerationem substantiæ. Primo mouerat dubitationes in tertio libro, quas in hoc primo recolligit. Secundo determinauerat ea quæ ad considerationem huius scientiæ pertinent in Quarto lib. quæ & hic secundo recolligit, ibi. § Quoniam autem Phylic. scientia. § Tertio determinat de ente imperfecto, scilicet de ente per accidens, & de motu, & infinito, & de quibus partim determinauerat in secundo & Sexto huius, partim in tertio Physicorum. Et de his in tertio loco hic recolligit, ibi. § Quoniam autem simpliciter ens & c. § Prima pars diuiditur in duas. Primo mouet dubitationem circa cõsiderationẽ huius scientiæ. In secunda circa res, de quibus in hac scientia determinatur, ibi. § Adhuc vnum oportet poni. § Circa primum duo facit. Primo inquirit quomodo sit consideratio huius scientiæ circa principia, & substantias. Secundo circa quæ principia, & circa quas substãtias, ibi. § Sed nec circa dicta à physicis. § Circa primũ duo facit. Primo dubitationes mouet de consideratione huius scientiæ circa principia. Secundo de consideratione huius scientiæ circa substantias, ibi. § Adhuc vtrum omnium substantiarum. § Circa primum tria facit.

In hoc libr. sub compendio recolliguntur oia, tam in physica quàm in præceden tib. libris dicta, quę conferunt ad cognitionem substantiarum separatarum

facit. Primo ſupponat conſiderationem huius ſcientiæ eſſe circa principia, dicens, quòd manifeſtum eſt ex primo libro, in quo diſputauit contra ea quæ alij Philoſophi dixerũt de primis rerum principijs, quòd ſapientia eſt ſcientia quædam circa principia. Oſtenſum eſt enim in proœmio iſtius libri, quòd ſapientia conſiderat cauſas altiſsimas, & maxime vniuerſales, & eſt nobiliſsima ſcientiarum. Secundò ibi.

Lect. 3

BESS. *Ambigit autem quiſpiam, vtrum ipſam ſapientiam parſit vnam eſſe ſcientiam, an plures, ſi enim vnam, vna certe ſemper contrariorum eſt, at principia contraria non ſunt, quòd ſi non vnam, quales has ponere oportet.*

ANT. par. 2. *Dubitabit autem vtique aliquis, vtrum vnam exiſtimare eſſe oportet ſapientiam, ſcientiam, aut multas. Siquidem enim vnam, vna autem eſt ſemper contrariorum, principia autem non contraria. Si autem non vna, quales oportet ponere has?*

Dubitationes de conſideratione huius ſcientiæ. Prima an ſapientia quę conſiderant principia ſit vna vel plures.

Mouet quæſtionem de conſideratione huius ſcientiæ quæ ſapientia dicitur circa principia rerum, dicẽs quòd aliquis poteſt dubitare, vtrum oporteat ſapientiam quæ conſiderat principia, eſſe vnam ſcientiam aut multas. Et ſi dicatur quod eſt vna, videtur hoc eſſe in contrarium, quia plura, de quibus cõſideratur in vna ſcientia ſunt contraria, eo quòd vnum contrariorum eſt ratio ad cognoſcendum alterum, propter hoc videntur ſub vna arte cadere. Sed principia rerum cum ſint plura non ſunt contraria, alioquin non poſſent conuenire in vno principiato. Sapientia ergo quæ eſt de principijs, non videtur eſſe vna ſcientia. Si vero dicatur quòd non eſt vna, ſed plures, non eſt eas aſsignare. Eſt autem veritas quod ſapientia eſt vna ſcientia, quæ tamen conſiderat plura principia, inquãtum reducuntur ad vnum genus, quia & hac ratione contraria ſub vna ſcientia cadunt, inquantum ſunt vnius generis. Tertio ibi.

Terminatio quæſiti.

BESS. *Item demonſtratiua principia ſpeculari, vtrum vnius eſt, an plurium: nam ſi vnius, cur huius magis quàm cuiuſcunque: quod ſi plurium, quales has ponere oportet.*

ANT. par. 3 *Adhuc ſpeculari demonſtratiua principia, vnius aut plurium? Si quidem.n. vnius, quare magis huius, quàm cuiuſque? Si autem plurium, quales oportet eas ponere?*

Sc̃da dubitatio, an cõſiderare principia demõſtratiua ſit vnius ſcientiæ, an plurium.

Mouet dubitationẽ de conſideratione huius ſcientiæ circa principia demonſtrationis dicens, quod adhuc dubitabile eſt, vtrum ſpeculari principia demonſtratiua, vt omne totum eſt maius ſua parte, & ſimilia ſit vnius ſcientiæ, aut plurium. Et ſi dicatur quòd vnius, videtur difficile aſsignare, quare magis ſit iſtius ſcientiæ quàm alicuius alterius, cum omnes ſcientiæ communiter eis vtantur. Si autem detur quòd ſit plurium ſcientiarum, videbitur difficile aſsignare plures ſcientias tales. Eſt autem veritas, quòd vna ſcientia principaliter conſiderat iſta principia, ad quam conſideratio pertinet communium, qui ſunt termini illorum principiorum, ſicut ens, & non ens, totum & pars, & alia huiuſmodi, & ab ea aliæ ſcientiæ huiuſmodi principia accipiunt. Deinde cum dicit.

Veritas quæſiti.

BESS. *Præterea, vtrum omnium ſubſtantiarum, an non: nam ſi omnium, difficile erit qualium nam ſit reddere, ſi autem non omnium vna, incertum eſt, quonam modo contingit plurium eandem ſcientiam eſſe.*

ANT. par. 4. *Adhuc vtrum omnium ſubſtantiarum, aut non? Si quidem enim non omnium, quale difficile aſſignare. Si autem omnium vna, non manifeſtum quomodo contingit plurium eandem ſcientiam eſſe.*

Tertia dubitatio, de conſideratione Meta. circa ſubſtantias

Mouet dubitationes de conſideratione huius ſcientiæ circa ſubſtantias, & quærit duo. Primo vtrum hęc ſcientia conſideret de omnibus ſubſtantijs, aut non. Et ſi detur quòd non, difficile eſt aſsignare de quibus ſubſtantijs conſideret, & de quibus non. Et ſi detur quod de omnibus cõſideret, cum ſit vna, remanet dubium, quomodo eadem ſcientia poſsit eſſe de pluribus, cum vna ſcientia ſit vnius. Et veritas eſt, quòd hęc ſcientia eſt de omnibus ſubſtantijs, licet de quibuſdam principalius, ſcilicet de ſubſtantijs ſeparatis, inquantum omnes conueniunt in vno genere, quod eſt ens per ſe. Secundo ibi.

BESS. *Præterea, vtrum circa ſubſtantias ſolum, an etiam circa accidentia, ſi enim circa accidentia demonſtratio eſt, circa ſubſtantias non eſt: quod ſi altera, quænã vtraque, & vtra ſapientia ſit: demonſtratiua quidem ſapientia, quę circa accidentia eſt, an vero, quæ circa ipſa prima, quæ ſubſtantiarum eſt.*

ANT. par. 5 *Adhuc vtrum circa ſubſtantias ſolum, aut circa accidentia demonſtratio eſt? Si enim circa accidentia demonſtratio eſt, circa ſubſtantias non eſt. Si autem altera, quæ vtraque, & vtra ſapientia? Demonſtratiua quidem ſapientia quæ circa accidentia. Hæc autem circa prima, quæ ſubſtantiarum.*

Quarta dubitatio, an met. conſideret ſolum de ſubſtantijs.

Quærit vtrum demonſtratio ſit ſolum circa ſubſtantias, aut etiam circa accidentia. Si.n. demonſtratio proprie eſſet circa accidentia, quia ad demonſtrationem pertinet concludere per ſe accidentia de ſubſtantijs, non erit demonſtratio circa ſubſtantias. Sed ſi dicatur, quod alia demonſtratiua ſcientia eſt ſubſtantiarum, & alia accidentium per ſe, quærendum reſtat quæ ſit vtraque earum. Et ſi vtraque earum ſit digna nomine ſapientiæ. Quia ex vna parte videtur quòd illa quæ circa accidentia ſit ſapientia, quia demonſtratio proprie eſt accidentium, & demonſtratiua ſcientia certiſsima eſt. Et ſic videtur quod ſapientia ſit demonſtratiua quæ eſt circa accidentia. Ex alia parte videtur quod ſit circa ſubſtantias, quia cum ſubſtantia ſit prima in entibus, ſcientia quæ eſt circa ſubſtantias videtur eſſe prima. Eſt autem veritas quòd ſapientia ſubſtantias & accidentia conſiderat, inquantum conueniunt in ente, quod eſt eius ſubiecti, ſed ſubſtantias principaliter, ſicut per ſe prima entia, & de his accidentia demonſtrat. Deinde cum dicit.

Veritas quæſiti

BESS. *At nec circa cauſas, quæ in naturalibus dictæ ſunt, quam quærimus, ſcientia ponenda eſt, neque enim circa ipſum, cuius cauſa, tale enim, eſt bonum, hoc vero, in agendis, & his, quę ſunt in motu, exiſtit, & hoc primũ mouet, tale nanque finis eſt: in immobilibus, vero primum mouens non eſt.*

ANT. par. 6 *Sed non circa dictas in phyſicis cauſas quęſitã ſcientiam ponendum. Neque enim circa quod cuius gratia. Tale enim bonum. Hoc autem in operabilibus exiſtit, et exiſtentibus in motu, & hoc primum mouet. Tale enim finis. Primum autem mouens non eſt in immobilibus.*

Quinta dubitatio, an Meta. conſideret quatuor genera cauſarum tex. com. 17

Mouet quæſtiones magis ſpeciales de cõſideratione huius ſcientiæ, & primo circa quas ſubſtantias ſit conſideratio huius ſcientię. Secundo circa quę principia, ibi. {Dubitabit autem vtique.} Circa primum mouet quatuor quęſtiones. Et prima quęſtio pertinet ad cauſas ſubſtantiarum ſenſibilium dicens, quòd non videtur ponendum hanc ſcientiam quam quęrimus, circa quatuor genera cauſarũ, de quibus dictum eſt in Libro Phyſicorum, quia maxime videretur eſſe circa cauſam finalem, quę eſt potiſsima inter alias. Sed non videtur eſſe hęc ſcientia {circa id cuius gratia,} idest circa cauſam finalem, quia finis habet rationem boni. Bonum autem conſiſtit in operationibus, & in his quę ſunt in motu. Vnde in immobilibus ſicut in mathematicis, nihil demonſtratur per cauſam finalẽ. Et manifeſtum eſt quòd finis eſt quod primum mouet.

uet. Mouet enim efficientem. Primum autem mouēs non videtur esse in rebus immobilibus. Est autem veritas, quòd hæc scientia considerat dicta genera earũ, & præcipue causam formalem & finalem. Et vlterius finis qui est primum mouens est omnino immobile, vt infra ostendetur. Secundo ibi.

Veritas quæsiti. Lib. 12. t.c.

BESS. *Et omnino dubitationem habet, vtrum circa sensibiles substantias est, quæ nunc quæritur, scientia, an non, sed circa alias quasdam, etenim si circa alias, aut circa species erit profectò, aut circa mathematica, quod autem species non sint, manifestum est.*

ANT. par.7 *Totaliter autem dubitationem habet, utrum quidem circa sensibiles substantias est quæsita nunc scientia, aut non, sed circa quasdam alias. Si enim circa alias, aut circa species, aut sicut circa mathematica. Species quidem et im quòd non sunt palam.*

Sexta dubitatio, an met. cõsideret solum substantias sensibiles.

Mouet quæstionē de cõsideratione substantiarum sensibilium, & quærit, vtrum hæc sciẽtia sit circa substantias sensibiles, aut non. Si enim sit circa substantias sensibiles, non videtur differre à scientia Naturali, si autem circa alias substantias, difficile est assignare circa quas alias. Aut enim est ꝫcirca species, ꝫ idest circa ideas, quas Platonici posuerũt, aut est circa mathematica, quæ etiam quidam posuerunt esse media inter ideas & substantias sensibiles, sicut sunt superficies, & lineæ, & figuræ, & alia huiusmodi. Sed manifestum est per superiores libros, ꝙ ꝫspecies non sunt, ꝫ id est ideæ separatæ, & de mathematicis statim quæretur. Est autem veritas huius quæstionis, ꝙ ista scientia determinat de substantijs sensibilibus, inquantum sunt substantiæ, non inquantum sunt sensibiles & mobiles. Hoc enim proprie pertinet ad naturalem. Sed propria consideratio huius scientiæ est de substantijs, quæ non sunt ideæ, nec mathematica separata, sed primi motores, vt infra patebit. Tertio ibi.

Veritas quæsiti

Lib. 12. t.c.

BESS. *Attamē etiam si quis eas ponat esse, dubitationem habet, cur non ita se habeat de cæteris, quorum species sunt, quemadmodum de mathematicis? duo autem, quod mathematica quidem, media ponunt specierum, et sensibilium esse, quasi tertia quædam præter species, & ea, quæ hic sunt, at tertius homo non est, nec equus, præter ipsum, & particulares.*

ANT. par.8 *Attamen dubitationem habet, & si esse quis ipsas ponat propter quid quidem non quemadmodum in mathematicis, sic habet & in alijs, quorum sunt species? Dico autem, quia mathematica quidem intermedia specierum ponunt, & sensibilium, velut tertia quædam præter species, & quæ hic. Tertius autem homo non est, neque equus, præter auton & singulares.*

Septima dubitatio, an mathematica sint separata.

Mouet tertiam dubitationem ex incidenti. Quia enim dixerat manifestum esse quòd non sunt species separatę, mouet dubitationem de mathematicis, vtrũ sint separatæ. Et ostendit primo quòd non, quia si aliquis ponat species separatas, & mathematica separata præter substantias sensibiles, quare nõ est ita in omnibus quæ habent species, sicut in mathematicis? vt sicut mathematica ponitur media inter species, & sensibilia, quasi quædam tertia entia præter species & particularia quæ sunt hic, vt linea mathematica præter speciem lineæ, & lineam sensibilem, ita poneretur tertius homo, & tertius ꝫequus præter auton, ꝫ id est per se hominem, & per se equum, quæ appellabant Platonici ideas, & equum & hominem, singulares. Sed in his Platonici media non ponebant, sed solum in mathematicis. Postea vero cum dicit.

BESS. *Quòd si, vt aiunt, non sunt, circa qualia ponendum est, quod mathematicus tractet? non enim circa ea, quæ hic sunt: nihil enim horum tale est, quale mathematica scientia quærunt. At vero nec circa mathematica est, quæ nunc quæritur scientia: nihil enim horum separatum est. Verum nec sensibilium substantiarum, corruptibiles nanque sunt.*

ANT. par.9. *Si autem iterum non est (vt dicunt) circa qualia ponendum negociari mathematicum? Non est enim vtique circa ea quæ hic. Horum enim nullum est, quale mathematicæ quærunt scientiarum. Neque enim circa mathematica quæsita est nunc scientia. Separabile enim ipsorum nullum. Sed neque sensibilium substantiarum. Corruptibiles enim.*

Obijcit in contrarium

Obijcit in contrarium, quia si nõ sunt mathematica separata, difficile est assignare circa quæ mathematicę scientię negotientur. Non enim negociari videntur circa sensibilia inquãtum huiusmodi, quia in istis sensibilibus non sunt tales lineę, & tales circuli, quales scientię mathematicę quęrunt. Vnde videtur necesse ponere quasdam lineas, & quosdam circulos separatos. Est autem veritas, quod mathematica non sunt separata à sensibilibus secundum se, sed solum secundum rationem, vt supra ostensum est in Sexto, & infra declarabitur. Et quia hanc dubitationem ex incidenti interposuerat de separatione mathematicorum ea occasione, quia dixerat manifestum esse, quod species non sunt separatæ, consequenter cum dicit, ꝫNeque etiam circa mathematica, ꝫ redit ad quęstionem principalem, qua quęrebatur circa quas substantias sit ista scientia. Et cum ostenderit quòd non sit circa species, quia species non sunt separatę, nunc ostendit eadem ratione, quod nõ est circa mathematica, quia nec ipsa sunt separata, scilicet secundum esse, sed non videtur esse circa sensibiles substantias, cum sint corruptibiles & in motu existentes. Est autem veritas huius quęstionis, quę supra posita est. Quartam dubitationem ponit ibi.

Veritas quæsiti. tert. com.

BESS. *Et omnino dubitare aliquis possit qualisnam scientię sit, de mathematicorum materia dubitare: nec enim naturalis, eo quòd circa ea, quę in se principium motus & quietis habent, omnis naturalis intentio est. Nec illius, quæ de demonstratione, & scientia tractat, circa nanque idipsum genus, considerationem facit.*

ANT. par.10 *Totaliter autem dubitabit vtique aliquis, cuius scientię dubitare de mathematicarum materia: neque enim physicæ, propter circa habentia in ipsis principium motus & quietis naturalis omne esse negocium. Neque etiam intendentis de demonstratione & scientia. Circa hoc ipsum genus enim inquisitionem facit. Relinquitur igitur propositam philosophiam de ipsis considerationem facere.*

Octaua dubitatio. Ad quam sciam pertineat de materia mathematicorum dubitare.

Et quęrit cuius scientię sitꝫdubitare de materia mathematicarum scientiarum, ꝫ id est inquirere de quibus mathematicę cõsiderent. Non enim hoc est scientię Naturalis, propter hoc quòd totum negocium Naturalis philosophiæ est circa ea, quę habent in seipsis principium motus, & quietis, quę naturalia dicuntur. Vnde de hac dubitatione se non intromittit. Similiter etiam consideratio huius dubitationis non videtur pertinere ad illam scientiam, quę intẽdit de demonstratione & sciẽtia mathematicorum quę dr̃ mathematica scientia, quia huiusmodi sciẽtia præsupponit huiusmodi materiam, siue huiusmodi subiectum, & circa ipsum aliqua inquirit. Vnde relinquitur quòd ad hanc philosophiam pertineat considerare, de quo tractant scientię mathematicę. Deinde cum dicit.

BESS. *Restat itaque philosophiam propositam, de hisce rebus tractare. Dubitauerit autem quispiam profectò, si hęc,*

hac, quæ quæritur, scientia, ponenda sit circa principia, quæ à quibusdam elementa vocantur, hęc autem omnes inesse compositis ponunt. Ac magis videatur, vniuersalium tam oportere esse, quæ quæritur scientia, omnis enim ratio, omnisq; scientia, vniuersalium non vltimorum est. quare sic erit vtique primorum generum.

A N T. par. 11 *Dubitabit autem vtique aliquis, si oportet quærere, quæsitam scientiam circa principia vocata ab aliquib. elementa. Hæc autem omnes inexistentia compositis ponunt: magis autem vtique videbitur vniuersalium oportere esse quæsitam scientiam. Omnis enim ratio & omnis scientia vniuersalium, & non extremorū. Quare erunt vtique sic primorum generum.*

Octaua dubitatio. An ista scientia sit circa principia quæ à quibusdam elemēta vocantur.

Inquirit circa qualia principia sit consideratio huius scientię, & circa hoc mouet tres quæstiones. Primo enim quærit, vtrum hæc scientia sit circa principia, quæ à quibusdam elementa dicuntur. Quod videtur ex hoc, quod omnes ponunt huiusmodi principia esse inexistentia, id est intrinseca compositio. Et ita oportebit ad cognitionem compositorum, q ipsa cognoscantur. Sed ex alia ratione videtur, quòd ista scientia sit magis vniuersalium, quia omnis ratio & omnis scientia videtur esse } vniuersalium & nō extremorum, } id est particularium, ad quæ diuisio com munium terminatur, & sic videtur, quòd ista scientia maxime sit priorum generum. Et veritas est, quòd hæc scientia præcipue considerat communia, non tamen quòd communia sint principia, sicut Platonici posuerunt. Considerat autem & principia intrinseca rerum, sicut materiam & formam. Secundo ibi.

Veritas quæsiti

B E S S. *Hæc autem sane fuerint ens, & vnum hæc enim maxime putabuntur cuncta entia continere, & maxime principijs assimulari, eo quòd natura, prima sint, corruptis nanque eis, simul cætera quoque pereūt, omne enim, ens & vnum: Quatenus autem necesse est, vt differentia participent his, siquis hæc genera ponat, nulla vero differentia participat genere, hoc pacto nō videatur ea genera ponere, neque principia.*

A N T. par. 12 *Hæc autem fient vtique ens & vnum. Hæc enim maxime vtique existimabuntur continere entia omnia, & maxime principia videri, quia prima natura sunt. Corruptis enim ipsis, cointerimuntur reliqua. Omnia enim ens & vnum. Secundum quod autem differentias ipsis necesse participare, si ponat quis ipsa genera, differentia autem nulla genere participat, sic non vtique videbitur oportere ipsa poni genera, neque principia.*

Nona dubitatio. An vnū, & ens sint principia & genera.

Mouet secundam dubitationem. Videtur enim ex vna parte, quòd vnum & ens sint principia & genera, quia hæc maxime videntur continere omnia suo ambitu communitatis. Et maxime videntur esse principia, quia sunt prima naturaliter, quia eis interemptis interimuntur alia. Omnia enim sunt ens & vnum: Vnde si auferatur vnum & ens, omnia alia auferūtur, sed non conuertitur. Et sic videntur esse prima naturaliter, cum prius naturaliter dicatur, à quo non conuertitur consequentia essendi. Ex alia parte videtur, quòd vnum & ens non sint genera, & per consequens nec principia, si genera sunt principia. Nulla enim differentia participat actu genus, quia differentia sumitur à forma, genus autem à materia. Sicut rationale à natura intellectiua, animal à natura sensitiua. Forma autem nō includitur in essentia materię actu, sed materia est in potentia ad ipsam. Et similiter differentia non pertinet ad naturam generis, sed genus habet differentiam potestatē. Et propter hoc differentia nō participat genus, quia cum dico rationale, significo aliquid habens rationem. Nec est de intellectu rationalis quòd sit animal. Illud autem participatur, quod est de intellectu participantis. Et propter hoc dicitur, quòd differentia non participabat genus. Nulla autē posset differentia sumi, de cuius intellectu non esset vnum & ens. Vnde vnum & ens non possunt habere aliquas differentias. Et ita non possunt esse genera. Cum omne genus habeat differentias. Est autem veritas, quòd vnum & ens non sunt genera, sed sunt omnibus communia analogicę. Tertiam quæstionem ponit ibi.

Veritas quæsiti.

B E S S. *Item si magis principium est, quod simplicius, quàm quod minus tale sit, vltima vero eorum, quæ ex genere sunt simpliciora, quàm genera sint (hæc enim in indiuidua sunt, genera vero in plures species, & differentes diuiduntur) magis species, quàm genera videantur principium esse: quatenus vero species simul cum generibus pereunt, genera magis assimulantur principijs, principiū nanque est, quod cointerimit. Hæc vtique & huiusce modi alia sunt, quæ dubitationem habent.*

A N T. par. 13 *Adhuc autem, si magis principium quod simplicius, eo quod minus tale, vltima autem eorum, quę ex genere, simpliciora generibus, indiuisibilia enim, genera autem in plura & differentia diuiduntur, magis vtique principium videbitur esse species generibus. Quia autem cointerimuntur generibus species, genera principijs assimilantur magis: Principium enim quod interimit. Quæ quidem igitur dubitationem habent, hæc, et talia sunt altera.*

Decima dubitatio. An prīcipia sint magis genera quā species.

Et est dubitatio, vtrum principia sint magis genera quàm species, & primo ostendit quòd species magis sint principia quàm genera, quia quod est simplicius, est magis principium. Sed species videntur esse simpliciores. Sunt enim indiuisibilia, ad quę terminatur diuisio generis formalis. Sed genera in plura & differentia speciē diuiduntur: ergo magis videntur principia esse species quam genera. Sed ex ea parte qua genera constituunt species, & non econuerso, videntur genera esse magis principia. Hoc enim est de ratione principij, quòd eo remoto alia remouentur. Est autem veritas quòd vniuersalia sunt principia, scilicet in cognoscendo, & sic genera magis sunt principia, quia simpliciora. Et quòd diuidantur in plura quàm species, hoc est, quia continent plura in potentia. Sed species continent plura in actu. Vnde sunt magis diuisibiles per modum resolutionis compositi in simplicia.

Veritas quæsiti.

LECTIO II.

Num præter substantias sensibiles, & sensibilia principia sint aliquæ aliæ substantiæ pręter eas, & alia principia.

B E S S. *Item vtrum ponendum est aliquam præter particularia, an non, sed horum est, quæ quęritur, scientia, at hæc infinita sunt, quæ vero præter singularia sunt, aut genera, aut species sunt, neutrius autem horum, quæ quæritur, scientia est: cur enim hoc impossibile sit, dictum est.*

A N T. part. 1 *Adhuc vtrum oportet poni aliquid pręter singularia, aut non, sed horum quęsita scientia. Sed hęc infinita. Quæ vero pręter singularia, genera aut species sunt. Sed neutrius horum quæsita nunc scientia. Propter quod enim impossibile hoc, dictum est.*

Dubitationes de consideratis in hac sciēna. Prima an in rerum natura aliquid pręter singularia existat

Postquam mouit dubitationem de consideratione huius sciētiæ, hic mouet dubitationem de his, quæ in hac scientia considerantur. Et primo de substantijs. Secundo de principijs, ibi. } Adhuc autem si quid est. } Circa hoc mouet duas dubitationes, quarum prima est, vtrum oporteat aliquid poni in rerum natura existere præter singularia, aut non. Et si dicatur quòd non, videtur sequi, quòd hæc scientia, quę nunc quæritur,

quærirur; sit singularium, & quęlibet alia. Sed hoc videtur impossibile, quia singularia sunt infinita, & infinitorum non est scientia. Si autem dicatur, quòd aliquid existit præter singularia, oportet quòd sint vel genera, vel species, & sic hęc scientia esset de generib. vel speciebus. Sed quare hoc sit impossibile dictum est prius, quia nec genera, nec species videtur esse principia, cum tamen hæc sit scientia de principijs. Et veritas hęc est, quia nihil est in rerum natura pręter singularia existens, sed tantum in consideratione intellectus abstrahentis communia à proprijs. Secundam dubitationem ponit ibi.

Veritas quæsiti.

BESS. *Etenim omnino hęsitationem habet, vtrum arbitrandum sit aliquam separatam substantiam præter sensibiles substantias, & has quę hic sunt, an non, sed illa essentia, & circa illa sapientiam versari, quærere nanque videmur aliam quandam, & hoc est nobis propositum, dico autem videre si quid per se separabile sit, & in nullo sensibilium existens.*

ANT. par. 2. *Et enim totaliter dubitationem habet vtrum oportet aliquam existimari substantiam separabilem præter sensibiles substantias, & eas, quæ hic, aut & nunc, sed hæc essentia, & circa hæc sapientiam existere. Quærere quidem enim videmur aliam quandam, & propositũ est hoc nobis. Dico autem scire siquidem separabile secundum se, & nulli sensibilium existens.*

Et est vtrum sit aliqua substantia separabilis pręter sensibiles substantias, quæ sunt hic & nunc. Et hæc quęstio necessaria est hic ad quærendum, quia si nihil est pręter sensibilia, tunc sola sensibilia sunt entia. Et, cum sapientia sit scientia entium, sequitur ꝙ sapientia sit circa sola sensibilia, cum tamen in hac scientia videamur quærere quandam aliam naturam separatam. Et sic ad propositum huius sciẽtiæ pertinet quærere, si est aliquid separatum à sensibilibus vel non. Et quicquid horum detur, sequitur alia quęstio. Et ideo consequenter dicit.

Secunda dubitatio. An sit aliqua substantia separabilis præter sensibiles substãtias quæ sũt hic & nunc.

BESS. *Item si præter sensibiles substantias est aliqua alia substantia, præter quales sensibiles ea ponenda esset, cur enim magis præter homines, quàm præter equos, aut alia animalia, aut omnino etiam inanimata, ponenda sit? at his sensibilibus, & corruptibilibus substantijs alias sempiternas æquales ponere, profectò extra rationem cadere videretur.*

ANT. par. 3. *Adhuc autem si præter sensibiles substantias est aliqua alia substantia, præter quales sensibiles oportet ponere hanc esse? Quid enim magis præter homines, aut equos, quàm aliorum animalium ponet quis ipsam, aut totaliter inanimatorum? Aequales quidem sensibilibus & corruptibilibus substantijs perpetuas alteras constituere, extra rationabilia videbitur vtique cadere.*

Mouet quæstionem quæ videtur sequi, si ponatur aliquid separabile à sensibilibus, quæ quidẽ quæstio est. Vtrum præter omnes substãtias sensibiles sit aliquid separabile, aut præter quasdam tãtum. Si pręter quasdam tantum, difficile est assignare rationem præter quales substantiarum sensibilium oportet ponere substantiam separatam, & præter quales non. Non enim videtur esse ratio aliqua, quare præter homines & equos sensibiles sit hõ & equus separatus, & non similiter de alijs animalibus, & etiam de alijs inanimatis. Si autem præter omnia sensibilia sit aliqua substantia separata, sequitur quòd oporteat ponere aliquas substantias separatas, perpetuas, æquales numero substantijs sensibilibus & corruptibilibus, vt. s. sicut est homo corruptibilis, ita sit homo incorruptibilis, & equus, & bos, & etiam in reb. naturalib. alijs. Et hoc vr cadere in irrationabilia. Deinde cum dicit.

Tertia dubitatio. An præter omnes aut tantum præter quasdã substantias sensibiles sit aliqua separata.

BESS. *Quod si id, quod nunc quæritur principium, non est à corporibus separabile, quod aliud magis, quam materiam quis ponet? at hæc actu quidem non est, potentia vero est. Magis itaque, ac principalius ea videatur esse principium, species & forma: verum hęc quoque corruptibilis est: quare omnino non est perpetua substantia, et per se separabilis. Sed hoc inconueniens est, videtur nanque esse, ac ab ipsis maximè gratia prędictis quęritur, tanquam sit tale principium, ac talis substantia. quo nanque pactò ordo erit, non existente aliquo perpetuo separato, ac permanente?*

ANT. part. 4. *Si autem non separabile à corporibus quæsitum nunc principium est, quod vtique aliud quis ponet magis materia? hæc tamen actu quidem non est; potentia autem est. Magis utique principium principalius hæc, videbitur esse species & forma, hoc autem corruptibile, quare totaliter non est perpetua substantia & separabilis secundum se. Sed inconueniens. Videtur enim & quæritur fere à gratiosissimis tanquam existens quoddam principium & substantia talis. Quomodo enim erit ordo non existente aliquo principio perpetuo, & separabili, & manente?*

Mouet aliam quęstionem, quæ dicitur sequi, si non sit aliqua substantia separata à sensibilibus. Et est quæstio quid sit primum principium. Vtrum, scilicet materia vel forma, ex his enim duobus cõponuntur substantiæ sensibiles. Videtur enim primo aspectu ꝙ nihil magis possit poni principium quàm materia, quæ est primum subiectum, & semper manet, sicut primi naturales posuerunt. Sed hoc vt videtur non potest esse principium, quia materia non est in actu, sed in potentia. Et ita cum actus naturaliter sit prior potẽtia, vt in Nono habitum est, videtur quòd sit principium species & forma, quæ est actus. Sed nec forma potest esse principium, vt videtur, quia forma sensibilis videtur esse corruptibilis. Et ita, si forma sensibilis sit primum principium, videtur sequi ꝙ nulla substantia sit perpetua, quæ sit separabilis, & secundum se existens. Quod videtur inconueniens, quia à famosis Philosophis, quæritur aliquod principium perpetuum, & separatum, & aliqua talis substantia, & hoc rationabiliter. Non enim esset ordo perpetuitatis in rebus, nisi esset aliquod principium separabile & perpetuum, quod daret rebus perpetuitatem. Et veritas harum quæstionum est, quòd est aliqua substantia separata à sensibilibus, non quidem species rerum sensibilium, vt Platonici posuerunt, sed primi motores vt infra ostendetur. Deinde cum dicit

Quarta dubitatio. Quid sit primum principium, materia ne, an forma.

Veritas tertiæ & quartæ dubitationis.

BESS. *Item si est aliqua substantia, & principium natura tale quale nunc quærimus, et hoc omnibus vnum, & idẽ, perpetuis, atque corruptibilibus, dubitationem habet, cur cum idem principium sit, quædam, quæ sub illo principio sunt, æterna sunt, quædam non, et hoc enim inconueniens est, si aliud quidem corruptibilium principium, aliud æternorum est. Si etiam corruptibilium, æternum est, similiter dubitabimus, cur enim principio æterno existente, non sint æterna, quæ sub æterno sunt? corruptibili vero existẽte, aliud quoddam huius principium sit, et illius aliud, et hoc in infinitum procedit.*

Adhuc autem siquidem est aliqua substantia et principium tale secundum naturam, quale nunc quęrimus, et hoc vnum omnium et idem perpetuorum et corruptibilium, dubitationem habet, propter quid quidẽ eodem principio existente, hæc quidem sunt perpetua eorum, quæ sub principio, hæc autem non perpetua? hoc. n.

inconueniens. Si autem aliud quidem principium est corruptibilium, aliud autem perpetuorū, siquidem perpetuum et quod corruptibilium, similiter dubitabimus. Propter quid enim non perpetuo principio existente, et quæ sub principio perpetua? Corruptibili autem existente, aliud aliquid principium sit huius, & illius alterum, & hoc in infinitum procedit.

Quinta dubitatio. An idē sit principium corruptibilium & incorruptibilium.

Mouet quæstionem de principijs, & primo qualia sunt. Secundo quæ sunt. ibi. Si autem rursus aliquid. Tertio quomodo se habeant adinuicem. ibi: Adhuc autem vtrum principium, quærit ergo si sit aliqua substantia separata & principium vt nunc quærimus, vtrum sit aliquod principium omnium, scilicet corruptibilium & incorruptibilium, vel non. Si sit principium aliquod omnium, dubitatio remanet, quare ex eodem principio, quædam sunt perpetua, quædā non perpetua. Si autem aliud est principium corruptibilium, & aliud incorruptibilium, adhuc remanet dubitatio, quare cum principium sit perpetuum, ea, quæ sunt ex primo non sunt perpetua. Si autem principiū sit corruptibile, omne autem corruptibile est generabile, omne autem generabile habet principium, sequitur quod principiū corruptibile habeat aliquod principium, & illud, aliud, & sic in infinitum. Quod est impossibile, vt ostensum est supra in Secundo. Et veritas est, quod primum principium omniū est incorruptibile. Sed quædam propter longe distare ab eo sunt corruptibilia, in quibus generatio & corruptio causatur per causam mediam, quæ est incorruptibilis secundum substantiam, & variabilis secundum vbi. Deinde cum dicit.

Veritas quæsiti.

B E S S. *Quòd siquis rursus (quæ maxime videntur immobilia principia esse) ens & vnum ponat, primo quidem nisi quod quid & substantiam vtrunque eorum significet, quomodo separabilia, & per seipsa erunt? talia nanque prima & æterna principia quærimus. Quòd si substantiam, & quod quid vtrunque eorum significet, omnia entia substantiæ sunt, cum de omnibus ens prædicetur, de quibusdam vero etiam vnum, cuncta vero entia substantiam esse, falsum est.*

A N T. par. 6. *Si autem rursus aliquis putata maxime principia immobilia, esse ens & vnum ponat, primo quidem, si non hoc aliquid & substantiam vtrunque ipsorum significat, quomodo erunt separabilia & per se? Talia autem quærimus perpetua, quæ & prima principia. Si vero hoc aliquid & substantiam vtrunque ipsorum significat, omnia erunt substantia entia. De omnibus enim ens prædicatur, de quibusdam autem & vnum. Substantiam autem esse omnia entia falsum.*

Sexta dubitatio. Vtrū vnum & ens significet hoc aliquid & substantiam.

Quærit quæ sunt principia, & primo quærit de opinione illorum, qui posuerunt principia vnum & ens, quia sunt maxime immobilia. Qualitercunque enim varietur aliquid, semper remanet vnum & ens. Sed ex eorum opinione cōsurgit duplex dubitatio, quarum vna est, vtrum vnum & ens significat hoc aliquid & substantiam, si enim non, non potuerunt esse separabilia & per se existentia. Sed talia principia quęrimus, quæ sint perpetua & separata existentia. Si autem significat hoc aliquid & substantiam, sequitur ꝙ omnia sint substantiæ & nihil sit accidens, quia ens prædicatur de omnibus entibus, vnum autem prædicatur de quibusdam. Quædam vero sunt, quę in multitudine constituunt, de quibus vere manifestum est qualiter prædicetur vnum. Hoc autem est falsum, quod omnia sint substantiæ. Vnde videtur quòd vnum & ens non significent substantiam.

B E S S. *Item illis, qui primam principium ipsum vnum aiūt, & hoc substantiam esse, ex vno vero, & materia, primo numerum generant, & hunc substantiam esse dicūt, quomodo contingit verum esse, quod dicitur? dualitatem nanque, & cæterorum compositorum numerorum vnumquemque, quonam modo vnū intelligere oportet? de hoc enim nec dicunt aliquid, nec vt dicant facile est.*

A N T. par. 7 *Adhuc autem primum principium, quòd vnum dicentibus & hoc substantiam, ex vno autem & materia numerum generant primo, et hanc substantiam dicūt esse, quomodo contingit quod dicitur verum esse? Dualitatem enim & reliquorū vnumquemque numerorum compositorum, quomodo vnum oportet intelligere? De hoc enim neque dicunt nihil, neque facile est dicere.*

Septima dubitatio Ad numerus generetur ex vno & materia, vt dicebāt antiqui.

Secunda dubitatio quam ponit talis est. Ponentes enim vnum principium & substantiam, dicunt, quòd ex vno & ex materia generatur numerus tāquam primus effectus. Et hunc, scilicet numerum dicunt esse substantiam. Sed hoc non videtur esse verum. Quia, si numerus componitur ex vno & materia, oportet ꝙ sit aliquid vnum, sicut quod componitur ex anima, & materia, oportet quòd sit animatum. Sed quomodo dualitas & quilibet aliorum numerorum qui sunt compositi ex multis vnitatibus, sunt vnum vt dicunt Platonici? nec facile est assignare, vt possit dici esse relictum ab eis, quasi de facili intelligibile. Secundo ibi.

B E S S. *Si quis vero lineas, aut quæ has sequuntur (dico autem primas superficies) principia esse ponat, hæc nō sunt substantiæ separabiles, verum decisiones & diuisiones, illæ quidem superficierum, hæ vero corporum, puncta vero linearum sunt, et etiam ipsarum earundem termini, hæc autem omnia in alijs sunt, et nihil separabile est.*

A N T. par. 8. *Si vero lineas aut his habita, dico autem superficies, prima ponat quis principia. Hæc autem non sunt substantiæ separabiles. Decisiones autem et diuisiones, hæ quidem superficierum, hæ autem corporum, puncta autem linearum. Adhuc autem termini eorūdem horum. Omnia autem existūt in alijs, et separabile nullum est.*

Octaua dubitatio. An linea, & superficies sint principia.

Prosequitur aliam opinionē de principijs. Quidam enim posuerunt lineas & habita, id est consequenter se habētia ad eas, scilicet superficies esse principia, quia ponebant corpora componi ex superficiebus & superficies ex lineis. Sed manifestum est, quod huiusmodi non sunt substantiæ separabiles & per se existentes, quia sunt quædam decisiones & diuisiones, lineæ quidem superficierum, superficies corporum, puncta vero linearum. Et sunt etiam termini eorundem puncta, scilicet linearum, & sic de alijs. Punctum enim quod est in extremitate lineæ, est terminus lineæ. Qđ autem significatur actu infra lineam est decisio lineę. Et similiter est de linea ad superficiem, & [illegible] superficie ad corpus. Manifestum est autem, quod termini, & decisiones sunt existentia in alijs, sicut in subiectis. Vnde non possent esse separabilia. Et sic lineæ & superficies non sunt principia. Deinde cum dicit.

B E S S. *Item quonam modo arbitrandum sit, vnius et pūcti substantiam esse? omnis nanque substantiæ, generatio est, puncti vero, minime, punctum enim diuisio est.*

A N T. par. 9. *Adhuc quomodo substantiam existimare oportet vnius et puncti? Substantiæ quidem. n. omnis generatio est, puncti autem non est. Diuisio. n. pūctum exhibet.*

Inducit aliam rationem, dicens quod non potest opinari quod sit aliqua substantia vnitatis & puncti, quia substātia non incipit esse nisi per generationem. Cum autē linea diuiditur in actu, ipsa diuisio est punctum. Est autem harum quæstionū veritas, ꝙ nec vnū nec lineę & superficies sunt principia. Tertio ibi.

Veritas quæsiti.

Præbet

BESS. *Præbet autem dubitationem, hoc etiam, quòd omnis quidem scientia vniuersalium est, & eius, quod tale est, substantiam vero non esse vniuersaliū, sed magis ipsum, quod quid & separabile: quare si scientia circa principia est, quonam modo arbitrandum sit principium substantiam esse?*

ANT. par. 10 *Exhibet autem dubitationem, & oportet quidē scientiam esse vniuersalium, & talis, substantiam autem nō vniuersalium esse, magis autem hoc aliquid separabile. Quare, si circa principia est scientia, quomodo oportet principium existimare substantiam esse?*

Nona. dubitatio. An substātia sit principium. Post quæstionem de vno & ente, & de dimensionibus mouet quæstionem de substantijs, & primo quæritur vtrum substantiæ sint principia. Et videtur quòd non, quia omnis scientia est vniuersalium, & qualibet scientia est § talis vniuersalis, § id est alicuius subiecti vniuersalis determinati. Sed substantia non est de numero vniuersalium, sed magis est hoc aliquid separabile, id est per se existens. Et ita videtur quòd de substantijs non sit scientia. Sed scientia est circa principia: ergo substantia non est principium. Et veritas est quòd licet vniuersalia non per se existant, tamen naturas eorum quæ per se subsistunt est considerare vniuersaliter. Et secundum hoc accipiuntur genera, & species in prædicamento substantiæ, quæ dicuntur secundæ substantiæ, de quibus est scientia. Quædam etiam per se existentes sunt principia, quæ quia immateriales, pertinent ad intelligibilem cognitionem, licet excedant intellectus nostri compræhensionem.

Veritas quæsiti.

BESS. *Item vtrum est aliquid præter cunctum, dico autem materiam, & quod cum ea est, an non? nam si non est, quæ in materia sunt, omnia corruptibilia sunt, quod si est aliquid, species, & forma profectò fuerit: hoc itaque, in quibus est, in quibus ne non est, difficile determinare est, in quibusdam enim, manifestum est non esse speciem separabilem, vtputa domo.*

ANT. par. 11. *Adhuc vtrum est aliquid præter synolon aut non? Dico autem materiam, et quod cum hac. Si quidem enim non, quæ quidem in materia corruptibilia omnia. Si autem est aliquid, species vtique erit & forma. Hoc igitur in quibus est, & in quibus non, difficile est determinare. In quibusdam enim palam non existens separabilis species, puta domus.*

An sit aliquod principium præter synolon. Secundo quærit, vtrum sit aliquod § principium præter synolon, § id est præter simul totum quod est compositum, aut non. Et exponit synolon quòd est materia, & quòd cum materia componitur. Si enim non sit aliquid præter compositum ex materia & forma, quæ autem sunt in materia dicuntur corruptibilia, sequitur quòd nihil sit perpetuum. Et si est aliquid præter compositum, hoc erit species & forma, & remanebit dubitatio in quibus forma separatur, & in quibus non. Manifestum est enim quòd in quibusdā forma non separatur. Forma enim domus non separatur à materia. Vnde & Platonici non posuerunt ideas rerum artificialium, quia formæ rerum artificialiū sunt actus, quæ non possunt per se existere. Et veritas est quòd est aliquid præter materiam, non tamen forma rerum sensibilium. Deinde cum dicit.

Veritas quæsiti

BESS. *Item principia, vtrum specie, an numero eadem sint si enim numero vnum, omnia erunt eadem.*

ANT. par. 12. *Adhuc vtrum principia specie, aut numero eadem? Si enim numero, omnia erunt eadem.*

Decima dubitatio. vtrū omnium principia sint eadem numero, aut specie tantum. Quærit qualiter principia se habeant adinuicem, vtrum, scilicet omnium principia sint eadem numero, aut specie tantum. Si enim sint eadem numero, sequitur quòd omnia sint eadem numero. Si autem nō sunt eadem numero, oportebit quærere causam diuersitatis. Et veritas est quod loquendo de principijs extrinsecis, vnum numero sunt, cum id quod est primum principium omnium, sit agens & finis. Principia vero intrinseca, scilicet materia & forma, nō sunt vnum numero omnium, sed secundum analogiam, vt infra ostendetur.

Veritas quæsiti. Lib. 12 tex. com. 19 & inde Cap. 3

LECTIO III.

Docet omnia entia reduci ad vnum, siue ens, circa quod versari oportere hanc facultatem ostendit.

BESS. *Cum autem Philosophi scientia sit entis prout ens, vniuersaliter, et non secundum partem, ens vero multipliciter, et non secundum vnum modum dicatur, si æquiuoce, et non secundum aliquid commune dicitur, non est sub vna scientia, talium enim non est unum genus, quod si secundum aliquod commune, erit utique sub una scientia.*

ANT. par. 1 *Quoniam autē Philosophi est scientia entis inquantum ens, vniuersaliter et non secundum partem, ens autem multipliciter, et non secundum vnum dicitur modum. Si quidem igitur æquiuoce, secundum commune autem nihil, non est sub vna scientia. Non enim est vnum genus talium. Si autem secundum aliquid commune, erit vtique sub vna scientia.*

Postquam mouit quæstiones, hic incipit colligere ea quæ pertinent ad considerationem huius scientiæ, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit de quibus hæc scientia considerat. In secunda cōparat hanc scientiam ad alias, ibi § Omnis autem scientia. § Prima diuiditur in duas partes. In prima ostendit quòd ad hanc scientiam pertinet considerare de omnibus entibus. In secunda quòd ad hanc pertinet considerare de principijs demonstratiuis: ibi. § Quoniam autem. § Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd omnium est reductio aliqualiter ad vnum. Secūdo ostendit quòd de omnibus reductis ad vnum est consideratio huius scientiæ: ibi. § Quemadmodum autē. § Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod necessarium est ad præsentem considerationem inquirere, vtrum omnia reducantur aliqualiter ad vnum, dicens, quòd quia scientia philosophiæ est de ente inquantum est ens, ita quòd considerat de ente secundum vniuersalē rationem entis, & non secundum rationem entis alicuius particularis, cum ens multipliciter & non vno modo dicatur, si ista multiplicitas esset pura æquiuocatio, quę non diceretur secundum aliquid commune, non caderent omnia entia sub vna sciētia, quia nō reducerentur aliquo modo ad vnum genus. Oportet autem vnam scientiam esse vnius generis. Sed si ista multiplicitas habeat aliquod commune, omnia entia possunt esse sub vna scientia. Vnde ad quæstionē qua quærebatur, vtrum ista scientia sit vna, cum sit de pluribus & diuersis, necessarium est considerare, vtrum omnia entia reducantur ad aliquid vnum, vel non.

An omnia sint aliqualiter in vnum reducere

DEFENSIO XXV.

Ens vniuocū non esse affirmantes non irreligiose loquitur.

Hoc in loco Mauritius in margine, valde irreligiose, vt sui moris est, loquitur, dicens ex verbis expositoris illius, scilicet Ant. Andr. vel etiā ex verbis Philosophi, argumētum efficax haberi contra proteruos, qui negant vniuocationem entis. Ergo ne diuus Tho. Albertus, Egidius & reliqui christicolæ, si Commentat. etiam ac alios ethnicos, præclarissimæ tamen sapientiæ viros omittamus, & in numerabilia luminaria mundi, proteruiæ notam incurrūt,

eum

eo quod in Scotistica, hoc est vmbrosa officina non resident, sed suo ingenio altius attollūtur his hominibus in suis tenebrit derelictis? Licet enim horum nullum hic nomines, quia tamen omnibus Philosophantibus apertissime constat Doctor .illos clarissimos opinionem illam defendere, omnibus simul tu cōtumeliam intulisti. Millies à Doctoribus solutum est infirmissimum illud motiuum, quòd videlicet subiecto sciētiæ sat est vnitas analogica, vt hic apertissime Philosophus edocet. Analogia vero vniuocationē haud quaquam admittit, sed excludit potius vt sibi aduersam. Et analogice dici ens cū plurics Philosophus doceat, tum maxime id asserit 4. huius in principio dicēs perinde ac sanum de medicina, & vrina, ens de omnibus prædicari. Quia vero non vniuoce, docemur præcipue ex Tertio huius textus comment. 10. vbi probatur nō esse genus. Omne quippe vniuersale vniuocum, ex quinque, vnum aliquod sit, ni Porphyrius fuerit dimi nutus, necesse est. Nulli autem posset conuenientius generis diffinitio conuenire quàm enti, si vniuocum sit, cum prædicetur vt vniuersalissimū in quid de omnibus. Castiga igitur linguam miser. Eo quippe proteruus quis appellari sis esset, quo nihil concedit, non rationem exquirit, non regula sapientiæ, sed voluntate regitur. Eo quippe is incurabilis quo impersuasibilis est, vt & tu pauloinfra notas in margine. Attende si Thomistæ sunt eiusmodi. Neque enim schola in mundo est, quæ magis auctoritatibus & rationibus roboretur & fulgeat, quàm ea quæ Thomistarū dicitur. Viæ siquidem & opiniones eorum communes appellantur, eo quod communiter sapientes, qui ratione ducuntur, eis inhæreant, nonnullis qui sui capitis obtusum sensum duntaxat sequuntur, quasi per Dei prouidentiam, vt veritatis impugnatoribus, ad sapientum exercitum derelictis. Sed & supra malitiam in illata contumelia, ostendit & hic homo mētis cæcitatem, dum hinc pro sua opinione elicere conatur argumentum vnde sua potius opinio infirmatur. Cum enim dicat hic Philosophus, ens multipliciter & non secundum vnum modum dici, mox indicat non esse vniuocum. Ea quippe quę in modos fit diuisio, ad multiplicia tantummodo pertinere innuit Aristo. processus in metaphysica, quo iuxta legem in Topicis assignatam, quod omne multiplex prius diuidendum quàm diffiniendū sit, diuisiones multiplicium terminorum proprijs de eis fiendis acceptationibus præmisit in Quinto. Quo loci & ens ipsum in modis partitus est, vt etiam specialiter edoceret, inter multiplicia computari, qualia quidem non vniuoca sunt, cum suæ hæc notitiæ principium à diffinitione nanciscātur. Vna est etiam vniuoci ratio nominis vnius ab inferioribus æqualiter participata sic in ante prædicamenti. Philosopho credimus, si vt veri Philosophi loqui volumus. Quod autē sic vnum est, non in modos, sed in species iuxta communem sapientum consuetudinem diuiditur. Hac tamen multiplicitate modorum entis non obstante, voluit in hoc loco Philosophus docere, quod ipsum ens vnius scientiæ obiectum esse potest. Illa quippe quæ plures in modos partiūtur, sunt in duplici differentia. Quædam namque plures explicant rationes, quamuis adinuicem ordinatas, vt homo dum de vero ac picto prædicari contingit. Et tale vt sic, scientiæ subiectum esse nō potest. Quædam autem analoga sunt quæ vnicam promunt rationem formalem, in qua tamen analogata æque non conueniunt, sed vni potius, eorum inquam primo, alijs autem per attributionem ad primum ipsum, ratio conuenit. Tale autem sic commune non refugit scientiam in obiectum assumere. Nam & expresse Philosophus Quarto huius, text. 2. dicit ad eandem scientiam pertinere non solum quæ genere aut specie vnum sunt, sed illa etiam quę vni fini, vel vni agenti, vel vni etiam substantiæ attribuuntur, vt ibi Comment. assirmat. Dicto igitur hoc in loco quod ens habeat plures modos, statim Philosophus declarauit pluralitatem istā nullatenus impedire quin ad vnam spectet scientiam, subdens: Siquidem igitur æquiuoce, secundum commune autem nihil (Quod addit ne quis æquiuocationem sic accipiat, quasi non analogiam excludat) non est sub vna scientia. Non enim vnum genus talium. Si autem secundum aliquid commune, erit vtique sub vna scientia. Ex quibus verbis apertissime constat, quòd ens non est vniuocum, cum multipliciter dicatur. Nec pure æquiuocum. Tale.n. sic dicitur æquiuoce, quod secūdum commune nihil, id est non dicit commune nisi nomen. Hoc autem non pertinet ad vnam scientiam: ergo non est ens tale pure æquiuocum, cum pertineat ad vnam sciētiam, vt eius, scilicet obiectum. Vnde patet quòd per talem modum arguendi quem obseruat hic Philosophus, nō potest inferri, quod ens sit vniuocum, immo cum expresse inferatur, quòd non sit purum vniuocum, eo quod dicatur multipliciter, & etiam quod non sit purum æquiuocum, oportet quòd de necessitate sequatur quod sit medio modo se habent. Quem modum Auicen. primo, & post eum omnes, analogiam appellant. Multa de huius quæstionis materia dici possent, quæ quia per aduersarij verba non aliter explicare cōpellor, ad Doctores nostros videnda studiosos remitto, sat fuit ostendisse, quod ex præsenti passu Philosophi elicere non possunt quod eis faueat, sed magis quod eorum falsitates explodat. Mirum est autem, quòd hi homines vt se ex omni parte veritati opponerent, non dixerint, hinc & argumentum elici, quòd ens etiam genus sit, cum verba Philosophi nisi sane intelligeren tur id expresse videantur insinuare, tum quia prædicatur maxime de pluribus differentibus specie in eo quod quid, & secundum eos etiam vniuoce. Facilius quippe hoc ipsum potuissent elicere secundum apparentiam verborum, quam hoc tantum, quod videlicet ens sit vniuocum, quod quidem nun nisi per has falsas consequentias inferunt videlicet. Ens non est æquiuocum, ergo vniuocum. Est quid vnum: ergo vniuocum. Est subiectum scientiæ, ergo vniuocum. Quas consequentias omnes licet in veritate pueriles sint, & ab exercitatis in philosophia, ac logica plurimum deridendæ, hic tamen homo adeo efficaces extimat, vt eis non consentientes, proteruos appellare non vereatur. O docta proteruia.

Secundo ibi.

Videtur autem prædicto modo dici, quemadmodum medicatiuum, & salubre, etenim vtrunque horum multipliciter dicitur, dicitur nanque hoc modo vnumquodque eorum, eo quòd hoc quidem ad medicandi scientiam quodam modo referatur, hoc vero ad sanitatem, hoc vero aliter, vnumquodque vero ad idem, medicatiuus nanque sermo, & cultellus dicitur, eo quod ille quidem à medicandi scientia, hic vero est vtilis, similiter & salubre. hoc.n. quia sanitatis significatiuum: hoc vero, quoniā factiuum. Idem autem modus, & de cæteris est. Eodem autem modo, & omne ens dicitur: eo nanque quod entis pront ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliquid huiusmodi sit, dicitur ens vnumquodque eorum. B E S S.

Videtur itaque dicto modo dici, quemadmodum medicatiuum & salubre. Eterim horum vnumquodque multipliciter. Dicitur autem secundum vnumquemque modorum, eo quòd hoc quidem ad medicatiuam scientiā reducitur aliqualiter, hoc autem ad sanitatem, hoc autem aliter ad idem, aut vnumquodque. Medicatiuus enim sermo dicitur & cultellus, eo quòd hic quidem à medi- A N T. par. 2.

medicatiua scientia sit, hic autem huic vtilis sit, similiter autem & salubre. Hoc quidem enim quia significatiuum sanitatis, hoc autem quia factiuum. [illegible] autem modus & in reliquis. Eodem itaque modo & ens omne dicitur. Eo enim quòd entis inquantum ens passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliorum aliquid talium sit, dicitur vnumquodque eorum ens.

Ostendit quòd omnia reducûtur ad aliquid vnum & circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo manifestat quoddam quod poterat esse dubium: ibi § Quoniam autem fiunt. § Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quod omnium reductio est ad vnum. In secunda ostendit ad quod omnia reducantur: ibi. § Differt autem nihil. § Circa primum duo facit. Primo ostêdit quòd omnia entia reducuntur ad aliquod vnum commune ens. Secundo quod omnes côtrarietates reducuntur ad vnam contrarietatem, ibi § Quoniam autem omnes &c. § Dicit ergo primo quòd ens videtur dici modo prædicto, scilicet ꝙ dicatur multipliciter secûdum aliquid commune. Quod manifestat per duo exempla, scilicet medicatiuum & salubre. Vtrunque enim eorum dicitur secundum diuersos modos, tamen per reductionem ad aliquod vnum. Medicatiuum enim aliquid dicitur multipliciter, secundum quod hoc refertur sic ad medicamentum, & id aliter. Et similiter salubre dicitur multipliciter secundum quòd hoc refertur sic ad sanitatem, & id aliter. Vtrobique tamen idem est ad quod fit reductio, licet diuersis modis. Sicut sermo dicitur medicans, eo quòd est à scientia medicatiua. Cultellus autem dicitur medicatiuus, eo quòd est vtilis eidê scientiæ sicut instrumentum. Et similiter hoc dicitur salubre, quia est significatiuum sanitatis sicut vrina. Hoc autem quia est factiuum sanitatis, sicut potio medicinalis. Et similiter est in alijs quæ hoc eodem modo dicuntur. Manifestum est enim quod quæ sic dicuntur, media sunt inter vniuoca & æquiuoca. In vniuocis enim nomen vnum prædicatur de diuersis secundum rationem totaliter eandem, sicut animal de equo & de boue dictum significat substantiam animatam sensibilem. In æquiuocis vero idem nomen prædicatur de diuersis secundum rationem totaliter diuersam. Sicut patet de hoc nomine canis prout dicitur de stella, & quadam specie animalis. In his vero quæ prædicto modo dicuntur, idem nomen de diuersis prædicatur secundum rationem partim eandem, partim diuersam. Diuersam quidem quantum ad diuersos modos relationis. Eandem vero quantum ad id ad quod fit relatio. Esse enim significatiuum, & esse effectiuum, diuersum est. Sed sanitas vna est. Et propter hoc huiusmodi dicuntur analoga, quia proportionantur ad vnum. Et similiter est de multiplicitate entis. Nam ens simpliciter, dicitur id quod in se habet esse, scilicet substantia. Alia vero dicuntur entia, quia sunt huius quod per se est, vel passio, vel habitus, vel aliquid huiusmodi. Non enim qualitas dicitur ens, quia ipsa habeat esse, sed per eam substantia dicitur esse disposita. Et similiter est de alijs accidentibus. Et propter hoc dicit quòd sunt entis. Et sic patet quòd multiplicitas entis habet aliquid commune, ad quod fit reductio. Deinde cum dicit.

Ens dicitur analogice sicut sanum

Quomodo in analogis est eadem ratio, & diuersa.

B E S S.

Cum autem omnis entis ad vnum quid, & commune reductio fiat, contrarietatem quoque singula ad primas differentias, & contrarietates entis reducentur, siue multitudo, & vnum, siue similitudo, et dissimilitudo primæ sunt entis differentiæ, siue aliquæ aliæ, sint autem hæ speculatione perceptæ.

A N T. par. 3.

Quoniam autem omnis entis ad vnum aliquid et commune reductio fit, & contrarietatum vnaquæque, ad primas differentias & contrarietates reducetur entis, siue pluralitas & vnum, siue similitudo & dissimilitudo, primæ entis sint differentiæ, siue aliæ aliquæ. Sunt enim hæ speculatæ.

Ostendit quòd reductio omnium contrarietatum sit ad vnam primam. Quia enim omnium entium fit reductio ad aliquid vnum commune, contrarietates autem entium quæ sunt oppositæ differentiæ per se consequuntur entia, necesse est quòd contrarietates reducantur ad aliquam primam contrarietatem quęcunque sit ista, siue pluralitas & vnum, siue similitudo & dissimilitudo, siue quæcunque aliæ sint primę differentiæ entis. Et huiusmodi contrarietates debent considerari in scientia quæ determinat de entibus. Deinde cum dicit.

Omnes côtrarietates ad vnam primam entis reduci

B E S S.

Nihil autem interest, ad ens vel ad vnum, entis reductionem fieri, etenim si non idem, sed aliud sit, attamen conuertitur, & ipsum enim vnum quodam modo ens, & ipsum ens, vnum est.

A N T. par. 4.

Differt autem nihil entis reductionem ad ens, aut ad vnum fieri. Etenim si non idem, sed est aliud, conuertitur quidem. Vnum enim ens aliqualiter, & ens vnum.

Ostendit quid sit illud commune ad quod fit reductio omnium entium, & dicit quòd nihil differt vtrû fiat reductio ad ens vel vnum. Si enim dicatur quòd ens & vnum non sunt idem, sed differunt ratione secundum quod vnum addit indiuisibilitatem supra ens, tamen manifestum est quòd adinuicem conuertuntur, quia omne vnum est aliqualiter ens, & omne ens est aliqualiter vnum. Et sicut substantia est proprie & per se ens, ita proprie & per se vnum. Quomodo autem vnum ad ens se habeat, supra dictum est in Quarto & Decimo. Deinde cum dicit.

Entium reductio siue ad vnû, siue ad ens fiat, nihil refert.

text. com. 3 Text. cô. 7.

B E S S.

Cum autem vnius & eiusdem scientiæ sit cuncta contraria speculari, vnumquodque autem horum secûdum priuationem dicatur, quorum aliquid intermedium est, quemadmodum iusti & iniusti, dubitauerit quispiã quonam modo secundum priuationem dicantur. Circa omnia talia sane priuatio ponenda non totius rationis, sed vltimæ speciei, vtputa, si iustus est secundum habitum quendam legibus obtemperans, iniustus non erit omnino tota ratione priuatus, circa vero obedientiam legum deficiens, aliquo pacto, & ob hoc ei priuatio inerit: eodem autem modo & de alijs.

A N T. partes

Quoniam autem contraria omnia vnius & eiusdem scientiæ speculari, dicitur aût vnumquodque ipsorum secundum priuationem, & vtique quadam dubitabit aliquis quomodo dicuntur secundum priuationem, quorum est intermedium aliquid, quemadmodum iniusti et iusti. Circa omnia itaque talia, priuationem oportet poni, nõ totius rationis, sed vltimæ speciei. Puta si est iustus secundum habitum quendam obediens legibus, non semper erit iniustus tota priuatus ratione. Circa persuaderi autem legibus deficiens in aliquo, & secundum hoc priuatio inest ipsi. Eodem autem modo & in alijs.

Remouet quandam dubitationem dicens, ꝙ omnia contraria pertinent ad considerationẽ vnius scientiæ, & huius ratio potissima videtur esse, quia in omnibus contrarijs vnum dicitur secundum priuationẽ, quod cognoscitur ex suo opposito, remanet dubitatio quomodo contraria dicuntur secûdum priuationem inter quæ est medium, cum in oppositis priuatiue non sit medium. Et ad hoc respondendum est ꝙ in talibus contrarijs, alterum contrariorum non ponitur priuatio, quasi tollens totam rationem alterius oppositi, sed quia est priuatio vltimæ speciei, inquantum, scilicet tollit completam rationẽ totius speciei.

Qualiter oia contraria se habeât vt habitus priuatio.

Sicut

Duplex priuatio.

Sicut si aliquis dicitur iustus, eo quòd est obediens legibus secundum habitum aliquem, non semper dicetur iniustus eo, quod sit priuatus tota ratione iustitiæ, quòd in nullo obediat legibus, sed quia persuasus est, vt in alijs deficiat ab obedientia legis. Et sic inest ei priuatio iustitiæ, inquantum deficit à perfecta ratione iustitiæ. Et propter hoc potest habere medium, quia non omnis qui caret iustitia, totaliter iustitia priuatur, sed aliqua parte. Et hoc est medium quod diuersificatur secũdum magis & minus. Et similiter est in alijs contrarijs. Sed priuatio visus dicitur in hoc, quod totaliter aliquis caret visu. Et ideo inter cæcitatem & visionem non est medium. Deinde cum dicit.

B E S S.

Quemadmodum mathematicus circa abstracta speculatur (tollendo nanque omnia sensibilia, ita speculatur, vtputa grauitatem & leuitatem, duritiem, & contrarium, item autem caliditatem, & frigiditatem, & cæteras sensibiles cõtrarietates) solum vero dimittit quantum & continuum, horum quidem ad vnum, horum vero ad duo, horum autem ad tria, & passiones eorum prout quanta, & continua sunt, non prout aliquid aliud speculatur, et horum quidem situs adinuicem considerat, et ea, quæ eis insunt horum vero commensurationes, et incommensurationes; horum autem rationes: attamen in vnam omnium, et eandem scientiam ponimus Geometriam: eodem modo etiam circa ens se habet.

A N T. part. 6

Quemadmodum autem in alijs mathematicus circa ea quæ ex ablatione, theoricam facit. Circumtollens enim omnia sensibilia speculatur, puta grauitatem, et leuitatem, et duritiem, et contrarium: adhuc autem caliditatem et frigiditatem, et alias sensibiles contrarietates, solum autem derelinquit quantum et continuum, et horum quidem ad vnum, horum autem ad duo, horum vero ad tria, et passiones horum inquantum quanta sunt et continua, et non secundum aliud aliquid speculatur, et horum quidem eas quæ adinuicem positiones considerat, et in his existentia, horum autem commensurationes, et incommensurationes, horum vero rationes, sed tamen omnium vnam et eandem ponimus scientiam geometricam: eodem modo se habet et circa ens.

Sicut mathematici est considerare ea quæ per se reducuntur ad quantum, ita metaphysici ea quæ per se reducuntur ad ens

Ostendit quòd de omnibus entibus reductis ad vnum, sit consideratio huius scientiæ, & circa hoc tria facit. Primò exemplo geometriæ ostendit, quòd ad vnam scientiam pertinet considerare omnia quæ reducuntur ad ens, dicens quod sicut mathematica habet considerationem, circa ea quæ sunt ex ablatione, id est circa abstracta, quæ quidem abstractio fit non ex hoc quod ponat ea de quibus considerat in rerum natura esse separata à sensibilibus, sed quia considerat ea absque consideratione sensibilium. Speculatur enim mathematica auferens à sua consideratione omnia sensibilia, sicut leuitatem, grauitatem, duritiem, mollitiem, caliditatem, & frigiditatem, & omnes alias sensibiles contrarietates, & derelinquit in sua consideratione solummodo quantum & cõtinuum, siue sit continuum ad vnam tantum dimensionem, vt linea, siue ad duas, vt superficies siue ad tres, vt corpus, & considerat primo passiones horum inquantum sunt continua, & non secundum aliquid aliud. Non enim considerat passiones superficiei secũdum quod est superficies lignea vel lapidea. Et similitar rationes eorum adinuicem. Considerando figuras etiam considerat accidentia quæ existunt in figuris, & considerat mensurationes & incommensurationes quantitatum, vt patet in Decimo Euclidis, & rationes, id est proportiones earum, vt patet in Quinto. Sed tamen de omnibus his est vna scientia quæ est geometria. Et sicut est de Mathematico, ita est de Philosopho qui considerat ens, & prætermittit considerare omnia particularia entia, & considerat ea tantum quæ pertinent ad ens commune, quæ licet sint multa, tamen de omnibus est vna scientia, inquantum, scilicet reducuntur omnia in vnum, vt dictum est. Secundo ibi.

B E S S.

Quæ enim ei prout ens est accidunt, et eius prout ens contrarietates, non est alterius scientiæ, quàm philosophiæ speculari. Naturali nanque speculationem de eis non prout entia, sed prout motu participant, attribuere queat quispiam: dialectica vero, et sophistica, de his, quæ accidunt quidem entibus sunt, verum non prout entia sunt, nec circa ipsum ens prout ens est: vnde restat, Philosophum esse circa prædicta speculatiuum prout entia sunt.

A N T. par. 7

Huic enim accidentia, inquantum est ens, et contrarietates ipsius inquantum ens, non alterius scientiæ quã philosophiæ speculari. Naturali quidem enim non inquantum entia, magis autem inquantum motum participant, theoricam vtique quis distribuet. Dialectica .n. entia et sophistica sunt accidentium quidem entibus, non autem inquantum entia, neque circa ens inquãtum ens est: quare relinquitur Philosophum inquantum entia sunt, esse circa dicta speculatiuum.

Metaphysicæ, tantũmodo est considerare accidentia entis vt ens.

Ostendit cuius scientiæ sit prædicta considerare, dicens, quòd considerare accidentia entis, inquantum est ens, non est alterius scientiæ, quàm huius philosophiæ. Si enim esset alterius, maxime videretur esse naturalis scientiæ & dialecticæ, quæ videntur maxime inter scientias esse communes. Naturalis quidem secundum opinionem antiquorum, qui non ponebant alias substantias, nisi sensibiles: sic enim sequeretur, quod ad naturalem pertineret considerare de omnib. substantijs, & per consequens de omnibus entibus, quæ reducuntur ad substãtiam. Dialectica autem videtur esse communis, & similiter sophistica, quia considerant quædam accidentia entibus, scilicet intentiones, & rationes generis & speciei, & alia huiusmodi. Vnde relinquitur quòd Philosophus consideret prædicta inquantum sunt accidentia entis. Tertio ibi.

B E S S.

Cum vero et omne ens, secundum vnum quid, et commune dicatur, multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo (ad primas nanque contrarietates, et differentias entis reducuntur) huiuscemodi vero possibile sit sub vna sciã esse, soluetur profectò dubitatio à principio dicta: dico autẽ in qua dubitatur, quonam mõ multorum et genere dr̃ium vna quadam scientia erit.

A N T. part. 8

Quoniam autem ens omne secundum vnum, et cõmune aliquid dicitur multipliciter dictum, et contraria eodem modo: ad primas enim contrarietates et differẽtias entis, (talia enim possunt sub una scientia esse) dissolnetur utique quæ secundum principia dubitatio dicta. Dico autem in qua dubitatum est, quomodo erit multorum et differentium genere una aliqua scientia.

Vna scĩetia põt esse differentium genere.

Ex dictis infert cõclusionem principaliter intentã, dicens quòd quia ens dicitur multipliciter secundum aliquid vnum, & omnia contraria reducuntur ad primam cõtrarietatem entis, & talia sic reducta in vnum possunt cadere sub vna scientia, vt dictum est, per hoc soluitur dubitatio prius mota, vtrum scilicet multorum differentium genere sit vna scientia.

Distingnit de genere.

L E C T I O IIII.

Hanc scientiam versari circa prima, & vniuersalissima demonstrationis principia ostendit.

B E S S.

CVm autem etiam mathematicus proprie specialiter communibus utatur, horum quoq; principia speculari, Primæ philosophiæ profectò erit: quod .n. ab æqualib. demptis æqualibus, æqualia sunt, quæ restant, commune qui-

ne quidem in omnibus quantis est. Mathematica vero accipient, circa quandam suæ materiæ partem speculatur, vt circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut aliquid cæterorum quantorum, non tamen prout entia, sed prout vnumquodque horum ad vnum, vel duo, vel tria continuum est: Philosophia vero de particularibus quidem, prout vnicuique horum aliquid accidit, nõ considerat, circa vero ens prout ens, vnumquodque horum speculatur.

A N T. part.1

Quoniam autem Mathematicus vtitur cõmunibus proprie, & horum principia erit vtique speculari philosophiæ primæ. Quod enim ab æqualibus, æqualibus ablatis, quæ relinquuntur æqualia, commune quidem est omnibus quantis: Mathematica autem assumens circa aliquam partem conuenientis materiæ facit theoriam. Puta circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut reliquorum aliquod quantorum, non inquantum autem entia, sed inquantum continuum ipsorum vnumquodque, aut vnum, aut duo, aut tria: Philosophia autem de his, quæ in parte quidem inquantum horum vnicuique aliquid accidit, non intendit. Circa ens autem inquantum ens vnumquodque talium speculatur.

Postquam Philosophus ostendit quomodo consideratio huius scientiæ est circa entia, & ea quæ consequuntur ens inquantum huiusmodi. Hic ostendit quomodo consideratio huius scientiæ est de primis principijs demonstrationis, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit quòd ad hanc scientiam pertinet considerare de his. In secunda determinat de quodam principio demõstrationis quod est inter alia primum. ibi § Est autem quoddam &c.§ Circa primũ duo facit. Primo ostendit propositum ex consideratione scientiæ mathematicæ. Secundo ex consideratione scientiæ naturalis. ibi § Eodem autem.§ Vtitur autem in prima parte tali ratione. Quæcunque communia à scientijs particularibus accipiuntur particulariter, & non secundum quòd sunt in sua communitate, pertinent ad considerationem huius scientiæ. Sed prima principia demonstrationis accipiuntur à mathematica, & ab alijs particularibus scientijs particulariter tantum: ergo eorum consideratio secundum quòd sunt communia pertinet ad hanc sciẽtiam, quæ considerat de ente inquantum est ens. Dicit ergo quod mathematicus vtitur § principijs communibus proprie, § id est secundum quod appropriantur suæ materiæ. Oportet autẽ quòd ad primam philosophiam pertineat cõsiderare principia huiusmodi secundum suam communitatem. Sic enim accepta sunt principia suiipsorum secundum quòd sunt alicui materiæ particulari appropriata. Et hoc quod dixerat manifestat per exemplum. Nam hoc principiũ. Si ab æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur æqualia sunt, est commune in omnibus quantis, in quib. inueniuntur æquale & inæquale. Sed mathematica assumunt huiusmodi principia ad propriam considerationem circa aliquam partem quanti, quæ est materia sibi conueniens. Non est enim aliqua mathematica scientia, quæ consideret ea quæ sunt quantitatis communia, inquantum est quantitas. Hoc enim est primæ philosophiæ. Sed considerant mathematicæ scientiæ ea quæ sunt huius vel illius quantitatis, sicut arithmetica ea quæ sunt numeri, & geometria ea quę sunt magnitudinis. Vnde arithmeticus accipit prædictum principium, secũdum quod pertinet ad numeros tantum, geometra autem secundum quod pertinet ad lineas vel ad angulos. Non autem considerat geometra hoc principium circa entia inquantum sunt entia, sed circa ens inquantum est continuum, vel secundum vnam dimensionem vt linea, vel secundum duas vt superficies, vel secundum tres vt corpus. Sed philosophia prima non intendit de partibus entis inquantum aliquid accidit vnicuique eorum, sed speculatur vnumquodque cõmunium talium circa ens inquantum est ens. Deinde cum dicit.

> Quia scientiæ particulares non cõsiderant principia nisi particulariter, ideo metaphysicæ considerat ea vniuersaliter.

B E S S.

Eodem autem modo circa etiam Naturalem sciẽtiam se habet, quo Mathematica: Naturalis nanque accidentia & principia entium prout mouentur, & non prout entia sunt, speculatur: primam vero scientiam, horum diximus esse, prout ipsa subiecta entia sunt, & modo prout aliquid aliud. Propter quod et illam, et Mathematicam scientiam, sapientiæ partes esse ponendũ est.

A N T. part.1

Eodem autem habet modo et circa naturalem scientiam quo mathematicę. Naturalis.n. accidentia et principia speculatur entium inquantum mota, et nõ inquantum entia. Primam autem scientiam diximus horum esse secundum quòd entia subiecta sunt, sed non alterum aliquid. Propter quod et hanc et mathematicam scientiam partes sapientiæ esse ponendum.

Ostendit idem ex consideratione naturalis scientiæ, dicẽs, quòd eodem modo se habet naturalis scientia quantum ad hoc sicut & mathematica, quia naturalis scientia speculatur accidentia entium, & principia, non inquantum sunt entia, sed inquantum sunt mota. Sed prima scientia est de his secundum quòd sunt entia, & non secundum aliquid aliud: & ideo naturalem scientiam, & mathematicam oportet partes esse primæ philosophiæ, sicut particularis sciẽtia pars dicitur esse vniuersalis. Quod autem huiusmodi principia communia pertineant ad considerationem primæ philosophiæ, huius ratio est, quia cum omnes primæ propositiones per se sint, quorum prædicata sunt de ratione subiectorum, ad hoc quòd sint per se notæ quantum ad omnes, oportet quòd subiecta & prædicata sint nota omnibus. Huiusmodi autem sunt communia, quæ in omnium conceptione cadunt, vt ens & non ens, & totum & pars, æquale & inæquale, idem & diuersum, & similia, quæ sunt de consideratione Philosophi primi. Vnde oportet, quòd propositiones cõmunes, quæ ex huiusmodi terminis constituuntur, sint principaliter de cõsideratione Philosophi primi.

> Naturalis, & mathematica sunt aliquo modo partes metaphysicæ.

L E C T I O V.

Quod hoc principium, impossibile est, idem simul esse, & non esse, vel affirmationem & negatio non simul verificar, ad hanc spectens scientiam, ostendit.

B E S S.

Est autem aliquod in entibus principium, circa quod dicere falsum non erit, sed necesse est semper contrarium facere, dico autem verum dicere, vt puta, quod non contingit idem secundum vnum, et idem tempus esse.

A N T. Cap.4 par.1.

Est autem quoddã in entibus principium, circa quod non est, mentiri, contrarium autem necessarium semper facere: dico autem verum dicere. Puta quod non contingit, idem secundum unum & idem tempus esse et non esse, et alia ipsis opposita hoc modo.

Postquam ostendit Philosophus quod principia communia demonstrationis, sunt principaliter de consideratione huius philosophiæ, hic determinat de primo principio inter ea. Necesse est enim quòd sicut omnia entia reducuntur ad aliquod primum, ita oportet quod principia demonstrationis reducantur ad aliquod principium, quod principalius cadit in consideratione huius philosophiæ. Hoc autem est quod non contingit idem simul esse & nõ esse. Quod quidem ea ratione primum est, quia termini eius sunt ens, & non ens, qui primo in consideratione intellectus cadunt. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat

> Sermo de primo principio.

> Quod sit principium & quare.

nat veritatem circa illud principium. In secunda excludit errorem, ibi { Addiscentes autem. } Circa primum duo facit de isto principio. Primo dicit quòd est quoddam principium demõstratiuum in entibus {circa quod non contingit mentiri, } scilicet secundũ interiorem rationem. Sed necessarium } est semper facere contrarium, } scilicet dicere verum circa ipsum. Et hoc principium est, quòd non contingit idem esse & non esse secundum vnum & idem tempus, & alijs conditionibus seruatis quæ consueuerunt in contradictione apponi, scilicet secundum idem, simpliciter, & alia huiusmodi. Impossibile enim est quòd aliquis opinetur hoc principiũ esse falsum, opinaretur enim contradictoria esse simul vera, & sic idem haberet simul contrarias opiniones: nam contrariæ opiniones sunt quæ sunt de contrarijs. Sicut opinio, qua quis opinabatur Socrat. sedere, est contraria opinioni, qua quis opinatur eum non sedere.

Vide conditiones primi princip. primo Elenchorum. Cap. 3. & 4. huius. t. c. 4.

BESS. *Et non esse, & cætera eodem atque hæc, opposita, & de his talibus, simpliciter quidem demonstratio non est, ad aliquem autem est: non est enim ex certiore principio syllogismum ipsius eiusdem facere, quod esse oporteret, si simpliciter demonstraret esset.*

ANT. part. 2 Alia litera adhuc. *Et de talibus simpliciter quidem non est demonstratio, ad hunc autem est: non enim est ex credibiliori principio hoc ipso facere syllogismum. Oportet autem, si quidem erit simpliciter demonstrare.*

Secundo dicit, quòd de prædicto principio & similibus non potest esse simpliciter demonstratio, sed potest esse demonstratio ad hominem. Quod autem nõ possit simpliciter demonstrari, probat ex hoc, quòd non contingit facere syllogismum ad hoc principium demonstrandum ex aliquo principio magis noto, qđ oporteret si contingeret illud principium simpliciter demonstrare. Sed ad hominem contingit hoc principium demonstrare, qui concedit aliquid aliud, licet minus notum, & hoc negat. Deinde cum dicit.

BESS. *Ad illum vero, qui dicit locutiones oppositas, accipiendum est ab eo, qui monstrat hoc falsum esse, aliquid tale, quod idem erit quidem ei, quod non contingit secundum vnum, & idem tempus idem esse, & non esse, non autem appareat idem esse, sic enim solummodo demonstretur ad eum, qui dicat oppositas locutiones de eodem verificari.*

ANT. par. 3 *Ad dicẽtem autem oppositas dictiones ei, qui falsum id esse ostendit, sumendum aliquid tale, quod idem quidem erit ei, quod est, non contingere idem esse & non esse secundum vnum & idem tempus, non videbitur autem esse idem. Sic enim solum vtique demonstrabitur ad dicentem, contingere oppositas dictiones verificari de eodem.*

Disputat cõtra negaotẽ primũ principium. Lect. 6. p. 1

Excludit opinionem negantium illud principium, & diniditur in partes duas. Primo disputat contra negantes hoc principium. Secundo ostendit quomodo ad hanc opinionem possit responderi, ibi. {Soluet autem. } Circa primum duo facit. Primo disputat contra negantes hoc principium simpliciter. Secũdo descendit ad speciales opiniones, ibi. {Cito autem. } Circa primum duo facit. Primo ponit modum disputandi contra hunc errorem dicens, quòd ille, qui contra ponentem contradictorias propositiones esse veras vult ostendere, quòd sit falsum, debet sumere aliquid tale quod idem sit huic principio, scilicet non contingere idem esse & non esse, secũdum idem tempus, sed non videatur idem. Si enim videretur idem, non concederetur ab aduersario. Si autem non esset idem, non posset concludere propositum, quia huiusmodi principium non potest ex notioribus ostẽdi. Et ideo hoc

Modum disputãdi contra pdictos docet.

solum modo potest sumi demonstratio cõtra dicentem, quòd contradictoria verificantur de eodem, vt scilicet illud quod sumitur sit idem conclusioni, sed non videatur idem.

BESS. *Qui autem sermonem inuicem communicaturi sunt, oportet vt aliquatenus inuicẽ intelligant, hoc enim non facto, quo modo erit eis inuicem sermonis communicatio? Oportet igitur nominum vnumquodque notum esse, & aliquid significare, nec multa, sed vnum, quòd si plura significet, manifestare ad quod eorum nomen fert. Qui igitur dicit esse hoc et non esse hoc, quod omnino esse dicit, non dicit: quare id quod nomen significat, idipsum non significare dicit: hoc autem impossibile est: vnde siquidem significat aliquid, hoc scilicet esse hoc, impossibile est contradictionem de eodem verificari.*

ANT. par. 4 *Futuros itaque inuicem ratione communicare, oportet aliquid ipsorum intelligere. Non facto autem hoc, quomodo erit communicatio his adinuicem sermonis? Oportet igitur nominum vnumquodque esse notum, & significare aliquid, & non multa, solum autem vnum. Si autem plura significet, manifestum facere ad quod fert nomen eorum. Dicens itaque esse hoc, & non esse hoc, quod totaliter esse dicit non dicit: quare quidẽ quod significat nomen, hoc non inquit significare: hoc autem impossibile. Quare siquidem significat aliquid esse hoc, contradictionem verificari impossibile de eodem.*

Secundo procedit ad disputandum contra prædictum errorem, & circa hoc facit tres rationes, quarũ prima est, ꝙ si duo homines debeant adinuicem communicare rationem, vt. s. vnus alteri rationem suam communicet disputando, oportet vnum ipsorum intelligere aliquid, quod ab alio dicitur, quia si hoc non esset, non communicarent adinuicem in sermone secundum rationem. Et ita frustra acciperetur disputatio contra eum, qui hoc negaret. Si autem vnus ex eis intelligeret quod alius dicit, oportet ꝙ vnumquodque nominum quæ proferuntur, sit notum in sua significatione, & per cõsequens, ꝙ significet aliquid, & non multa, sed solum vnũ. Et si significet multa, ꝙ manifestetur ad quod illorum multorum significãdum vtatur nomine, aliàs nesciret vnus, quid alius vellet dicere. Hoc igitur supposito, ꝙ nomẽ significet vnum, manifestum est, ꝙ ille, qui dicit esse hoc, & nõ est hoc, puta quòd Socr. est homo, & non homo, illud vnum quod attribuit Socrati, quod. s. est homo, negat, cum adiungit quòd non est homo: & sic negat iam quod primo significauit. Vnde relinquitur ꝙ nomen non significet id quod significat, quod est impossibile. Sequitur ergo quòd si nomen aliquid determinate significat, quòd impossibile est contradictionem verificari de eodem. Secundam rationem ponit ibi.

Arguit trib. rationib. cõtra negãtes primũ principiũ in generali.

BESS. *Item, si nomen aliquid significat, et hoc verificatur, oportet hoc necessario esse: quod vero necessario est, nõ contingit tunc non esse: oppositas ergo non, est possibile locutiones de eodem verificari.*

ANT. part. 5 *Adhuc aũt si quid significat nomẽ, et hoc verificatur, oportet & hoc ex necessitate esse: quod autẽ ex necessitate est, non contingit tunc non esse. Oppositas igitur nõ contingit dictiones & negationes verificari de eodem.*

Quæ talis est. Si nomen significet aliquid, & hoc quod significatur per nomen verificatur de eodem, de quo primo prædicatur nomen, necesse est hoc in esse ei, de quo prædicatur nomen, dum propositio vera fuit. Manifestum est enim quòd hæc conditionalis est vera, si Socrat. est homo, Socrates est homo, omnis autem conditionalis vera est necessaria. Vnde necesse est, quod si consequens sit verum, quòd antecedens sit verum, quoniam concluditur

quod necesse est quamlibet propositioné esse veram dum vera est. Sed quod est aliquando non contingit tunc non esse, quia necesse esse, & non contingens nó esse æquipollent. Ergo dum hæc est vera, Socrat. est homo, non contingit hanc esse veram, Socr. non est homo. Et sic patet quòd non contingit oppositas affirmationes & negationes simul verificari de eodé.

Tertiam rationem ponit ibi.

BESS.

Item, si nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, qui dicit hominem, vel non hominem, nihil magis verum dicet: attamen videri potest, quod si hominem non equum esse dicat, aut magis, aut non minus verum dicere, quàm si non hominem: vnde etiam, si eundem dicit equum esse, verum dicet; oppositas enim similiter erit veras esse. Accidit igitur eundem, & hominem, & equum esse, aut cæterorum animalium aliquod. Harum sane nulla est simpliciter demonstratio, verum ad eum, qui hæc ponit demonstratio est.

ANT. par.6

Adhuc autem si nihil magis dictio quam negatio verificatur, dicens hominem, aut non hominem, nihil magis verum dicet. Videbitur autem vtique non equum esse, dicens hominem, & magis aut non minus verum dicere, quàm non hominem. Quare & equum dicens esse eundem, verum dicet. Oppositas enim similiter erat verum dicere. Accidet igitur eundem, hominem esse, & equum, aut aliorum aliquod animalium. Demonstratio quidem igitur nulla horum est simpliciter. Ad ponentem tamen hæc demonstratio.

Quæ talis est, si affirmatio nó est vera, magis quam negatio ei opposita, ille, qui dicit Socr. esse hominem, non magis verum dicit quam ille, qui dicit Socr. non esse hominem. Sed manifestum est, quòd ille, qui dicit hominem non esse equum, aut magis verum dicit, aut non minus quàm ille, qui dicit hominem nó esse hominem. Ita ergo per locum à simili vel à minori, verum dicet, qui hominem dicet non esse equum. Sed, si opposita contradictorie sunt simul vera, si hæc est vera, homo non est equus, & hæc erit vera, homo est equus. Et ita sequitur, quòd homo sit equus & quodcunque aliud animalium. Sed, quia posset aliquis calumniari prædictas rationes, ex hoc quòd ea, quę assumuntur in eis sunt minus nota quam conclusio quæ intenditur, ideo respondet dicens quòd nulla prædictarum rationum est demonstratiua simpliciter, sed tamen potest esse demonstratio ad hominem qui ponit hanc rationem, quem oportebit concedere ea quę assumuntur, licet sint minus nota simpliciter quam id quod negat. Dinde cum dicit.

Excludit tacita calumniam.

BESS.

Facile autem & ipsum Heraclitum quispiam hoc modo interrogans concedere cogeret, nunquam possibile esse oppositas locutiones de eodem verificari: nunc vero, cum seipsum quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit. Simpliciter autem si hoc, quod ab eo dicitur, verum est: nec hoc ipsum verum erit, scilicet inquam, quod contingit idem secundum vnum & idē tempus esse. Quemadmodum enim & ipsis diuisis nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, eodem modo simul vtroque, ac complexo, ac si vna quadam affirmatio esset, nihil, magis negatio, quàm totum tanquam in affirmatione positum verificabitur.

ANT. par.7

Cito autem & vtique quis & ipsum Heraclitum hoc interrogans modo, cogeret confiteri nunquam oppositas dictiones possibile esse de eisdem verificari. Nūc autem non intelligens seipsum quid quidem dicit hanc accipit opinionem. Totaliter autem si quod dicitur ab ipso est verum, neque vtique ipsum hoc verum erit. Dico autem idem contingere secundum vnum & idem tempus, & esse et non esse. Quemadmodum enim et diuisis ipsis, nihil magis affirmatio quam negatio verificatur, eodem modo & simul vtrisque, et simul complexis, velut vna quadā affirmatione existente, nihil magis, negatio quam totum ut in affirmatione positum uerum erit.

Excludit prędictum errorem descendendo ad speciales opinantes, & primo ad Heraclitum. Secundo ad Pythagoram, ibi. {Simile autem.} Ponebat autem Heraclitus duo, scilicet quod affirmatio & negatio sit simul vera. Ex quo sequebatur quòd omnis propositio tam affirmatiua quam negatiua sit vera. Item ponebat quòd inter affirmationé & negationem, sit aliquod medium. Et sic sequebatur quòd contingeret neque affirmationem neque negationem esse veram. Et per consequés omnem propositionem esse falsam. Primo ergo inducit rationem contra primum. Secundo contra secundum: ibi {Adhuc autem.} Dicit ergo quòd de facili aliquis hoc modo disputádo ad hominem coget ipsum Heraclitum, qui fuit autor huius propositionis, confiteri quòd oppositæ propositiones non verificantur de eodem. Videtur enim hanc opinionem accepisse quòd verificentur de eodem, ex hoc quod non intellexit seipsum quid diceret. Hoc autem modo cogeretur negare quod dicit, quia si illud quod dictum est ab eo, verum est, scilicet q contingat idem secundum vnum, & idem tempus esse & non esse, sequitur quòd hoc ipsum non erit verum. Sicuti enim si diuisim accipiantur affirmatio & negatio, non magis vera est affirmatio quam negatio, ita & si accipiátur affirmatio, & negatio simul tanquam ex eis vna affirmatio fiat, non erit minus negatio vera huius totius compositi ex affirmatione & negatione, quam ipsa tota affirmatio composita. Manifestum est enim quòd contingit aliquam propositionem copulatiuam esse veram, sicut aliquam simplicem propositionem, & contingit accipere eius negationem. Siue autem illa copulatiua componatur ex duab. affirmatiuis, sicut cum dicitur Socr. sedet & disputat, siue ex duabus negatiuis, sicut cum dicitur veru esse Socr. non esse lapidem, neque asinum, siue ex affirmatione, & negatione, vt cum dicitur, verum est Socr. sedere & non disputare, semper tamen copulatiua verificata sumitur tu virtute vnius affirmatiuæ. Et ille qui dicit eá esse falsam, assumit negationem quasi totius copulatiuę. Qui ergo dicit simul esse verum, hominem esse & non esse, assumit hoc vt quandam affirmationem, & hoc non esse verum, est eius negatio. Si ergo affirmatio & negatio est simul vera, sequitur quod hęc etiam negatio sit vera, qua dicitur non esse verum, scilicet q affirmatio & negatio sint simul vera. Oportet enim si aliqua negatio est simul vera cum affirmatione sibi opposita, quòd omnis negatio sit simul vera cum affirmatione sibi opposita. Eadem enim est ratio in omnibus. Deinde cum dicit.

Disputat contra Heraclitum qui negabat primũ principium. Lect. princ. par.9

Destruit primum errorem Heracliti qui credebat contradictoria esse simul vera.

BESS.

Item, si nihil est vere asserere, id etiam ipsum falsum erit dicere, assertionem nullam veram esse, quòd si aliquid sit, soluetur profecto, quod ab illis dicitur, qui ad huiuscemodi instant, & qui totaliter ipsum disputare perimunt.

ANT. part.8

Adhuc autem si nihil est vere affirmare, hoc ipsum vtique falsum erit dicere, nullam ueram affirmationem existere. Si autem est aliquid, soluetur utique quod dicitur ab his, qui talia instant, et penitus auferentibus disputare.

Inducit rationem contra hoc, quod ponebatur q nulla affirmatio sit vera. Si.n. nihil contingat verum affirmare, qui autem dicit nullam affirmationem veram esse, aliquid affirmat, hoc s. q verum sit nullam affirmatio-

Destruit secundum errorem Heracliti quo pe

tabat, inter affirmationem esse verã, ergo hoc ipsum falsum erit. Et si aliquid affirmatiue dictum verum sit, remouebitur opinio talium qui contra omnia instant. Et qui ista positione vtuntur, auferunt totaliter disputationem, quia si nihil est verum, non potest aliquid conceди ex quo disputatio possit procedere. Et si affirmatio & negatio sint simul vera, non erit significare aliquid per sermonem, vt supra dictum est. Et sic cessabit disputatio. Deinde cum dicit.

contradictoria dari me dium. Heraclitus omnẽ auferẽdisputationem.

BESS. *Simile autem dictis est, & quod à Prothagora dictũ est: & ille nanque omnium rerum mensuram hominem aiebat esse, nihil aliud dicens, nisi quod id, quod vnicuique apparet, hoc etiam indubitato esse: hoc autem posito, idem accidit esse & non esse, & malum, & bonum esse, & caetera, quæ secundum oppositas locutiones dicuntur, propterea quod plerunque his quidem hoc apparet, istis vero contrarium esse bonum, mensuram autem esse, quod vnicuique appareat.*

ANT. part. 9 *Simile autem dictis est, & quod dicitur à Pythagora. Etenim ille dixit omnium rerum esse mensuram hominem, nihil aliud dicens, quàm quod videtur vnicuique hoc & esse firmiter. Hoc autem dato idem accidit & esse & non esse & bonum & malum esse, & alia secundum oppositas dictiones dicta, propter multotiens his quidem videri esse hoc bonum, his autem contrarium. Mensuram autem esse, quod videtur vnicuique.*

Arguit contra Pythagoram de primo principio. Lect. 2

Descendit ad opinionem Pythagoræ, & dicit quòd id quod dictum est à Pythagora, simile est dictis ab Heraclito, & ab alijs qui ponunt affirmationem & negationem simul esse veram. Dicit. n. Pythagoras quòd homo est mensura omnium rerum, scilicet secũdum sensum & intellectum vt in Nono dictum est, quasi esse rei sequatur appræhensionem intellectus, & sensus. Et sic qui dicit hominem esse mensuram omniũ, nihil aliud dicit quam hoc esse verum, quod videtur vnicuique. Quo posito sequitur quòd idem sit & non sit, & quòd idem simul sit bonum & malum. Et similiter est in alijs oppositis, eo quòd multotiés videtur hominibus aliquibus aliquid esse bonum, & alijs videtur contrarium, & ipsum videri est mensura rerum secundum opinionem Pythagoræ, vt scilicet intantum sit verum rem esse, inquantum videtur.

LECTIO VI.

Duo destruit principia, quibus aliqui apparenter suadebant contradictoria simul verificari.

BESS. *Soluetur autem hæc dubitatio, viso vnde huius opinionis principium venit.*

ANT. par. 1 Cap. 5. *Soluetur autem vtique huiusmodi dubitatio, considerãtibus vnde venit principium existimationis huius.*

Postquam Philosophus disputauit contra ponentes cõtradictoria simul verificari de eodem, hic ostendit quomodo hæc ratio possit ab eorum mentibus remoueri. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit propositum. In secunda inducit quædam corollaria ex dictis, ibi. § Quare manifestum. § Prima pars diuiditur in partes duas. In prima ostendit quomodo prædicta ratio in aliquibus solui possit. In secunda ostendit in quibus possit solui, & in quibus non, ibi. § Ad habentes igitur. § Circa primum tria facit. Primo proponit modum quo prædicta ratio in aliquib. solui possit, dicens quòd dubitatio prædicta ex qua aliqui mouentur ad ponendum contradictoria simul verificari de eodem, poterit solui, si quis consideret vnde principium sumpsit hæc positio. Secundo ibi.

Lect. princ. par. 2 Lect. princ. par. 10. Tollit motiua prædictæ erroris.

BESS. *Videtur etenim quibusdam quidem, ex Naturalium opinione sumpsisse principium, quibusdam vero, ex eo quòd non omnes eadem de eisdem cognoscant, sed quibusdam hoc apparere delectabile, quibusdam contrariũ.*

ANT. par. 2 *Videtur enim quibusdam quidem ex physiologorum opinione, alijs autem ex non eadem de eisdem omnes cognoscere, sed his quidem delectabile hoc videri, his autem contrarium.*

Ponit prædicta motiua.

Assignat duplex principium prædictæ positionis, dicens quòd quibusdam videtur ꝙ principium dictæ opinionis sit ex opinione naturalium Philosophorũ, qui posuerunt aliquid non fieri ex non ente. Alijs autem videtur quòd principium sumpserit ex hoc quod non omnes eadem iudicant de eisdem. Sed quibusdam videtur hoc esse delectabile, & alijs contrarium. Ex hoc. n. sequitur ꝙ opposita sint simul vera, si quis credat ꝙ omne quod vi alicui sit verum. Tertio ibi.

BESS. *Nihil enim ex non ente fieri, omne vero ex ente, fere omnium Naturalium decretum. Cum igitur non album ex perfecte albo fiat, & minime ex non albõ, nunc vero factum non album, si fieret ex non ente albo, quod fit non album fieret profectò ex non ente secundum illos, si non erat idem album & non album. Non est autem difficile hãc dubitationem soluere: dictum est enim in naturalibus, quomodo ex non ente, & quomodo ex ente fiant quæ fiunt.*

ANT. part. 3 *Nihil enim ex non ente fieri, omne autem ex ente, fere omnium est commune dogma eorum, qui de Natura. Quoniam igitur non album fit ex albo perfecte existente, & nequaquam ex non albo, nunc autem factum non album, fiet vtique ex non ente non albo, quod fit non album. Quare ex non ente fiet vtique secundum illos, si non existit, non album idem & album: non difficile autem dissoluere dubitationem hanc. Dictum est en. in physicis, quomodo ex non ente fiunt quæ fiunt, & quomodo ex ente.*

Manifestat quomodo ex præmissis duobus principijs dicta opinio sequatur, & quomodo soluatur. Et primo quomodo sequatur ex opinione naturalium physicorum. Secundo quomodo sequatur dicta opinio ex eo quòd creditur, quodcunque videtur esse verum, ibi. § Sed est similiter. § Dicit ergo primo, quòd fere omnium eorum, qui de natura tractauerũt, commune dogma est, quòd nihil fit ex non ente, sed omne quod fit, fit ex ente. Manifestum est etiam, quòd aliquid fit non album ex eo quod est perfecte album, non autem fit album ex non albo. Vlterius etiam manifestum est, quòd non album fit ex eo, quod non est non album. Quòd exinde patet, quòd id, quod non est non album, sit non album, sicut quod non est nigrum fit nigrum. Sic igitur illud, ex quo fit nõ album, est album, & non est non album: Quod non potest intelligi tanquam penitus sit non ens nõ album, quia sic videretur sequi quòd aliquid fieret simpliciter ex non ente. Sicut, si diceremus quòd ignis fit ex non igne, quomodo intelligebant, ꝙ illud, quo fit ignis, sit penitus non ignis. Sic enim videbatur eis, quòd sequeretur, quòd fieret aliquid ex non ente. Et propter hoc ponebant quod in eo ex quo fit ignis, erat ignis latens, vt patet ex opinione Anaxagoræ, quæ ponitur in Primo Physicor. Similiter credebant, quòd si aliquid fit non album ex eo quòd non est non album, quod nihilominus non album præexisteret in eo ex quo fit non album, vt dictum est. Sequebatur etiam secundum eos quod illud ex quo fit non album, esset album & nõ album simul, nisi ponatur quod aliquid fiat ex non ente. Sed hanc dubitationem, vt ait Philosophus, non difficile est soluere. Expositum enim est in Primo Physicorum, quomodo aliquid fiat ex ente, & quomodo ex non ente. Dictum est enim ꝙ aliquid fit ex

Contra primum motiuum.

Lect. 5. tex. com. 33

Solutio motiui. Tex. c. 7. Lect. 12.

fit ex non ente in actu, & ente in actu per accidens. Sed ex materia quæ in potentia est, fit aliquid per se. Accidit enim factioni quòd materia ex qua fit aliqd, fuerit subiecta formæ & priuationi. Et sic non oportet, quòd id ex quo aliquid fit, simul sit ens, & non ens in actu, sed quòd de se sit potentia ad ens & non ens.i.ad formam & priuationem. Deinde cum dicit.

B E S S.

At similiter vtrisque opinionibus, ac imaginationibus eorum, qui sibi ex aduerso addubitant, attendere, stolidum est: manifestum est enim, quod alteros eorum necesse est falsum dicere. Hoc etiam ex illis patet, quæ secundum sensum fiunt, nunquam enim idem quibusdam dulce, quibusdam contrarium apparet, non corruptis, & læsis alteris organo sensus, et iudicatiuo prædictorum saporum: hoc autem ita se habente, alteros quidem putandum mensuram esse, alteros vero minime. Similiter autem & de bono & malo, & turpi, & alijs huiuscemodi dico: nam non ponere esse nisi ea, quæ apparent, nihil differt ab his, qui digitum visui supponentes ex uno duo apparere faciunt, ac duo esse putant, propterea quod tot apparent, & rursus vnum: illis nanque qui visum non mouent, vnum apparet quod vnum est.

A N T. par. 4.

Sed & similiter attendere vtrisque opinionibus & phantasiis ad ipsos dubitantium, stultum. Palam enim, quòd alterum ipsorum necesse est mentiri. Palam autem hoc ex his, quæ fiunt secundum sensum. Nunquam.n. videtur idem his quidem dulce, his autem contrarium non corruptis et priuatis alteris secundum organũ sensus, et iudicatorijs dictorum saporum. Hoc autem existente tali, alteros quidem existimandum mensuram esse, alteros autem non putandum. Similiter autem hoc dico, et in bono, et in malo, et pulchro, et turpi, et in alijs talibus: nihil enim differt hoc dignificare, quam quæ apparent submittentibus sub visu digitum, et facientibus ex vno videri duo, oportere esse, propter apparere tanta, et iterum vnum. Non mouentibus enim visum, vnum apparet quid vnum.

Contra secundum motiuum. Primo sequens.

Remouet prædictam opinionem secundum quòd causatur ex alio principio, quod est opinari oẽ, quod videtur, esse verum. Et primo remouet hoc principiũ, & secundo causam eius, ibi. {Totaliter autem.} Dicit ergo primo ꝙ sicut stultum est propter prædicta opinari, quòd contradictoria simul verificantur de eodem, similiter {etiam est stultum attendere,} id est assentire prædictis vtrisque opinionibus Philosophorum dubitantium contra seipsos. Manifestum est.n. ꝙ necesse est alterum eorum mentiri. Et hoc palam est ex his, quæ apparẽt secundum sensum. Nunquam enim idem videtur his quidem dulce, alijs amarum, nisi in alteris eorum sit aliqua corruptio, aut priuatio secundum organum sensus, & secundum virtutem, quæ iudicat de saporibus. Huiusmodi autem corruptione in alteris eorum existente, existimandum est {alteros eorum esse mensuram,} id est accipiendum est eorum iudicium quasi regulam & mensuram veritatis. Illorum, scilicet in quibus non est corruptio, non autem hoc putandum est, & de alteris, in quibus est corruptio. Et sicut hoc manifestum est in cognitione sensus, similiter dicendum est in bono, & malo, in pulchro & turpi, & huiusmodi omnibus quæ per intellectum cognoscuntur. Si enim quibusdam videatur secundum intellectum hoc esse bonum, alijs autem malum, standum est eorum iudicio in quibus non est aliqua corruptio secundum intellectum, nec ex praua consuetudine, neque ex praua affectione, neque ex aliqua huiusmodi causa. Nam si quis dicat quòd nihil minus dignum est credere his quam illis, nihil hoc differt quam si diceret, quòd ea quæ apparent {hominibus ponentibus sub visu digitum,} id est mouentibus oculum digito, & ex hoc facientibus quòd id quod est vnum videantur duo, ꝙ propter hoc oporteat esse dno, quia apparent tot. Et iterum oporteat esse voum, quia quando aliquis non mouet oculum, apparet vnum id quod est vnum. Manifestum est enim quòd iudicandum est de vnitate rerum, secundum id quod visus iudicat nulla extranea passione existente in eo. Non autem secundum quod iudicat ex prædicta passione. Sic autem iudicat vnum esse duo, quia species vnius visibilis duobus modis redditur organo visus quando mouetur, & secundum vtriusque dispositionem peruenit ad organum sensus communis, quasi essent duo visa. Deinde cum dicit.

Quare ex supposito digiti oculo, vnum videtur duo.

B E S S.

Simpliciter autem inconueniens est ex eo, quod præsentia videntur mutabilia, & nunquam in eisdem permanentia, ex hoc de veritate iudicare, oportet etenim ex eis, quæ semper similiter se habent, nullamque mutationem faciunt, veritatem venari, talia vero sunt, quæ per mundum, hæc enim non quandoque quidem talia, rursus autem alia apparent, verum semper eadem, nullius mutationis participantia.

Veritas ex quibus.

A N T. part. 5

Totaliter autem inconueniens est videri præsentia permutantia, & nunquam permanẽtia in eisdem, ex hoc de veritate iudicium facere. Oportet enim ex semper secundum eadem se habentibus, & neque vnam permutationem facientibus verum venari: talia autem sunt quæ secundum mundum: hæc enim non quandoque quidem talia, iterum autem alia videntur, eadem autem semper, & permutatione nulla participant.

Impugnat etiam secundum motiuum quinque rationibus.

Excludit causam, propter quam ponebant omne quod videtur esse verum. Hoc enim ponebant aliqui, quia existimabant res omnes esse in continuo fluxu, & quòd nulla natura esset in rebus fixa & determinata. Et sic sequebatur, quòd rem esse talem non erat nisi videri. Contra hoc ergo ponit quinque rationes, quarum prima talis est, quòd totaliter inconueniens est sumere iudiciũ de tota veritate ex hoc, quòd ista sensibilia quæ sunt prope, scilicet vicina nobis, permutantur, & nunquam permanent. Oportet autem magis venari verum ex his, quæ semper se habent eodem modo, & non patiuntur aliquam permutationem quantum ad substantiam suam, licet appareat in eis motus secundum locum. Talia enim sunt {quæ continent mundum,} scilicet corpora cælestia ad quæ comparata hæc corpora corruptibilia, quasi nullius sunt quantitatis, vt mathematici probant. Corpora autem cœlestia sunt semper eadem, & non videntur quandoque talia, & alia vice alia, sed nulla permutatione participant, quæ scilicet sit in eorum substantia. Secundam rationem ponit ibi.

Iudiciũ de veritate rerum ex immobilibus sumendum est non ex mobilibus.

B E S S.

Præterea, si motus & aliquid motum est, omne vero ex aliquo in aliquod mouetur, oportet igitur quod mouetur esse in eo, ex quo mouetur, et non esse in eo, et ad hoc moueri, ac esse in eo, aut contradictionem non verificari secundum eos.

A N T. par. 6

Adhuc autem si motus est, et motum aliquid, mouetur autem omne ex aliquo ad aliquid, oportet igitur quod mouetur, esse et adhuc in illo, ex quo mouebit, et non esse in ipso: et ad hoc moueri et fieri in hoc, secundum contradictionem autem non verificari secundum ipsos.

Quæ talis est. Si motus est in istis inferioribus, oportet quòd id, quod mouetur sit aliquid, & etiam oportet, quod id, quod mouetur, moueatur ex aliquo, & etiam ad aliquid. Vnde oportet id, quod mouetur, adhuc esse in eo, ex quo mouetur, & nondum

esse in eo, ad quod mouetur, sed moueri ad ipsum & continue fieri in ipso. Et sic aliqua affirmatio determinate est vera, & aliqua negatio, & non oportebit, quòd contradictio verificetur de eodem, quia secundum hoc nihil moueretur. Si enim idem foret esse in termino ad quem, & nó esse, nulla ratio esset quare moueretur ad terminum, ad quem aliquid quod nódum est in illo, quia iam esset ibi. Tertiam rationem ponit ibi.

BESS. *At si secundum quantum præsentia fluunt & mouentur, & hoc aliquis ponat, quamuis verum non sit, cur secundum quale non manent? Videtur autem haud minime ea, quæ secundum contradictiones sunt, de eodem prædicari, ex eo, quod putant quantum in corporibus non manere, propterea quod idem, & quatuor cubitorum est, & non est, substantia vero secundum quale: hoc enim determinatæ naturæ, quantum vero indeterminatæ est.*

ANT. par.7 *Et si secundum quantum continue præsentia fluunt & mouentur, & quis hoc ponat equidem non verum existens, propter quid secundum quale non manet? Videtur enim non minime quæ secundum contradictiones eiusdem prædicari, & existimare quantum non manere in corporibus, propter & esse quadrucubitum idem & non esse. Substantia autem secundum quale, hoc quidem determinatæ naturæ, quantum autem indeterminatæ.*

Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd Heraclitus videns aliquid augeri longo tempore, puta per vnum annum secundum aliquam determinatá quantitatem, & modicam, existimauit quòd qualibet parte illius temporis aliquod augmentum fieret, sed insensibile propter paruitatem quantitatis, quæ augetur. Et ex hoc inductus fuit ad credendum, quod omnes res etiam quæ videntur quiescentes, etiam insensibiliter mouerentur continue, sed post longum tempus sensibiliter eorum motus appareret. Est autem hoc falsum quod de augmento opinabatur. Non.n. continue fit augmentum, ita quod in qualibet temporis parte aliquid crescat, sed disponitur ad augmentum corpus per aliquod tépus, & tunc crescit vt Arist. expressius manifestat in Octauo Physicor. Dicit ergo q si corpora præsentia hic apud nos continue fluunt & mouentur secundum quantitatem, & si hoc aliquis vellet concedere, licet non verum sit, non est ratio quare non possit aliquid moueri secundum quantitatem. Videtur enim quòd non parum hæc opinio quæ ponit contradictiones simul esse eiusdem, prædicet ex eo quod existimat quod quantum non remanet in corporibus, & sic opinantur quod id sit & non sit simul quadricubitum. Sed substantia rei determinatur secundum quale, id est secundum aliquam formam. Quale autem est determinatæ naturæ in rebus, & si quantum sit indeterminatum propter motum, vt dictum est. Quartam rationem ponit ibi.

Non.n continue augetur. tex. com.61 Lect.12.

BESS. *Item cur, cum nunc cibum præcipiat medicus, sumunt: quid nunque magis hoc, panis quam non panis sit? quare nihil differt comedere, vel non comedere: nunc vero tanquam verum dicente circa idipsum, & hoc cibo existente, qui præceptus fuit, sumunt illum, at non oportebat, cum nulla natura in sensibilibus firmiter maneat, sed omnes semper fluant, ac moueantur.*

ANT. par.8. *Adhuc propter quid iubente medico hunc cibum offerre, offerunt? Quid enim magis panis est, aut non est? Quare nihil vtique aliquid habebit comedere, aut non comedere? Nunc autem vt verum dicente circa ipsum, & existente iusso cibo hoc, offerunt hunc. Quamuis non oportebat, non permanente vlla natura firmiter in sensibilibus, sed semper omnibus motis, & fluentibus.*

Quæ talis est. Si in rebus nihil est fixum, neq; quantum ad esse, neque quantum ad nó esse, propter quid deferunt hunc cibum, quem medicus iubet, & non alium? Secundum enim dictam opinionem quid magis est panis, vel non panis? quasi diceret, non magis prædicatur de eo affirmatio quam negatio. Et sic nihil differt quòd comedat, vel non comedat, sed nos videmus quòd ipsi offerunt hunc cibum, quem medicus iubet, quasi habentes verum iudicium de ipso cibo, & quasi hic cibus vere sit iste cibus, de quo medicus iubet. Hoc autem non oporteret, si nulla natura sic per certitudinem maneret in sensibilibus, sed oía ip mouerétur, & fluerent. Quintam rónem ponit ibi.

BESS. Sensibilia omnia semper mutari. *Item si semper quidem alteramur, & nunquam iidem permanemus, quid mirum si nunquam nobis eadem apparent, quemadmodum etiam ægrotis? etenim his eo quod non similiter dispositus habitus eo, cum sit, vt cum sani erant, non ea apparent similia, quæ secundum sensus, cum ipsa quidé sensibilia nullam mutationem propter hoc participent, diuersas tamen ægrotis, & non easdem sensationes faciunt. Eodem igitur modo fortasse necesse est se habere, si dicta mutatio fit. Quod si non mutamur, sed ijdem permanemus, sit aliquid profectò permanens.*

ANT. par.9 *Adhuc, si semper alteramur, & nunquam permanemus ijdem, quid mirabile, si nunquam eadem nobis videntur, quemadmodum laborantibus? Etenim his propter non similiter disponi secundum habitum, et quando sani erant non similia videntur quæ secundum sensus, ipsa tamen nulla propter hoc permutatione participantia sensibilia, impressiones autem alias facientia laborantibus, et non eadem. Eodem itaque modo habere et dicta permutatione facta, forte necessarium est, si autem non permutamur, sed si ijdem permanemus entes, erit vtique aliquid manens.*

Quæ talis est. Cum secundum opinionem prædictam ponatur, q propter continuam mutationé quæ est in rebus, non sit aliqua veritas in rebus fixa, si sit verum esse quod est videri, oportet dicere quòd nos homines qui de rebus alijs iudicamus, aut sumus in motu, aut non. Si enim semper alteramur, & nũquam permanemus eodem modo nos habentes, non est mirabile si res non eodem modo videntur se habere nobis, sicut accidit infirmis. Quia enim trásmutati sunt, & non in eadem dispositione se habent sicut quando sani erant, non videntur eis sensibilia quæ percipiunt per sensum qualia videbantur eis ante infirmitatem. Nam eis, qui habét gustum infectum, etiam quæ sunt dulcia videntur amara, vel insipida. Et simile est in alijs sensibilibus non tamen propter hæc sensibilia sunt permutata, sed faciunt alias impressiones infirmis, propter hoc quòd sensus eorum alio modo se habent. Si ergo nos homines in continua transmutatione existétes, de rebus alijs diuersimode iudicamus, non est hoc imputandum rebus, sed nobis ipsis. Si autem nos non permutamur, sed semper permanemus eodem modo nos habentes: ergo in rebus erit aliquid permanens, & per consequens aliqua veritas determinata, de qua possumus præcise diiudicare. Non.n. solum iudicamus de rebus alijs, sed etiam de natura humana. Deinde cum dicit.

BESS. *Ad eos igitur, qui ex ratione prædictas dubitationes habent, non est facile dissoluere, qui nihil ponunt, nec quærunt rationem quærunt, hoc.n. modo omnis ratio, omnisque demonstratio fit, si enim nihil ponunt, ipsum disputare, et omnino*

omnino rationem perimunt, quare ad eos quidem nõ est sermo. Ad illos vero, qui hæsitant, facile est ex iam traditis dubitationibus obuiare, & ea dissoluere, quæ faciunt in eis dubitationem, vt ex prædictis patet.

A N T. par. 11

Ad habentes quidem igitur dubitationes dictas, ex ratione non facile dissoluere, non ponentibus aliquid, et horum non ad hæc rationem exquirentibus, sic enim omnis ratio, & omnis demonstratio fit. Nihil.n. ponentes, interimunt totaliter disputare, & totaliter rationem. Quare ad tales quidem non est sermo. Ad dubitantes autem, ex datis defectibus facile obuiare & dissoluere facientia dubitationem in ipsis. Palam autem ex dictis.

Ostendit à quibus prædicta opinio remouet, & à quibus non, & dicit, quòd si qui incidunt in prædictas opin. non propter aliquam rationem, ita quod ex pertinacia non concedant aliquid neque inquirãt rationem eorum, quæ dicuntur, sed pertinaciter inhærent his, quæ opinabant, non facile est eis soluere huiusmo di opinionem. Omnis.n. ratio & demõstratio fit hoc modo.s. concedendo & exquirendo rationem alicuius dicti. Sed illi qui nihil concedunt, interimunt disputationem & omnem argumentatiuam rationem. Vnde ad eos nõ potest haberi sententia ratiocinationis, per quam à suo errore tollãtur. Sed si aliqui sunt, qui dubitant propter aliquos defectus, puta, quia non bene aliqua intelligunt, facile est obuiare tali errori soluendo ea, quæ faciunt in eis dubitationem. Et hoc palam ex prædictis, in quibus soluit dubitationes, quæ poterant ad prædictam positionem inducere. Deinde cum dicit.

Qui ex pertinacia errãt non sunt facile curabiles.

B E S S.

Quare manifestum est ex his, quod non est possibile locutiones oppositas de eodem, vno & eodem tempore verificari, nec ipsa contraria, cum omnis contrarietas secundum priuationem dicatur, hoc autem patebit, resoluentibus ad principium rationes cõtrariorum. Similiter nec mediorum quicquam possibile est de vno & eodem prædicari, si enim albun sit aliquod subiectum, dicentes illud, nec nigrum, nec album falsum dicimus, accidet. n. illud album esse, & non esse, alterum.n. complexorũ de eo verificabitur hoc aũt est albi cõtradictio.

A N T. par. 12.

Quare manifestum ex his, quòd non contingit oppositas dictiones de eodem secundum vnum tempus verificari neque contraria, propter dici secundum priuationem omnem contrarietatem. Palam autem hæc ad principium resoluentibus rationes contrariorum. Similiter autem neque intermediorum nullum possibile est prædicari de vno & eodem. Albo enim existente subiecto, dicentes ipsum esse neque album, neque nigrum, mentientur. Accidit enim album esse ipsum, & non esse, alterum enim complexorum verificabitur de ipso. Hæc autem est contradictio albi.

Inducit tria corollaria ex dictis, quorum primum est, quod manifestum est ex prædictis, quod oppositæ propositiones non verificantur de eodem secundum vnum, & idem tempus. Et per consequens ex hoc patet, quod neque etiam contraria possunt simul verificari de eodem. Et hoc ideo, quia omnis contrarietas dicitur secundum priuationem, semper.n. alterum contrariorum est priuatio. Et hoc palam est, si quis velit rationes contrariorum reducere ad primum principium. De ratione.n. nigri est priuatio albi. Cum igitur priuatio sit quædam negatio habens subiectum determinatum, manifestum est, quod si contraria de eodem verificarentur, oporteret quod affirmatio & negatio simul verificarentur de eodem. Non solũ autem duo cõtraria non possunt simul verificari de eodem, sed etiam nullum medium possibile est prædicari de vno & eodem, de quo pdicatur alterum extremorum. Ex his.n. quæ dicta sunt in Decimo manifestum est quod mediũ inter contraria est habens priuationem vtriusque extremorum, siue sit nominatum vno nomine, siue pluribus, siue innominatum. Vnde medium inter album & nigrum, vtpote rubeum vel citrinum, habet in sui ratione quod neque sit album neque nigrum. Siquis igitur aliquo subiecto existente albo, dicat ipsum esse rubeum, simul dicit ipsum esse neque album neq; nigrũ. Et ita mentitur. Sequitur enim quod id subiectum, simul album sit & nõ sit. Quod si verum est de illo subiecto, quòd sit neque album neque nigrum, oportet quòd verificetur de eodem altera pars copulatiuæ, quæ contradictoria est eius quod est album esse. Et ita sequitur quòd si medium & extremum verificatur de eodem, quòd contradictoria de eodem verificentur.

Inducit tria corollaria. Contraria non possunt simul verificari de eodem.

tex. com. 33

Medium & extremum contrariorũ de eodem simul non verificari

B E S S.

Neque igitur secundum Heraclitum dicentibus, veradicere possibile est, neque secundum Anaxagoram, aliter accidet contraria de eodem prædicari: cum enim in omni re, dicat omnis rei partem esse, non magis dicit esse dulce, quàm amarum, aut quamcunque cæterarum contrarietatum, si omnia quidem non solum in omni potentia, verumetiam actu, & seiunctim insunt.

A N T. par. 12

Neque enim itaque secundum Heraclitum contingit verum dicere, neque secundum Anaxogoram. Si autem non, accidet contraria de eodem prædicari. Cum enim in omni dicat omnis esse partem, nihil magis dicit esse dulce, quam amarum, aut reliquarum quarumcunq; contrarietatem. Siquidem in omni existit non potentia solum, sed actu & segregatim.

Concludit enim quod si affirmatio & negatio non sit simul vera, quod neque opinio Heracliti est vera, neque opinio Anax. Et quidem de opinione Heracliti patet ex dictis. Vnde hoc manifestat de opinione Anax. dicens, quòd si non sit falsa opinio Anax. sequitur cõtraria prædicari de eodem. Et per consequens contradictoria. Quod sic patet. Ponebat enim Anaxa. quodlibet fieri ex quolibet, & oẽ quod fit, ex aliquo fit. Vñ non cogebatur ponere aliquid fieri ex nihilo, & sic ponebat quodlibet esse in quolibet. Cum igitur poneret partem cuiuslibet esse in quolibet, puta partem carnis esse in osse, & partem albi in nigro, & econuerso, sequit quod totum non magis erit dulce quàm amarum. Et simile est de alijs contrarietatibus. Et hoc si pars cuiuslibet est in quolibet toto non solum in potentia, sed in actu & separatim. Hoc autem addidit, quia id quod fit ex aliquo, oportet præexistere in eo potentia non actu. Et sic contraria præexistunt in eodem in potentia, non in actu. Et hoc non est esse separatim contraria in aliquo, quia eadem est potentia contrariorum. Sed Anaxa. nesciebat distinguere inter potentiam & actum. Tertium corollarium ponit ibi.

Sequitur cõtraria de eodem simul dic.

B E S S.

Similiter autem nec omnes locutiones falsas, nec veras possibile est esse, tum propter alias multas difficultates, quæ ob hanc positionem euenirent, tum etiam, quoniam si cunctæ falsæ sint, nec cum hoc ipsum aliquis dicet, verum dicet, si autem veræ, cum omnes falsas dicet, non falsum dicet.

A N T. par. 13.

Similiter autem neque omnes falsas, neque veras dictiones possibile esse, & propter alia multa collectarum vtique difficultatum propter hanc positionem, & quia falsis quidem existentibus omnibus, neque hoc ipsum quis dicens verum dicet. Veras autem falsas dicens esse omnes, non mentietur.

Concludit enim ex prædictis falsam esse vtranque opinionem, & illorum, qui dixerunt omnes propositiones esse veras, & illorum, qui dixerunt omnes falsas. Et hoc manifestum est propter multa difficilia & grauia consequentia ad has opiniones quæ collectæ sunt,

ſunt,& hic,& ſuperius in Quarto. Et ſpecialiter propter hoc, § quia ſi omnes propoſitiones ſunt falſæ.§ Qui autem dicit. Omnis propoſitio eſt falſa, quãdam propoſitionem dicit. Vnde non dicet verum. Et ſimiliter ſi omnes propoſitiones ſint veræ, ille qui dicit oẽs eſſe falſas, non mentietur, ſed dicet verum. Propter quod deſtruitur poſitio ponentis omnia eſſe vera.

LECTIO XII.

Ex proprijs aliarum ſcientiarum particularium oſtendit hanc ſcientiam ab omnibus tam practicis, quàm ſpeculatiuis diſtingui, & illis omnibus longe nobiliorem eſſe.

BESS. *Omnis autem ſcientia, circa vnumquodque eorũ, quæ ſub ea ſcibilia ſunt, principia quædam & cauſas quærit, vt medicatiua, & exercitatiua, ac ſingula effectiuarum, vel mathematicarum, harum etenim vnaquaque circa quoddam circunſcriptum genus, tanquam exiſtens & ens, non tamen prout ens eſt, tractat, ſed hæc alia quædam ſcientia præter illas ſcientias eſt.*

ANT. part. 1 Cap. 6. *Omnis autem ſcientia quærit aliqua principia, & cauſas circa vnumquodque eorum quæ ſub ipſa ſcibiliũ, puta medicatiua, & exercitatiua, & reliquarum vnaquæque factiuarum, & doctrinalium. Vnaquæque enim harum circunſcribens aliquod genus ſibiipſi, circa hoc negotiatur, tanquam exiſtens & ens, non inquantum autem ens. Sed altera quædam hæc præter has ſcientias eſt ſcientia.*

Poſtquam Philoſophus oſtendit de quibus ſit conſideratio huius ſcientiæ, hic comparat illam ſciẽtiam ad alias, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid ſit proprium particularium ſcientiarum. Secundo oſtendit differentiam particularium ſcientiarum adinuicem, ibi. §Quoniam autem eſt quædam.§ Tertio comparat iſtam ad alias, ibi. §Quoniam autẽ eſt quædam entis ſcientia.§ Circa primum duo facit ſecundũ duo, quæ dicit pertinere ad particulares ſcientias. Dicit ergo primo ꝙ omnis ſcientia particularis quærit aliqua principia & cauſas, circa propriũ ſcibile quod ſub ipſa continetur. Dicit autem aliqua principia & cauſas, quia non omnis ſcientia conſiderat omne genus cauſæ. Et ponit exemplum de medicatiua quæ eſt circa ſanitatem, & de exercitatiua quæ eſt circa exercitia ordinata ad bonam valetudinem corporis, & ſimiliter de qualibet ſcientia alia §ſiue ſit factiua,§ id eſt practica §ſiue doctrinalis,§ id eſt theorica, quia vnaquæque harum ſciẽtiarum particularium circunſcribit, & accipit ſibi aliquod determinatum genus entis, circunſcribens illud & diuidens ab alijs entibus, & de illo ſolo determinans. Negociatiue enim circa hoc genus entis quaſi circa aliquod ens, ſed non inquantũ eſt ens. Sed hoc. ſ. conſiderare de ente inquantum eſt ens, pertinet ad quandam ſcientiam quæ eſt alia præter omnes ſcientias particulares. Secundo ibi.

Omnis ſciẽ particularis quærit principia, & cauſas circa proprium ſubiectum.

BESS. *Dictarum vero ſcientiarum vnaquæque accipiens aliquo modo ipſum quid eſt in vnoquoque genere, cætera vel debilius, vel exactius conatur oſtendere. Accipiunt autem ipſum quid eſt, quædam per ſenſum, quædam ſupponentes: vnde ex hac inductione patet ſubſtantiæ, et ipſius quid eſt, demonſtrationem non eſſe.*

ANT. par. 2 *Dictarum autem ſcientiarum vnaquæque ſumens aliqualiter quodquideſt in vnoquoque genere, tentat oſtendere reliqua debilius, aut certius. Sumunt autem quod quid eſt hæc quidem per ſenſum, hæc autem ſupponentes. Propter quod & palam ex tali inductione, quòd ſubſtantia & eius quod quid eſt non eſt demonſtratio.*

Ponit aliud pertinens ad particulares ſcientias, dicens quòd vnaquæque prædictarum ſcientiarum particularium ſupponit aliqualiter quodquideſt, in quocunque genere conſideretur. Vnde & in primo Poſteriorum dictum eſt, ꝙ de ſubiecto oportet ſupponere, & quia eſt, & quid eſt. Et hoc ſuppoſito. ſ. quodquid eſt, quo quælibet ſcientia vtitur tanquam medio ad demonſtrandum aliqua ſicut paſsiones, & huiuſmodi, tentat demonſtrare aut debilius, aut certius, quia in quibuſdam ſcientijs eſt certior modus demõſtrandi ſicut in mathematicis. In quibuſdam autem debilior ſicut in naturalibus. Et quia dixerat quod aliæ ſciẽtiæ aliqualiter ſupponunt quodquideſt, ideo ſubiungit quòd quædam ſcientiæ ſumunt quodquideſt per ſenſum, inquantum ex accidentibus ſenſibilibus deueniunt in cognitionem eſſentiæ rei. Quædam vero ſumunt quodquideſt ſupponentes ab alijs ſciẽtiis, ſicut particulare ab vniuerſalibus. Et ſic manifeſtum eſt quòd in ſcientiis particularibus non eſt demonſtratio de ſubſtãtia rei, nec de eo quodquideſt. Vtrunque igitur horum de quibus particulares ſcientiæ nõ ſe intromittunt, pertinet ad vniuerſalem ſcientiam, id eſt conſiderare de ſubſtantia & ente & quidditate rei.

Vnaquæque particularium ſcientiarum ſupponit aliqualiter qđ quid eſt, ſed diuerſimode.

tex. com. 2 Lect. 2

Deinde cum dicit.

BESS. *Cum autem ſit aliqua de natura ſcientia, patet quod & ab actiua, & ab effectiua diuerſa erit, effectiuæ namque, in faciente, non in eo quod fit, motus principium eſt, & hoc, aut ars quædam, aut alia vis eſt. Similiter & actiuæ, non in eo quod agitur, ſed magis in agentibus motus eſt. Naturalis vero ſcientia, circa ea, quæ in ſeipſis habent motus principium eſt. Quod itaque neque actiuam, neque effectiuam, ſed ſpeculatiuam eſſe Naturalem ſcientiam neceſſe ſit, ex his patet, in vnum namque horum genus, eam cadere neceſſe eſt.*

Practica ſcientia. Phyſica.

ANT. part. 3 *Quoniam autem eſt quædam ſcientia de natura, palam quia & à practica altera & factiua erit. Factiuæ quidem enim in faciente, & non in facto, motus principium. Et hoc eſt, ſiue ars aliqua, ſiue aliqua potentia. Similiter autem & practicæ non in agibili, magis autem in agentibus motus. Quæ autem phyſici circa habentia in ſe motus principium eſt. Quod quidem igitur neque actiuam neq; factiuam, ſed ſpeculatiuam neceſſarium eſſe naturalem ſcientiam, palam ex his. In vnum enim aliquod horum generum neceſſe cadere.*

Oſtendit differentiam particularium ſcientiarum adinuicem, & primo ſcientiæ naturalis ad ſcientias operatiuas. Secundo ſcientiæ mathematicæ ad naturalem, ibi. § Quoniam autem quod quid eſt.§ Dicit ergo primo, quòd cum ſit quædam particularis ſcientia de natura, oportet quòd ſit altera §& practica,§ id eſt actiua & factiua. Omnis enim ſcientia operatiua, vel eſt actiua, vel factiua. Ad quam differentiam cognoſcendam ſumendum eſt, quod ſupra in Nono habitum eſt, ſcilicet quòd agere & facere differũt. Nam agere proprie dicitur ſecundum operationem, quæ permanet in agente, & non tranſit in materiam exteriorem, ſicut intelligere & ſentire & huiuſmodi. Facere autem eſt ſecundum operationem tranſeuntem in materiam exteriorem, quæ permutatur, ſicut calefacere, ſecare, & alia. Eſt ergo ſcientia actiua, ex qua inſtruimur ad recte exercendum operationes, quæ actiones dicuntur, ſicut eſt ſcientia moralis. Factiua autem ſcientia eſt, per quam recte aliquid facimus, ſicut ars fabrilis, & alia huiuſmodi. Ab vtraque autem harum operatiuarum ſcientiarum ſcientia naturalis altera eſt, quia factiuæ ſcientiæ non habent principiũ motus in facto, ſed in faciente. Et hoc principium eſt ſicut ars, quæ eſt principium ſicut dirigens, ſiue potentia aliqua quæ eſt principium ſic ea exequens. Et ſimi-

Text. cõ 16. Agere & facere differunt.

Duplex ſcia practica.

Naturalis scia non est practica, sed speculatiua.

similiter [scientiæ practicæ,] id est actiuæ non habēt principium motus in eo in quod agitur, sed magis in agentibus. Sed illa quæ pertinent ad considerationem scientiæ naturalis, sunt habentia principium motus in ipsis, cum natura sit principiū motus in eo in quo est. Manifestum est igitur quòd scientia naturalis nō est actiua neque factiua, sed speculatiua. Necesse est enim quòd scientia naturalis cadat in vnum aliquod horum generum, scilicet actiua, vel factiua, vel speculatiua. Vnde si non sit actiua, vel factiua, sequitur φ sit speculatiua. Deinde cum dicit.

BESS. *Cum vero vnicuique scientiarum necesse sit aliquo modo ipsum quid est scire, & hoc vt principio vti, oportet non latere quonam modo definiendum Naturali sit, quove modo substantiæ ratio sumenda sit, vtrum, vt simum, an magis vt concauum: horum enim simi quidem ratio vna cum materia rei dicitur, concaui vero absque materia: simitas namque in naso fit, & ideo ratio quoque eius cum eo dicitur, simum enim est nasus concauus, manifestum est igitur etiam carnis, & oculi, cæterarumque partium rationem cum materia reddendam esse.*

A N T. part. 4 *Quoniam autem quodqui lest necessarium vnicuique aliqualiter scientiarum scire, et hoc vti principio, oportet non latere qualiter diffiniendum Naturali, & qualiter substātiæ ratio sumenda, vtrum vt symum, aut magis vt concauum. Horum enim symi ratio quidem cum materia dicitur ea quæ est rei, quæ autem concaui sine materia. Symitas enim in naso fit, propter quod & ratio ipsius cum hoc dicta est, symus enim est nasus concauus. Manifestum igitur, quòd & carnis & oculi & reliquarum partium, cum materia semper rationem reddendam.*

Differt scia naturalis à mathematica propter diuersum modu diffiniendi.

Ostendit differentiam mathematicæ ad naturalem, & dicit, quòd cum ita sit φ necessarium sit vnicuique scientiarum cognoscere aliqualiter quodquid est, & vti eo quasi principio ad demonstrandū, oportet quòd secundum diuersum modum diffinitionis diuersificentur scientiæ. Et ita ad cognoscendū qualiter scientia naturalis differat ab alijs, oportet non latere quem modum seruet naturalis in diffiniendo, & qualiter sit sumenda diffinitio in scientia naturali, vtrum scilicet sicut diffinitur symum, aut sicut diffinitur concauum. Diffinitio autem symi est cum materia sensibili. Sed diffinitio concaui est sine materia sensibili. Quia enim symitas non est nisi circa determinatam materiam sensibilem, quia nō est nisi in naso, & propter hoc ratio symi oportet quòd accipiatur cum materia sensibili. Hæc est enim diffinitio symi. Symus est nasus concauus. Sed in diffinitione concaui siue curui non ponitur aliqua materia sensibilis. Sicut igitur in diffinitione symi ponitur materia sensibilis, ita oportet quòd in diffinitione carnis & oculi, & aliarum partium, reddatur materia sensibilis. Et similiter est de alijs rebus naturalibus. Et ex hoc accipitur differentia, inter mathematicam, & scientiam naturalem, quia naturalis scientia est de his in quorū diffinitionibus ponitur materia sensibilis. Mathematica vero est de alijs, in quarum diffinitionibus non ponitur materia sensibilis, licet habeant esse in materia sensibili. Deinde cum dicit.

BESS. *Cum autem quadam sit entis scientia prout ens, & separabile est, considerandum est, vtrum eam eandem cum Naturali ponendam sit, an magis aliam. Naturalis sane circa ea est, quæ motus principium in seipsis habent, Mathematica vero, speculatiua quidem est, & hæc quadam circa manentia, non tamen separabilia.*

Mathematica.

Circa separabile igitur ens, & immobile, alia præter has ambas, scientia est, si aliqua quidem talis substantia est, dico autem separabilis, et immobilis, quod tentabimus ostendere, & si qua talis in entibus natura sit, illic profectò diuinitas erit, & hoc erit primum, & principale principium. Patet igitur tria genera speculatiuarum esse scientiarum Naturalem, Mathematicam, Theologiam.

Diuinitas.

A N T. part. 5 *Quoniam autem est quædam scientia entis inquātum ens & separabile, considerandum, vtrum quidem Naturali eandem ponendam esse hanc, aut magis alteram. Naturalis quidem igitur circa habentia motus principium in ipsis est. Mathematica autem, speculatiua quidem & circa manentia quædam hæc, sed non separabilia. Circa separabile igitur ens & immobile, altera ab his scientijs ambabus est aliqua, siquidem existit aliqualis substantia talis, dico autem separabilis, & immobilis, quod quidem tentabimus ostendere. Et siquidem est aliqua talis natura in entibus, hoc vtique erit alicubi, & quod diuinum, & hoc vtique erit primum, et principalissimum principium. Palam igitur, quòd tria genera speculatiuarum scientiarum sunt, Naturalis, Mathematica, Theologia.*

Comparat istam scientiam ad alias scientias particulares, & circa hoc tria facit. Primo comparat istam scientiam ad alias scientias particulares, quantum ad modum separationis. Secundo quantum ad nobilitatem: ibi [Optimum quidem genus &c.] Tertium quantum ad vtilitatem, ibi. [Dubitabit autem.] Dicit ergo primo, quòd est quædam scientia de ente inquantum est separabile, non enim solum pertinet ad hanc scientiam determinare de ente in communi, qđ est determinare de ente inquantum est ens, sed etiam pertinet determinare de entibus separatis à materia secundum esse. Vnde considerandum est, vtrum ista scientia ad quam pertinent hæc duo, sit eadem cum scientia naturali aut altera ab ea. Et φ sit altera manifestat, quia scientia naturalis est circa ea quæ habēt in seipsis principium motus, & sic oportet quòd naturalia habeāt determinatam materiam, quia nihil mouetur nisi quod habet materiam. Sed mathematica speculatur circa immobilia, quia ea quorū ratio accipitur sine materia sensibili, oportet quòd eodem modo eorum ratio sit sine motu, cum motus nōn sit nisi in sensibilibus. Sed hæc de quibus considerat mathematica, non sunt separabilia à materia & motu secundum esse, sed solum secundum rationem. Oportet igitur quod circa illud ens, quod est separatum à materia & motu secundum esse & omnino immobile, sit quædam scientia alia, & à mathematica, & à naturali. Et hoc dico si tamen sit aliqua talis substantia præter sensibilia, quæ sit omnino immobilis. Et hoc dicit, quia nondum est probatum aliquam talem substantiam esse. Sed hoc ostendere intendit. Si autem est aliqua talis natura in entibus, scilicet quæ sit separabilis & immobilis, oportet quòd [talis natura sit alicubi,] id est quòd attribuatur alicui substantiæ. Et id quod habet istam naturam erit quoddam diuinum, & quoddam principalissimum omnium, quia quanto aliquid est simplicius & forma ius in entibus, tanto est nobilius, & prius & magis causa aliorum. Et sic patet quòd hæc scientia quæ considerat huiusmodi entia separabilia, debet vocari scientia diuina, & scientia de primis principijs. Et ex hoc vlterius concludit, quòd tria sunt genera speculatiuarum scientiarum, scilicet naturalis quæ considerat ea mobilia, quæ in sui diffinitione materiam sensibilem recipiunt, & mathematica quæ considerat immobilia, quæ non recipiunt materiam sensibilem in sui diffinitione, licet habeant esse in materia sensibili, & theo-

Differt Metaphysic. ab alijs scientijs intribus. Primo quantū ad subiecti separabilitatem.

Metaphysic. scientia diuina & quare

& theologia quæ est circa entia penitus separata. Deinde cum dicit.

B E S S. *Optimum igitur speculatiuarum quidem scientiarum genus, harum sane ipsarum ea, quæ vltimo dicta est: circa namque honorabilissimum entium est: vnaquæque vero melior, aut deterior dicitur secundum proprium scibile.*

Speculatiuarum scientiarum genera tria.

A N T. part. 6 *Optimum quidem igitur speculatiuarum genus, harum autem ipsarum vltima dicta. Circa honorabilissimum enim est entium. Melior autem & deterior vnaquæque dicitur secundum proprium scibile.*

Sexto quantum ad nobilitatem.

Comparat istam ad alia secundum nobilitatem, & dicit, quòd scientiæ speculatiuæ sunt nobilissimæ inter omnes alias sciẽtias, quia in eis quæritur scire propter seipsum. In scientijs autem operatiuis, quæritur scire propter opus. Et in scientijs speculatiuis vltima, scilicet theologia cum sit circa nobiliora entia est nobilior. Tanto enim vnaquæque scientia nobilior est, quanto eius scibile nobilius fuerit. Deinde cum dicit.

Metaphysica scientiarum omnium nobilissima, & quare.

B E S S. *Dubitauerit autem quispiam, vtrum entis prout ens est, scientiam vniuersalem ponere oportet, an non. Mathematicarum etenim vnaquæque, circa vnum quoddam determinatum genus est: vniuersalis vero communis de omnibus est. Si itaque naturales substantiæ, primæ sint entium, ipsa quoque Naturalis scientia prima scientiarum erit. quod si alia natura, atque substantia separabilis, & immobilis est, necesse est vt scientia quoque eius alia sit, & Naturali prior, & vniuersalis prior.*

A N T. part. 7 *Dubitabit autem quis, vtrum entis inquantum ens scientiam vniuersalem oportet poni, aut non: Mathematicarum quidẽ enim vnaquæque circa vnum aliquod genus determinatum est. Quæ autem vniuersali communiunt de omnibus. Si quidem igitur naturales substantiæ primæ entium sunt, et naturalis vtique prima scientiarum erit. Si autem est altera natura & substantia separabilis & immobilis, alteram necesse & scientiam ipsius esse, & priorem naturali: & vniuersalem eo quòd priorem.*

Tertio quantum ad vniuersalitatem.

Comparat istam scientiam ad alias quantum ad vniuersalitatem & dicit. Dubitabile est, vtrum istam scientiam, quæ est circa entia separabilia, oporteat poni vniuersalem scientiam entis, inquãtum est ens, aut non: & ostendit, quòd sic, quasi per diuisionem. Manifestum est enim, quòd prædictæ scientiæ operatiuæ non sunt vniuersales. Et ideo eas prætermittit. Sed inter speculatiuas scientias, manifestum est, ꝙ quælibet mathematicarum scientiarum est circa vnum aliquod genus determinatum: vniuersalis autem scientia communiter de omnibus est: vnde nulla mathematicarum sciẽtiarum est communis omnium entium. Sed de Naturali manifestum est, ꝗ si naturales substantiæ quæ sunt substantiæ sensibiles & mobiles, sunt primæ inter entia, oportet quòd naturalis scientia sit prima inter scientias, quia secundum ordinem subiectorum, est ordo scientiarum, vt iam dictum est. Si autem est alia natura & substantia præter substantias naturales, quæ sit separabilis & immobilis, necesse est alteram scientiam ipsius esse quæ sit prior naturali. Et ex eo quòd est prima, oportet quòd sit vniuersalis. Eadem.n. est sciẽtia quæ est de primis entibus, & quæ est vniuersalis. Nam prima entia sunt principia aliorum.

Metascientiarum omnium cõmunissima & quare

L E C T I O VIII.

Multis rationibus ostendit entia per accidens, & quæ entia secundum veritatẽ dicuntur separari non modo ab illa sed omnibus alijs scientijs, & quæ talia sint exponit.

B E S S. *CVM autem simpliciter ens pluribus esse modis dicatur, quorum vnus est, qui secundum accidens dicitur esse, primo de ente hoc pacto considerandum est.*

A N T. part. 1 Cap. 7. *Quoniam autem simpliciter ens secundum plures dicitur modos, quorum vnus est qui secundum accidens dicitur, considerandum primo de sic ente.*

Postquam Philosophus recollegit ea quæ prædicta erant de consideratione huius scientiæ, hic incipit recolligere ea quæ dicta sunt tam in Sexto huius, quàm in libro Physicorum de ente imperfecto. Et primo de ente per accidens. Secundo de motu, ibi. {Est autem.} Circa primum duo facit. Primo ponit ea quæ dicta sunt de ente per accidens. Secundo ea quæ dicta sunt de causa per accidens, ibi. {Quod autem gratia huius.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, dicens quòd quia {ens simpliciter,} idest communiter acceptum multis modis dicitur. Inter quos vnus modus est secundum quod dicitur ens per accidens, vtpote cum dicimus musicum esse album, quę quidem in Quinto superius manifesta sunt: prius quàm dicatur de ente per se, considerandum est de ente per accidens, vt huiusmodi ente remoto, absolutior fiat secundum de ente per se.

text. com. 4 text. co. 59. & inde

Determinat de ente imperfecto

text. com. 7 Primo de ente per accidens

B E S S. *Quod igitur nulla scientiarum, quæ traditæ sunt, circa accidens versetur, patet: nec enim ars ædificatoria, quidnam illis, qui vsuri sunt domo, accidit, considerat, vtputa, si anxiè, vel econtrario habitabunt, neque textura, neque sutura: quod vero proprium sibiipsi est, solum vnaquæque istarum scientiarum considerat: hoc autem finis proprius est.*

A N T. part. 2 *Quod quidem igitur nulla traditarum scientiarum negociatur circa accidens, palam. Neque enim ædificatiua considerat quid accidet vtentibus domo, puta si triste aut contrarie habitabunt, neque textiua, neque coriatiua, neque coquinaria. Quod autem secundum ipsam proprium, vnaquæque harum considerat scientiarum solum. Hoc autem est proprius finis.*

Secundo prosequitur quod proposuit, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd ad nullam scientiam pertinet considerare de ente per accidens. Secundo remouet huiusmodi ens, & ens quod significat veritatem propositionis, à consideratione huius sciẽtiæ, ibi. {Quod autem vt vero.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quod nulla scientia considerat de ente per accidens. Secundo quòd nec considerare potest, ibi {Quod autem videlicet contingens.} Circa primum duo facit. Primo inducendo manifestat quòd nulla scientia considerat de ente per accidens, dicens manifestum esse quod nulla scientia tradita nobis negociatur circa accidens. Non autem accipitur hic accidens pro eo quod est in aliquo genere accidentis, sicut albedo est quoddam accidens. Sunt enim multæ scientiæ quę circa huiusmodi accidentia sunt, quia huiusmodi accidentia, & secundum se habent speciem quandam & causas determinatas in subiecto, & accidentia dicuntur, quia non per se, sed in alio habent esse. Accipitur autem hic accidens pro ente per accidens, sicut album esse musicum est per accidens. Huiusmodi enim neque aliquam speciem habent in se, neque aliquam causam determinatam. Et circa huiusmodi ens non negociatur aliqua scientia. Et hoc manifestat inducendo. Ars enim ædificatiua non considerat quid per accidens eueniat habitantibus in domo quam facit, vtrum accidat eis aliquod triste, aut habitabunt {ibi contrarie,} id est prospere. Hoc.n. accidit domui. Similiter ars textiua non considerat quid accidat vtentibus panno texto, neque coriaria quid accidat vtentibus calceis, neque coquinaria de his quæ per accidens se habent ad cibum, puta quis eo vtatur ad superfluitatem vel ad necessitatem tantum.

Accidẽs duplex

Nulla scientia est de ente per accidens secũdo modo, ꝓut inducitur.

Finis cuiusque scientię quis.

tum. Sed vnaquæque harum scientiarum considerat id quod solum est proprium sibi, & subiectum, & per se accidentia eius. Et in hoc est finis considerationis cuiuslibet scientiæ. Secundo ibi.

BESS.

Neque quatenus musicum & grammaticũ, nec quod is, qui musicus est, factus grammaticus simul ambo erit, cum prius non esset: quod autem cum non semper esset, est, hoc fiebat: quare simul musicus, & grammaticus fiebat. Hoc autem nulla earum, quæ certæ scientiæ sunt, quærit, præter sophisticam, hæc enim sola, circa accidens versatur. Quare non male Plato ait, cum dixit, Sophisticam circa non ens immorari.

ANT. par. 3

Neque inquantum musicum, & grammaticum, neq; existentem musicum, quia factus grammaticus simul erunt ambo, prius non ens. Quod autem non semper ens factum, & hoc: quare simul musicus factus est et grammaticus. Hoc autem nulla quærit confesse existentium scientiarum, nisi sophistica. Circa accidens enim hæc sola negotiatur. Propter quod Plato non male dixit, dicens circa non ens sophisticam versari.

Idem probatur ratione.

Assignat causam quare nulla scientia considerat ea quæ per accidens sunt. Ratio enim est quia quod per accidens est, non est proprie ens, sed magis non ens, sicut non est per se & proprie vnum. Nam vnum & ens conuertuntur. Omnis autem scientia est de ente. Vnde relinquitur quod nulla scientia sit de eo, quod est per accidens. Dicit ergo quòd musicus est etiam grammaticus, non inquantum est musicus. Et si contingat de aliquo qui sit musicus, quòd fiat grammaticus, non simul factus est ambo, grammaticus, scilicet & musicus, cum prius non fuerit vtrunque. Sed si aliquod ens est modo, & non fuit semper ens, oportet quòd sit factum. Si igitur hoc quòd dico musicus est grammaticus est quoddam ens, cum non semper fuerit, sequitur quod simul sit vtrunque factum, scilicet musicum & album, quia cuiuslibet entis est aliqua generatio. Vnde cum non simul facta sint, manifestum est quod hoc totum quod est musicum grammaticum, non est aliquod vnum & ens. Nec est instantia de hoc quod in generatione substantiarum præexistit materia, quæ est ingenita, quia forma non fit proprie, sed compositum vt in Septimo probatum est. Materia autem præexistit non quasi ens actu, sed potentia tantum. Hic autem musicus præexistit in actu. Cum igitur ille qui erat musicus fit grammaticus, est generatio grammatici tantum, non autem totius, quod est, musicum grammaticum. Vnde hoc totum non est aliquid vnũ & ens. Et propter hoc nulla scientia, quę est vere scientia, & certitudinem habet, considerat de ente per accidens. Sed sola sophistica circa ipsum negociatur, & ad decipiendum vtitur eo, quod est per accidens, ac si per se esset. Vnde fit fallacia accidentis, quæ est efficacissima ad decipiendum etiam sapientem, vt dicitur in Primo Elenchorum. Vnde Plato non male dixit, dicens quòd versatur circa non ens, quia versatur circa ens per accidens. Deinde cum dicit.

Sophistica sola negociatur circa ens per accidens vt efficacissimo medio ad decipiendum

BESS.

Quod autem nec sit possibile accidentis scientiam esse, manifestum erit, si videre conabimur quidnam accidens sit, omne itaque dicimus, quoddam quidem semper, & ex necessitate esse (ex necessitate autem non ea dico, quæ secundum violentiam dicitur, sed qua in demonstrationibus vtimur) quoddam vero vt plurimum, quiddam autem nec vt plurimum, nec semper & ex necessitate, sed vt contingit: vt puta sub cane fiat frigus, sed hoc nec vt semper ex necessitate, nec vt plurimum fit, quandoque tamen accidet: accidens ergo est, quod fit quidem, non semper tamen, nec ex necessitate, nec vt plurimum. Quid itaque accidens sit, dictum est.

Accidens

Cur vero non sit huiuscemodi scientia, patet: omnis namque sciẽtia, eius est, quod semper, aut plurimum est, accidens vero in neutro horum est.

Scientia

ANT. part. 4

Quod autem neque contingens est esse accidentis scientiam, manifestum est tentantibus scire quid est accidens. Omne itaque dicimus esse, hoc quidem semper & ex necessitate. Necessitate autem non secundum violentiam dicta, sed secundum quòd utimur in his, quæ secundum demonstrationes: hoc autem vt in plus, hoc autem neque ut in plus, neque semper & ex necessitate, sed vt contingit: puta sub cane vtique fiet frigus, sed hoc neque ut semper & ex necessitate, neque ut in plus fit, accidet tamen aliquando vtique. Est itaque accidens quod fit quidem, non autem semper, neque ex necessitate, neque vt in plus. Quid quidem igitur est accidens, dictum est. Quia autem non est scientia talis: Palam. Scientia quidem enim omnis, semper entis, aut in plus: accidens autem, in neutro horum est.

Non solum non esse, sed nec posse esse scientiam de ente per accidẽs, probat primo ex diffinitione eius. Ens per accidẽs, quid. Necessitas duplex

Ostendit, quòd etiam non possit esse consideratio alicuius scientiæ de ente per accidens, & hoc dupliciter facit. Primo ex diffinitione de ente per accidens, dicens quòd manifestum erit, quòd non contingit esse scientiam de ente per accidens, si consideremus quid sit ens per accidens. Ad quod considerandum vtitur quadam diuisione trimembri, dicens quod eorum quæ dicuntur esse, quædam sunt semper & ex necessitate, non quidem secundum quod necessitas pro violentia sumitur, sed secundum quòd vtimur necessitate in demonstrationibus, puta dicentes necessarium esse, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus, sic enim necessarium dicimus quod impossibile est non esse. Quædam vero sunt vt in pluribus, sicut quòd homo nascatur cum quinque digitis in manibus: hoc enim non semper est ex necessitate, cum contingat aliquem nasci cum Sexto digito, sed est vt in pluribus. Quædam vero nec sunt vt in pluribus, neque semper ex necessitate, sed contingenter eueniunt sicut si frigus fiat sub cane, id est in diebus canicularibus. Sed non semper & ex necessitate, neque in pluribus, sed tamen quandoque accidit etiam huiusmodi ens. Quia autem raro accidit, & non semper & ex necessitate, neque vt in pluribus, vocatur ens per accidens. Quæ enim semper vel in pluribus contingunt, vel ita se habent quod vnum est causa alterius, vel ambo reducuntur in vnam causam quæ per se est causa vtriusque. Et vtroque modo contingunt. Si quidem causa indeficienter producit effectum suum, erit quod dicitur ex necessitate. Si autem possunt deficere propter aliquod impedimentum, erit vt in pluribus. Si autem ita sit quod duorum vnum non sit causa alterius, neque habeant vnam causam per se communem, quæ coniungat ea simul, eorum coniunctio erit raro. Sicut in hoc quòd dico musicum ædificare. Nam ædificationis causa non est à musica, sed ab arte ædificatiua, quæ est omnino alia à musica. Similiter est in præmisso exemplo. Nam quòd sit feruor caloris sub cane, est à Sole appropinquante nobis. Quod autem sit frigus est ex aliqua alia causa, puta ex Saturno, aliquo modo coniuncto Soli. Vnde hoc est per accidens, quòd Sole dies caniculares faciente, frigus sit. Sic igitur manifestum est quid est ens per accidens, quia neque quod est in maiori parte, neque quod est semper. Omnis autem scientia est de eo quod semper aut in plus, vt probatum est in primo Posteriorum. Vnde manifestum est, quòd scientia non potest esse de eo quod est per accidens.

Secundo ibi.

Quod

BESS. *Quòd autem entis secundum accidens non sint causæ & principia talia, qualia per se entis, manifestum est, essent enim omnia ex necessitate: nam si hoc existente, hoc erit, & hoc: hoc (atque id, non vt contingit, sed ex necessitate) illud quoque ex necessitate erit, cuius hoc causa erat, vsque ad vltimum dictum causatum, hoc vero secundum accidens erat: quare ex necessitate omnia erunt, & de entibus auferetur, tum quod ad vtrumlibet se habet, tum ipsum contingere, & fieri & non fieri. At & si causa non vt ens, sed vt ea, quæ fit, supponatur, eadem accident: omne nanque ex necessitate fiet: etenim crastina eclipsis fiet, si hoc fiat: hoc vero, si aliud quiddam, & hoc, si aliud: & hoc itaque modo, si ab eo tempore finito, quod à nunc est vsque cras demantur tempus, deueniet aliquando ad existens: quare, cum hoc sit, cuncta, quæ sequuntur, ex necessitate profectò fient: vnde ex necessitate omnia fient.*

ANT. par. 5. *Quod autem secundum accidens entis non sunt causæ & principia talia, qualia quidem secundum se entis, palam: erunt enim omnia ex necessitate. Si enim hoc quidem est huius entis, hoc autem huius: hoc autem nō vt contingit, sed ex necessitate erit, cuius hæc erat causa vsque ad vltimum dictum causatum: hoc autem erat secundum accidens. Quare ex necessitate omnia erunt, & quod vtrunque contingit, & accidere, & fieri, & non, omnino ex generatis auferetur. Et si non existens, sed quæ fit causa supponatur, eadem accident: omne enim ex necessitate fiet. Si enim cras eclipsis fiet, si hoc fuerit, hoc autem si alterum aliquid, et hoc si aliud, & hoc itaque modo à finito tempore, eo quod à nunc vsque cras ablato tempore, veniet et quandoque ad existens. Quare siquidem hoc est, omnia ex necessitate quæ post hoc fient, vt omnia ex necessitate fiant.*

Secundo ex eo q̄ caret principijs & causis.

Inducit ad idem manifestandum, quòd ens per accidens non habet causas & principia talia, qualia habet ens per se, & sic de eo non potest esse scientia, cum omnis sciētia sit ex principijs & causis, quod quidem sic probat. Quia si ens per accidens haberet per se causas, omnia essent ex necessitate. Entia enim per se talem causam habent, qua posita de necessitate sequitur effectus. Et si aliqua causa sit ad quam non de necessitate sequitur effectus, sed vt in pluribus, hoc est propter impedimentum, quod per accidens contingit. Et sic si ens per accidens tollatur à rebus, omnis causa per se, de necessitate inducet suum effectum. Sic ergo si ens per accidens de necessitate habet causam per se, quia posita ex necessitate sequitur effectus, licet forte eam poni non sit necessarium, nihilominus tamen sequitur quòd omnia ex necessitate eueniant. Quod sic patet. Sit enim aliquid præteritum vel præsens quod sit causa futuri effectus. Hoc quidem iam positum est. Sed posita causa, vt tu dicis, ex necessitate sequitur effectus, si igitur hoc præsens vel præteritum, quod iam positum est, est causa huius entis futuri, & illud alterius non quocunque modo, sed ita q̄ ex necessitate sequatur effectus. Posita enim causa, ex necessitate erit illud cuius causa iam posita est, & hoc vsque ad vltimum causatum. Sed hoc ponebatur esse per accidens. Et sic quod ponebatur per accidens, erit ex necessitate. Vnde sequitur quòd omnia sint ex necessitate, & quòd à rebus auferatur, {quod ad vtrunq; contingit, } id est quod est casuale fortuitum, } & accidere, } id est ens per accidens. Et } fieri & non fieri, } id est possibile esse & non esse, vel fieri & non fieri. Sed quia posset aliquis obuiare huic rationi dicendo, quòd causa futurorum contingētium non est iam posita vt præsens & præterita, sed adhuc est contingens vt futura, & propter hoc effectus sunt adhuc contingentes, consequenter hāc obuiationem remouet. ibi. { Et si non existens. } Dicens quòd eadem inconuenientia accident, si ponatur quòd causa futurorum contingentium non sit iam ens quasi præsens vel præterita, sed quæ in fieri, & quasi futura: Sequitur enim q̄ omnia ex necessitate accidant sicut & prius. Si enim causa illa futura sit, oportet quòd sit futura in aliquo tempore determinato, & determinate distincto à præsenti nunc, puta cras. Si ergo eclipsis, quę est per se causa quorundam futurorum accidentium, sit futura cras, & omne quod fit, fit ex aliqua causa, oportet quòd ipsa eclipsis, quæ est futura cras, fiat } si hoc fuerit, } id est propter aliquid præexistens, & hoc iterum propter aliud, & sic semper propter anticipationem, vel ablationē causatum, auferetur aliquid à tempore, quod est inter præsens nūc & eclipsim futuram. Vnde cum illud tempus sit finitum, & omne finitum consumatur ablato quodam, quandoque erit deuenire ad aliquam causam nunc existentem. Quare si illa iam ponitur, omnes futuri effectus consequuntur ex necessitate. Et ita omnia ex necessitate euenient. Ergo cum hoc sit impossibile, manifestum est quòd ea quæ sunt per accidens, non habent causam determinatam, qua posita, ex necessitate consequantur. Ea autem omnia quæ circa hoc dici possunt, supra in Sexto posita sunt. Deinde cum dicit.

tex. com 4 BESS. *Quoddam autem vt verum & non secundum accidens est ens, quod est in mentis complexione, & passio in ea: quare circa illud quod ita est ens, non quæruntur principia, verum circa id quod extra & separabile ens est. Quoddam vero non necessarium, sed infinitum: dico autem quod secundum accidens est: huius vero inordinatæ & infinitæ causæ sunt.*

ANT. part. 6 *Quod autem vt vere ens, & secundum accidens, hoc quidem est in complexione mentis, & passio in hac, propter quod circa sic quidem ens, non quæruntur principia. Circa autem quod extra ens, & separabile. Hoc autem non necessarium, sed infinitum, dico autem quod secundum accidens. Talis autem inordinatæ, & infinitæ causæ.*

Tam ens p accidens q̄ ens vt verū, longe sunt à consideratione metaphysic. Lib. 6 text. com. 4 & inde

Ostendit, quòd ens per accidens, & ens, quod significat veritatem propositionis, prætermittendum est in illa scientia, dicens, quòd est quoddam ens {quod est vt vere ens, } id est quod significat veritatem propositionis, quæ in compositione consistit, & est per accidens. Sed primum consistit in compositione intellectus, & est quædam passio circa operationem animæ. Vnde huiusmodi entis non quæruntur principia in scientia, quæ considerat de ente, quod est extra animam, & est separabile, vt supradictum est. Aliud autem, scilicet ens per accidens non est necessarium, sed indeterminatum, & ideo non habet causam ordinatam. Sed eius sunt infinitæ causæ & non habentes ordinem adinuicem. Et ideo de tali ente non considerat illa scientia. Deinde cum dicit.

BESS. *Ipsum vero alicuius gratia in eis est, quæ à natura, aut à mente fiunt. Fortuna vero est, cum aliquid horum secundum accidens fiat: quemadmodum enim & ens quoddam per se, quoddam secundum accidens est, ita et causa. Fortuna vero, secundum accidens causa est in eis, quæ secundum electionem alicuius gratia fiunt.*

Fortuna.

ANT. par. 4. *Quod autem gratia huius, in his, quæ à natura fiunt, et à mente est. Fortuna autem est, quando aliquid horum fiat secundum accidens. Sicut enim, et ens est, hoc quidem secundum se, hoc autem secundum accidens, sic et causa. Fortuna autem causa secundum accidens in factis, secundum electionem eorum, quæ gratia huius.*

Colligit

tex. com. 39 & inde Fortuna, quid

Colligit hoc quod dictum est de causa per accidēs, scilicet de fortuna, in secundo Physicor. & dicit hic quatuor circa fortunam. Primo quid sit. Et ad hoc inuestigandum prætermittit, quòd id quod est gratia huius, id est aliquid esse propter finem, inuenitur & in his quæ sunt secundum naturam, & in his quæ sunt ab intellectu. Et hoc manifestum est in 2. Physicorum. Et adiungit quòd fortuna est in bis quæ fiunt propter aliquid, sed secundum accidens. Sicut enim inuenitur ens per se & ens per accidens, ita & causa per se, & causa per accidens. Sic igitur fortuna est causa per accidens in bis quæ fiunt gratia huius, id est propter finem, non quidem à natura, sed secundum electionē. Sicut si aliquis eligat fodere in agro vt plantet arborem, & inueniat thesaurum, hoc dicimus esse per accidens, quia est præter intentionem. Et hoc est à fortuna. Secundo ibi.

tex. com. 49 Lect. 4

BESS. *Quare circa idem, fortuna & mens: electio nanque absque mente non est.*

ANT. part. 8 *Propter quod circa eadem fortuna & meus. Electio enim non sine mente.*

Fortuna in quibus.

Ostendit in quibus sit fortuna, & dicit, quòd cum sit electio non sit nisi à mente vel intellectu, oportet, quòd circa eadem sit fortuna & intellectus. Vnde in rebus carentibus ratione non est fortuna, sicut plantæ, lapides, & bruta animalia. Neque etiam est in pueris qui carent vsu rationis. Tertio ibi.

BESS. *Causæ vero, quibus ea fiant, quæ à fortuna sunt, indeterminatæ sunt, quare humana cogitationi incerta sunt, & causa per accidēs est: simpliciter vero nullius.*

ANT. par. 9. *Causæ autem infinitæ, à quibus vtique fiet quod à fortuna. Propter quod incertu humanæ cognitioni, & causa secundum accidens: simpliciter autem nullius.*

Fortuna incerta.

Ostendit, quòd fortuna est incerta, dicens, ꝙ infinitæ sunt causæ, à quibus aliquid potest fieri à fortuna, sicut patet in exemplo posito. Potest enim aliquis inuenire thesaurum fodiens in terra, vel ad plantandum, vel ad faciendum sepulchrum, & propter infinita alia. Et quia omne infinitum est ignotum, ideo fortuna est incerta humanæ cognitioni. Et dicitur esse causa secundum accidens. Nullius autem est causa simpliciter & per se. Quarto ibi.

BESS. *Bona vero fortuna & mala dicitur, cum bonum aliquod, aut malum euenerit. Fors fortuna vero & infortunium circa magnitudines horum.*

ANT. par. 10. *Bona autem fortuna & mala, cum bonum, aut malum euenerit. Prosperitas autem & infortunium circa magnitudinem horum.*

Fortuna q̄ bona quęue mala sit.

Ostendit qualiter fortuna dicitur bona vel mala, & dicit quòd dicitur bona vel mala ex eo quòd bonū & malum fortuitò euenit. Sed si sit magnum bonum quod fortuito euenit, dicitur eufortunium. Si sit magnum malum, dicitur infortunium. Quinto ibi.

BESS. *Cum autem nihil secundum accidens prius his sit, quæ secundum se sunt, nec igitur causæ. Si itaque fortuna aut casus cæli causa est, prior mens & natura causa erit.*

ANT. par. 11 *Quoniam autem secundum accidens nullum prius his, quæ secundum se, neque igitur causa. Si igitur fortuna aut casus causa cœli est, prius intellectus causa & natura.*

Fortuna nō est prima rerum causa.

Ostendit quòd fortuna non est prima causa rerum. Nullum enim per accidens est prius his quæ sunt secundum se. Vnde neque causa per accidens est prior ea quæ est per se. Et sic si fortuna, & casus quæ sunt causæ per accidens, sint causa cœli, oportet quòd per prius sint causæ intellectus, & natura, quæ sunt causæ per se.

LECTIO IX.

Ex quibusdam suppositis motus definitionem in Physicis assignatam repetens eam clarius exponit, fallas illius definitiones elidenis, qđ sit motus subiectū determinat.

BESS.

Est autem hoc quidem actu solum, illud vero, potentia: hoc autem potentia & actu hoc quidem ens: illud vero quantum: hoc autem cæterorum aliquid. Non est autem motus præter res, mutatur enim semper secundum entis prædicationes, commune autem nihil in his, in vlla prædicatione, vnumquodque vero dupliciter omnibus inest, velut hoc: nam hoc vt forma, hoc vero, vt priuatio: ac secundū qualitatem, hoc album, illud nigrum, secundum quantitatem hoc perfectum, illud imperfectum: eodem modo et secundum lationem: nam hoc sursum, illud deorsum, aut leue, aut graue. Quare motus & mutationis tot sunt species quot entis.

Motus

ANT. par. 1. Cap. 3.

Est autem hoc quidem actu solum, hoc autem potentia, hoc autem potentia & actu, hoc quidem ens, hoc autem quantum, hoc autem reliquorum. Non est autem aliquid motus præter res, permutatur enim semper secūdum entis categorias. Commune autem in his nullum est, quod neque in vna categoria. Vnumquodque autem dupliciter existit in omnibus, vt puta, quòd hoc, istud forma quidem ipsius, hoc autem priuatio. Et secundum quale, hoc quidem album, hoc autem nigrum. Et secundum quantum, hoc quidem perfectum, hoc autem imperfectum. Et secundum lationem, hoc quidem sursum, hoc autem deorsum, hoc autem leue, hoc autem graue: Quare motus & permutationis tot species, quot entis.

Postquam determinat Philosophus de ente per accidens, hic determinat de motu, & diuiditur in partes tres. In prima determinat de motu secundum se. In secūda de infinito quod est quædam passio motus & aliorum continuorum: ibi Infinitum autem. In tertia determinat de diuisione motus in suas species: ibi Prætermittatur autem. Prima diuiditur in partes duas. In prima ostendit quid sit motus. In secunda ostendit in quo sit ibi Et quòd est in mobili. Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam quasi necessaria ad diffiniendum motum. Secundo distinguit ipsum, ibi Diuisio autem &c. Tertio probat diffinitionem bene esse assignatam, ibi Quod autem bene. Circa primum ponit quatuor, ex quibus concludit quintum, quorum primum est, quòd ens diuiditur per actum & potentiam. Et hoc est, quod dicit quòd entium quoddam est actu, sicut primū mouens, quod Deus est, quoddam potentia tantum, vt materia prima, quoddam potentia & actu, sicut omnia intermedia. Vel esse actu tātum dicit id, quod iam perfecte habet formam, puta quod perfecte iam est album. Est autem potentia tantum, quod nondum habet formam, puta, quòd nullo modo est album. Actu autem & potentia est, quòd & si nōdum perfecte habet formam, est tamen in moueri ad formam. Secundum est quòd ens diuiditur per decem prædicamenta, & hoc est quod dicit, quòd entium quoddam est per se, id est substantia, quoddam est quantum, quoddam quale, & sic de alijs generibus. Tertium est quòd motus non habet aliquam aliam naturam separatam à rebus alijs, sed vnaquæque forma secundum quod est in fieri, est actus imperfectus qui dicitur motus. Hoc enim ipsum est moueri ad albedinem, quod est albedi-

Recolligit dicta in physicis de motu & mobili

albedinem incipere actu fieri in subiecto. Sed non debet esse in actu perfecto. Et hoc est quod motus non est aliquid præter res, omne enim quod mutatur, mutatur secundum prædicamenta entis. Et sicut non est aliquid commune decem prædicamentis quod sit genus eorum, ita non est aliquod genus commune omnium motuũ. Et propter hoc motus non est aliquod unum prædicamentum distinctum ab alijs prædicamentis, sed sequitur alia prædicamenta. Quartum est quod in unoquoque genere inuenitur aliquid dupliciter, scilicet secundum perfectionem & imperfectionem, sicut in genere substantiæ unum est ut forma, & aliud ut priuatio. Et in genere qualitatis hoc est, quod est perfectum ut album quod habet perfectum colorẽ, & hoc est ut nigrum, qđ est imperfectũ in genere coloris. Et in quantitate unum est perfectum quod dicitur magnum, & aliud imperfectum quod dicitur paruum. Et in ubi in quo (est locatio,) idest motus localis, est sursum & deorsum, & graue & leue, secundum quod graue dicitur quod actu subsidet, & leue quod actu supereminet. Et horum unum est ut perfectum, & aliud ut imperfectum, ideo huius est, quia omnia genera diuiduntur per contrarias differentias. Contrariorum autem semper alterum est ut perfectum, alterum ut imperfectum: Ex his quatuor concludit quintum, scilicet quod tot sunt species motus & permutationis, quot sunt species entis. Quod quidam non dicit eo quod in quolibet genere entis sit motus, sed quia sicut ens diuiditur per actum & potentiam, per substantiam & quãtitatem, & huiusmodi, & secundum perfectum & imperfectum, ita & motus. Et hoc sequitur ex eo quod dictum est, quod motus non est præter res. Quomodo autem differant permutatio & motus, infra dicetur.

Tot sunt motus species quot & entis, scilicet p motum acquisiti.

Deinde cum dicit.

B. E. S. S.

Cum autem unumquodque genus in actum & potentiam diuidatur, actus eius, quod potentia est prout tale est, dico esse motum.

A. N. T. par. 2.

Diuiso autem secundum unumquodque genus, hoc quidem potentia, hoc autem actu, eius quod potentia in quantum tale, actum, dico motum.

Diffinitio motus.

Diffinit motum, & primo ponit diffinitionem ipsam, dicens, quod cum ens secundum unumquodque genus entis diuidatur per potentiam & actum, motus dicitur esse actus eius, quod est in potẽtia inquantum huiusmodi. Secundo ibi.

B. E. S. S.

Quod autem uera dicimus, hinc constat, cum enim ædificabile prout tale, ipsum dicimus esse actu quatenus ædificatur, & hoc est ædificatio, similiter eruditio, curatio, uolutatio, ambulatio, saltatio, senescentia, ac increscentia. Accidit autem moueri, cum actus ipse fuerit & neque prius, neque posterius. actus autem eius, quod est potentia, cũ actu ens agat, non prout ipsum, sed prout mobile, motus est.

A. N. T. par. 3.

Quod autem uerum dicimus, hinc palã. Cum enim ædificabile inquantum tale, ipsum dicimus esse actu inquantum ædificatur & est hæc ædificatio. Similiter doctrinatio, ambulatio, curatio, saltatio, orbatio. Accidit autem moueri, cum fuerit actu eodem, & neque prius, neque posterius. Iam potentia entis cum actu ens operatur, non inquantum ipsum, sed inquantum mobile, motus est.

Exponit unam partẽ diffinitionis motus.

Exponit positam diffinitionem, & circa hoc duo facit. Primo exponit id, quod ponitur in diffinitione ex parte subiecti motus. Secundo id quod ponitur in diffinitione quasi genus motus, ibi. (Horum quidem enim est). Circa primum duo facit. Primo exponit hanc particulam eius quod est in potentia. Secundo hanc inquantum huiusmodi. ibi (Dico autem inquantum.) Dicit ergo primo, quòd ex hoc manifestum est verum esse motum esse hoc quod dictum est. Manifestum est enim quòd ædificabile significat aliquid existens in potentia. Et illa potentia significatur esse reducta in actum per hoc quod dicitur ædificari. Et iste actus vocatur ædificatio. Et similiter in omnibus alijs motibus, ut in ambulatione & alteratione & huiusmodi. Dicitur autem aliquid moueri, cum huiusmodi fiat in actu, & huiusmodi fuerit in potentia, & non prius nec posterius. Cum ergo ita sit, sequetur, quod motus est alicuius existentis in potentia, cum sit reductum ad actum. Et hoc dico scilicet quòd sit reductum ad actum, inquantum est mobile. nam mobile dicitur aliquid per hoc, quod est in potentia ad moueri, & sic reducitur huiusmodi potentia in actum quando mouetur actu. non autem habet reduci in actum per motum id, quod in potentia est (inquantum ipsum,) id est secundum id quod actu est, & secũdum seipsum. Nam hoc etiam est in actu antequam incipiat moueri. Neque etiam reducitur ad actum per motum, secundum quòd est in potentia ad terminum motus, qui dum mouetur adhuc remanet in potentia ad terminum motus. Sed solum per motum reducitur aliquid in actum, de illa potentia quæ significatur cũ dicitur aliquid esse mobile), idest potens moueri.

Deinde cum dicit.

B. E. S. S.

Dico autem prout, sic nam æs potentia est statua, nõ tamen actus æris prout æs motus est, non enim idem est æris esse, & alicui potentia. Quod si idem esset simpliciter, ac secundum rationem, esset profecto æris actus, motus quidam. at non est idem quod, & in contrarijs patet, siquidem posse sanari, posseque ægrotare, non est idem. alioqui, & sanari & ægrotare idem foret. subiectum vero, quod sanabile, aut ægrotabile est, siue humor, siue sanguis, vnum, idemque est. Cum non sit igitur idem: sicut nec color, ac visibile idem est: constat motum esse actum rei possibilis prout possibilis est.

A. N. T. par. 4.

Dico autem inquantum sic. Est enim æs potentia statua, sed tamen non æris actus, inquantum æs est, motus est. non enim idem esse æri, & potentiæ alicui. Quod si idem erat simpliciter & secundum rationem, erit utique æris actus motus quidam: non est autem idem. Palam autem in contrarijs. Posse quidem enim sanari & posse laborare non idem: etenim sic sanari & laborare idem essent. Subiectum autem & sanum & languens, siue humiditas siue sanguis idem & vnum. Quoniam autem non est idem, quemadmodum neque color idem & visibile, possibilis inquantum possibile, actus motus est.

Exponit aliam partem diffinitionis motus.

Exponit hanc particulam positam in diffinitione motus, scilicet inquantum huiusmodi, uel inquantum tale. Ad cuius expositionem dicit quod æs est in potentia ad statuam. Et sic idem est subiectum, & æs in potentia ad statuam. Tamen non est idem ratione. Sed alia est ratio æris inquantum æs, & alia est ratio æris inquantum habet aliquam potentiam. Et hoc est quod non est idem æri esse, & alicui potentiæ. Si enim esset idem simpliciter secundum rationem, tunc sicut motus est actus æris inquantum est æs in potentia, ita esset actus æris inquantum est æs. Sed non est idem secundum rationem æs, & potentia æris. Et hoc manifestum est in potentia contrariorum, quia posse (sanari & posse laborare,) idest infirmari non est idem secundum rationem. Ratio enim potentiæ sumitur ex actu. Vnde, si posse sanari & posse

BESS. *Præbet autem dubitationem, hoc etiam, quòd omnis quidem scientia vniuersalium est, & eius, quod tale est, substantiam vero non esse vniuersaliū, sed magis ipsum, quod quid & separabile: quare si scientia circa principia est, quonam modo arbitrandum sit principium substantiam esse?*

ANT. par.10 *Exhibet autem dubitationem, & oportet quidē scientiam esse vniuersalium, & talis, substantiam autem nō vniuersalium esse, magis autem hoc aliquid separabile. Quare, si circa principia est scientia, quomodo oportet principium existimare substantiam esse?*

Nona dubitatio. An substātia sit principium

Post quæstionem de vno & ente, & de dimensionibus mouet quæstionem de substantijs, & primo quærit vtrum substantiæ sint principia. Et videtur quòd non, quia omnis scientia est vniuersalium, & cuiuslibet scientia est §talis vniuersalis,§ id est alicuius subiecti vniuersalis determinati. Sed substantia non est de numero vniuersalium, sed magis est hoc aliquid separabile, id est per se existens. Et ita videtur quòd de substantijs non sit scientia. Sed scientia est circa principia: ergo substantia non est principium. Et veritas est quòd licet vniuersalia non per se existant, tamen naturas eorum quæ per se subsistunt est considerare vniuersaliter. Et secundum hoc accipiuntur genera, & species in prædicamento substantiæ, quæ dicuntur secundæ substantiæ, de quibus est scientia. Quædam etiam per se existentes sunt principia, quæ quia immateriales, pertinent ad intelligibilem cognitionem, licet excedant intellectus nostri comprænensionem.

Veritas quæsiti.

BESS. *Item vtrum est aliquid præter cunctum, dico autem materiam, & quod cum ea est, an non? namsi non est, quæ in materia sunt, omnia corruptibilia sunt, quod si est aliquid, species, & forma profectò fuerit: hoc itaque, in quibus est, in quibusue non est, difficile determinare est, in quibusdam enim, manifestum est non esse speciem separabilem, vtputa domo.*

ANT. par.11 *Adhuc vtrum est aliquid præter synolon aut non? Dico autem materiam, et quod cum hac. Si quidem enim non, quæ quidem in materia corruptibilia omnia. Si autem est aliquid, species vtique erit & forma. Hoc igitur in quibus est, & in quibus non, difficile est determinare. In quibusdam enim palam non existens separabilis species, puta domus.*

An sit aliqđ principium præter synolon.

Secundo quærit, vtrum sit aliquod § principium præter synolon, § id est præter simul totum quod est compositum, aut non. Et exponit synolon quòd est materia, & quòd cum materia componitur. Si enim non sit aliquid præter compositum ex materia & forma, quæ autem sunt in materia dicuntur corruptibilia, sequitur quòd nihil sit perpetuum. Et si est aliquid præter compositum, hoc erit species & forma, & remanebit dubitatio in quibus forma separatur, & in quibus non. Manifestum est enim quòd in quibusdā forma non separatur. Forma enim domus non separatur à materia. Vnde & Platonici non posuerunt ideas rerum artificialium, quia formæ rerum artificialiū sunt actus, quæ non possunt per se existere. Et veritas est quòd est aliquid præter materiam, non tamen forma rerum sensibilium. Deinde cum dicit.

Veritas quæsiti

BESS. *Item principia, vtrum specie, an numero eadem sint si enim numero vnum, omnia erunt eadem.*

ANT. par.12 *Adhuc vtrum principia specie, aut numero eadem? Si enim numero, omnia erunt eadem.*

Decima dubitatio. vtrū oium principia sint eadem numero, aut specie tantum.

Quærit qualiter principia se habeant adinuicem, vtrum, scilicet omnium principia sint eadem numero, aut specie tantum. Si enim sint eadem numero, sequitur quòd omnia sint eadem numero. Si autem nō sunt eadem numero, oportebit quærere causam diuersitatis. Et veritas est quod loquendo de principijs extrinsecis, vnum numero sunt, cum id quod est primum principium omnium, sit agens & finis. Principia vero intrinseca, scilicet materia & forma, nō sunt vnum numero omnium, sed secundum analogiam, vt infra ostendetur.

Veritas quæsiti. Lib.12 tex. com.19 & inde Cap.3

LECTIO III.

Docet omnia entia reduci ad vnum, siue ens, circa quod versari oportere hanc facultatem ostendit.

BESS. *Cvm autem Philosophi scientia sit entis prout ens, vniuersaliter, et non secundum partem, ens vero multipliciter, et non secundum vnum modum dicatur, si æquiuoce, et non secundum aliquid commune dicitur, non est sub vna scientia, talium enim non est unum genus, quod si secundum aliquid commune, erit vtique sub una scientia.*

ANT. par.1 *Quoniam autē Philosophi est scientia entis inquantum ens, uniuersaliter et non secundum partem, ens autem multipliciter, et non secundum unum dicitur modum. Si quidem igitur æquiuoce, secundum commune autem nihil, non est sub vna scientia. Non enim est vnum genus talium. Si autem secundum aliquid commune, erit vtique sub vna scientia.*

Postquam mouit quæstiones, hic incipit colligere ea quæ pertinent ad considerationem huius scientiæ, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit de quibus hæc scientia considerat. In secunda cōparat hanc scientiam ad alias, ibi § Omnis autem scientia. § Prima diuiditur in duas partes. In prima ostendit quòd ad hanc scientiam pertinet considerare de omnibus entibus. In secunda quòd ad hanc pertinet considerare de principijs demonstratiuis: ibi. § Quoniam autem. § Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd omnium est reductio aliqualiter ad vnum. Secūdo ostendit quòd de omnibus reductis ad vnum est consideratio huius scientiæ: ibi. § Quemadmodum autē. § Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd necessarium est ad præsentem considerationem inquirere, vtrum omnia reducantur aliqualiter ad vnum, dicens, quòd quia scientia philosophiæ est de ente inquantum est ens, ita quòd considerat de ente secundum vniuersalē rationem entis, & non secundum rationem entis alicuius particularis, cum ens multipliciter & non vno modo dicatur, si ista multiplicitas esset pura æquiuocatio, quę non diceretur secundum aliquid commune, non caderent omnia entia sub vna sciētia, quia nō reducerentur aliquo modo ad vnum genus. Oportet autem vnam scientiam esse vnius generis. Sed si ista multiplicitas habeat aliquod commune, omnia entia possunt esse sub vna scientia. Vnde ad quæstionē quæ quærebatur, vtrum ista scientia sit vna, cum sit de pluribus & diuersis, necessarium est considerare, vtrum omnia entia reducantur ad aliquid vnum, vel non.

An omnia sit aliqualiter in vnum reducere

DEFENSIO XXV.

Ens vniuocū non esse affirmantes non irreligiosè locūtur.

Hoc in loco Mauritius in margine, valde irreligiose, vt sui moris est, loquitur, dicens ex verbis expositoris illius, scilicet Ant. Andr. vel etiā ex verbis Philosophi, argumētum efficax haberi contra proteruos, qui negant vniuocationem entis. Ergo ne diuus Tho. Albertus, Egidius & reliqui christicolæ, si Commentat. etiam ac alios ethnicos, præclarissimæ tamen sapientiæ viros omittamus, & in numerabilia luminaria mundi, proteruiæ notam incurrūt,

eo q in Scotistica, hoc est vmbrosa officina non resident, sed suo ingenio altius attolluntur his hominibus in suis tenebris derelictis? Licet enim horum nullum hic nomines, quia tamen omnibus Philosophantibus apertissime constat Doctor illos clarissimos opinionem illam defendere, omnibus simul tu cōtumeliam intulisti. Millies à Doctoribus solutum est infirmissimum illud motiuum, quòd videlicet subiecto sciētiæ sat est vnitas analogica, vt hic apertissime Philosophus edocet. Analogia vero vniuocationē haud quaquam admittit, sed excludit potius vt sibi aduersam. Et analogice dici ens cū pluries Philosophus doceat, tum maxime id asserit 4. huius in principio dicēs perinde ac sanum de medicina, & vrina, ens de omnibus prædicari. Quia vero non vniuoce, docemur præcipue ex Tertio huius textus comment. 10. vbi probatur nō esse genus. Omne quippe vniuersale vniuocum, ex quinque, vnum aliquod sit, ni Porphyrius fuerit diminutus, necesse est. Nulli autem posset conuenientius generis diffinitio conuenire quàm enti, si vniuocum sit, cum prædicetur vt vniuersalissimū in quid de omnibus. Castiga igitur linguam miser. Eo quippe proteruus quis appellari fas esset, quo nihil concedit, non rationem exquirit, non regula sapientiæ, sed voluntate regitur. Eo quippe is incurabilis quo impersuasibilis est, vt & tu pauloinfra notas in margine. Attende si Thomistæ sunt eiusmodi. Neque enim schola in mundo est, quæ magis auctoritatibus & rationibus roboretur & fulgeat, quàm ea quæ Thomistarū dicitur. Viæ siquidem & opiniones eorum communes appellantur, eo q communiter sapientes, qui ratione ducuntur, eis inhæreant, nonnullis qui sui capitis obtusum sensum duntaxat sequuntur, quasi per Dei prouidentiam, vt veritatis impugnatoribus, ad sapientum exercitium derelictis. Sed & supra malitiam in illata contumelia, ostendit & hic homo mētis cæcitatem, dum hinc pro sua opinione elicere conatur argumentum vnde sua potius opinio infirmatur. Cum enim dicat hic Philosophus, ens multipliciter & non secundum vnum modum dici, mox indicat non esse vniuocum. Ea quippe quæ in modos fit diuisio, ad multiplicia tantummodo pertinere innuit Aristo. processus in metaphysica, quo iuxta legem in Topicis assignatam, q omne multiplex prius diuidendum quàm diffiniendū sit, diuisiones multiplicium terminorum proprijs de eis fiendis disceptationibus præmisit in Quinto. Quo loci & ens ipsum in modis partitus est, vt etiam specialiter edoceret, inter multiplicia computari, qualia quidem non vniuoca sunt, cum suæ hæc notitiæ principium à diffinitione nanciscātur. Vna est etiam vniuoci ratio nominis vnius ab inferiorib. æqualiter participata si in ante prædicamenti. Philosopho credimus, si yt veri Philosophi loqui volumus. Quod autē sic vnum est, non in modos, sed in species iuxta communem sapientum consuetudinem diuiditur. Hac tamen multiplicitate modorum entis non obstante, voluit in hoc loco Philosophus docere, q ipsum ens vnius scientiæ obiectum esse potest. Illa quippe quæ plures in modos partiūtur, sunt in duplici differentia. Quædam nanque plures explicant rationes, quamuis adinuicem ordinatas, vt homo dum de vero ac picto prædicari contingit. Et tale vt sic, scientiæ subiectum esse nō potest. Quædam autem analoga sunt quæ vnicam promunt rationem formalem, in qua tamen analogata æque non conueniunt, sed vni potius, eorum inquam primo, alijs autem per attributionem ad primum ipsum, ratio conuenit. Tale autem sic communene non refugit scientiam in obiectum assumere. Nam & expresse Philosophus Quarto huius, text. 2. dicit ad eandem scientiam pertinere non solum quæ genere aut specie vnum sunt, sed illa etiam quę vni sunt, vel vni agenti, vel vni etiam substantiæ attribuuntur, vt ibi Comment. affirmat. Dicto igitur hoc in loco q ens habeat plures modos, statim Philosophus declarauit pluralitatem istā nullatenus impedire quin ad vnam spectet scientiam, subdens: Siquidem igitur æquiuoce, secundum commune autem nihil (Quod addi sit ne quis æquiuocationem sic accipiat, quasi non analogiam excludat) non est sub vna scientia. Non enim vnum genus talium. Si autem secundum aliquid commune, erit vtique sub vna scientia. Ex quibus verbis apertissime constat, quòd ens non est vniuocum, cum multipliciter dicatur. Nec pure æquiuocum. Tale.n. sic dicitur æquiuoce, quod secūdum commune nihil, id est non dicit commune nisi nomen. Hoc autem non pertinet ad vnam scientiam: ergo non est ens tale pure æquiuocum, cum pertineat ad vnam sciētiam, vt eius, scilicet obiectum. Vnde patet quòd per talem modum arguendi quem obseruat hic Philosophus, nō potest inferri, quod ens sit vniuocum, immo cum expresse inferatur, quòd non sit purum vniuocum, eo quod dicatur multipliciter, & etiam quod non sit purum æquiuocum, oportet quòd de necessitate sequatur quod sit medio modo se habens. Quem modum Auicen. primo, & post eum omnes, analogiam appellant. Multa de huius quæstionis materia dici possent, quæ quia per aduersarij verba non aliter explicare cōpellor, ad Doctores nostros videnda studiosos remitto, sat fuit ostendisse, quod ex præsenti passu Philosophi elicere non possunt quod eis faueat, sed magis qd eorum fallitates explodat. Mirum est autem, quòd hi homines vt se ex omni parte veritati opponerent, non dixerint, hinc & argumentum elici, quod ens etiam genus sit, cum verba Philosophi nisi sane intelligeren tur ad expresse videantur insinuare, tum quia prædicatur maxime de pluribus differentibus specie in eo qd quid, & secundum eos etiam vniuoce. Facilius quippe hoc ipsum potuissent elicere secundum apparentiam verborum, quam hoc tantum, quod videlicet ens sit vniuocum, quod quidem non nisi per has falsas consequentias auferunt videlicet. Ens non est æquiuocum, ergo vniuocum. Est quid vnum: ergo vniuocum. Est subiectum scientiæ, ergo vniuocum. Quas consequentias omnes licet in veritate pueriles sint, & ab exercitatis in philosophia, ac logica plurimum deridendæ, hic tamen homo adeo efficaces extimat, vt eis non consentientes, proteruos appellare non vereatur. O docta proteruia.

Secundo ibi.

Videtur autem prædicto modo dici, quemadmodum medicatiuum, & salubre, etenim vtrunque horum multipliciter dicitur, dicitur nāque hoc modo vnum quodq; eorum, eo quòd hoc quidem ad medicandi scientiam quodam modo referatur, hoc vero ad sanitatem, hoc vero aliter, vnumquodque vero ad idem, medicatiuus nanque sermo, & cultellus dicitur, eo quod ille quidem à medicandi scientia, hic vero et vtilis, similiter & salubre & hoc.n. quia sanitatis significatiuum: hoc vero, quoniā factiuum. Idem autem modus, & de cæteris est. Eodem autem modo, & omne ens dicitur: eo nanque quod entis pronti ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliquid huiusce modi sit, dicitur ens vnumquodque eorum. BESS.

Videtur itaque dicto modo dici, quemadmodum medicatiuum & salubre. Etenim horum vnumquodque multipliciter. Dicitur autem secundum vnumquemq; modorum, eo quòd hoc quidem ad medicatiuam scientiā reducitur aliqualiter, hoc autem ad sanitatem, hoc autem aliter ad idem, aut vnumquodque. Medicatiuus enim sermo dicitur & cultellus, eo quòd hic quidem à ANT. par. 2.

medi-

medicatiua scientia sit, hic autem huic vtilis sit, similiter autem & salubre. Hoc quidem enim quia significatiuum sanitatis, hoc autem quia factiuum. Idem autem modus & in reliquis. Eodem itaque modo & ens omne dicitur. Eo enim quòd entis inquantum ens passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliorum aliquid talium sit, dicitur vnumquodque eorum ens.

Ostendit quòd omnia reducũtur ad aliquid vnum & circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo manifestat quoddam quod poterat esse dubium: ibi § Quoniam autem fiunt. § Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quòd omnium reductio est ad vnum. In secunda ostendit ad quod omnia reducantur: ibi. § Differt autem nihil. § Circa primum duo facit. Primo ostẽdit quòd omnia entia reducuntur ad aliquod vnum commune ens. Secundo quod omnes cõtrarietates reducuntur ad vnam contrarietatem, ibi § Quoniam autem omnes &c. § Dicit ergo primo quòd ens videtur dici modo prædicto, scilicet ꝙ dicatur multipliciter secũdum aliquid commune. Quod manifestat per duo exempla, scilicet medicatiuum & salubre. Vtrunque enim eorum dicitur secundum diuersos modos, tamen per reductionem ad aliquod vnum. Medicatiuum enim aliquid dicitur multipliciter, secundum quod hoc refertur sic ad medicamentum, & id aliter. Et similiter salubre dicitur multipliciter secundum quòd hoc refertur sic ad sanitatem, & id aliter. Vtrobique tamen idem est ad quod fit reductio, licet diuersis modis. Sicut sermo dicitur medicans, eo quòd est à scientia medicatiua. Cultellus autem dicitur medicatiuus, eo quòd est vtilis eidẽ scientiæ sicut instrumentum. Et similiter hoc dicitur salubre, quia est significatiuum sanitatis sicut vrina. Hoc autem quia est factiuum sanitatis, sicut potio medicinalis. Et similiter est in alijs quæ hoc eodem modo dicuntur. Manifestum est enim quod quæ sic dicuntur, media sunt inter vniuoca & æquiuoca. In vniuocis enim nomen vnum prædicatur de diuersis secundum rationem totaliter eandem, sicut animal de equo & de boue dictum significat substantiam animatam sensibilem. In æquiuocis vero idem nomen prædicatur de diuersis secundum rationem totaliter diuersam. Sicut patet de hoc nomine canis prout dicitur de stella, & quadam specie animalis. In his vero quæ prædicto modo dicuntur, idem nomen de diuersis prædicatur secundum rationem partim eandem, partim diuersam. Diuersam quidem quantum ad diuersos modos relationis. Eandem vero quantum ad id ad quod fit relatio. Esse enim significatiuum, & esse effectiuum, diuersum est. Sed sanitas vna est. Et propter hoc huiusmodi dicuntur analoga, quia proportionantur ad vnum. Et similiter est de multiplicitate entis. Nam ens simpliciter, dicitur id quod in se habet esse, scilicet substantia. Alia vero dicuntur entia, quia sunt huius quod per se est, vel passio, vel habitus, vel aliquid huiusmodi. Non enim qualitas dicitur ens, quia ipsa habeat esse, sed per eam substantia dicitur esse disposita. Et similiter est de alijs accidentibus. Et propter hoc dicit quòd sunt entis. Et sic patet quòd multiplicitas entis habet aliquid commune, ad quod fit reductio. Deinde cum dicit.

Ens dicitur analogice sicut sanum

Quomodo in analogis est eadem ratio, & diuersa.

B E S S.

Cum autem omnis entis ad vnum quid, & commune reductio fiat, contrarietatem quoque singulæ ad primas differentias, & contrarietates entis reducentur; siue multitudo, & vnum, siue similitudo, et dissimilitudo primæ sunt entis differentiæ, siue aliquæ aliæ, sint autem hæ speculatione perceptæ.

A N T. par. 3.

Quoniam autem omnis entis ad vnum aliquid et commune reductio fit, & contrarietatum vnaquæque, ad primas differentias & contrarietates reducetur entis, siue pluralitas & vnum, siue similitudo & dissimilitudo, primæ entis sint differentiæ, siue aliæ aliquæ. Sunt enim hæ speculatæ.

Ostendit quòd reductio omnium contrarietatum sit ad vnam primam. Quia enim omnium entium fit reductio ad aliquid vnum commune, contrarietates autem entium quæ sunt oppositæ differentiæ per se consequuntur entia, necesse est quòd contrarietates reducantur ad aliquam primam contrarietatem quęcunque sit illa, siue pluralitas & vnum, siue similitudo & dissimilitudo, siue quæcunque aliæ sint primę differentiæ entis. Et huiusmodi contrarietates debent considerari in scientia quæ determinat de entibus. Deinde cum dicit.

Omnes cõtrarietates ad vnam primam entis reduci

B E S S.

Nihil autem interest, ad ens vel ad vnum, entis reductionem fieri, etenim si non idem, sed aliud sit, attamen conuertitur, & ipsum enim vnum quodam modo ens, & ipsum ens, vnum est.

A N T. par. 4.

Differt autem nihil entis reductionem ad ens, aut ad vnum fieri. Etenim si non idem, sed est aliud, conuertitur quidem. Vnum enim ens aliqualiter, & ens vnum.

Ostendit quid sit illud commune ad quod fit reductio omnium entium, & dicit quòd nihil differt vtrũ fiat reductio ad ens vel vnum. Si enim dicatur quòd ens & vnum non sunt idem, sed differunt ratione secundum quod vnum addit indiuisibilitatem supra ens, tamen manifestum est quòd adinuicem conuertuntur, quia omne vnum est aliqualiter ens, & omne ens est aliqualiter vnum. Et sicut substantia est proprie & per se ens, ita proprie & per se vnum. Quomodo autem vnum ad ens se habeat, supra dictum est in Quarto & Decimo. Deinde cum dicit.

Entium reductio siue ad vnũ, siue ad ens fiat, nihil refert.

text. com. 3 Text. cõ. 7.

B E S S.

Cum autem vnius & eiusdem scientiæ sit cuncta contraria speculari, vnumquodque autem horum secũdum priuationem dicatur, quorum aliquid intermedium est, quemadmodum iusti & iniusti, dubitauerit quispiã quonam modo secundum priuationem dicantur. Circa omnia talia sane priuatio ponenda non totius rationis, sed vltimæ speciei, vt puta, si iustus est secundum habitum quendam legibus obtemperans, iniustus non erit omnino tota ratione priuatus, circa vero obedientiam legum deficiens, aliquo pacto, & ob hoc ei priuatio inerit: eodem autem modo & de alijs.

A N T. par. 5

Quoniam autem contraria omnia vnius & eiusdem scientiæ speculari, dicitur aũt vnumquodque ipsorum secundum priuationem, & vtique quadam dubitabit aliquis quomodo dicuntur secundum priuationem, quorum est intermedium aliquid, quemadmodum iniusti et iusti. Circa omnia itaque talia, priuationem oportet poni, nõ totius rationis, sed vltimæ speciei. Puta si est iustus secundum habitum quendam obediens legibus, non semper erit iniustus tota priuatus ratione. Circa persuaderi autem legibus deficiens in aliquo, & secundum hoc priuatio inest ipsi. Eodem autem modo & in alijs.

Remouet quandam dubitationem dicens, ꝙ omnia contraria pertinent ad considerationẽ vnius scientiæ, & huius ratio potissima videtur esse, quia in omnibus contrarijs vnum dicitur secundum priuationẽ, quod cognoscitur ex suo opposito, remanet dubitatio quomodo contraria dicuntur secũdum priuationem inter quæ est medium, cum in oppositis priuatiue non sit medium. Et ad hoc respondendum est ꝙ in talibus contrarijs, alterum contrariorum non ponitur priuatio, quasi tollens totam rationem alterius oppositi, sed quia est priuatio vltimæ speciei, inquantum, scilicet tollit completam rationẽ totius speciei.

Qualiter oia contraria se habeãt vt habitus & priuatio.

Sicut

Duplex priuatio.

Sicut si aliquis dicitur iustus, eo quòd est obediens legibus secundum habitum aliquem, non semper dicetur iniustus eo, quod sit priuatus tota ratione iustitiæ, quòd in nullo obediat legibus, sed quia persuasus est, vt in alijs deficiat ab obedientia legis. Et sic inest ei priuatio iustitiæ, inquantum deficit à perfecta ratione iustitiæ. Et propter hoc potest habere medium, quia non omnis qui caret iustitia, totaliter iustitia priuatur, sed aliqua parte. Et hoc est medium quod diuersificatur secūdum magis & minus. Et similiter est in alijs contrarijs. Sed priuatio visus dicitur in hoc, ꝙ totaliter aliquis caret visu. Et ideo inter cæcitatem & visionem non est medium. Deinde cum dicit.

BESS.

Quemadmodum mathematicus circa abstracta speculatur (tollendo nanque omnia sensibilia, ita speculatur, vtputa grauitatem & leuitatem, duritiem, & contrarium, item autem caliditatem, & frigiditatem, & cæteras sensibiles cōtrarietates) solum vero dimittit quantum & continuum, horum quidem ad vnum, horum vero ad duo, horum autem ad tria, & passiones eorum prout quanta, & continua sunt, non prout aliquid aliud speculatur, et horum quidem situs adinuicem considerat, et ea, quæ eis insunt horum vero commensurationes, et incommensurationes, horum autem rationes: attamen in vnam omnium, et eandem scientiam ponimus Geometriam: eodem modo etiam circa ens se habet.

ANT. part. 6

Quemadmodum autem in alijs mathematicus circa ea quæ ex ablatione, theoricam facit. Circunt ollēs enim omnia sensibilia speculatur, puta grauitatem, et leuitatem, et duritiem, et contrarium: adhuc autem caliditatem et frigiditatem, et alias sensibiles contrarietates, solum autem derelinquit quantum et continuum, et horum quidem ad vnum, horum autem ad duo, horum vero ad tria, et passiones horum inquantum quanta sunt et continua, et non secundum aliud aliquid speculatur, et horum quidem eas quæ adinuicem positiones considerat, et in his existentia, horum autem commensurationes, et incommensurationes, horum vero rationes, sed tamen omnium vnam et eandem ponimus scientiam geometriam: eodem modo se habet et circa ens.

Sicut mathematici ē considerare ea quæ per se reducuntur ad quantum, ita metaphysici ea quæ per se reducuntur ad ens

Ostendit quòd de omnibus entibus reductis ad vnum, sit consideratio huius scientiæ, & circa hoc tria facit. Primò exemplo geometriæ ostendit, quòd ad vnam scientiam pertinet considerare omnia quæ reducuntur ad ens, dicens ꝙ sicut mathematica habet considerationem § circa ea quæ sunt ex ablatione, § id est circa abstracta, quæ quidem abstractio fit non ex hoc quod ponat ea de quibus considerat in rerum natura esse separata à sensibilibus, sed quia considerat ea absque consideratione sensibilium. Speculatur enim mathematica auferens à sua consideratione omnia sensibilia, sicut leuitatem, grauitatem, duritiem, mollitiem, caliditatem, & frigiditatem, & omnes alias sensibiles contrarietates, & derelinquit in sua consideratione solummodo quantum & cōtinuum, siue sit continuum ad vnam tantum dimensionem, vt linea, siue ad duas, vt superficies siue ad tres, vt corpus, & considerat primo passiones horum inquantum sunt continua, & non secundum aliquid aliud. Non enim considerat passiones superficiei secūdum quòd est superficies lignea vel lapidea. Et similiter rationes eorum adinuicem. Considerando figuras etiam considerat accidentia quæ existunt in figuris, & considerat mensurationes & incommensurationes quantitatum, vt patet in Decimo Euclidis, § & rationes, § id est proportiones earum, vt patet in Quinto. Sed tamen de omnibus his est vna scientia quæ est geometria. Et sicut est de Mathematico, ita est de Philosopho qui considerat ens, & prætermittit considerare omnia particularia entia, & considerat ea tantum quæ pertinent ad ens commune, quæ licet sint multa, tamen de omnibus est vna scientia, inquantum, scilicet reducuntur omnia in vnum, vt dictum est. Secundo ibi.

BESS.

Quæ enim ei prout ens est accidunt, et eius prout ens contrarietates, non est alterius scientia, quàm philosophiæ speculari. Naturali nanque speculationem de eis non prout entia, sed prout motu participant, attribuere queat quispiam: dialectica vero, et sophistica, de his, quæ accidunt quidem entibus sunt, verum non prout entia sunt, nec circa ipsum ens prout ens est: vnde restat, Philosophum esse circa prædicta speculatiuum prout entia sunt.

ANT. par. 7

Huic enim accidentia, inquantum est ens, et contrarietates ipsius inquantum ens, non alterius scientiæ quā philosophiæ speculari. Naturali quidem enim non inquantum entia, magis autem inquantum motum participant, theoricam vtique quis distribuet. Dialectica .n. entia et sophistica sunt accidentium quidem entibus, non autem inquantum entia, neque circa ens inquātum ens est: quare relinquitur Philosophum inquantum entia sunt, esse circa dicta speculatiuum.

Metaphysici, tantum mō est considerare accidentia entis vt ens.

Ostendit cuius scientiæ sit prædicta considerare, dicens, quòd considerare accidentia entis, inquantum est ens, non est alterius scientiæ, quàm huius philosophiæ. Si enim esset alterius, maxime videretur esse naturalis scientiæ & dialecticæ, quæ videntur maxime inter scientias esse communes. Naturalis quidem secundum opinionem antiquorum, qui non ponebant alias substantias, nisi sensibiles: sic enim sequeretur, ꝙ ad naturalem pertineret considerare de omnib. substantijs, & per consequens de omnibus entibus, quæ reducuntur ad substātiam. Dialectica autem videtur esse communis, & similiter sophistica, quia considerant quædam accidentia entibus, scilicet intentiones, & rationes generis & speciei, & alia huiusmodi. Vnde relinquitur quòd Philosophus consideret prædicta inquantum sunt accidentia entis. Tertio ibi.

BESS.

Cum vero et omne ens, secundum vnum quid, et commune dicatur, multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo (ad primas nanque contrarietates, et differentias entis reducuntur) huiuscemodi vero possibile sit sub vna scīa esse, soluetur profectò dubitatio à principio dicta: dico antē in qua dubitatur, quonam mō multorum et genere drīum vna quædam scientia erit.

ANT. part. 8

Quoniam autem ens omne secundum vnum, et cōmune aliquid dicitur multipliciter dictum, et contraria eodem modo: ad primas enim contrarietates et differētias entis, (talia enim possunt sub vna scientia esse) dissoluetur vtique qua secundum principia dubitatio dicta. Dico autem in qua dubitatum est, quomodo erit multorum et differentium genere vna aliqua scientia.

Vna scientia pōt esse differentium genere.

Ex dictis infert cōclusionem principaliter intentā, dicens quòd quia ens dicitur multipliciter secundum aliquid vnum, & omnia contraria reducuntur ad primam cōtrarietatem entis, & talia sic reducta in vnum possunt cadere sub vna scientia, vt dictum est, per hoc soluitur dubitatio prius mota, vtrum scilicet multorum differentium genere sit vna scientia.

Distinguit de genere.

LECTIO IIII.

Hanc scientiam versari circa prima, & vniuersalissima demonstrationis principia ostendit.

BESS.

Cum autem etiam mathematicus proprie specialiter communibus vtatur, horum quoq; principia speculari, Primæ philosophiæ profectò erit: quod.n. ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt, quæ restant, commu-

ne quidem in omnibus quantis est. Mathematica vero accipiens, circa quandam suæ materiæ partem speculatur, vt circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut aliquid cæterorum quantorum, non tamen prout entia, sed prout vnumquodque horum id vnum, vel duo, vel tria continuum est: Philosophia vero de particularibus quidem, prout vnicuique horum aliquid accidit, nõ considerat, circa vero ens prout ens, vnumquodque horum speculatur.

A N T. part. 1

Quoniam autem Mathematicus vtitur cõmunibus proprie, & horum principia erit vtique speculari philosophiæ primæ. Quod enim ab æqualibus, æqualibus ablatis, quæ relinquuntur æqualia, commune quidem est omnibus quantis: Mathematica autem assumens circa aliquam partem conuenientis materiæ facit theoriam. Puta circa lineas, aut angulos, aut numerot, aut reliquorum aliquod quantorum, non inquantum autem entia, sed inquantum continuum ipsorum vnumquodque, aut vnum, aut duo, aut tria: Philosophia autem de his, quæ in parte quidem inquantum horum vnicuique aliquid accidit, non intendit. Circa ens autem inquantum ens vnumquodque talium speculatur.

Postquam Philosophus ostendit quomodo consideratio huius scientiæ est circa entia, & ea quæ consequuntur ens inquantum huiusmodi. Hic ostendit quomodo consideratio huius scientiæ est de primis principijs demonstrationis, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit quòd ad hanc scientiam pertinet considerare de his. In secunda determinat de quodam principio demõstrationis quod est inter alia primum. ibi § Est autem quoddam &c. § Circa primũ duo facit. Primo ostendit propositum ex consideratione scientiæ mathematicæ. Secundo ex consideratione scientiæ naturalis. ibi § Eodem autem. § Vtitur autem in prima parte tali ratione. Quæcunque communia à scientijs particularibus accipiuntur particulariter, & non secundum quòd sunt in sua communitate, pertinent ad considerationem huius scientiæ. Sed prima principia demonstrationis accipiuntur à mathematica, & ab alijs particularibus scientijs particulariter tantum: ergo eorum consideratio secundum quòd sunt communia pertinet ad hanc sciẽtiam, quæ considerat de ente inquantum est ens. Dicit ergo ꝙ mathematicus vtitur § principijs communibus proprie, § id est secundum quod appropriantur suæ materiæ. Oportet autẽ quòd ad primam philosophiam pertineat cõsiderare principia huiusmodi secundum suam communitatem. Sic enim accepta sunt principia suiipsorum secundum quòd sunt alicui materiæ particulari appropriata. Et hoc quod dixerat manifestat per exemplum. Nam hoc principiũ. Si ab æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur æqualia sunt, est commune in omnibus quantis, in quib. inueniuntur æquale & inæquale. Sed mathematica assumunt huiusmodi principia ad propriam considerationem circa aliquam partem quanti, quæ est materia sibi conueniens. Non est enim aliqua mathematica scientia, quæ consideret ea quæ sunt quantitatis communia, inquantum est quantitas. Hoc enim est primæ philosophiæ. Sed considerant mathematicæ scientiæ ea quæ sunt huius vel illius quantitatis, sicut arithmetica ea quæ sunt numeri, & geometria ea quę sunt magnitudinis. Vnde arithmeticus accipit prædictum principium, secũdum quod pertinet ad numeros tantum, geometra autem secundum quod pertinet ad lineas vel ad angulos. Non autem considerat geometra hoc principium circa entia inquantum sunt entia, sed circa ens inquantum est continuum, vel secundum vnam dimensionem vt linea, vel secundum duas vt superficies, vel secundum tres vt corpus. Sed philosophia prima non intendit de partibus entis inquantum aliquid accidit vnicuique eorum, sed speculatur vnumquodque cõmunium talium circa ens inquantum est ens. Deinde cum dicit.

Quia scientiæ particulares non cõsiderant prima principia nisi particulariter, ideo metaphysic. considerat ea vniuersaliter.

B E S S.

Eodem autem modo circa etiam Naturalem sciẽtiam se habet, quo Mathematica: Naturalis nanque accidentia & principia entium prout mouentur, & non prout entia sunt, speculatur: primam vero scientiam, horum diximus esse, prout ipsa subiecta entia sunt, & modo prout aliquid aliud. Propter quod et illam, et Mathematicam scientiam, sapientiæ partes esse ponendũ est.

A N T. par. 1

Eodem autem habet modo et circa naturalem scientiam quo mathematicę. Naturalis. n. accidentia et principia speculatur entium inquantum mota, et nõ inquantum entia. Primam autem scientiam diximus horum esse secundum quòd entia subiecta sunt, sed non alterum aliquid. Propter quod et hanc et mathematicam scientiam partes sapientiæ esse ponendum.

Ostendit idem ex consideratione naturalis scientiæ, dicẽs, quòd eodem modo se habet naturalis scientia quantum ad hoc sicut & mathematica, quia naturalis scientia speculatur accidentia entium, & principia, non inquantum sunt entia, sed inquantum sunt mota. Sed prima scientia est de his secundum quòd sunt entia, & non secundum aliquid aliud: & ideo naturalem scientiam, & mathematicam oportet partes esse primæ philosophiæ, sicut particularis sciẽtia pars dicitur esse vniuersalis. Quod autem huiusmodi principia communia pertineant ad considerationem primæ philosophiæ, huius ratio est, quia cum omnes primæ propositiones per se sint, quorum prædicata sunt de ratione subiectorum, ad hoc quòd sint per se notæ quantum ad omnes, oportet quòd subiecta & prædicata sint nota omnibus. Huiusmodi autem sunt communia, quæ in omnium conceptione cadunt, vt ens & non ens, & totum & pars, æquale & inæquale, idem & diuersum, & similia, quæ sunt de consideratione Philosophi primi. Vnde oportet, quòd propositiones cõmunes, quæ ex huiusmodi terminis constituuntur, sunt principaliter de cõsideratione Philosophi primi.

Naturalis, & mathematica sunt aliquo modo partes metaphysicæ.

LECTIO V.

Quod hoc principium, impossibile est, idem simul esse, & non esse, vel affirmationem & negatio non simul verificar, ad hanc spectent scientiam, ostendit.

B E S S.

Est autem aliquod in entibus principium, circa quod dicere falsum non erit, sed necesse est semper contrarium facere, dico autem verum dicere, vtputa, quod non contingit idem secundum vnum, et idem tempus esse.

A N T. Cap. 4 Par. 1.

Est autem quoddã in entibus principium, circa quod non est, mentiri, contrarium autem necessarium semper facere: dico autem verum dicere. Puta quod non contingit, idem secundum unum & idem tempus esse et non esse, et alia ipsis opposita hoc modo.

Postquam ostendit Philosophus ꝙ principia communia demonstrationis, sunt principaliter de consideratione huius philosophiæ, hic determinat de primo principio inter ea. Necesse est enim quòd sicut omnia entia reducuntur ad aliquod primum, ita oportet ꝙ principia demonstrationis reducantur ad aliquod principium, quod principalius cadit in consideratione huius philosophiæ. Hoc autem est ꝙ non contingit idem simul esse & nõ esse. Quod quidem ea ratione primum est, quia termini eius sunt ens, & non ens, qui primo in consideratione intellectus cadunt. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat

Sermo de primo principio.

Quod sit principium & quare.

nat veritatem circa illud principium. In secunda excludit errorem, ibi { Addiscentes autem. } Circa primum duo facit de isto principio. Primo dicit quòd est quoddam principium demõstratiuum in entibus {circa quod non contingit mentiri, } scilicet secundũ interiorem rationem. Sed necessarium { est semper facere contrarium, } scilicet dicere verum circa ipsum. Et hoc principium est, quòd non contingit idem esse & non esse secundum vnum & idem tempus, & alijs conditionibus seruatis quæ consueuerunt in contradictione apponi, scilicet secundum idem, simpliciter, & alia huiusmodi. Impossibile enim est quòd aliquis opinetur hoc principiũ esse falsum, opinaretur enim contradictoria esse simul vera, & sic idem haberet simul contrarias opiniones: nam contrariæ opiniones sunt quæ sunt de contrarijs. Sicut opinio, qua quis opinabatur Socrat. sedere, est contraria opinioni, qua quis opinatur eum non sedere.

Vide conditiones primi princip. primo Elenchorum. Cap. 3. & 4. huius. t. c. 4.

B E S S. *Et non esse, & cætera eodem atque hæc, opposita, & de his talibus, simpliciter quidem demonstratio non est, ad aliquem autem est: non est enim ex certiore principio syllogismum ipsius eiusdem facere, quod esse oporteret, si simpliciter demonstrare esset.*

A N T. part. 2 Alia litera adhuc. *Et de talibus simpliciter quidem non est demonstratio, ad hunc autem est: non enim est ex credibiliori principio hoc ipso facere syllogismum. Oportet autem, siquidem erit simpliciter demonstrare.*

Secundo dicit, quòd de prædicto principio & similibus non potest esse simpliciter demonstratio, sed potest esse demonstratio ad hominem. Quod autem nõ possit simpliciter demonstrari, probat ex hoc, quòd non contingit facere syllogismum ad hoc principium demonstrandum ex aliquo principio magis noto, qđ oporteret si contingeret illud principium simpliciter demonstrare. Sed ad hominem contingit hoc principium demonstrare, qui concedit aliquid aliud, licet minus notum, & hoc negat. Deinde cum dicit.

B E S S. *Ad illum vero, qui dicit locutiones oppositas, accipiendum est ab eo, qui monstrat hoc falsum esse, aliquid tale, quod idem erit quidem ei, quod non contingit secundum vnum, & idem tempus idem esse, & non esse, non autem appareat idem esse, sic enim solummodo demonstretur ad eum, qui dicat oppositas locutiones de eodem verificari.*

A N T. par. 3 *Ad dicẽtem autem oppositas dictiones ei, qui falsum id esse ostendit, sumendum aliquid tale, quod idem quidem erit ei, quod est, non contingere idem esse & non esse secundum vnum & idem tempus, non videbitur autem esse idem. Sic enim solum vtique demonstrabitur ad dicentem, contingere opposit as dictiones verificari de eodem.*

Disputat cõtra negantẽ primũ principium. Lect. 6. p. 2 Excludit opinionem negantium illud principium, & diuiditur in partes duas. Primo disputat contra negantes hoc principium. Secundo ostendit quomodo ad hanc opinionem posit responderi, ibi. { Soluet autem. } Circa primum duo facit. Primo disputat contra negantes hoc principium simpliciter. Secũdo descendit ad speciales opiniones, ibi. { Cito autem. } Circa primum duo facit. Primo ponit modum disputandi contra hunc errorem dicens, quòd ille, qui contra ponentem contradictorias propositiones esse veras vult ostendere, quòd sit falsum, debet sumere aliquid tale quod idem sit huic principio, scilicet non contingere idem esse & non esse, secũdum idem tempus, sed non videatur idem. Si enim videretur idem, non concederetur ab aduersario. Si autem non esset idem, non posset concludere propositum, quia huiusmodi principium non potest ex notioribus ostẽdi. Et ideo hoc

Modum disputãdi contra pdictos docet.

solum modo potest sumi demonstratio cõtra dicentem, quòd contradictoria verificantur de eodem, vt scilicet illud quod sumitur sit idem conclusioni, sed non videatur idem.

B E S S. *Qui autem sermonem inuicem communicaturi sunt, oportet vt aliquatenus inuicẽ intelligant, hoc enim non facto, quo modo erit eis inuicem sermonis communicatio? Oportet igitur nominum vnumquodque notum esse, & aliquid significare, nec multa, sed vnum, quòd si plura significet, manifestare ad quod eorum nomen fert. Qui igitur dicit esse hoc et non esse hoc, quod omnino esse dicit, non dicit: quare id quod nomen significat, idipsum non significare dicit: hoc autem impossibile est: vnde siquidem significat aliquid, hoc scilicet esse hoc, impossibile est contradictionem de eodem verificari.*

A N T. par. 4. *Futuros itaque inuicem ratione communicare, oportet aliquid ipsorum intelligere. Non facto autem hoc, quomodo erit communicatio his adinuicem sermonis? Oportet igitur nominum vnumquodque esse notum, & significare aliquid, & non multa, solum autem vnum. Si autem plura significet, manifestum facere ad quod fert nomen eorum. Dicens itaque esse hoc, & non esse hoc, quod totaliter esse dicit non dicit: quare quidẽ quod significat nomen, hoc non inquit significare: hoc autem impossibile. Quare siquidem significat aliquid esse hoc, contradictionem verificari impossibile de eodem.*

Arguit trib. rationib. cõtra negãtes primũ principiũ in generali.

Secundo procedit ad disputandum contra prædictum errorem, & circa hoc facit tres rationes, quarũ prima est, ꝙ si duo homines debeant adinuicem communicare, rationem, vt s. vnus alteri rationem suam communicet disputando, oportet vnum ipsorum intelligere aliquid, quod ab alio dicitur, quia si hoc non esset, non communicarent adinuicem in sermone secundum rationem. Et ita frustra acciperetur disputatio contra eum, qui hoc negaret. Si autem vnus ex eis intelligeret quod alius dicit, oportet ꝙ vnumquodque nominum quæ proferuntur, sit notum in sua significatione, & per cõsequens, ꝙ significet aliquid, & non multa, sed solum vnũ. Et si significet multa, ꝙ manifestetur ad quod illorum multorum significandum vtatur nomine, aliàs nesciret vnus, quid alius vellet dicere. Hoc igitur supposito, ꝙ nomẽ significet vnum, manifestum est, ꝙ ille, qui dicit esse hoc, & nõ esse hoc, puta quòd Socr. est homo, & non homo, illud vnum quod attribuit Socrati, quod. s. est homo, negat, cum adiungit quòd non est homo: & sic negat iam quod primo significauit. Vnde relinquitur ꝙ nomen non significet id quod significat, quod est impossibile. Sequitur ergo quòd si nomen aliquid determinate significat, quòd impossibile est contradictionem verificari de eodem. Secundam rationem ponit ibi.

B E S S. *Item, si nomen aliquid significat, et hoc verificatur, oportet hoc necessario esse: quod vero necessario est, nõ contingit tunc non esse: opposit as ergo non, est possibile locutiones de eodem verificari.*

A N T. part. 5 *Adhuc aũt si quid significat nomẽ, et hoc verificatur, oportet & hoc ex necessitate esse: quod autẽ ex necessitate est, non contingit tunc non esse. Opposit as igitur nõ contingit dictiones & negationes verificari de eodem.*

Quæ talis est. Si nomen significet aliquid, & hoc quod significatur per nomen verificatur de eodem, de quo primo prædicatur nomen, necesse est hoc in esse ei, de quo prædicatur nomen, dum propositio vera fuit. Manifestum est enim quòd hæc conditionalis est vera, si Socrat. est homo, Socrates est homo, omnis autem conditionalis vera est necessaria. Vnde necesse est, quod si consequens sit verum, quòd antecedens sit verum, quoniam concluditur

quod necesse est quamlibet propositionē esse veram dum vera est. Sed quod est aliquando non contingit tunc non esse, quia necesse esse, & non contingens nō esse æquipollent. Ergo dum hæc est vera, Socrat. est homo, non contingit hanc esse veram, Socr. non est homo. Et sic patet quòd non contingit oppositas affirmationes & negationes simul verificari de eodē.

Tertiam rationem ponit ibi.

BESS. *Item, si nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, qui dicit hominem, vel non hominem, nihil magis verum dicet: attamen videri potest, quod si hominem non equum esse dicat, aut magis, aut non minus verum dicere, quàm si non hominem: unde etiam, si eundem dicit equum esse, verum dicet; oppositas enim similiter erit veras esse. Accidit igitur eundem, & hominem, & equum esse, aut cæterorum animalium aliquod. Harum sane nulla est simpliciter demonstratio, verum ad eum, qui hæc ponit demonstratio est.*

ANT. par.6 *Adhuc autem si nihil magis dictio quam negatio verificatur, dicens hominem, aut non hominem, nihil magis verum dicet. Videbitur autem vtique non equum esse, dicens hominem, & magis aut non minus verum dicere, quàm non hominem. Quare & equum dicens esse eundem, verum dicet. Oppositas enim similiter erat verum dicere. Accidet igitur eundem, hominem esse, & equum, aut aliorum aliquod animalium. Demonstratio quidem igitur nulla horum est simpliciter. Ad ponentem tamen hæc demonstratio.*

Quæ talis est, si affirmatio nō est vera, magis quam negatio ei opposita, ille, qui dicit Socr. esse hominem, non magis verum dicit quam ille, qui dicit Socr. non esse hominem. Sed manifestum est, quòd ille, qui dicit hominem non esse equum, aut magis verum dicit, aut non minus quàm ille, qui dicit hominem nō esse hominem. Ita ergo per locum à simili vel à minori, verum dicet, qui hominem dicet non esse equum. Sed, si opposita contradictorie sunt simul vera, si hæc est vera, homo non est equus, & hæc erit vera, homo est equus. Et ita sequitur, quòd homo sit equus & quodcunque aliud animalium. Sed, quia posset aliquis calumniari prædictas rationes, ex hoc quòd ea, quę assumuntur in eis sunt minus nota quam conclusio quæ intenditur, ideo respondet dicens quòd nulla prædictarum rationum est demonstratiua simpliciter, sed tamen potest esse demonstratio ad hominem qui ponit hanc rationem, quem oportebit concedere ea quę assumuntur, licet sint minus nota simpliciter quam id quod negat. Dinde cum dicit.

Excludit tacitá calumniam.

BESS. *Facile autem & ipsum Heraclitum quispiam hoc modo interrogans concedere cogeret, nunquam possibile esse oppositas locutiones de eodem verificari: nunc vero, cum seipsum quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit. Simpliciter autem si hoc, quod ab eo dicitur, verum est: nec hoc ipsum verum erit, scilicet inquam, quod contingit idem secundum vnum & idē tempus esse. Quemadmodum enim & ipsis diuisis nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, eodem modo simul vtroque, ac complexo, ac si vna quædam affirmatio esset, nihil, magis negatio, quàm totum tanquam in affirmatione positum verificabitur.*

ANT. par.7 *Cito autem & vtique quis & ipsum Heraclitum hoc interrogans modo, cogeret confiteri nunquam oppositas dictiones possibile esse de eisdem verificari. Nūc autem non intelligens seipsum quid quidem dicit hanc accipit opinionem. Totaliter autem si quod dicitur ab ipso est verum, neque vtique ipsum hoc verum erit. Dico autem idem contingere secundum vnum & idem tempus, & esse et non esse. Quemadmodum enim et diuisis ipsis, nihil magis affirmatio quam negatio verificatur, eodem modo & simul vtrisque, et simul complexis, velut vna quadā affirmatione existente, nihil magis, negatio quam totum ut in affirmatione positum uerum erit.*

Excludit prędictum errorem descendendo ad speciales opinantes, & primo ad Heraclitum. Secundo ad Pythagoram, ibi. ¶Simile autem.¶ Ponebat autem Heraclitus duo, scilicet quod affirmatio & negatio sit simul vera. Ex quo sequebatur quòd omnis propositio tam affirmatiua quam negatiua sit vera. Item ponebat quòd inter affirmationē & negationem, sit aliquod medium. Et sic sequebatur quòd contingeret neque affirmationem neque negationem esse veram. Et per consequēs omnem propositionem esse falsam. Primo ergo inducit rationem contra primum. Secundo contra secundum: ibi ¶Adhuc autem.¶ Dicit ergo quòd de facili aliquis hoc modo disputādo ad hominem coget ipsum Heraclitum, qui fuit autor huius propositionis, confiteri quòd oppositæ propositiones non verificantur de eodem. Videtur enim hanc opinionem accepisse quòd verificentur de eodem, ex hoc quod non intellexit seipsum quid diceret. Hoc autem modo cogeretur negare quod dicit, quia si illud quod dictum est ab eo, verum est, scilicet ꝙ contingat idem secundum vnum, & idem tempus esse & non esse, sequitur quòd hoc ipsum non erit verum. Sicuti enim si diuisim accipiantur affirmatio & negatio, non magis vera est affirmatio quam negatio, ita & si accipiātur affirmatio, & negatio simul tanquam ex eis vna affirmatio fiat, non erit minus negatio vera huius totius compositi ex affirmatione & negatione, quam ipsa tota affirmatio composita. Manifestum est enim quòd contingit aliquam propositionem copulatiuam esse veram, sicut aliquam simplicem propositionem, & contingit accipere eius negationem. Siue autem illa copulatiua componatur ex duab. affirmatiuis, sicut cum dicitur Socr. sedet & disputat, siue ex duabus negatiuis, sicut cum dicitur veru esse Socr. non esse lapidem, neque asinum, siue ex affirmatione, & negatione, vt cum dicitur, verum est Socr. sedere & non disputare, semper tamen copulatiua verificata sumitur in virtute vnius affirmatiuæ. Et ille qui dicit eā esse falsam, assumit negationem quasi totius copulatiuę. Qui ergo dicit simul esse verum, hominem esse & non esse, assumit hoc vt quandam affirmationem, & hoc non esse verum, est eius negatio. Si ergo affirmatio & negatio est simul vera, sequitur quod hęc etiam negatio sit vera, qua dicitur non esse verum, scilicet ꝙ affirmatio & negatio sint simul vera. Oportet enim si aliqua negatio est simul vera cum affirmatione sibi opposita, quòd omnis negatio sit simul vera cum affirmatione sibi opposita. Eadem enim est ratio in omnibus. Deinde cum dicit.

Disputat cōtra Heraclitum qui negabat primū principium. Lect.princ. par.9

Destruit primum errorem Heracliti qui credebat contradictoria esse simul vera.

BESS. *Item, si nihil est vere asserere, id etiam ipsum falsum erit dicere, assertionem nullam veram esse, quòd si aliquid sit, soluetur profecto, quod ab illis dicitur, qui ad huiuscemodi instant, & qui totaliter ipsum disputare perimunt.*

ANT. part. 8 *Adhuc autem si nihil est vere affirmare, hoc ipsum vtique falsum erit dicere, nullam ueram affirmationem existere. Si autem est aliquid, soluetur utique quod dicitur ab his, qui talia instant, et penitus auferentibus disputare.*

Inducit rationem contra hoc, quod ponebatur ꝙ nulla affirmatio sit vera. Si.n.nihil contingat verum affirmare, qui autem dicit nullam affirmationem veram esse, aliquid affirmat, hoc.s. ꝙ verum sit nullam affirmatio-

Destruit secundum errorem Heracliti quo ponebat

tabat, inter contradicto ria dari me dium. Hera clitus omnē auferēdisputationem. affirmationem esse verā, ergo hoc ipsum falsum erit. Et si aliquid affirmatiue dictum verum sit, remouebitur opinio talium qui contra omnia instant. Et qui ista positione vtuntur, auferunt totaliter disputationem, quia si nihil est verum, non potest aliquid concedi ex quo disputatio posit procedere. Et si affirmatio & negatio sint simul vera, non erit significare aliquid per sermonem, vt supra dictum est. Et sic cessabit disputatio. Deinde cum dicit.

B E S S. *Simile autem dictis est, & quod à Prothagora dictū est: & ille nanque omnium rerum mensuram hominem aiebat esse, nihil aliud dicens, nisi quod id, quod vnicuique apparet, hoc etiam indubitato esse: hoc autem posito, idem accidit esse & non esse, & malum, & bonum esse, & cætera, quæ secundum opposita locutiones dicuntur, propterea quod plerunque his quidem hoc apparet, istis vero contrarium esse bonum, mensuram autem esse, quod vnicuique apparet.*

A N T. par. 9 *Simile autem dictis est, & quod dicitur à Pythagora. Etenim ille dixit omnium rerum esse mensuram hominem, nihil aliud dicens, quàm quod videtur vnicuique hoc & esse firmiter. Hoc autem dato idem accidit & esse & non esse & bonum & malum esse, & alia secundum oppositas dictiones dicta, propter multotiens his quidem videri esse hoc bonum, his autem contrarium. Mensuram autem esse, quod videtur vnicuique.*

Arguit contra Pythagoram de primo principio. Lect. 2. Descendit ad opinionem Pythagoræ, & dicit quòd id quod dictum est à Pythagora, simile est dictis ab Heraclito, & ab alijs qui ponunt affirmationem & negationem simul esse veram. Dicit n. Pythagoras quòd homo est mensura omnium rerum, scilicet secūdum sensum & intellectum vt in Nono dictum est, quasi esse rei sequatur appræhensionem intellectus, & sensus. Et sic qui dicit hominem esse mensuram omniū, nihil aliud dicit quam hoc esse verum, quod videtur vnicuique. Quo posito sequitur quòd idem sit & non sit, & quòd idem simul sit bonum & malum. Et simile est in alijs oppositis, eo quòd multotiēs videtur hominibus aliquibus aliquid esse bonum, & alijs videtur contrarium, & ipsum videri est mensura rerum secundum opinionem Pythagoræ, vt scilicet intantum sit verum rem esse, inquantum videtur.

LECTIO VI.

Duo destruit principia, quibus aliqui apparenter suadebant contradictoria simul verificari.

B E S S. *Soluetur autem hæc dubitatio, viso vnde huius opinionis principium venit.*

A N T. par. 1 Cap. 5. *Soluetur autem vtique huiusmodi dubitatio, considerātibus vnde venit principium existimationis huius.*

Postquam Philosophus disputauit contra ponentes cōtradictoria simul verificari de eodem, hic ostendit quomodo hæc ratio posit ab eorum mentibus remoueri. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit propositum. In secunda inducit quædam corollaria ex dictis, ibi. § Quare manifestum. § Prima pars diuiditur in partes duas. In prima ostendit quomodo prædicta ratio in aliquibus solui posit. In secunda ostendit in quibus posit solui, & in quibus non, ibi. § Ad habentes igitur. § Circa primum tria facit. Primo proponit modum quo prædicta ratio in aliquib. solui posit, dicens quòd dubitatio prædicta ex qua aliqui mouentur ad ponendum contradictoria simul verificari de eodem, poterit solui, si quis consideret vnde principium sumpsit hæc positio. Secundo ibi.

Lect. princ. par. 2 Lect. prioc. par. 10. Tollit motiua prædicti erroris.

B E S S. *Videtur etenim quibusdam quidem, ex Naturalium opinione sumpsisse principium, quibusdam vero, ex eo quòd non omnes eadem de eisdem cognoscant, sed quibusdam hoc apparere delectabile, quibusdam contrariū.*

A N T. par. 2 *Videtur enim quibusdam quidem ex physiologorum opinione, alijs autem ex non eadem de eisdem omnes cognoscere, sed his quidem delectabile hoc videri, his autem contrarium.*

Ponit prædicta motiua. Assignat duplex principium prædictæ positionis, dicens quòd quibusdam videtur ꝙ principium dictæ opinionis sit ex opinione naturalium Philosophorū, qui posuerunt aliquid non fieri ex non ente. Alijs autem videtur quòd principium sumpserit ex hoc quod non omnes eadem iudicant de eisdem. Sed quibusdam videtur hoc esse delectabile, & alijs contrarium. Ex hoc. n. sequitur ꝙ opposita sint simul vera, si quis credat ꝙ omne quod vī alicui sit verum. Tertio ibi.

B E S S. *Nihil enim ex non ente fieri, omne vero ex ente, fere omnium Naturalium decretum. Cum igitur non album ex perfecte albo fiat, & minime ex non albo, nunc vero factum non album, si fieret ex non ente albo, quod fit non album fieret profectò ex non ente secundum illos, si non erat idem album & non album. Non est autem difficile hāc dubitationem soluere: dictum est enim in naturalibus, quomodo ex non ente, & quomodo ex ente fiant quæ fiunt.*

A N T. par. 3 *Nihil enim ex non ente fieri, omne autem ex ente, fere omnium est commune dogma eorum, qui de Natura. Quoniam igitur non album fit ex albo perfecte existente, & nequaquam ex non albo, nunc autem factum non album, fiet vtique ex non ente non albo, quod fit non album. Quare ex non ente fiet vtique secundum illos, si non existit, non album idem & album: non difficile autem dissoluere dubitationem hanc. Dictum est enim in physicis, quomodo ex non ente fiunt quæ fiunt, & quomodo ex ente.*

Contra communem motiuum. Manifestat quomodo ex præmissis duobus principijs dicta opinio sequatur, & quomodo soluatur. Et primo quomodo sequatur ex opinione naturalium physicorum. Secundo quomodo sequatur dicta opinio ex eo quòd creditur, quodcunque videtur esse verum, ibi. § Sed est similiter. § Dicit ergo primo, quòd fere omnium eorum, qui de natura tractauerunt, commune dogma est, quod nihil fit ex non ente, sed omne quod fit, fit ex ente. Manifestum est etiam, quòd aliquid fit non album ex eo quod est perfecte album, non autem fit album ex non albo. Vlterius etiam manifestum est, quòd non album fit ex eo, quod non est non album. Quòd exinde patet, quòd id, quod non est non album, fit non album, sicut quod non est nigrum fit nigrum. Sic igitur illud, ex quo fit nō album, est album, & non est non album: Quod non potest intelligi tanquam penitus sit non ens nō album, quia sic videretur sequi quòd aliquid fieret simpliciter ex non ente. Sicut, si diceremus quòd ignis fit ex non igne, quomodo intelligebant, ꝙ illud, quo fit ignis, sit penitus non ignis. Sic enim videbatur eis, quòd sequeretur, quòd fieret aliquid ex non ente. Et propter hoc ponebant quod in eo ex quo fit ignis, erat ignis latens, vt patet ex opinione Anaxogoræ, quæ ponitur in Primo Physicor. Similiter credebant, quòd si aliquid fit non album ex eo quòd non est non album, quod nihilominus non album præexisteret in eo ex quo fit non album, vt dictum est. Sequebatur etiam secundum eos quod illud ex quo fit non album, esset album & nō album simul, nisi poneretur quod aliquid fiat ex non ente. Sed hanc dubitationem, vt ait Philosophus, non difficile est soluere. Expositum enim est in Primo Physicorum, quomodo aliquid fiat ex ente, & quomodo ex non ente. Dictum est enim ꝙ aliquid fit ex

Lect. 5. tex. com. 33

Solutio motiui. Ic. c. 7. Lect. 12.

fit ex non ente in actu, & ente in actu per accidens. Sed ex materia quæ in potentia est, fit aliquid per se. Accidit enim factioni quòd materia ex qua fit aliqd, fuerit subiecta formæ & priuationi. Et sic non oportet, quòd id ex quo aliquid fit, simul sit ens, & non ens in actu, sed quòd de se sit potentia ad ens & non ens, i. ad formam & priuationem. Deinde cum dicit.

B E S S. *At similiter vtrisque opinionibus, ac imaginationibus eorum, qui sibi ex aduerso addubitant, attendere, stolidum est: manifestum est enim, quod alteros eorum necesse est falsum dicere. Hoc etiam ex illis patet, quæ secundum sensum fiunt, nunquam enim idem quibusdam dulce, quibusdam contrarium apparet, non corruptis, & læsis alteris organo sensus, et iudicatiuo prædictorum saporum: hoc autem ita se habente, alteros quidem putandum mensuram esse, alteros vero minime. Similiter autem & de bono & malo, & turpi, & alijs huiuscemodi dico: nam non ponere esse nisi ea, quæ apparent, nihil differt ab his, qui digitum visui supponentes ex uno duo apparere faciunt, ac duo esse putant, propterea quod tot apparent, & rursus vnum: illis nanque qui visum non mouent, vnum apparet quod vnum est.*

A N T. par. 4. *Sed & similiter attendere vtrisque opinionibus & phantasiis ad ipsos dubitantium, stultum. Palam enim, quòd alterum ipsorum necesse est mentiri. Palam autem hoc ex his, quæ fiunt secundum sensum. Nunquam. n. videtur idem his quidem dulce, his autem contrarium non corruptis et priuatis alteris secundum organũ sensus, et indicatorijs dictorum saporum. Hoc autem existente tali, alteros quidem existimandum mensuram esse, alteros autem non putandum. Similiter autem hoc dico, et in bono, et in malo, et pulchro, et turpi, et in alijs talibus: nihil enim differt hoc dignificare, quam quæ apparent submittentibus sub visu digitum, et facientibus ex vno videri duo, oportere esse, propter apparere tanta, et iterum vnum. Non mouentibus enim visum, vnum apparet quid vnum.*

Contra secundum motiuum. Primo sequitur.

Remouet prædictam opinionem secundum quòd causatur ex alio principio, quod est opinari oẽ, quod videtur, esse verum. Et primo remouet hoc principiũ, & secũdo causam eius, ibi. [Totaliter autem.] Dicit ergo primo ꝙ sicut stultum est propter prædicta opinari, quòd contradictoria simul verificantur de eodem, similiter [etiam est stultum attendere,] id est assentire prædictis vtrisque opinionibus Philosophorum dubitantium contra seipsos. Manifestum est. n. ꝙ necesse est alterum eorum mentiri. Et hoc palam est ex his, quæ apparẽt secundum sensum. Nunquam enim idem videtur his quidem dulce, alijs amarum, nisi in alteris eorum sit aliqua corruptio, aut priuatio secundum organum sensus, & secundum virtutem, quæ iudicat de saporibus. Huiusmodi autem corruptione in alteris eorum existente, existimandum est [alteros eorum esse mensuram,] id est accipiendum est eorum iudicium quasi regulam & mensuram veritatis. Illorum, scilicet in quibus non est corruptio, non autem hoc putandum est, & de alteris, in quibus est corruptio. Et sicut hoc manifestum est in cognitione sensus, similiter dicendum est in bono, & malo, in pulchro & turpi, & huiusmodi omnibus quæ per intellectum cognoscuntur. Si enim quibusdam videatur secundum intellectum hoc esse bonum, alijs autem malum, standum est eorum iudicio in quibus non est aliqua corruptio secundum intellectum, nec ex praua consuetudine, neque ex praua affectione, neque ex aliqua huiusmodi causa. Nam si quis dicat quòd nihil minus dignum est credere his quam illis, nihil hoc differt quam si diceret, quòd ea quæ apparent [hominibus ponentibus sub visu digitum,] id est mouentibus oculum digito, & ex hoc facientibus quòd id quod est vnum videantur duo, ꝙ propter hoc oporteat esse duo, quia apparent tot. Et iterum oporteat esse vnum, quia quando aliquis non mouet oculum, apparet vnum id quod est vnum. Manifestum est enim quòd iudicandum est de vnitate rerum, secundum id quod visus iudicat nulla extranea passione existente in eo. Non autem secundum quod iudicat ex prædicta passione. Sic autem iudicat vnum esse duo, quia species vnius visibilis duobus modis redditur organo visus quando mouetur, & secundum vtrumque dispositionem peruenit ad organum sensus communis, quasi essent duo visa. Deinde cum dicit.

Quare ex suppositione digiti oculo, vnum videtur duo.

B E S S. *Simpliciter autem inconueniens est ex eo, quod præsentia videntur mutabilia, & nunquam in eisdem permanentia, ex hoc de veritate iudicare, oportet etenim ex eis, quæ semper similiter se habent, nullamque mutationem faciunt, veritatem venari, talia vero sunt, quæ per mundum, hæc enim non quandoque quidem talia, rursus autem alia apparent, verum semper eadem, nullius mutationis participantia.*

Veritas ex quibus.

A N T. part. *Totaliter autem inconueniens est videri præsentia permutantia, & nunquam permanẽtia in eisdem, ex hoc de veritate iudicium facere. Oportet enim ex semper secundum eadem se habentibus, & neque vnam permutationem facientibus verum venari: talia autem sunt quæ secundum mundum: hæc enim non quandoque quidem talia, iterum autem alia videntur, eadem autem semper, & permutatione nulla participant.*

Impugnat eam secũdi motiui rationibus.

Excludit causam, propter quam ponebant omne quod videtur esse verum. Hoc enim ponebant aliqui, quia existimabant res omnes esse in continuo fluxu, & quòd nulla natura esset in rebus fixa & determinata. Et sic sequebatur, quòd rem esse talem non erat nisi videri. Contra hoc ergo ponit quinque rationes, quarum prima talis est, quòd totaliter inconueniens est facere iudicii de tota veritate ex hoc, quòd ista sensibilia quæ sunt prope, scilicet vicina nobis, permutantur, & nunquam permanent. Oportet autem magis venari verum ex his, quæ semper se habent eodem modo, & non patiuntur aliquam permutationem quantum ad substantiam suam, licet appareat in eis motus secundum locum. Talia enim sunt [quę continent mundum,] scilicet corpora cęlestia ad quæ comparata hæc corpora corruptibilia, quasi nullius sunt quantitatis, vt mathematici probant. Corpora autem cœlestia sunt semper eadem, & non videntur quandoque talia, & alia vice alia, sed nulla permutatione participant, quæ scilicet sit in eorum substantia. Secundam rationem ponit ibi.

Iudiciũ de veritate rerum ex immobilibus sumẽdum est non ex mobilibus.

B E S S. *Præterea, si motus & aliquid motum est, omne vero ex aliquo in aliquod mouetur, oportet igitur quod mouetur esse in eo, et non esse in eo, et ad hoc moueri, ac esse in eo, aut contradictionem non verificari secundum eos.*

A N T. par. 6 *Adhuc autem si motus est, et motum aliquid, mouetur autem omne ex aliquo ad aliquid, oportet igitur quod mouetur, esse et adhuc in illo, ex quo mouebit, et non esse in ipso: et ad hoc moueri et fieri in hoc, secundum contradictionem autem non verificari secundum ipsos.*

Quæ talis est. Si motus est in istis inferioribus, oportet quòd id, quod mouetur sit aliquid, & etiam oportet, quòd id, quod mouetur, moueatur ex aliquo, & etiam ad aliquid. Vnde oportet id, quod mouetur, adhuc esse in eo, ex quo mouetur, & nondum esse

esse in eo, ad quod mouetur, sed moueri ad ipsum & continue fieri in ipso. Et sic aliqua affirmatio determinate est vera, & aliqua negatio, & non oportebit, quòd contradictio verificetur de eodem, quia secundum hoc nihil moueretur. Si enim idem foret esse in termino ad quem,& nó esse, nulla ratio esset quare moueretur ad terminum, ad quem aliquid quod nódum est in illo, quia iam esset ibi. Tertiam rationem ponit ibi.

BESS. *At si secundum quantum præsentia fluunt & mouentur, & hoc aliquis ponat, quamuis verum non sit, cur secundum quale non manent? Videtur autem haud minime ea, quæ secundum contradictiones sunt, de eodem prædicari, ex eo,quod putant quantum in corporibus non manere, propterea quod idem, & quatuor cubitorum est,& non est, substantia vero secundum quale: hoc enim determinatæ naturæ, quantum vero indeterminatæ est.*

ANT. par.7 *Et si secundum quantum continue præsentia fluunt & mouentur, & quis hoc ponat equidem non verum existens, propter quid secundum quale non manet? Videtur enim non minime quæ secundum contradictiones eiusdem prædicari, & existimare quantum non manere in corporibus, propter & esse quadrucubitum idem & non esse. Substantia autem secundum quale, hoc quidem determinatæ naturæ, quantum autem indeterminatæ.*

Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd Heraclitus videns aliquid augeri longo tempore, puta per vnum annum secundum aliquam determinatã quantitatem, & modicam, existimauit quòd qualibet parte illius temporis aliquod augmentum fieret, sed insensibile propter paruitatem quantitatis, quæ augetur. Et ex hoc inductus fuit ad credendum,quod omnes res etiam quæ videntur quiescentes, etiam insensibiliter mouerentur continue,sed post longum tempus sensibiliter eorum motus appareret. Est autem hoc falsum quod de augmento opinabatur. Non.n. continue fit augmentum, ita quod in qualibet temporis parte aliquid crescat,sed disponitur ad augmentum corpus per aliquod tẽpus,& tunc crescit vt Arist. expressius manifestat in Octauo Physicor. Dicit ergo quod si corpora præsentia hic apud nos continue fluunt & mouentur secundum quantitatem, & si hoc aliquis vellet concedere, licet non verum sit, non est ratio quare non possit aliquid moueri secundum quantitatem. Videtur enim quòd non parum hæc opinio quæ ponit contradictiones simul esse eiusdem, prædicet ex eo quod existimat quòd quantum non remanet in corporibus, & sic opinantur quod id sit & non sit simul quadricubitum. Sed substantia rei determinatur secundum quale,id est secundum aliquam formam. Quale autem est determinatæ naturæ in rebus, & si quantum sit indeterminatum propter motum, vt dictum est. Quartam rationem ponit ibi.

Non.n continue augetur. tex. com.61 Lect.12.

BESS. *Item cur, cum hunc cibum præcipiat medicus, sumunt: quid nanque magis hoc, panis quam non panis sit? quare nihil differt comedere, vel non comedere: nunc vero tanquam verum dicente circa ipsum, & hoc cibo existente, qui præceptus fuit, sumunt illum, at non oportebat, cum nulla natura in sensibilibus firmiter maneat, sed omnes semper fluant, ac moueãtur.*

ANT. par.8. *Adhuc propter quid iubente medico hunc cibum offerre, offerunt? Quid enim magis panis est, aut non est? Quare nihil vtique aliquid differt comedere, aut non comedere? Nunc autem vt verum dicente circa ipsum, & existente isto cibo hoc, offerunt hunc. Quamuis non oportebat, non permanente vlla natura firmiter in sensibilibus, sed semper omnibus motis, & fluentibus.*

Quæ talis est. Si in rebus nihil est fixum, neq; quantum ad esse,neque quantum ad nó esse, propter quid deferunt hunc cibum, quem medicus iubet, & non alium? Secundum enim dictam opinionem quid magis est panis,vel non panis? quasi diceret, non magis prædicatur de eo affirmatio quam negatio. Et sic nihil differt quòd comedat, vel non comedat, sed nos videmus quòd ipsi offerunt hunc cibum, quem medicus iubet, quasi habentes verum iudicium de ipso cibo, & quasi hic cibus vere sit ille cibus, de quo medicus iubet. Hoc autem non oporteret, si nulla natura sic per certitudinem maneret in sensibilibus, sed oĩa sp mouerẽtur,& fluerent. Quintam rõnem ponit ibi.

Item si semper quidem alteremur, & nunquam iidem permaneamus, quid mirum si nunquam nobis eadem apparent, quemadmodum etiam ægrotis? etenim his co quod non similiter dispositus habitus eorum sit, vt cum sani erant, non ea apparent similia, quæ secundum sensus, cum ipsa quidẽ sensibilia nullam mutationem propter hoc participent, diuersas tamen ægrotis, & non easdem sensationes faciunt. Eodem igitur modo fortasse necesse est se habere, si dicta mutatio fit. Quod si non mutamur, sed iidem permaneamus, fit aliquid profecto permanens.

BESS. Sensibilia omnia semper mutari.

Adhuc, si semper alteramur, & nunquam permanemus idem, quid mirabile, si nunquam eadem nobis videntur, quemadmodum laborãtibus? Etenim his propter non similiter dispositi secundum habitum, et quando sani erant non similia videntur quæ secundum sensus, ipsa tamen nulla propter hoc permutatione participantia sensibilia, impressiones autem alias facientia laborantibus, et non eadem. Eodem itaque modo habere et dicta permutatione facta, forte necessarium est, si autem non permutamur, sed si idem permanemus entes, erit vtique aliquid manens.

ANT. par.9

Quæ talis est. Cum secundum opinionem prædictam ponatur, quod propter continuam mutationẽ quæ est in rebus,non sit aliqua veritas in rebus fixa, si sit verum esse quod est videri, necesse est dicere quòd nos homines qui de rebus alijs iudicamus, aut sumus in motu,aut non. Si enim semper alteramur,& nũquam permanemus eodem modo nos habentes, non est mirabile si res non eodem modo videntur se habere nobis,sicut accidit infirmis. Quia enim trãsmutati sunt, & non in eadem dispositione se habent sicut quando sani erant, non videntur eis sensibilia quæ percipiunt per sensum qualia videbantur eis ante infirmitatem. Nam eis,qui habẽt gustum infectum, etiam quę sunt dulcia videntur amara, vel insipida. Et simile est in alijs sensibilibus non tamen propter hæc sensibilia sunt permutata, sed faciunt alias impressiones infirmis,propter hoc quod sensus eorum alio modo se habent. Si ergo nos homines in continua transmutatione existẽtes,de rebus alijs diuersimode iudicamus, non est hoc imputandum rebus,sed nobis ipsis. Si autem nos non permutamur, sed semper permanemus eodem modo nos habentes: ergo in rebus erit aliquid permanens, & per consequens aliqua veritas determinata, de qua possumus præcise diiudicare. Non.n. solum iudicamus de rebus alijs, sed etiam de natura humana. Deinde cum dicit.

BESS. *Ad eos igitur, qui ex ratione prædictas dubitationes habent, non est facile dissoluere, si nihil ponant, nec ... tus rationem quærant, hoc.n. modo omnis ratio, omnisque demonstratio fit, si enim nihil ponunt, ipsum disputare, et*

omnino rationem perimunt, quare ad eos quidem nō est sermo. Ad illos vero, qui hæsitant, facile est ex iam traditis dubitationibus obuiare, & ea dissoluere, quæ faciunt in eis dubitationem, vt ex prædictis patet.

A N T. par. 11

Ad habentes quidem igitur dubitationes dictas, ex ratione non facile dissoluere, non ponentibus aliquid, et harum non ad hæc rationem exquirentibus, sic enim omnis ratio, & omnis demonstratio fit. Nihil.n. ponentes, interimunt totaliter disputare, & totaliter rationem. Quare ad tales quidem non est sermo. Ad dubitantes autem, ex datis defectibus facile obuiare & dissoluere facientia dubitationem in ipsis. Palam autem ex dictis.

Qui ex pertinacia errāt non sunt facile curabiles.

Ostendit à quibus prædicta opinio remouet, & à quibus non, & dicit, quòd si qui incidunt in prædictas opin. non propter aliquam rationem, ita quòd ex pertinacia non concedant aliquid neque inquirāt rationem eorum, quæ dicuntur, sed pertinaciter inhærent his, quæ opinabant, non facile est soluere huiusmodi opinionem. Omnis.n. ratio & demōstratio fit hoc modo. s. concedendo & exquirendo rationem alicuius dicti. Sed illi qui nihil concedunt, interimunt disputationem & omnem argumentatiuam rationem. Vnde ad eos nō potest haberi sententia ratiocinationis, per quam à suo errore tollātur. Sed si aliqui sunt, qui dubitant propter aliquos defectus, puta, quia non bene aliqua intelligunt, facile est obuiare tali errori soluendo ea, quæ faciunt in eis dubitationem. Et hoc palam ex prædictis, in quibus soluit dubitationes, quæ poterant ad prædictam positionem inducere. Deinde cum dicit.

B E S S.

Quare manifestum est ex his, quod non est possibile locutiones oppositas de eodem, vno & eodem tempore verificari, nec ipsa contraria, cum omnis contrarietas secundum priuationem dicatur, hoc autem patebit, resoluentibus ad principium rationes contrariorum. Similiter nec mediorum quicquam possibile est de vno & eodem prædicari, si enim album sit aliquod subiectum, dicentes illud, nec nigrum, nec album falsum dicemus, accidet. n. illud album esse, & non esse, alterum.n. complexorū de eo verificabitur hoc aūt est albi cōtradictio.

A N T. par. 12.

Quare manifestum ex his, quòd non contingit oppositas dictiones de eodem secundum vnum tempus verificari neque contraria, propter dici secundum priuationem omnem contrarietatem. Palam autem hæc ad principium resoluentibus rationes contrariorum. Similiter autem neque intermediorum nullum possibile est prædicari de vno & eodem. Albo enim existente subiecto, dicentes ipsum esse neque album, neque nigrum, mentientur. Accidit enim album esse ipsum, & non esse, alterum enim complexorum verificabitur de ipso. Hæc autem est contradictio albi.

Inducit tria corollaria. Contraria non possunt simul verificari de eodem.

Inducit tria corollaria ex dictis, quorum primum est, q manifestum est ex prædictis, q oppositæ propositiones non verificantur de eodem secundum vnum, & idem tempus. Et per consequens ex hoc patet, q neque etiam contraria possunt simul verificari de eodem. Et hoc ideo, quia omnis contrarietas dicitur secundum priuationem, semper.n. alterum contrariorum est priuatio. Et hoc palam est, si quis velit rationes contrariorum reducere ad primum principium. De ratione.n. nigri est priuatio albi. Cum igitur priuatio sit quædam negatio habens subiectum determinatum, manifestum est, q si contraria de eodem verificarentur, oporteret q affirmatio & negatio simul verificarentur de eodem. Non solū autem duo cōtraria non possunt simul verificari de eodem, sed etiam nullum medium possibile est prædicari de vno & eodem, de quo pdicatur alterum extremorum. Ex his.n.

tex. com. 22

quæ dicta sunt in Decimo manifestum est q medifi inter contraria est habens priuationem vtriusque extremorum, siue sit nominatum vno nomine, siue pluribus, siue innominatum. Vnde medium inter album & nigrum, vtpote rubeum vel citrinum, habet in sui ratione q neque sit album neque nigrum. Siquis igitur aliquo subiecto existente albo, dicat ipsum esse rubeum, simul dicit ipsum esse neque album neq; nigrū. Et ita mentitur. Sequitur enim q id subiectum, simul album sit & nō sit. Quod si verum est de illo subiecto, quòd sit neque album neque nigrum, oportet quòd verificetur de eodem altera pars copulatiuæ, quę contradictoria est eius quod est album esse. Et ita sequitur quòd si medium & extremum verificatur de eodem, quòd contradictoria de eodem verificentur.

Medium & extremum contrariorū de eodem simul non verificari

B E S S.

Neque igitur secundum Heraclitum dicentibus, veradicere possibile est, neque secundum Anaxagoram, aliter accidet contraria de eodem prædicari: cum enim in omni re, dicat omnis rei partem esse, non magis dicit esse dulce, quàm amarum, aut quamcunque cæterarum contrarietatum, si omnia quidem non solum in omni potentia, verumetiam actu, & seiunctim insunt.

A N T. par. 13

Neque enim itaque secundum Heraclitum contingit verum dicere, neque secundum Anaxogoram. Si autem non, accidet contraria de eodem prædicari. Cum enim in omni dicat omnis esse partem, nihil magis dicit esse dulce, quam amarum, aut reliquarum quarumcunq; contrarietatem. Siquidem in omni existit non potentia solum, sed actu & segregatim.

Concludit enim q si affirmatio & negatio non sit simul vera, q neque opinio Heracliti est vera, neque opinio Anax. Et quidem de opinione Heracliti patet ex dictis. Vnde hoc manifestat de opinione Anaxadicens, quòd si non sit falsa opinio Anax. sequitur contraria prædicari de eodem. Et per consequens contradictoria. Quod sic patet. Ponebat enim Anaxa. quodlibet fieri ex quolibet, & oē quod fit, ex aliquo fit. Vñ non cogebatur ponere aliquid fieri ex nihilo, & sic ponebat quodlibet esse in quolibet. Cum igitur poneret partem cuiuslibet esse in quolibet, puta partem carnis esse in osse, & partem albi in nigro, & econuerso, sequit q totum non magis erit dulce quàm amarum. Et simile est de alijs contrarietatibus. Et hoc si pars cuiuslibet est in quolibet toto non solum in potentia, sed in actu & separatim. Hoc autem addidit, quia id quod fit ex aliquo, oportet præexistere in eo potentia non actu. Et sic contraria præexistunt in eodem in potentia, non in actu. Et hoc non est esse separatim contraria in aliquo, quia eadem est potentia contrariorum. Sed Anaxa. nesciebat distinguere inter potentiam & actum. Tertium corollarium ponit ibi.

Sequitur cōtraria de eodem simul dici.

B E S S.

Similiter autem nec omnes locutiones falsas, nec veras possibile est esse, tum propter alias multas difficultates, quæ ob hanc positionem eueniunt, tum etiam, quoniam si cuncta falsa sint, nec cum hoc ipsum aliquis dicet, verum dicet, si autem vera, cum omnes falsas dicet, non falsum dicet.

A N T. par. 13.

Similiter autem neque omnes falsas, neque veras dictiones possibile esse, & propter alia multa collectarum vtique difficultatum propter hanc positionem, & quia falsis quidem existentibus omnibus, neque hoc ipsum quis dicens verum dicet. Veras autem falsas dicens esse omnes, non mentietur.

Concludit enim ex prædictis falsam esse vtranque opinionem, & illorum, qui dixerunt omnes propositiones esse veras, & illorum, qui dixerunt omnes falsas. Et hoc manifestum est propter multa difficilia & grauia consequentia ad has opiniones quæ collectæ sunt,

sunt,& hic,& superius in Quarto. Et specialiter propter hoc, {quia si omnes propositiones sunt falsæ.} Qui autem dicit. Omnis propositio est falsa,quãdam propositionem dicit. Vnde non dicet verum. Et similiter si omnes propositiones sint veræ,ille qui dicit oẽs esse fallas, non mentietur, sed dicet verum. Propter quod destruitur positio ponentis omnia esse vera.

LECTIO XII.

Ex proprijs aliarum scientiarum particularium ostendit hanc scientiam ab omnibus tam practicis, quàm speculatiuis distingui,& illis omnibus longe nobiliorem esse.

BESS. *Omnis autem scientia,circa vnumquodque eorũ, quæ sub ea scibilia sunt, principia quædam & causas quærit, vt medicatiua, & exercitatiua, ac singula effectiuarum, vel mathematicarum, harum etenim vnaquæque circa quoddam circunscriptum genus, tanquam existens & ens,non tamen prout ens est, tractat, sed hæc alia quadam scientia præter illas scientias est.*

ANT. part. 1 Cap. 6. *Omnis autem scientia quærit aliqua principia, & causas circa vnumquodque eorum quæ sub ipsa scibiliũ, puta medicatiua, & exercitatiua,& reliquarum vnaquæque factiuarum, & doctrinalium. Vnaquæque enim harum circunscribens aliquod genus sibiipsi, circa hoc negotiatur, tanquam existens & ens, non inquantum autem ens. Sed altera quædam hæc præter has scientias est scientia.*

Postquam Philosophus ostendit de quibus sit consideratio huius scientiæ, hic comparat illam sciẽtiam ad alias, & circa hoc tria facit. Primo ostendit quid sit proprium particularium scientiarum. Secundo ostendit differentiam particularium scientiarum adinuicem,ibi, {Quoniam autem est quædam.} Tertio comparat istam ad alias, ibi. {Quoniam autẽ est quædam entis scientia.}Circa primum duo facit secundũ duo,quæ dicit pertinere ad particulares scientias. Dicit ergo primo, qomnis scientia particularis quærit aliqua principia & causas, circa propriũ scibile quod sub ipsa continetur. Dicit autem aliqua principia & causas, quia non omnis scientia considerat omne genus causæ. Et ponit exemplum de medicatiua quæ est circa sanitatem, & de exercitatiua quæ est circa exercitia ordinata ad bonam valetudinem corporis, & similiter de qualibet scientia alia {siue sit factiua,} id est practica {siue doctrinalis,} id est theorica, quia vnaquæque harum sciẽtiarum particularium circunscribit, & accipit sibi aliquod determinatum genus entis,circunscribens illud & diuidens ab alijs entibus, & de illo solo determinans. Negociatiue enim circa hoc genus entis quasi circa aliquod ens, sed non inquantũ est ens.Sed hoc.s.considerare de ente inquantum est ens, pertinet ad quandam scientiam quæ est alia præter omnes scientias particulares. Secundo ibi.

Omnis sciẽtia particularis quærit principia, & causas circa proprium subiectum.

BESS. *Dictarum vero scientiarum vnaquæque accipiens aliquo modo ipsum quid est in vnoquoque genere, cætera vel debilius,vel exactius conatur ostendere. Accipiunt autem ipsum quid est,quædam per sensum,quædam supponentes: vnde ex hac inductione patet substantiæ, et ipsius quid est, demonstrationem non esse.*

ANT. par. 2 *Dictarum autem scientiarum vnaquæque sumens aliqualiter quodquidest in vnoquoque genere, tentat ostendere reliqua debilius, aut certius. Sumunt autem quod quid est hæc quidem per sensum, hæc autem supponentes. Propter quod & palam ex tali inductione, quòd substantiæ & eius quod quid est non est demonstratio.*

Ponit aliud pertinens ad particulares scientias, dicens quòd vnaquæque prædictarum scientiarum particularium supponit aliqualiter quodquidest,in quocunque genere consideretur. Vnde & in primo Posteriorum dictum est,q de subiecto oportet supponere, & quia est, & quid est. Et hoc suppositio.s.quodquid est, quo qualibet scientia vtitur tanquam medio ad demonstrandum aliqua sicut passiones, & huiusmodi,tentat demonstrare aut debilius, aut certius, quia in quibusdam scientijs est certior modus demõstrandi sicut in mathematicis. In quibusdam autem debilior sicut in naturalibus. Et quia dixerat quod aliæ sciẽtiæ aliqualiter supponunt quodquidest, ideo subiungit quod quædam scientiæ sumunt quodquidest per sensum, inquantum ex accidentibus sensibilibus deueniunt in cognitionem essentiæ rei. Quædam vero sumunt quodquidest supponentes ab alijs sciẽtiis, sicut particulare ab vniuersalibus. Et sic manifestum est quòd in scientiis particularibus non est demonstratio de substãtia rei,nec de eo quodquidest. Vtrunque igitur horum de quibus particulares scientiæ nõ se intromittunt,pertinet ad vniuersalem scientiam,id est considerare de substantia & ente & quidditate rei. Deinde cum dicit.

Vnaquæque particularium scientiarum supponit aliqualiter quid est, sed diuersimode.

tex. com. 2 Lect. 2

BESS. *Cum autem sit aliqua de natura scientia, patet quod & ab actiua, & ab effectiua diuersa erit,effectiuæ nanque, in faciente, non in eo quod fit, motus principium est, & hoc, aut ars quædam,aut alia vis est. Similiter & actiuæ,non in eo quod agitur, sed magis in agentibus motus est. Naturalis vero scientia, circa ea, quæ in seipsis habent motus principium est. Quod itaque neque actiuam, neque effectiuam, sed speculatiuam esse Naturalem scientiam necesse sit, ex his patet,in vnum nanque horum genus, eam cadere necesse est.*

Practica scientia. Physica.

ANT. part. 3 *Quoniam autem est quædam scientia de natura, palam quia & à practica altera & factiua erit. Factiuæ quidem enim in faciente,& non in facto,motus principium. Et hoc est, siue ars aliqua, siue aliqua potentia. Similiter autem & practicæ non in agibili,magis autem in agentibus motus. Quæ autem physici circa habentia in se motus principium est. Quod quidem igitur neque actiuam neq; factiuam, sed speculatiuam necessarium esse naturalem scientiam, palam ex his. In vnum enim aliquod horum generum necesse cadere.*

Ostendit differentiam particularium scientiarum adinuicem, & primo scientiæ naturalis ad scientias operatiuas. Secundo scientiæ mathematicæ ad naturalem, ibi. {Quoniam autem quod quid est.} Dicit ergo primo,quòd cum sit quædam particularis scientia de natura,oportet quòd sit altera {& practica, } id est actiua & factiua. Omnis enim scientia operatiua, vel est actiua, vel factiua. Ad quam differentiam cognoscendam sumendum est, quod supra in Nono habitum est,scilicet quòd agere & facere differũt. Nam agere proprie dicitur secundum operationem, quæ permanet in agente, & non transit in materiam exteriorem,sicut intelligere & sentire & huiusmodi. Facere autem est secundum operationem transeuntem in materiam exteriorem,quæ permutatur, sicut calefacere,secare,& alia. Est ergo scientia actiua, ex qua instruimur ad recte exercendum operationes, quæ actiones dicuntur, sicut est scientia moralis. Factiua autem sçientia est, per quam recte aliquid facimus, sicut ars fabrilis,& alia huiusmodi. Ab vtraque autem harum operatiuarum scientiarum scientia naturalis altera est,quia factiuæ scientiæ non habent principiũ motus in facto,sed in faciente. Et hoc principium est sicut ars, quæ est principium sicut dirigens, siue potentia aliqua quæ est principium sic ea exequens. Et simi-

Text.cõ 16. Agere & facere differunt.

Duplex scientia practica.

Naturalis scia non est practica, sed speculatiua.

similiter § scientiæ practicæ, § id est actiuæ non habẽt principium motus in eo in quod agitur, sed magis in agentibus. Sed illa quæ pertinent ad considerationem scientiæ naturalis, sunt habentia principium motus in ipsis, cum natura sit principiũ motus in eo in quo est. Manifestum est igitur quòd scientia naturalis nõ est actiua neque factiua, sed speculatiua. Necesse est enim quòd scientia naturalis cadat in vnum aliquod horum generum, scilicet actiua, vel factiua, vel speculatiua. Vnde si non sit actiua, vel factiua, sequitur q sit speculatiua. Deinde cum dicit.

BESS.

Cum vero vnicuique scientiarum necesse sit aliquo modo ipsum quid est scire, & hoc vt principio vti, oportet non latere quonam modo definiendum Naturali sit, quove modo substantiæ ratio sumenda sit, vtrum, vt simum, an magis vt concauum: horum enim simi quidem ratio vna cum materia rei dicitur, concaui vero absque materia: simitas nanque in naso fit, & ideo ratio quoque eius cum eo dicitur, simum enim est nasus concauus, manifestum est igitur etiam carnis, & oculi, cæterarumque partium rationem cum materia reddendam esse.

A N T. part. 4

Quoniam autem quodquid est necessarium vnicuique aliqualiter scientiarum scire, et hoc vti principio, oportet non latere qualiter diffiniendum Naturali, & qualiter substãtiæ ratio sumenda, vtrum vt symum, aut magis vt concauum. Horum enim symi ratio quidem cum materia dicitur ea quæ est rei, quæ autem concaui sine materia. Symitas enim in naso fit, propter quod & ratio ipsius cum hoc dicta est, symus enim est nasus concauus. Manifestum igitur, quòd & carnis & oculi & reliquarum partium, cum materia semper rationem reddendam.

Differt scia naturalis à mathematica propter diuersum modũ diffiniendi.

Ostendit differentiam mathematicæ ad naturalem, & dicit, quòd cum ita sit q necessarium sit vnicuique scientiarum cognoscere aliqualiter quodquid est, & vti eo quasi principio ad demonstrandũ, oportet quòd secundum diuersum modum diffinitionis diuersificentur scientiæ. Sit ita ad cognoscendũ qualiter scientia naturalis differat ab alijs, oportet non latere quem modum seruet naturalis in diffiniendo, & qualiter sit sumenda diffinitio in scientia naturali, vtrum scilicet sicut diffinitur symum, aut sicut diffinitur concauum. Diffinitio autem symi est cum materia sensibili. Sed diffinitio concaui est sine materia sensibili. Quia enim symitas non est nisi circa determinatam materiam sensibilem, quia nõ est nisi in naso, & propter hoc ratio symi oportet quòd accipiatur cum materia sensibili. Hæc est enim diffinitio symi. Symus est nasus concauus. Sed in diffinitione concaui siue curui non ponitur aliqua materia sensibilis. Sicut igitur in diffinitione symi ponitur materia sensibilis, ita oportet quòd in diffinitione carnis & oculi, & aliarum partium, reddatur materia sensibilis. Et similiter est de alijs rebus naturalibus. Et ex hoc accipitur differentia, inter mathematicam, & scientiam naturalem, quia naturalis scientia est de his in quorũ diffinitionibus ponitur materia sensibilis. Mathematica vero est de alijs, in quarum diffinitionibus non ponitur materia sensibilis, licet habeant esse in materia sensibili. Deinde cum dicit.

BESS.

Mathematica.

Cum autem quædam sit entis scientia prout ens, & separabile est, considerandum est, vtrum eam eandem cum Naturali ponendam sit, an magis aliam. Naturalis sane circa ea est, quæ motus principium in seipsis habent, Mathematica vero, speculatiua quidem est, & hæc quadam circa manentia, non tamen separabilia. Circa separabile igitur ens, & immobile, alia præter has ambas, scientiã est, si aliqua quidem talis substantia est, dico autem separabilis, et immobilis, quod tentabimus ostendere, & si qua talis in entibus natura sit, illic profectò diuinitas erit, & hoc erit primum, & principale principium. Patet igitur tria genera speculatiuarum esse scientiarum Naturalem, Mathematicam, Theologiam.

Diuinitas.

A N T. part. 5

Quoniam autem est quædam scientia entis inquãtum ens & separabile, considerandum, vtrum quidem Naturali eandem ponendum esse hanc, aut magis alteram. Naturalis quidem igitur circa habentia motus principium in ipsis est. Mathematica autem, speculatiua quidem & circa manentia quædam hæc, sed non separabilia. Circa separabile igitur ens & immobile, altera ab his scientijs ambabus est aliqua, siquidem existit aliqualis substantia talis, dico autem separabilis, & immobilis, quod quidem tentabimus ostendere. Et siquidem est aliqua talis natura in entibus, hoc utique erit alicubi, & quod diuinum, & hoc vtique erit primum, et principalissimum principium. Palam igitur, quòd tria genera speculatiuarum scientiarum sunt, Naturalis, Mathematica, Theologia.

Differt Metaphysic. ab alijs sciẽtijs intribus. Primo quantũ ad subiecti separabilitatem.

Comparat istam scientiam ad alias scientias particulares, & circa hoc tria facit. Primo comparat istam scientiam ad alias scientias particulares, quantum ad modum separationis. Secundo quantum ad nobilitatem: ibi § Optimum quidem genus &c. § Tertium quantum ad vtilitatem, ibi. § Dubitabit autem. § Dicit ergo primo, quòd est quædam scientia de ente inquantum est separabile, non enim solum pertinet ad hanc scientiam determinare de ente in communi, qđ est determinare de ente inquantum est ens, sed etiam pertinet determinare de entibus separatis à materia secundum esse. Vnde considerandum est, verum ista scientia ad quam pertinent hæc duo, sit eadem cum scientia naturali aut altera ab ea. Et q sit altera manifestat, quia scientia naturalis est circa ea quæ habẽt in seipsis principium motus, & sic oportet quòd naturalia habeãt determinatam materiam, quia nihil mouetur nisi quod habet materiam. Sed mathematica speculatur circa immobilia, quia ea quorũ ratio accipitur sine materia sensibili, oportet quòd eodem modo eorum ratio sit sine motu, cum motus nõn sit nisi in sensibilibus. Sed hæc de quibus considerat mathematica, non sunt separabilia à materia & motu secundum esse, sed solum secundum rationem. Oportet igitur quod circa illud ens, quod est separatum à materia & motu secundum esse & omnino immobile, sit quædam scientia alia, & à mathematica, & à naturali. Et hoc dico si tamen sit aliqua talis substantia prę- ter sensibilia, quæ sit omnino immobilis. Et hoc dicit, quia nondum est probatum aliquam talem substantiam esse. Sed hoc ostendere intendit. Si autem est aliqua talis natura in entibus, scilicet quæ sit separabilis & immobilis, oportet quòd § talis natura sit alicubi, § id est quòd attribuatur alicui substantiæ. Et id quod habet istam naturam erit quoddam diuinum, & quoddam principalissimum omnium, quia quanto aliquid est simplicius & formalius in entibus, tanto est nobilius, & prius & magis causa aliorum. Et sic patet quòd hæc scientia quæ considerat huiusmodi entia separabilia, debet vocari scientia diuina, & scientia de primis principijs. Et ex hoc vlterius concludit, quòd tria sunt genera speculatiuarum scientiarum, scilicet naturalis quæ considerat ea mobilia, quæ in sui diffinitione materiam sensibilem recipiunt, & mathematica quæ considerat immobilia, quæ non recipiunt materiam sensibilem in sui diffinitione, licet habeant esse in materia sensibili,

Metaphysic. sciẽtia diuina & quare

& theo-

& theologia quæ est circa entia penitus separata.

Deinde cum dicit.

B E S S. Speculatiuarum scientiarum genera tria.

Optimum igitur speculatiuarum quidem scientiarum genus, harum sane ipsarum ea, quæ vltimo dicta est: circa nanque honorabilissimum entium est: vnaquæque vero melior, aut deterior dicitur secundum proprium scibile.

A N T. part. 6

Optimum quidem igitur speculatiuarum genus, harum autem ipsarum vltima dicta. Circa honorabilissimum enim est entium. Melior autem & deterior vnaquæque dicitur secundum proprium scibile.

Scđo quantum ad nobilitatem. Metaphysi. scientiarum omniū nobilissima, & quare

Comparat istam ad alia secundum nobilitatem, & dicit, quòd scientiæ speculatiuæ sunt nobilissimę inter omnes alias sciētias, quia in eis quæritur scire propter seipsum. In scientijs autem operatiuis, quæritur scire propter opus. Et in scientijs speculatiuis vltima, scilicet theologia cum sit circa nobiliora entia est nobilior. Tanto enim vnaquæque scientia nobilior est, quanto eius scibile nobilius fuerit. Deinde cum dicit.

B E S S.

Dubitauerit autem quispiam, vtrum entis prout ens est, scientiam vniuersalem ponere oporteat, an non. Mathematicarum etenim unaquęque, circa vnum quoddam determinatum genus est: vniuersalis vero communis de omnibus est. Si itaque naturales substantiæ, primæ sint entium, ipsa quoque Naturalis scientia prima scientiarum erit. quod si alia natura, atque substantia separabilis, & immobilis est, necesse est vt scientia quoque eius alia sit, & Naturali prior, & vniuersalis prior.

A N T. part. 7

Dubitabit autem quis, vtrum entis inquantum ens scientiam vniuersalem oportet poni, aut non: Mathematicarum quidē enim vnaquæque circa vnum aliquod genus determinatum est. Quæ autem vniuersalis conuenit de omnibus. Si quidem igitur naturales substantiæ primæ entium sunt, et naturalis vtique prima scientiarum erit. Si autem est altera natura & substantia separabilis & immobilis, alteram necesse & scientiam ipsius esse, & priorem naturali: & vniuersalem eo quòd priorem.

Tertio quantum ad vniuersalitaté. Metaſciētiarum omnium cōmunissima & quare

Comparat istam scientiam ad alias quantum ad vniuersalitatem & dicit. Dubitabile est, vtrum istam scientiam, quæ est circa entia separabilia, oportet poni vniuersalem scientiam entis, inquātum est ens, aut non: & ostendit, quòd sic, quasi per diuisionem. Manifestum est enim, quòd prædictæ scientiæ operatiuæ non sunt vniuersales. Et ideo eas prætermittit. Sed inter speculatiuas scientias, manifestum est, ꝙ qualibet mathematicarum scientiarum est circa vnum aliquod genus determinatum: vniuersalis autem scientia communiter de omnibus est: vnde nulla mathematicarum sciētiarum est communis omnium entium. Sed de Naturali manifestum est, ꝙ si naturales substantiæ quæ sunt substantiæ sensibiles & mobiles, sunt primæ inter entia, oportet quòd naturalis scientia sit prima inter scientias, quia secundum ordinem subiectorum, est ordo scientiarum, vt iam dictum ēst. Si autem est alia natura & substantia præter substantias naturales, quæ sit separabilis & immobilis, necesse est alteram scientiam ipsius esse quæ sit prior naturali. Et ex eo quòd est prima, oportet quòd sit vniuersalis. Eadem. n. est sciētia quæ est, de primis entibus, & quæ est vniuersalis. Nam prima entia sunt principia aliorum.

L E C T I O VIII.

Multis rationibus ostendit entia per accidens, & quæ entia secundum veritatē dicuntur separari non modo ab ista sed omnibus alijs scientijs, & quæ talia sint exponit.

B E S S.

CVM autem simpliciter ens pluribus esse modis dicatur, quorum vnus est, qui secundum accidens dicitur esse, primo de ente hoc pacto considerandum est.

A N T. par. 1 Cap. 7.

Quoniam autem simpliciter ens secundum plures dicitur modos, quorum vnus est qui secundum accidens dicitur, considerandum primo de sic ente.

text. com. 4 text. co. 5. & inde

Postquam Philosophus recollegit ea quæ prædicta erant de consideratione huius scientiæ, hic incipit recolligere ea quæ dicta sunt tam in Sexto huius, quàm in libro Physicorum de ente imperfecto. Et primo de ente per accidens. Secundo de motu, ibi. {Est autem.} Circa primum duo facit. Primo ponit ea quæ dicta sunt de ente per accidens. Secundo ea quæ dicta sunt de causa per accidens, ibi. {Quod autem gratia huius.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, dicens quòd quia {ens simpliciter,} idest communiter acceptum multis modis dicitur. Inter quos vnus modus est secundum quod dicitur ens per accidens, vtputa cum dicimus musicum esse album, quę quidem in Quinto superius manifesta sunt: prius quàm dicatur de ente per se, considerandum est de ente per accidens, vt huiusmodi ente remoto, absolutior fiat secundum de ente per se.

Determinat de ente imperfecto

text. com. 7 Primo de ente per accidens

Quod igitur nulla scientiarum, quæ traditæ sunt, circa accidens versetur, patet: nec enim ars ædificatoria, quidnam illis, qui vsuri sunt domo, accidit, considerat, vtputa, si anxiè, vel econtrario habitabunt, neque textura, neque sutura: quod vero proprium sibiipsi est, solum vnaquæque istarum scientiarum considerāt: hoc autem finis proprius est.

B E S S.

Quod quidem igitur nulla traditarum scientiarum negociatur circa accidens, palam. Neque enim ædificatiua considerat quid accidet vtentibus domo, puta si triste aut contrarie habitabunt, neque textiua, neque coriatiua, neque coquinaria. Quod autem secundum ipsam proprium, vnaquæque harum considerat scientiarum solum. Hoc autem est proprius finis.

A N T. par. 2

Secundo prosequitur quod proposuit, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd ad nullam scientiam pertinet considerare de ente per accidens. Secundo remouet huiusmodi ens, & ens quod significat veritatem propositionis, à consideratione huius sciētiæ, ibi. {Quod autem vt vero.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd nulla scientia considerat de ente per accidens. Secundo quòd nec considerare potest, ibi {Quod autem videlicet contingens.} Circa primum duo facit. Primo inducendo manifestat quòd nulla scientia considerat de ente per accidens, dicens manifestum esse quòd nulla scientia tradita nobis negociatur circa accidens. Non autem accipitur hic accidens pro eo quod est in aliquo genere accidentis, sicut albedo est quoddam accidens. Sunt enim multæ scientiæ quę circa huiusmodi accidentia sunt, quia huiusmodi accidentia, & secundum se habent speciem quandam & causas determinatas in subiecto, & accidentia dicuntur, quia non per se, sed in alio habent esse. Accipitur autem hic accidens pro ente per accidens, sicut album esse musicum est per accidens. Huiusmodi enim neque aliquam speciem habent in se, neque aliquam causam determinatam. Et circa huiusmodi ens non negociatur aliqua scientia. Et hoc manifestat inducendo. Ars enim ædificatiua non considerat quid per accidens eueniat habitantibus in domo quam facit, vtrum accidat eis aliquod triste, aut habitabunt {ibi contrarie,} idest prospere. Hoc. n. accidit domui. Similiter ars textiua non considerat quid accidat vtentibus panno texto, neque coriaria quid accidat vtentibus calceis, neque coquinaria de his quæ per accidens se habent ad cibum, puta quis eo vtatur ad superfluitatem vel ad necessitatem tantum.

Accidēs duplicitec

Nulla scientia est de ente per acc dens secundum modo quo induction ne.

Finis cuiuslibet scientię quis.

tum: Sed vnaquæque harum scientiarum considerat id quod solum est proprium sibi, & subiectum, & per se accidentia eius. Et in hoc est finis considerationis cuiuslibet scientiæ. Secundo ibi.

BESS.

Neque quatenus musicum & grammaticū, nec quod is, qui musicus est, factus grammaticus simul ambo erit, cum prius non esset: quod autem cum non semper esset, est, hoc fiebat: quare simul musicus, & grammaticus fiebat. Hoc autem nulla earum, quæ certæ scientiæ sunt, quærit, præter sophisticam, hæc enim sola, circa accidens versatur. Quare non male Plato ait, cum dixit, Sophisticam circa non ens immorari.

ANT. par. 3

Neque inquantum musicum, & grammaticum, neq; existentem musicum, quia factus grammaticus simul erunt ambo, prius non ens. Quod autem non semper ens factum, & hoc: quare simul musicus factus est et grammaticus. Hoc autem nulla quærit confesse existentium scientiarum, nisi sophistica. Circa accidens enim hæc sola negotiatur. Propter quod Plato non male dixit, dicens circa non ens sophisticam versari.

Idem probatur ratione.

Assignat causam quare nulla scientia considerat ea quæ per accidens sunt. Ratio enim est quia quod per accidens est, non est proprie ens, sed magis non ens, sicut non est per se & proprie vnum. Nam vnum & ens conuertuntur. Omnis autem scientia est de ente. Vnde relinquitur quod nulla scientia sit de eo, quod est per accidens. Dicit ergo quòd musicus est etiam grammaticus, non inquantum est musicus. Et si contingat de aliquo qui sit musicus, quòd fiat grammaticus, non simul factus est ambo, grammaticus, scilicet & musicus, cum prius non fuerit vtrunque. Sed si aliquod ens est modo, & non fuit semper ens, oportet quòd sit factum. Si igitur hoc quòd dico musicus est grammaticus est quoddam ens, cum non semper fuerit, sequitur quod simul sit vtrunque factum, scilicet musicum & album, quia cuiuslibet entis est aliqua generatio. Vnde cum non simul facta sint, manifestum est quod hoc totum quod est musicum grammaticum, non est aliquod vnum & ens. Nec est instantia de hoc quod in generatione substantiarum præexistit materia, quæ est ingenita, quia forma non fit proprie, sed compositum vt in Septimo probatum est. Materia autem præexistit non quasi ens actu, sed potentia tantum. Hic autem musicus præexistit in actu. Cum igitur ille qui erat musicus fit grammaticus, est generatio grammatici tantum, non autem totius, quod est, musicum grammaticum. Vnde hoc totum non est aliquid vnū & ens. Et propter hoc nulla scientia, quę est vere scientia, & certitudinem habet, considerat de ente per accidens. Sed sola sophistica circa ipsum negociatur, & ad decipiendum vtitur eo, quod est per accidens, ac si per se esset. Vnde fit fallacia accidentis, quæ est efficacissima ad decipiendum etiam sapientem, vt dicitur in Primo Elenchorum. Vnde Plato non male dixit, dicens quòd versatur circa non ens, quia versatur circa ens per accidens. Dinde cum dicit.

Sophistica sola negociatur circa ens per accidens vt efficacissimo medio ad decipiendum

BESS.

Quod autem nec sit possibile accidentis scientiam esse, manifestum erit, si videre conabimur quidnam accidens sit, omne itaque dicimus, quoddam quidem semper, & ex necessitate esse (ex necessitate autem non ea dico, quæ secundum violentiam dicitur, sed qua in demonstrationibus vtimur) quoddam vero vt plurimum, quoddam autem nec vt plurimum, nec semper & ex necessitate, sed vt contingit: vt puta sub cane fiat frigus, sed hoc nec vt semper ex necessitate, nec vt plurimum fit, quandoque tamen accidet: accidens ergo est, quod fit quidem, non semper tamen, nec ex necessitate, nec vt plurimum. Quid itaque accidens sit, dictum est.

Accidens

Cur vero non sit huiusce modi scientia, patet: omnis namque scientia, eius est, quod semper, aut plurimum est, accidens vero in neutro horum est.

Sciencia

ANT. part. 4

Quod autem neque contingens est esse accidentis scientiam, manifestum est tentantibus scire quid est accidens. Omne itaque dicimus esse, hoc quidem semper & ex necessitate. Necessitate autem non secundum violentiam dicta, sed secundum quòd utimur in his, quæ secundum demonstrationes: hoc autem vt in plus, hoc autem neque ut in plus, neque semper & ex necessitate, sed vt contingit: puta sub cane vtique fiet frigus, sed hoc neque ut semper & ex necessitate, neque ut in plus fit, accidet tamen aliquando vtique. Est itaque accidens quod fit quidem, non autem semper, neque ex necessitate, neque vt in plus. Quid quidem igitur est accidens, dictum est. Quia autem non est scientia talis: Palam. Scientia quidem enim omnis, semper entis, aut in plus: accidens autem, in neutro horum est.

Non solum non esse, sed nec posse esse scientiam de ente per accidēs, probat primo ex diffinitione eius. Ens per accidēs, quid. Necessitas duplex

Ostendit, quòd etiam non possit esse consideratio alicuius scientiæ de ente per accidens, & hoc dupliciter facit. Primo ex diffinitione de ente per accidens, dicens quòd manifestum erit, quòd non contingit esse scientiam de ente per accidens, si considerемus quid sit ens per accidens. Ad quod considerandum vtitur quadam diuisione trimembri, dicens quod eorum quæ dicuntur esse, quædam sunt semper & ex necessitate, non quidem secundum quod necessitas pro violentia sumitur, sed secundum quòd vtimur necessitate in demonstrationibus, puta dicentes necessarium esse, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus, sic enim necessarium dicimus quod impossibile est non esse. Quædam vero sunt vt in pluribus, sicut quòd homo nascatur cum quinque digitis in manibus: hoc enim non semper est ex necessitate, cum contingat aliquem nasci cum Sexto digito, sed est vt in pluribus. Quædam vero nec sunt vt in pluribus, neque semper ex necessitate, sed contingenter eueniunt sicut si frigus fiat sub cane, id est in diebus canicularibus. Sed non semper & ex necessitate, neque in pluribus, sed tamen quandoque accedit etiam huiusmodi ens. Quia autem raro accidit, & non semper & ex necessitate, neque vt in pluribus, vocatur ens per accidens. Quæ enim semper vel in pluribus contingunt, vel ita se habent quod vnum est causa alterius, vel ambo reducuntur in vnam causam quæ per se est causa vtriusque. Et vtroque modo contingunt. Si quidem causa indeficienter producit effectum suum, erit quod dicitur ex necessitate. Si autem possunt deficere propter aliquod impedimentum, erit vt in pluribus. Si autem ita sit quod duorum vnum non sit causa alterius, neque habeant vnam causam per se communem, quæ coniungat ea simul, eorum coniunctio erit raro. Sicut in hoc quòd dico musicum ædificare. Nam ædificationis causa non est à musica, sed ab arte ædificatiua, quæ est omnino alia à musica. Similiter est in præmisso exemplo. Nam quòd fit feruor caloris sub cane, est à Sole appropinquante nobis. Quod autem sit frigus est ex aliqua alia causa, puta ex Saturno, aliquo modo coniuncto Soli. Vnde hoc est per accidens, quòd Sole dies caniculares faciente, frigus fit. Sic igitur manifestum est quid est ens per accidens, quia neque quod est in maiori parte, neque quod est semper. Omnis autem scientia est de eo quod semper, aut in plus, vt probatum est in primo Posteriorum. Vnde manifestum est, quòd scientia non potest esse de eo quod est per accidens.

Secundo ibi.

BESS. *Quòd autem entis secundum accidens non sint causae & principia talia, qualia per se entis, manifestum est, essent enim omnia ex necessitate: nam si hoc existente, hoc erit, & hoc: hoc (atque id, non ut contingit, sed ex necessitate) illud quoque ex necessitate erit, cuius hoc causa erat, usque ad ultimum dictum causatum: hoc vero secundum accidens erat: quare ex necessitate omnia erunt, & de entibus auferetur, tum quod ad utrumlibet se habet, tum ipsum contingere, & fieri & non fieri. At & si causa non ut ens, sed ut ea, quae fit, supponatur, eadem accident: omne nanque ex necessitate fiet: etenim crastina eclipsis fiet, si hoc fiat: hoc vero, si aliud quiddam, & hoc, si aliud: & hoc itaque modo, si ab eo tempore finito, quod à nunc est usque cras dematur tempus, deueniet aliquando ad existens: quare, cum hoc sit, cuncta, quae sequuntur, ex necessitate profectò fient: unde ex necessitate omnia fient.*

ANT. par. 5. *Quod autem secundum accidens entis non sunt causae & principia talia, qualia quidem secundum se entis, palam: erunt enim omnia ex necessitate. Si enim hoc quidem est huius entis, hoc autem huius: hoc autem nõ ut contingit, sed ex necessitate erit, cuius hoc erat causa usque ad ultimum dictum causatum: hoc autem erat secundum accidens. Quare ex necessitate omnia erunt, & quod utrunque contingit, & accidere, & fieri, & non, omnino ex generatis auferetur. Et si non existens, sed quae fit causa supponatur, eadem accident: omne enim ex necessitate fiet. Si enim cras eclipsis fiet, si hoc fuerit, hoc autem si alterum aliquid, et hoc si aliud, & hoc itaque modo à finito tempore, eo quòd à nunc usque cras ablato tempore, veniet et quandoque ad existens. Quare siquidem hoc est, omnia ex necessitate quae post hoc fient, ut omnia ex necessitate fiant.*

Secundo ex eo q carēt principijs & causis.

Inducit ad idem manifestandum, quòd ens per accidens non habet causas & principia talia, qualia habet ens per se, & sic de eo non potest esse scientia, cum omnis sciẽtia sit ex principijs & causis, quod quidem sic probat. Quia si ens per accidens haberet per se causas, omnia essent ex necessitate. Entia enim per se talem causam habent, qua posita de necessitate sequitur effectus. Et si aliqua causa sit ad quam non de necessitate sequitur effectus, sed ut in pluribus, hoc est propter impedimentum, quod per accidens contingit. Et sic si ens per accidens tollatur à rebus, omnis causa per se, de necessitate inducet suum effectum. Sic ergo si ens per accidens de necessitate habet causam per se, quia posita ex necessitate sequitur effectus, licet forte eam poni non sit necessarium, nihilominus tamen sequitur quòd omnia ex necessitate eueniant. Quod sic patet. Sit enim aliquid praeteritum vel praesens quod sit causa futuri effectus. Hoc quidem iam positum est. Sed posita causa, ut tu dicis, ex necessitate sequitur effectus, si igitur hoc praesens vel praeteritum, quod iam positum est, est causa huius entis futuri, & illud alterius non quocunque modo, sed ita q ex necessitate sequatur effectus. Posita enim causa, ex necessitate erit illud cuius causa iam posita est, & hoc usque ad ultimum causatum. Sed hoc ponebatur esse per accidens. Et sic quod ponebatur per accidens, erit ex necessitate. Vnde sequitur quòd omnia sint ex necessitate, & quòd à rebus auferatur, {quod ad utrunq; contingit, } id est quod est casuale fortuitum, }& accidere, } id est ens per accidens. } & fieri & non fieri, } id est possibile esse & non esse, vel fieri & non fieri. Sed quia posset aliquis obuiare huic rationi dicendo, quòd causa futurorum contingentium non est iam posita ut praesens & praeterita, sed adhuc est contingens ut futura, & propter hoc effectus sunt adhuc contingentes, consequenter hãc obuiationem remouet. ibi. { Et si non existens. } Dicens quòd eadem inconuenientia accident, si ponatur quòd causa futurorum contingentium non sit iam ens quasi praesens vel praeterita, sed quae in fieri, & quasi futura: Sequitur enim q omnia ex necessitate accidant sicut & prius. Si enim causa illa futura sit, oportet quòd sit futura in aliquo tempore determinato, & determinate distincto à praesenti nunc, puta cras. Si ergo eclipsis, quae est per se causa quorundam futurorum accidentium, sit futura cras, & omne quod fit, fit ex aliqua causa, oportet quòd ipsa eclipsis, quae est futura cras, fiat } si hoc fuerit, } id est propter aliquid praeexistens, & hoc iterum propter aliud, & sic semper propter anticipationem, vel ablatione causatum, auferetur aliquid à tempore, quod est inter praesens nũc & eclipsim futuram. Vnde cum illud tempus sit finitum, & omne finitum consumatur ablato quodam, quandoque erit deuenire ad aliquam causam nunc existentem. Quare si illa iam ponitur, omnes futuri effectus consequuntur ex necessitate. Et ita omnia ex necessitate eueniunt. Ergo cum hoc sit impossibile, manifestum est quòd ea quae sunt per accidens, non habent causam determinatam, qua posita, ex necessitate consequantur. Ea autem omnia quae circa hoc dici possunt, supra in Sexto posita sunt. Deinde cum dicit.

tex. com 4. BESS. *Quoddam autem ut verum & non secundum accidens est ens, quod est in mentis complexione, & passio in ea: quare circa illud quod ita est eas, non quaeruntur principia, verum circa id quod extra & separabile ens est. Quoddam vero non necessarium, sed infinitum: dico autem quod secundum accidens est: huius vero inordinatae & infinitae causae sunt.*

ANT. part. 6. *Quod autem ut vere ens, & secundum accidens, hoc quidem est in complexione mentis, & passio in hac, propter quod circa sic quidem ens, non quaeruntur principia. Circa autem quod extra ens, & separabile. Hoc autem non necessarium, sed infinitum, dico autem quod secundum accidens. Talis autem inordinatae, & infinitae causae.*

Tam ens p accidens q ens ut verũ longe sunt à consideratione metaphysic. Lib. 6 text. com. 4 & inde

Ostendit, quòd ens per accidens, & ens, quod significat veritatem propositionis, praetermittendum est in ista scientia, dicens, quòd est quoddam ens {quod est ut vere ens, }id est quod significat veritatem propositionis, quae in compositione consistit, & est per accidens. Sed primum consistit in compositione intellectus, & est quaedam passio circa operationem animae. Vnde huiusmodi entis non quaeruntur principia in scientia, quae considerat de ente, quod est extra animam, & est separabile, ut supradictum est. Aliud autem, scilicet ens per accidens non est necessarium, sed indeterminatum, & ideo non habet causam ordinatam. Sed eius sunt infinitae causae & non habentes ordinem adinuicem. Et ideo de tali ente non considerat illa scientia. Deinde cum dicit.

BESS. *Ipsum vero alicuius gratia in eis est, quae à natura, aut à mente sunt. Fortuna vero est, cum aliquid horum secundum accidens fiat: quemadmodum enim & ens quoddam per se, quoddam secundum accidens est, ita et causa. Fortuna vero, secundum accidens causa est in eis, quae secundum electionem alicuius gratia sunt.*

Fortuna.

ANT. par. 4. *Quod autem gratia huius, in his, quae à natura fiunt, et à mente est. Fortuna autem est, quando aliquid horum fiat secundum accidens. Sicut enim, et ens est, hoc quidem secundum se, hoc autem secundum accidens, sic et causa. Fortuna autem causa per secundum accidens in factis, secundum electionem eorum, quae gratia huius.*

tex. com. 39 & inde Fortuna, quid

Colligit hoc quod dictum eſt de cauſa per accidẽs, ſcilicet de fortuna, in ſecundo Phyſicor. & dicit hic quatuor circa fortunam. Primo quid ſit. Et ad hoc inueſtigandum prætermittit, quòd {id quod eſt gratia huius,} id eſt aliquid eſſe propter finem, inuenitur & in his quæ ſunt ſecundum naturam, & in his quæ ſunt ab intellectu. Et hoc manifeſtum eſt in 2. Phyſicorum. Et adiungit quòd fortuna eſt in his quæ fiunt propter aliquid, ſed ſecundum accidens. Sicut enim inuenitur ens per ſe & ens per accidens, ita & cauſa per ſe, & cauſa per accidens. Sic igitur fortuna eſt cauſa per accidens {in his quæ fiunt gratia huius, } id eſt propter finem, non quidem à natura, ſed ſecundum electionẽ. Sicut ſi aliquis eligat fodere in agro vt plantet arborem, & inueniat theſaurum, hoc dicimus eſſe per accidens, quia eſt præter intentionem. Et hoc eſt à fortuna. Secundo ibi.

tex. com. 49 Lect. 4

BESS. *Quare circa idem, fortuna & mens: electio nanque abſque mente non eſt.*

ANT. part. 8 *Propter quod circa eadem fortuna & mens. Electio enim non ſine mente.*

Fortuna in quibus.

Oſtendit in quibus ſit fortuna, & dicit, quòd cum ſit electio non ſit niſi à mente vel intellectu, oportet, quòd circa eadem ſit fortuna & intellectus. Vnde in rebus carentibus ratione non eſt fortuna, ſicut plantæ, lapides, & bruta animalia. Neque etiam eſt in pueris qui carent vſu rationis. Tertio ibi.

BESS. *Cauſæ vero, quibus ea fiant, quæ à fortuna ſunt, indeterminatæ ſunt, quare humanæ cogitationi incertæ ſunt, & cauſa per accidẽs eſt: ſimpliciter vero nullius.*

ANT. par. 9. *Cauſæ autem infinitæ, à quibus vtique fiet quod à fortuna. Propter quod incerta humanæ cognitioni, & cauſa ſecundum accidens: ſimpliciter autem nullius.*

Fortuna incerta.

Oſtendit, quòd fortuna eſt incerta, dicens, q infinitæ ſunt cauſæ, à quibus aliquid poteſt fieri à fortuna, ſicut patet in exemplo poſito. Poteſt enim aliquis inuenire theſaurum fodiens in terra, vel ad plantandum, vel ad faciendum ſepulchrum, & propter infinita alia. Et quia omne infinitum eſt ignotum, ideo fortuna eſt incerta humanæ cognitioni. Et dicitur eſſe cauſa ſecundum accidens. Nullius autem eſt cauſa ſimpliciter & per ſe. Quarto ibi.

BESS. *Bona vero fortuna & mala dicitur, cum bonum aliquod, aut malum euenerit. Fors fortuna vero & infortunium circa magnitudines horum.*

ANT. par. 10. *Bona autem fortuna & mala, cum bonum, aut malum euenerit. Proſperitas autem & infortunium circa magnitudinem horum.*

Fortuna q bona queue mala ſit.

Oſtendit qualiter fortuna dicitur bona vel mala, & dicit quòd dicitur bona vel mala ex eo quòd bonũ & malum fortuitò euenit. Sed ſi ſit magnum bonum quod fortuito euenit, dicitur eufortunium. Si ſit magnum malum, dicitur infortunium. Quinto ibi.

BESS. *Cum autem nihil ſecundum accidens prius his ſit, quæ ſecundum ſe ſunt, nec igitur cauſa. Si itaque fortuna aut caſus cœli cauſa eſt, prior mens & natura cauſa erit.*

ANT. par. 11 *Quoniam autem ſecundum accidens nullum prius his, quæ ſecundum ſe, neque igitur cauſa. Si igitur fortuna aut caſus cauſa cœli eſt, prius intellectus cauſa & naturæ.*

Fortuna nõ eſt prima rerum cauſa.

Oſtendit quòd fortuna non eſt prima cauſa rerum. Nullum enim per accidens eſt prius his quæ ſunt ſecundum ſe. Vnde neque cauſa per accidens eſt prior ea quæ eſt per ſe. Et ſic ſi fortuna, & caſus quæ ſunt cauſæ per accidens, ſint cauſa cœli, oportet quòd per prius ſint cauſæ intellectus, & natura, quæ ſunt cauſæ per ſe.

LECTIO IX.

Ex quibuſdam ſuppoſitis motus definitionem in Phyſicis aſsignatam repetens eam clarius exponit, falſas illius definitiones elidens, qđ ſit motus ſubiectũ determinat.

BESS. Motus

EST autem hoc quidem actu ſolum, illud vero, potentia: hoc autem potentia & actu hoc quidem ens: illud vero quantum: hoc autem cæterorum aliquid. Non eſt autem motus præter res, mutatur enim ſemper ſecundum entis prædicationes, commune autem nihil in his, in vlla prædicatione, vnumquodque vero dupliciter omnibus ineſt, velut hoc: nam hoc vt forma, hoc vero, vt priuatio: ac ſecundũ qualitatem, hoc album, illud nigrum, ſecundum quantitatem hoc perfectum, illud imperfectum: eodem modo et ſecundum lationem: nam hoc ſurſum, illud deorſum, aut leue, aut graue. Quare motus & mutationis tot ſunt ſpecies quot entis.

ANT. par. 1. Cap. 8.

Eſt autem hoc quidem actu ſolum, hoc autem potentia, hoc autem potentia & actu, hoc quidem ens, hoc autem quantum, hoc autem reliquorum. Non eſt autem aliquid motus præter res, permutatur enim ſemper ſecũdum entis categorias. Commune autem in his nullum eſt, quod neque in vna categoria. Vnumquodque autem dupliciter exiſtit in omnibus, vt puta, quòd hoc, iſtud forma quidem ipſius, hoc autem priuatio. Et ſecundum quale, hoc quidem album, hoc autem nigrum. Et ſecundum quantum, hoc quidem perfectum, hoc autem imperfectum. Et ſecundum lationem, hoc quidem ſurſum, hoc autem deorſum, hoc eſt autem leue, hoc autem graue: Quare motus & permutationis tot ſpecies, quot entis.

Poſtquam determinat Philoſophus de ente per accidens, hic determinat de motu, & diuiditur in partes tres. In prima determinat de motu ſecundum ſe. In ſecũda de infinito quod eſt quædam paſsio motus & aliorum continuorum: ibi {Infinitum autem.} In tertia determinat de diuiſione motus in ſuas ſpecies: ibi {Prætermittatur autem.} Prima diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid ſit motus. In ſecunda oſtendit in quo ſit ibi {Et quòd eſt in mobili.} Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam quaſi neceſſaria ad diffiniendum motum. Secundo diſtinguit ipſum, ibi {Diuiſio autem &c.} Tertio probat diffinitionem bene eſſe aſsignatam, ibi {Quod autem bene.} Circa primum ponit quatuor, ex quibus concludit quintum, quorum primum eſt, quòd ens diuiditur per actum & potentiam. Et hoc eſt, quod dicit quòd entium quoddam eſt actu, ſicut primũ mouens, quod Deus eſt, quoddam potentia tantum, vt materia prima, quoddam potentia & actu, ſicut omnia intermedia. Vel eſſe actu tãtum dicit id, quod iam perfecte habet formam, puta quod perfecte iam eſt album. Eſt autem potentia tantum, quod nondum habet formam, puta, quòd nullo modo eſt album. Actu autem & potentia eſt, quòd & ſi nõdum perfecte habet formam, eſt tamen in moueri ad formam. Secundum eſt quòd ens diuiditur per decem prædicamenta, & hoc eſt quod dicit, quòd entium quoddam eſt per ſe, id eſt ſubſtantia, quoddam eſt quantum, quoddam quale, & ſic de alijs generibus. Tertium eſt quòd motus non habet aliquam aliam naturam ſeparatam à rebus alijs, ſed vnaquæque forma ſecundum quod eſt in fieri, eſt actus imperfectus qui dicitur motus. Hoc enim ipſum eſt moueri ad albedinem, quod eſt

Recolligit dicta in phyſicis de motu & mobili

albedi-

albedinem incipere actu fieri in subiecto. Sed non debet esse in actu perfecto. Et hoc est quod motus non est aliquid praeter res, omne enim quod mutatur, mutatur secundum praedicamenta entis. Et sicut non est aliquid commune decem praedicamentis quod sit genus eorum, ita non est aliquod genus commune omnium motuū. Et propter hoc motus non est aliquod unum praedicamentum distinctum ab alijs praedicamentis, sed sequitur alia praedicamenta. Quartum est quod in unoquoque genere inuenitur aliquid dupliciter, scilicet secundum perfectionem & imperfectionem, sicut in genere substantiae unum est ut forma, & aliud ut priuatio. Et in genere qualitatis hoc est, quod est perfectum ut album quod habet perfectum colorē, & hoc est ut nigrum, qđ est imperfectū in genere coloris. Et in quantitate unum est perfectum quod dicitur magnum, & aliud imperfectum quod dicitur paruum. Et in ubi in quo (est locatio,) idest motus localis, est sursum & deorsum, & graue & leue, secundum quod graue dicitur quod actu subsidet, & leue quod actu supereminet. Et horum unum est ut perfectum, & aliud ut imperfectum, ideo huius est, quia omnia genera diuiduntur per contrarias differentias Contrariorum autem semper alterum est ut perfectum, alterum ut imperfectum: Ex his quatuor concludit quintum, scilicet quod tot sunt species motus & permutationis, quot sunt species entis. Quod quidam non dicit eo quod in quolibet genere entis sit motus, sed quia sicut ens diuiditur per actum & potentiam, per substantiam & quātitatem, & huiusmodi & secundum perfectum & imperfectum, ita & motus. Et hoc sequitur ex eo quod dictum est, quod motus non est praeter res. Quomodo autem differant permutatio & motus, infra dicetur.

Tot sunt motus species quot, & entis, scilicet [illegible]

Deinde cum dicit.

BESS. *Cum autem unumquodque genus in actum & potentiam diuidatur, actus eius, quod potentia est prout tale est, dico esse motum.*

ANT. par. 2. *Diuiso autem secundum unumquodque genus, hoc quidem potentia, hoc autem actu, eius quod potentia in quantum tale, actum, dico motum.*

Diffinitio motus. Diffinit motum, & primo ponit diffinitionem ipsam, dicens, quod cum ens secundum unumquodque genus entis diuidatur per potentiam & actum, motus dicitur esse actus eius, quod est in potētia inquantum huiusmodi. Secundo ibi.

BESS. *Quod autem uera dicimus, hinc constat, cum enim aedificabile prout tale, ipsum dicimus esse actu quatenus aedificatur, & hoc est aedificatio, similiter eruditio, curatio, uolutatio, ambulatio, saltatio, senescentia, ac increscentia. Accidit autem moueri, cum actus ipse fuerit & neque prius, neque posterius. actus autem eius, quod est potentia, cū actu ens agat, non prout ipsum, sed pront mobile, motus est.*

ANT. par. 3. *Quod autem uerum dicimus, hinc palā. Cum enim aedificabile inquantum tale, ipsum dicimus esse actu inquantum aedificatur & est haec aedificatio. Similiter doctrinatio, ambulatio, curatio, saltatio, orbatio. Accidit autem moueri, cum fuerit actu eodem, & neque prius, neque posterius. Iam potentia entis eum actu ens operatur, non inquantum ipsum, sed inquantum mobile, motus est.*

Exponit unam partē diffinitionis motus. Exponit positam diffinitionem, & circa hoc duo facit. Primo exponit id, quod ponitur in diffinitione ex parte subiecti motus. Secundo id quod ponitur in diffinitione quasi genus motus, ibi. (Horum quidem enim est). Circa primum duo facit. Primo exponit hanc particulam eius quod est in potentia. Secundo hanc inquantum huiusmodi. ibi (Dico autem inquantum.) Dicit ergo primo, quòd ex hoc manifestum est verum esse motum esse hoc quod dictum est. Manifestum est enim quòd aedificabile significat aliquid existens in potentia. Et ista potentia significatur esse reducta in actum per hoc quod dicitur aedificari. Et iste actus vocatur aedificatio. Et similiter in omnibus alijs motibus, ut in ambulatione & alteratione & huiusmodi. Dicitur autem aliquid moueri, cum huiusmodi fit in actu, & huiusmodi fuerit in potentia, & non prius nec posterius. Cum ergo ita sit, sequitur, quod motus est alicuius existentis in potentia, cum sit reductum ad actum. Et hoc dico scilicet quòd sit reductum ad actum, inquantum est mobile. nam mobile dicitur aliquid per hoc, quòd est in potentia ad moueri, & sic reducitur huiusmodi potentia in actum quando mouetur actu. non autem habet reduci in actum per motum id, quod in potentia est (inquantum ipsum,) id est secundum id quod actu est, & secūdum seipsum. Nam hoc etiam est in actu antequam incipiat moueri. Neque etiam reducitur ad actum per motum, secundum quòd est in potentia ad terminum motus, quia dum mouetur adhuc remanet in potentia ad terminum motus. Sed solum per motum reducitur aliquid in actum, de illa potentia quae significatur cū dicitur aliquid esse mobile), idest potens moueri.

Deinde cum dicit.

BESS. *Dico autem prout, sic nam aes potentia est statua, nō tamen actus aeris prout aes motus est, non enim idem est aeri esse, & alicui potentiae. Quod si idem esset simpliciter, ac secundum rationem, esset profecto aeris actus, motus quidam. at non est idem quod, & in contrarijs patet, siquidem posse sanari, posseque aegrotare, non est idem. alioqui, & sanari & aegrotare idem foret. subiectum vero, quod sanabile, aut aegrotabile est, siue humor, siue sanguis, unum, idemque est. Cum non sit igitur idem: sicut nec color, ac visibile idem est: constat motum esse actum rei possibilis pront possibilis est.*

ANT. par. 4. *Dico autem inquantum sic. Est enim aes potentia statua, sed tamen non aeris actus inquantum aes est, motus est. non enim idem esse aeri, & potentia alicui. Quod si idem erat simpliciter & secundum rationem, erit utique aeris actus motus quidam: non est autem idem. Palam autem in contrarijs. Posse quidem enim sanari & posse laborare non idem: etenim sic sanari & laborare idem essent. Subiectum autem & sanum & languens, siue humiditas siue sanguis idem & unum, Quoniam autem non est idem, quemadmodum neque color idem & visibile, possibilis inquantum possibile, actus motus est.*

Exponit aliam partem diffinitionis motus. Exponit hanc particulam positam in diffinitione motus, scilicet inquantum huiusmodi, uel inquantum tale. Ad cuius expositionem dicit quod aes est in potentia ad statuam. Et sic idem est subiectum, & aes in potentia ad statuam. Tamen non est idem ratione. Sed alia est ratio aeris inquantum aes, & alia est ratio aeris inquantum habet aliquam potentiam. Et hoc est quod non est idem aeri esse, & alicui potentiae. Si enim esset idem simpliciter secundum rationem, tunc sicut motus est actus aeris inquantum est aes in potentia, ita esset actus aeris inquantum est aes. Sed non est idem secundum rationem aes, & potentia aeris. Et hoc manifestum est in potentia contrariorum, quia posse sanari & posse laborare, idest infirmari non est idem secundum rationem. Ratio enim potentiae sumitur ex actu. Vnde, si posse sanari & posse

sesa

ſe infirmari eſſet idem ſecundum rationem, ſequeretur, quod idem eſſet infirmari & ſanari, quod eſt impoſsibile. Sicut igitur non eſt eadem potentia ad utrũque contrariorum ſecundum rationem potentiæ, ſed eſt eadem ſubiecto, idem enim eſt ſubiectum quod poteſt eſſe ſanum & languens, ſiue illud ſubiectum ſit quicunque humorum in corpore animalis ſiue ſanguis, qui eſt naturalior & magis proprius uitæ, & animalium nutrimento, poſsit eſſe cauſa ſanitatis & ægritudinis. Quia ergo poſſe ſanari & poſſe infirmari non eſt idem ſecundum rationem, manifeſtum eſt quod neutrum horum eſt idem ſecundum rationem cum ſuo ſubiecto, quia quæ uni & eidem per ſe ſunt eadem, ſibijnuicem ſunt eadem per ſe. Quia ergo non eſt idem ſecundum rationem æs, & æs in potentia ad ſtatuam, ſicut neque color & uiſibile quod eſt potens uideri, ideo neceſſarium fuit quod in diffinitione motus, dicto quod eſt actus exiſtentis in potentia, adderetur inquantum huiuſmodi.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Quod igitur ipſe eſt, & quod tunc contingit moueri cum actus ipſe ſit, & quod nec ante nec poſt, manifeſtum eſt, nam contingit, unumquodque aliquando quidem operari, aliquando minime, uelut ædificabile, prout ædificabile & ędificabilis, prout ædificabilis, actus, ædificatio eſt, aut enim hoc, ædificatio in ędificabili actus, aut domus. at ubi domus ſit, non ultra ædificabile erit, ædificatio uero eius eſt, quod ædificabile eſt: neceſſe itaque, ædificationem actum eſſe, ædificatio uero, motus quidam eſt eademque in cęteris motibus ratio eſt.*

A N T. par. 5 *Quod quidem enim eſt hic, & quod accidit tunc moueri quando fuerit actu ſic, & nec prius nec poſterius palam. Contingit enim unumquodque aliquando quidem actu eſſe aliquando autem non, puta ædificabile, inquantum ædificabile, & ædificabilis actus, inquantum ædificabile, ædificatio eſt. Aut enim hæc domus eſt, aut ædificatio actus, ſed cum domus fuerit, non adhuc ędificabile erit. Aedificatur autem ædificabile. Neceſſe igitur ædificationem actum eſſe, ædificatio autem motus quidam. Eadem autem ratio & in alijs motibus.*

Exponit id qđ ponitur in diffinitione motus tã quã genus. Exponit id quod ponit in diffinitione motus tanquam genus, dicẽs manifeſtum eſſe quod hoc ſit motus, quia dico motus tunc eſt, quia tunc accidit moueri (quando hic,) id eſt actus exiſtentis in potentia fuerit actu, & neque prius neque poſterius. Manifeſtum eſt enim quod unumquodque mobilium contingit aliquando eſſe, actu, aliquando non. Sicut ædificabile inquantum ædificabile quandoque eſt in potentia, & quandoque eſt in actu. Dicit autem quod ædificabile inquantum ædificabile, quia materia domus eſt ad duo in potentia, ſcilicet ad formam domus & ad hoc quod ædificetur. Et quod ad utrunque contingit eſſe, quandoque in potentia quandoque in actu. Sed potentia quæ eſt in materia domus ad hoc quod ædificetur, ſignificatur in hoc quod dicitur ædificabile. Tunc ergo ædificabile inquantum ædificabile fit actu, quando ædificatur. Et ſic ædificatio eſt, actus ædificabilis, inquantum ædificabile. Quod ſic probat, quia materia domus non eſt in potentia niſi ad duos actus, ſcilicet ad ædificationem domus & ad formam. Aedificabile autem ſignificat quandam potentiam in materia domus exiſtentem. Oportet igitur cum omni potentiæ reſpondeat aliquis actus, quod potentiæ ſignificatæ per hoc quod dico ædificabile, reſpondeat alter duorum actuum, ſcilicet uel forma domus, uel ædificatio. Sed non eſt actus ædificabilis inquantum ædificabile forma domus, quia adueniente forma domus non eſt adhuc ædificabile, ſed eſt iam ædificatum. Sed ædificabile eſt actu, quando ædificatur actu. Neceſſe eſt igitur quod ædificare ſit actus ædificabilis. Aedificare autem eſt quidam motus, & ſic motus eſt actus ędificabilis. Et eadem ratio eſt de omnibus alijs motibus. Vnde manifeſtum eſt quod motus eſt actus exiſtentis in potentia.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Quod uero hæc ſint rectę dicta, ex his quoque conſtat, quæ alij de ipſo referunt, tum ex eo, quod non facile eſt ipſum aliter definire, nec enim licebit cuiquam in alio genere eum collocare.*

A N T. par. 6. *Quod autem benedictum eſt, palam eſt quibus alij dicunt de ipſo, & ex eo quod non facile eſt aliter ipſum diffinire. Neque enim in alio poterit aliquis genere ponere ipſum.*

Probat diffinitionẽ prędictã in generali. Probat diffinitionem poſitam eſſe bene aſsignatam, & primo ponit probationem in generali dicens quod manifeſtum eſt motum eſſe diffinitum, ex his quæ alij dixerunt de motu diffinientes ipſum. Et iterum ex eo, quod non poteſt de facili aliter diffiniri. Non enim poteſt poni in alio genere niſi in genere actus. Secundo ibi.

B E S S. *Et patet ex his etiam, quæ alij protulerunt, quidam enim alteritatem, inæqualitatem, & ipſum non ens.*

A N T. par. 7 *Palam autem ex quibus dicunt. Hi quidem alteritatem & inæqualitatem & non ens.*

Quod dixerint alij eſſe motum. Ponit ea quæ alij dixerunt de motu, dicens quod quidam dixerunt motum eſſe alteritatem, & quidam inæqualitatem, & quidam non ens. Forte ideo quia illud quod mouetur recedit ab eo quod prius erat & dum mouetur ſemper alio & alio modo ſe habet, & magis appropinquat ad terminum.

Tertio ibi.

B E S S. *Quorum nullum neceſſe eſt moueri. at neque mutatio hæc, neque ex his potius quam ex oppoſitis eſt.*

A N T. par. 8 *Quorum nullum neceſſe moueri. Sed nec permutatio, neque in hoc, neque ex his magis quam oppoſitis.*

Reprobat aliorum dcã. Oſtendit prædictas diffinitiones non eſſe conuenientes. Neque enim conueniunt motui ex parte ſubiecti, quod mouetur. Si enim motus eſſet non ens, uel inæqualitas, uel alteritas, ſequeretur quod omne non ens, uel alterum, uel inæquale moueretur, ſed nullum horum neceſſe eſt moueri, non eſt igitur motus quod dictum eſt. Idem etiam apparet ex parte terminorum motus, qui ſunt terminus à quo, & terminus ad quem. Non enim magis eſt motus ad nõ ens uel inæqualitatem, uel alteritatem, quam ad oppoſita horum, neque magis eſt motus ex his, quam ex oppoſitis. Contingit enim moueri ex non ente ad ens, & econuerſo, & de alteritate ad ſimilitudinem, & æqualitatem, & conuerſo. Quarto ibi.

B E S S. *Cauſa uero propter quam in his motum ſtatuerunt, ea eſt quod indefinito quiddam uidetur eſſe motus, alterius uerum coordinationis principia, utpote priuatiua, indefinita ſunt. Nam nec quod quid, nec tale, nec aliorum prædicamentorum ullum, ipſorum eſt.*

A N T. par. 9 *Cauſa autem inchoſtendi, quia infinitum aliquid uidetur eſſe motus. Alterius coelementationis autem principia quia priuatiua ſunt indeterminata. Neque enim hoc, neque tale nullum ipſorum, neque reliquorum, prędicamentorum.*

Ponit motũ antiquorum. Oſtendit quare prædicto modo diffinierunt motum, dicens quod iſta eſt cauſa quare poſuerunt motum in prædicta quaſi genera, quia motus uidetur eſſe aliquid indeterminatum, & illa ſunt indeterminata quæ ſunt priuatiua. Et ideo motum poſuerunt quaſi priuationem quandam. Et ſciendum quod,

Lectio. 5.

ſicut

sicut in primo huius dictum est, Pythagorici posuerunt duos ordines, in quorum vno quem dicebant ordinem bonorum, posuerunt illa quæ videbātur perfectionem habere, sicut lucem, dextrum, masculum, quietem, & huiusmodi. In alio autem ordine quem sub malo constituebant, posuerunt tenebras, sinistrū, fœminam, motum, & huiusmodi. Et omnia huiusmodi dicebant esse indeterminata & priuatiua, quia nullum istorum videbātur significare § neque hoc§ id est substantiam, §neque tale,§ id est qualitatem, neq; aliquod aliud prædicamentorum. Quinto ibi.

B E S S. *Quod vero motus indefinitus esse videatur, ea est causa, quod neque inter ea, quæ sunt potentia entia, nec quæ secundum actum, ponere ipsum est: nec enim quod potest quantum esse, moueri necessarium est: nec actu quantum. At motus, actus quidam esse videtur, quanquam imperfectus, causa vero est, quod imperfectum est possibile, cuius actus est: quamobrem difficile ipsum comprehendere, quidnam sit: nam aut in priuationem necessario reponetur: aut in potentiam, aut in actum simplicem: horum autem nullum, videtur contingere posse: superest igitur quod dictum est esse, & actum, & non actum, qui dictus est: qui etsi difficilis cognitu sit, tamen contingit esse.*

A N T. par. 10 *Cur autem videatur indeterminatus, causa, quia nec in potentia entium, neque in actum est ponere ipsum. Neque enim possibile quantum esse, mouetur ex necessitate, neque quod actu quantum, motusque actus quidem videtur aliquis, imperfectus autem. Causa autem, quia imperfectum quod possibile, cuius est actus. Et propter hoc difficile ipsum sumere quid est. Aut enim in priuationem necesse est poni, aut in potentiam, aut in actum simplicem. Horum autem nullum videtur contingens. Quare relinquitur, quod dictum est esse & actum, & non actū dictum, videre quidem difficile, contingentem autem esse.*

Causa quare motus inter indeterminata ponatur. Dicit causam, quare motus inter indeterminata ponatur, & dicit, quòd causa huius est, quia motus neq; poterat poni in genere potētiæ, neq; in genere actus, si enim esset in genere potētiæ, sequeretur ꝙ quicquid est in potentia ad aliquid, puta ad esse quantum, moueretur ad illam quantitatem, sed hoc non est necessarium, quia etiam antequàm incipiat aliquid moueri ad quantitatem, est in potentia ad quantitatem illam. Neque etiam mouetur quādo iam actu est quantum secundum illam quantitatem, ad quam erat in potentia, sed tunc iā terminatus est motus. Sed oportet, quòd motus sit actus quidam, vt supra probatum est: sed est actus imperfectus. Et huius causa est, quia illud cuius est actus, est imperfectum, & hoc est ens possibile siue ens potētia, si enim esset actus perfectus, tolleret totam potentiam, quæ est in materia ad aliquod determinatum. Vnde actus perfecti non sunt, actus existentis in potentia, sed existentis in actu. Motus autem ita est existentis in potentia, quòd non tollit ab eo potentiam. Quamdiu enim est motus, remanet potentia in mobili ad id quod intendit per motum, sed solum potentia quæ erat ad moueri tollitur per motum, & tamen non totaliter, quia id quod mouetur, adhuc in potentia est ad moueri, quia oē quod mouetur, mouebitur, propter diuisionem motus continui, vt probatur in Sexto Physicorum. Vnde relinquitur, ꝙ motus est actus existentis in potentia, & sic est actus imperfectus & imperfecti. Et propter hoc difficile est accipere quid sit motus. Videtur enim ꝙ aut necesse sit ponere motum in genere priuationis, sicut patet ex præmissis diffinitionibus. Aut in genere potentiæ. Aut in genere actus simplicis & perfecti.

Lect. 9 — tex. com. 33

Quorum nullum contingit esse motum. Vnde relinquitur ꝙ motus sit id quod dictum est, scilicet actus, & quòd non dicatur actus perfectus. Quod quidem difficile est videre, sed tamen contingens est esse, quia hoc posito nullum sequitur inconueniens. Quidam autem diffinierunt, dicentes, quòd motus est exitus de potentia in actum, non subito. Sed errauerūt, quia necesse est ꝙ in diffinitione exitus ponatur motus, cum sit species motus. Et similiter in diffinitione eius quod est subito, ponitur tempus, & in diffinitione temporis motus. Deinde cum dicit.

B E S S. *Simul & illud perspicuum est, motum esse in moto: actus enim eius est à motiuo.*

A N T. par. 11 *Et quod est motus in mobili palam. Actus est enim huius à motiuo.*

Motus est subiectiue in mobili. Ostendit in quo sit motus, & primo ostendit ꝙ in mobili, quia omnis actus est in eo cuius est actus. Sed motus est actus mobilis à mouente causatus. Vnde relinquitur quod sit in mobili. Et quod sit actus mobilis, ex superioribus patet. Secundo ibi.

B E S S. *Neque alius est, motiui actus, oportet enim vtriusque actum esse.*

A N T. par. 12 *Et motiui actus non alius est. Oportet quidem enim esse actum amborum.*

Motus est actus motiui & mobilis. Ostendit qualiter se habeat motus ad mouens, & proponit duo, scilicet quòd motus est actus motiui, & quòd non est alius motus qui est actus motiui, & qui est mobilis, oportet enim motus esse actus amborum. Tertio ibi.

B E S S. *Nam motiuum est, eo quod possit, mouens vero, eo quod operetur.*

A N T. par. 13. *Et motiuum quidem enim est in posse, mouens autem in operari.*

Probat motū esse actū motiui. Primum eorum duorum probat, scilicet quod motus sit motiui actus. Illud enim actus est alicuius, quo fit actu. Sed motiuum dicitur ex eo quòd est potens mouere, mouens autem in operari, id est in eo quod est esse actu, & ita cum mouens dicatur propter motum, motus erit actus motiui. Quarto ibi.

B E S S. *Verum actiuum est ipsius mobilis: eodem itaque modo vnus vtriusque actus.*

A N T. *Sed est actiuum mobilis. Quare similiter vnus amborum actus.*

par. 14 Probat ꝙ idem motus sit actū motiui & mobilis. Probat secundum propositorum, s. quòd vnus motus sit actus motiui & mobilis, hoc modo. Dictum est enim quòd motus est actus motiui inquantum facit motum. Est autem mobilis inquantum fit in eo motus, sed motiuum facit illum motum qui est in mobili & non alium. Et hoc quod est dicit quod mouens est actiuum mobilis. Vnde relinquitur ꝙ vnus motus sit actus & mouentis & mobilis. Quinto ibi.

B E S S. *Quemadmodum eadem distantia ad duo vnius, & ad vnum duorum, ascensus quoque, ac descensus: at esse, non est vnum, ita etiam in mouente, & in moto.*

A N T. par. 15 *Quemadmodum eadem distātia vnius ad duo, et duorum ad vnum, & ascendentis, & descendentis, sed esse non vnum. Similiter autem & in mouente & in moto.*

Manifestat hoc per exempla & dicit, ꝙ vna est distantia duorum ad vnum, & vnius ad duo, Sed differt ratione. Propter quod diuersimode significatur. s. per duplum & dimidium. Similiter vna est via ad ascēdendum & descendendum, sed differt ratione. Et propter hoc dicuntur hi ascendentes, & isti descendentes. Et ita est de mouente & moto. Nam vnus motus secundum substantiam est actus vtriusque, sed differt

differt ratione. Est enim actus mouentis vt à quo, mobilis autem vt in quo, & nó actus mobilis vt à quo neque mouentis vt in quo. Et ideo actus mouentis dicitur actio, mobilis vero passio. Sed si actio & passio sunt idem secundum substantiam, videtur q; non sint diuersa prædicamenta. Sed sciendum quòd prædicamenta diuersificatur secundum diuersos modos prædicandi. Vnde idem secundum quòd diuersimode de diuersis prædicatur, ad diuersa prædicamenta pertinet. Locus enim secundum quòd prædicatur de locante, pertinet ad genus quantitatis. Secundum autem quod prædicatur denominatiue de locato, constituit prædicamentum vbi. Similiter motus secundum quòd prædicatur de subiecto in quo est, constituit prædicamentum passionis. Secundum autem quòn prædicatur de eo à quo est, constituit prædicamentum actionis.

Hinc habes expresse nõ omnia prædicamenta esse adinuicem realiter distincta

LECTIO X.

Diffiniuit infinitum in modos, deinde varijs rationib. non posse esse actu infinitum neque separatum, neque insensibilibus probat, sed sicubi illud sit, in potentia intelligitur esse.

B E S S. Quid sit infinitũ. Vide cõtradictionem Zimaræ sup istoc.

INfinitum vero est, aut quod impossibile est pertransire, eo quod nõ sit aptum permeari, quemadmodum vox inuisibilis, aut quod transitum habet inconsummabilem, aut quod vix, aut quod natura aptum est habere, nequaquam tamen transitum, aut finem habet.

A N T. Cap 9 par. 1.

Infinitum autem aut quod impossibile pertransire eo quòd non sit natum pertransiri, quemadmodum vox inuisibilis, aut pertransitionem habens imperfectam, aut quod vix, aut quod natum est habere & non habet pertransitionem aut terminum.

Tractat de infinito

Postquam Philosophus determinauit de motu, hic determinat de infinito, quod est passio motus & cuiuslibet quãti vniuersalis, & circa hoc tria facit. Primo distinguit quot modis dicitur infinitum. Secundo ostendit q; non est infinitum actu. ibi § Separabile quidem. § Tertio quomodo infinitum inuenitur in diuersis, ibi. § Infinitum autem. § Circa primum duo facit, Primo ostendit quot modis dicitur infinitum in actu. Secundo quot modis dicitur infinitum in potentia: ibi. § Adhuc autem appositione. § Circa primũ considerandum est, q; omne finitum diuidendo pertransitur. Vnde infinitum proprie est, quod mensurando pertransiri non potest. Tot ergo modis dicitur infinitum, quot modis dicitur intransibile. Vtrunque autem dicitur quatuor modis: quorum Primus est secundum quod infinitum siue intransibile dicitur quod non potest transiri mensurando, eo quòd non est natum secundum suum genus pertransire, sicut dicimus punctum, aut vnitatem, aut aliquid quod non est quantum & mésurabile, esse infinitum seu intransibile, per quem modum vox dicitur inuisibilis, quia non est de genere visibilium. Secundo modo dicitur infinitum vel intransibile quod nondum est pertransitum, licet inceptum sit: hoc enim est quod dicit (habens transitionem imperfectam.) Tertius modus est secundum q; dicitur infinitum vel intransibile quod vix transitur. Vt si dicamus profunditatem maris infinitam, vel altitudinem cœli, vel aliquam viam longam immensurabilem seu intransibilem seu infinitam, quia excedit vires mensurantis, licet in se sit transibilis. Quartus modus est secundum quòd dicitur infinitum illud quod natum est habere transitionem aut terminum secundum suum genus, sed non habet. Puta si sit linea aliqua interminata. Et hoc est vere & proprie infinitum.

Lect. pñ. par. 3
Lect. pñ. par. vlima
Lect. pñ. part. 2

Infinitum quadrupliciter

Secundo ibi.

Item secundum appositionem, aut ablationem, aut ambo.

B E S S.

A N T. par. 2.

Adhuc appositione, aut ablatione, aut vtroque.

Infinitum in potentia tripliciter

Ostendit quod modis dicitur infinitum in potentia, & dicit quòd dicitur infinitum vno modo de appositione sicut numerus. Semper enim cuilibet numero dato est apponere vnitatem, & sic numerus est augmentabilis in infinitum. Alius modus secundum quòd infinitum dicitur ablatione & diuisione, secundum quòd magnitudo dicitur diuisibilis in infinitũ. Tertius modus contingit vtrinque sicut tempus dicitur infinitum, & diuisione, quia continuum est, & appositione, quia numerus est. Et similiter etiam in motu infinitum est. Deinde cum dicit.

B E S S.

Separatum sane ipsum quicquam esse impossibile est: nam si nec magnitudo est, nec multitudo est, sed infinitum substantia eius est, & non accidens, indiuisibile erit, siquidem diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo est: quod si est indiuisibile, non est infinitum, nisi quemadmodum vox inuisibilis est: verum nec sic aiũt, nec nos sic quærimus, sed tanquam impermeabile.

Infinitũ in diuisibile

A N T. par. 3

Separabile quidem itaque ipsum aliquid ens, sensibile autem non possibile esse. Si enim nec magnitudo est nec multitudo, substantia autem ipsum infinitum et nõ accidens, indiuisibile erit, Quod enim diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo: si autem indiuisibile, non infinitum, nisi sicut vox inuisibilis. Sed non sic dicunt, neque nos quærimus, sed tanquam impertransibile.

A N T. Cap. 3.

Ostendit, q; non sit infinitum in actu, circa quod sciendum est, quod Platonici posuerunt infinitum separatum à sensibilibus, & posuerunt ipsum esse principium. Naturales autem Philosophi posuerunt infinitum in rebus sensibilibus, non ita quòd ipsum infinitum esset substantia, sed quòd esset accidens alicui corpori sensibili. Primo ergo ostendit quòd non est infinitum separatum. Secundo quod non est infinitum actu in sensibilibus. ibi § Quod autem in sensibilibus. § Circa primum ponit tres rationes, quarum prima est, quòd si ipsum infinitum est quædam substantia per se existens, & non accidés alicui subiecto, oportet quòd ipsum infinitum sit absque magnitudine & multitudine, quia magnitudo & numerus sunt subiectum infiniti. Si autem est sine magnitudine & multitudine, oportet quòd sit indiuisibile, quia omne diuisibile, aut est magnitudo, aut multitudo. Si autem est indiuisibile non est infinitum nisi primo modo, sicut vox dicitur inuisibilis, quo modo non inquirimus nos nunc, nec ipse, sed de infinito intransibili secundum quartum modum. Ergo de primo ad vltimum si infinitũ sit substantia separata per se existens, non erit vere infinitum. Et sic ista positio destruit seipsam. Secundam rationem ponit ibi.

Tribus rõibus probat non dari infinitũ extra sensibilia

B E S S.

Præterea, quonam modo continget esse per seipsum infinitum, si nec numerus, nec magnitudo sit, quorum infinitum passio est?

A N T. par. 4. Secunda rõ tex. com. 31 & inde

Adhuc quomodo contingit per se esse infinitum, si non & numerus & magnitudo, quorum passio infinitũ?

Quæ talis est, Infinitum est passio numeri & magnitudinis: sed numerus & magnitudo non sunt per se existentia separata, vt in primo ostensum est, & infra ostendetur: ergo multo minus infinitum separatum est. Tertiam rationem ponit ibi.

B E S S.

Præterea, si secundum accidẽs, non esset sane rerum elementum prout infinitũ est, sicuti nec inuisibile locutionis, tametsi vox inuisibilis est. Quod aũt infinitũ nõ põt esse actu, patet, erit nãq; quæque pars eius infinita, qua

acci-

accipitur: nam infinito esse, atque infinitum, idem siquidem infinitum substantia, & non de subiecto sit: aut igitur indiuisibile, aut per infinita diuisibile, si partibile est: verũ multa infinita, idem esse impossibile est: quemadmodum enim aeris aer pars, ita & infinitum infiniti, si substantia, & principium sit: impartibile igitur, & indiuisibile est: verum hoc impossibile, actu esse ens infinitum, necessarium enim quantum esse, secundum accidens igitur existit: at hoc modo dictum est, non posse principium esse, verum id potius, cui accidit, numerum, vel par esse, sed hæc fortasse inquisitio, vniuersalis est.

A N T. par. 5

Adhuc sic secundum accidens, non vtique elementum entium, inquantum infinitum, quemadmodum neq; inuisibile loquelle, quamuis vox inuisibilis. Et quod nõ est actu esse infinitum, palam: erit enim quæcunque ipsius infinita pars accepta, infinito enim esse, et infinitum idem, si quidem substantia infinitum & non de subiecto quare aut indiuisibile, aut in infinita diuisibile si partibile. Multa autem esse idem impossibile infinita. Quemadmodum enim pars, aer aeris, sic infinitum infiniti si est substantia & principium impartibile igitur & indiuisibile. Sed impossibile actu esse infinitum. Quantum enim necesse esse. Secundum accidens, igitur existit. Sed sic dictum est quod non contingit ipsum esse principium, sed illud cui accidit aerem aut parem. Hæc quidem igitur inquisitio vniuersalis.

Tertia ratio ad idem.

Quæ talis est. Si infinitum ponitur separatum à sensibilibus, aut ponitur vt substantia per se existens, aut vt accidens inhærens alicui subiecto separato, puta magnitudini, aut numero quæ sunt separata secundum Platonicos. Si autem ponatur esse accidens tunc ipsum infinitum, nõ erit principium entium inquantum hoc est infinitum, sed magis subiectum infiniti. Sicut principium locutionis non dicitur inuisibile, sed vox, quamuis vox sit sic inuisibilis. Si autem infinitum sit substantia, & non prædicetur de aliquo subiecto, etiam manifestũ est quòd non potest esse actu infinitum. Aut enim est diuisibile, aut indiuisibile. Si autem est diuisibile, & infinitum hoc ipsum quod est infinitum est substantia; oportet quòd quælibet pars eius accepta sit infinita, quia idem est infinito esse & infinitum, si {infinitum est substantia,} id est si infinitum prædicat propriam rationem eius quod est infinitum. Vnde sicut quælibet pars aquæ est aqua, & quælibet pars aeris est aer, ita quælibet pars infiniti est infinita, si infinitum est substantia diuisibilis. Quare oportet dicere, ꝙ aut sit indiuisibile infinitum, aut sit diuisibile in multa infinita. Sed hoc est impossibile, ꝙ multa infinita constituant vnum infinitum, quia infinitum non est maius infinito, omne autem totum maius est sua parte. Relinquitur igitur, quòd infinitum sit indiuisibile. Sed impossibile est quòd id quod est indiuisibile sit actu infinitum, quia infinitum oportet esse quantum. Relinquitur igitur quòd non sit substantia, sed accidens. Sed si est accidens, non est principium ipsum infinitum, sed illud cui accidit, vt dictum est, siue sit aer, vt quidam naturales posuerũt, siue sit par, vt posuerunt Pythagorici. Relinquitur igitur quòd infinitum nõ possit esse substantia simul, & principium entium. Et vltimo concludit quòd hęc inquisitio est vniuersalis excedens naturalium considerationem. Deinde cum dicit.

B E S S.

Quòd vero in sensibilibus non est, hinc constat: nam si est corporis ratio, hoc, esse superficie definitum, nõ sane fuerit infinitũ corpus, nec intelligibile, nec sensibile.

A N T. par. 6.

Quòd autem in sensibilibus non est, hinc palam. Si. n. corporis ratio superficiebus determinatur, non erit vtique infinitũ corpus, neque sensibile, neque intellectuale.

Probat infinitum actu non esse in sensibilibus. Primoque non corpus.

Probat quòd infinitũ actu non sit in sensibilibus, & primo probat hoc per rationes probabiles. Secundo per rationes naturales, ibi. {Naturaliter autem.} Dicit ergo primo, quòd manifestum est quòd infinitum actu non est in sensibilibus. Et ostendit duo. Dicit ergo primo, quòd in sensibilibus non est corpus infinitum. De ratione enim corporis est, quòd sit superficie determinatum. Sed nullum corpus determinatum superficie est infinitum, ergo nullum corpus est infinitum, {neque sensibile,} id est naturale, (neq; intellectuale,) id est mathematicum. Secundo ibi.

B E S S.

Cæterum nec numerus ita est, tanquam separatus, atque infinitus, quippe cum numerus, aut quod habeat numerum, numerabile sit.

A N T. par. 7

Neque numerus vt separatus & infinitus. Numerabile enim numerus, aut habens numerum.

Secundo ꝙ nõ numerus

Dicit quòd in sensibilibus non est numerus infinitus hoc modo. Omnis numerus & omne habens numerum est numerale. Sed nullum numerale est infinitum, quia numerale est pertransibile numerando: ergo nullus numerus est infinitus. Hæ autem rationes non sunt naturales, quia non sumuntur ex principijs corporis naturalis, sed ex quibusdam principijs communibus & probabilibus, nõ ex necessarijs: quia qui poneret corpus infinitum, non poneret ipsum terminari superficie. Hoc enim est de ratione corporis finiti. Et qui poneret multitudinem infinitorum, non poneret eam numerum, quia numerus est multitudo mensurata per vnum, vt in Decimo habitum est. Nullum autem mensuratum infinitum est.

Duæ istæ rationes non necessario, sed probabiliter propositum inferunt.

tex. com. 21

Deinde cum dicit.

B E S S.

Quod si physice potius contemplemur, ex his patet, neque enim compositum, neque simplex poterit esse, compositum nanque non erit corpus, si finita quidem sunt multitudine elementa: oportet nanque contraria æquari: nec esse vnum eorum infinitum: nam etsi quantumuis inferior sit alterius corporis virtus, corrumpetur finitum ab infinito: nec possibile est vnumquodque esse infinitum, si corpus quidem est, quod vndecunque habet dimensionem, infinitum vero, quod infinite distat: quare infinitum corpus vndecunque infinitum erit.

A N T. par. 8

Naturaliter autem ex his palam, nec enim compositum possibile esse, nec simplex. Compositum quidem enim non erit corpus, si finita sunt elementa multitudine: oportet enim æquari contraria, & etiam non esse vnum ipsorum infinitum. Si enim cuicunque deficit alterius corporis virtus, corrũpetur ab infinito finitum. Vnumquodque autem impossibile infinitum esse, corpus enim est quod omnino habet distẽsionem, infinitum autem infinite distat. Quare infinitum corpus omnino erit infinitum.

Probat idem quod supra rationib. naturalibus

Ostendit quòd non sit infinitum in actu in sensibilibus per rationes naturales, & primo ex parte actiui, & passiui. Secundo ex parte loci & locati. ibi. (Adhuc sensibile.) Actiuum autem & passiuum, locus & locatum sunt proprietates corporis naturalis, inquantum huiusmodi. Et ideo dicit, ꝙ istæ rationes sunt naturales. Dicit ergo Primo, quòd si corpus aliquod sensibile est infinitũ, aut erit corpus simplex, aut erit corpus compositum, siue mixtum. Et primo ostendit, ꝙ corpus compositum non possit esse infinitum, supposito quod corpora simplicia, quę sunt elementa corporum compositorum, sunt finita multitudine. Quod ita probat, quia oportebit quòd vel omnia sint infinita in quantitate, aut ꝙ vnum sit infinitum, alia finita. Aliter enim non posset componi corpus infinitum ex elementis multitudine finitis. Non autem potest esse quod vnum eorum sit infinitum & alia finita, quia in

Nullũ mixtum posse esse infinitũ probat

corpore mixto oportebit aliqualiter adæquari contraria ad hoc,quod corpus mixtum conseruetur.Aliter enim unum eorum quod esset excedens,corrumperet alia.Si autem unum sit infinitum,& alia finita, non est æqualitas,cum non sit proportio infiniti ad finitum. Vnde corpus mixtum non poterit consistere,sed infinitum corrumpet alia. Sed quia posset aliquis dicere, quod corpus quod est finitum quantitate est potentius uirtute,& ita sit æqualitas, puta si quis dicat quod in corpore mixto sit aer infinitus & ignis finitus,ideo subiungit, quod quamuis uirtus unius corporis quod ponitur infinitum, deficiat à uirtute alterius cuiuscunque, quod ponitur finitum, nihilominus finitum corrumperetur ab infinito. Corporis enim finiti necesse est esse uirtutem finitam,& ignis finitus habebit uirtutē finitam. Si ergo abscindatur ab aere infinito, aer æqualis igni habebit minorem uirtutem,quam habeat totus aer infinitus, proportionatam tamen uirtuti ignis.Sit ergo uirtus ignis cē tupla uirtuti aeris.Si ergo accipiamus centuplum de aere infinito,habebit æqualem uirtutem cum igne, & ita totus aer infinitus habebit maiorem uirtutem infinitam quam ignis,& corrumpet ipsum. Non est ergo possibile quod in corpore mixto sit unum elementum infinitū,& alia finita.Similiter non est possibile quod omnia sint infinita, quia corpus est quod distenditur in omnem dimensionem. Infinitum autem est quod habet dimensionem infinitam. Vnde oportet quod corpus infinitum habeat ex omni parte dimensionem infinitam,duo autem corpora non possunt esse simul.Sic ergo duo infinita non possunt coniungi in unum. Secundo ibi.

B E S S. *Nec uero unum & simplex,contingit infinitum esse corpus, nec (ut quidam aiunt) præter elementa, unde hæc generant: tale nanque corpus præter elementa,non est,nam cuncta ex quibus sunt,in ea etiam resoluuntur hoc uero non uidetur, præter simplicia sic corpora. Neque ignis, neque aliud ullum elementorum, etenim absque eo, quod aliquod horum infinitum, impossibile est,uniuersum,& finitum sit,aut esse, aut fieri aliquod eorum unum, ut Heraclitus dicit, omnia quandoque ignem fieri. Eadem ratio,& de uno est,quod faciunt præter elementa Physici, omne enim ex contrario in contrarium,uelut ex calido in frigidum transit.*

A N T. Par.8. *Neque unum aut simplex contingit infinitum esse corpus. Neque ut dicunt quidam præter elementa ex quo generant hoc, non enim est tale corpus præter elementa. Omne enim ex quo est, dissoluitur in hoc. Non uidetur autem hoc circa simplicia corpora nec ignis, nec aliquid aliud elementorum ullum. Sine enim eo quod est infinitum esse aliquod ipsorum,impossibile omne quod sit finitū, aut esse,aut fieri unum aliquod ipsorum. Quemadmodum Heraclitus ait, fieri aliquando ignem:eadem autem ratio & in uno, quod faciunt præter elementa Physici. Omne enim permutatur ex contrario,puta ex calido in frigidum.*

Nullū corp⁹ simplex posse esse infinitū p̄bat.

Ostendit, quod non potest esse aliquod corpus simplex infinitum. Non enim est possibile, quod sit corpus simplex præter elementa,ex quo omnia generātur,sicut quidam posuerunt uaporem, quia unum quodque resoluitur in ea,ex quib. cōponitur: in nullis autem uidemus resolui corpora mixta nisi in quatuor elementa, non est ergo aliquod corpus simplex præter quatuor elementa.Sed neque ignis, neque aliquod aliud elementorum potest esse infinitum, quia impossibile esset aliquod elementorum esse, præter id,quod esset infinitū, quia illud repelleret totum undique.Et etiam si esset aliquod finitum, oporteret quod conuerteretur in illud infinitum, propter excessum ipsius uirtutis,sicut Heraclitus manifeste posuit quod aliquando omnia sint conuertenda in elementum ignis,propter nimium excessum uirtutis eius.Et eadem ergo ratio est de uno corpore simplici, quod quidem faciunt naturales præter ipsa elementa. Oportet enim quod habeat quandā contrariam repugnantiam in ordine ad alia elementa,cum permutatio fiat ex illo uno solo corpore ad alia.Omnis autem rerum permutatio fit ex contrario in contrarium.Cum igitur unum contrariorum corrumpat alterum, sequitur quod si illud corpus quod ponitur præter elemēta sit infinitum,quod corrumpat alia. Præmittit autem hic Philosophus de corpore cœlesti,quod est p̄ter ipsa quatuor elemēta,non tamen habet aliquam contrarietatem siue repugnantiam ad ea,nec constituuntur ex eo naturaliter corpora.Non enim natura lis Philosophi ponentes corpus infinitum actu, peruenerunt in notitiam huius quintæ essentiæ uel naturæ.Sed tamen in libro de Cælo Aristotel. probat etiā de corpore cæli quod circulariter mouetur,quod nō sit infinitum actu. Deinde cum dicit.

Oia tandē conuertenda in ignem posuit Heraclitus.

B E S S. *Item corpus sensibile,alicubi est, idemque partis ac totius locus,uelut terræ.*

A N T. par.9. *Adhuc sensibile corpus alicubi,& idem locus totius & partis,puta terræ.*

Ostendit quod non est corpus sensibile infinitū rationibus acceptis ex parte ipsius loci & locati,& ponit tres.Circa quarum primam præmittit duo necessaria.Quorum primum est,quod omne corpus sensibile est in loco.Et dicit,notāter sensibile ad differentiā corporis mathematici, cui non attribuitur locus, & tactus nisi per similitudinem. Aliud est quod idem est locus naturalis totius & partis,scilicet in quo naturaliter quiescit,& ad quod, scilicet naturaliter mouetur.Sicut patet de terra & parte terræ. Vtriusque enim locus natus est deorsum.His autem duobus positis proponit rationem,ibi.

Omne corpus sensibile est in loco secus de mathematico Idem est locus naturalis totius & partis.

B E S S. *Quare si uniforme sit,aut immobile erit,aut semper pelletur,hæc uero,impossibile est,quid enim deorsum potius quam sursum,aut usquam? uelut si gleba sit,quo mouebitur,aut ubi manebit? locus enim congenei corporis illius,infinitus est,continebit igitur totū locū. At quomodo? Quæ igitur mansio, motusque eius? An ubique manebit? Non mouebitur ergo. An ubique mouebitur? Non ergo stabit.*

A N T. par.10 *Quare siquidem eiusdem speciei,immobilis erit, aut semper feretur,hoc autem impossibile,quid.n.magis deorsum,quam sursum,aut ubicunque? Puta si gleba fuerit,ubi hæc mouebitur,aut manebit? Locus enim ipsius connaturalis corporis infinitus. Obtinebit igitur totum locū,quō? Et quæ igitur māsio & motus? si ubiq; manet, nō mouebitur. Si autē ubique mouebit,nō igitur stabit.*

Et est ratio talis.Si ponatur corpus sensibile infinitum aut est totum unius speciei, sicut corpora similium partium, sicut aer & terra & sanguis & huiusmodi. Aut erit diuersarum specierum in partibus. Si autē est eiusdem speciei quantum ad omnes partes,sequetur,quod aut totū erit immobile & semper quiescens aut totum sēper mouebitur.Quorū utrunque est impossibile & repugnans sensui.Sed qd oporteat alterū sequi,ostēdit cum dicit.[Quid enim magis deorsū?] Iam enim suppositum est quod idē est locus naturalis totius & partis.Manifestū est etiā quod unūquodq; corpus,cū est in loco suo naturali quiescit. Cū aūt est extra naturalē locum suū,naturaliter mouetur ad ipsum.Si igitur totus locus in quo est corpus similiū partium infinitum,est ei naturalis, oportet quod sit naturalis cuilibet parti, & ita ipsum totū & quælibet pars

Probat corpus nō esse infinitū ex parte loci & locati quatuor modis.

Probat non posse dari infinitū corpus homogeneum

pars quiescit. Si uero non est ei naturalis, ergo & totũ & pars erunt extra proprium locũ. Et ita totum, & quælibet pars eius mouebitur semper. Non enim po test dici quod aliqua pars loci sit naturalis toti & par tibus eius, & aliqua pars innaturalis, quia si corpus es set infinitum, & omne corpus esset in loco, oportet φ locus etiam sit infinitus. In loco autem infinito non potest inueniri ratio diuisionis, quare aliquid eius sit naturalis locus corporis, & aliud non naturalis, quia oportet esse aliquam determinatam proportionem, & distantiã loci naturalis ad non naturalem, quod in loco infinito non potest inueniri. Hoc est ergo quod dicit, quod non magis mouebitur corpus infinitum aut pars eius, deorsum quam sursum, uel uersusquam cunque aliam partem, quia in loco infinito non potest sumi aliqua determinata proportio harum partium. Et ponit exemplum, ut si ponamus terram esse infinitam non erit assignare rationem, quare magis moueatur uel quiescat hic quam ibi, quia totus locus infinitus est connaturalis similiter ipsius corporis infiniti, quod est in loco.

Vnde si aliqua pars loci est connaturalis glebæ, & similiter alia pars, & si una non est connaturalis, nec alia. Si igitur corpus infinitum sit in loco, obtinebit totum locum infinitum. Et quomodo poterit simul esse quies & motus? Quia si ubique quiescit, non mouebitur, aut si mouebitur ubique, sequitur quod nihil quiescit.

Deinde cum dicit.

B A S S. *Quod si uniuersum dissimile sit, loca quoque dissimilia erunt. ac primum quidem non unum uniuersi corpus, nisi tactu, deinde aut finita species erunt: hæc, aut infinita specie: finita quidem impossibile: nã quædam infinita erũt quædam minime, si totum infinitum sit, uelut ignis aut aqua, at hoc erit contrarius corruptio, quod si infinita ac simplicia loca quoque infinita erunt. Quod si est impossibile, locaque finita sint, totum item necessario finitum erit.*

A N T. par. 13. *Si autem dissimile totum dissimilia & loca. Et primum quidem non unum corpus omnis, nisi tactu. Dein de autem finita hæc erunt, aut infinita specie, finita quidem igitur non possibile. Erunt enim hæc quidem infinita, hæc autem non, si omne infinitum, puta ignis, aut aqua. Corruptio autem quod tale contrarijs. Si autem infinita, & simplicia, & loca infinita, & erunt infinita elementa, si autem hoc impossibile, et loca finita et omne necesse est finitum esse.*

Probat non posse dari infinitum corpus heterogeneum. Prosequitur Philosophus alteram partem disiunctiue, scilicet si totum non est similium partium, dicens, quod primo sequitur, quod (corpus omnis,) id est totius, si sit partium dissimilium specie, non sit unum nisi in tangendo, sicut acervus lapidũ est unus. Quæ autem sunt diuersarum specierum non possunt esse continua, sicut ignis, & aer & aqua. Et hoc non esse unum simpliciter. Item si istud totum constat ex dissimilibus partibus specie, aut essent infinita specie sta, scilicet quod sint infinitæ species diuersæ, partes totius aut essent finita specie, ita, scilicet quod diuersitas specierum quæ est in partibus aliquo certo numero concludatur. Sed quod impossibile sit esse finita elementa secundum speciem, patet ex eo quod in præcedenti ratione est positum. Non enim esset possibile ex partibus numero finitis constitui totum infinitum nisi uel omnes partes essent infinitæ quantitate, quod est impossibile, cũ corpus infinitum oporteat ad quamlibet partem infinitum esse, uel saltem quod aliqua pars uel aliquæ partes infinitatẽ habeãt. Sequitur igitur quod si totum est infinitum & partes specie diuersæ infinitæ numero, quod quædam earum sint infinitæ in quantitate, & quædam finitæ, puta si poneretur quod aqua esset infinita, & ignis finitus. Sed hoc ponere inducit corruptionem in contrarijs, quia id, quod est infinitum, corrumpet alia, ut supra ostensum est, non est igitur possibile, quod sint finita numero. Sed si sunt infinitæ secundum speciẽ primæ partes uniuersi, quas oportet ponere partes simplices sequitur quod loca erunt infinita, & quod elementa erunt infinita. Quorum vtrunque est impossibile. Cum enim unumquodque corpus simplex habeat locum sibi connaturalem diuersum à loco corporis alterius secundum speciem, si sint infinita corpora simplicia secundum speciem diuersa, sequetur quod etiam sint infinita loca diuersa speciẽ. Quod patet esse falsum. Nam species locorum sunt sub aliquo numero determinato, quæ sunt sursum & deorsum, & huiusmodi. Elementa etiam esse infinita impossibile est, quia sic sequeretur quod essẽt ignota, & eis ignotis omnia ignorarentur. Si ergo impossibile est elementa esse infinita, necesse est quod loca sint finita, & per consequens quod totum sit finitum.

Deinde cum dicit.

B B. S S. *Et omnino impossibile infinitum esse corpus, & locum corporib. si omne quidem corpus sensibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem, aut enim ad medium, aut sursum mouebitur, uerum impossibile infinitum, aut totum, aut medium, aut quodcunque passum esse, quo .n. modo diuides, aut quo pacto infiniti, hoc quidem sursum fuerit, hoc uero deorsum, aut extremum, aut medium.*

A N T. par. 14. *Totaliter autem impossibile infinitum esse corpus, & locum corporibus, si omne corpus sensibile aut grauitatem, aut leuitatem habet. Aut enim ad mediũ, aut ad sursum fertur. Impossibile autem infinitum, aut omne aut dimidium quodcunque istorum passum esse. Quo modo enim diuides? Aut quomodo infiniti erit hoc quidem deorsum, hoc autem sursum, aut extremum, aut medium?*

Secunda rõ ad principale propositum. Secundam rationem ponit, dicens, quod, cum omne corpus sensibile habeat locum, impossibile est, φ aliquod corpus sensibile sit infinitum, hac positione facta, quod omne corpus sensibile habeat grauitatẽ, quod quidem uerum erat secundum opinionem antiquorum naturalium ponentium corpus infinitum actu, sed ipse opinatur quod sit aliquod corpus sensibile, non habens grauitatem neque leuitatem, scilicet corpus celeste, ut probauit in libro de Cæ. & Mundo. Et ideo hoc induxit sub conditione quasi ab aduersarijs concessum, sed non simpliciter uerum. Si ergo omne corpus sensibile est graue uel leue, & est aliquod corpus sensibile infinitum, oportet, quod sit graue uel leue, & per consequens quod feratur sursũ uel ad medium. Diffinitur enim leue quod fertur sursum, & graue quod fertur ad medium. Sed hoc est impossibile inuenire in infinito, neque in toto, neque in parte. Non enim inuenitur medium in aliquo corpore nisi proportione habita ad extrema in diuidendo totum. Infinitum uero non potest diuidi secundum aliquam proportionem. Vnde non potest ibi inueniri sursum, & deorsum, nec extremum, & medium. Cõsiderandum autem quod hæc ratio ualet etiam si ponatur corpus tertium, quod neque est graue neque leue. Tale enim corpus naturaliter mouetur circa medium, quod non potest in corpore infinito inueniri.

tex. c. 19.

Rõ est efficax etiam absolute.

Deinde cum dicit.

B B S S. *Omne item corpus sensibile in loco loci uero species, sex in corpore uero infinito, hæ esse non possunt.*

A N T. par. 14 Tertia ratio ad idem.

Adhuc omne sensibile corpus in loco. Loci autem species sex. Impossibile autem in infinito corpore hoc esse.

Hic Philosophus ponit tertiam rationem, quæ talis est. Omne corpus sensibile est in loco, Sed loci species sunt sex, scilicet sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante, & retro. Quæ quidem impossibile est attribui corpori infinito, cum sint quædam extrema, distantiarum, & sic corpori infinito impossibile est attribuere locum. Non est igitur aliquod corpus sensibile infinitum. Non autem dicit quod sint sex species loci, asserere intendens quod ista loca distinguantur in elementis, quia motus eorum non distinguũt nisi sursum & deorsum, sed quia sicut ab infinito corpore remouentur sursum & deorsum, ita omnes aliæ differentiæ loci. Quartam rationem ponit ibi.

B E S S.

Et si impossibile est locum infinitum esse, corpus quoque impossibile est. quod enim in loco est, id alicubi est: hoc vero, aut sursum, aut deorsum, aut aliquid cæterorum significat, quorum vnumquodque terminus quidam est.

A N T. par. 15.

Totaliter autem si impossibile locum infinitum esse, & corpus impossibile. Quod enim in loco, alicubi est. Hoc autem significat aut deorsum, aut sursum, aut reliquorum aliquod. Horum autem vnumquodque terminus aliquis.

Quarta rõ ad idem. De quo p̃dicatur cõmune prædicatur, & aliquid sub commune contectum. Infinitum repugnat cuilibet speciei loci.

Quæ talis est. Omne corpus sensibile est in loco, Sed impossibile est esse locum infinitum, ergo impossibile est esse corpus infinitum. Quomodo autem impossibile sit locum esse infinitum, ex hoc probatur. De quocunque enim prædicatur commune aliquod oportet prædicari aliquod eorum quæ sunt sub illo communi, sicut quod est animal, oportebit quod sit in aliqua specie animalis. Et quod est homo. oportet quod sit aliquis homo. Et similiter quod est in infinito loco oportet quod (sit alicubi,) idest in aliquo loco. Esse autem in aliquo loco, est esse uel sursum uel deorsum, uel secundum aliquam aliam speciem, quarum nullã possibile est esse infinitã, quia unumquodque horum est terminus alicujus distantiæ, ergo impossibile est esse locum infinitum & similiter corpus Deinde cum dicit.

B E S S.

Infinitum vero non idem in magnitudine, motu, & tẽpore, tanquã vna quædam natura, sed ipsum posterius secundum prius dicitur, velut motus, secundum magnitudinem, super quam fit motus aut alteratio, aut augmentatio. tempus vero, propter motum.

A N T. par. 16.

Infinitum autem non idem in magnitudine, & motu & tempore, vt vna quædam natura. Sed quod, posterius, dicitur secundum prius, puta motu secundum magnitudinem in qua mouetur, aut alteratur, aut augetur. Tempus autem propter motum.

Ostendit quomõ infinitum in potentia diuersimode inuenitur in tẽpore, motu, & magnitudine.

Ostendit quomodo infinitum in potentia in diuersis inueniatur, & dicit quod inuenitur in magnitudine & motu & tempore, & non uniuoce prædicatur de eis, sed per prius & posterius. Et semper quod est in eis posterius dicitur infinitum, secundum quod id quod est prius est infinitum, sicut motus secundũ magnitudinem, in quam aliquid mouetur localiter, aut augetur, aut alteratur. Et tempus dicitur infinitũ secundum motum, quod sic intelligendum est. Infinitum.n. diuisione, attribuit cõtinuo, qđ primo attribuitur magnitudini, ex qua motus habet cõtinuitatẽ Quod manifestum est in motus locali qa ptes in motu locali accipiuntur ſm partes magnitudinis. Et similiter manifestum est in motu augumenti, quia secundum additionem magnitudinis, augmentum attenditur. Sed in alteratione non est ita manifestũ. Sed tamen etiam ibi aliqualiter uerum est, quia qualitas secundum quam fit alteratio, per accidens diuiditur ad diuisionem magnitudinis. Et iterum intensio & remissio qualitatis attenditur secundum quod subiectum in magnitudine existens aliquo modo uel perfectiori uel minus perfectiori uel minus perfecto participat qualitatem. Ad continuitatem autem motus, est & tempus continuum. Nam tempus secundũ se cum sit numerus, non habet continuitatem, sed solum in subiecto. Sicut decem mensuræ panni continuæ sunt, eo quod pannus quoddam continuũ est. Eodem igitur ordine oportet, quod infinitum de istis tribus dicatur sicut & continuum.

L E C T I O XI.

Ex parte tam mouentis quam mobilis distinguit motum in per se & per accidens, motum item per se in eum qui est inter contraria, & eum, qui est inter terminos contradictionis, generationem uidelicet, & corruptionem, quos à uera motus ratione prorsus excludit.

B E S S. Mutatio. Mouens.

Permutatur vero, quod permutatur, hoc quidẽ secundum accidens, veluti cum dicimus, musicum ambulare. illud vero, eo quod eius quippiam mutetur, simpliciter dicitur mutari. vt quæ secundum partem dicuntur. sanatur nanque corpus, quoniam oculus. est præterea, quod per se primum mouetur, & hoc est per se mobile.

A N T. Cap. 10. par. 1

Permutatur autem quòd permutatur, hoc quidem secundum accidens, vt musicum ambulare: hoc autem, eo quòd huius aliquid permutatur, simpliciter dicitur permutari, puta quæ secundum partes: sanatur enim corpus, quia oculus. Est autem aliquid et quod ipsum primum mouetur, et hoc est per se mobile.

Tractatus de diuisione motus.

Postquam Philosophus ostendit quid est motus, & determinauit de infinito quod est passio quædam motus, hic determinat de partibus motus, & diuiditur in duas partes. In prima diuidit motum in suas partes. In secunda manifestat concomitantia motum & partes eius, ibi [Simul secundum totum,] Prima diuiditur in partes tres secundum tres diuisiones motus quarum tamen una sub altera accipitur, utpote diuidens aliquod membrum præcedentis diuisionis Circa primum duo facit. Primo diuidit motum ex parte mobilis. Secundo ex parte mouentis, ibi (Est autem aliquid.) Dicit ergo primo quod tribus modis aliquid permutatur. Vno modo permutatur aliquid per accidens tantum, quando, scilicet aliquid dicitur permutari ex quo illud in quo est, permutatur, siue sit in eo ut accidens in subiecto, sicut musicum dicimus ambulare, siue sit forma substantialis in materia ut anima in moto corpore, siue quæcunque pars moto toto siue etiam contentum moto continente, ut nauta mota naui. Secundo modo dicitur aliquid permutari simpliciter eo quod aliquid eius mutatur, sicut ea quæ mouentur secundum partem. Sicut corpus hominis dicitur sanari, quia sanatur oculus. Et hoc quidem est per se moueri, sed non primo modo. Tertio modo dicitur aliquid moueri primo, & per se, sicut si aliquod totum moueatur secundum totũ, ut si lapis deorsum feratur. Deinde cum dicit.

Tribus modis aliquid pmutatur. s. per accidens, per se non primo, per se primo.

B E S S.

Est item de mouente quoque eodẽ mõ. mouet nanque quoddam per accidens, quoddam secundum partem, quoddam per se.

A N T. par. 2.

Est autem aliquid & in mouente eodem modo. Mouet enim secundum accidens, hoc quidem secundum partem, hoc autem per se.

Ponit

Ponit eandem diuisionem ex parte mouentis. Dicitur enim mouens tripliciter. Vno modo mouens secundum accidens, sicut musicus ædificat. Alio modo secundum partem, sicut homo manu vulnerat & percutit. Tertio modo per se, sicut ignis calefacit, & medicus sanat.

Et mouere similiter, cõtingit tripliciter,

Deinde cum dicit.

B E S S. *Est rursus aliquid: quod primo mouet, & est aliquid quod mouetur. Item tempus, in quo, ac preterea, ex quodemum, & ad quod. species vere, passionesque, ac locus, ad quæ mouentur mota, ea immota sunt. veluti scientia & calor. est vero motus, non caliditas, sed calefactio.*

A N T. par. 3. *Est autem aliquid mouens primũ, est autem aliquid, quod mouetur. Adhuc in quo tempore, & ex quo, & in quod. Species autem, & passiones, & locus, in quo mouentur mota, quæ mobilia sunt: puta scientia, & caliditas. Est autem non caliditas motus, sed calefactio.*

Ponit secundam diuisionem motus, seu mutationis, & circa hoc tria facit. Primo præmittit quædam quæ sunt necessaria ad diuisionem motus accipienda. Secundo diuidit motionem. ibi. (Quæ autem nõ secundum accidens. } Tertio manifestat diuisionem mutationis, ibi. {Quæ quidem igitur nõ ex subiecto. } Dicit ergo primo, quòd in qualibet mutatione inueniuntur quinque. Est enim in omni mutatione aliquid quod est primum mouens. Secundo est aliquid quod mouetur. Tertio est tempus in quo fit mutatio, quia omnis motus est in tempore. Quarto est terminus ex quo incipit motus. Quinto est terminus in quẽ motus tendit. Non autem diuiditur motus siue mutatio in suas species, secundum mouens, neque secundum id quod mouetur, neque secũdum tempus: quia ista sunt communia omni mutationi. Sed diuiditur secundum terminos ex quo, & in quem est motus. Et ideo duo vltimo posita manifestat, dicens, {Species}.i. formæ (& passiones} .i. qualitates (& locus} sunt termini motuum, quia in ea mouentur ea quæ mobilia sunt. Et dicit species, propter generationem & corruptionem. Passiones, propter alterationes. Et locum, propter loci mutationem. Et exemplificat de passionib. per scientiam & caliditatem. Sed quia quibusdam videbatur quòd caliditas esset idem quod alteratio, & sic sequeretur quòd caliditas esset motus, & non terminus motus, ideo dicit quòd caliditas nõ est motus, sed calefactio.

In qualibet mutatione inueniũtur quinque.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Mutatio autem non per accidens, haud quaquam in omnibus est, sed in contrarijs ac medijs, atque etiam in contradictione, cuius rei fides in inductione est. Mutatur autem quod mutatur, aut ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum. aio autem subiectum, quod affirmatione explanatur. Quare necesse est tres mutationes esse, illa enim quæ ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, nec enim contraria, neque contradictio est, quia neque oppositio.*

Subiectum.

A N T. par. 4 *Quæ autem non secundum accidens permutatio non in omnibus existit, sed in contrarijs, & in intermedijs, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione. Permutatur autem quod permutatur, aut ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum. Dico autem subiectum, quod affirmatione monstratur, quare necesse est tres esse permutationes. Quæ enim ex non subiecto in non subiectum, non est permutatio. Neque enim contraria, neque contradictio est, quia non oppositio est.*

Prætermissis duabus partibus primæ diuisionis, accipit tertiam, & eam subdiuidit secundum terminos, scilicet mutationem, quæ non est per accidens, neque secundum partem: dicens, quod permutatio, quæ non est secũdum accidens, non existit inter quoscunque terminos, sed oportet, quod termini eius sint uel contraria, sicut est mutatio de albo in nigrum, vel intermedia, sicut mutatio de nigro in rubeum, & de rubeo in pallidum.

Subdiuidit tertium mẽbrum primæ diuisionis.

Ista diuisio sumitur penes terminos motus.

Aut est mutatio inter contradictoria, sicut de albo in non album, aut econuerso. Tacet autem de priuatiue oppositis, quia media sunt inter contradictoria & cõtraria, & sub eis intelliguntur. Et quòd solum inter prædictos terminos fiat permutatio, ostendit per inductionem. Quatuor enim modis possunt variari termini mutationis. aut ita, quod vterque sit affirmatiuus, vt si aliquid dicatur mutari ex albo in nigrum. & hoc est quod dicit, ex subiecto in subiectum, aut ita, quod vterque sit negatiuus, ut si aliquid dicatur mutari de non albo in non nigrum, & hoc est quod dicitur, ex non subiecto in non subiectum, aut ita quod terminus a quo sit affirmatiuus, & terminus ad quẽ sit negatiuus, vt si dicatur mutari de albo in non album, & hoc est quod dicit, ex subiecto in non subiectum, aut ita, quod terminus a quo sit negatiuus, & terminus ad quem affirmatiuus, vt si dicatur aliquid mutari de non albo in album, & hoc est quod dicit, ex non subiecto in subiectum. Exponit autem quod dixerat subiectum, scilicet id quod affirmatiue significatur. Harum autem quatuor combinationum, vna est inutilis. Non enim est aliqua permutatio de non subiecto in non subiectum. Duæ enim negationes, sicut non album, & nõ nigrum, neque sunt contraria, neque contradictoria, quia non sunt oppositæ. Possunt enim verificari de eodem. Multa enim sunt, quę neque alba neque nigra sunt. Vnde cum mutatio sit inter opposita, vt in Primo Physicorum probatum est, relinquitur quòd de non subiecto in non subiectum, non sit permutatio. Et sic est necesse solũ tres esse permutationes, s. duas secundum contradictionem, & unam secundum contrarietatem.

Tres tãtum sunt species mutationis

tex. c. 47. Lect. 13.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Mutatio igitur ex non subiecto in subiectum, secundum contradictionem, generatio est, quæ quidem simpliciter, simplex, quæ uero cuiusdem, quadã, aut quæ de subiecto in non subiectum, corruptio, quæ simpliciter, simplex, quæ cuiusdam, quædam.*

A N T. par. 5. *Quæ quidem igitur non ex subiecto in subiectum secundum contradictionem, generatio. Quæ quidem simpliciter, simplex, quæ autem alicuius, quædam. Quæ autem ex subiecto in non subiectum, corruptio.*

Manifestat quid sint prædictæ tres mutationes, & circa hoc tria facit. Primo ostendit quod duæ earum sunt generatio, & corruptio. Secundo ostendit quòd neutra earum est motus, ibi. Si itaque non ens.) Tertio concludit quæ mutatio dicatur motus, ibi. {Quoniam autem omnis motus & cæt. } Dicit ergo primo, quod trium prædictarum mutationum illa quæ est de non subiecto in subiectum, existens, inter contradictorios terminos, uocatur generatio. Sed hoc contingit dupliciter, quia aut est mutatio de non ente simpliciter, in ens simpliciter, & tunc est generatio simpliciter. Et hoc quando mutabile subiectum mutatur secundum substantiam. Aut est de non ente in ens non simpliciter, sed secundum quid, sicut de eo quod non est album, in album, & hæc est generatio quædam, & secundum qd. Illa uero mutatio, quæ est de subiecto in non subie-

Corruptio duplex.

ctum dicitur corruptio. Et similiter in hac distinguitur simpliciter & secundum quid, sicut in generatione. Deinde cum dicit.

B E S S.

Si itaque non ens multifariam dicitur, & nec quod secundum compositionem, aut diuisionem dicitur moueri contingit, nec item quod secundum potentiam, quod oppositum est ei quidem, quod simpliciter est (non albũ enim aut bonum, contingit nihilominus secundum accidens moueri, esse nanque homo potest, non album) quod uero simpliciter non hoc, id nequaquam, nam impossibile est, non ens moueri, si igitur hoc & generationem motum ..., ... enim non ens, nam etsi maxime secundum accidens ..., attamen uerum est dicere de eo quod simpliciter fit, quod est non ens. Eodem modo igitur, & quiescere. Hæc itaque omnia accidunt absurda, si quicquid mouetur, in loco est, nõ ens vero in loco nõ est: esset enim usquam. Nec corruptio igitur motus, siquidem motui motus aut quies contrariorum est, corruptio uero generationi est contraria.

A N T. par. 6.

Si itaque ens non dicitur multipliciter, & nec quod secundum compositionem, aut diuisionem contingit moueri, nec quod secundum potentiam, quod simpliciter enti oppositum. Quod enim non album, aut non bonum tantum, contingit moueri secundum accidens. erit enim vtique homo, quod non album. Quod autem simpliciter non hoc, nequaquam, impossibile enim non ens moueri. Si autem hoc, & generationem motum esse: generatur enim non ens. Si enim & quàm maxime secundum accidens generatur, sed tamen verum dicere, quod existit non ens, de generato simpliciter. Similiter autem & quiescere. Hæc itaque accidunt difficilia. Et si omne quod mouetur, in loco, non ens autem non est in loco: erit enim vtique alicubi. Neque itaque corruptio motus, cõtrarium enim motui motus, aut quies: corruptio autem generationi.

Neque generatio proprie motus est neque corruptio.

Ostendit Philosophus quod neutra harum mutationum est motus, & primo ostendit hoc de generatione. Secundo de corruptione, ibi. (Neque itaque curruptio motus.) Dicit ergo primo quod non ens dicitur multipliciter sicut & ens. Vno enim modo dicitur quod est secundum compositionem & diuisionem propositionis. Et hoc cum sit in rebus, sed in mente non potest moueri. Alio modo dicitur ens secundum potentiam & actum. Et id quod est actu, est simpliciter ens. Quod autem est secundum potentiam tantum, est non ens. Dicit ergo quod neque contingit moueri hoc non ens, quod quidem est secundum potentiam ens, sed non ens actu quod est quasi oppositum enti in actu simpliciter. Sed quare dixerat quod est oppositum enti simpliciter, manifestat, cum subdit. [Quod enim non album.] Ens enim in potentia quod opponitur enti in actu, quod non est ens simpliciter, contingit moueri, quia quod non est non album in actu, aut non bonum in actu, contingit moueri, sed tamen secundum accidens Non enim ipsum non album mouetur, sed subiectum in quo est hæc priuatio quod est ens actu. Quod enim est non album, potest esse homo. Sed quod est non ens in actu simpliciter, idest secundum substantiam, nequaquam contingit moueri: si inquam hæc omnia uera sunt, impossibile est non ens moueri. Et si hoc uerũ est, impossibile est generationẽ esse motum quia nõ ens generatur. Est enim generatio, ut dictum est de non ente in ens. Vnde si generatio simpliciter esset motus, sequeretur quod non ens simpliciter moueretur. Sed huic processui posset aliquis obuiare dicens, quod non ens non generatur nisi per accidens, per se enim generatur id quod est (subiectum generationis,) idest ens in potentia. Non ens autem significat priuationem in materia. Vnde non generatur nisi per accidens. Sed hanc obuiationem excludit, ibi. (Si enim, & quàm maxime.) Dicens, quod licet ens non generetur nisi secundum accidens, tamen de eo quod generatur simpliciter, uerum est dicere, quod est non ens. Et de quocunque est hoc uerum dicere, impossibile est id moueri, ergo subiectum mutationis impossibile est moueri. Et similiter impossibile est ipsum quiescere, quia non mouetur neque quiescit. Hæc enim inconuenientia accidunt, si quis ponit generationem esse motum. Ad ostendendum autem quod non ens non mouetur, subiungit quod omne quod mouetur, est in loco, quia motus localis est prior motuum. Non ens autem simpliciter, non est in loco, quia alicubi esset non ens. Igitur non potest moueri, & sic generatio non est motus. Et ex hoc ulterius ostendit quod neque corruptio est motus, ibi. (Neque itaque corruptio.) Quia motui non contrariatur nisi motus uel quies. Sed corruptioni contrariatur generatio. Si ergo corruptio sit motus, oportet quod generatio sit uel motus uel quies. Quod non potest esse, ut ostensum est. Deinde cum dicit.

Nõ ens nõ potest esse in loco, & consequenter nec moueri localiter, ergo nec simpliciter motus.

B E S S.

At cum omnis motus, mutatio quædam sit, mutationes vero tres, quæ dictæ sunt, harum vero, quæ secundum generationem & corruptionem minimè sit motus (sunt autem illæ secundum contradictionem) necesse ex subiecto in subiectum mutationem solam, motum esse. subiecta vero, aut contraria, aut media, nam & priuatio contrarium esse ponatur, quandoquidem & affirmatio declaratur, veluti, nudum, cæcum, & nigrum,

A N T. par. 7.

Quoniam autem omnis motus permutatio quædam. permutationes autem tres dictæ, harum autem quæ secundum generationem & corruptionem non motus, hæ autem quæ secundum contradictionem, necesse est eam quæ ex subiecto in subiectum mutationem esse solam. Subiecta autem contraria aut intermedia: etenim priuatio ponitur contrarium. Monstratur autem affirmatione, puta nudum & edentulum & nigrum.

Quæ mutatio sit propriè motus text.c.13.

Ostendit quæ mutatio dicatur motus, dicens quod omnis motus est aliqua permutatio, permutationes autem sunt solum tres, quarum duæ quæ sunt secundum contradictionem, scilicet generatio & corruptio non sunt motus. Relinquitur ergo quod sola mutatio, scilicet de subiecto in subiectum sit motus. Et cum subiecta, ista inter quæ est motus, oporteat esse opposita, necesse est quod sint contraria uel intermedia, quia priuatio licet affirmatiua monstretur, sicut nudum, edentulum, & nigrum, tamen ad contrarium reducitur, quia priuatio est prima contrarietas, ut in decimo ostensum est. Dicit autem nigrum esse priuationem non simpliciter, sed inquantum defectiue participat generis naturam.

text.c.15.

L E C T I O XII.

Motum in tribus tantum generibus inueniri concludit, uidelicet in Quanto, Augmentum & Diminutio, in Quali, Alteratio, in Vbi Loci mutatio, quot denique modis dicatur immobile exponit.

B E S S.

Si igitur prædicamenta, substantia, qualitate, loco facere, pati, ad aliquid & quantitate diuiduntur, tres esse motus necesse est, qualis, quanti, & loci.

A N T par. 1

Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid, & quantitate: necesse tres esse motus, qualis, quanti, & loci.

Postquam diuisit transmutationes in generationem

nem & corruptionem & motum, hic subdiuidit alterum membrum diuisionis, scilicet motum, secundum genera in quibus potest esse motus, & circa hoc duo facit. Primo ostendit in quibus generibus possit esse motus. Secundo ostendit quot modis dicitur immobile, ibi. (Immobile autem quanto.) Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi. {Secundum substantiam autem.} Tertio concludit principalem intentionem, ibi. {Quoniam autem neque.) Dicit ergo primo, quod cum prædicamenta diuidantur per substantiam, qualitatem, & huiusmodi & in alijs generibus non possit esse motus, erunt igitur tria genera entis in quibus potest esse motus quæ sunt qualitas, quantitas, & ubi, loco cuius ponit locum, quia nihil aliud significat esse ubi, nisi esse in loco, & moueri secundum locum, nihil est aliud quam moueri secundum ubi. Non enim motus secundum locum attribuit subiecto loco, in quo est locus, sed ei quod est in loco. Attendendum est autem quod prætermittere uidetur tria genera, scilicet quando, situm & habere. Cum enim. (Quando significet esse in tempore,) tempus autem sit numerus motus, eiusdem rationis est non esse motum in genere quando, & non esse motum in genere actionis & passionis, quæ significant aliqualiter ipsum motum. Positio uero non addit supra Vbi, nisi ordinem partium determinatũ, quæ nihil aliud est quam determinata relatio partiũ adinuicem. Habitus etiam importat habitudinem indumenti ad indutum. Et sic eiusdem rationis uidetur esse quod non sit motus in situ, & habere, & quod non sit in ad aliquid.

Tria sunt genera entia in quibus tantummodo inuenitur motus proprie dictus.

DEFENSIO XXVI.

Cur Aristoteles inter prædicamenta non annumerauit situm, habitum & quando &c. sex principia.

HOc in loco Ant. andr. impugnat quandam rationem quam S. Th. inducit, cur uidelicet Aristot. inter genera ad quæ non est motus prætermisit connumerare hæc tria, s. quando, situm, & habitum. Dicit ergo sic Ant. andr. Notandum quod Philosophus uidetur prætermisisse tria prædicamenta, s. quando, situm, & habitum, de quibus non est locutus, vtrum in eis sit motus vel non quare uidetur insufficienter dixisse. Dicitur à quodam expositore. (Hunc Mauritius in margine vocat Thom.) quòd quando, significat esse in tempore. Tempus autem est numerus motus, & ideo eiusdem rationis est non esse motum in quando, & non esse motum in actione & passione, quæ significant aliqualiter ipsum motum. Nam actio & passio sumpta pro re acta, est idẽ realiter quod motus. Positio autem uel situs non addit supra, vbi, nisi ordinem partium adinuicem. Habitus etiam importat determinatam habitudinem indumenti ad indutum, & sic uidetur eiusdem rationis quòd non sit motus in situ, & habitu, & quòd non sit motus in ad aliquid. Sed ista expositio uidetur deficere, tum primo quia licet quando, significet esse in tempore, & tempus sit numerus motus, qui est idem quod actio, non sequitur quòd si in actione nõ sit motus, ergo nec in quando, quia quando, est aliquid distinctum realiter à tempore, sicut respectus ab absoluto, & est in alio prædicamento. Tempus etiam est distinctum ab istis motibus inferioribus quos mensurat. Non ergo valet, in vno distinctorum non est motus realiter, ergo nec in alio. Tum secundo quia uidetur improprie loqui de positione, quæ est prædicamentum, & non distinguere inter positionem quæ est differentia quantitatis, & quæ est prædicamentum, de qua nunc quærimus quæ dicit ordinem partium in loco, cuius oppositum iste dicit. Nõ etiam valet similitudo ad ubi, quia reducitur contra ipsum. Nam si in vbi est motus, ergo & in situ sine positione, cui secundum te non addat supra ubi, nisi determinatum ordinem partium. Tum tertio, quia non videtur valere quòd quia in ad aliquid nõ est motus, ergo nec in situ, nec in habitu, nisi plus addatur, cum sint prædicamenta realiter distincta. Aliter ergo potest dici & breuiter, quòd cum illa tria genera, de quibus quæritur, sint formaliter quidam respectus, licet non sint de genere relationis, tamen intelliguntur per relationem de genere relationis propter eandem rationem. Nam sicut in ad aliquid negatur esse motus, quia nõ est ibi motus primo, ex eo quòd nihil mutatur secundum relationem nisi facta mutatione prius in aliquo absoluto, sic propter eandem rationem negatur esse motus in istis tribus generibus. Nunquam enim fit mutatio in quando, vel situ, uel in habitu, nisi facto prius motu saltem locali uel in cœlo quantum ad qñ, vel in partib. corporis quantũ ad sitũ, vel in uestimento, seu indumento, quantum ad habitũ. Et ideo in his tribus generibus non est motus primo, sicut nec in ad aliquid. Quia igitur eadem est ratio non esse motum primo in ad aliquid & in his tribus, suffecerat Philosopho, forte causa breuitatis ostendere quod in ad aliquid nõ est motus primo, cum eadem ratio posset ad quodlibet horum trium generum de quibus quæritur, applicari. Hæc ille formaliter. Vt autem clare pateat oppugnationes istas ueridicam S. Thom. doctrinam non expugnare, tria in præsenti defensione faciemus. Primo declarabimus, quomodo intelligenda sint quæ hic affert diuus Doctor. Secundo ostendimus modum quo Ant. andr. nititur excusare defectum apparentem in litera Arist. in multis deficere. Tertio, demum suis obiectionibus occurremus. Quantum ad primum, sciendum quod de natura & distinctione sex principiorum inter se, & à quatuor primis generibus, propter eorum minimam entitatem, & consequenter maximam difficultatem, est ambiguitas inter Thomistas, quibusdam asserentibus quod sint puri respectus, quibusdam uero, quod sint absoluta quædam, sed sub respectibus, aliis autem quòd neutrum horum formaliter importent, sed simplicem tantummodo denominationem extrinsecam, eo modo, quo infra declarabitur, materialiter autem seu, ut ita dixerim, suppositiue absolutum, uel etiam immediatius respectum. Ex S. Thom. quidem clare habetur, quæ harum opinionum uerior sit cum omnia, quæ hic & alibi dicit S. Th. de his sex generibus, pro se unaquæque istarum opinionum trahere possit. Vnde Auctor logicæ, quæ inscribitur S. Thom. quam non Thomam angelicum, sed Thomam Anglicum nostri etiam ordinis doctorem profundissimum, tenendum est edidisse, ubi de his generibus tractat, sed ad nullam prædictarum uiarũ determinat, sed media prætermissa, iuxta primam & tertiam distinctè docet, quæ circa singula hæc genera dicendum, aut tenendum sit. Mihi autem saluo saniori iudicio, & ad hos homines, pro nunc uidetur ex tribus his opinionibus ueritas ista elicienda, quod uidelicet ista sex genera significant absolutum extrinsece denominans sub respectu, ita quod prædictæ tres conditiones ad formalem eorum rationem pertineant & concurrant. Hoc autem in quatuor extremis præcipue declaratur, in quibus magis est difficile uidere quid important. Sciendum igitur, quod tempus comparatur ad temporalia ut mensura ad mensurata, & denominatur intrinsece mensura ab ipsa sua relatione mensuræ, qua refertur ad ipsa sua mensurata. Res quoque quæ mensuratur denominatur

Nota de sex principijs.

tur

tur mensurata intrinsece ab ipsa sua relatione mensurationis quasi passiuæ, quæ est relatio realis de tertio modo relatiuorum. Vlterius ipsum tempus ex hoc quod sic mésurat dicitur quasi adiacere rei quã sic mensurat. Et ex hoc habet quod etiam denominet extrinsece rem quam mensurat, qua denominatione res illa dicitur temporalis & esse in tempore quodquidem esse in tempore significatur per quando. Ex eo enim res aliqua dicitur formaliter aliquando, quia est in tempore seu temporalis. Et sic ipsum quando, significat tempus prout stans sub mensuratione denominat extrinsece rem temporalem. Et secundum quod à diuersis partibus temporis, puta prę teriti uel futuri, propinqui uel remoti, fit diuersa talis denominatio, secundum hoc inquam diuersificantur species ipsius quando. Pari modo ubi importat esse in loco secundum quod denominatur extrinsece à loco ut stat sub relatione mensuræ, intrinsece quidé ipsi loco, extrinsece autem ipsi locato, ut ex hoc uideatur locus quasi extrinsece adiacere locato. Sic & situs importat esse in loco, sed non simpliciter & absolute, ut ubi, sed secundum quod partes locati habent determinatum inter se ordinem correspondentem ad ordinem in partibus loci repertum, ut a loco sub tali ordine partium & ut mensura extrinseca, & ordine extrinseco, denominetur etiam extrinsece ipsum situatum sic uel sic esse in loco, puta sedendo, uel iacendo &c. Habitus quoque significat quod corpus humanum proprie, transumptiue auté etiam corpora aliquorũ brutorũ sic sunt in corporib. adiacétibus ut illa habere dicãtur, per modum adiacentium quidem, corpori habituato, sed extrinsece, quia non sicut pars uel quid continuatum. Et ex hoc denominatio per tale corpus extrinsecum facta, extrinseca etiã est. Quæ autem nunc dicta sunt, non solum non esse contra S. Thomam sed potius ad eius intentionem magis, quam quicunque alius modus dicendi, considerandum est principaliter ex his quæ dicit, ubi de talium principiorum natura, & distinctione magis ex intentione loquitur, quàm ex his quæ dicit in hoc loco quasi incidenter. Quæ tamen etiam esse uera comprobabuntur ad intentionem qua hic de talib. loquitur. Ex intentione autem magis loquitur de his præcipue in 3. Phys. super text. commen. 22. & 23. Ibi etenim inter cætera dicit sex principia distingui secũdum diuersos modos prædicandi, ex diuersa denominatione ab intrinseco. Sunt autem (inquit) quatuor quæ possunt taliter denominare, uidelicet causa, effectus, mensura, & corpus adiacens corpori per modum habiti à corpore cui adiacet. Secundum autem prima duo, sumuntur duo prædicamenta, scilicet actionis & passionis. Secundum mensuram extrinsecam, sumuntur tria sequentia. Et secũdũ prædictum corpus extrinsece adiacens humano corpori uel alteri ad similitudinem humani corporis, sumitur sextum principium. Et addit quod secundum quod aliquid denominatur extrinsece à tempore est prædicamentum quando. Secundum autem quod denominatur a loco pari modo ut mẽsura extrinsece, est prædicamentum ubi & situs, qui supra ubi, addit ordinem partium in loco. Secundum autem quod homo uel brutum ad similitudinem hominis, denominatur extrinsece à corpore, quod non est causa ad effectus aut mensura, est prædicamentum habitus. Hæc ex illo, vbi supra. Non sunt autem prædicta his quæ hic à Sanct. Thom. dicuntur contraria uel aduersa, sed consona, quinimmo loca, hęc inuicé se declarãt Quod enim hic prætermisit de denominatione extrinseca, hoc ibi declarauit. Et quod ibi non dixit de ipsis esse per talia prædicamenta significata, id hic expressit, dum in hac expositione dicit quod ubi significat esse in loco, & quando esse in tempore. Quod uero dicit hic positionem non esse aliud nisi ordinem partium adinuicem, patet ex uerbis suis quod loquitur de eo quod positio addit supra ubi, quasi dicat, nihil aliud addit supra ubi, nisi determinatũ ordinem partium. Et loquitur de ordine partium loci, secundum, quod locus determinatus per determinatum ordinem partium, denominat extrinsece locatum pariformiter ordinatum in partibus. Et hoc ut dixi ex uerbis diui Doctoris hic accipitur. Cum enim dicat quod positio addit supra ubi ordinem partium, patet, quod positio secundum eum includit ipsũ ubi quasi materialiter, super addens ordinem partium per se formaliter importatum. Ergo importat esse in loco, & mensurari locatum à loco extrinsece, sed nõ à loco indeterminate, sed sub determinato ordine partium. Importat ergo formaliter ordinem partiũ loci, præsuppositiue uero, & quasi correspondenter ordinem partium locati ut locatum, & non simpliciter ut totum quoddam quantum est. Iste enim partium ordo & de ratione situs differentiæ quantitatis est. Si ista hæc attendere noluisset aut potuisset Ant. andr. non dixisset quod Sanctus Doctor non distinguit inter positioné quæ est prædicamentum speciale ab ea quæ est de genere quantitatis &c. Ex his omnibus patet quomodo tres prædictæ opiniones Thomistarum de natura & distinctione sex principiorũ aliquo modo dicunt quod uerum est. Nam sunt puri respectus si sumantur quantum ad ultimum complementum suæ formalis rationis. Sunt absolutum sub actu quantum ad totale denominans. Nec hoc est ens per accidens sicut esset absolutum cum respectu. Et extrinsece denominant, quantum ad modum prædicandi, quem ex natura quidem rei innascentem, ut prædicamenta tamen sunt, important. Pro maiori tamen dictorum declaratione, soluenda sunt duo dubia. Quorum primum est, quod cum prædicamenta sint realia, oportet quod modi prędicandi fundentur super modos essendi secundum esse realia, & quod quilibet tali esse correspondeat essentia & natura aliqua realis. Quærendum est igitur quæ sit in his realis ista natura. Nã si de prædicaméto ipsius qñ loquamur, uel essentia eius est ipsum tempus, uel relatio té poris ad temporalia, uel opposita relatio rei temporalis ad tempus, uel aliquod prædictorum absolutorum, ut stat sub aliqua prædictarũ relationum. Aliud enim non apparet, quod uideatur posse importari p quando, ut natura aliqua uel essentia, sed non primũ, cum tempus sit species quantitatis. Nec secundum aut tertium, quia illarum relationum illa quæ realis est pertinet ad prædicamentum relationis, ut patet quinto huius cap. de ad aliquid, quæ uero est rationis, non est in prædicamento. Nec quartum, tũ quia non uidetur maior ratio de uno illorum absolutorũ quam de alio, puta de tempore quam de re temporali, tum etiam, quia non uidetur maior ratio, quod absolutum cum respectu sit ens per accidens, quam absolutum sub respectu, quia secũdum includit primũ ut uidetur, ens autem per accidens non est in prædicamento, ergo non potest esse natura, seu realis essentia alicuius prędicamenti. Secundum dubium est, qa cum ordo partium in loco tam ex parte loci quam locati sit ordo rationis, eo quod non est inter distincta secundum esse, & similiter cum relatio mensuræ ad mensuratum sit relatio rationis tantum, ut patet per Philosophum quinto huius ca. de ad aliquid, sequitur, quod si ipsum quando, uel ubi, uel situs, importent formaliter tales respectus, sint etiam formaliter entia rationis, nec obstat ea quoquo mõ hére fũdamenta realia, quia remota sunt, quo modo omne ens rationis, fundamentum reale aliquod habet. Re-

spectus

ſpectus quoque, qui importatur per habitum, rationis eſt & non realis. Conſequitur enim ut procedit à uoluntate, quia artificiale, ut ſic, ergo &c. Pro ſolutione primi dubij ſciendũ qđ cũ prędicamẽtũ à prædicãdo dicat, eo. mõ pdicamẽto ut ſic cõpetet hře naturã eſſentiam, eſſe &c. quo modo competunt hæc omnia prædicato ut ſic, cuius ut ſic eſt primo prædicari. Prædicatum autem ut ſic, non dicit naturam uel eſſentiã uel eſſe in ſe ſolitarie, ſed per reſpectum ad ſubiectũ ut uidelicet ſit natura, eſſentia, uel eſſe ipſius ſubiecti. Secundum ergo quod diuerſimode competit alicui prædicari de ſubiecto, diuerſimode etiam competit ei quod ſit natura uel eſſe ſubiecti. Contingit autem quod aliquid prædicetur de alio ut intrinſecum illi, & tale denominat etiam intrinſece, & eſſentia uel eſſe per ipſum importata, ſunt illi intrinſeca. Et ſi quæratur quæ ſit realitas talis ſubiecti ut ſtat ſub tali prędicato, reſpondebitur quod eſt hęc uel illa quę intrinſeca illi ſubiecto eſt, puta ſubſtantia, quantitas, qualitas, uel ad aliquid, quæ omnia inſunt ſubiecto ſuo intrinſece. Quædam uero ſunt prædicata quæ prædicantur extrinſece, & eodem modo denominant. Vnde ſi de talium ſubſtantijs quæratur quæ ſit eorum eſſentia, uel eſſe, ut ſtant ſub tali prædicato, reſpondebitur recte, quod eſt illud quod à ſubiecto extrinſecum eſt, & à quo denominatur extrinſece, & hæc eſt ut ſic ſua realitas, & ab ea ut ſic dicitur, & eſt abſolute, & ſimpliciter, id eſt ſine termino diſtrahente ens reale. Ad dubium ergo applicando dicimus quod realitas ſex principiorum, & eſſe ſuper cuius modo fundatur modus prædicandi, eſt realitas & eſſe rei extrinſece denominantis. Puta realitas ipſius quando quod ſignificat rem temporalem eſſe in tempore, eſt realitas ipſius temporis ut denominantis rem temporalem, ut eſt menſura extrinſeca eius. Et aliquid dicetur eſſe realiter aliquãdo, quia eſt in reali tempore inquantum menſura eius extrinſeca, & hoc modo dicitur realiter denominare tale quid eſſe aliquando. Et nihil aliud pertinet ad realitatem ipſius quando, ſecũdum quod prędicamentum eſt, & ab alijs diſtinctum. Sic eadem ratione dicendum eſt de ubi, quod realitas & eſſentia eius eſt locus, ut denominans extrinſece locatum. Et realitas ſitus eſt realitas loci, ordinem determinatum habentis in partibus ut denominantis extrinſece locatum, in ſuis etiã partibus, ordinatum correſpondenter ad ordinem partium loci. Et realitas ipſius corporis adiacentis corpori humano ſecundum totum uel ſecundum partem, ex qua tamen totum ſic denominetur ut taliter adiacens eſt, & ut denominat ſic extrinſece tale corpus ſe habere, puta ut ſit ueſtitum, armatum &c. Et eſſe reale talium principiorum eſt eſſe in reali tempore uel loco &c. Licet igitur ſit in prædicamento quantitatis ut continuo ſucceſsiuum ſuo ordine prioritatis & poſterioritatis in ſuis partibus ſic numeratis, attamen ad prædicamẽtum etiam ipſius quando pertinet, ut denominat extrinſece ipſum temporale, & ſua realitas, eſſentia, & eſſe, & ut induit hanc rationem denominationis huius extrinſecę, eſt huius prædicamenti propria realitas, eſſentia, & eſſe. Realiter enim res de aliquando, hodie, heri &c. prædicto modo. Et hoc ſufficit ad realem prædicamentorum diſtinctionem, quia non ſecundum diuerſas realitates, ſed ſecundum diuerſos reales modos prædicandi de prima ſubſtantia, prædicamenta diuerſa conſtituuntur, & abinuicem diſtinguuntur. Quod autem dicitur quod abſolutum ſub reſpectu, puta tempus ſub menſura dicit ens per accidens, negatur. Neque enim quocunque modo facta coniunctio eorum quæ ad diuerſa prædicamenta ſpectant, etiam ſi magis quam prædicamenta adinuicem diſtinguerentur, cauſat ens per accidens. Sed ſolum coniunctio facta in ſubiecto non proprio, & primo, & per modum acerui. Exemplum primi, ut album. Exemplum ſecundi ut plures lapides ſine ordine, plures homines, plures canes &c. ſine ordine. Nullum .n. horũ ſic coniunctorũ cõparaẽ ad aliud ſimul iunctum, ut ꝓprius actus ad propriã potentiã, ut proprium perfectibile & determinabile ad propriam perfectionem uel determinationem &c. Coniunctio autem eorum quæ licet ſecundum ſe ualde diſtincta ſint, etiam ſi unum ſit ens reale, alterum rationis, ut tamen conueniunt adinuicem conſtituunt unam rationem formalem ſub determinato modo prædicandi & denominandi rem & rem &c. & ſecundum, ꝙ unum comparatur ad aliud ut proprium determinabile ad propriam determinationem, non cauſat ens per accidens ſed per ſe. Non enim ratione tertij coniunguntur, nec unum ut coniungitur cum altero importat ens per ſe quaſi completum, ut facit ſubiectũ in comparatione ad accidens cõmune, & ex hoc facit cum eo unum per accidens, & ut etiam facit quod licet quod in aceruo inuenitur &c. ſed potius ex ſe ambo concurrunt in unum prout id quod ex ſe indeterminatum eſt concurrit cum ſua determinatione formali, in conſtituendo una ratione formali uniuoca. Licet poſt modum aliquod ſic conſtitutum ſi comparetur ad ſubſtantiam cui competit, faciat cum eo unum per accidens, quod tamen de ſuis ſpeciebus prædicatur per ſe. Sic autem eſt in propoſito, quia tempus ſub reſpectu menſuræ, & ut denominans extrinſece, concurrit in unam rationem formalem uniuocam, & ſic non eſt ens per accidens, licet tempus cum ſubſtantia ſit ens per accidens. Et ſimiliter relatio menſuræ cum tempore ipſo ſi conſiderentur ambo nõ ut unum eſt propria determinatio alterius, ſed ut diſtincta, & ſecundum proprias rationes diſtinctas, faciunt unum per accidens. Idem dico de loco, & ſitu, & habitu &c. Ad ſecundum quod cum prædicari ſit conſequens actum rationis, & pertineat ad ſecundas intentiones, ex quo habent hi termini ſcilicet prædicatum, prædicabile, & prædicamentum, ꝙ ſint termini ſecundæ intentionis, ſecunda autem intentio ſit purum ens rationis, non inconuenit diuerſos modos prædicandi, ex diuerſis reſpectibus rationis innaſci, & conſequenter ex eiſdem formaliter prędicamenta diſtingui, & eoſdem aſſumere in ſui conceptu formali. Et hoc neceſſarium eſt in quatuor extremis prædicamentis, in quibus denominatio ſumpta ab extrinſeco originatur & fundatur proxime ſuper relationes rationis, & eis mediantibus ſuper rem. Sicut denominatio extrinſeca ab ipſo tempore fit mediante relatione menſuræ, qua tempus dicitur menſura temporalium. Denominatio à loco ut menſura, eodem modo mediante ipſa relatione menſuræ. Menſura autem ſemper eſt relatio rationis in mẽſurante. Reſpectus etiam per ſitum & habitum importati ſunt etiam rationis, ut bene probat argumentum. Pertinent tamen, ut dixi, reſpectus iſti ad formalem rationem rei quæ eſt in prædicamento, ut in tali uel tali prædicamento eſt, & ut ab his diuerſi modi originantur. Nec inconuenit hoc modo ens rationis ad prædicamentum, quod ens reale eſt, formaliter ꝑtinere, quia non pertinet ut genus, aut differentia, ſpecies uel indiuiduum, quomodo impoſsibile eſt ens rõnis in prædicamento admitti, ſed ut determinans & quodammodo ſpecializans prædicamentum tale, & inquantum res illa, talis eſt prædicamenti, non autẽ ſimpliciter ut res eſt. His uiſis facile patere poteſt quomodo conueniens, & efficax eſt ratio S. Thom quam inducit ut oſtendat non fuiſſe neceſſariam Ariſtotel. in hac litera, tria illa prædicamenta enumerare. Dicens enim quod ex hoc quod quando, ſignificat

cat esse in tempore quod est numerus, & consequenter quod eiusdem rationis est non esse motum in quã do, & non esse motum in actione & passione, subtilissime deduxit intentum. Nam motus cum sit quoddam reale ens, & realitatem suam habeat à termino, sicut habet & speciem, non nisi ad ipsum ens reale terminari posest. Si ergo aliqua non distinguantur nisi secundum rationem ita quod in realitate conuniant, eiusdem rationis erit si ad realitatem unius non dicatur esse motus, quod nec ad aliud esse dicatur. Modo sic est quod ipsum quando, ut supra deductum est, & idem realiter est cum tempore, quod ex prædictis etiam S. Tho. uerbis necessario infertur. Tempus quoque, cum nihil addat super motum, nisi numerũ partium secundum ordinem prioris & posterioris, quæ omnia, scilicet tam ordo importatus inter illas numeri unitates, quàm ordo ille prioritatis, cum sint inter non separata, sed continuata secundum esse, non possunt esse, nisi respectus rationis, non est consequenter realiter à motu distinctum licet dicatur eius passio, inquantum se habet ex additione ad motum secundum suam rationem formalem. Et, cum omnis motus sit actus motiui & mobilis, ut dicitur. 3. Physico. actus autem motiui sit actio, & actus mobilis passio, sequitur quod omnis motus sit realiter idem actioni & passioni, vnde oportet eiusdem rationis esse quod in actione, & passione non sit motus, & quod non sit in omnibus alijs prædictis. Ex quo ultimate sequitur, quod dicto, quod non sit motus in actione, & passione, intelligitur sufficienter dictum quod non sit motus in quando. In situ autem cum id quod reale, in eo est, sit locus ad quem motus est, debuisset quidem eodem modo inferri quod pariter & ad situm motus esset, nisi formalis ratio quam ex relatione superaddita sortitur obsisteret, quod in tempore non currit ut infra dicetur, & ideo non potuit alia ratio assignari cur in situ per se & formaliter motus non sit nisi quia ordinem alicuius ad aliud formaliter importat, ut dictum est. Et in habitu similiter.

Nam licet in substantia non sit motus, cum qua substantia, habitus ipse realiter idem est, non tamen ex hoc intentum deducitur, cum ei etiam idem competat ex sua formali, & propria ratione, scilicet relationis formaliter importatæ, ut dictum est, & iterum in artic. tertio dicetur expressius. Redditio autem causæ in tradenda doctrina, ex proprijs quoad fieri, potest procedere debet. In his autem duobus specialiter etiam ratio à maiori concludit, quod si realem relationem ut sic non est motus, multo minus erit ad relationem rationis. Ratio enim quæ à Philosopho. 3. Phy. & etiam hic inducitur, quare ad relationem non est motus, quia uidelicet nulla facta mutatione in aliquo insurgit in eo relatio &c. multo fortius currit in relationibus rationis quam in realibus. Est autem hic aduertendum quod Anto. andr. referendo uerba S. Thom. quandam interponit sententiam, quæ non habetur ibi à S. Tho. ut exemplaria tam impressa, quam non impressa testantur. Hanc inquam. Actio & passio sumpta pro re acta, est idem realiter quod motus. Hoc non dicit S. Tho. immo nec uerum est, nisi ualde extorte interpretando uerba, Actio enim & passio non possunt sumi pro re acta. Sicut enim motus non est res mota, ita actio, aut passio non est res acta. Et hæc de primo. Quantum ad secundum patere potest ex iam dictis quomodo iste homo in reddendo rationem, cur non nominauerit Philosophus situm & habere, non discordat a S. Tho. quia cum eo fatetur, quod hoc est ratione relationis importatæ per illa duo, licet, & in hoc dicat unum falsum, quod non dicit diuus Thomas, uidelicet, quod talia prædicamenta important puros respectus, & reales, & non de genere relationis. Quod quidem in parte sua exclusum est, & paulo infra plenius confutabitur. Discordat aũt ex intentione à S. Tho. & eidem se manifeste opponit in reddenda ratione, cur nõ nominauit quando. Dum S. Th. reddit rationem ex parte realitatis ipsius quando, iste autem ex parte respectus inquantum respectus est, vnde non procedit ex propriis, ut facit ratio S. Th. Vnde cum doctrina inquantum possibile est, debeat ex proprijs tradi, quia vna de conditionibus demonstrationis ex qua generatur scientia est qđ ex proprijs procedat, ut patet primo Poster. patet quòd magis scite docteque processit S. Thom. quàm iste, immo impugnando S. Thom. vbi sapientissime se gessit, ostendit iste homo, quod illum uel noluit uel nõ valuit intelligere. Quod vtique verum est, sicut hic, ita & in multis alijs locis suæ doctrinæ, in quibus ab his obscuris hominibus impugnatur. Sunt etiam in hac sua determinatione quædam à se præsupposita, & in primo argumento contra S. Thom. facto, proposita, quæ supra determinatis à nobis contrariãtur. Quæ cum sine probatione propõnãtur in argumẽtis, simpliciter neganda nunc essent, nec vlterius circa ea sermo habendus. Vt tamen appareat præpositam doctrinam solidam esse, probabimus hæc omnia quæ illi aduersantur falsa, esse. Supponit igitur hic quòd sex principia importent puros respectus, & quod tales respectus sint reales, & quòd non sint de genere relationis. Horum autem primum esse falsum patet ex falsitate secundi. Si enim respectus non sunt reales patet quod cum prædicamenta sint realia entia, non importabunt solum illos respectus, nisi forte intelligant vt complementum suæ rationis formalis, vt supra declaratum est. Secundum autem ipsum esse falsum patet, tum ex his, quæ supra dicta sunt, quia videlicet tales respectus sunt mensuræ ad mensuratum, quas relationes ex Quinto Metaphysicæ constat non esse reales, & similiter respectus, qui importatur per habitum est rationis tantum, vt supra probatum est, tum etiam, quia falsum est tertium quod additur. Non omnis relatio, quæ reale accidens est, ad prædicamentum relationis spectat. Quæ autem non est accidens sicut diuina, & omnis in substantia fundata, ut relatio creationis passiuæ, similitudinis in genere uel specie substantiæ, & aliæ huiusmodi relationes in substãtia fundatæ, non sunt in prædicamento ad aliquid, non quia non competat eis relationis modus prædicandi, sed quia accidentia non sunt. Sicut & differentia substantialis, licet prædicetur in quale, & propter hoc etiam appelletur qualitas, vt patet Quinto Metaphysicæ, capitulo de qualitate, quia tamen non est accidens, non est in prædicamento qualitatis. Quod autem omnis relatio, quæ sit reale accidens, pertineat ad prædicamentum relationis, patet ex diffinitione Aristo. qua dicit, quod relatiua sunt quorum totum suum esse est ad aliud se habere, quæ diffinitio æqualiter competit omnibus relatiuis relatione reali, quę sit accidens. De his enim, quod intendat Arist. necesse est, cum diffiniat prædicamentum accidentis. Nec est addenda glosa volũtaria, diffinitioni Philosophi, videlicet ꝙ intelligi debeat hoc addito, qđ talis relatio necessario innascatur posito termino & fundamẽto, ut dicunt Scotistæ. Necessarium enim & contingens cum sint quędam communiora prędicamentis (inueniri enim possunt in omnibus sub disiunctione, & sunt passiones entis communis) non possunt esse propria & per se primo distinctiua unius prædicamenti ab alio. Et si ex hoc, ista gl. non fuit intenta à Philosopho, tunc diffinitio quam isti somniarunt, non est illa quam dat Philosophus. Differentia enim

addit

addita uel subtracta nariat diffinitionem, ut dicitur. 8. huius. Si autem Philosophus intendit eam, cum ex nullo uerbo in diffinitionem posito elici rite possit, fuisset diminutus. Quod est satis absurdum illi imponere. Neque enim erat difficile tanto Philosopho & tam accurate doctrinam tradenti, addere illud, si addendum putasset. Si nero non putauit addendum, sequitur quod uel ille ignorans fuerit, uel hi potius homines delipiant. Sed & adhuc eum glo. illa habetur propositum in respectu importato per ipsum quando, si sit realis ut dicunt. Posito enim tempore resultat quãdo. Si ergo ipsum quando, importar purum realem respectum, erit in prædicamento relationis, quod est falsum, cum prædicamenta sint impermixta. Non est ergo hæc propria ratio cur prædicamenta hæc distinguantur à prædicamento ad aliquid. Similiter & in aliisquinque principiis si quis subtiliter perspiciat, idem inueniet. Licet enim uideantur poni terminus & fundamentum actionis & passionis, & tamen non sequi actio, si non sint agens & patiens in debita apdræximatione, tamen non est sic. Neque enim fundamentum actionis est quæcunque dispositio in agente ut agat, aut fundamentum passionis, quæcunque dispositio patientis ut patiatur, sed in utrisque fundamentum est motus ipse. Patet autem quod quam primum ponitur agen & patiens suo modo sub motu, necessario resultant relationes actionis & passionis, licet illa res quæ est agẽs, & illa res quæ est patiens poni possint, & non sequ[?] prædictæ relationes, sicut & circa relationes alias omnes contingit puta res quam aliquando competit esse similem poni potest & non sub fundamento similitudinis, puta non habens albedinem, & tunc non necessario sequitur immo repugnat quod sequatur relatio similitudinis, quæ tamen necessario sequitur ad coalbum posito illo fundamente. Quo si dicant, potest poni agens sub motu, puta ignis sub calefacere, non sequetur actio, respectu ligni non approximati. Respondetur quod hoc non est præcise ratione approximationis, sed quia non ponitur sub motu in quo communicet lignum illud. Fundamentum enim actionis, & passionis est motus, non qualiscunque, nec qualitercunque, sed idem, qui est simul actu mobilis & motiui. & ex hoc dicitur talis motus esse idẽ actionis & passionis, ut habetur. 2. Phy. Cuius etiam signum est, quia ignis non potest poni sub calefacere, nin respectu alicuius, quod calesit, & sic necessario innascitur relatio actionis, & passionis, licet non respectu ligni nõ approximati, sed respectu alterius corporis, quod ignis dicitur calefacere. Et hoc est cõmune in omnibus relationibus, quæ fundantur in actione & passione, neque enim potest poni pater quin ponatur necessario filius, non tamen ille, qui nõ est genitus ab eo, & sic de aliis. Hoc idem inuenitur in alius tribus ultimis prædicamentis. posita enim adiacentia, quæ de eorum diffinitione est, necessario sequitur extrinseca denominario. Adiacentia autem illa necessario ponitur positis relationibus mensuræ, & mensurati, uel habentis & habiti. Relatio autem saltem mensurati ad mensuram, cum sit in prædicamento secundum Philosophum, oportet quod secũdum istos necessario innascatur posito termino & fũdamento, & consequenter opposita relatio quæ rationis est. Et sic suo modo appareret de habitu, nisi esset tam modicæ entitatis respectus. Non ergo glosa applicata per istos ad diffinitionem relatiuorum, est ad intentionem Aristotel. uel etiam uera. Ex prædictis autem omnibus patet secundum determinationem inquam Ant. an. à ueritate longius euagari, ubi à S. Th. discordat. Superest nunc tertio soluere argumenta quæ iste homo contra S. Thom. inducit. Ad primum igitur, patet etiam ex dictis falsum esse quod quando, sit quid realiter distinctum à tempore. Non enim distinguitur ut respectus ab absoluto, quia quãdo, non dicit purum respectum, ut probauimus. Sed idem penitus absolutum per utrunque importatur, & respectus quem addit qando, rationis est, & non realis, ut supra diximus. Nec ex hoc distinguuntur quod ad diuersa spectant prædicamenta. eadem quippe realitas potest ad diuersa prædicamenta pertinere propter diuersos modos essendi & prædicandi in eadem realitate fundatos, & ex uariis respectibus rationis innatus, ut supra dictum est. tempus autem esse distinctum ab istis motibus exterioribus, non obstat proposito. Non est enim ipsum quando, subiectiue intrinsece in re temporali. Immo cum ex propria ratione denominet extrinsece, clarius sua ratio innotescit respectu motuum quibus est extrinsecum, quã respectu eius in quo est subiectiue. Denominat tamẽ & ipsum per se extrinsece, licet per accidens eo quod in ipso subiectiue sit, denominet intrinsece. Nõ. n. cõpetit hoc ei inquantum mensura talis est, sed inquantum huius accidens &c.

Ad secũdum dicendum quod S. Th. apud illos tñ improprie loquitur, quia ita male dispositi sunt, ut in plano etiam inueniant quo impingãt. Non erat hic locus conueniens, in quo per ipsum omnia adducerentur, quæ dici possent de istis prædicamentis. Sat quippe ei fuit exprimere quod sufficiens est ad saluãdum Philosophum de apparente defectu. Dedit tamen, ut supra deduxi, & in hoc loco intelligere quod alibi pluries & qdẽ uberrime docuit. In hoc spẽaliter apparet, horũ uirorũ passio liuoris in S. Th. Cum. n. aperte sciant illũ sæpissime docuisse qualiter distinguantur situs, quod est prædicamentum, & situs de genere quantitatis, imo forte non nisi ab illo, seu ab imbutis eius doctrina hoc ipsum didicerunt, sicut & alia multa, quæ uera proferunt, & tamen miser iste cõtra eum hic inuehitur, quasi contra ignorante prædictam distinctionem de situ. Eya homunciones, tergite ora, immo quod melius nobis conduceret, tergite corda omni passione inuidæ uel odii, prius quam diuinissimum doctorem nominare audeatis. Falsum etiam maximum imponit S. Tho. quod uidilicet dicat situm quod est prædicamentum, non importare ordinem partium in loco. Habuit certe Ant. an. i hoc satis lippos oculos. Ex hoc enim quod dixit situm addere super determinatum ordinem partium, dat intelligere quod includit esse in loco, & superaddit determinatum ordinem partium in loco. Quod si hoc etiam non diceret, non tamen dicit huius oppositũ, ut hic sibi falso imponit. In hoc etiam, quod iste homo addit in secundo suo argumento, quod uidelicet non ualet similitudo ad ubi, quia (inquit) reducitur contra ipsum, quia si in ubi est motus, ergo & in situ siue positione, cum secundum te (inquit) non addat supra ubi nisi determinatum ordinem partium. In hoc inquam, ostendit se non intelligere S. Thom, Neque enim S. Thom. dicit aut intendit probare, quod in positione non sit motus per similitudinem ad ubi. Quis enim hoc somniauit? Sed ipsius ubi ex hoc tantum meminit, quia uoluit ostendere, quidnam positio importaret, quia uidelicet importat determinatũ ordinem partium supra ubi. sed, & huius hominis hæc ipsa deductio non quidem quasi ex similitudine à sanct. Thoma proposita, unde non potest in ipsum retorqueri) sed ex ea similitudine quæ in ueritate est inter ubi & positionem, licet aliqua difficultas ingeratur, magis tamen contra Ant. an. militat, quam contra S. Thom. Nam si non obstante respectu formaliter significato per ubi, inuenitur in eo per se primo motus, pari modo respectus non erit per se primo, ratio,

tio quare in positione uel in alio prædicamento non respectum formaliter includente non sit motus. Vel per oppositū. Si in alijs potest (ut diximus) respectus facere quod in eisnō sit primo motus, idem pari mō faciet & in ubi. Militat autem (ut dixi) ratio ista magis contra Ant. andr. quàm contra S. Thom. tum quia vult prædicamenta ista puros importare respectus, & sic nihil aliud in eis inueniri ex quo possit ei per se motus attribui, & sic cum ex respectu non ualeat eis motus competere, sequitur quod impossibile sit absolute quod eis conueniat, tum etiam (quod tamen idem est) quia cum per eum illi respectus sint reales, tam ex sua realitate, quam ex sua ratione formali habebunt talia omnia prædicamenta, quod in eis motus non sit, & sic in ubi non erit per se motus. Prædicta autem duo nos non dicimus, ut supra patuit. Inquantum tamen nos etiam argumentum tangit respondemus, quod non omnis respectus habet, aut facit, quod ad ipsum seu ad rem sub ipso non sit motus, sed solum respectus, qui uidetur eiusdem rationis cum respectu, qui est de prædicamento ad aliquid, ut innuit S. Tho. in hoc loco. Duplex enim est respectus, scilicet ad, & in. Relatio autem prædicamentalis, non qualiscúque respectus est, sed respectus ad. Et propter hoc respectus accidentis ad subiectum etiam si esset realis, non esset prædicamento relationis sed transcendens quia licet istis uerbis aut modis dicendi exprimatur, quod uidelicet sit respectus ad subiectum, seu quod accidēs referatur ad subiectum & similibus, non tamen dicit formaliter ad. sed in. Ex hoc enim accidens respicit subiectum, quod est in subiecto. Et hic non pertinet ad prædicamentum ad aliquid, quod importat formaliter respectum ad. Respectus autem importatus in ubi est, respectus in. Significat enim esse in loco. Similiter respectus importatus in quando, quia significat esse in tempore. Licet enim talia esse, non sint intrinseca, sicut esse accidentis in subiecto, sufficit tamen quomodocunque significent esse in, etiam sicut in mensura. Et sic ex respectu non potest inferri quod sicut in relatione non est motus, ita non sit motus in ubi, aut in quando. Et hæc est causa quare S. Thom. non probauit hic quod in quando, non sit motus, ratione respectus in eo importati, sed alia uia processit, ut supra diximus. Quam uiam regiam ingredi non ualens Ant. andr. omnium uoluit eandem rationem ex respectu uniuersaliter sumptam assignare, & non potest fugere quin pari passu ratio illa concludat in ubi, in quo tamen secundum Philosophum & ueritatem, est per se primo motus localis. Ratio autem quare respectus ad, & nō respectus in faciat quòd ad se seu ad absolutū sub se non sit motus, est, quia respectus ad si sit realis est inter distincta secundum esse, & propter hoc in uno potest incidere motus realis altero non mutato, & tñ quia illud ad qđ referebat, mutatū est, oportet qđ ipsum ulterius nō respiciat, uel qđ aliter respiciat, quàm prius, & sic aliā relationē ad illud habebit sine sui mutatione, & sic ad ipsam relationē non est per se motus ut dicit Philosophus. Quod si qua do ad eam est accidit hoc sibi. Si enim per se & ex sui ratione haberet quod ad ipsam esset per se motus, non posset de nouo alicui aliqua relatio aduenire, nisi relatio esset terminus alicuius motus, quod falsum esse probatum est & patet experientia. Respectus autem in, non potest alicui aduenire de nouo sine mutatione eius, qđ taliter respicit, immo moueri proprie nihil aliud est nisi secundum illud, quod in eo est aliter se habere quā prius, si mutatio sit ad intrinsecum, sicut est augmētum ad quantitatem & alteratio ad qualitatem, uel etiam aliter se habere secundum illud, in quo est, sicut in mensura, sicut accidit in motu locali, qui nihil aliud importat, nisi qđ mobile aliter se habeat s̄m locū, sicut mensuratū s̄m mēsurā. Et respectus importatus in ubi, est respectus in ad quē per se est motus. Mouetē enim mobile ut sit in loco. Licet enim respectus mensurationis, seu locationis sit respectus ad, & non non inquantum denominat mensurans intrinsece in ordine ad mensuratum, tamen secundum, quod talis respectus denominat extrinsece ipsum mensuratum, seu locatum esse in mensurante seu in locante, est respectus in, & non ad, & est de ratione ubi. Sic igitur ad tales respectus in, est per se motus. non solum localis, ut dictum est, sed etiam alterationis, & augmenti. Alteratur enim aliquid secundum calorem, ut calor sit in ipso, quod est dicere, ut sit calidum, & sic de alijs, quod autem in quando, non sit motus non obstante, quod respectus eius sit respectus, in, hoc est ex alia ratione assignata à Sancto Thoma in litera. Quia igitur respectus importatus in positione, qui est respectus inter partes, est respectus ad, & non est respectus in, neque enim una pars est in alia, sed refertur ad aliam ut prior ad posteriorem, uel ut superior ad inferiorem, anterior ad ulteriorem, sinistra ad dextram, & econuerso. Ideo ex tali respectu optime concluditur, quod in positione non sit motus. Et sic dico de habitu, quia respectus per ipsum portatus est potius ad quam in. Dicimus enim corpus secundum habitum adiacere corpori, non autem esse in corpore, ideo pari modo in isto eiusdem rationis est non esse motum & in, ad aliquid. Notandum tamen quod licet non sit per se motus in positione, ut dictum est, quia tamen ipsa positio magis nobis manifesta est, & simul includit ubi, ut dictum est, ideo differentiæ motus ad ubi, sumuntur penes diuersum ordinem situs nobis manifesti in uniuerso, scilicet sursum & deorsum, &c. Et hoc non solum secundum quod ipsum uniuersum est quoddam totum in se talem ordinem includens, sed etiam ut est quoddam secundum suas partes ordinate locatiuum, ut ita loquar, cum municans locatis corporibus talia esse, scilicet sursum, & deorsum, & sic de alijs. Ex his omnibus iam liquido constat quomodo secundum argumentum, quod Ant. andr. inducit contra Sanctum Thomam, suprà inconuenientia quæ includit, auctorem etiam suum letaliter uulnerat. Ad tertium iam patet ex dictis, Licet enim sint prædicamenta distincta, quia tamen cō ueniunt in hoc analogo, quod est ad aliud dici, ex quo habet relatio, quod ad eam non sit motus per se, sequitur quod nec in ipsis, scilicet positione & habitu sit motus per se. Et hoc sat fuit dicere apud sensatos, nec erat necessariū aliud addere, præsertim cum ratio quare ad relationem non sit motus in hoc eodem capitulo suo loco ab Aristotele, & suis expositoribus clarissime deducatur, & in Quinto physicorū idem ipsum habeatur. Superfluum igitur fuisset grauissimo doctori hic idem repetere. Et hæc de præsenti defensione satis, sit benedictus Deus. Amen.

Deinde cum dicit.

BESS. *Secundum vero substātiam, minimè. propterea quod substantiæ nihil contrarium est.*

ANT. *Secundum substantiam autem non, propter nullum esse substantiæ contrarium.*

Probat propositum, & circa hoc tria, facit. Primo ostendit quod non sit motus in substantia. Secundo quod non sit mo tusin ad aliquid ibi. [Neque ad aliquid.] Tertio quod non est motus in agere & pati ibi [Neque facientis & patientis) Ostendit ergo primo quod secundum substantiam non potest esse motus quia motus est mutatio de subiecto in subiectum. Duo ergo subiecta inter quæ est motus, sunt contraria

Margin: par. 22. Motus proprie dictus non est in substantia. Lect. 11. An substantiæ sit contrarium.

Lect. 12
Tex. c. 20.

ria aut media. Cum igitur substãtiæ nihil sit contrarium. Relinquitur quòd secundum substantiam non possit esse motus, Sed generatio & corruptio tãtum, quorum termini sunt oppositi secundum contradictionem, & non secundum contrarietatem, vt supra dictum est. Videtur autem hoc quod dictum est (substantiæ nihil est contrarium) falsum esse, cum ignis manifeste appareat contrarius aquæ. Et cum Arist. in primo de Cęlo probauerit quòd cęlum non est corruptibile, quia non habet contrarium, alia vero corpora quæ sunt corruptibilia, contrarium habent: Dixerunt igitur quidam quòd toti substantiæ compositę, non est aliquid contrarium, quia oportet contrariorum esse vnum subiectum. Sed formæ substantiali nihil prohibet esse contrarium. Dicebant enim quòd calor est forma substantialis ignis. Hoc autem non potest esse verum, quia formę substantiales non sunt sensibiles per se. Et iterum manifestum est quòd calor & frigus in alijs corporibus sunt accidentia. Quod autem est in genere substantiæ, nulli potest accidens esse. Vnde alij dixerunt, quòd calor & frigus non sunt formæ substantiales ignis & aquæ, sed tamen eorum formæ substantiales sunt contrarię, & recipiunt magis & minus, & sunt quasi mediæ inter substantiam & accidens. Sed hoc omnino irrationabiliter dicitur. Nam cum forma sit principium speciei, si formę ignis & aquæ non sunt uerę substantiales, neque ignis & aqua sunt ueræ species in genere substantiæ.

Opi. q forme substantiali sit contrarium.
Reprobatio opi.
Auer. 2. ad cœlo.
Tex. c. 67.
Impugnatio Auer.

Non est igitur possibile q inter substantiã & accidẽs sit aliquod medium, tum quia sunt diuersorum generum, inter huiusmodi autem non cadit medium, ut supra in Decimo ostensum est, tum quia etiam diffinitiones substantiæ & accidentis immediatæ sũt Est enim substantia ens per se, accidens uero ens per per se non est, sed in alio. Dicendum est ergo quod nec formæ substantiales possunt esse contrariæ, quia contraria sunt extrema quædam cuiusdam determinatæ distantiæ, & quodammodo continuæ, cum sit motus de uno contrario in aliud contrarium. Vnde in illis generibus in quibus talis distantia continua & determinata non inuẽnitur, nõ potest contrarium inueniri. Sicut patet in numeris. Distantia enim numerorum adinuicem non intelligitur secũdũ aliquam continuitatem, sed secundum additionẽ unitatũ. Vnde numerus numero nõ est cõtrarius. Et similiter nec figura figuræ. Eodẽ autem modo est in substantiis, quia ratio cuiuslibet speciei constituitur in quodam determinato indiuisibili. sed cum forma sit differentiæ principium, si formæ substantiales non sunt adinuicem contrariæ, sequitur quod nõ sit contrarietas in differentijs, cum tamen supra ostensũ sit, quod genus diuiditur in contrarias differentias. Dicendum est igitur quod forma substantialis secundum quod in se consideratur, constituit speciem in genere substantię. secundum autem quod una forma habet sibi intellectam priuationem alterius formæ, diuersæ formæ sunt contrariarum differentiarũ principia. Nam priuatio quodammodo contrarium est. Et per hunc modum opponuntur animatum & inanimatum, rationale & irrationale & huiusmodi.

Tex. c. 13.
Determinatio.
Cur in quibusdam generibus inuenitur contrarium, nõ auté in omnibus.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Nec eius quod ad aliquid, etenim altero mutato uerificatur alterum nullatenus mutatum. quare secundum accidens, horum motus erit.

A N T. par. 3.

Neque ad aliquid. est enim altero nihil permutato, uerificari alterum nihil permutatum. Quare secundum accidens motus ipsorum.

In ad aliqd non esse per se motum probat.

Ostendit non per se esse motum in genere ad aliquid, sed solum per accidens. sicuti enim aliquid mouetur per accidens, quando non fit motus in eo, nisi quodã altero moto, ita & in aliquo dicitur esse motus per accidens, quando non fit motus in eo, nisi quodã altero moto. Hoc autem inuenimus in genere ad aliquid, quod nisi aliquid alterum permutetur, non uerum est dicere quod in eo fiat permutatio. sicut non facta permutatione secundum quantitatem. Et similiter non fit dissimili simile, nisi facta permutatione secundum qualitatem. Videmus etiam quod unum relatiuorum dicitur permutari facta permutatione sicut alterum, per se manens de sinistro fit dextrum, altero secundum locum permutato. Relinquitur igitur quod in ad aliquid nõ est motus nisi per accidẽs.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Nec præterea agentis aut patientis, neque omnino moti, ac mouentis. cum non sit motionis motus, nec generationis generatio, nec denique mutationis mutatio. Bifariam enim cõtingit motioni motum esse nã aut tanquam subiecti: vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mouetur. quare sic etiam motus, aut calesit, aut frigesit, aut loco transfertur, aut crescit. id uero impossibile est, cum motus non sit aliquod subiectorum. Aut eo, quod aliud quoddam subiectum, ex mutatione in aliam speciem mutetur. vt homo ex morbo in sanitatem. at nec hoc possibile, præterquàm per accidens (omnis namque motus in aliud ex alio mutatio est. & generatio item ac corruptio, eodem modo. verumtamen quæ ex oppositis sic aut sic, non sunt motus) alioqui simul ex sanitate in morbum mutatur, atque ex ea ipsa mutatione in aliam. constat itaque, quod cum ęgrotauerit, in quamuis mutatus erit. continget enim quiescere. ac præterea non semper in quamcunque, & illa quoque ex aliquo in aliud quoddam erit. Quare opposita erit conualescentia. uerum ex accidenti, vt ex reminiscentia in obliuionem mutatur, quia id, cui inest, quandoque in scientiam quandoque in sanitatem mutatur.

A N T. par. 4

Neque facientis & patientis, vt mouentis & moti, quia non est motus motus, neque generationis generatio. Dupliciter enim contingit motus esse motum, aut vt subiecti, velut homo mouetur, quia ex albo in nigrum permutatur. Quare sic & motus, aut calefit, aut infrigidatur, aut locum permutat, aut augetur: hoc autem impossibile. non enim subiectorum aliquid permutatio. Aut eo quod alterũ aliquod subiectũ ex permutatione permutatur in aliam speciem, uelut homo ex languore in sanitatem, sed nec hoc possibile nisi sm accidens. Omnis enim motus ex alio in aliud est permutatio, & generatio & corruptio eodem modo. Verumtamen quæ quidẽ ex oppositis, sic aut non sic, non motus, simul igitur permutatur ex sanitate in ægritudinem, & ex hac ipsa permutatione in aliam. Palam autem quia si languerit, permutatus erit in qualiacunque. Contingit enim quiescere. Et adhuc in non contingentem semper, & illa ex aliquo in aliquid aliud erit. Quare opposita erit sanatio sed per accidens uelut ex reminiscentia in obliuionem permutatur, quia cui existit permutatur, quandoque quidem in scientiam, quandoque autem in sanitatem.

In actione, & passione non esse per se motum, probat quatuor rationibus

Ostendit, quod neque in agere & pati sit motus, & hoc quatuor rationibus, quarum prima talis est. Agere, & pati sunt motus, & significant motum. Si igitur in agere & pati esset motus, sequeretur, quod motus sit alicuius motus, & generatio generationis, & permutatio permutationis, sed hoc est impossibile, ergo, & hoc quod in agere & pati sit motus. Quod autem impossibile sit motum esse motus, sic ostendit. Motum enim esse motus contingit dupliciter,

ter, aut ut eius quod mouetur, aut ut termini. Eius q. dem quod mouetur, sicut dicimus motum esse hominis, quia homo mouetur, quia ex albo in nigrum permutatur. Vnde & similiter motus mouebitur, & aut calefiet, aut infrigidabitur, aut mutabitur secundum locum, aut augebitur. Hoc autem est impossibile, quia motus non potest esse subiectum caloris aut frigoris, aut alicuius huiusmodi. Relinquitur igitur quod non contingat motum esse motus sicut subiecti. Sed neque etiam sicut termini, ita, scilicet quòd aliquod subiectum alterum permutetur de vna specie permutationis in aliam, sicut homo permutatur de languore in sanitatem. Hoc enim impossibile nisi per accidens. Vnde consequenter ostendit quod est impossibile per se, quia omnis motus est permutatio de vno ī aliud. Et similiter generatio & corruptio est mutatio de uno in aliud, licet termini permutationis non sic opponantur in generatione & corruptio ne sicut in motu, vt supra dictum est. Si igitur sit aliqua permutatio de una permutatione in aliam, puta de sanatione in quandam aliam permutationem, sequetur quod simul dum aliquid permutatur de sanitate in ægritudinem, permutetur de illa permutatione in aliam permutationem, quia dum uno extremorum permutationis existente, fit transmutatio de illo extremo in aliud. Et sic si duæ transmutationes sunt extrema vnius permutationis, sequetur, quod, durante prima transmutatione, fiat transmutatio in aliam. Et sic simul dum aliquod mouetur de sanitate in ægritudinem, transmutabitur de sanatione in aliā transmutationem. Sed hoc non videtur nisi inqua natum una mutatio succedit alteri. Contingit autem quod ad hanc mutationem qua aliquid mouetur de sanitate in ægritudinem, succedat quæuis alia mutatio, puta dealbatio, uel denigratio, mutatio secundū locum, uel quæcunque alia. Vnde manifestum est, quod si aliquis languet per hoc, quod mouetur de sanitate in ægritudinem, quod ex hac mutatione permutari poterit in quamcunque aliam mutationem. Neque est mirum, quia poterit ex hac mutatione mutari ut in quiete. Contingit enim post hanc mutationem aliquem quiescere. Sed cum omnis mutatio sit (in non contingens,) idest in oppositum, quod non contingit simul verum esse cum suo opposito, sequitur quod si permutatio sit de mutatione in mutationem, quod semper sit in oppositam mutationem quam appellat non contingentem. Et illa transmutatio in quam sit transitus, oportet quod sit de aliquo in aliquid. Quare non fiet transitus de permutatione languoris, nisi in oppositam mutationem quæ dicitur sanatio. Et sic uidentur duo contraria sequi, scilicet quod opposita permutatio fiat de una permutatione in quamcunque aliam, & quod non nisi in oppositam. Ex quo sequitur ulterius, quod simul dum mutatur aliquid ad unum oppositorum, mutetur in mutationem tanquam in aliud oppositum, quod uidetur impossibile, sequitur enim, quod simul intentio naturæ tendat in opposita. Non igitur est possibile, quod per se mutetur aliquid de una permutatione in aliam, sed per accidens hoc contingit, sicut aliquis permutatur ex reminiscentia in obliuionē, quia subiectum permutatur, quandoque ad unum terminum, quandoque ad alium, non quod sit intentio mouentis ad hoc, quod simul dum permutatur in unum, intendat tendere in aliud.

Nō contingit esse per se motū motus sicut subiecti.

Motus non esse per se motū sicut termini probatur quatuor rationibus.

Prima rō.

Contingit mutationis esse mutationem per accidens.

Deinde cum dicit.

B E S S. *In infinitum præterea procedet, si mutationis mutatio, & generationis generatio fuerit. necesse igitur, & priorem fore, si posterior fuerit, ut simplex aliquando fiebat generatio, illud quoque, quod fiebat, simpliciter fiebat, quare nondum erat quod simpliciter fiebat, sed quod fit aliquid, aut quod iam fiebat, si igitur hoc etiā aliquando fiebat, cur nondum erat, quod tunc fiebat? cū uero in infinitis non sit aliquid primum, non erit primū quamobrem neque consequens erit, nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquam, possibile est.*

A N T. par. 5. *Et adhuc in infinitum ibit, si erit permutationis permutatio, & generationis generatio, necesse igitur, & prior est, si posterior, puta, si simplex generatio fiebat aliquando, & quod fit fiebat. Quare nondum erat quod fiebat simpliciter sed aliquid fiens simpliciter, aut factum. Si itaque & hoc fiebat aliquando, quare nondum erat tunc genitum. Quoniam autem infinitorum non est primum, non erit primum, quare neque habitum. Neque fieri igitur, neque moueri possibile est, neque permutari nullum.*

Secunda rō.

Secundam rationem ponit, quæ talis est. Si permutatio sit permutationis, sicut terminus termini, uel generatio generationis, necesse erit quod ad permutationem non perueniatur nisi per aliam permutationem, sicut ad qualitatem non peruenitur nisi per alterationem præcedentem, & sic ad illam mutationem præcedentem non peruenitur, nisi per aliquam priorem mutationem, & ita procedetur in infinitum, quod esse non potest, quia si ponantur infinitæ permutationes hoc modo ordinatæ, quod una inducatur ad aliam, necesse est priorem esse si posterior sit. Ponamus enim quod generationis simpliciter, quæ est generatio substantiæ, sit quædam generatio. Si ergo generatio simpliciter fiat quandoque & iterum ipsum fiet generatio simpliciter aliquando fiebat, sequetur, quod nondum erat quod fit simpliciter, sed erat generationis secūdū aliquid secundum quód sit ipsa generatio generationis, si itaque & hæc generatio aliquando fiebat, cum non sit abire in infinitum, & in infinitis non sit accipere primum, non erit deuenire ad primum fieri, si autem prius non est neque posterius, ut supra dictum est, quare sequetur quod non sit habitum, idest id quod consequenter est. Et inde sequitur, quod nihil possit fieri neque moueri neque mutari, quod est impossibile. Non igitur possibile est quod mutationis sit mutatio.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Eiusdem præterea motus contrarius, atque quies, generatioque, & corruptio. quare quod fit, cum factum fuerit quod fit, tunc corrumpitur, nec enim statim, cum fiat, nec post, nam esse opus est, quod corrumpitur.*

A N T. par. 6. *Adhuc eiusdem motus contrarij, & quies, & generatio & corruptio. Quare quod fit, cum fiat fiens, tunc corrumpetur. Neque enim confestim factum, neque posterius. Esse enim oportet quod corrumpitur.*

Tertia rō.

Tertiam rationem ponit, quę talis est. Motus cōtrarij sunt eiusdem subiecti, etiam quies & motus, & etiā generatio & corruptio, quia opposita nata sunt fieri circa idem. Si igitur aliquod subiectum transmutetur de generatione in corruptionem, simul cum generatur, transmutabitur ad corruptionem, quod est transmutari ad non esse. nam corruptionis terminus est non esse. Quod autem transmutatur ad non esse corrumpitur. Sequitur igitur, quòd aliquid simul dū fit corrumpatur. Sed hoc non potest esse. Neque enim dum aliquid fit corrumpitur, neque statim postea corrumpitur. Cum enim corrumpitur est, se in non esse, oportebit id quod corrumpitur esse. Et sic oportet inter generationem quę est mutatio ad esse, & corruptionē q̄ est mutatio ad non esse, interuenire quietem mediam. Et sic non est mutatio de gene-

generatione in corruptionem.

BESS.

Item necesse materiam subesse ei, quod fit, & mutatur: quæ sane erit velut alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit, aut motus, aut generatio, & aliquid item ad hoc mouetur: nā opus est aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus nō est, esse motum. Quonam igitur modo? Non erit, doctrina doctrinæ: quare, neque generatio generationis.

ANT. par.7.

Adhuc oportet materiam subesse ei, quod fit et permutatur. Quæ igitur erit quemadmodum alterabile corpus, aut anima, aut aliquid, sic aliquid quod fit motus & generatio, & aliquid in quod mouetur: oportet enim esse aliquid eum, qui huius ex hoc in hoc motum, non motum. Qualiter igitur? Neque.n.erit disciplina disciplinationis. Quare neque generatio generationis.

Quarta rō.

Quartam rationem ponit, quæ talis est. In omni, quod generatur, oportet duo inueniri, quorum vnū est materia eius quod fit, & aliud, ad quod terminatur generatio. Si ergo generetur generatio, oportet quòd generatio & motus habeant materiam talem, quale est alterabile corpus, aut anima, aut aliquid huiusmodi: sed huius materiam non est assignare generationi, & motui. Similiter etiam oportet in generatione esse aliquid ad quod terminatur mutatio, quia oportet aliquam partem, scilicet materiam eius quod generatur esse motam ex hoc in hoc, & hoc in quod terminatur motus, non contingit esse motum, sed terminum motus. Non enim huiusmodi permutationis quæ est disciplinatio, est aliqua alia disciplinatio quæ ad eam terminetur, quæ sit disciplina disciplinationis. Quare relinquitur quod non sit generatio generationis.

Deinde cum dicit.

BESS.

Cum vero neque substantiæ, nec ad aliquid, neque faciendi, ac patiendi, superest secundum quale, et quantum, & vbi, motum duntaxat esse: quandoquidem in horum singulis, contrarietas est: quale autem dico, non quod in substantia (si quidem differentia, quale est) verum passiuum quale, quo dicitur res, aut pati, aut impassibilis esse.

ANT. par.8

Quoniam autem neque substantiæ, neque eius, quod ad aliquid, neque eius quod est facere, & pati. Relinquitur secundum quale & quantum & vbi motum esse. Horum enim vnicuique contrarietas est. Dico autem quale non quod in substantia. Etenim differentia quale: sed quod passiuum, secundum quod dicitur pati aut impassibile esse.

Concludit principale intentum, dicens, quod quia motus non potest esse neque in genere substantię, neque in ad aliquid, neque in agere & pati. Relinquitur quod motus sit secundum quale & quantum & vbi. In his enim generibus contingit esse contrarietatem quæ est inter terminos motus, vt ostensum est. Sed quia qualitas quandoq; dicitur de forma substātiali, subiungitur quòd cum motus dicitur esse in quali, nō intelligitur significare substantiam secundum quod differentia substantialis prædicatur in eo quod quale, sed de quali secundum quod dicitur aliquid pati, vel impossibile esse. Non enim est proprie alteratio nisi secūdum passibiles qualitates, vt in Septimo Physicorum probatur. Deinde cum dicit.

Motus non est nisi in triplici genere

sex. com. 11

BESS. Immobile.

Immobile autem est, & quod omnino impossibile est moueri, & quod in multo tempore vix mouetur: aut quod tarde incipit, & quod natum quidem est moueri, non possit autem, quando natum est, & vbi, & quomodo: quod sane inter immobilia solū, voco quiescere: contraria.n.quies motui. Quare priuatio erit susceptiui.

ANT. par 9

Immobile autem quod totaliter impossibile moueri. Et quod vix in tempore multo tarde incipiens. Et quod natum quidem est moueri, non potens autem, quando natum est, & vt quod voco quiescere immobilium solum, contrarium enim quies motui. Quare priuatio vtique erit susceptiui.

Ostendit quot modis dicitur immobile, & ponit tres modos, quorum primus est, quod immobile dicitur id quod omnino est impossibile moueri, sicut Deus est immobilis. Secundus modus est secundum quod dicitur immobile, id quod vix non potest moueri, sicut saxum magnum. Tertius modus est secundum quod dicitur immobile id quod natum est moueri, sed tunc non possit moueri, quando natum est, & vbi natum est moueri, & sicut natum est moueri. Et hoc solū immobile dicitur proprie quiescere, quia quies est contraria motui. Vnde oportet quòd quies sit priuatio motus in susceptiuo motus.

Immobile tripliciter

LECTIO XIII.

Nonnullos circa motum, & præcipue localem, terminos exponit, videlicet Simul, Seorsum, Tangi, Medium, Contrarium, Consequenter, Habitum, & Continuum.

BESS.

Simul secundum locum esse dicuntur, quæ in vno loco primo sunt. Et separata, quæ in diuerso. Tangi autem, quorum extrema sunt simul. Medium, in quod natum est prius venire, quod mutatur, quàm ad quod vltimum mutatur, secundum naturam continue mutatum. Contrarium secundum locum, quod secundum rectitudinem plurimum distat. Consequens est cuius principium sequentis, aut solo situ, aut specie, aut aliquo quodam modo definito, atque illius, cuius est consequēs, nihil est medium eorum, quæ in eodem genere sunt, velut linea lineæ, aut vnitas vnitatis, aut domus ipsius domus: aliud vero medium esse, nihil prohibet. Consequēs nanq; alicuius consequēs, ac quoddā posterius est, nō.n. vnum, consequens duorum, neque nouiluniū, consequens secundæ. Attingunt uero, quod consequens tāgit. Cęterū cum oēs mutatio in oppositis sit, hac vero contraria, ac contradictio, contradictionis uero nihil mediū est, cōstat quod mediū in contrarijs est. Continuum sane, quoddam attiguū, aut tangens est: dr uero cōtinuum, cum idē fiūt, atq; vnus, vtriusq; terminus, quib. tangūt, et se cōtinuāt.

Consequēs.

Cōtinuum

ANT. Cap. 13. par. 1

Simul aūt secundum locum quæcunq; in vno loco primo. Et seorsum quæcunq; in alio. Tangi autem quorum vltima sunt simul. Intermedium autem in quod natum est prius peruenire quod permutatur quàm in quod vltimum permutatur secundum naturā continue permutans. Contrarium secundum locum & secūdum rectum, plurimum distans. Consequenter autē est, quo post principium ente positione, aut specie, aut aliter qualiter determinato, nihil intermedium est eorum, quæ in eodem gēne, & cuius consequenter est, vt lineæ lineæ, aut vnitates vnitatis, aut domus domus: aliud aūt nihil prohibet intermedium esse. quod.n.consequenter alicuius, consequenter et posterius aliquid. Non.n.unum consequēter duorum, neq; noua luna secundæ: habitū aut quodcuq; cum consequenter ens tangit. Quoniam oīs permutatio in oppositis, hæc autem contraria & contradictio contradictionis, aut nullū intermedium. Palam, quòd in contrarijs intermedium. Continuum autem, quod quidē habitum aliquid. Dico autem continuum, cum idem fuerit, et vnum vtriusq; terminus, quib. tangunt & continent.

Notificat quæ circunstant motū, & præcipue motū localem. Et primo notificat ea. Secundo inducit quędam corollaria ex dictis ibi. {Quare palam.} Dicit ergo primo, quod simul secundum locum dr̄ quęcūq; sunt in {vno loco primo, {i. proprio. Si.n. aliqua sunt in

Notificat mouentia quę concomitātur motum localem Simul, quid & Seorsum quid,

vno loco cõi,non propter hoc dicunt esse simul,sic.n. omnia, quæ conueniunt cœli ambitu, dicerentur esse simul. Seorsum autem dicuntur quæcunque sunt in alio, & alio loco. Tangi autem adinuicem dicuntur, quorum vltima sunt simul, puta duo corpora quorũ superficies coniunguntur. Medium autem inter duo est,in quod id quod continuo permutatur,natum est prius peruenire quàm in vltimum.Sicut si motus continuus de a, in c, prius ueniet in b, id quod mutatur quàm in c.Contrarium verò secundum locum est,quod est plurimum distans secundum rectam lineam. Non enim distantia plurima potest mensurari secundum lineam curuam, eo quod inter duo puncta possunt designari infinitæ decisiones circulorum dissimiles. Sed inter duo puncta non potest esse nisi vna linea recta. Mensuram autem oportet esse certam & determinatam. Plurimum autem distans in locis inuenitur secundum naturam sursum & deorsum,quæ sunt medium & extremum mundi. Consequenter autem dicitur quod est post aliquod primũ principium, siue attendatur ordo secundum positionem, siue secundũ speciem,sicut binarius est post vnitatem, qualitercunque aliter. Adhuc autem oportet quod nihil eiusdem generis sit medium inter id quod est consequenter, & id cui consequenter est. Sicut lineæ sunt consequenter alicui lineæ, & vnitates alicui vnitati,& domus alicui domui consequenter. Sed nihil prohibet inter duo, quorum vnum se habet cõsequenter ad alterum esse aliquid mediũ alterius generis, puta si inter duas domus sit vnus equus medius. Et ad manifestandum præmissam diuisionem subiungit, quod illud quod dicitur consequenter, oportet quod sit consequenter respectu alicuius, & quod sit aliquod posterius. Vnum enim non se habet cõsequenter ad duo cum sit prius, neque noua luna ad secundam,sed econuerso. Deinde dicit quòd habitum dicitur illud quod est consequenter & tangit, puta si duo corpora sint ordinata, quorum vnum alterum tangat. Deinde dicit quod cum omnis permutatio sit inter opposita, & opposita inter quæ est permutatio sint contraria & contradictoria, vt ostensum est, cum contradictionis nullum sit medium, manifestum est quòd inter sola contraria oportet esse medium, cum medium sit inter extrema motus, vt ex diffinitione superius posita patet. Hoc autem bene inducit. Quia enim dixerat quod consequenter sunt,inter quæ non est medium, conueniens fuit vt ostenderetur inter quę potest esse medium. Deinde ostendit quod sit continuum & dicit, quòd continuum addit aliquid supra habitum. Et dicit quòd continuum est cum vtriusque eorum quæ se tangunt, & quæ simul sunt, sit vnus & idem terminus, sicut partes lineæ continuantur ad punctum. Deinde cũ dicit.

Tangi, qd. Mediũ, qd. Contrarium, quid. Consequenter, quid. Habitũ, qd. Quorũ est medium. Cõtinuum, quid.

BESS. *Quare patet in his esse continuum, ex quibus vnum quiddam natum est secundum contactum fieri, quod consequens, primum sit, constat: consequens nanque nõ tangit: hoc vero consequens est: & si continuum est, tangit: quod si tangit, nondum continuum est: in quibus vero non est tactus, in his non est cohærentia. Quare non est punctum idem vnitati: nam illorum est tactio, harum vero minime, sed consequenter, & illorum quidem est aliquid intermedium, harum vero minime.*

ANT. par. 2 *Quare palam quod continuum in his sit, ex quibus vnum aliquid natum est fieri secundum contactum. Et quia primum, quod consequenter palam: quod enim consequenter non tangit. Hoc autem consequenter, & si continuum, tangit, si autem tangit, nondum continuum. In quibus autem non est tactus, non est connascentia in his: quare non est punctum huic vnitati. His quidem enim inest tangi, his autem non, sed ad consequenter: & horum quidem intermedium aliquid, harum autem non.*

Inducit tria corollaria ex præmissis,quorum primũ est quòd continuum est in illis ex quibus natum est fieri vnum secundum cõtactum. Et hoc ideo est,quia continuum requirit identitatem termini. Secundum corollarium est,quòd inter ista tria,cõsequenter, contactum, & continuum, prius & communius est quod est consequẽter. Non enim omne quod est cõsequenter tangit, sed omne quod tangit est consequenter. Oportet enim cõtacta secundum positionem esse ordinata, & nihil eorum esse medium. Et similiter tangens est prius & communius ens quòd continuum, quia si est continuum, est necesse quòd tangat. Quod enim est vnum necesse est esse simul, nisi forte intelligatur in hoc quod est esse simul pluralitas. Sic enim continuum non esset contactum, sed eo modo quo id quod est vnum est simul necesse est continuum esse tangens. Sed non sequitur si tãgit quod sit continuũ, sicut nõ sequitur quod si aliqua sunt simul quod sint vnum. Sed in quibus non est contactus } non est nascentia, } id est naturalis coniunctio quæ est proprie continuorum. Tertium corollarium est, quòd punctus & vnitas non sunt idem, vt Platonici posuerunt dicentes quòd punctum est vnitas habens positionẽ. Et quòd non sint idem patet ex duobus, primo quidem quia secundum puncta est contactus, non autem secundum vnitates, sed consequenter se habent adinuicem. Secundo quia inter duo puncta semper est aliquid medium, vt probatur in 6. Physic. Sed inter duas vnitates necesse non est aliquid esse medium.

Inducit ex his tria. Puncti drña ab vnitate. Lect. 2 tex. com.

Vndecimi libri Metaphysicorum finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER XII.

Cum Sancti Thomæ expositione.

LECTIO I.

In hac scientia speculationem esse de substantia ex antiquorum etiam opinionibus ostenditur.

BESS. tex. 1 *SPECVLATIO nobis de substantia est: siquidem substantiarũ principia & causæ quæruntur.*

Vide documẽtũ Auer. sup illo tex.

ANT. tex. com. 1 par. 1. *De substantia quidem theoria est. Nam substantiarum principia & causæ quæruntur.*

Postquam Philosophus in præcedenti libro recolligerat, quæ ante dicta erant tam in hoc lib. quàm in lib. Physic. de entibus imperfectis. In hoc lib. intendit recolligere, quæ dicta sunt de ente simpliciter, id est de substantia, tam in 7. & in 8. huius, quàm etiam in 1. Physicor. & addere id quod deest ad complendam considerationem de substantijs. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quòd ad istam scientiam pertinet considerare præcipue de substantia. In secunda de substantia determinat ibi. { Substãtię vero tres. } Circa primum duo facit. Primo proponit quòd intendit, dicens quòd in hac scientia { est theoria, } id est consideratio principalis de substantia. Nam cum ista scientia, vtpote prima, & quæ sapientia dicitur, principia prima entium inquirat, necesse est quòd in hac scientia inquirantur principaliter principia, & causæ substantiarum. Nam ista sunt principia entium prima. Quomodo autem differant principium & causa in Quinto habitum est.

Intendit in hoc libro de substãtia immateriali. Pręmittit tamẽ quędam de substãtia in cõmuni. Principalis cõsideratio Meta. est de substantia; Lect. 1

BESS. tex. 2

Etenim siue vt totum aliquid vniuersum est, substantia, prima pars est: siue ex consequenti, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale, postea quantū.

ANT. text. com. 2. par. 2

Etenim est si totum quoddam omne, substantia est prima pars. Et si eo quod consequenter, & ita primum substantia, deinde qualitas, aut quantitas.

Substantia est prior entibus ... dupliciter.

Probat propositum quatuor modis. Primo per hoc quòd substantia est prior, alijs entibus. Vnde scientia prima, de primo ente debet principaliter determinare. Quod autem substantia sit prima inter omnia entia, manifestat per simile in rebus sensibilibus in quibus inuenitur ordo inter aliqua dupliciter: Vno modo secundum quod partes alicuius totius habēt ordinem adinuicem, sicut in animali pars prima est cor; & in domo fundamentum. Alio modo secundum quòd aliqua sunt consequenter se habentia, ex quibus non fit vnum vel continuitate vel contactu. Sicut in exercitu dicitur prima acies, & secunda acies. Sicut igitur in aliquo toto est aliqua prima pars. Et sicut iterum in his quæ consequenter se habent, est aliquod primum; ita substantia est primum inter omnia alia entia. Et hoc est quod dicit: Quod si omne, id est vniuersitas entium sit quoddam totum, substantia est prima pars, sicut fundamentum in domo. Et si entia se habent sicut ea quæ sunt consequenter, ita etiā substantia erit primum, & deinde quantitas, & qualitas, & alia genera. Auer. autem non attendens hoc secundum similitudinem dici, quia considerauit non posse cadere in alicuius mentem, quod omnia alia genera entium essent sicut partes vnius totius continui, diuertit à plano literæ in aliam expositionem, dicens per hæc duo Arist. intendisse duplicem habitudinē quam contingit opinari in entibus, scilicet vel quod habeāt se sicut ea quæ sunt vnius naturæ, & vnius generis, quod esset si ens esset commune genus eorum, vel qualitercunque communitatem habens ad ea. Et hoc intelligit cum dicit: Si vt totum quoddam. Vel quòd habeant se adinuicem sicut quæ in nullo communi conueniunt. Et hoc intellexit cum dixit: Et si in eo quod consequenter &c. Vtrolibet enim modo sequitur quod substantia sit prior alijs entibus.

Expositio Auerroys.

BESS. tex. 3

At simul (vt ita dicam) nec entia sunt ista simpliciter, verum qualitates, & motus; quemadmodum non album, & non rectum: dicimus nanque hæc quoque esse, veluti est, non album.

ANT. tex. com. 3 part. 3

Similiter autem nec entia nihil est simpliciter dicere hæc, sed qualitates & motus. Aut non album & non rectum, dicimus enim esse & hoc, puta est non album.

Secundo modo probat idem dicens, quod quantitas & qualitas & huiusmodi non sunt simpliciter entia, vt infra dicet. Nam ens dicitur quasi esse habens, hoc autem solum est substantia, quæ subsistit. Accidentia autem dicuntur entia, non quia sunt, sed quia magis ipsis aliquid est, sicut albedo dicitur esse, quia & subiectum est album. Ideo dicit, quod non dicuntur simpliciter entia, sed entis entia, sicut qualitas & motus. Nec est mirum, si accidentia dicuntur entia, cum non sint simpliciter entia, quia etiam priuationes & negationes dicuntur quodammodo entia, sicut nō album & non rectum. Dicimus enim quod non albū est, non quia non album esse habeat, sed quia subiectum aliquod est albedine priuatum, hoc igitur commune est inter accidentia & priuationes, quia de vtrisque dicitur ens ratione subiecti. Sed in hoc differunt, quia subiectum secundum accidentia habet esse aliquale, secundum vero priuationes non habet esse aliquale, sed est deficiens ab esse. Sic igitur, cum accidentia non sint simpliciter entia, sed solum substantiæ, hæc scientia, quæ considerat ens inquantum est ens, non cōsiderat principaliter accidentia, sed substantias.

Accidentia dicunt non simpliciter, sed aliqualiter entia.

Priuationes & negationes sunt aliqualiter entia.

BESS.

Præterea, cæterorum nullum separabile est.

ANT. par. 4

Amplius nihil aliorum separabile.

Tertio modo probat, quia scilicet alia entia non possunt separari à substantia. Accidentia enim non possunt esse nisi in subiecto. Et ideo in consideratione substantiæ includitur consideratio accidentium.

Accidentia sunt inseparabilia à substantia.

BESS. Tex. 4

At hoc idem, re ipsa testantur antiquiores, quippe qui principia, elementa, et causas substantiæ quærebāt. Recentiores vero, vniuersalia magis ponunt esse substantias; genera nanque vniuersalia sunt, quæ asserunt magis principia, atque substantias esse, propterea quod logice quærunt: antiquiores vero, singularia (vt ignem & terram) non autem corpus commune.

ANT. text. com. 4 par. 5

Testantur autem & antiqui opere. Nam substantiæ quærebant principia & elemēta & causas. Qui quidem nunc, substantias vniuersalia magis ponunt. Nam genera vniuersalia, quæ dicunt principia & substantias esse magis, propter logice inquirere. Qui vero antiqui fuerunt, particularia, vt ignem & terram. Sed non commune corpus.

Quarto probat idem dicens, quòd etiam Philosophi antiqui testātur ipso facto, quòd Philosophi consideratio est de substantijs, quia quærentes causas entis, quærunt causas substantiæ solum. Et hoc fecerunt & quidam moderni, sed tamen differenter. Non enim quærebāt principia & elementa & causas eodem modo, sed diuersimode. Nam moderni, scilicet Platonici, dicunt vniuersalia magis esse substantias quàm particularia. Dicunt enim genera, quę sunt vniuersalia, magis esse principia & causas substantiarum quam particularia. Et hoc ideo, quia logice inquirebāt de rebus. Vniuersalia enim, quæ secundum rationem sunt abstracta à sensibilibus, credebant etiam in rerum natura abstracta fore, & principia particularium. Sed antiqui Philosophi, vt Democritus & Empedocles, posuerunt substantias & principia rerum esse particularia, vt ignem, & terrā, non autē hoc cōe, quod est corpus.

LECTIO II.

Diuiditur substantia in sensibilem & immobilem, ea que in corruptibilem ac sempiternam, & quę nam sit vtriusque sensibilis substantiæ materia ostenditur.

BESS. tex. 5

Verum substantiæ tres sunt: vna, sensibilis: cuius quædam, sempiterna, quædam, corruptibilis, quam omnes concedunt, veluti plantæ, & animalia. Sempiterna vero (cuius elementa, siue vnum, siue multa sint, accipere necesse est) alia immobilis, quā aliqui separabilem aiunt esse, quidam in duo diuidentes quidam in unam ponentes naturam: tam species quam mathematica, quidam ex his mathematica solum. Illæ itaque philosophiæ naturalis: cum motu nanque sunt. ista autem alterius est, si nullum eis cōe principium est.

text. 5 Vide digressionē Auer.

ANT. tex. com. 5 par. 1.

Substantiæ uero tres sunt; Vna quidem sensibilis, cuius alia quidem sempiterna, alia corruptibilis, quam omnes confitentur, ut plantæ & animalia. Sempitern: autem cuius elementa necesse est accipere, siue unū siue multa. Alia uero immobilis. Hanc dicunt quidam separabilem esse. Hi quidem in duo diuidentes, alij in unam naturam species ponentes & mathematica, alij horum mathematica solum. Illa quidem naturalis, cum motu enim sunt. Et hæc alterius, si nullum illis principium commune est.

tex. com. 6

Postquam ostendit quòd consideratio Philosophi principaliter de substantijs est, hic incipit de substantijs determinare, & diuiditur in partes duas. In prima

diuidit substantiam. In secunda de partibus diuisionis determinat. ibi. § Sensibilis vero substantia. § Dicit ergo primo quòd tres sunt substātiæ. Vna quidem est sensibilis, quæ in duo genera diuiditur. Nam substantiarum sensibilium quædam sunt sempiternæ, scilicet corpora cœlestia, quædam vero sunt corruptibiles. Substantia vero sensibilis & corruptibilis nota est omnibus, sicut sunt plantæ & animalia. Sed alia substantia sensibilis, § scilicet sempiterna est cuius principia quærere intendimus in hoc libro, scilicet si vnum sit eorum principium vel multa. Hoc enim inquiret considerando de substantijs separatis, quæ sunt principia mouentia & fines corporum cœlestium, vt infra patebit. Ponit autem hic large elementa loco principiorum. Nam elementum proprie non est nisi causa intrinseca. Tertium vero genus est substantiæ immobilis, quæ non est sensibilis. Et hæc non est omnibus manifesta, sed quidam ponunt eam esse separabilem à sensibilibus. Quorum opinio diuersificatur. Quidā enim diuidunt substantiam separabilem in duo genera, scilicet in species, quas vocant ideas & mathematica. Sicut enim inuenit secundum rationem duplex modus separationis, vnus quo separantur mathematica à materia sensibili, alius quo separantur vniuersalia à particularibus, ita & secundum rem ponebant & vniuersalia esse separata, quæ dicebāt species, & etiam mathematica. Sed quidam hæc duo, scilicet species, & mathematica in vnam naturam reducebant. Vtrique igitur hi erant Platonici. Sed alij, scilicet Pythagorici non ponebāt species, sed solum mathematica. Inter hæc autem tria genera substantiarum hoc differt, quia substantiæ sensibiles siue sint corruptibiles siue perpetuæ, pertinent ad considerationem Naturalis Philosophiæ, quæ determinat de ente mobili. Huiusmodi enim substantiæ sensibiles sunt in motu. Substantia autem separabilis, & immobilis pertinet ad considerationem alterius scientiæ, & non ad eandem, si tamen nullum principium sit commune vtrique substantijs; quia si in aliquo conueniant, pertinebit vtrarumque substantiarum consideratio ad illam scientiam, quæ illud commune considerat. Et ideo naturalis scientia considerat solum de substantijs sensibilibus, inquantum sunt in motu. Et ideo tam de his etiam quàm de substantijs immobilibus considerat hæc scientia, inquantum communicant in hoc quòd sunt entia & substantiæ.

Substantia triplex.

Lect. 9

Triplex opinio antiquorum de substantia mobili.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Sensibilis vero substantia mutabilis est. Si itaque ex oppositis, aut medijs mutatio fit, oppositis vero non omnibus (album enim non ex voce, verum ex cōtrario), necesse est aliquid subesse, quod in contrarietatem mutetur: non enim contraria transmutantur. Præterea hoc quidem permanet, contrarium vero non permanet: est igitur aliquid tertium præter contraria, ipsa materia.*

A N T. par. 2 *Sensibilis vero substantia est mutabilis. Si autem mutatio est ex oppositis aut medijs, sed oppositis nō omnibus (non album enim vox) sed ex contrario, necesse subesse quid mutabile in contrarietatem. Non enim contraria transmutantur. Amplius hoc quidem manet, aliud vero contrarium non manet. Est igitur aliquid tertium præter contraria, materia.*

Determinat de præmissis substantijs, & primo de substantia sensibili. Secundo de substantiis immobilibus. ibi (Sed quoniam tres sunt.) Prima diuiditur in duas. In prima inquirit principia substantiæ sensibilis. In secunda inquirit vtrum sint eadem principia substantiæ & aliorum generum. ibi. (Causæ vero & principia.) Circa primum duo facit. Primo inquirit de materia. Secundo de forma. ibi. (Tres vero causæ & tria principia.) Circa primum duo facit, primo determinat veritatem de materia. Secundo soluit dubitationem. ibi (Dubitabit autem aliquis ex quo.) Circa primum duo facit, primo enim manifestat materiam esse in sensibilibus & quale ens sit. Secundo quomodo diuersimode inuenitur in diuersis substantijs sensibilibus. ibi. (Omnia vero materiam habent.) Circa primum duo facit, primo quod dictū est: Secundo soluit argumentum ex quo aliqui antiqui negauerunt generationem. ibi § Quoniam autem duplex. § Circa primum duo facit. Primo ostendit materiam esse in sensibilibus. Secūdo vero ostendit quale ens sit materia, ibi. § Si itaque transmutationes. § Dicit ergo primo, quòd substantia sensibilis est mutabilis, vt dictum est, omnis autem mutatio est ex oppositis, aut ex medijs, vt supra ostensum est. Non autem est mutatio ex quibuscunque oppositis, fit enim albū ex non albo, non tamen ex qualibet non albo: nam vox est non album, sed corpus non fit album ex voce, sed ex nō albo, quod est nigrum vel medium. Et ideo dicit quod mutatio fit ex opposito, quod est contrarium. Nec est instantia de substantia in qua fit mutatio, cum tamen substantiæ nihil sit contrarium, quia in substantia est priuatio, quæ quodammodo computatur inter contraria, vt in Decimo ostēsum est. Quia igitur omnis mutatio est de contrario in cōtrarium, necesse est subesse aliquod subiectū, quod possit mutari de contrario in contrarium. Et hoc Philosophus probat dupliciter, primo quidem, quia vnum contrariorum non transmutatur in alterum, non enim ipsa nigredo fit albedo. Vnde, si debeat fieri transmutatio de nigro in album, oportet aliquid esse præter nigredinem quod fiat album. Alio modo probat idem ex hoc, quòd in qualibet transmutatione inuenitur aliquid manens, sicut in transmutatione, quæ est de nigro in album, corpus manet, aliud vero, scilicet contrarium, vtputa nigrum, non manet. Vnde manifestum est, quòd materia est aliquid tertium præter contraria. Deinde cum dicit.

Lib. 1 Lect. 11

Necesse est esse materiā primā: quæ est subiectū substātialis transmutationis. Hoc idē probat in textu sequenti

B E S S. tex. 7 *Si itaque transmutationes sunt quatuor, aut secundum ipsum quid, aut secundum quale, aut quantum, aut vbi, ac generatio simplex & corruptio, quæ secundum quod quid sit, augmentatio & diminutio, quæ secūdum quantum, alteratio, quæ secundum passionem, latio vero, quæ secundum locum, profectò in contrarietates in vnoquoque mutationes sunt: necesse est igitur mutari materiam, quæ ambo possit.*

Transmutationes quot.

A N T. text. com. 7. part. 3 *Si itaque transmutationes sunt quatuor, aut secundum quid, aut secundum qualitatē, aut secundum quantitatem, aut vbi: Generatio quidem simpliciter aut corruptio secundum hoc, & augmentum & decrementum quæ secundum quantitatem, alteratio autem quæ secundum passionem, latio autem quæ secundum locum, in contrarietates vtique erunt eas, quæ secundū vnumquodque transmutationes, necesse itaque transmutari materiam potentem ambo.*

Ostendit cuiusmodi ens sit materia, & dicit, quòd transmutationes sunt quatuor. Generatio quidem & corruptio simplex secundum substantiam, & augmentum & diminutio secundum quantitatem, alteratio secundum passionem, quæ est tertia species qualitatis. § Latio, § id est loci mutatio secundum vbi. Et manifestum est, quòd omnes istæ transmutationes erunt secundum contrarietates, quæ sunt secūdum vnumquodque horum generum, vtputa, alteratio in cōtrarietatem, qualitatis. Augmentum in contrarietatem quantitatis, & sic de alijs. Et ita, cum in qualibet transmutatione sit quoddam tertium præter con-

Transmutationes sunt quatuor

Quale ens & materia

trarium,

trarium, quod dicitur materia, necesse est, quod id, quod transmutatur, siue subiectum transmutationis, quantum est de se, sit in potentia ad vtrunque contrarium. Aliter enim non esset susceptiuum vtriusque, nec posset de vno in aliud transmutari. Sicut igitur corpus, quod transmutatur de albedine in nigredinem, inquantum est corpus, est in potentia ad vtrunque, ita materia in generatione substantiæ, quæ est subiectum generationis & corruptionis, quantum est de se est in potentia ad formam, & priuationem, nec formam nec priuationem quantum est de se, actu habens.

Deinde cum dicit.

B E S S. tex. 8 — *Cum autem duplex sit ens, omne mutatur ex potentia ente in actu ens, vt ex potentia albo, in actu album, eodem autem modo, & de augmentatione & diminutione. Quare non solum per accidens, ex non ente fieri contingit, sed etiam ex ente omnia fiunt, verum potentia quidem ente, actu vero ex non ente.*

A N T. tex. com. 8 part. 4 — *Quoniam autem duplex est ens, transmutatur omne ex potentia ente in actu ens: vt puta ex potentia albo, in actu album. Similiter autem in augmento & decremento. Quare non solum secundum accidens contingit fieri ex non ente, sed ex ente fiunt omnia. Potentia quidem ente, ex non ente vero actu.*

Soluit dubitationē antiquorum generationem negantium. — Hic Philosophus secundum veritatem determinat de ipsa materia, circa quod duo facit. Primo soluit dubitationem. Secundo ostendit quomodo aliqui antiqui dixerunt simile prædictæ solutioni. ibi: Et hoc Anaxag. Soluit autem hanc dubitationem antiquorum naturalium Philosophorum, qui remouebant generationem propter hoc, quòd non credebāt quòd posset aliquid fieri ex non ente, quia ex nihilo fit nihil, nec etiam ex ente, quia sic esset antequam fieret. Hanc ergo dubitationem Philosophus soluit, ostendendo qualiter aliquid fit ex ente, & ex nō ente, dicens, quòd duplex est ens, scilicet ens actu, & ens potentia. Omne igitur, quod transmutatur, transmutatur ex ente in potentia in actu ens, sicut cum aliquid alteratur ex albo in potentia in actu album. Et similiter est in motu ipsius augmenti & decrementi, quia transmutatur aliquid de potentia magno vel paruo, in actu magnum vel paruum. Vnde & in genere substantiæ fiunt omnia ex non ente & ente. Ex non ente quidem secundum accidens, inquantum fit aliquid ex materia subiecta priuationi, secundum quam dicitur non ens. Sed per se fit aliquid ex ente, non autem in actu, sed in potentia, scilicet ex materia, quæ est ens in potentia, vt supra ostensum est. Sciendum est autem, quòd prædictæ positioni antiquorum naturaliū negantium generationem & dicentium, quòd generatio non est aliud quàm alteratio, voluerunt obuiare quidam posteriores, dicentes generationem esse per segregationem ab aliquo mixto & confuso: Philosophus ergo tertio cum dicit.

Fieri aliqd ex aliquo cōtingit, dupliciter.

B E S S. text. 9 — *Et hoc est, Anaxagoræ vnum: melius nanque quàm cuncta simul, & quàm mistura Empedoclis, ac Anaximandri, & vt Democritus quoque ait, simul omnia potentia erant, actu vero minime. Quare materiam tetigerunt.*

A N T. text. com 9. part. 1 — *Et hoc est Anaxagoræ vnum. Dignius est enim quàm simul omnia. Et Empedoclis mixtura, & Anaximandri, vel vt Democritus ait, prius erant omnia potentia, actu vero minime. Quare materiam vtique erant tangentes.*

Suę opinionis circa generationē. — Ostendit quòd etiam omnes sic dicentes, aliquid simile prædictæ positioni dicere voluerunt, sed non attingunt. Dicit ergo quòd hoc, scilicet materia quę est ens in potentia ad omnia, esse illud vnum quòd Anaxa. posuit. Dicebat enim quòd omne quod generatur ex aliquo, est in eo ex quo generatur. Et sic à principio omnia erant mixta in quodam vno, nesciēs distinguere inter potentiam, & actum. Sed dignius est ponere materiam, in qua omnia sunt in potentia, quam ponere omnia simul in actu, vt videtur ex verbis Anaxa. Et hoc est quod Empedocl. dixit, quòd à principio omnia erant mixta, & confusa per amicitiam, & postea lis segregauit. Et similiter Anaximander dixit, quòd in vno confuso præextiterant omnia contraria. Et Democritus etiam dixit, quòd omnia, quæ fiunt, prius erant in potentia, sed non in actu. Vnde manifestum est, quòd omnes isti Philosophi tetigerunt quodammodo materiam, sed non perfectè ad eam peruenerunt.

Adaptat aliquorum modo opinio[illegible] antiquorū.

Deinde cum dicit.

B E S S. tex. 10 — *Cuncta v ro quæcunque mutantur, materiam habēt, sed diuersam: nam & ipsorum sempiternorum quęcunque non sunt generabilia, sed latione mobilia, attamen non generabilem, sed vnde, & quo.*

A N T. tex. c. 10. par. 6 — *Omnia vero materiam habent quæcunque transmutantur, sed aliam: & sempiternorum, quæcunque non generabilia, mobilia autem latione. Verum non generabilem habent, sed vnde & quo.*

In sempiternis corporibus & corruptibilibus non est eiusdem rationis materia. Materia duplex — Ostendit, quòd non eodem modo materia est in omnibus substantijs sensibilibus, dicēs, quòd quęcunque transmutantur, oportet quod habeat materiam, sed aliam & aliam. Ea enim quæ transmutantur secundum substantiam, id est quæ generantur & corrumpuntur, habent materiam, quæ est subiectum generationis & corruptionis, quæ scilicet de se est in potentia ad formas & ad priuationes. Sed corpora cęlestia, quæ sunt sempiterna & ingenerabilia, sed mobilia secundum locum, habent quidem materiam, sed non quę est subiectum generationis, aut quæ sit in potentia ad formam, & priuationem, sed quę est in potentia ad terminos motus localis qui sunt, vnde incipit motus, & quo motus intendit.

B E S S. tex. 11. — *Dubitare vero quispiam possit, ex quo non ente generatio fiat: tripliciter enim non ens dicitur. Si igitur quippiam est potentia, veruntamen non ex quocunque, sed cum alterum ex altero. Nec id sufficit, quod simul omnes res erant, quia differunt materia: cur enim infinita facta fuissent, & non vnum, cum intellectus vnus sit? quare si materia vna, illud actu fuisset factum, cuius materia potentia erat.*

A N T. tex. com. 11. par. 7 — *Dubitabit autem vtique aliquis, ex quali non ente est generatio. Tripliciter enim non ens. Si itaque est aliquid potentia. Attamen non ex quocunque, sed alterum ex altero. Neque sufficiens, quia simul res omnes. Differunt enim materia. Quoniam quare infinita facta sunt, sed non unum? Intellectus enim unus. Quare si materia una illud factum esset actu, cuius materia erat potentia.*

Ostendit ex quo nō ente hat generatio. Non ens tripliciter. — Soluit quandam dubitationem circa prædeterminata, dicens, quòd aliquis potest dubitare cu[illegible]n ge[illegible]ratio sit transmutatio de non ente in ens, ex qu[illegible] non ente in ens fit generatio. Dicitur enim no[illegible]o non pliciter. Vno modo quod nullo modo e[illegible]n ens tri[illegible] non ente non fit generatio, quia ex n[illegible]t, & ex tali cundum naturam. Alio modo d[illegible]nilo nihil fit secitur non ens ipsa priuatio, quæ consideratur in [illegible]liquo subiecto, & ex tali non ente fit quidem generatio, sed per accidens, inquantum, scilicet generatio fit ex subiecto, cui accidit priuatio. Tertio modo dicitur non ens ipsa materia, quę quantum est de se non est ens actu, sed

Diuersimode ex materia generat aliqd, & ex priuatione

ens potentia. Et ex tali non ente fit generatio per se. Et hoc est quod dicit, quod si aliquod non ens est ens in potentia, ex tali, scilicet nō ente fit generatio per se. Quamuis autem generatio fiat ex non ente quod est in potentia, non tamen fit quodlibet ex quocunque, sed diuersa fiunt ex diuersis materijs. Vnumquodque enim generabilium habet materiam determinatam ex qua fit, quia formam oportet esse proportionatam materię. Licet enim materia prima sit in potentia ad omnes formas, tamen, quodam ordine suscipit eas. Per prius enim est in potentia ad formas elementares, & eis mediantibus secundum diuersas proportiones commixtionum est in potentia ad diuersas formas: vnde non potest ex quolibet immediate fieri quodlibet, nisi forte per resolutionem in primam materiam. Et hoc est contra Anaxag. qui posuit quod quodlibet fit ex quolibet. Nec ad hoc asserendum sufficit quod posuit omnia esse simul à principio. Oportet enim quod res differant in materia secundum qđ diuersis diuersæ sunt materiæ. Quomodo enim essent facta infinita, & nō vnum tantum, si vna esset materia omnium secundum positionem Anaxagoræ Posuit enim Anaxag. esse vnum agens, scilicet intellectum. Vnde & si materia est vna, necesse est etiam quod factum sit vnum, scilicet id, ad quod materia erat in potentia. Vbi enim est vnum agens & vna materia, necesse est esse vnum factum, vt in Decimo habitum est. Hæc autem ratio procedit contra Anax. inquantum ponebat intellectum indigere materia ad faciendum res. Si autem ponat primum rerum principium intellectum, qui ipsam materiam producat, primum principium diuersitatis rerum erit ex ordine appræhenso ab intellectu prædicto, qui secundum quod res diuersas producere intendit, instituit materias diuersas aptas diuersitati rerum.

Determinatæ rei materialis est determinata materia ᵽ ximae ex qua generatur.

tex. com. 11 & 12.

A Deo licet sit vnus possunt fieri diuersa, & quo

LECTIO III.

Formam minime generari, sed quodque compositum ab vniuoco fieri probat, hinc quomodo & quæ formę separari ab his quorum sunt formæ, dicantur demōstrat.

BESS. tex. 12.

Tres itaque causæ, & tria principia: duo quidem ipsa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & forma, hoc vero priuatio: tertium vero materia.

ANT. tex. 12 part. 1

Tres vero sunt causæ, & tria principia. Duo quidem contrarietatis, cuius hoc quidem ratio & species, illud vero priuatio: tertium vero materia.

Sermo de forma.

Postquam Philosophus determinauit de materia, hic determinat de forma, & circa hoc duo facit. Primo determinat de ea secundum se. Secundo per comparationem ad substantiam compositam. ibi (Substantiæ autem tres sunt & c.) Circa primum tria facit. Primo proponit formam esse principium, dicēs, quod tres sunt causæ, & tria principia substantię mutabilis. Duo enim sunt cōtraria, quorum vnum (est species,) id est forma, & aliud est priuatio, quæ quodammodo est contrarium, tertium autem est materia. Iam enim ostensum est, quod in omni transmutatione oportet esse subiectum, & duo contraria. Vnde necesse est quod in generatione substantiæ hæc requirantur. Secundo ibi.

Tria sunt principia substantiæ mobilis. tex. com. 7

BESS.

Post hæc ostendendum est, quod neque materia fit, neque forma: omne enim quod transmutatur, aliquid est, & ab aliquo in aliquid trāsmutatur: ab aliquo quidem, primo mouente: in quo vero, materia, in quod autem, formam, in infinitum itaque procedet, si non solum æs rotundum fiat, verum ipsum rotundum, aut æs: quare necesse est stare.

ANT. par. 2

Postea quia nec fit materia nec species. Dico autem vltima. Omne nanque transmutat aliquid, & ex aliquo, et in quid. Et à quo quidem, primo mouente, cuius vero, materia, in quod vero, species. In infinitum ergo sunt, si non solum æs fit rotundum, sed & ipsum rotundum, aut æs. Necesse est itaque stare.

Ostendit, quòd forma non generatur sicut nec materia, dicens quòd materia nec (species fit,) id est generatur. Sed hoc intelligi oportet de vltima materia, & de vltima forma. Nam materia aliqua generatur, scilicet quę est subiectū alterationis, est enim substantia composita. Quod autem nec forma vltima, nec materia vltima generentur, sic probat. In omni transmutatione oportet esse aliquod subiectum transmutationis, quod est materia, & aliquid à quo transmutatur, quod est principium mouens, & aliquid in qđ transmutatur, quod est species & forma, si ergo ipsa forma & materia generentur, puta si non solum generetur hoc totum, quod est æs rotundum, sed etiam ipsa rotunditas, & ipsum æs, sequetur quòd tam forma quàm materia habeant materiam & formam, & sic ibitur in infinitum in materiis, & formis, quod est impossibile. Necesse est itaque stare in generatione, vt scilicet vltima forma & vltima materia non generetur.

Nec forma per se generatur nec prima materia

In omni generatione tria. Hoc idē supra septimo tex. com. 17

BESS. tex. 13

Deinde quod aliquid est quęlibet substantia est, quæ ab vniuoco fit. Quædam enim natura substantię sunt, quędam aut m alia: aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut casu fiunt: sed ars quidem principium in alio, natura vero principium in ipso: homo nāque hominem generat: cęteræ causę priuationes horum sunt.

ANT. tex. com. 13 par. 3

Postea quia vnaquæque ex vniuoco fit substantia. Nam & quę natura sunt, substantia, & alia. Aut enim arte, aut natura sunt, aut fortuna, aut casu. Ars igitur principium est in alio. Natura autem principium in ipso. Homo nam ue hominem generat. Reliquæ vero causę horum priuationes.

Tertio dicit, quòd res acquirunt formam ex agentibus similibus, dicens, quòd quęcunque substantia, fit ꝫ ex agente vniuoco, ꝫ id est simili secundum formam. Omnes enim substantię, quę generantur, generantur aut à natura, aut ab arte, aut à fortuna, aut automato, id est ꝫ casu, ꝫ id est per se vano. Differt autem ars à natura, quia ars est principium agendi in alio, natura autem est principium actionis, & motus in eo in quo est. Manifestum est autem, quod ea, quę generantur ab arte, fiunt ex sibi simili. Aedificator enim per formam domus quam habet in mente, facit domum, quę est in materia. Et idem etiam apparet in natura, quia homo generat hominem: in quibusdam autem hoc non videtur. Non enim generantur ex sibi similibus in specie, sicut calidum in corporibus inferioribus generatur à sole n. n calido. Sed licet nō sit similitudo secundum speciem, oportet tamen esse aliquam similitudinem, sed tamen imperfectam, quia materia inferiorum non potest pertingere ad perfectam similitudinem superioris agentis. Et cum ita sit in his, quę fiunt ab arte, & natura, manifestum est quod vnumquodque generatur à suo simili. Nam ꝫ reliquę causę, ꝫ scilicet fortuna & casus sunt quasi defectus & priuationes naturę & artis. Nam fortuna est intellectus agens prę̨ter intentionem, & casus natura agens prę̨ter intentionem. Vnde ea, quę fiunt à fortuna, & casu, non assimilantur suis agentibus, cum fortuna & casus non sint causę per se, sed per accidens: & ideo quodammodo animalia, quę generantur ex putrefactione, videntur fieri casu, in quantum non fiunt ex sibi similibus secundum speciem.

Neque etiam habent causam determinatam,

Omnis forma fit ex agente vniuoco, vel quasi

Differentia inter artem & naturam.

Fortuna & casus, quid.

Generātur & hæc animal. ex putrefactione ab vniuoco agentem

agentem

agentem in istis inferioribus, sed solum causam agentem superiorem. Deinde eum dicit.

Substantiæ vero tres: quædam materia, quæ quod quid est eo ipso, quod apparet: quæcunque enim tactu non coadhærentia sunt, materia & subiectum sunt: quædam vero natura, quod quid, & quidam habitus, ad quem tertia item, quæ ex his, quæ singularis est: vt Socrates, aut Callias.

A N T. tex.c 14. part.4

Substantiæ autem tres sunt. Materia quidem hoc aliquid subsistentia in apparere. Nam quæcunque sunt tactu & non connascentia, materia & subiectum. Natura vero hoc aliquid in quantum habitus quidam. Amplius, tertia quæ est ex his singularis, vt Socrates, & Callias.

Substantia triplex

Determinat de forma per comparationem ad substantiam compositam, & circa hoc tria facit. Primo diuidit substantiam in materiam & formam & compositum, dicens quod substantiæ sunt tres. Materia quantum ad id quod apparet, videtur esse substantia, & hoc aliquid. Vnde primi naturales solam materiam posuerunt esse substantiam. Et hoc ideo, quia viderüt quod in artificialibus quæ fiunt per contactum, & nő per naturalem vnionem, sola materia & subiectum videtur esse substantia: nam formæ artificiales sunt accidentia. Item natura rei videtur esse substantia, & hoc aliquid, natura autem rei est in quam terminatur naturalis generatio, id est forma, quæ est quasi habitus quidam. Item tertia substantia est illa, quæ componitur ex materia & forma, sicut sunt singularia, vt Callias & Socrat. Secundo ibi.

Antiqui solam materiã putauerunt substantiam & quare.

B E S S.

In quibus igitur, quod quid non est præter compositam substantiam (vt domus formæ, non nisi ab ipsa arte) nec est generatio, aut corruptio eorum, verum alio modo sunt, & non sunt, tum domus, quæ absque materia, tum sanitas, et omne, quod secundum artem est: sed siquidem sunt, in his sunt, quæ natura fiunt. Propter quod non male Plato dixit, quod formę eorum sunt, quæ natura sunt: siquidem formę sunt aliæ ab his: vt sunt ignis, caro, caput: cuncta nanque materia sunt, et maxime eius substantię, quę est vltima.

Tex.15

A N T. part.5

In quibusdam igitur hoc non est præter compositam substantiam, vt domus, si non est ars. Nec est generatio, nec corruptio horum, sed alio modo sunt, et non sunt, vt domus quæ sine materia, et sanitas, et omne quod secundum artem. Sed si quidem in eis quę sunt natura. Quapropter non male Plato ait, quia species sunt quęcunque natura. Siquidem sunt species aliæ horum, vt ignis, caro, caput. Omnia enim materia sunt, et eius quę maximę substantię vltima.

tex.com.15

Dicit, quod in aliquibus formis manifestum est, quod non sunt præter substantiam compositam, sicut forma domus non est præter materiam. Forma enim domus est accidens, & materia domus est substantia, accidens autem non est nisi in substantia. Sed hoc dico, nisi accipiat forma domus, sut ars, s id est prout est in mente artificis. Sic enim est præter materiam. Sed harum formarum artificialium prout sunt in mente artificis, nec est generatio nec corruptio. Domus enim, quæ est sine materia in animo, & sanitas, & omnia huiusmodi, alio modo incipiunt esse & desinunt quàm per corruptionem & generationem, scilicet per disciplinam, aut per inuentionem, sed, si aliquæ formæ sunt præter substantiam compositam, hoc erit verum in formis naturalibus, quæ substantiæ sunt. Vnde Plato non male dixit squod species, s id est formæ separatæ sunt formæ, quæ sunt per naturam.

Quomodo formæ artificiales & & naturales sint, vel non sint præter materiam.

Dico autem quòd non simpliciter bene dixit, sed si sunt species aliæ aliquæ ab istis sensibilibus, quæ sunt caro, caput, & huiusmodi quæ sunt materia vltima substantiæ particularis compositæ, quæ est maxime substantia. Tertio ibi.

Substantia particularis maxime substantia est

Causę itaq; mouentes, tanquam antea ortę existunt, quę vero vt ratio, simul sunt: cum enim sanus fit homo, tunc etiam sanitas est: et forma quę sphæræ, simul atque ęnea sphæra. Si autem aliquid posterius permanet, considerandum est: in quibusdam enim, nihil prohibet: veluti si anima tale sit, non omnis, sed intellectus: omnem nanque fortassis impossibile est.

B E S S. tex.16

tex.17

Mouentes quidem igitur causę, velut prius factæ existentes. Quę autem vt ratio, simul. Quando enim sanatur homo, tunc etiam sanitas est, et figura æreæ sphęrę simul et ęrea sphæra. Si autem posterius aliquid manet, perscrutandum est. In quibusdam enim nihil prohibet, vt si est anima talis, non omnis, sed intellectus. Omnem nanque, impossibile forsan.

A N T. par.6 tex.com.16 tex.com.17

Ostendit, quòd formæ vniuersales non sunt præter substantiam compositam, & circa hoc duo facit.

Hinc habes, expresse intellectũ esse formã compositæ substãtię & non nisi hois po dera.

Primo manifestat propositum assignans differentiam inter causas formales & causas mouentes. Et dicit, quòd causæ mouentes præexistunt rebus factis. Et hoc necessarium est, quia causæ mouentes sunt principia motus, qui terminatur ad rem factam. Sed causa formalis, quæ est causa, quasi ratio rei, simul incipit esse cum re cuius est forma. Tunc enim incipit esse sanitas, quando homo sanatur, & tunc incipit esse figura sphæræ æneæ, quando fit sphæra ænea. Vnde manifestum est, quod formę non sunt separatæ à substantijs compositis, quia si essent separatæ oporteret quod essent sempiternæ, cum non sint talium per se neque generatio, neque corruptio, vt ostensum est, & sic præessent substantijs his, quarum sunt formæ. Sed quamuis formę non præexistant substantiis compositis, perscrutandum tamen est, si aliqua forma remanet posterius, corrupta substãtia composita. In quibusdam enim formis nihil prohibet quod remaneant post substantiam compositam. Puta si dicamus animam esse talem. Non tamen omnis anima, sed solus intellectus. Forsitan enim impossibile est omnem animam esse talem, vt remaneat corrupto corpore, quia aliæ partes animę non habent operationem sine organis corporeis: Intellectus autem non operatur per organum. Dicit autem. Forsan, quia non erat præsentis intentionis hoc demonstrare. Sed hoc pertinet ad scientiam de anima. Et sicut aliæ partes animę ab intellectu non remanent post substantiam compositam, ita etiam nec aliæ formę rerum corruptibilium. Considerandum autem hanc sententiam esse Aristotelis de anima intellectiua, quod non fuerit ante corpus, vt Plato posuit, neque etiam destruitur destructo corpore, vt antiqui naturales posuerunt, non distinguentes inter intellectum & sensum. Non enim excipit animam intellectiuam à generatione aliarum formarum, quantum ad hoc quod formę non præexistunt substantijs compositis, sed solum quantum ad hoc quòd non remanent post substantias compositas. Ex quo etiam patet quod non potest hoc deprauari, sicut quidam deprauare conantur dicentes intellectum possibilem tantum, vel agentem tantummodo esse incorruptibilem. Tum quia ponunt intellectum, quem dicunt esse incorruptibilem, siue sit intellectus possibilis siue agens, esse quandam substantiam separatam, & sic non est forma. Tum etiam quia si sit forma, sicut remanet corrupto corpore, ita etiam præextitit corpori. Et quantum ad hoc non esset differentia inter ponentes intellectum separatum

Causa efficiens præcedit effectũ, non autem formalis.

Formę non sunt separatæ à substantijs compositis. text.com.4.

Anima intellectiua corrupto, corpore nõ corrumpitur.

Quid senserit Arist. de intellectiua anima

esse formam hominis, & ponentes species separatas esse formas rerum sensibilium. Quod Aristot. hic excludere intendit.

B. E S S. tex. 18.

Manifestum itaque est, quod præter hæc non oportet ideas esse: homo nanque hominem generat: singularis, aliquem: similiter etiam in artibus: medendi enim ars, ratio sanitatis est.

A N T. tex. com. 18 par. 7.

Palam itaque quòd non oportet propter hoc esse ideas. Homo enim hominem generat, quasi singularis aliquem. Similiter autem & in artibus. Medicinalis enim ars, ratio sanitatis est.

Ideæ non sunt necessariæ ad generationem nec naturalium nec artificialium.

Secundo excludit rationem propter quam ponebant ideas separatas. Ad hoc enim dicebant Platonici esse necessarium ponere ideas, vt substantiæ particulares sensibiles ad earum similitudines formarentur. Sed hoc non est necessarium, quia in istis inferioribus inuenitur causa sufficiens formationis omnium eorũ quæ fiunt. Nam agens naturale agit sibi simile. Homo enim generat hominem, non quidem vniuersalis singularem, sed singularis singularem. Vnde non est necessarium ponere hominem vniuersalem esse separatum, à quo hic homo singularis formam speciei accipiat vel participet. Et similiter manifestum est in his quæ fiunt secundum artem, quia ars medicinalis est quædam ratio sanitatis, & similitudo in anima, vt etiam supra ostensum est.

L E C T I O IIII.

Quæ nam & quot sint principia substantiarum generabilium & corruptibilium quo pacto item eadem omnium vel diuersa esse dicantur indicat.

B E S S. Tex. 19

Vtrum eadẽ principia omnium.

Causæ vero, atque principia, quodam quidem modo alia aliorum sunt, quodam vero modo non, si quis vniuersaliter dicat, & secundum analogiã omnium eadem.

A N T. tex. com. 19 part. 1

Causæ autem & principia alia aliorum sunt, vt est, aut vt nõ, si quis dicat vniuersaliter & secundum proportionem eadem omnium.

Postquam Philosophus determinauit de principijs substantiæ sensibilis, nunc intendit inquirere vtrum sint eadem principia substantiarum & aliorum generum, aut alia & alia. Manifestum enim est, quod si sunt eadem, assignatis principijs substantiæ, assignata sunt principia omnium aliorum generum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit veritatem. Secundo subiungit inquisitionem de veritate proposita, ibi. § Dubitabit autem quis. § Tertio recapitulando recolligit veritatem, ibi. § Quærere. § Dicit ergo primo, quòd quodammodo sunt alia aliorum & principia & causæ, & quodammodo sunt eadem omnium secundum vniuersalitatem, & secundum proportionem.

Oẽm enim principia aliquo modo eadẽ, & aliquo modo diuersa sũt.

B E S S.

Dubitare nanque quispiam possit, vtrum alia, an eadem principia & elementa substantiarum sint, & eorum quæ ad aliquid sunt: & eodem modo in quolibet prædicamento.

A N T. par. 2

Dubitabit autem vtique aliquis, vtrum altera aut eadem sunt principia & elementa substantiarum, & eorum quæ sunt ad aliquid, & cuiuslibet categoriarum similiter.

Dubitatio. An omniũ prædicamẽtorum sint eadẽ vel alia principia.

Inquirendo discutit veritatem præmissam, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad quæstionem, ibi. Sed si eadem inconueniens. § Tertio terminat veritatem, ibi. § Aut vt diximus. § Dicit ergo primo quod dubitatio est, verũ substantiarum, & eorum, quæ sunt ad aliquid, & similiter aliorum prędicamentorum, sint eadem principia, aut alia, & alia. Et ponit specialiter de ad aliquid, quia ea quæ sunt ad aliquid, remotiora videntur esse à substantia quàm alia genera, ex eo quòd sunt debilioris esse. Vnde & substantiæ inhærent mediantibus alijs generibus, sicut æquale & inæquale, duplum & dimidium, mediante quantitate. Mouens autem & motũ, pater & filius, Dominus & seruus, mediante actione & passione. Et hoc ideo, quia substantia est per se existẽs, quantitas autem & qualitas sunt entia in alio, sed relatiua non solum sunt in alio, sed ad aliud.

Relatio est magis remota à substantia quã alia genera, propter hoc quidam existimauerunt ea minime numerari inter entia, contra quos hic Aristoteles inducit.

Deinde cum dicit.

B E S S.

At absurdum est, si omnium eadem sunt, ex eisdem enim erit ad aliquid et substantia: quid igitur hoc erit? præter enim substantiam & alia, quæ prædicantur, nihil commune est: prius autem elementum est, quàm ea, quorum est elementum. At vero nec substantia, eorum, quæ ad aliquid sunt, elementum est: nec aliquid horum, substantiæ.

A N T. par. 3

Sed inconueniens, si eadem omnium, ex eisdem enim erunt quæ ad aliquid et substantia. Quomodo igitur hoc erit? Nam extra substantiam, et alia prædicamenta, nihil est commune: prius autem est elementum, quàm quorum est elementum. At vero neque substantia elementum est eorum, quæ ad aliquid, neque horum aliquid substantiæ.

Hoc argumẽtum cudens contra vniuocationem entis.

Probat duabus rõnibus quod non omnium generũ sint eadẽ principia.

Prima ratio

Obiicit ad propositam quæstionem, & ponit duas rationes ad ostendendum, quòd non sunt eadem principia substantiæ, & aliorum generum. Quarum prima talis est. Si eadem sint principia substantiæ & aliorum generum, aut oportet quòd illa principia eadem sint præter substantiam & alia genera, aut oportet quòd sint in genere substantiæ, vel in aliquo alio genere, sed non potest dici, quòd sint extra substantiam & alia prædicamẽta, quia oporteret quòd essent priora tam substantia quàm alijs prædicamentis. Prius enim est principium his quæ sunt à principio. Cum ergo id, quod est prius, inueniatur esse communius, sicut animal est prius homine, sequitur si aliqd est prius substantia & alijs generibus, quòd aliquid sit commune substantiæ & alijs generibus, & præcipue secundum opinionem Platonicorum, qui posuerunt vniuersalia esse principia, & vnum & ens quasi communissima esse principia omnium. Neque etiam potest dici, quòd principia communissima omnium generum sint in genere substantiæ, aut in genere ad aliquid, vel in aliquo alio genere. Cum enim principia sint homogenea his, quæ sunt ab eis, non videtur possibile quòd substantia sit principium eorum quæ sunt ad aliquid, aut econuerso. Non igitur eadem sunt principia substantiæ & aliorum generum. Secundam rationem ponit ibi.

B E S S. tex. 20

Item quo modo continget, omnium eadem esse elementa? nullum enim elementorum idem potest esse ei, quod ex elementis componitur: veluti ipsi b, a, ipsum b, et ipsum a.

tex. 20

Neque sane ullum intelligibilium, vt vnum vel ens elementum est: hæc enim, vnicuique compositorum insunt: nullum igitur eorum, neque substantia, nec ad aliquid erit: at necessarium est. Non sunt ergo omnium eadem elementa.

A N T. tex. com. 21 part. 4

Nec etiam intellectualium elementorum, vt vnum aut ens. Insunt enim ea singulis compositorum. Nihil igitur erit eorum nec substantia nec ad aliquid. Sed necessarium. Non sunt igitur omnium eadem elementa.

a.l. habet, sed necessariũ est principia propria esse diuersa.

tex. com. 22 Secunda ratio

Quæ talis est. Nullum elementum est idem cum eo quod ex elementis est compositum: quia nihil est causa aut elementum suiipsius, sicut huius syllabæ ba, elementum est hæc litera b, aut a, & quia videbatur

debatur hoc habere instantiam in principiis a Platone positis, quæ sunt unum & ens, eo quòd unumquodque principiatorum est unum & ens, ideo consequenter hoc excludit, dicens, quod neque etiam in intellectualium elementorum, quæ sunt unum & ens, possibile est aliquod esse idem cum his, quæ sunt ex elementis. Vocat autem ea intellectualia, quia universalia intellectu percipiuntur, & quia Plato ea ponebat separata à sensibilibus. Et quòd huiusmodi elementa sint alia ab eis, quorum sunt elementa, probat, quia (huiusmodi elementa,) idest unum & ens insunt singulis compositorum ex eis, nullum autem compositorum ex eis inest aliis. Vnde patet, quòd & ista elementa differunt ab his, quæ sunt composita ex eis. Si igitur uerum est, quòd elementa nõ sunt idem cum his, quæ sunt ex elementis, si eadem sunt elementa substantiarum & aliorum generum, consequitur, quòd nihil eorum sit in genere substantiæ, neque in alijs generibus. Sed hoc est impossibile, quia necesse est omne quod est, esse in aliquo genere, non igitur possibile est, quòd sint eadem principia omnium, &c.

Deinde cum dicit.

BESS. tex. 12

An, vt diximus, quodammodo quidem sunt, quodam modo vero non? veluti fortassis corporum sensibilium, calidum tanquam forma, & alio modo frigidum, vt priuatio. materia vero, quod primo per se potentia hæc erat. substantia vero, tum hæc, tum ea ex his, quorum hæc principia sunt. aut si quid ex frigido, & calido fit unum, vt caro, aut os, necesse profecto est aliud ab his esse illud, quod factum est. horum itaque eadem elementa, atque principia sunt, alia uero aliorum. Omnium vero ita quidem dicere non est, sed analogice, quemadmodum si quis dicat, quod principia sunt tria, forma, priuatio, & materia. verum unumquodque horum, circa unumquodque genus aliud est. ut in coloribus album, nigrum, superficies. lumen, tenebræ, aer; ex his vero, dies & nox.

ANT. par. 5.

At, vt dicimus, est quidem ut est, est autem ut non? forsan sensibilium corporum. Vt quidem species calidũ, & alio modo frigidum priuatio, materia vero quod potentia hæc primum secundum se. substantia uero, & hæc, & quæ ex his quorum sunt principia. Hoc autem si quidem ex calido & frigido fit unum, ut caro aut os. Alterum enim necesse est ab illis esse quod factum est. Horum igitur eadem elementa & principia, aliorum vero alia. Omnium autem ita quidem dicere non est, proportionaliter. Quemadmodum si quis dicas quod principia sunt tria, species, & priuatio, & materia. Sed horum unumquodque alterum circa genus unumquodque est. Vt in colore album, nigrum, superficies, tenebræ lumen, aer. Ex his autem dies & nox.

Soluit propositam dubitationem

Soluit propositam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd eadem sunt principia omnium proportionaliter. Secundo, quod eadem uniuersaliter, ibi. {Adhuc autem uidere &c.) Hæc enim duo supra posuerat dicens, quod principia sunt eadem omnium uniuersaliter, & secundum proportionem. Prima pars diuiditur in duas partes secundum quod duos modos assignat, quibus proportionaliter sunt eadem principia omnium. Secunda incipit, ibi. {Amplius autem alio modo. (Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo proportionaliter sunt eadem. Secundo quomodo, & simpliciter sint eadem principia omnium prima, ibi. [Amplius autem præter hæc) Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod proportionaliter sunt eadem principia omnium quantum ad causas intrinsecas. Secundo quantum ad causas intrinsecas & extrinsecas simul ibi. {Quoniam autem non solum. (Dicit ergo primo. quòd quodammodo est uerum dicere omnium eadem principia, & quodammodo non. Et hoc ostendit dicens. Sicut si ponamus quod sensibilium corporum sit principium, tanquam species & forma calidum, & tanquam priuatio frigidum, & materia sensibilium corporum sit id, quod est secundum se in potentia ad hæc duo. Nam materia secundum se sumpta est principium susceptiuum formæ & priuationis. Dicit autem, forsan, quia calidum non est forma substantialis corporum sensibilium, neque frigidum est priuatio, sed ambo sunt qualitates. Vtitur tamen eis tanquam forma & priuatione in genere substantiæ ad maiorem manifestationem. Vnde subiungit, quòd & huiusmodi principia sunt substantiæ, non sicut species in genere, sed sicut principia. Et iterum illa quæ sunt ex his, quorum hæc sunt principia, scilicet ignis & aqua, ac si intelligamus quòd ignis cõponatur ex calido, sicut forma & propria materia, & aqua ex frigido, sicut ex priuatione & materia. Aut etiam si aliquid unum fit ex calido & frigido commixtis, eorum sunt prædicta principia, scilicet calidum & frigidum & materia eorum, quia necesse est id quod fit ex calido & frigido, esse aliquid diuersũ ab illis, scilicet calido & frigido, & à primis corporibus, quorum imaginamur hæc esse formas. Sic igitur horum, scilicet simplicium corporum, & compositorum ex eis, sunt eadem principia & elementa. Sed aliorum sunt alia proxima principia. Non autem omnium sunt eadem nisi proportionaliter. Sicut si aliquis dicat quod sicut prædicta tria scilicet calidum & frigidum & subiectũ eorum se habent in generatione corporum simplicium, ut forma & priuatio & materia, ita in quolibet alio genere illa tria sunt, quæ se habent ut forma priuatio & materia, sed ista diuersa sunt in diuersis generibus. Sicut in genere colorum, album est sicut species, nigrum sicut priuatio, & superficies sicut materia & subiectum. Et in genere distinctionis temporum, lumen est sicut species, tenebræ sicut priuatio, aer sicut materia & subiectum. Ex quibus tribus principijs constituuntur dies & nox.

Prima principia omnium generũ sunt proportionaliter. tex. co 23.

Deinde cum dicit.

BESS. tex. 23.

Cum uero illa non solum, quę insunt causæ sint, uerum etiam ex his, quę extrinseca sunt illud quod mouet, patet, quod aliud est principium, aliud elementum, ambo uero, causæ sunt, & principiũ, in hæc diuiditur, quod autem ut mouens, uel sistens est, principium quoddam & substantia est. Quare elementa quidem analogice tria, causæ uero, atque principia quatuor, aliud uero in in alio, & prima causa, ut mouens, in alio alia, sanitas morbus, corpus, mouens, ars medendi, species, inordinatio talis, lateres, mouens ædificatiua, & nimirum in hęc diuiditur principium.

ANT. tex. 23. p. 6.

Quoniam autem non solum, quæ insunt causæ, sed & eorum, quæ extra, ut puta mouens, palam quia alterum principium & elementum. Causę uero ambo, & in hęc diuiditur principium? Quod uero aut mouens aut sistens, principium est quoddam. Quare elementa secundum analogiam tria. Causæ autem, & principia quatuor, aliud uero in alio, & prima causa. Quare mouens aliud, alij sanitas, infirmitas, corpus, mouens medicatiua. species, inordinatio talis, lateres, mouens ędificatoria, & in ea diuiditur principium.

Ostendit idem in causis extrinsecis, & circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quòd computando tã causas intrinsecas quàm extrinsecas, sunt quatuor prin-

Principia & extrinseca sunt eadem oium secun

dū proportionem. proportionaliter omnium. Secundo quomodo reducuntur ad tres, ibi. [Quoniam uero mouens.] Dicit ergo primo, quod quia non solum sunt causæ ea quæ dicta sunt intrinseca rei, sed etiam ea quæ sunt extra rem sicut mouens, manifestum est quod principium & elementum differunt. Nam principium proprie dicitur quod est extra sicut mouens. Nam ab eo est principium motus Elementum autem proprie dicitur causa intrinseca ex qua constituitur res. Sed ambo dicuntur causæ, scilicet tam principia extrinseca quam intrinseca. Et principium quodammodo diuiditur in ea, s. intrinsecas causas & extrinsecas. Sunt enim quædam principia intrinseca, ut in Quinto ostensum est. Sicut fundamentum est principium domus secundum materiam, & animal hominis secundum formam. Sed id quod est mouens, aut sistēs idest quiescere faciens, est principium quoddam, sed nō est elementū qa elemētū est ex quo fit aliqd, & est in eo, ut habitū est in Quinto. Sic igitur manifestum est quod secundum analogiam, idest proportionem, tria sunt elementa omnium, idest materia forma, & priuatio. Dicuntur enim priuationes esse elementum non per se, sed per accidens, quia scilicet materia cui accidit, est elementum. Materia enim sub una forma existens, habet in se priuationē alterius formæ. Sed causæ & principia sunt quatuor, ut addamus tribus elementis causam mouentem. Non facit autem mentionem de causa finali, quia finis non est principium nisi secundum quod est in intentione mouentis. Sic igitur causæ & principia omnium secundum analogiam sunt quatuor, scilicet materia, & forma, & priuatio, & principium mouens. Non tamen hæc sunt eadem in omnibus, sed alia in alijs. Sicut enim supra dictum est, quod species & materia, & priuatio sunt alia in aliis, ita etiam prima causarum quæ est quasi mouens est alia in alijs. Et hoc manifestat per exemplum. Sicut in sanitatis sanitas est sicut forma, infirmitas sicut priuatio, corpus sicut materia, sicut mouens autem ars medicinalis. In ædificatiuis autem est species domus sicut forma, (inordinatio talis,) idest opposita ordini quem requirit domus, est priuatio, lateres autem sicut materia, mouens autem est ars ædificatoria. Et sic in ista quatuor diuiditur principium. Deinde cum dicit.

Differentia inter principium & elementum.

Lect. 1.

Tex. com. 3.

Tria sunt omniū elementa.

Priuatio est elementum quis sensus

Causæ, & pricipia omnium sunt quatuor.

B E SS Tex. 24

Cum autem mouens, in naturalibus quidem homo, in his uero quæ à mente sunt, ipsa species, uel contrarium sit, modo quodam tres profecto causæ erunt, alio vero modo quatuor. sanitas nanque, quodammodo est ars medendi. & ædificatiue forma domus. & homo, hominem generat.

A N T. Tex co. 24 par 7

Quoniam autem mouens in physicis quidem homo, in his autem quæ à mente, species aut contrarium, modo quodam tres utique erunt causæ. Sic autem quatuor. Nam sanitas aliqualiter medicinalis, & domus species ędificatoria, & homo hominem generat.

Prædicta quatuor reducūtur ad tria aliqualiter.

Reducit prædicta quatuor ad tria, eo quod mouens & forma reducuntur in idem specie tam in artificialibus quam in naturalibus. Dicit ergo quod quia mouens in naturalibus est homo, inquantum habet formam, & in his quæ fiunt à mente siue intellectu mouens est species concepta ab intellectu, aut etiam contrarium speciei per cuius remotionem species inducit, manifestū est, quod quodammodo tres erūt causæ inquantum mouens & forma sunt idem species, quodam uero modo erunt quatuor, inquantum scilicet differunt numero. Sanitas enim aliqualiter est ipsa ars medicinalis. Et forma domus quodammodo est ipsa ars ædificatoria, inquantum, scilicet ipsa ars est similitudo quædam, & ratio formæ quæ est in materia. Et similiter in rebus quæ generantur, in generante inuenitur similitudo formæ generari. Homo enim generāt hominem.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Pręter hęc item cuncta mouens, tanquam omnium primum.

A N T. par. 8

Amplius autem pręter hæc, ut primum omnium, mouens omnia.

Ostendit quod licet prima principia non sunt eadem in omnibus secundum rem, sed solum secundum proportionem, prima tamen principia sunt simpliciter eadem omnium. Et hoc ostendit quantum ad tria. Primo quidem quantum ad hoc quod inter causas quatuor assignatas, mouens est causa prima, quia mouens est quod facit esse formam uel priuationem in materia. In genere autem mouentium, est deuenire ad aliquod unum mouens, ut ostensum est in libro octauo physicorum. Id igitur primum mouens unum & idem, est primum principium omnium.

Prima principia sunt simpliciter eadem omnium.

Tex. co. 33. Lect 9. Tex. co. 25.

Secundo ibi.

B E S S. Tex. 25.

Cum autem quædam separabilia, quædam inseparabilia sint, illa sunt substantiæ, propter quod hæc, omnium causæ sunt, si quidem absque substantijs passiones, & motus, non sunt.

Omnium causæ & pricipia quæ.

A N T. par. 5

Quoniam autem sunt hæc quidem separabilia, illa autem inseparabilia. Substantiæ illæ. Et propter hoc omnium causæ hæc, quia sine substantijs non sunt passiones & motus.

Ostendit idem secundum aliud, entium enim quędam sunt separabilia, scilicet substantiæ. Alia sunt inseparabilia, scilicet accidentia, quia passiones & motus & huiusmodi accidentia non possunt esse sine substantijs. Vnde manifestum est quod principia prima in genere substantiæ sunt etiam causæ omnium aliorum generum, non solum quantum ad primam causam mouentem, sed etiam quantum ad causas intrinsecas. Nam materia & forma substantiæ, sunt causæ accidentium. Tertio ibi.

B E S S.

Deinde hæc erunt, anima fortassis & corpus, aut intellectus, appetitus, & corpus.

A N T. part. 18

Deinde erunt hæc omnia anima forsan, & corpus, aut intellectus & appetitus & corpus.

Ostendit ulterius quòd etiam in genere substantiæ est deuenire in aliqua prima. Nam prima principia in genere substantiarum sunt substantiæ uiuentes animatæ, secundum opi. Aristotel. ponentis cœlestia corpora animata. Et sic prima principia in genere substantiæ ut materia, & forma erunt anima, & corpus, uel etiam corpus & intellectus uel desideriū nam anima corporis cœlestis si sit animatum, non habet alias partes animæ nisi intellectum & appetitum. Aliæ enim partes ordinantur ad conseruationem corporum generabilium & corruptibilium. Intellectus etiam & desiderium habet rationem causæ mouentis. Deinde cum dicit.

Videt Arist. uelle corpora cœlestia esse animata.

B E S S. Tex. 26.

Item alio modo analogice principia sunt eadem, ut actus & potentia, uerum hæc etiam in alijs alia, & alio modo sunt, in quibusdam enim, idem quandoque actu, quandoque potentia est, ut uinum, aut caro, aut homo (at hęc, in prędictas causas cadunt, actus nanque est species, si separabilis sit) item quod ex ambobus. priuatio etiam, ut tenebræ, aut ægrotans potentia autem, materia, hoc nanque est, quod ambo fieri potest. Aliter autem actu, potentiaque differunt, quorum non eadem materia est, quorum non eadem species, sed diuersa est, ueluti hominis causa, elementa, ignis, & terra, & mate

ria

ria & propria species, & si quid aliud extrinsecus est, vt pater. & præter hæc, sol, & obliquus circulus, qua nec materia, nec species, nec priuatio, nec eiusdem speciei sunt, uerum mouentia.

A N T. ex.c.26.p.u

Amplius autem alio modo proportionaliter principia eadem, vt actus & potentia. sed & hæc alia, quia alijs & aliter. In quibusdam quidem enim idem quandoque est actu, quandoque potentia, vt vinum, aut caro aut homo. Cadunt autem & hæc in dictas causas. Actus quidem enim species, si sit separabilis, & quod ex ambobus. Priuatio quoque ut tenebræ, aut laborans. Potentia autem materia. Hæc enim est quod potest fieri ambo. Aliter autem actu & potestate differunt, quorum non est eadem materia, & quorum non est eadem species, sed altera. Quemadmodum hominis causa elementa, ignis, & terra, vt materia: & species propria & si quid aliud extra, vt pater & præter hæc sol, & obliquus circulus: neque materia entia, neque species, neque priuatio, neque forma, sed mouentia.

Secūdus modus ponēdi identitatem principiorū secūdū proportionem

Ponit alium modum, secundum quem sunt eadem principia omnium proportionaliter, & dicit, quod alio modo sunt eadem principia omnium proportionaliter, ita quod dicamus quod actus & potentia sunt principia omnium. Sed in hoc est differentia quantum ad duo uno quidem modo, quia alia potentia, & alius actus sunt principia in diuersis rebus. Alio modo, quia aliter inueniur potentia & actus in quibusdam, & aliter in alijs. Et hoc secundum primo manifestat dicens, quod in quibusdam idem quandoque est in actu, & quandoque in potentia, ut patet in omnibus generabilibus & corruptibilibus & mobilibus & contingentibus, sicut uinum & caro, & homo, quandoque sunt in actu quandoque etiam in potentia. Quædam uero semper sunt in actu, sicut substantiæ sempiternæ. Et, quia dixerat hunc modum, quo proportionaliter sunt principia eadem omniū esse alium modum à præassignato, consequenter ostē dit quomodo reducuntur in idem. Et hoc est quod dicit, quod hæc, scilicet actus, & potentia cadunt in prædictas causas, quæ sunt forma, priuatio, & materia, & mouens, quia forma est actus, siue sit separabilis à composito, ut Platonici posuerunt, siue etiam sit aliquid compositum ex ambobus, scilicet materia, & forma. Et similiter priuatio est quodammodo actus, ut tenebræ, aut laborans, i. infirmū, materia, uero est in potentia, quia ipsa secundum se potest fieri sub ambobus, scilicet sub forma, & priuatione. Sic igitur manifestum est, quod actus & potentia in idem redeunt cum materia & forma & priuatione, & quod actus & potentia in diuersis uno modo differunt, quia non similiter est in omnibus, sed aliter & aliter, & quia dixerat quod non solum aliter est potentia & actus in diuersis, sed etiam sunt alia in alijs hoc consequenter exponit dicens, quod alio modo potentia & actus differunt in diuersis, quorum non est eadem materia quæ est potentia, & quorum non est eadem species, quæ est actus, sed diuersa. Sicut hominis causa, ut materia elementa, scilicet ignis & c. & causa, ut forma, species propria, scilicet anima, & causa mouens est aliquod extrinsecum, sicut pater est causa mouens, propinqua, & causa remota sol, & obliquus circulus, i. idest zodiacus in quo mouetur sol, & alij planetæ, qui suo motu causant generationem in istis inferioribus. Huiusmodi autem causæ extrinsecæ neque sunt materiæ, neque formæ neque priuatio neque aliquid conformæ eis, aut eiusdem speciei, ut possit dici quod reducuntur ad has causas, sicut actus & potentia, sed sunt in alio genere causæ, quia sunt mouentia, & ij sa etiam reducuntur

Actus & potentia sunt principia omnium, sed aliter, & alia in alijs. Reducit hūc secundū modum ad primum. Forma compositum, & priuationē tenet ex parte actus.

Principia & causæ hominis quæ, & quot.

in actum. Alia uero ab homine habent materiam aliā propriam, & aliam formam propriā, & aliquod agens proprium. Deinde cum dicit.

Præterea videre oportet, quod quædam est vniuersaliter dicere, quædam minime. Omnium itaque prima principia, quod actu, primum, & aliud quod potentia. At illa, quæ vniuersalia dicimus, non sunt. singulare nanque, principium eorum est. quæ singularia sunt. homo enim hominis vniuersalis, profectò nullus est, verum Peleus, Achillis: tui autem, pater: & hoc, quidem sit b, ipsius ba, & ipsum b, omnino ipsius ba, simpliciter. deinde species hæ, quæ substantiarū sunt. verum aliorum aliæ causæ, ac elementa, vt dictum est. veruntamen eorum, quæ non in eodem genere sunt colorum, sonorum, substantiarum, quantitatis, eo quod analogon eorum quoque, quæ in eadem specie, sunt diuersa, non specie, sed quoniam singularium aliud, & tua materia, & species, & quod mouit. & species, ac mea materia. vniuersali vero ratione, eadem.

B E S S. tex.27

A N T. tex.c 12. par. 12.

Adhuc autem videre oportet quod hæc quidem vniuersaliter est dicere, hæc autem non. Omnium enim prima principia, quod actu primum hoc, & aliud quod potentia. Illa quidem igitur uniuersalia non sunt. Principium enim singularium singulare, homo quidem est hominis vniuersaliter, sed non est vniuersalis; verum Peleus, Achillis: tui uero, pater: Et huius syllabæ ba B & A siue totaliter siue particulariter. Deinde iam quæ substantiarum aliæ alio n n causæ & elementa, sicut dictum est. Eorum quæ non in eodem genere, colorum & sonorum & substantiarum & quantitatis præterquam proportionaliter. Et eorum quæ sunt in eadem specie, diuersa non specie, sed quia singularium, aliud tua materia, & species, & mouens, & mea, uniuersali autem ratione, eadem.

Quia iam ostensum est, quod sunt eadem principia omnium proportionaliter, uult ostendere quomodo sunt omnium eadem uniuersaliter, Vtrumque enim supra dictum fuit.

Dicit ergo, quod oportet uidere quomodo principia aliqua dicuntur uniuersaliter, & aliqua non uniuersaliter. Et prima principia maxime uniuersaliter significata sunt actus & potentia, nam hæc diuidunt ens inquantum huiusmodi. Hæc aut dicuntur principia uniuersalia, quia uniuersaliter significatur & intelliguntur, nō ita quod ipsa uniā subsistentia principia sint, ut Platonici posuerunt, quia singularium nō potest esse aliquod principium nisi singulare, uniuersale enim principium est effectus uniuersaliter acceptus, ut homo hominis. Sed, cum non sit aliquis homo uniuersaliter subsistens, non erit aliquod principium uniuersale hominis uniuersalis, sed solum hoc particulare huius particularis, sicut sic Peleus, Achillis est pater, tui uero, pater tuus. Et hæc litera B. huius syllabæ ba. sed B. uniuersaliter acceptum est principium eius quod est ba, uniuersaliter accepti. Sic igitur principia uniuersaliter significata sunt eadem omnium. Deinde inducit alium modum, secundum quem principia substantiarum sunt uniuersaliter omnium, inquantum accidentia ex substantiis causantur. Sicut autem actus & potentia sunt uniuersaliter principia omnium, quia consequuntur ens communem, ita oportet quod secundum quod descendit communitas principiatorum, descēdat communitas principiorum. Eorum enim quæ non sunt in eodem genere, puta colorum, sonorum, substantiarum, & quātitatis, sunt aliæ causæ & elementa, ut dictum est, præterquam quod proportionaliter sint eadem omnium. Eorum autem, quæ sunt in eadem specie, sed diuersa secun-

Ostendit quomodo omnium, sint eadē principia uniuersaliter. actus & potentia sint prima uniuersaliª principia.

Diuersitati principiatorum secundū uniuersalitatem, & particularitatem correspondet diuersitas principiorum.

secundum numerum, sunt diuersa principia, non spe cie, sed numero. Sicut aliod est materia tua, & forma & mouens, & aliud mea. Sed secundum uniuersale rationem sunt eadem. Nam anima, & corpus sunt materia & forma hominis. Huius autē hominis, hęc anima & hoc corpus.

DEFENSIO XXVII.

Nullam rationem ex hoc textu contra indiuiduationis principium existimatum a Diu Thom sumere possunt Scotistę.

EX hoc loco Mauritius in marginibus dicit sumi argumentum contra Tho. de principio indiuiduationis. Sed deceptus est. Cum enim debuisset dicere contra Scotum, dixit contra Thom. Quod quidem ut clare pateat formandum est hoc suum argumentum, & ex quibus uerbis Philosophi hic elici possit, insinuandum. Dicit hic Aristot. in sententia, quod licet actus, & potentia sint eadem omnium principia secundum quandam proportionalitatem, distinctorum tamen genere, sunt distincta genere principia propria, & distinctorum secundum speciem, distincta etiam principia secundum speciem & distinctorum secundum numerum, distincta prin pia numero. Et dat exempla de actu & potentia secū dum genus, secundum speciem, & secundum numerum. Sicut materia, species idest forma, & mouens, secundum genus, secundum numerum distincta. Sicut principia Socratis & Platonis secundum numerum sunt anima & corpus & generans Platonis, anima, & corpus & generans Soc. & sic de alijs. Esse autem principium alicuius secundum numerū, est esse principiū indiuiduationis, & hoc uerum est de oīb. prędictis tribus, scilicet materia, & forma, & agente, licet inter hæc primum secundum naturam sit ipsa materia, eo quod sit primum subiectum incommunicabile, & consequenter cui competit omnibus alijs incōmunicabilitatem impartiri, ut aliàs dictum est, nō potest autem ex dictis, apparens aliquibus argumentum elici contra Thomistas de illa materia, nisi hoc qood si materia tua, & materia mea sunt distinctæ materiæ secundum numerum, quę tamen secundum uniuersalem rationem sunt eadem, oportet quod materia mea sit hæc & numero distincta à materia tua per aliquid, quod contrahat materiam in communi, ergo materia mea non est principium primum quod ego sim unus numero, seu indiuiduū, sed illud aliud per quod & materia mea est una numero & distincta à materia tua, & per quod materia in communi quodammodo contrahitur. Hoc autem primum principium dicunt Scotistæ esse hæcceitatem. hoc fuit motiuum principale, propter quod Scotus deuiat à Sancto Thoma, & à ueritate in hac quæstione. & ad chimeras se se conuertit. Argumentum autem prædictarum soluit Capreolus secundo. distinc. 3. soluunt, & omnes Thomistæ, solui & ipse in septima defensione, & contra authores su s retorsi. Sed præcipue retorqueri potest contra eos ex uerbis Arist. hic habitis, ita ut impossibile sit eis fugere. Nam (ut dixi) Arist. probans distinctorum tm̄ numero, esse etiam distincta numero principia, hæc ipsa inducit exempla, q uia uidelicet alia est materia mea, species tua, & species mea, mouens tuum seu pater tuus & moueos seu generans meum. Tunc arguo sic. Hic Aristo. accepit materiam pro materia quæ est pars compositi, ergo hæc est principiū indiuiduationis, cum sit principium distinctorum secūdum numerum, ut sic patet consequentia etiam secundum aduersarios. Sed antecedens probatur tripliciter, primo sic. De illa materia loquitur hic Philosophus quę condistinguitur specie seu formæ partis, ex qua scilicet cum ipsa materia tanquam ex principijs intrinsecis fit compositum ut patet in litera. Sed talis non est hęcceitas sed ea quę est pars compositi, ut etiam aduersarij habent concedere. Non enim dicunt compositum componi ex forma partis & hæcceitate, immo hæcceitatem dicunt materiam quæ correspondet formæ totius, ut patet supra in septima defensione, & non primo respicit formam patris, ergo &c. Secundo. De illa materia loquitur hic Philosophus de qua uerificatur esse principium rei compositæ ex materia & forma, hoc etiam patet in litera, sed talis est materia quæ est pars compositi, ut patet. 1. Physico. ubi hæc materia connumeratur inter principia rerum naturalium, & non hæcceitas, ergo &c. Tertio de illa materia secundum numerum loquitur hic Philosophus de qua si secundum speciem sumatur dicitur quod est principium distinctorum secundum speciem, ut patet in litera. Sed hæc est materia quæ est pars compositi etiam secundum aduersarios. Licet enim necessario argumento (ut infra patebit.) conuincatur, non tamen concedere uolunt hæcceitates plures conuenire in hęcceitate communi, sed esse eas dicunt primo & seipsis diuersas, ergo &c. Ex hac autem totali ratione, patet quod cum Aristotel. ex intentione tractet expresse hic de principio indiuiduationis, & non inducat aliam materiam quam eam quæ est pars compositi (ut deduximus) pro tali principio, sequitur quod ubicunque alibi de tali principio ex incidenti loquitur nominando materiam, non possit materia pro hæcceitate glosari, ut facit semper. Anton. andr. in hac sua expositione, literam philosophi in hoc precipue peruertendo. Aequiuocasset quippe Philosophus hic & alibi, & ubique diminutus fuisset, nullibi talium materiarum differentiam aperiens Si autem omnino ex obstinatione, & contra omnem rationem quę elici possit hic ex Philosophi litera, uis quod hic intendat non de materia quæ est altera pars compositi, sed de illa tua chimerica hæcceitate. Adhuc arguo contra te, ex ipsis uerbis Philosophi, returquendo in te argumentum quod contra nos ipse facis. Dicit enim hic Philosophus quod materia mea & materia tua sunt distinctæ numero, uniuersali autem ratione sunt eadem, ut Anton. andre. exponendo fatetur, ergo non potest hæcceitas mea distingui ab hæcceitate tua, nisi per aliquid aliud ipsa uniuersalis rōnis materia cōtrahat ad meam, & per aliud contrahatur ad tuam, aliàs idem secundum idem ab alio distingueretur, & cum eodē conueniret, & esset idem & diuersum seu non idem quæ implicant. Cum ergo in hæcceitate conueniant ut habes concedere si literam de illa hæcceitate exponendam censes, si distinguuntur ab inuicem, per aliud distinguūtur; ergo illud aliud erit principium incommunicabilitatis & distinctionis unius ab alia, & consequenter erit principium primum indiuiduationis, & non ipsa hæcceitas. Nec potes tu responde re ad argumentum illud contra hæcceitatem, sicut Thomistæ ad idem argumentum respondent cōtra materiam partem compositi factum. Ipsi enim Thomistę (ut alias habitum est) dicunt, quòd materia quę est pars compositi non habet communitatem de qua loquitur hic Philosophus, nisi ut consideratur per analogiam ad formam, ut formę in communi considere tur & materia ut communiter sumpta substerni, & particulari formæ, particularis materia. Secundum se autem sine ipsa analogia ad formam, materia considerari non potest, & per consequens nec est uniuersalis nec particularis nec indiuidua. Talia enim non conueniunt rebus nisi per considerationem intellectus, neque etiam ipsum fundamentum talium

intentionum, puta fundamentum individuationis, quod est esse unum numero, non competit materiæ nisi per formam, quia à quo quid habet esse, habet & unum esse. Et tamen ipsa materia non ut individua, sed secundum se, præscindendo eam secundum considerationem à forma, est principium primum & immediatum individuationis formæ, & ea mediante principium est individuationis ipsi, & ambobus mediantibus, secundum naturæ ordinem hanc mediationem semper intelligendo, est principium individuationis totius compositi. Tali autem modo sumpta quo est principium individuationis formæ, ideo non potest cognosci, quia in ipsa est, purum ens in potentia. Nihil autem est cognoscibile nisi in quantum actu, ut patet Nono huius. Est autem sic sumptum principium individuationis ut primum subiectum & ut primum incommunicabilitatis principium. Distinctionis autem numeralis, ipsa non secudũ se sumpta simpliciter, sed ut quantitate signata principium est. Hanc responsionem fundatam super natura materiæ ex doctrina Philosophi, non possunt isti homines ad hæcceitatem applicare, quia non ponunt hęcceitatem esse purũ ens in potentia. Sic enim hæcceitas de genere substãtię, nõ esset distincta ab ipsa prima materia; sed ponunt eam potius ad genus actus pertinere, quod apparet, tamen quia contra nos arguunt, quod materia non possit esse principium individuationis, quia actus, inquiunt, dividit & separat Septimo huius. Cui argumento respondi in septima defensione, tum etiam, quia dicunt hæcceitatem esse differentiam quandam individualem, ut ibidem diffuse produximus, unde non habet, ut dicunt quod nõ possit accipi ut universalis, aut particularis, ut habet materia. Patet igitur, quod argumentum, quod hinc sumunt Scotistæ contra nos, frivolum est, & plures sic solutum, ut pro honore suo tacere debuissent. Quod vero nunc nos contra eos ex litera Philosophi inducimus, est efficacissimum & ab eis hactenus insolutum. Et de præsenti defensione satis sit benedictus Deus. Amen.

Deinde cum dicit.

B E S S. Tex. 18.

Quæstio igitur quęnam principia, sive elementa substantiarum, ad quid, & qualitatum sint, & utrum eadem an diversa, patet, quod cum multipliciter dicãtur uniuscuiusque sunt: at si dividantur, non eadem, sed diversa, nisi quod aliquo modo eadem; analogicè namque eadem, quia materia, species, privatio, movens. ac illo modo substantiarum causæ, quasi omnium causę sunt, quia peremptis, perimuntur. Pręterea quod primum, actu est. illo vero modo, alia prima, quęcunque contraria, quę nec ut genera, neque multipliciter dicuntur, item & materię. Quę itaque sensibilium principia sunt, & quot, quoque modo eadem, & diversa, dictum est.

A N T. tex. c. 18. par. 13.

Quærere vero quæ principia aut elementa substantiarum, & ad aliquid, & qualitatum, utrum eadem aut diversa; palam quia multipliciter dictorum sunt uniuscuiusque. Diversorum vero, non eadem, sed altera, pręterquam sic. Et omnium sic quidem eadem, aut eo quod proportionaliter, quia materia, species, privatio, movens. Et sic substantiarum causę ut causę omnium, quia destruuntur destructis. Amplius quòd primum endelechia. Sic autem altera prima quæcunque contraria quę nec ut genera dicuntur, nec ut multipliciter dicuntur, & adhuc materia. Quæ quidem igitur principia sensibilium, & quot, & quomodo eadem, & quomodo altera dictum est.

Tex. 19.

Recapitulat ea, quæ dicta sunt in hoc capitulo. Dicit ergo, quòd quærere utrum sint eadem principia & elementa generum, & ad aliquid & qualitatum & aliorum generum aut diversa, est quærere de multipliciter dictis, quia diversorum non sunt eadẽ principia, sed diversa, nisi quodammodo. Omnium enim quodammodo sunt eadem principia, aut secundum proportionem, sicut si dicamus, quod in quolibet genere inveniuntur aliqua, quæ se habent ut materia & forma & privatio, & movens, aut eo quòd causæ substantiarum sunt causæ omnium, quia destructis eis, alia destruuntur. Aut quia principia sunt endelechia, id est actus & potentia. Istis autem trib. modis sunt eadem principia omnium. Alio autem modo sunt diversa principia, quia contraria, quæ sunt principia rerũ, & ipsa materia, univocè dicuntur, quia non sunt genera, nec etiam dicuntur multipliciter quasi æquivoca & ideo non possumus dicere quod sunt eadem simpliciter, sed secũdum analogiam. Ultimo autem concludit quod dictum est, quot sunt principia sensibilium, & quomodo sunt eadem aut diversa.

L E C T I O V.

Præter substantias naturales unam aliquam substantiam esse, quæ sempiterna, & actu semper movens, & omnino immobilis est, ostendit.

B E S S. tres substãtiæ.

Cum vero tres sint substantię, duę quidem naturales, alia autem immobilis, de hac est dicendum, quod necesse est perpetuam aliquam, & immobilem substantiam esse. etenim substantię, primę entium sunt. & si cunctę corruptibiles, omnia corruptibilia sunt. at impossibile est, aut generari motum, aut corrumpi: nam semper erat. neque tempus: cum non sit possibile, prius & posterius esse, tempore non existente. & motus sane, ita continuus est, sicuti & tempus, aut enim idem, aut quedam ipsius motus passio est. motus vero non est continuus, pręter hunc, qui secundum locum, & hunc, qui circularis est.

A N T. par. 1.

Quoniam autem tres erant substantia, duę quidem quę physicę, & una, quę immobilis, de hac dicendum est, quia necesse est esse sempiternam aliquam substantiam immobilem. Nam substantia, primę entium. & si omnes corruptibiles, oĩa corruptibilia. sed impossibile motum aut fieri aut corrumpi; semper enim erat. nec tempus: Nec enim possibile prius & posterius esse, cum non sit tempus. Et motus ergo si est continuus ut tempus. aut enim idem, aut motus est aliqua passio. Motus autem non est continuus, nisi qui secundum locum. Et huius qui circulo.

Sermo de substantia immobili.

Postquam Philosophus ostendit quæ sunt principia substantiæ sensibilis, hic incipit determinare de substantijs immobilibus à materia separatis. Et dividitur in partes duas. In prima determinat de huiusmodi substantijs secundum propriam opinionem, in secunda secundum opinionem aliorum sequenti libro, ibi. (De sensibili quidem igitur substantia.) Prima in duas. In prima ostendit esse aliquam substantiam sempiternam, immobilem, à materia separatam. in secunda inquirit conditionem huius substantiæ, ibi. (Movet autem.) Circa primum tria facit. primo ostendit esse aliquam substantiam sempiternam in secunda pertractat quandam quæstionem ex dictis occasionatam, ibi. {Quamvis dubitatio.} Tertio ex solutione quæstionis motæ procedit ad manifestationem veritatis prius inventæ, ibi. [Quare non fuit infinito tempore.] Circa primum duo facit primo ostendit, quod necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam. Secundo ostendit qualem oportet esse illam substantiam, ibi. {Sed fuerit motivum.

tex. com. 5.

Dicit

Dicit ergo primo, quod supra dictum est; quod tres sunt substantiæ, quarum duæ sunt substantiæ naturales, quia sunt cum motu, una sempiterna, ut cœlum; alia corruptibilis, ut plantæ & animalia, & præter has, est tertia, quæ est immobilis, quæ non est naturalis, de hac dicendum est nunc. Ad cuius considerationē oportet prius ostendere, quod necesse est esse aliquam substantiam, sempiternam, immobilem. Quod sic probat. substantiæ sunt primæ inter entia, ut supra ostensum est, destructis autem primis nihil remanet aliorum, si igitur nulla substantia est sempiterna, sed omnes sunt corruptibiles, sequitur quod nihil sempiternum, sed omnia sint corruptibilia, idest non semper existentia, sed hoc est impossibile, ergo necesse est esse aliquam substantiam sempiternam. Quod autem impossibile sit nihil esse sempiternum, probat ex hoc, quod impossibile est motum fieri, aut corrumpi, idest de nouo incæpisse, aut quandoque totaliter desiturum esse. Ostensum est enim in 8. Phys. quod motus est sempiternus simpliciter. Et uidetur impossibile quod tempus non sit sempiternū. Quia, si tempus aliquando incæpit, aut aliquando desinet, sequetur quod prius fuerit non esse temporis quam tempus, & iterum quod posterius erit non esse temporis quam tempus, sed hoc non potest esse, ut uidetur, quia non est possibile esse prius & posterius nisi sit tempus, dum nihil aliud sit tempus, nisi numerus prioris & posterioris in motu, et sic sequeretur, quod tempus fuerit antequam inciperet esse, & quod sit postquam esse desierit. Videtur igitur necesse quod tempus sit sempiternum. Et si tempus est continuum & sempiternum, necesse est quod motus sit continuus & sempiternus, quia motus & tempus, aut sunt idem, ut quidam posuerunt, aut tempus est aliqua passio motus, ut rei ueritas habet. Est enim tempus numerus motus, ut patet in 4. Phy. Sed tamen non est accipiendum de omni motu, quod possit esse sempiternus & continuus. Non enim hoc potest esse uerum, nisi de motu locali. Et inter motus locales, solū de motu circulari, ut probatur in 8. Physico.

Necesse est aliquam esse substantiam sempiternam immobilem. Tex co. 2.

tex. 11 Impossibile est tempus, & motum habuisse principia uel desinere esse. Lect. 2

Tēpus uel est idem motui uel passio eius. Tex. c. 10 & inde. tex. c. 77.

Solus motus circularis esse æternus. tex. co. 30.

B E S S. Tex. 30.

At uero si motiuum aut effectiuum est, non autem operans aliquid, non est motus, possibile namque est non operari, quod potentiam habeat, nulla igitur utilitas erit, ne quidem si perpetuas substantias faciamus, quemadmodum qui faciunt species, nisi aliquod principium insit, quod mutare possit. Non igitur sufficiat illa quidem, nec alia substantia præter species, nam si non operabitur, motus non erit.

A N T. par. 2

At uero si fuerit motiuum aut effectiuum, non operans autem aliquid, non erit motus. Contingit enim potentiam habens, non agere. Nihil ergo prodest, nec si substantias faciamus sempiternas, quemadmodum qui spēs, si non aliqua potēs inerit principium transmutari. Non ergo neque ipsa sufficiens neque alia substantia præter species. Nā si non egerit, nō erit motus æternus.

Ostendit cuiusmodi substantiam necesse est esse sempiternam, & circa hoc tria facit. Primo, quod ad sempiternitatem motus sustinendam, necesse est ponere substantiam sempiternam semper mouentē uel agentem, dicens, quod cum necesse sit, si motus est sempiternus, quod sit substātia motiua & effectiua sempiterna, ulterius oportet, quod sit mouens, & agens in actu semper, quia si esset (motiua aut effectiua,) i. potens mouere & efficere motum, & non agēs in actu, sequeretur qđ non esset motus in actu, non. n. est necessarium si habeat potentiam mouendi, quod moueat in actu, contingit. n. id quod habet potentiā agendi non agere, & ita motus non erit sempiternus.

Necesse est aliquam esse substantiam sempiternam semper actu mouentem.

Ad hoc igitur, quod motus sit sempiternus, necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam mouētem & agentem in actu; ex quo consequenter concludit, quod nihil prodest opinio Platonis ponentis substantias sempiternas, quæ est insufficiens ad sustinendum sempiternitatem motus. Non enim ad hoc sustinendum prodest, si fingamus aliquas substantias separatas sempiternas, nisi in eis sit aliquod principium habens potentiam ad transmutandum, quod non uidetur conuenire speciebus. Species enim nihil aliud ponebantur quam uniuersalia separata, uniuersalia autem inquantum huiusmodi non mouent. Nam omne principium actiuum uel motiuum est aliquod singulare, ut supra dictum est. Sic igitur nec species sunt sufficientes ad sempiternitatem motus seruandam, nec alia substantia separata præter species, sicut quidam mathematica, inquantum huiusmodi sunt posuerunt principia motus. Et si nō sit aliqua subā sempiterna agēs, non est motus sempiternus, quia motus principium est aliqua subā sempiterna mouens & agens. Secūdo ibi.

Positio Idearum non cōfert, sed aufert sempiternitatē motus. tex. c. 27.

B E S S.

Nec item si operabitur quidem, substantia uero eius potentia sit, non enim erit perpetuus motus, quod enim potentia est, contingit non esse, oportet igitur esse tale principium cuius substantia actus sit.

A N T. par. 3

Ad huc neque si aget, substantia autem ipsius potentia, non erit motus æternus. Contingit enim quod potentia est, non esse. Oportet igitur esse principium tale, cuius substantia est actus.

Ostendit ulterius, quod oportet ad sempiternitatem motus, quod non solum sit aliqua substantia sempiterna mouens & agens, sed etiam quod eius substantia sit actus. Dicit ergo, quod neque est sufficiens ad sempiternitatem motus, si substantia sempiterna agit, sed tamen secundum suam substantiam sit in potentia, sicut si ponamus prima principia esse ignem, aut aquam secundum positionem antiquorum naturalium, non enim poterit esse motus sempiternus. Si enim sit tale mouens, in cuius substantia admiscetur potentia, contingit id non esse. Quia quod est in potentia contingit non esse, & per consequens continget quod motus nō erit ex necessitate & sempiternus, relinquitur ergo, quod oportet esse aliquod primum principium motus, tale, cujus substātia nō sit in potentia, sed sit actus tantum. Tertio ibi.

Aliqua est substantia sempiterna quæ est essentialiter actus.

B E S S.

Item has oportet esse substantias, absque materia: sempiternas enim esse oportet, si aliquid quidem æternum est, actu igitur sunt.

A N T. par. 4.

Amplius igitur tales oportet esse substantias sine materia. Sempiternas enim esse oportet, si et aliquid aliud sempiternum actu.

Concludit ulterius quod oportet huiusmodi substantiā esse immaterialem. Dicit ergo quod amplius ex prædictis sequitur, quod huiusmodi substantias, quæ sunt principia motus sempiterni, oportet esse sine materia. Nam materia est in potentia. Oportet igitur eas esse sempiternas, si aliquid aliud est sempiternum, utpote motus & tempus. Et sic sequitur quod sint in actu. Hoc autem ultimo concludit propter dubitationem quam consequenter inducet. Ex hoc igitur processu manifestum est quod Aristotel. hic firmiter opinatus est & credidit necessariū fore, quod motus sit sempiternus, & similiter tempus. Aliter. n. non fundasset super hoc intentionem suam de inquisitione substantiarum immaterialium.

Aliqua est substantia sempiterna immaterialis.

Arist. firmiter opinatus est motum & tempus esse sempiterna.

Sed tamen sciendum quod rationes ab eo inductæ in 8. Physicor. ex quarum suppositione hic procedit, non sunt demonstrationes simpliciter, sed probabiles rationes. Nisi forte sint demonstrationes, con

Lect. 2. Rationes a Philos. inductæ in phy-

tra positiones antiquorum naturalium de incepcio ne motus, quas destruere intendit. Et prætermissis aliis rationibus quas hic non tangit, manifestum est quod ratio quā hic posuit ad probandum sempiternitatem temporis, non est demonstratiua. Non enim si ponimus tempus quandoque incepisse, oportet ipo nere prius, nisi quid imaginatum. Sicut cum dicimus quod extra cœlum non est corpus, quod dicimus ex tra, non est nisi quid imaginatum. Sicut igitur extra cœlum nono portet ponere locum, quamuis extra uideatur locū significare, ita nō est necessarium quod tempus sit prius quam incipiat uel postquam desinet, licet prius & posterius uideantur tempus significare. Sed quamuis rationes probantes sempiternitatem motus, & temporis non sint demonstratiuæ ex necessitate concludentes, tamen ea quæ hic probantur de sempiternitate & immaterialitate primæ substantiæ, ex necessitate sequuntur. Quia si non fuerit mundus æternus, necesse est quod fuerit productus in esse ab aliquo præexistente. Et si hoc non sit æternum, oportet iterum quod sit productum ab aliquo. Et cum hoc non possit procedere in infinitum, ut supra in secundo probatum est, necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam, in cuius substantia non sit potentia, & per cōsequens immaterialem.

(Margin: sicis ad probandā sempiternitatē motus, & temporis, sunt demōstratiuæ, sicut nec illa quam ad hoc hic inducit. — Ratio efficacissima probans substātiam aliquā immaterialē esse. Tex. com. 5. & inde.)

LECTIO VI.

Ex eo quod actum priorem potentia esse ratiocinatus est ostendit generationem & actum perpetua esse, hinc primum mouens esse perpetuum & immobilem concludit.

BESS. *At qui dubium est. nam omne quidem agens posse quoque uidetur, potens uero non omne, agere, quare, potentia, erit prior.*

ANT. par. 2 *Quamuis dubitatio. Videtur enim agens quidem omne posse, potens uero non omne agere. Quare prius esse potentiam.*

Mouet quandam dubitationem circa prædeterminata, & est dubitatio. Vtrum actus sit simpliciter prior potentia, ut possit poni primum principium tale eum esse tale, cuius substantia sit actus. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem ad ostendēdum falsum, scilicet quod potentia sit prior actu. Secundo ponit rationem in contrarium, ibi. Sed si hoc, nihil erit.) Tertio soluit dubitationem, ibi. (Potentiam quidem igitur,) Dicit ergo primo, quod dictum est, quod substantia sempiterna est actus, quamuis de hoc sit dubitatio. Videtur enim potentia simpliciter esse prior actu, nam prius est à quo non conuertitur consequentia essendi. Hoc autem modo uidetur potentia se habere ad actum, quia omne agens uidetur posse agere, sed non omne quod potest agere agit, quare uel potentia sit prior actu. Deinde cum dicit.

(Margin: Dubitatio an actus sit prior potentia. — Arguit pro parte negatiua.)

BESS. *Verum si hoc ita sit, nihil entium erit, cōtingit enim posse quidem, esse nondum uero esse. At si ut theologi, qui ex nocte cuncta generant, siue, ut physici dicunt, omnes res simul erant, idem impossibile erit, quo nanque modo mouebuntur, si nulla erit actu causa? non enim ipsa materia seipsam mouebit, uerum opifex uirtus, neque menstrua, neque terra, uerum semina, atque humanum semen.*

ANT. par. 2 *At uero si hoc, nihil erit entium. Contingit enim quidem posse esse, nondum uero esse: et iam sicut dicūt theologi, qui ex nocte generant, aut ut physici, quibus erant simul res omnes, dicunt idem impossibile. Quomodo enim mouebuntur, si non fuerit actu aliqua. Non enim materia ipsa seipsam mouebit, sed tectonica. Nec menstrua nec terra, sed semina & genitura.*

Ponit rationem in contrarium, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem ducentem ad impossibile, dicens, quod si potentia sit simpliciter prior actu, sequitur quod aliquando nihil sit, cōiungens sit contentū, quod potest fieri, sed nondum fit. Et ita, si prima entia sunt in potentia, sequitur quod non sunt actu, & sic nihil aliorum erit. Et hoc quidem cōtingit dupliciter. Vno modo secundum opinionem quorundam antiquorum, qui uocabantur poetæ theologi, sicut fuit Orpheus, & quidam alij, qui ponebant mundum esse generatum ex nocte, id est simplici priuatione præexistente. Alio modo secundum posteriores naturales, sicut physici naturales, & eos sequentes, qui cum uiderent, quod secundum naturam nihil fit ex nihilo, posuerunt omnia esse simul in quadam confusione, quam uocabant chaos, sicut posuit Anax. & sic ponebant omnia esse in potentia, non autem in actu. Sed siue hoc modo, siue illo dicatur, sequitur idem impossibile, si potentia simpliciter sit prior actu. Illa enim quæ sunt in potentia tantum, siue sint omnino sub priuatione, siue sint in quadam confusione, non poterunt moueri, ut reducantur in actum nisi sit aliqua causa mouens in actu existens, quia materia in artificialibus non mouet seipsam, sed ipsam mouet agens, scilicet tectonica, id est ars. Nec mēstrua, quæ sunt materia in generatione animalis, mouent seipsa, sed mouet ea genitura, id est semen animalis. Nec terra, quæ est materia in generatione plantarum, mouet seipsam, sed mouent eam (spermata,) id est semina plantarum. Secundo ibi.

(Margin: Arguit pro parte affirmatiua.)

BESS. *Propter quod quidam faciunt semper actum ueluti Leucippus & plato, cum semper esse motum dicant, cur uero uel quem, non aiunt, nec cur sic, nec causam, nihil enim fusque deque mouetur, sed oportet ut semper aliquid præexistat, sicuti nunc, natura quidem hoc modo, uti etiam aut ab intellectu, aut ab aliquo alio hoc modo, deinde, quisnam primus sit, differt enim quam maxime. At neque Platoni possibile est dicere id, quod quandoque putat principium esse, quod seipsum mouet, posterior enim pariter cælo est anima, ut ait.*

(Margin: Te 31.)

ANT. part. 3 *Propter quod faciunt quidam semper actum, ut Leucippus & Plato. Semper enim dicunt esse motum. Sed quare, & quem, non dicunt, nec causam. Nihil enim ut contingit mouetur, sed oportet semper aliquid existere. Quemadmodum nunc, natura quidem sic, ui uero, aut ab intellectu, aut ab alio, sic. Deinde quis prior. Differt n. ualde quodcunque est. At uero nec Platonem possibile dicere, quod existimat aliquando principium esse quod ipsum seipsum mouet. Posterius enim, & simul cum cœlo, anima, ut ait.*

(Margin: Te. com. 31.)

Ostendit quomodo huic rationi quidam physici consenserunt. Dicit ergo, quod propter hanc rationē quidam philosophi posuerunt semper actū existentē scilicet Leucippus socius Democriti, & Plato. Dixerunt enim motum semper fuisse etiam ante mundum. Secundum quidem Leucippum in atomis per se mobilibus, ex quibus ponebat mundum constitui. Secundum Platonem uero in elementis, quæ dicebat ante constitutionem mundi mota fuisse motibus inordinatis, sed postea à Deo fuisse ea reducta ad ordinem. Sic igitur quantum ad hoc uidentur bene dixisse, quod posuerunt semper fuisse motum. Sed in hoc defecerunt, quia non dixerunt quis motus semper fuerit, nec causam motus assignauerunt, nec simpliciter narrando, nec suæ positionis causam assignando, cum tamen (nihil moueatur ut contingit,) id est sine aliqua causa certa. Sed semper oportet aliquid existere, quod est causa motus. Sicut nunc uidemus

(Margin: Prædicta rationi quidā antiquorū cōsenserūt quidam uero defecerunt.)

mus, quod quædam mouentur hoc modo a natura aut à uiolétia, aut ab intellectu, aut aliquā alia causa. Deinde debuerunt etiam assignare, qualis sit prima prima causa motus, utrum natura, siue uiolentia siue intellectus, multum enim differt quodcunque horū ponatur causa motus. Sed nec Plato potest excusari, propter hoc, quod posuit principium motus esse aliquid mouens seipsum, quod dicebat esse animam, sed anima secundum ipsum non fuit ante constitutionem mundi, sed fuit post illam in ordinationem motus. Fuit enim facta simul cum cœlo, quod ponebat animatum. Et sic anima non poterit esse principium illius motus inordinati. Deinde cum dicit.

Anima cum cœlo simul fuit creata secūdū Pla

BESS. Tex. 32.

Arbitrari itaque potentiam actu priorem, quodam modo quidem bene est, quodammodo uero minimè, dictū autem est, quomodo.

ANT. Tex. co. 32. par. 4.

Potentiam quidem igitur existimare priorem actu, est quidem ut bene, est autem ut non bene. Dictum est autem quomodo.

Soluit propositam quæstionem, & circa hoc duo facit. Primo remittit ad hoc quod determinatum est in Nono de ordine potentiæ ad actum, dicens, quod opinari potentiam esse priorem actu, quodam modo bene dicitur, & quodam modo non. Et quomodo sit dictum est in Nono. Ibi enim dictum est, quod actus simpliciter est prior potentia, sed in uno eodē quod mouetur de potentia in actum, potentia præcedit actum tempore, quamuis actus sit prior natura, & perfectione. Secundo ibi.

Tex. co. 13. & inde. Vbi supra

BESS.

Quod autem actus sit prior, Anaxagoras testatur, intellectus nanque, actus est, & Empedocles, amicitiam & contentionem ponens, & qui semper esse motum aiunt, ut Leucippus.

ANT. par. 5.

Quod autem actus prius, testatur Anaxago. intellectus enim actus. Empedocles amicitiam & litem. Et semper dicentes motum esse, ut Pla. & Leucippus.

Confirmat solutionem per positiones quorundam philosophorum, dicens, quod hoc actus sit simpliciter prior testatur Anexago. quia posuit primum principium mouens esse intellectū. Intellectus enim actus quidam est. Et etiam Emped. qui posuit causas mouentes litem & amicitiam. Et Leucippus & Plato, qui posuerunt semper motum fuisse.

Deinde cum dicit.

BESS.

Quare non erat tempore infinito chaos, aut nox, uerum semper eadem circuitione, aut aliter, si actus quidem prior potentia.

ANT. par. 6.

Quare non fuit infinito tempore chaos, aut nox, sed eadem semper, aut periodo, aut aliter, si prior est actus potentia.

Ex determinatione quæstionis præmissæ manifestat, quod prius ostensum est, & circa hoc tria facit. Primo concludit ex præmissis perpetuitatem generationis. Secundo ex perpetuitate generationis concludit perpetuitatem motus cœli ibi. (Si itaque quidem semper.) Tertio ex perpetuitate motus cœli concludit perpetuitatem primi mouētis immobilis, ibi. {Est igitur aliquid & quod mouet.} Dicit ergo primo, quod si actus simpliciter est prior potentia, sequitur, quod falsa sit opinio antiquorum naturalium, qui existimantes potentiam simpliciter esse actu priorem, posuerunt omnia in infinito tempore prius fuisse in potentia, in quadam confusione, quam appellabāt chaos. Falsa etiam erit opinio poetarum theologorum, qui propter eandem extimationem posuerunt infinito tpe prius fuisse simplicem, rerū priuationem, quā res actu esse inciperent. Quam quidem rerum priuationem noctem appellabant, propterea forte, quia inter qualitates & formas sensibiles, lux communior, & prior inuenitur, cum ipsi nihil pręter sensibilia esse arbitrentur. Priuatio autem lucis nox est. Vtraque igitur opinio falsa est, si actus est prior potentia. Sed cum uideamus ea, quæ generantur, de potentia ad actum procedere, necesse erit dicere, quòd eadem, quæ actu esse incipiunt post potentiam, semper fuerunt aliquo modo, uel secundum circularem generationem prout ponuntur ea, quæ generantur, prius fuisse eadem non secundum numerum, sed secūdum speciem, quod quidem fit secundum circularem generationem. Nam ex terra humectata resoluuntur uapores, ex quibus generatur pluuia, per quam iterum humectatur terra. Similiter ab homine procedit sperma, & generatur iterum homo, & sic ea quæ fiunt reiterantur eadem specie propter circularem generationem. Aut etiam ea, quæ post potentiam fiunt in actu, eadem fuerūt semper, aliter, sicut posuit Anax. quod præextiterunt actu in his ex quibus generantur. Deinde cum dicit.

BESS. tex. 33. tex. 34.

Si uero semper idem circuitione, oportet ut aliquid semper similiter operando permaneat. Quod si futura est generatio & corruptio, aliud operans aliter & aliter esse oportet. Necesse igitur est hoc quidem modò illud secundum se operari, hoc uero secundum aliud: aut igitur secundum diuersum, aut secūdum primum, necesse autem est ut secundum hoc, hoc nanque rursus, & sibi & illi causa est. Dignius ergo est, quod primum est, hoc nanque, ut semper similiter se habeat, causa erat, ut uero taliter, aliud, ut autem semper, aliter, ambo scilicet. Patet igitur, quod motus quoque ita se habent, cur igitur alia quærere oportet principia?

ANT. tex. co. 34. par. 7.

Si itaque idem semper periodo, oportet aliquid semper manere similiter agens. Si autem debeat fore generatio & corruptio, aliud oportet agens esse aliter & aliter, necesse est igitur, sic quidem secundum se agere, sic uero secundum aliud. Aut ergo secundum alterum, aut secundum primum, necesse est igitur secundum hoc etenim illud ipsum causa & illi. Dignius ergo primum, etenim causa erat illud ipsius semper similiter, & ipsius aliter, alterum, eius autem quod est semper aliter, palam quod ambo. Ergo si sic se habet motus, quid ergo alia oportet quærere principia? Quoniam autem ita contingit, & si non sit, ex nocte erunt, & simul omnia, & ex non ente, soluentur utique hæc. Et est aliquid semper motum motu incessabili. Hoc autem quod circulo. Et hoc non ratione solum, sed opere palam, quare sempiternum erit utique primum cœlum.

Ex perpetuitate generationis concludit perpetuitatem motus cælestis. Supposito igitur, quod non sit aliquis alius motus, quo ea, quæ procedunt de potentia ad actum, semper eadem fuerint, nisi secundū circuitum generationis, ex his, quæ in Scientia Naturali ostensa sunt. & pręcipue in Secundo de generatione, concludit, quod si aliquid permanet idem per circuitum generationis, oportet & aliquid semper manere idem numero, quod similiter agat ad hoc, quod causet perpetuitatem, non enim potest esse causa perpetuitatis quę inuenitur in generatione & corruptione, aliquid unum eorum quæ generantur & corrumpuntur, quia nullum eorum semper est. neque etiam omnia, cum non simul sint, ut ostensum est in. 8. Phy. Relinquitur igitur, quod oportet aliquid esse perpetuum agens, quod semper uniformiter agat ad per-

Ex perpetuitate generationis concludit perpetuitatem motus cœlestis. tex. c. 55

tex. com. 48

petui

petuitatem causandum. Et hoc est primum cœlum, quod mouetur & renouat omnia motu diurno. Sed quia illud, quod semper eodem modo operatur, non causat nisi aliquod semper eodem modo se habens, in his autem, quæ generantur & corrumpuntur, apparet quòd non semper se habent eodem modo, quia quandoque generantur, & quandoque corrumpuntur, sic ergo debet esse generatio & corruptio in illis inferioribus, necesse est ponere aliquod agens, quod aliter se habeat in agendo & hoc quidem agens dicit esse corpus, quod mouetur secundum circulum obliquum, qui dicitur Zodiacus. Quia, cum hic circulus declinat ad vtranque partem ab æquinoctiali, illud, quod mouetur secundum circulum per Zodiacum, oportet quod sit quandoque magis propinquum & quandoque magis remotum, & secundum hoc sua propinquitate & remotione causat contraria. Videmus enim quòd ea, quę appropinquante sole ad nos, generantur, recedente sole, corrumpuntur. Sicut herbæ, quæ in vere nascuntur, & in autumno siccantur. Mouentur enim in circulo zodiaco & Sol & alij planetæ. Sed & stellæ fixę dicuntur moueri super polos zodiaci, & non super polos æquinoctiales, vt Ptolomęus probat. Ex harum autem motu causatur generatio & corruptio omniũ, quæ generantur & corrumpuntur, sed magis euidenter ex motu solis. Hoc ergo mouens quod aliter agit, necesse est quòd quodam modo agat secundum se, id est ex propria virtute, in quantum causat diuersitatem generationis & corruptionis, quodam vero modo secundum aliud, id est ex virtute alterius, in quantum causat perpetuam generationem & corruptionem. Aut ergo oportet quod agat secundum aliquid alterum, id est virtute alicuius alterius, (aut secundum primum,) id est virtute primi, quod semper similiter agit. Et cum non sit aliquod alterum assignare, ex cuius virtute causet perpetuitatem, necesse est quòd secundum hoc (quod similiter agit,) id est virtute eius, perpetuitatem generationis & corruptionis causet. Id enim scilicet primum quod semper similiter agit, est causa ipsi, quod aliter & aliter agit, quia id quod aliter & aliter agit, perpetuo agit, id vero quod semper similiter agit, est causa perpetuitatis eius, quod agit aliter & aliter, vt scilicet perpetuo sic agat, & illi etiã, quod ex eo causatur, scilicet generationi, & corruptioni perpetuę. Ex quo patet, quòd secundum agens scilicet quòd aliter & aliter agit, agit in virtute (primi agentis,) id est primi cœli siue primi orbis, quod semper similiter agit. Sic ergo patet, quòd primum agẽs, quod semper similiter agit, est potius & dignius, quia ipsum est causa eius (quod est semper esse similiter,) id est perpetuitatis. Sed eius, quod est esse aliter & aliter, causa est alterum agens, quod aliter & aliter agit. Eius vero, quod est aliter & aliter se habere, quod est generationem, & corruptionem esse perpetuam manifestum est, quòd sunt causa ambo coniunctim, scilicet & primum quod semper similiter agit, & secundum quod aliter & aliter agit. Ex hoc autem concludit quod si sic se habent motus cœli, quòd ex eis potest causari perpetuitas generationis & corruptionis in istis inferioribus, nõ oportet quærere aliqua alia principia, scilicet ideas, sicut Platonici posuerunt, vel amicitiam & litem, sicut posuit Empedocl. quia per hunc modum conuenit assignare causam perpetuitatis generationis & corruptionis. Et si iste modus non ponatur, sequentur inconuenientia, ad quæ deducti sunt primi Philosophantes scilicet quòd omnia (fiant ex nocte,) id est ex simplici priuatione, aut quòd omnia simul fuerint, vel quòd aliquid fiat ex non ente. Manifestum est ergo, quod prædicta positione seruata, scilicet quod sit perpetua generatio, & corruptio causata à motu cœli perpetuo, soluuntur prædicta inconuenientia, & sequetur, quòd aliquid semper moueatur motu non cessat, qui est motus circularis. Et hoc non solum apparet ratione, sed ex ipso effectu & per sensum: vnde necesse est, quòd primum cœlum eo quòd semper hoc motu mouet, sit sempiternum. Deinde cum dicit,

Zodiacus circulus est causa varietatis per generationem & corruptionem.

Difformiter agens non nisi in virtute vniformiter agentis, est varietatis, rerum causa.

Estque aliquid, quod mouet. Cum vero id, quod mouetur, & mouet, medium sit, est etiam aliquid, quod non motum mouet, quod æternum, substantia, & actus est. B E S S. tex. 35

Est igitur aliquid & quod mouet. Quoniam autem quod mouetur, & mouens & medium. Igitur est aliquid quod non motum mouet sempiternum, & substantia, & actus eius. A N T. tex. com 35 par 8.

Concludit ex prædictis perpetuitatem motoris immobilis. Cum enim omne quod mouetur ab alio moueatur, vt in physicis probatum est, si cœlum est perpetuũ, & motus est perpetuus, necesse est aliquod esse mouẽs perpetuum. Sed quia in ordine mobilium & mouentium inueniuntur tria, quorum vltimum est quod mouetur tantum, supremum autem est mouens quod non mouetur, medium autem est quod mouetur & mouet, necesse est, quod ponatur aliquod sempiternum mouens quod non mouetur. Probatum est enim in octauo Physicor. quod cum non sit abire in infinitum in mouentibus & motis, oportet deuenire in aliquod primum mouens immobile, quia & si deueniatur in aliquod mouens seipsum, iterum ex hoc oportet deuenire in aliquid mouens immobile, vt ibi probatum est. Si autem primum mouens est sempiternum & non motum, oportet quòd non sit ens in potentia, quia quod est ens in potentia natum est moueri, sed quòd sit substantia per se existens, & quòd eius substãtia sit actus. Et hoc est quod supra concluserat. Sed necesse fuit mouere dubitationem quæ erat apud antiquos, vt ea soluta ostenderetur expressius, quo ordine necesse est peruenire ad primum ens, cuius substantia est actus.

Conclusio principalis ex solutione præpositæ dubitationis expressius infert. Hec inquã. Est vnus motor immobilis, sempiternus, substantia actus eius.

LECTIO VII.

Quomodo cum primum principium moueat sicut intelligibile bonum & amatum, immobile moueat ac necessarium.

Hoc autem modo, concupiscibile & intelligibile mouet, non motum, horum autem prima eadem sunt, desiderabile nanque, quod apparet bonum, primum vero voluntate affectabile, quod est bonum: magis vero appetimus, quia videtur, quàm videatur, quia appetimus: principium vero, intellectio. Ae intellectus, ab intelligibili mouetur. B E S S. tex. com. 36

Mouet autem sicut appetibile & intelligibile. Hæc enim sola mouent non mota. Horum autem prima eadem. Concupiscibile quidem enim ipsum apparens, voluntabile autem primum ipsum existens bonum. Appetimus autem quia videtur magis quam videtur, quia appetimus quia appetitus principium: est intelligentia. Intellectus autem ab intelligibili mouetur. tex. 37 A N T. tex. com. 36 par. 1 tex. com. 37

Postquam Philosophus ostendit aliq̃ substantiam esse sempiternam, immaterialẽ, & immobilem, cuius substantia est actus, procedit ad inquirendum conditionẽ ipsius substantiæ. Et circa hoc tria facit. Primo inquirit de perfectione huius substantiæ. Secundo de vnitate & pluralitate ipsius, ibi. (Vtrũ vero vna ponenda.) Tertio de operatione eius, ibi. (Quę vero circa intellectum.) Circa primum duo facit. Primo ostendit perfectionem p̃dictæ substantię. Secundo ostẽdit eam esse incorpoream, ibi. (Ostensum aũt est.) Circa primum

mum duo facit. Primo oſtendit perfectionem dictæ ſubſtantiæ. Secundo excludit opinionem contrariam, ibi. § Quicunque autem putant. § Circa primum duo facit. Primo oſtendit ſecundum quem modum mouens immobile moueat. Secundo ex hoc oſtendit ea quæ ad perfectionem eius pertinent, ibi § Intelligibilis autem altera. § Dicit ergo primo quòd cum oſtenſum ſit, quod ſit primum mouens non motum, neceſſe eſt quòd ſic moueat ſicut deſiderabile, & intelligibile. Hæc enim ſola ſcilicet deſiderabile & intelligibile inueniuntur mouere non mota. Quod ſic patet. Eſt enim duplex motus, naturalis, & voluntarius, ſiue ſecundum appetitum. Mouens autem motu naturali de neceſsitate mouetur, cum mouens naturaliter ſit generans & alterans. Nam etiam grauia & leuia ſecundum locum mouentur per ſe à generante. Generans autem & alterans immediate, oportet quòd aliter & aliter ſe habeant. Vnde etiam ſupra dictum eſt, quòd id quod cauſat generationem & corruptionem agit aliter & aliter. In motu autem qui eſt ſecundum voluntatem & appetitum, voluntas, & appetitus ſe habent ſicut mouens motum, vt patet in Tertio de Anima. Vnde relinquitur quòd ſolum id quod mouet ſicut appetibile, ſit mouens non motum. Dicitur autem primum mouens mouere ſicut appetibile, quia motus cœli eſt propter ipſum, ſicut propter finem, cauſatus ab aliquo proximo mouente quod mouet propter primum mouens immobile, vt aſsimilet ſe ei in cauſando, & explicet in actum id quod eſt virtute in primo mouente. Non enim eſt motus cœli propter generationem & corruptionem inferiorum ſicut propter finem, cum finis ſit nobilior eo quod eſt ad finem. Sic igitur primum mouens mouet ſicut appetibile. Sed apud nos aliud eſt quod mouet, ſicut deſiderabile, & aliud quod mouet, ſicut intelligibile bonum, cum tamen vtrunque moueat ſicut mouens non motum. Et hoc præcipue apparet in eo qui eſt incontinens. Nam ſecundum rationem mouetur ab intelligibili bono. Secundum autem vim concupiſcibilem mouetur ab aliquo delectabili ſecundum ſenſum quod videtur bonum, cum non ſit bonum ſimpliciter, ſed ſolum ſecũdum quid. Sed non poteſt eſſe huiuſmodi diuerſitas in primo intelligibili, & primo deſiderabili. Sed oportet quòd primum intelligibile & primum deſiderabile ſint eadem. Et hoc ideo quia concupiſcibile quod non eſt intelligibile bonum, eſt apparens bonum. Primum autem bonum § oportet quòd ſit voluntabile, § id eſt appetibile appetitu intellectuali. Nam voluntas in intellectu eſt, & non in appetitu concupiſcentiæ tantum. Et hoc ideo quia quod appetitur ſecundum concupiſcentiam videtur bonum, eo quòd deſideratur. Nam concupiſcentia peruertit iudicium rationis, vt ei videatur bonum quod eſt delectabile. Sed illud quod appetitur appetitu intellectuali, deſideratur, quia videtur bonum ſecundum ſe. Huiuſmodi enim § appetitus principium eſt intelligentia, § id eſt actus intellectus qui mouetur quodammodo ab intelligibili. Sic igitur patet quòd concupiſcibile non eſt bonum niſi quod deſideratur ſecundum rationis dictamen. Non ergo poteſt eſſe primum bonum, ſed ſolum illud quod, quia bonum eſt, mouet deſiderium, quod eſt appetibile & intelligibile ſimul.

Primũ mouens mouet vt deſiderabile, & intelligibile.

tex.com. 34

tex.com. 50

Solum mouẽs vt appetibile eſt nõ motum.

Primũ deſiderabile eſt primũ intelligibile.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Intelligibile vero, alter ordo eſt, qui per ſeipſum eſt, & huius ſubſtantia prima, atque huiuſce, quæ ſimplex & ſecundum actum eſt. Eſt autem vnum, & ſimplex, non idem: ſiquidem vnum, ſignificat menſuram: ſimplex vero, quo modo ſe habeat ipſum.

Vnũ, & ſimplex non idem.

A N T. Com 37 par. 2.

Intelligibilis autem altera coelementatio, ſecundum ſe, & huius cauſa ſubſtantia prima, & huius quæ ſimplex & ſecundum actum. Eſt autem vnum & ſimplex non idem. Vnum enim metrum ſignificat, ſimplex autem qualiter habens ipſum.

Quia oſtenderat primum mouens eſſe intelligibile & appetibile, reſtat modo oſtẽdere ex hoc, quomodo in primo mouente perfectio inuenitur, & circa hoc tria facit. Primo enim oſtendit ex ratione intelligibilis, & appetibilis perfectionem ipſius ſecundum ſe. Secundo per comparationem ad primum mobile, ibi. § Mouet autem vt amatum. § Tertio per comparationem ad id quod appetit, & intelligit ipſum, ibi. § Deductio autem & cæt. § Circa primum duo facit. Primo oſtendit perfectionem primi mouentis ex eo quòd eſt intelligibile, ſecundo ex eo quòd eſt appetibile, ibi. § At vero quod bonum & cæt. §

Dicit primo, quòd ſicut mouentia & mota habent ſuam coordinationem, ita intelligibilia habent ſuam coordinationem, quam quidem coelementationem intelligibilem vocat, eo quòd vnum intelligibile eſt primum principium intelligendi alterum, ſicut etiam vnum mouens, alteri eſt cauſa mouendi. Sicut igitur ex ordinatione mouentis & moti, oſtenſum eſt, quòd primum mouens eſt ſubſtantia ſimplex & actus, ita etiam inuenitur idem ex ordinatione intelligibilium. Manifeſtum eſt enim quòd inter intelligibilia ſubſtantia eſt prima, eo quòd accidentia non intelligimus niſi per ſubſtantiam, per quam diffiniuntur: & inter ſubſtantias prius eſt intelligibile ſimplex quàm compoſitum: nam ſimplicia clauduntur in intellectu compoſitorum. Et inter ſimplicia, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ, actus eſt prius intelligibile quàm potentia: nam potentia diffinitur per actum. Relinquitur igitur, quòd primum intelligibile ſit ſubſtãtia ſimplex, quę eſt actus: & ne videatur incidere in opinionem Platonis, qui poſuit primum principium rerum ipſum vnum intelligibile, oſtendit conſequenter differentiam inter vnum & ſimplex & dicit, quòd vnum & ſimplex non idem ſignificant, ſed vnum ſignificat menſuram, vt in Decimo oſtenſum eſt, ſimplex autem ſignificat diſpoſitionem, ſecundum quam aliquid aliqualiter ſe habet, quia videlicet non eſt ex pluribus conſtitutum.

Primũ mouẽs eſt ſubſtantia ſimplex, quæ eſt primum intelligibile.

Vnũ & ſimplex differũt.

Deinde cum dicit.

B E S S.

At vero bonum quoque, & quod per ſe eligibile eſt, in eodem ordine ſunt: & ſemper, primum eſt optimum, aut analogum. Quod vero cuius gratia in immobilibus ſit, ipſa diuiſio manifeſtat: eſt enim id, cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem eſt, hoc vero non eſt.

A N T. par. 3.

At vero & quod bonum, & quod propter ipſum eligibile in eadem coelementatione, & optimum ſemper, aut proportionabile, quod primum. Quod autem eſt quod cuius gratia in immobilibus, diuiſio oſtendit. Eſt enim alicui quod cuius gratia, quorum hoc quidem eſt, hoc vero non eſt.

Oſtendit idem ex ratione appetibilis dicens, quòd hoc, quod eſt bonum per ſe eligibile, ſecundum eandem ordinationem ſe habet. Nam illud, quod eſt prius in genere intelligibilium, eſt etiam melius in genere appetibilium, aut aliquid ei proportionaliter reſpondens. Quod quidem dicit, quia intelligibilia actu ſunt ſecundum quòd ſunt in intellectu, appetibilia autem ſecundum quod ſunt in rebus. Bonum enim & malũ in rebus ſunt, vt in Sexto dictum eſt.

text. com. 8

est. Sic igitur, sicut ratio intelligibilis substantiæ est prior quàm ratio intelligibilis accidentis, sic se habẽt bona, quæ proportionaliter respondent his rationibus. Sic igitur optimum erit substantia simplex, quæ est actus, quod est primum inter intelligibilia. Et sic manifestum est, quòd primum mouens idem est quod primum intelligibile, & primum appetibile, quod est optimnm. Sed quia appetibile, & bonum habent rationem finis, finis autem non videtur esse in rebus immobilibus, vt in obiectionibus tertij libri actum est, ideo hanc dubitationem remouet, & dicit, quòd hæc diuisio, qua distinguitur quot modis dicitur finis, ostendit, quòd cuius causa, id est finis, aliquo modo potest esse in immobilibus. Dupliciter autem potest esse aliquid finis alterius. Vno modo sicut præexistens, sicut medium dicitur finis præexistens motus grauium, & huiusmodi finem nihil prohibet esse in immobilibus, potest enim aliquid tendere per sunm motum ad participandum aliqualiter aliquo immobili: & sic primum mouens immobile potest esse finis. Alio modo dicitur aliquid esse finis alicuius, sicut quod non est in actu, sed solum in intentione agentis, per cuius actionem generatur, sicut sanitas est finis operationis medicinæ, & huiusmodi finis non est in rebus immobilibus. Deinde cum dicit.

Primũ mouens est primum appetibile.

Finis dupliciter.

Primũ mouens immobile est vltimum finis.

BESS. tex. 38.

Mouet itaque vt quod amatur: quod mouetur autem, cætera mouet. At si quid mouetur, contingit etiam aliter se habere. Quare si latio prima etiam actus est, quo mouetur, hoc modo sanè contingit aliter se habere secundum locum, quamuis non secundum substantiam. Cum autem aliquid sit mouens, ipsum immobile existens, actu ens, hoc nullo modo contingit aliter se habere, latio nanque prima mutationum est, huius autem, quæ circularis est: hanc autem illud mouet. Ex necessitate itaque est ens, & prout necessitas, bene est, & sic, principium: necessarium nanque, toties dicitur, quoddam vi, quia præter inclinationem: quoddam, sine quo non bene esset: quoddam quod non aliter contingit se habere, sed simpliciter est. à tali ergo principio, tum cœlum, tum natura dependet.

Principium necessarium multifariã dici.

ANT. tex. com. 38 par. 4.

Mouet autem vt amatum, moto vero, alia mouentur. Siquidem igitur aliquid mouetur, contingit & aliter habere. Quare latio, quæ prima, & actus est secundum quòd mouetur. Ex hac autem contingit aliter habere secundum locum, & si non secundum substantiam. Quoniam autem est quidem mouens ipsum immobile ens, actu ens, hoc non contingit aliter se habere nullatenus. Latio enim prima mutationum, huius autem, quæ circulo: hoc autem mouet hoc. Ex necessitate igitur est ens: & necessitate bene & sic principiũ. Nam necessarium totiens: hoc quidem videtur quod propter impetum: illud vero sine quo non bene: hoc autem non contingens aliter, sed simpliciter. Ex tali igitur principio dependet cœlum, & natura.

Comparat primum mouens immobile ad primũ mobile dicens, quòd cum primum mouens immobile moueat quasi amatum, necesse est, quòd aliquid sit primo motum ab ipso, per quod mouet alia, & hoc est primum cœlum. Quia igitur supponimus, quòd motus sit sempiternus, oportet, ꝙ illud, quod primo mouetur, sempiterne moueatur, & per ipsum moueantur alia. Dicitur autem melius quasi amatum quàm quasi desideratum, cum desiderium sit eius, quod nondum habetur, sed amor etiam habiti est. Et si oportet, quòd sempiterne moueatur, necesse est quòd non contingat aliter & aliter ipsum se habere, sed vt sit semper in eadem dispositione secũdum substantiam. Vnde necesse est, quòd primus motus, quo mouetur primum {mobile, sit latio,} id est motus localis, quia quod mouetur {secundum alios motus,} id est generationem, & corruptionem, augmentum & diminutionem, & alterationem, necesse est quòd aliter & aliter se habeat secundum aliquid quod in ipso est, scilicet secundum substantiam, quantitatem & qualitatem, sed quod mouetur secundum loci mutationem habet quidem se aliter, & aliter secundum locum, qui est extrinsecus locato, sed non secundum substantiam, vel secundum aliquam intrinsecam dispositionem substantiæ. Cum igitur primum mobile habeat se aliter & aliter secundum locum, & non secundum substantiam, oportet quòd primum mouens, quod est immobile & semper actu ens, nullo modo possit aliter & aliter se habere, quia non potest moueri. Moueretur enim maxime secundum primum motuum qui est loci mutatio. In hoc autem genere, primus motus est motus circularis: hoc autem motu nõ mouetur, cum hoc motu moueat. Primum enim mouens non mouetur illo motu, quo mouet sicut primum alterans non alteratur: non igitur mouetur circulariter: & per consequens nullo modo potest moueri: & sic non potest aliter & aliter se habere: vnde sequitur, quòd primus motus sit existens in mobili ex necessitate: hoc enim est necessarium, quod non potest non esse, sed ex necessitate est, non sicut ea, quæ sunt per violentiam, sed necessitas eius est ipsum bene se habere, & eius mouens est principium motus, scilicet vt desideratum & finis. Et quòd talis sit eius necessitas, manifestum est ex diuisione necessarij, necessarium enim tribus modis dicitur. Vno modo quod est per violentiam, quia scilicet non potest non accidere propter impetum inferentis violẽtiam, alio modo dicitur, sine quo non est aliquid bene, seu quia sine eo nullo modo potest esse finis, sicut cibus necessarius est ad vitam animalis, siue quia sine eo nõ est aliquid perfecte se habens, sicut equus est necessarius ad iter, quia sine eo non faciliter itur. Tertio modo dicitur necessarium quod non conuenit aliter & aliter se habere, sed simpliciter etiam secundum se necessarium est. Cum ergo dicitur, quòd cœlum ex necessitate mouetur, non potest dici, quòd huiusmodi sit necessitas violentiæ, quia in rebus incorruptibilibus non est aliquid extra naturam, quæ autem sunt violenta sunt extra naturam. Similiter non potest esse necessitas absoluta, quia primum mobile est mouens seipsum, vt probatur in octauo Physicorum quod autem seipsum mouet in seipso habet moueri, & non moueri. Relinquitur ergo, quòd necessitas primi motus sit necessitas ex fine, inquantum sine perpetuitate talis motus non conuenit esse conuenientem ordinem ad finem. Ex hoc igitur principio, quod est primum mouens sicut finis, dependet cœlum, & quantum ad perpetuitatem substantiæ suæ, & quantum ad perpetuitatem sui motus, & per consequens dependet à tali principio tota natura, eo quòd omnia naturalia dependent à cœlo, & à tali motu eius. Attendendum est autem, quòd cum Arist. hic dicat, quòd necessitas prima motus non est necessitas absoluta, sed necessitas, quæ est ex fine, finis autem principium est, quòd postea nominat Deum, inquantum attenditur per motum assimilatio ad ipsum, assimilatio autem ad id quod est volens, & intelligens, cuiusmodi ostendit esse Deum, attenditur secundum voluntatem, & intelligentiam, sicut artificiata assimilantur artifici, inquantum in eis voluntas artificis adimpletur, sequitur quòd tota necessitas primi motus subiaceat voluntati Dei.

Primũ mouens mouet primũ mobile primo motu locali perpetuo.

Primũ mouens est omnino immobile.

Primũ mobile mouetur necessario necessitate finis nõ violentiæ.

Necessariũ trib. modis.

Lect. 6

A primo mouẽte dependet cœlũ & tota natura etiã quo ad substantiam.

Necessitas primi mot⁹ subiacet diuinæ voluntati.

DEFENSIO XXVIII.

Conuenientius vsus fuit Philosophus nomine amoris, quàm desiderij, dum protulit principium simpliciter primum, mouere sicut amatum.

HOc in loco super præposito verbo Philosophi, dicit Sanctus Thomas quod melius dicitur vt amatum, quàm vt desideratum, quia desideriũ est eius quod non habetur. Sed amor est etiam habiti. Hæc ille. Sed Ant. Andr. improbat hanc declarationem, dicens quòd hoc nihil valet, quia desiderium est etiam respectu habiti, vt dictum fuit in primo huius in prologo. Vnde & de Deo qui à sanctis Angelis iam habetur, dicitur: In quem desiderant Angeli prospicere. Et ideo vtrunque bene dicitur, & quod mouet inquantum amatum, & inquantum desideratum. Hęc ille. Sed videtur hic homo ęgre ferre, quòd diuus Thomas Philosophum commendauerit de sapienti modo loquendi, quo proprio & accommodato intentæ significationi vocabulo vsus est. Deficit etiam tam in conclusione sua principali, quàm in probatione. In conclusione quidem sua deficit, tum quia falsa est, tum quia proponit eam contra sibi oppositam, & tamen non soluit rationem, quæ innuitur pro opposita, quod repræhẽsibile admodum est in illo, qui onus assumpsit oppugnandi conclusionem aliquam. Falsam ergo esse conclusionem suam propositam contra eam quæ S. Thom. est, patet ex probatione, quam innuit Sanctus Thomas, qua probat oppositam esse veram, videlicet quòd desiderium non sit habiti. Est autem hæc eius ad hoc ratio. Si desideriũ esset etiam habiti, desiderium non distingueretur realiter neque formaliter ab amore, consequens est falsum, cum in sensu sint passiones distinctæ, & pari ratione distincti actus in voluntate. Consequentia vero patet, quia amor importat complacentiam quandam in re amata, siue habita, siue non. Cum ergo desiderium sit nõ habiti vt omnes concedunt, si esset etiam habiti, vt iste dicit, iam & ipsum esset formaliter complacentia in rem amatam, siue habitam siue non, & sic esset formaliter amor. In probatione etiam suæ falsæ conclusionis deficit dupliciter secundum quod duas probationes inducit. Et in prima quidem, hoc quod dicit dictum esse in prologo metaphysicæ, quòd desideriũ sit etiam habiti, falsum est. Neque enim Aristot. hoc dicit aut intendit, neque ipse Ant. And. Et de Aristot. quidem patet, quia Aristot. desiderij non meminit in prologo, nisi in prima eius propositione, hæc scilicet: Omnes homines natura scire desiderant. Et rursus circa finem prologi, vbi dicit: Quod qui scire propter se desiderat, ipsam maximam scientiam maxime desiderabit. Et enim vtrobique de eodem desiderio loquatur, probato quod in prima propositione non loquatur nisi de desiderio proprie dicto, prout scilicet est motus appetitus in rem non habitam, liquido constabit quod in prologo Philosophus nihil dicit aut intendit, quòd huius faueat phantasiæ. Quod autem loquatur Philosophus in prima propositione prologi huius de desiderio proprie dicto quod est non habiti, patet primo ex ipso Philosophico processu, quia hoc non decet Philosophum, & præcipue Arist. cuius proprium semper extitit doctrinam tradere ex proprijs, & non solum ex proprijs principijs & causis rerum de quibus disserit, sed etiam ex proprijs & accommodatissimis vocabulis & modis loquendi, ita quod nunquam parabolico aut improprio sermone loquatur, vel transumptiua significatione vocabuli, vbi secundum horum proprietatem suppetunt ei verba. Id enim poetarum proprium est, & ideo alienum valde à grauissimo Philosopho, & præcipue vbi tradit scientiarum omnium supremam qualis est metaphysica. Et hac etiam de causa Sanctus Thom. secundo de Anima repræhendit Platonem dicens eum habuisse malum modum docendi, eo quod vteretur parabolico sermone ad altissima, humano tamen ac naturali ingenio non imparia, edocenda. Cum igitur propria vocabuli huius (desiderij inquã) significatio sit, quòd motum quendam appetitus in rem non habitam importet. (Per hoc enim distinguitur ab alijs actibus appetitus) & hoc vel simpliciter, vel inquantum non habita est, puta si sit desiderata secundum esse perfectum, quo modo non habetur? Si sit habita in præsenti, desideratur continuatio in futurum, vel simili alio modo procedendo ab imperfecto vel inchoato ad perfectum ergo Philosophus propria ista significatione vsus est in prologo metaphysicæ, non autem impropria illa, qua de desiderium dicitur tantum motus appetitus in rem desideratam cum exclusione fastidij, seu remissionis affectus. Secundo hoc idem patet tam ex Anto. Andr. quam ex Scoto, quàm etiam ex Philosopho ipso. Ex ipso quidem Anton. Andr. patet, quia nullibi super prologum illum, siue ex intẽtione Philosophi, siue propria, exprimit quod desiderium ibi sumẽdum sit secundum impropriam hanc dictam significationem. Vnde mirum est quomodo ausus fuerit hic dicere, quod in prologo dixerit vel docuerit id tale nomẽ significasse. Sed, & quòd fortius est, ex verbis etiam suis in principio expositionis prologi expresse elicitur, quod tam ipse quàm Philosophus non nisi de desiderio secundum propriam significationem intendat. Dicit namque ibi quòd intentio Philosophi in illo proœmio est reddere auditores beneuolos, & ad amorem sapientiæ trahere. Sed sicut non traheret ad amorem sapientiæ nisi dignitatem illius ac excellentiam prædiceret, ita nec beneuolos eos redderet nisi desiderijs eorum occurreret, & dignissimam hanc sapientiam quam non habent se eos educturum promitteret. Si enim eam haberent, nec auditores eius essent, nec beneuoli redderentur, quia nihil vtilitatis eis impartiendum offerret: ergo loquebatur in prologo de sapientiæ desiderio quam non habentes optabant ope Aristot. assequi. Ex Scoto etiam idipsum ex hoc habetur, quòd secundum illum sensum putat Scotus in prologo nomen desiderij Philosophum accepisse, secũdum quem ipse Scotus super prædicta Philosophi sententia fundat argumentum aut rationem, quam putat concludere quòd videlicet possimus in hac vita substantias separatas quidditatiue cognoscere. Arguit autem sic in tertia quæstio. 4. Metaphysic. Desiderium naturale non potest ex toto frustrari, sed omnes homines desiderant cognoscere quidditatiue substantias separatas, ergo &cæt. Minorem hanc probat ex prædicta Philosophi sententia dicens: Omnes homines natura scire desiderant: ergo magis scibile, magis scire desiderant, ergo maxime, maxime. Sed maxima scientia, maxime scibilis, est scientia substantiarum separatarum, ergo &c. Hæc autem ratio quomodocunque currat, (Infirma quippe est ad intentum quo eam inducit, quòd videlicet in hac vita sit hoc possibile, vt per Capreolum, & alios Thomistas ostenditur in secunda distinct. primi,) hoc tamen ex ea saltem habetur, quòd hic non sumat Scotus desiderium, nisi prout est non habiti, quia non omnes habent illam substantiarum separatarum notitiam, ergo de eodem desiderio interpretanda secũdum eum est sententia Aristot. Ipsum quoque Aristot. sub eodem sensu ibi loquutum fuisse, iam ipsa sua verba docent. De illo enim desiderio loqui eum necesse est, quod omnibus hominibus adest ex natura, vt litera promit. Sed desiderium scientiæ habitæ, non adest omnibus hominibus ex natura, immo non nisi cum maximo studio adest, & paucissimis.

Deinde.

Desiderium autem scientiæ non habitæ, omnibus naturaliter insertum est, ergo de isto Philosophus loquitur, non de illo. Sic igitur patet quòd prima probatio quàm Ant. And. inducit pro sua falsa conclusione, ex omni parte corruit. Sed & secũda minus valet, minus quoque fauet honori eius. Dedecus quippe maximũ est, quo præcipue isti homines in adstruendis fallitatibus confunduntur, quòd vbi sibi desunt rationes naturales, in corde etiam philosophiæ, recurrant ad sacras literas pro subsidio. Sed sicut nescit diuina bonitas patrocinium præstare criminibus, sic nescit diuina sapientia subsidium præbere Philosophicis erroribus. Quomodo autem potest per sacras literas probari Philosophum in verbis suis habuisse hunc vel illum sensum, cum Philosophus sacris literis non insudaverat? Sed præcipue de modo loquendi & de vocabulorum significatis, non potest ex sacra scriptura trahi argumentum ad metaphysicam; cum peculiare sit sacræ paginæ iuxta principis theologorum Dionysii doctrinam, metaphoricis ac parabolicis locutionibus vti, tum ob ipsius obiecti ac impartiti luminis altitudinẽ, tum etiam vt diuina à superbis sapientibus & prudentibus huius seculi merito abscondantur, paruulis autem, id est humilibus reuelentur. Hic autem modus docendi, ab omni naturali scientia, & præcipue à metaphysica alienissimus est. Propria quippe significatione vocabula respondent, his præterum quæ nobis ad cognoscendum proportionata sunt, quia sicut cognoscimus, ita & nominamus. Vnde quæ proprie & per se cognoscimus, proprie etiam & per se nominamus, & quæ p alia cognoscimus, cuiusmodi sunt præcipue quæ facultatem nostri intellectus excedũt, aliorum vocabulis secundum quandam etiam deficientem similitudinem nominamus. Talia sunt (vt dixi) quæque diuinitus reuelata. Nobis autem proportionata sunt ea omnia, quæ in scientijs humanitus acquisitis traduntur. Vnde ex prædicta conditione vtriusque scientiæ, si diuinæ literæ aliquo vtantur vocabulo, quo etiam vtatur Philosophus, potest potius argumẽtum sumi quòd secũdum aliud & aliud significatum vtantur diuinus & Philosophus quàm secũdum idem. Et quòd theologus seu diuinus dum supernaturalia promit, metaphorice loquatur, & Philosophus proprie, merito præsumendum est. Quod præcipue contingit in proposito. Neque enim angelis proprie visionis nomẽ atque prospectus competit, cum sensus intuitum, quo Angeli carent, vocabula ista si proprie sumantur insinuent. Neque etiam respectu Dei qualitercunque à se visi, teruntur desiderio, si proprie loqui volumus. Verum, quia non nobis adest vocabulorum copia, quibus proprie supernaturalia hæc exprimi possint, ideo ad beatissimæ illius intellectualis visionis excellentiam eloquendam, vocabulis vtitur, quæ proprie significant præsentialem visionem corpoream, quæ apud nos notissima est secũdum sensum. Cuius etiam summæ visionis delectationem maximam, quæ ex obiecti nobilitate prouenit, omneque fastidium tollat in videndo, exprimit desiderij nomen. Et ne ex proprietate significationis vocabuli, quę proprie rei non habitæ est, forte quis crederet quod Angeli careant visione illa, quam tantopere desiderant, exprimunt literæ diuinæ, quomodo talia à se desiderato bono non frustrantur, dicente Christo, quòd angeli Dei in cęlo semper vident faciem Dei Patris, & consequenter faciem filij ac Spiritus sancti. In quo etiam exprimitur quod visio illa sit non imaginaria, non præstigiosa, nõ ęnigmatica, sed clarissima & apertissima, vtpote facialis, in quo dicto etiam faciei nomine vtitur metaphorice, vt patet. Ex his omnibus iam patet qualiter desipuerit Ant. Andr. dum dixit quod nihil valet declaratio illa Sancti Thomæ cum sapientissima fuerit, & grauissimis fundamentis innixa, fauens plurimũ Aristot. qui nomine amoris hic vti voluit, non autem desiderij. Habent enim quem amant substantiæ illæ simplices. Sua potius impugnatio nihil valet & multipliciter deficit, vt deductum est. Quod si etiam vtroque vocabulo idem exprimi potuisset, adhuc melius nomine amoris quàm desiderij exprimitur. Et hoc dicit S. Thom. quod tamen non impugnat Ant. And. sed impugnat eum quasi intendat, quod non possit vti nomine desiderij, quod tamen non dicit S. Thom. Ideo autem melius nomine amoris vtitur quàm desiderij, vltra ea quæ dicta sunt, quia si nomine desiderij vsus esset, occasionem forte, erroris ex propria vocabuli significatione alicui præstitisset, quod videlicet desiderata assimilatione ad primũ desiderabile, substantiæ illæ separatę quæ cœlos mouẽt, priuatæ essent, quod falsum est. In hunc autem errorem non inducitur quispiam ex nomine amoris ad propositum inducto. Et hæc circa præsentem definitionem dicta sufficiant, cum benedictione Dei. Amen.

LECTIO VIII.

Quantæ perfectionis sit prima substantia.

Degentia vero (qualis nobis pauco tempore) optima illi est: siquidem ita semper illud est: nobis autem profecto id impossibile est. — B E S S. tex. 39

Deductio autem qualis optima paruo tempore nobis. Sic enim semper illud est, nobis quidem impossibile: — A N T. tex. c 39. par. 1

[Margin: A primo appetibili deriuatur in primo appetente delectatio vltima, qualis nobis in via non est possibilis nisi paruo tempore, & imperfecte. Facile deducitur textus iste legentibus quæ de felicitate exponit. Arist. in 10. Ethic.]

Hic Philosophus comparat primum quod mouet sicut intelligibile & desiderabile, ad id quod intelligit & desiderat ipsum: necesse est enim si primum mouens mouet sicut primum intellectum & desideratũ, quòd primum mobile desideret & intelligat ipsum. Et hoc quidem verum est secundum opinionem Aristotel. inquantum cœlum ponitur animatum anima intelligente & desiderante. Circa hoc igitur tria facit. Primo ostendit delectationem sequi animam cœli desiderantem, & intelligentem ex primo mouente desiderato & intellecto dicens, quòd quædam deductio est, id est delectabilis dispositio ipsius desiderantis & intelligentis primum intelligibile, qualis optima potest esse nobis aliquo paruo tempore. Est enim intelligent, & desiderans semper in tali dispositione delectabili, quod nobis est impossibile scilicet quod semper simus in illa delectabili, & optima dispositione. Hoc autem quod dictum est, consequenter ostendit cum dicit.

Quoniam & delectatio, actus huius est. Et ob hoc vigilatio, sensus, intellectio, maxime delectabile est: spes autem ac memoria, propter hæc. Ipsa vero intellectio secundum se, eius est, quod secundum se optimum est: & quæ maxime est, eius quod maxime est. — B E S S. [Margin: Vide digressionẽ Auct.]

Quoniam est delectatio actus eius. Et propter hoc vigilatio, sensus, et intelligentia, delectabilissimum. Spes vero & memoria propter hoc. Intelligentia autem quæ secundum se, eius quod secundum se optimum, & quæ maxime, eius quod maxime. — A N T. par. 2.

Quia scilicet in actu huius desiderantis & intelligentis primum principium est delectatio. Delectatio enim consequitur operationem connaturalem alicuius intelligentis, & desiderantis, vt patet in Decimo Ethicorum. Et signum huius est, quia delectatio maxime est in vigilia, & sensu actuali, & intelligentia. Habẽt enim se intellectus & sensus in actu ad sensum & intellectum in potentia, sicut vigilia ad somnum. [Margin: Cap. 4 & 8]

Et quòd ista sint maxime delectabilia, patet ex hoc, quòd alia non sunt delectabilia, nisi propter hoc. Species enim in memoria sunt delectabiles, inquantum praeteritas vel futuras operationes delectabiles ingerunt animis, vt praesentes. Quia igitur in actu sensus, & intellectus, delectatio consistit, manifestum est, quòd intelligétia, id est actus intellectus inquantum huiusmodi, est eius quod est secundum se optimum. Bonum enim intelligibile excedit bonum sensibile, sicut bonum immobile, & vniuersale bonum mutabile & particulare. Etiam sequitur quòd delectatio, quae est in actu intellectus, sit eminentior delectatione, quae est in actu sensus. Et per consequens oportet quòd maxima & perfectissima intelligentia, sit maxime optimi, & ita sequitur maxima delectatio. Sic igitur manifestum est, quòd in illa intelligentia, qua intelligitur primum mouens, quod etiam est primum intelligibile, est maxima delectatio.

Bonū intellectus est optimum.

Delectatio intellectiua est eminentior sensitiua.

B E S S. *Seipsum vero intellectus intelligit assumptione intelligibilis: intelligibilis nanque fit attingens, & intelligens, ita vt idem intellectus & intelligibile sit, susceptiuum enim intelligibilis & substantiae, intellectus est, operatur autem, habens. Quare istud magis quàm illud, est id diuinum quod intellectus videtur habere, & speculatio optimum & maxime delectabile est. Si igitur ita bene se habet Deus semper, vt nos aliquando, admirabile est: quod si magis, adhuc admirabilius est: at ita se habet.*

A N T. par.3 *Seipsum autem intelligit intellectus secundum transumptionem intelligibilis. Intelligibilis enim fit attingens & intelligens: quare idem intellectus & intelligibile. Susceptiuum enim intelligibilis, & substantiae, actuatur autem habens. Quare illud magis isto quod videtur intellectus, diuinum habere, et speculatio, delectabilissimum & optimum. Si igitur sic bene habet, vt nos quandoque, Deus semper, mirabile. Si autem magis, adhuc mirabilius. habet autem sic.*

Ostendit, quòd primo intelligibili est adhuc perfectior intelligentia, & delectatio quàm in intelligente & desiderante ipsum. Et dicit, quòd hoc est de ratione intellectus, quòd intelligat seipsum inquantū transumit vel concipit in se aliquid intelligibile, fit enim intellectus intelligibilis per hoc quòd attingit aliquod intelligibile. Et ideo, cum ipse intellectus fiat intelligibilis concipiendo aliquod intelligibile, sequitur quòd idem sit intellectus & intelligibile. Quomodo autem intellectus attingat intelligibile exponit. Intellectus enim comparatur ad intelligibile sicut potentia ad actum, & perfectibile ad perfectionem. & sicut perfectibile est susceptiuum perfectionis, ita intellectus est susceptiuus intelligibilis: intelligibile autem proprie est substantia, nam obiectum intellectus est quod quid est, & propter hoc dicit, quòd intellectus est susceptiuus intelligibilis & substantiae. Et quia vnumquodque fit actu inquantum consequitur suam perfectionem, sequitur quod intellectus fiat in actu inquantum recipit intelligibile, hoc autem est esse actu in genere intelligibilium, quod est esse intelligibile. Et, quia vnumquodque inquantum est actu, est agens, sequitur quod intellectus inquantum attingit intelligibile, fiat agens & operans, id est intelligens: Sed sciendum est quòd substantiae materiales non sunt intelligibiles actu, sed potentia, fiunt autem intelligibiles actu per hoc quòd mediantibus virtutibus sensitiuis earum similitudines immateriales redduntur per intellectum agentem. Illae autem similitudines non sunt substantiae, sed quędam species intelligibiles in intellectu possibili receptae. Sed secundum

Quomodo intellectus fiat intelligibilis.

Intellectus quando & quid sit actu in genere intelligibilium.

Plato, species intelligibiles rerum materialium erant per se subsistentes. Vnde ponebat, quòd intellectus noster fit intelligens actu per hoc quòd attingit ad huiusmodi species separatas per se subsistentes. Sed secundum opinionem Aristot. intelligibiles species rerum materialium non sunt substantiae per se subsistentes. Est tamen aliqua substantia intelligibilis per se subsistens, de qua nunc agit. Oportet enim esse primum mouens substantiam intelligentem, & intelligibilem. Relinquitur igitur, quod talis est comparatio intellectus primi mobilis, ad illam primam intelligibilem substantiam mouentem, qualis est secundum Platonicos comparatio intellectus nostri ad species intelligibiles separatas, secūdum quarum contactum & participationem fit intellectus actu, vt ipse dicit. Vnde intellectus primi mobilis fit intelligens in actu per contactum aliqualem primae substantiae intelligibilis. Propter quod autem vnumquodque tale, & illud magis. Et ideo sequitur quòd quicquid dininum & nobile, sicut est intelligere & delectari inuenitur in intellectu attingente, multo magis inuenitur in intelligibili primo quod attingitur. Et ideo consideratio eiusdem, & delectabilissima est & optima. Huiusmodi autem primū intelligibile dicitur Deus. Cum igitur delectatio, quam nos habemus intelligendo, sit optima, quamuis eam non possumus habere nisi modico tempore, si Deus semper eam habet, sicut nos quandoque mirabilis est eius felicitas. Sed adhuc mirabilior, si eam habet potiorem semper, quàm nos modico tempore.

Qualiter intellectus primi mobilis intelligat primū mouens.

Felicitas primi motoris est omnium optima.

B E S S. *Caeterum, vita quoque profectò inexistit: siquidem intellectus operatio, vita est: ille vero, est actus: actus vero per se, illius vita optima & perpetua est. Dicimus itaque Deum sempiternum, optimumque viuens esse. Quare vita & aeuum continuum & aeternum Deo inest, hoc enim est Deus.*

Deus.

A N T. par.4 *Et vita autem vtique existit. Etenim intellectus actus, vita. Illud autem ipse actus est. Actus autem quod secundum se, illius vita optima & sempiterna. Dicimus autem Deum esse animal sempiternum optimum. Quare vita, & duratio continua & aeterna existit Deo. Hoc enim Deus.*

Tertio, quia dixerat quòd Deo competit consideratio, ostendit quomodo se habeat ad eam. Et dicit quòd Deus est ipsa vita. Quod sic probat. Actus intellectus, id est intelligere, vita quaedam est, & est perfectissimum quod est in vita. Nam actus secundum quod ostendimus est, perfectior est potentia. Vnde intellectus in actu perfectius viuit quàm intellectus in potentia, sicut vigilans quàm dormiens. Sed illud primum, scilicet Deus, est ipse actus. Intellectus enim eius est ipsum suum intelligere. Alioquin compararetur ad ipsum, vt potentia ad actum. Ostensum autem est supra quòd eius substantia est actus. Vnde relinquitur quòd ipsa Dei substantia sit vita, & actus eius sit vita ipsius optima, & sempiterna, quae est secundum se subsistens. Et inde est quòd in fama hominum dicitur, quòd Deus est animal sempiternum & optimum. Vita enim apud nos in solis animalibus apparet manifeste. Inde est ergo quòd dicitur animal, quia vita competit ei. Quare manifestum est ex praemissis, quòd vita & duratio continua & sempiterna inest Deo, quia Deus hoc ipsum est quod est sua vita sempiterna, non quòd aliud sit ipse, & vita eius. Deinde cum dicit.

Deus est ipsa vita.

Intelligere Dei ipse Deus est, & similiter intellectus. tex. com.39

Dei dicunt animal sempiternum & optimum, & quare.

B E S S. tex. 40. *Quicunque vero (vt Pythagorici, & Speusippus putant) optimum & pulcherrimum non esse in principio, eo quod plantarum quoq; ac animalium principia,*

causae

causæ qu dem sunt, bonum vero & pe fectum in his esse, quæ ex his fiu, non recte putant, sperma nan ne ex alijs prioribus perfectis est, neque sperm primum est, sed quod perfectum est: veluti hominem dicere quispiam possit priorem spermate esse, non illum, qui eo generatur, sed alium, ex quo ipsum sperma est.

Quod itaque est quædam æterna immobilisque substantia, & à sensibilibus separata, constat ex dictis.

A N T. tex.com.40 par.5 *Quicunque autem putant, vt Pythagorici & Leucippus, optimum & nobilissimum non in principio esse, quare plantarum, & animalium principia sunt causæ, bonum vero & perfectum in his, quæ ex his, non recte existimant. Nam sperma ex alteris est prioribus perfectis, & primum non est sperma, sed perfectum, vt priorem hominem dicat aliquis esse spermate. Nõ enim qui ex hoc fit, sed alterum ex quo sperma. Quod quidem igitur est substantia alia sempiterna & immobilis separata à sensibilibus, manifestum ex his.*

Excludit errorem ponentium primum principiũ esse imperfectum. Excludit opinionem attribuentium imperfectionem primo principio dicens, quòd non recte existimant quicunque non ponunt optimum & nobilissimum inueniri in primo principio, vt Pythagorici, & Leucippus: qui ex hoc mouebantur, quòd principia animalium & plantarum sunt quædam causæ boni & perfectionis, sed bonum & perfectum non inuenitur in principijs, sed in his, quæ producuntur ex eis, sicut semina, quæ sunt principia animalium & plantarum imperfecta sunt, ex aliquibus alijs prioribus perfectis. Hoc igitur soluit interimendo motiuum eorum. Sperma enim non est primum simpliciter, sed aliquid perfectum, vt si quis dicat hominem esse priorem spermate, non quidem eum, qui dicitur nasci ex spermate, sed alterum, ex quo sperma resoluitur. Probatum est enim supra, quòd actus simpliciter est prior potentia, licet in vno & eodem ordine generationis, & temporis, potentia præcedat actum. His autem habitis, epilogando concludit manifestum esse ex dictis, quòd est aliqua substantia sempiterna & immobilis, separata à sensibilibus. Deinde cum dicit. (Libro 9. Tex.com.13)

B E S S. tex.41. Vide digressionẽ Auer. *Ostensum autem est, quod nec vllam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, verum impartibilis, indiuisibilisque est: nam infinito tempore mouet: nihil vero finitum infinitam potentiam habet: cũ vero omnis magnitudo, aut infinita, aut finita sit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinem, infinitam vero, quoniam omnino nulla est infinita magnitudo.*

A N T. tex.com. 41 par.6. *Ostensum est autem, & quia non contingit habere hanc substantiam magnitudinem nullam, verum sine parte et indiuisibilis est: mouet enim per infinitum tempus, et non habet potentiam infinitam finitum. Quoniam autem omnis magnitudo finita est, aut infinita, finitam quidem propter hoc vtique non habebit magnitudinem. Infinitam vero non, quia totaliter nulla est infinita magnitudo.*

Primũ mouẽs est substãtia incorporea. tex.com.38 Prosequitur quædam, quæ adhuc consideranda restant de prædicta substantia. Et primo ostendit, quòd est incorporea dicens, quòd ostensum est in Octauo Physic. quòd huiusmodi substantia nullam magnitudinem potest habere, sed est impartibilis, & indiuisibilis. Cuius breuiter resumit probationem dicens, quòd huiusmodi substãtia mouet in infinito tempore, cum primus motus sit sempiternus, vt supra dixit, ex hoc autem sequitur quòd eius virtus sit infinita. Videmus enim in mouentibus inferioribus, quòd quanto aliquid est maioris virtutis, tanto virtus se extendit ad diuturniorem operationem, nullum autem finitum potest habere potentiam infinitam. Vnde sequitur, (tex. com. 34 Primũ mouens est virtutis infinitæ. Lect.6) quòd propter hoc prædicta substantia non habebit magnitudinem finitam. Magnitudinem autem infinitam habere non potest, quia nulla magnitudo est infinita, vt supra probatum est. Quia igitur omnis magnitudo vel est finita vel infinita, relinquitur quòd prædicta substantia sit omnino absque magnitudine. Non autem virtus huius substantiæ dicitur infinita priuatiue, secundum quòd infinitum congruit quantitati, sed dicitur negatiue, prout scilicet non limitatur ad aliquem determinatum effectum. Non autem potest dici virtus cœlestis corporis infinita, etiam si infinito tempore moueat inferiora corpora, quia nõ mouet nisi motum. Et ita influentia est ex primo mouente. Sed nec etiam potest dici quòd in corpore cœlesti sit virtus infinita, & si infinito tempore esse habeat, quia in eo non est virtus actiua sui esse, sed solum susceptiua. Vnde infinita eius duratio, ostendit virtutem infinitam exterioris principij. Sed ad hoc quòd ipsum suscipiat incorruptibile esse ab infinita virtute, requiritur quòd in ipso non sit principium corruptionis, neque potentia ad non esse. (Lectu. Lect. 10. Infinitũ duplicite, & qualiter Deo attribuitur. Cœlum non est virtutis infinitæ.)

B E S S. *At vero et quoniam quid impassibile, et inalterabile est: omnes nanque reliqui motus, posteriores eo sunt, qui secundum locum est. Et quidem hæc, propter quid hoc se habeant modo, dilucida sunt.*

A N T. par.7. *A vero et quia impassibilis et inalterabilis. Omnes enim alij motus posteriores sunt eo, qui est secundum locum. Hæc quidem ergo manifestat quia hunc modum habent.*

Primũ mouens est immobile quocunq; motu. Secundo, quia supra ostenderat quòd primum mouens non mouetur motu locali, ostendit consequenter quòd nec etiam alijs motibus dicens, quòd etiam impossibile est esse alterabile primum mouens. Ostensum enim est supra, quòd non mouetur motu locali. Omnes autem alij motus sunt posteriores isto motu, qui est secundum locum. Remoto igitur primo necesse est remoueri posteriora. Vnde quicquid inuenitur moueri alijs motibus, mouetur motu locali. Vltimo autem concludit, quòd manifestum est quòd prædicta se habeant, sicut determinatum est.

L E C T I O IX.

Vnam simpliciter esse primam substantiam, sub qua plures aliæ substantiæ sunt ex ipsis orbium motibus ostendit.

B E S S. tex.42. *Vtrum autem vna sit ponenda talis substantia, an plures, et quot, non oportet nos latere, sed meminisse quoque aliorum sententias, quod de pluralitate, nihil quod dictu egregium sit, dixerunt. De ideis nanque opinio nullam accommodatam considerationem habet: numeros nanque dicunt ideas, qui dicunt ideas esse: de numeris vero quandoque vt de infinitis aiunt, quandoque tanquam vsque ad denarium determinatis qua vero de causa tanta numerorum pluralitas sit, nihil eum diligentia demonstratiua dicitur.* (Idea.)

A N T. tex.com. 41 par.1. *Vtrum autem vnam ponendum talem substantiam, aut plures, & quot, oportet non latere, sed reminisci & aliorum enunciationes, quia de pluralitate nihil dixerunt quod sit planum dicere. Quæ enim circa ideas existimatio, nullam perscrutationem habet propriam. Numeros enim dicunt ideas. Sed de numeris quandoque quidem sicut de infinitis, quandoque autem vsque ad decem determinatis. Propter quam vero causam tanta pluralitas numerorum, nihil dicitur studio demonstratiuo.*

Sermo de numero substantiarum separatarum. Postquam Philosophus ostendit perfectionem substantiæ immaterialis, hic inquirit de vnitate, vel

multitudine eius: & circa hoc tria facit. Primo ostendit necessitatem pertractandi hanc quęstionem, quia ab alijs nihil de hoc determinate dictum est. Secundo ostendit quòd sunt plures, ibi. § Nobis autem est ex suppositis. § Tertio ostendit quot sunt, ibi. § Pluralitatem vero lationũ. § Dicit ergo primo, quòd non oportet latere vtrum sit ponendum vnam solam substantiam talem, scilicet sempiternam, immaterialem, aut plures, & si plures, quot sunt, sed etiam oportet § commemorare negationes aliorum, § id est quòd alij nihil dixerunt, quod sit manifestum, & planum de pluralitate harum substantiarum. Quod sic patet. Ponentes enim substãtias immateriales maxime fuerunt qui posuerunt ideas. Opinio autem de ideis secundum id quod sunt, non habet rationem alicuius certæ pluralitatis, quia ideæ ponuntur omnium rerũ, quæ communicant in aliquo communi. Sed quia ponentes ideas dixerunt eas esse numeros, ex parte numerorum aliqua ratio haberi poterat pluralitatis. Sed tamen de pluralitate numerorum nõ semper eodem modo differebant, sed quandoque dicebant species numerorum esse infinitas. Quod quidem verum est, quantum ad ipsam propriam numerorum rationem, quia semper vnitas addita, aliam speciem numeri facit. Vnde, cum in infinito additio fieri posit in numeris, in infinitum species numerorum multiplicantur. Quandoque autem dicuntur species numerorum determinari vsque ad 10. & hoc quantum ad numerorũ nominationem. Nanque omnes numeri supra decem, videntur esse secundum nomen alicuius primi numeri aliqualiter iterati. Sed non possunt ostendere per determinatam rationem, quare sit tanta pluralitas numerorum, scilicet vsque ad deciem, & non plus neque minus. Nec est mirum, cum ista determinatio specierum non sit secundum rem, sed secundum nomen. Assignant autem alij hanc rationem, quia numerus denarius generatur ex progressione numerorum vsque ad quaternarium, qui est primus numerus quadratus. Vnum enim, & duo sunt tria, quibus si tria addantur fiunt sex, quatuor autem additis consurgunt decem. Deinde cum dicit.

Antiqui nõ fuerunt sufficienti circa numerũ substãtiarum separatarum.

Nobis vero ex præsuppositis atque determinatis dicendum est. Principium enim ac primum entium, tum per se, tum per accidens, immobile est, mouens autem, primo, sempiterno & vno motu. Cum vero quod mouetur necesse sit ab aliquo moueri (primumque mouens immobile per se esse) ac motu æterno ab æterno moueri, & vno, ab vno.

B E S S. tex. 43 Primũ ens.

Nobis autem ex suppositis & determinatis dicendum. Principium quidem enim & primum entium, est immobile, & secundum se, & secundum accidens, mouens vero primum sempiternum & vnum motum. Quoniam autem quod mouetur necesse est ab aliquo moueri, & primum mouens immobile esse secundum se, & sempiternum motum a sempiterno moueri, et vnum ab vno.

A N T. tex. com. 43 par. 2.

Ostendit, quòd necesse est esse plures huiusmodi substantias: & circa hoc duo facit. Primo resumit quod ostensum est de primo principio dicens, quòd, cum alij nihil dixerint demonstratiue de pluralitate substantiarum separatarum, nobis dicendum est de hoc per ea, quæ sunt supposita & determinata prius. Dictum est enim supra, quod primum principium entium est quoddam quod nõ mouetur, neque secundum se, neque secundum accidens, sed mouet vnum motum, qui est primus & sempiternus. Quia enim omne quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri, (vt probatum est in 8. Physicor.) necesse est, quòd primum mouens sit omnino immobile, & sempiternus motus sit, à sempiterno motore, & vnum motum ab vno motore.

tex. c. 29. & inde

tex. com. 33

Vidimusque præter simplicem lationem totius, quam dicimus primam substantiam & immobilem mouere, cæteras etiam lationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse (sempiternum nanque & irrequiescibile, circulare corpus est, monstratum autem est de his in physicis) necesse est harum quoque lationũ vnamquamque, à per se immobili, & æterna substantia moueri: nam & stellarum natura, perpetua substantia quædam existens, & quod mouet, perpetuum, & prius est moto, & quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Constat itaque, necesse esse, tot substantias esse natura perpetuas, & per se immobiles, ac absque magnitudine, ob causam prius dictam. Quod igitur substantiæ sunt, & harum quænam prima, quæue secunda, secundum eum ordinem, quem & lationes syderum habent, patet.

B E S S.

tex. 44

Videmus autem præter vniuersi simplicẽ lationem, quam mouere dicimus primam existentem substãtiam, & immobilem, alias lationes planetarum sempiternas (sempiternum enim et instabile circulare corpus, ostensum est autem in physicis de his:) necesse & harum lationum vnamquamque, ab immobili moueri secundum se et sempiterna substantia. Astrorum enim natura sempiterna substantia quædam ens, et mouens sempiternum, et prius eo quod mouetur. Et quod prius substantia, substantiam esse necesse est. Palam itaque quòd tot substantias esse necesse est, natura sempiternas, et immobiles secundum se, et sine magnitudine, propter prædictam causam. Quot quidem igitur sint substantiæ, et harum quæ prima et secunda secundum ordinem eundem lationibus astrorum, palam.

A N T. par. 3.

tex. com 44

Secundo ostendit, quòd post primum principium necesse est ponere plures substãtias immateriales sempiternas dicens, quòd præter simplicem motum localem vniuersi, qui est motus diurnus, quo totum cœlũ reuoluitur, & est vniformis, & est simplicissimus, quem motum causat prima substantia immobilis, videmus aliquos motus locales planetarum, qui etiam sunt sempiterni, quia corpus circulare, scilicet cęlum, est sempiternum: vnde sempiternitas motus non tollitur per corruptionem mobilis. Et § est instabile, § id est non potens quiescere: vnde motus iste non intercipitur quiete. Et ista probata sunt in scientia Naturali tam in lib. Physicor. quàm in lib. de Cęl. Vnde necesse est quòd quilibet horum motuum, moueatur à motore per se immobili & à substantia sempiterna. Quod quidem ideo necesse est, quia astra sempiterna sunt, & substantiæ quædam sunt: vnde oportet ꝙ mouens ea, etiam sempiternũ sit & substantia: mouens. n. est prius moto, & quod est prius substantia, necesse est esse substantiam. Vnde manifestum est quod necesse est, quot sunt lationes astrorũ, tot esse substantias, quę sunt naturaliter sempiternæ, & secundum se immobiles & sine magnitudine, propter causam supra assignatam, quia. s. mouent tempore infinito, & sic per consequens virtute infinita. Manifestum est igitur, quòd sunt aliquæ substantiæ immateriales ſm numerum motuum astrorum, & ꝙ earum etiam ordo est secundum ordinem eorundem motuum. Considerandum est autem quòd post primam lationem Arist. nõ computat nisi lationes planetarum, quia eius tempore nondum erat depræhensus motus stellarum fixarum. Vnde existimauit, quòd octaua sphæra, in qua sunt stellæ fixæ, esset primum mobile, & motor eius esset primum principium. Sed postea depræhensus est ab astrologis, motus stellarum fixarum in contra-

Inuestigat pluralitatẽ substantiarum separatarũ ex pluralitate sempiternorum motuum & mobilium.

8 Ph t c. 48 & inde 73. & inde

Motores astrum necesse est esse substantias.

rium

rium primi motus.unde necesse est quòd sub. sphęram stellarum fixarum sit alia circundans totum, quæ reuoluit totum cœlum motu diurno, & hoc est primum mobile,quod mouetur a primo motore secundum Arist. Sed Auice. posuit quòd primum mobile mouetur immediate non à primo principio sed ab intelligentia à primo principio causata.Cũ.n. primũ principiũ sit unũ simpliciter, existimauit q ab eo non potest causari nisi unum, quod est intelligentia prima, in qua qdem incidit aliqua pluralitas potentiæ, & actus,secundum quòd acquirit esse ab eo. Comparatur enim ad id,à quo dependet secũdum suum esse,sicut potentia ad actum. Sic igitur prima intelligentia potest imme diate causare plura. Nã secũdum quòd intelligit se prout habet aliquid de potentia,causat substantiam orbis, quem mouet. Secundum autem quòd se intelligit prout habet in actu esse ab alio, causat animã sui orbis. Secundum autem quòd intelligit suum principium,causat intelligentiam sequentem,quæ mouet inferiorem orbem & deinceps usque ad sphęram lunæ.Sed hoc non habet necessitatem. Nam causa agens non est in illis substantijs superioribus sicut in rebus materialibus, ut necesse sit ex uno tantum unum causari, quia causa, & causatum in eis sunt secundum esse intelligibile.Vnde secundum plura quæ possunt intelligi ab uno,possunt ab uno plura causari. Et satis conueniens uidetur, ut primus motus rerum corporalium,à quo omnes alij dependent, habeat pro causa principium immaterialium substantiarum, ut sit quædam connexio & ordo sensibilium & intelligibilium.De hoc autem quod Philosophus dicit, quod ordo substantiarum separatarum, est secundum ordinem motuum & mobilium, potest esse dubitatio. Nam sol maior est quãtitate inter omnes planetas,& eius effectus magis apparet in rebus inferioribus,& etiam motus aliorum planetarum ordinãtur per motum solis, & quodammodo consequuntur ipsum. Vnde uidetur,quòd substantia,quæ mouet solem,sit nobilior substantijs,quæ mouent alios planetas,cum tamen sol non sit super omnes alios planetas. Sed cũ in corporibus id quod est continens sit formalius, & per hoc dignius & perfectius,& comparetur ad corpus contentum, sicut ad partem totum,sicut dicitur Quarto physic.necessarium est quod cum sphæra superioris planetæ contineat sphæram inferioris,quod planeta superior, ad quem ordinatur tota sua sphæra,sit altioris & uniuersalioris uirtutis quam planeta inferior,& diuturniores operetur effectus, utpote propinquior existẽs primę sphærę,quę per suum motum causat sempiternitatem, ut supra dictum est. Et inde est quod sicut dicit Ptolæmeus in quadripartito effectus Saturni coaptantur ad uniuersalia loca & tẽpora,Iouis ad annos,Martis,Solis,Veneris,& Mercurij ad menses,Lunæ autem ad dies. Et inde est quod effectus planetarum apparent in istis inferioribus secundum ordinem eorundem. Nam primi tres superiores uidentur ordinari ad ea quę pertinent ad existentiam rei secundum seipsam.nam ipsa stabilitas esse rei attribuitur Saturno, perfectio autem rei, & bona habitudo correspondet Ioui. Virtus autem rei secundum quòd se contra nociua tuetur & ea propellit correspondet Marti.Tres uero planetæ alij uidentur proprium effectum habere ad modum ipsius rei existentis, ita quod Sol sit ut uniuersale principium motus, & propter hoc eius operatio in mutationibus inferioribus maxime apparet. Venus autem uidetur quasi proprium effectum habere magis determinatum,id est generationem, per quam aliquid cõsequitur speciem, & ad quam, scilicet omnes motus alij ordinantur in istis inferioribus. Mercurius autem uidetur proprium effectum habere in multiplicatione, idest distinctione indiuiduorum in una specie.& propter hoc varios habet motus. Et ipse etiam cum naturis omnium planetarum miscetur,vt astrologi dicunt. Lunæ autem proprie competit immutatio materiæ, & dispositio ipsius ad recipiendum omnes impressiones cœlestes. & propter hoc uidetur quasi esse deferens impressiones cœlestes, & applicans inferiori materiæ. Sic igitur quanto corpus cœleste est superius,tanto habet vniuersaliorem,diuturniorem & potentiorem effectum. Et cum corpora cœlestia sint quasi instrumenta substantiarum separatarum mouentium, sequitur quòd substantia, quæ mouet superiorem orbem sit vniuersalioris conceptionis & virtutis. & per consequens oportet quòd sit nobilior.

Quid sense rit Auic.de primo mouente primi mobilis.

An ordo intelligentiarum sit secundum ordinem orbium.

Lectio.7.

Tex.co.34.

Quanto sphæra superior tanto motor eius est uniuersalioris conceptionis atque uirtutis.

DEFENSIO XIX.

Quomodo primum mobile à Motore primo moueatur.

EX hoc loco Sane.Thom.dicit quod secundum Aristot.primum mobile immediate mouetur a primo motore, Sed Anton. andre. hoc dictum Sancti Thom.impugnat super tex.com. 44. sic dicens: Est dubium, vtrum primum cœlum moueatur immediate a primo motore. Et declarato quid in ueritate tenendum sit subdit. Sed de intentione Aristotel.dicit vnus expositor, quòd sententia sua est quòd primum cœlum mouetur immediate à primo principio, quod est Deus. Sed hoc non videtur,quia superius dixit quòd primum mouens mouet primum motum in ratione amati, oportet ergo quòd sit dare aliud mouens quod moueat in ratione amantis de quo dixit supra,quòd ipsum consequitur maxima delectatio ex hoc quia intelligit & amat primo mouens,& illud est aliqua secunda intelligentia. Hæc ille. Qui & multa alia circa hoc dicit, quæ quia in veritate non sunt contra Sanct. Thom. non adduco nunc. Infra tamen in hac eadem defensione aliqua tangemus ex eis, & reprobabimus, eo modo quo tangunt quorundam placitum circa hanc quæstionem. In præsenti igitur loco Sanct. Thom. non dicit quòd primum mobile secundum Aristot. moueatur à Deo immediate ut motore secundum locum,vt imponit ei. Anton. andr. sed dicit simpliciter quòd mouetur immediate a Deo. Et non aliter hoc intelligendum esse puto nisi, ut supra declarauerat Aristote. quòd scilicet moueatur a Deo primum mobile ut ab eo amatum,& non ut motore localiter. Sed huius motus localis immediatum principium est aliqua substantia separata,quæ secundum Aristot. ut etiam Sanctus Thom. testatur supra text. comment.39.est anima cœli, qualitercunque teneuerit esse cœlum animatum,proprie uidelicet an improprie. Et dixit etiam super eodem textu Sanctus Th. quòd intellectus primi mobilis sit intelligens in actu per contactum aliqualem primæ substantiæ intelligibilis, & ex hoc habet magnam delectationem. Et quia propter quod vnumquodque & illud magis, sequitur quòd quicquid diuinum & nobile quasi est intelligere & delectari, inuenitur in intellectu attingente, multo magis inuenitur in intelligibili primo, quod attingitur, & ideo consideratio eiusdem delectabilissima est & optima. Huiusmodi autem primum intelligibile,Deus est. Ex his verbis sancti Th. immo Aristote. quia hæc dicit exponendo Aristotel. ad literam, patet expresse, quòd Deus non est immediatus motor primi mobilis secundum motum localem, sed illa potius intelligentia quam uocat intellectum primi mobilis. Deus autem illud mouet mediate

diate ut causa prima in cuius uirtute omne aliud mouens mouet. Immediate autem ipsum primum mobile mouet solum motu metaphorico, prout finis & bonum dicitur mouere appetitum. Non est ergo aliter interpretandum dictum eius quo hic dicit primum cœlum moueri immediate à primo principio. Cum præsertim etiam à proposito, in opusculo 24. ca. 1. 2. 3. & 4. determinet omnia corpora cœlestia immediate moueri localiter ab aliqua substantia separata citra Deum, quia secundum sententiam Augustini. 8. super Gen. ad literam. Deus creaturam spiritualem corporali præposuit, & tertio de Trinit. dicit quod Deus mouet superiora corpora per spiritum uitæ rationalem &c. Quod si diceret Mauritius quod debuisset explicare quo motu intelligeret primum mobile moueri à Deo immediate, & nô sic indistincte & absolute proponere quod moueatur à Deo immediate, quia facile posset aliquis occasionē erroris ex uerbis eius sumere quod intendat de motu proprie dicto &c. Respōdemus quod ex declaratione paulo ante habita, quo modo Deus mouet primum mobile ut amatum, facile apud ingeniosos omnis occasio erroris tollitur, aliàs & ipse Mauritius imprudenter supra in margine e regione expositionis Anton. andr. super text. com. 3. 8. eandem imprudentiam incurrisset, immo maiorem cum explicet ibi motum localem dicens. Primum mobile à primo motore primo motu qui localis est perpetuo moueri. loquitur autem de motore de quo & in textu & in expositione Anton. andr. dicitur quod mouet primum mobile, ut amatum.

Licet autem sic dicendum uideatur secundum uia S. Tho ut probatum est Non minus tamen probabile forte uideretur secundum eundem S. Doc. quod uidelicet tenuerit Arist. placitum fuisse, quod Deus esset motū localē. Hoc autem imediatum mouens primi mobilis, etiam secundum esse de intentione S. Tom. uidetur, tum quia hoc in loco dicit quod primum mobile mouetur à primo motore inquantum primū mobile distingitur ab alijs mobilib. Nam sicut dicit Aristotel. existimauit quod octaua sphæra in qua sūt stellæ fixæ esset primum mobile, & motor eius esset primum principium. Sed postea deprehensum est ab astrologis quod supra sphæram stellarum fixarum sit alia circundans totum quæ reuoluit totum cœlum motu diurno, & hoc est primum mobile quod mouetur à primo motore secundum Aristotel. Hæc ille. Patet autem ex modo dicendi quod loquitur de primo mobili ut destinguitur ab alijs. Ergo de eius proprio & immediato motore, & nô nisi de motu locali qualis ē ille diurnus. si enim de motu metaphorico & per modum finis intellexisset, non magis dixisset, quod esset motor primi mobilis quàm aliorum mobilium cum quæcunque mouentur, ab eo moueātur per modum finis & ut amatum, eo quòd omnia quærunt illi assimilari quantum possunt, tum quia paulo infra nō solum uidetur hoc asserere, uerum etiam & apparenti ratione persuadere, sic dicens. satis conueniens uidetur ut primus motus rerum corporalium à quo omnes alij dependent habeat pro causa principium immaterialium substantiarum, ut sit quædam connexio & ordo sensibilium & intelligibilium. Hæc ille. Vbi expresse patet quòd ex intentione Aristotel. probat rationabiliter dictum esse quòd primo motui respondeat primus motor, qui est principium substantiarum immaterialium, quod est dicere primam substantiam immaterialem à qua aliæ dependēt, quę prima subst. ntia Deus est. Non potest autem glosari de motu metaphorico qui est motus appetibilis, quia talis motus non consueuit a Philosop. us distinguipri primum & secundum, sed primum motum uocant ubique motum localem circularem primi mobilis. Nec me præterit in quibusdam exemplaribus hanc quam ultimo induxi S. Tho. sententiam aliter sonare. sed mendosi in hoc fuerunt usque modo impressa exemplaria, sicut & in alijs pluribus, ut luce clarius conspexi ex exemplaribus antiquissimis manu exaratis. Nec multitudo impressionum opposito fidem præstat, eo quòd sit tanquam unicus error omnium, cum in imprimendo, unus liber alterius imbibat errorem. Neque enim omnibus correctionibus affuit forte librorum copia, uel non ab omnibus fuit in corrigendo adhibita necessaria diligentia, eo maxime quòd libri corrigendi persæpe commendantur puris grammatistis, uel alijs quibuscunque, qui doctrina in libro illo tradita sunt ieiuni. Neque enim ad propositum eorum, quæ hic S. Tho. dicit, ullo modo côferret sententia illa iuxta modum, quo in alijs exemplaribus iacet, nisi forte ad bonum sensum per alium modum dicendi expressum, traheretur. sed de hoc satis. Ex Aristotel. etiam dictis idipsum quod supra diximus uidetur expresse haberi tam in. 8. phy sic. quàm etiam in hoc. 12. In octauo quidem phys. quia ex toto illius libri processu uidetur Arist. uelle concludere, quòd est aliquis motus localis sempiternus & talem esse non nisi circularem probat à tex. com. 54. ad. te. com. 76. Ex sempiternitate autem huius motus physici, nenatur esse unum primum motorem. & manifestū est, quòd loquitur de motore motore physico prædicto. Nam postquam conclusit tex. com. 32 quod necesse esset semper motum esse, & dicto, quòd duplex est mouēs. scilicet mouēs seipsum & mouens alia à se, & concluso etiam, quod primum mouens seipsum inquantum una pars eius est mouens & altera mota, dicit postea. tex. commen. 60. quod mouens seipsum maxime proprie mouet se secundum locum Illa autem pars mouens in primo mouente seipsum, est ipsum primum mouens secundum eum. Neque enim alio modo deuenit in hoc libro in cognitionē primi mouentis. Tale autem primum mouens concludit tex. commen. 34. esse immobile: Et non potest intendere nisi de motu, quo mouet alia, qui est motus localis, ut dictum. Loqui autem illum de motore immediato patet, quia inquirit proprium motorem prædicto motu primo & sempiterno. Proprius autem motor est immediatus. Quod etiam primum tale mouens immobile secundum Aristotel. sit Deus ipse, nullus negat. DE DEO enim concludit Aris. in fine octaui, quod est mouens immobile impartibile & nullam habens magnitudinem. Oportet ergo concludere secundum Aristotel. ex prædictis locis quòd Deus est ipsum primum immobile mouens motu sempiterno locali & circulari, qualis est precipue motus primi mobilis, à quo omnes alij motus dependant, ut patet in hoc. 12. te. com. 34. & in secundo Cœ. tex. commen. secundi. In hoc etiam lii. in propositis uerbis in fronte defensionis uidetur Aristo. expresse id, quod supra dictum est asserere. In illis. n. uerbis patet, quod loquitur de latione primi mobilis quæ non nisi motus localis est, sicut & lationes aliarum sphærarum. Primam autem substantiam immobilem, non nisi primam substantiam immaterialem quæ Deus est, intendit. Hoc idem deduci posse uidetur ex processu quem facit hic Aristotel. ad inuestigandum multitudinis substantiarum separatarum determinatum numerum. Sicut enim tam in. 8. Physi. quàm hic inuestigauit Philosophus substantiam aliquam separatam esse ex eo quod est aliquis motus sempiternus, ita & multitudinem earum non inuestigauit, aut extimauit aliter posse inuestigari, quàm ex multitudine prædictorum motuum, ut tot sint substantiæ illæ quot motores. Et consequenter

Nota.

ont

da,cognouit ex hoc tantum quod aliqua est primus motor,scilicet primi mobilis,aliqua uero secunda,secundi,scilicet mobilis,& sic inde,ergo uidetur quod Aristotel.putauerit primam substantiam quam Deum tex.39.uocauit,esse proprium motorem,& consequenter immediatum primi mobilis, & sic ab eo omnes alios motus depẽdere. Et quamuis istæ rõnes sint ualde apparentes,magis tamen iudicio meo mouent rationes suprapositæ, quæ oppositum concludunt.Manifeste enim S. Thom.ex uerbis et intentione Aristotel.supra.text.commen. 39. parte. 2 distinguit inter animam quam uocat intellectum primi mobilis à qua secundum omnes ipsum primum mobile mouetur, & primam substantiam intelligibilem quam dicit esse magis felicem diuinam, nobilem,& maiorem habere delectationem quam prædictam animam, quæ anima per contactum aliqualem intellectualem huius primæ substantiæ,suam felicitatem assequitur.Et confirmatur quia S. Thom. in secundo contra Gen.ca.70. arguens contra Com.probat substantias intellectuales posse uniri corpori, ut formas ex hoc quod Arist.hic dicit primum mouens immobile mouere ut amatũ,ergo inquit oportet ꝙ quodlibet cęlum quod mouetur,ipsum amet, ergo habet substantiam intellectualem ut suam formam, aliàs non posset operatio cœlo attribui. Mouet autem ut amatum præcipue ipsum primum mobile, ergo eius anima est distincta secundum intentionem Aristotel. ab ipso Deo amato. Neque enim aliquis ex Arist. putat Deum esse animam primi cœli per quam tanquã formam primum mobile dicatur formaliter animatum, ut uidetur. Siquis igitur hanc uiã sequatur ut in principio fecimus,ad ea quæ obiecta sunt secundum aliam uiam respondeat. Et ad primum dicat quod in utraque scientia S.Thom. intendit quidem de motu physico primi mobilis,sed non intendit,quod ipse motor immediate moueat motione actiua physica. Vnde intentio sua est in illis uerbis, quod motus,quo passiue primum mobile mouetur physice, est immediate à primo motore mouente ut amatum. Licet enim mediate sit ab eodem etiam effectiue, immediate tamen hoc modo à prima substantia separata est post ipsũ Deum secundum Aristotel. Secundum theologos autem ab aliqua substantia separata,etiam si non sit prima.Multæ enim sunt supernorum spirituum operationes nobiliores quam sit mouere cœlum, ut ex fide cognouimus,quod ab Aristotel. non est reuelatum. Ad id uero,quod arguendo supra dicitur quod secũdum motum metaphoricum,non est magis mouens immediatum primi mobilis quam aliorum mobilũ negatur hoc immo sicut si mouent primum mobile motu locali immediate,diceretur mediante illo motu mouere alia corpora localiter, ita cum sit immediatum respectu motus primi mobilis, mouet mediante illo alia à se moto eodem modo, scilicet ut amatum. Inferiorum enim orbium motores quærunt in mouendo assimilari primo principio,sed mediante appetitu quo quærunt assimilari motoribus corporum superiorum,& pręcipue primi mobilis quod quęrit immediate assimilari Deo.Ad id autem quod ex octauo Physicorum inducitur,respondetur quod sat est philosopho in illo libro, deducere ex sempiternitate motus,ad unum primum motorem immobilem. Qualiter autem motu,primum mouens immobile immediate moueat,suum non fuerat ibi inuestigare,sed reliquit id metaphysico,cuius proprium est de motu illo metaphorico,& per modum finis, inuestigare.Nam sic mouere est quid à materia, & motu physico abstractum secundum esse & rationem. Ad dicta autem Arist. in metaphysica eodem modo respondetur sicut responsum est ad dicta S. Thom. Ad id uero quod adducitur de inuestigatione numeri substantiarum separatarum, respondetur quod inuestigauit illo processu numerum substantiarum separatarum circa Deum. Et ex ratione hac scilicet, quod primum mouens debet esse omnino immobile, deduxit quod supra proprios motores orbium sit omnium princeps vnicus, à quo vt amato omnia mouentur,& ad quem omnia ordinãtur, illi pro suo modulo quocunque ente quærente ac satagente assimilari. Sicut autem secunda forte via magis placeret, posset dicere ad rationem supra inductam ex verbis Aristot.& sancti Thomæ super tex comm.39. quod non eodem modo hic & ibi sumit hoc quod dico primum mobile. sed supra accepit primum mobile pro corpore cœlesti, vt distinguitur contra mobilia corruptibilia, quæ sunt in comparatione eius secunda mobilia sicut infra text. comment.49. nomine cœli totam machinam cœlestem, seu etiam totum mundum appellat. In primo mobili autem sic accepto inuenitur quædam anima, immo multæ quæ distinguuntur ab illa prima substantia, per cuius contactum assequuntur suam nobilitatem & magnam delectationem &c. Hic autem vbi iam distinxit etiam in ipso cœlo plura mobilia, accipit primum mobile per comparationem ad alia cœlestia mobilia, cuius primi mobilis motor immediatus, etiam localis, est ipse Deus secundum hanc viam.Et si motor proprius cœlestis corporis, debeat eius anima appellari, non erit inconueniens secundum Arist.ꝙ Deus,primi mobilis anima nominetur. Ex his patet etiam responsio ad confirmationem.Quod sicui responsio ista nõ videatur regia, is qui viam illã sequitur inueniat meliorẽ. Ad alia aũt argumenta Ant.an.hanc viam tenẽtis facile respondere possent. Probat quippe secundo Anto.an.propositum suum per Comment.qui cõm. 4..huius.12.exponẽdo Philosophum, assignat primo cœlo duplex mouẽs, unum coniunctum & aliud separatum. Ad hoc autem respondere possunt isti primo, ꝙ parum curarent de authoritat Comment. ubi rationes in oppositum sunt fortiores quã sit eius authoritas,& ubi etiam S. Thom.omnium philosophorum ac theologorum monarcha oppositum docet. Quinimmo quia non est consuetudinis Ant.an. in hac sua expositione, à Comm. auxilium implorare, quem sæpius & in multis Scotistæ despiciunt, irrepit urgens suspicio quod dubium hic insertum nõ sit eius farina, sed ab aliquo alio sanct. Thomæ amico ex uoto additum,ut forte plura alia in hac eadem expositione apposita sunt eadem ratione, prout aliàs noui. Secundo diceretur quod per hoc non intendit Commenta.esse duos motores secundum supposita, sed unius motoris duas mouendi conditiones, scilicet per modum efficientis,& per modum finis. Et secundum primam conditionem mouens dicitur intrinsecum, eo ꝙ mouens efficienter & motum, debeant esse simul. Per secundam uero dicitur extrinsecum, quia de ratione finis non est ꝙ simul sit cum his quæ sunt ad finem. Tertio probat Ant. and. propositum scilicet quod Deus non moueat cœlum immediate aliquo motu locali secundum Arist. sed tantum per modum amati, quia inquit Octauo Physicorum probat Philosophus quod potentia infinita non potest mouere corpus immediate. Deus autem habet potentiam infinitam, &c. Sed ad hæc dicitur quod male intelligit Aristot. quia ibi loquitur de potentia infinita existente in magnitudine vt sic, vt patet tex.comment.78.& inde,quæ potentia in magnitudine cum agat de necessitate naturæ, quia vt sic id est inquantum est in magnitudine, non agit per intellectum, si moueret corpus immediate ageret, &

moue

moueret secundum totum suum posse, & sic corpus illud moueret in non tempore, quod implicat contradictionem. Non autem loquitur Philosophus de potentia infinita extra magnitudinem. Immo ibidem demonstrat quód cœlum non potest moueri tempore infinito, nisi per aliquam talem potentiam infinitam, siue mediate, siue immediate, & idem patet in hoc 12. tex. primo, comment. 41. Et hæc de præsenti defensione satis. Deinde eum dicit.

BESS. Astrologia Vide digret sioné Auer.

Pluralitatem verò lationum, ex peculiarissima philosophia mathematicarum scientiarum, videlicet, ex astrologia, considerandum est. Hæc enim de substantia sensibili quidem, at sempiterna speculatur: cætera vero de nulla quidem substantia, veluti quæ circa numeros, atque quæ circa geometriã. Et quidem quod plures sint eorum quæ feruntur lationes, manifestum etiã est his, qui parum attigerunt. pluribus enim quàm vna, errantium astrorum vnumquodque fertur. Quod vero hæ sint, nunc quidem nos ea, quæ quidam mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, & vt aliquam determinatam, mente pluralitatem percipiamus. Deinceps quædam quidem nos ipsos quærere decet, quædam autem à quærentibus sciscitari; si quid præter ea, quę nunc dicta sunt, his videatur, qui circa hæc versantur, diligere quidem vtrosque, adhærere vero certioribus. tex. 45.

ANT.

Pluralitatem vero lationum, iam ex maxime propria philosophia mathematicarum scientiarum, intendere oportet ex astrologia. Hæc enim de substantia sensibili quidem, sempiterna autem, facit theoriam. Aliæ uero de nulla substantia, puta quæ circa numeros, & geometria. Quod quidem igitur plures sint eorum quæ feruntur lationes, manifestum est & parum attingentibus. Pluribus enim quàm vna, astrorum errantium vnumquodque fertur. Sed quot sunt hæ, nunc quidem & nos quæ dicunt mathematicorum quidam attentionis gratia dicimus, vt mente, aliqua pluralitas determinata suscipiatur. Reliquum vero, hoc quidem quærentes ipsos oportet, illa uero persuadere à quærentibus, si quid videatur præter modo dicta ab eo tractantibus. Amare quidem vtrosque, persuaderi vero à certioribus. tex. 64.

Inquirit quot prædictæ substantiæ sint, & diuiditur in duas partes, in prima inquirit primo numerum motuum cœlestium, in secunda ex hoc concludit numerum substantiarum mouentium, ibi. (Quare & substantia & principium.) Circa primum duo facit. Primo ostendit vnde accipiendus sit numerus motuum cœlestium. Secundo ponit circa hoc opiniones diuersas, ibi. § Eudoxus quidem.) Dicit ergo primo, ꝙ pluralitatem lationum siue motuum cœlestiũ, oportet considerare ex Astrologia, quæ maxime propria est ad hoc inter scientias mathematicas. Ipsa nanque sola inter eas speculatur de substantia sensibili & æterna, scilicet de corpore cœlesti. Aliæ uero scientiæ mathematicæ de nulla substantia considerant, sicut de arithmetica patet, q̃ est circa numeros, & de geometria quæ circa magnitudines est numerus, autem, & magnitudo, sunt accidentia, quod autem sunt plures motus corporum quæ feruntur in cœlo, scilicet planetarum, manifestum est his, qui parum attingũt de scientia astrologię, quia (unũ quodque astrorum errantium, ĩ id est planetarum mouet pluribus lationib. & nõ una tantum, mouetur Dicuntur autem planetæ astra errantia, non quia irregulariter moueantur, sed quia non semper seruant eandem figuram & positionem ad alias stellas, sicut

Numeru m corporũ ex logia trahit. Cur planetæ dicantur stellæ erraticæ seu sydera erratia. Quilibet planeta mouetur plu-

illę ad inuicem, quę propter hoc fixæ dicuntur. Quod autem sint plures motus huiusmodi astrorum, tribus modis deprehenditur. est enim aliquis motus apprehensus à vulgo usu. Est & alius motus qui non deprehenditur nisi instrumentis & considerationib. & horum motuum quidam comprehenduntur lõgissimis temporibus, & quidam paruis. Est etiam tertius, motus, qui declaratur ratione, quia motus stellarum errantium inuenitur quandoque uelocior, quando uidetur esse planet directus, quandoque retrogradus Et, quia non potest esse secundum naturam corporis cœlestis, cuius motus debet esse omnino regularis, necessarium fuit ponere diuersos motus, ex quibus hęc irregularitas ad debitum ordinem reducatur. Quot autem sint motus planetarum nos nunc dicemus ea, quæ circa hæc mathematici dicunt, ut circa hæc reddamur attenti, ut aliqua pluralitas determinata mẽte concipiatur à nobis. Reliquum uero quod non dicetur, oportet quod nosipsos quæramus, uel quod in hoc suadeamur ab his, qui hoc quærunt, & si aliquid appareat postmodum per ea, quæ modo dicuntur ab his, qui de huiusmodi tractant. Sed, quia in eligendis opinionibus vel repudiandis, non debet duci homo amore vel odio introducentis opinionem, sed magis ex certitudine veritatis, ideo dicit quod oportet amare utrosque, scilicet eos quorum opinionem sequimur, & eos quorum opinionem repudiamus. Vtrique enim studuerunt ad inquirendam veritatem, & nos in hoc adiuuerunt. Sed tamen oportet nos persuaderi à certioribus, idest sequi opinionem eorum, qui certius ad ueritatem peruenerunt.

ribus motibus. Obseruanda in eligendis repudiandisque opinionib.

LECTIO X.

Quot nam sint substantię mouentes ex sphærarum numero & motuum ab Eudoxo & Calippo assignato, concludit.

BESS. Solis & Lunę latio. Tex. 56.


Eudoxus igitur Solis & Lunæ vtriusque lationẽ in tribus posuit sphæris esse. quarum primam quidem eam esse, quę non errantium stellarum. Secundam vero, secundum id, quod per medium zodiacum. Tertium porrò secundum eum, qui in latitudinem zodiaci obliquatur. in maiori autem latitudine obliquari eum, secundum quem Luna fertur, quàm secundum quem Sol. Errantium vero stellarum vniuscuiusque in quatuor sphæris, quarum primam quidem & secundam, eandem illis esse. etenim quæ non errantium est, eam illam esse quæ omnes fert. at eam, quæ sub ipsa ordinata est, ac quæ secundum zodiacum lationem habet, communem omnibus esse. tertiæ vero omnium polos in eo, quod per medium zodiacum esse. quartæ autem lationem, secundum eum, qui obliquatus ad mediũ eius est. esse vero tertiæ sphæræ polos aliarum quidem proprios. Veneris autem & Mercurij, eosdem.

ANT. par. 1 a. l. Odosius a. l. Eudofius a. l. Eudochus. Tex. c. 36.

Eudoxus quidem igitur Solem & Lunam, & vtriusque lationem in tribus posuit esse sphæris, Quarum primam aplanorum astrorum esse. Secundam autem secundum eum qui zodiaci per medium. Tertiam autem secundum obliquatum in latitudine animalium. In maiore autem latitudine obliquati, tamen secundum quam Luna fertur, quàm secundum quam Sol. Errantium vero astrorum in quatuor cuiusque sphæris. Quarum primam quidem & secundam illis eandem esse. Etenim eam quæ est aplanorum, quæ omnes est ferens: & eam quæ sub ea est ordinata, & secundum eum qui per medium zodiaci lationem habentem, communem omnium esse. Tertiæ vero omnium eo in circulo polos esse, qui per media signa transit. At quartæ lationem per obliquum ad medium circulum

culum huius esse. Tertia vero esse sphæræ polos, aliorum quidem proprios, Veneris vero & Mercurij eosdem.

Ponit opiniones Astrologorum suis temporis de numero motuum planetarum, & primo opinionem Eudoxi, Secundo opinionem Calippi. ibi. (Calippus autem. Sciendum est igitur circa primum, quod Plato cœlestibus motibus attribuens indefectibiliter circularitatem & ordinationem, mathematicas suppositiones fecit, per quas suppositiones possent saluari quæ circa erraticas apparent, sustinēdo, quod motus planetarum sunt circulares & regulares ordinati. Et Pythagorici quidem ad reducendum in debitum ordinem irregularitatem, quæ apparet in motibus planetarum ex statione & retrogradatione, uelocitate, & tarditate, & diuersa apparentia quantitatis, posuerunt motus planetarum esse in sphæris eccentricis, & in circulis paruis qui dicuntur epicycli, quam etiā opinionem Ptolæmeus prosequitur.



Motiua Eudoxi ad ponēdū sphærarum pluralitatem secundum singulos planetas.

Videtur autem ex huius suppositione sequi aliquid contrarium his, quæ demonstrantur in scientia naturali, non enim omnis motus est uel ad medium uel à medio, uel circa medium mundi. Iterum sequitur, quod sphæra continens sphæram eccentricam, uel non sit æqualis spissitudinis, uel quod sit aliquid uacuum inter unam sphæram & aliam, uel quod sit aliquod corpus præter substantiam sphærarum intercidens, quod non erit corpus circulare, nec habebit aliquem motum proprium. Expositione autem epicyclorum ulterius sequitur, uel quod sphæra, per quam mouetur epicyclus, non sit integra & continua uel quod sit diuisibilis & condensabilis ad modum, quo aer diuiditur & inspissatur & rarescit aliquo corpore moto. Sequitur etiam, quod ipsum corpus stellæ mouetur per seipsum, & non solum ad motum orbis, & quod ex motu corporum cœlestium causetur sonus, quod Pythagorici consenserunt. Sed tamen omnia huiusmodi sunt contra ea, quæ determinata sunt in scientia Nāli. Vnde ad hæc euitanda Eudoxus hoc uidens, posuit cuique planetæ sphæras plures cō centricas mundo, quarum unaquæque habet motum proprium, & ex omnibus illis motibus causatur id, quod apparet de motu planetarum. Posuit igitur Eudoxus motum tam Solis, quam Lunæ esse in tribus sphæris. Primus enim tam Solis quam Lunæ, qui est motus diurnus, quo reuoluuntur ab orientē ad occidentem, & hunc motum dicit (esse astrorum aplanorum) idest stellarum sine errore, scilicet fixarum, quia sicut supra dictum est, cum nondū esset deprehensus motus stellarum fixarum, qui est ab occidente in orientem esse contrarium mutui primo, putabatur, q motus diurnus esset proprius octauę sphærę, quę est sphæra stellarum fixarum. Non autem putabatur, q sola prima sphæra sufficeret ad deferendas omnes sphæras planetarum motu diurno, sicut Ptolemeus ponit, sed ponebat quod quilibet planeta habeat propriam sphæram, quæ reuolueret ipsum motu diurno,

Opinio Eudoxi circa pluralitatē sphærarum cœlestium. supra te. 43


uruo. Adhûc ergo motum cauſandum ponebat primam ſphæram Solis & Lunæ. Secũdam autem ſphæram ponebat ad cauſandum motum Solis, & Lunæ, qui eſt per medium zodiaci, qui uocatur motus longitudinis, ſecundum quem mouetur tam Sol, quàm Luna de occidente in orientem contra motum firmamẽti. Tertiam autem ſphęram ponebant ad cauſandum illum motum qui obliquatur ſecundum latitudinem animalium, quæ figurantur in zodiaco, prout quandoque eſt auſtralior, quandoque borealior, uidetur planeta à media linea zodiaci. Sed hic motus latitudinis magis apparet, & ſecundum maiorem diuerſitatem in Luna quam in Sole. Et ideo ſubiungit, quod in maiori latitudine tamen obliquatur motus ſecundum quem fertur Luna, quàm motus ſecundum quem fertur Sol. Et quidem Lunæ Ptolæmeus ponit motum latitudinis, non autem Solis. Poſuit igitur Eudoxus tertium motum, ut Simplicius dicit, quia opinabatur quod etiam Sol declinaret à media linea zodiaci uerſus duos polos, & hoc ſuſpicabatur, eo quia non ſemper in eodem loco Sol oritur in tropicis æſtiuis & hyemalibus Si autem in uno & eodem tempore fieret reſtitutio longitudinis, ſufficeret ad hoc una ſphæra per obliquitatem maximi circuli, ſecundum quam Sol mouetur. Sed, quia nõ ſic ſe habet, ſed in alio tẽpore pertranſit circulum per longitudinem, in alio uero tempore reſtitutio fit latitudinis, neceſſe fuit ad hoc ponere tertiam ſphæram. Hãc aũt 3. ſphæram ponebat in Sole reuolui uerſus eandem partem cum ſecũda, ſed circa axem alterum, & ſuper alios polos. In Luna autem ad eandem cum prima ſphæra ſed in utroque ponebat motum huius tertiæ ſphæræ eſſe tardiorem, quàm ſecundæ. Sed aliorum quinque planetarum motum cuiuslibet poſuit in quatuor ſphæras, ita quod prima ſphæra, & ſecunda eſt eiuſdem rationis cum prima & ſecunda Solis & Lunæ, quia motus primus, quem ponebat eſſe ſtellarum fixarum & motus ſecundus, qui eſt per medium zodiaci ſecũdum longitudinem, apparet communiter in omnibus planetis. Deinde unicuique planetarum ponebat tertiam ſphæram ad cauſandum motum latitudinis, cuius polos, circa quos reuoluitur, ponebat eſſe in media linea zodiaci. Sed quia ponebat omnes ſphæras eſſe concentricas, ſequebatur ex quo zodiacus tranſibat per polos circuli maximi tertiæ ſphærę ſequebatur econuerſo, quod circulus maximus tertiæ ſphæræ tranſiret per polos zodiaci. Vnde ſequebatur quod motus tertiæ ſphæræ deferret planetam uſque ad polos zodiaci, quod nunquam uidetur, & ideo neceſſe fuit quod poneret quartam ſphæram, quæ ipſum planetam ferret, quæ reuoluitur in contrarium tertiæ ab oriente ſcilicet ab occidentem æquali tempore, unde impedit ne plus diuertatur ſecundum latitudinem à zodiaco. Et hoc eſt quod dicit, quod quartum motum ſtellæ dicebat eſſe ſecundum quendam circulum obliquatum ad medium tertiæ ſphæræ, hoc eſt ad maximum circulum eius. Igitur cum quilibet quinque planetarum poſuer quatuor ſphęras, ſequitur quod quinque planetarum ſunt 20. ſphæræ. Quibus ſi addantur tres ſolis & tres Lunæ, erunt omnes 26. ita quod intelligatur corpus cuiuslibet planetæ eſſe defixum in ultimam ſphærarum ſuarum.

Numerus orbium planetarũ ſunt 26. ſecundũ Eudoxum.

Sphæra planetarum aliorum à Sole & Luna.



Sphæra Lunę ſecundum Eudoxium.



Sphæra Solis ſecundum Eudoxum.

Et pro ea ſupplet eadem figura.

B E S S. Te.t.47

At Calippus, situm quidem sphærarum eundem Eudoxo ponebat, hoc est distantiarum ordinem. Pluralitatem etiam stellæ quidem Iouis ac Saturni, eandem illi attribuebat. Soli uero, & Lunæ duas adhuc putabat sphæras addendas esse, si quis eorum, quæ sensibiliter apparent, causas assignare debeat, cæteris uero errantiu, unicuique unam. necesse uero esse si debent omnes simul positæ, quæ apparent, reddere, secundum unamquanque errantium alteras sphæras una, pauciores esse, quæ reuoluant, & ad idem positione, semper primam eius astri sphæram, quod inferius ordinatum est, constituāt. hoc enim modo solum contingit errantium lationem omnia facere.

Cum igitur in quibus ipsæ quidem feruntur sphæris, hæ quidem octo, hæ uero uigintiquinque sint, harum sanè illas solas non oportet reuolui in quibus fertur, quod infime ordinatum est, quę quidem duarum primaru sphęras reuoluunt, sex erunt. quæ uero posteriorum quatuor sexdecim. cunctarum uero numerus, tum earum quæ feruntur, tum quæ reuoluunt eas, quinquaginta quinque, quod si Lunæ & Soli non addat aliquis, quos diximus, motus, omnes sphæræ erūt septem & quadraginta. Pluralitas itaque sphærarum tanta sit.

Sphęrarum numerus.

A N T. Tex.c.47 par.7

Calippus autem positionem quidem sphærarum eandem posuit cum Eudoxo, hoc autem distantiarum ordinem. Pluralitatem uero ei quidem quę Iouis, & ei quæ Saturni eandem cum illo dedit. Soli uero & Lunæ quas existimabat adhuc apponendas esse sphæras, si quis apparentia sit redditurus. Reliquis uero planetis singulis unam. Necesse autem simul positæ omnes apparentia sunt reddituræ secundum quodlibet errantium, alterat sphæras una minores esse reuoluentes, & ad idem restituentes primā sphęram semper inferius ordinati astri. Sic enim solum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniam ergo in quibus quidem ipsę feruntur sphęris, hę quidem octo, hę autem quinque, & uiginti sunt, harum autem solas non oportet reuolui, in quibus infime ordinatum fertur. Quę quidem reuoluunt eas, quę sunt duorum primorum, sex erunt. Quę autem eas quę sunt posteriorum quatuor, sexdecim. Omnium itaque numerus & ferentium, & reuoluentium eas, quinquaginta quinque. Si autem Lunę & Soli non addiderit quis, quos diximus motus, omnes sphęrę erunt septem & quadraginta. Pluralitas igitur sphærarum tanta sit.

Opinio Calippi de numero sphærarum cœlestium.

Ponit opinionem Calippi de pluralitate sphærarum. Fuit autem Calippus (ut Simplicius dicit) cum Aristotel. Athenis conuersatus, cum eo ea quæ ab Eudoxo inuenta fuerant, corrigens & supplens. Posuit ergo Calippus eādem rationem sphærarum sicut Eudoxus, & expoluit positiones sphærarum per ordinē distantiarum, tum quia ordinabat planetas sicut Eudoxus, tum quia ordinabat motus & sphæras sicut, & ille. Conueniebat etiam cum Eudoxo in pluralitate sphærarum Iouis & Saturni, quia utrisque eorum dabat quatuor sphæras, sed ipse existimabat esse apponendas sphæras duas tam Soli quā etiam Lunæ, si quis uelit reddere rationem eorum quæ apparent de motibus eorum. Videtur autem has duas addidisse ad causandum uelocitatem & tarditatem, quæ apparet in motibus eorum, ita, quod Sol habeat quinque sphæras, & Luna similiter quinque, & reliquis planetis Marti, Veneri, & Mercurio, addebat singulis unam sphæram, ita etiam quod quilibet eorum haberet quinque sphæras. Forte autem addebant hanc sphæram ad causandum retrogradationem & statio nem, quæ apparet in his stellis. Istæ igitur sphæræ u o cabantur ferentes, quia secundum eas ferebatur corpus planetæ. Sed præter has ponebant alias, quas uocabāt reuoluentes. Ad ponendum autem eas hac necessitate uidebantur induci, quia ultima sphærę superioris planetæ, puta Saturni, participabat motum omnium superiorum, ita quòd in aliquo deficiebat à motu primæ sphæræ. Vnde & prima sphæra Iouis, cuius poli infiguntur, aliquo modo in ultima sphærę Saturni, participabat aliquid de motu sphærarum Saturni, & sic non uniformiter mouebatur mota, sicut prima sphæra Saturni. Necessarium igitur uidebatur ponere aliam sphęram reuoluentem ipsam, ut restitueret id quod auferebatur ei de uelocitate ex superioribus sphæris. Et eadem ratione oportebat ponere aliam sphæ ram reuoluentem secundam sphæram Iouis, & tertiam sphæram reuoluentem tertiam sphæram Iouis. Non autem oportebat ponere aliquā reuoluentem quartam sphæram, quia motus quartæ sphæræ, in qua erat astrum infixum debebat esse compositus ex omnibus superioribus motibus. sic igitur Iuppiter dabet quatuor sphæras deferentes, & tres reuoluentes. Et similiter alij planetę habent tot sphęras reuoluentes, quot deferentes una minus. Hoc est ergo quod dicit, quod necesse est si oēs sphæræ simul ordinatæ debeant reddere, & causare illud quod apparet de motu planetarum secundum quemlibet planetarum, ponere præter supra dictas deferentes alias sphęras reuoluentes, & ad idem restituentes primam sphęram inferius ordinati astri, una pauciores. Et sic solum conuenit quòd motus planetarum compleāt omnia quæ apparent de eis. Quare igitur sphæræ deferentes, quæ quidem sunt Saturni & Iouis sunt octo cum uterque eorum ponatur habere quatuor sphæras, quæ sunt aliorū quinq; planetarum 25. quia quilibet eorum habet quinque sphæras. Harum autem sphærarum illæ solæ non reuoluuntur, quæ sunt in fine, in quibus ordinatur astrum, sequitur quod reuoluentes priorum duorum planetarum, scilicet Saturni & Iouis, sunt sex. Reuoluentes autem posteriorum quatuor sunt sexdecim. Sed cum post Saturnū & Iouem sint alij quinque, manifestum est quòd unū eorum prætermittit, scilicet uel Martem, uel Mercurium, ut quod dicit posteriorum quatuor referatur ad quatuor infimos, uel prætermittit Lunam, ut referatur ad 4. immediate sequentes. Prętermittit aut, uel ex errore, qui interdū accidit in numeris, uel propter aliam ratione, quæ nos latet, quia scripta Calippi nō inueniuntur, ut Simplicius dicit. Sic igitur numerus omnium sphærarum deferentium, & reuoluentium sunt. 55. sed quia de hoc poterat esse dubium, utrum Lunæ & Soli sint addendæ duæ sphæræ, quas Calippus addit. uel quòd utrique sint dandæ duæ sphæræ solum, ut posuit Eudoxus ideo dicit quod si aliquis non addit Soli uel Lunę illos duos motus quos addit Calippus, sequitur, quod omnes sphæræ erunt. 47. subtraherētur enim à prædicto numero quatuor deferentes, duæ solis, duæ Lunæ, & totidem reuoluentes. Remotis autem octo de 55. remanent 47. sed attendendum quod si supra cum dixit reuoluentes posteriores quatuor, esse sexdecim, prætermisit Lunam, remotis duabus deferentibus Lunæ, & duabus Solis, nō remouebūtur quatuor reuoluētes, sed solū duæ, si sphæræ Lunæ non habent reuoluentes, & sic à prima pluralitate sphærarum subtrahuntur sex sphęræ, quatuor deferentes & duæ reuoluentes: unde sequitur quod sphæræ omnes sint. 49. Et sic non uidetur quod Aristote. uoluerit prætermittere Lunam sed magis Martem, nisi aliquis dicat Aristotel. oblitum fuisse quod Lunæ posuerit sphęras reuoluentes, & circo errorem in numero accidisse, quod non uidetur probabile. Vltimo ergo concludit tantam esse

pluralitatem sphærarum quanta dicta est. Deinde cum dicit.

BESS. Tex.c.48 *Quare substantias quoque principia, tum immobilia, tum sensibilia, tot rationabiliter arbitrandum est esse: quod enim necessarium est, relinquitur potentioribus dicendum.*

ANT. Tex.co. 47. par 8 *Quare & substantias, & principia immobilia, & sensibilia, tot rationale existimare. Necessarium igitur dimittatur fortioribus dicere.*

Concludit ex numero motuum cœlestium numerum substantiarum immaterialium, & circa hoc tria facit. Primo concludit propositum. Secundo excludit quædam, quæ possent debilitare illationem præmissam. ibi. (si autem nullam possibile.) Tertio comparat id quod ostensum est de substantijs separatis, ad opiniones antiquas, & ad opiniones uulgares, quæ de his suo tempore habebantur, ibi: (Tradita autem sunt.) dicit ergo primo quod cum tanta sit pluralitas sphærarum & motuum cœlestium, quanta dicta est, rationabile est opinari totidem substantias immateriales & principia immobilia, & etiam tot esse principia sensibilia, id est corpora cœlestia. Dicit autem rationabile, ut insinuet hoc probabiliter concludi, non autem ex necessitate. Unde subiungit quod ipse relinquit id quod est necessarium circa hoc illis qui sunt fortiores, & potentiores ad hoc inueniendum quam ipse esset.

Fin. part le. pa. 12 ex numero cœlestium motuū concludit numerum intelligentiarum.

BESS. *Quod si nullam lationem possibile est esse, quæ non ordinetur ad lationem stellæ, omnem item naturam omnemque substantiam impassibilem & per se, arbitrari oportet optimum sortitam finem esse, nulla profecto præter has, alia natura erit, sed hunc necesse est numerum substantiarum esse, si etenim aliæ sunt, utique mouebunt, cum lationis finis sint.*

ANT. Par 9. *Si autem nullam possibile esse lationem non ordinatam ad astri lationem, amplius autem omnem naturam & omnem substantiam impassibilem, & secundum se optimum esse sortitam finem oportet existimare, nulla erit præter has altera, sed hūc substantiarum numerum esse est necesse. Si enim essent aliæ, mouerent utique fines existentes lationis.*

Hic Philosophus excludit ea ex quibus prædicta conclusio debilitari posset, & sunt tria, quorum primum est. Quia posset aliquis dicere quod sunt quædam substantiæ separatæ, quibus non respondent aliqui motus in cœlo. Ad quod excludendum dicit, quod si non est possibile quod sint aliqui motus in cęlo, qui non ordinentur ad motum alicuius astri, & iterum si oportet omnem impassibilem substantiam quæ est sortita optimum secundum se, id est quæ habet suam perfectionem sine motu, opinari esse finem alicuius motus non erit aliqua natura impassibilis & immaterialis præter eas, quæ sunt fines cœlestium motuum, sed necesse erit hunc esse numerum substantiarum separatarum, qui est numerus cœlestium motuum. sed tamen primum non est necessarium, scilicet quod omnis substantia materialis, & impassibilis sit finis alicuius motus cœlestis. Potest enim dici quod sunt aliquę separatę altiores, quam ut sint proportionatæ quasi fines cœlestibus motibus, quod ponere non est inconueniens. Non enim substantiæ immateriales sunt propter corporalia, sed magis econuerso.

Excludit tres euasiones. Et primo primam. Non omnis intelligentia est finis alicuius motus.

Deinde cum dicit.

BESS. *Sed esse alias lationes præter dictas, impossibile est. Hoc autem ex his, quæ feruntur, rationabile est accipere, si enim omne, quod fert, eius gratia, quod fertur, suapte natura est, omnisque latio alicuius, quod fertur, est, nulla latio sui gratia erit profecto, nec alterius lationis, sed rerum stellarum causa. Si nanque latio lationis causa erit, illam quoque oportebit aliorum gratia esse. Quare cum non sit processus in infinitum, finis omnis lationis erit diuinorum corporum aliquod, quę in cœlo feruntur.*

ANT. par.10. *Sed alias quidem esse lationes impossibile est præter dictas. Hoc autem existimare ex latis rationabile. Nam si quidem ferens, latis gratia notum est, & latio omnis lati est alicuius, nulla latio sui gratia erit, nec alia alicuius lationis, sed astrorum gratia. Nam si fuerit latio lationis gratia, & illam alterius gratia oportebit esse. Quare quoniam non est possibile ire in infinitum, finis erit omnis lationis latorum aliquod diuinorum corporum secundum cœlum.*

Remouet secundo quod posset debilitare prædictam illationem, posset enim aliquis dicere, quod sunt multo plures lationes in cœlo, quàm quæ numeratæ sunt, quæ tamen non possunt deprehendi, eo quod ex eis non accidit aliqua diuersitas in motu alicuius corporum cœlestium, quæ usu percipuntur, & dicuntur astra. Et ad hoc excludendum similiter etiam dixerat, quod nulla latio potest esse in cœlo, quæ non ordinetur ad lationem alicuius astri, hoc est etiam quod nunc dicit, quod impossibile est esse alias lationes in cœlo, præter illas ex quibus accidit diuersitas in motu astrorum, siue sint illæ quæ dictæ sunt siue aliæ aut totidem aut plures aut pauciores. Et hoc probaliter accipi potest ex corporibus quæ feruntur. si enim omne ferens est propter id qđ defertur, & oīs latio est alicuius quod fertur, nō potest esse aliqua latio quæ sit ꝑ seipsā, uel propter aliam lationem tantum, sed oportet quod omnes lationes sint causa astrorum. Alioquin si latio propter aliquam lationem est, eadem ratione & illam oportebit esse propter aliam. Et cum non sit procedere in infinitum, sequitur quod finis omnis rationis sit aliquod cœlestium corporum, quæ deferuntur sicut astra, unde impossibile est esse aliquem motum in cęlo, ex quo non possit percipi aliqua diuersitas in aliquo astro.

Omnis motus qui percipitur in cęlo ordinatur ad lationem alicuius astri.

Deinde cum dicit.

BESS. Tex.49. *Quod autem cœlum sit, unum, manifestum est, si enim plures essent cœli, ut homines, principium uniuscuiusque erit specie unum, numero multa, at quæcunque multa numero, materiam habent. una etenim & eadem multorum ratio est, ueluti hominis. Socrates uero, unus, ipsum uero, quid erat esse primum, non habet materiam, cum actus sit. unum, ergo, tum ratione, tum numero, primum mouens immobile ens est, id etiam igitur quod semper continueque mouetur. Unum ergo tantum cœlum est.*

ANT. tex.com.49 par.11 *Quod autem unum cœlum manifestum. Si enim plures essent cœli, ut homines, foret principium, quod circa unumquodque specie unum numero uero multa. Sed quæcunque sunt numero multa, materiam habent. Una enim & eadem ratio multorum, ut hominis. Socrates uero unus. Quod autem quod quid erat esse, non habet materiam primam. endelachia enim. Unum igitur, & ratione, & numero mouens primum immobile existens, & motum ergo semper, & continue unum solum. Unum ergo solum cœlum.*

Hinc affert ratio quod materia sit principium indiuiduationis in materialibus, & eius negatio in spiritualibus.

Hoc excludit tertium, per quod posset dicta conclusio infirmari. Posset enim aliquis dicere, quod sint plures mundi, & in quolibet sint tot sphæræ, & tot

Ex immaterialitate primo

mi motoris arguit vnitas eius, & ex hac vnitas mundi conuincitur.

motus, quot in isto vel plures, & sic necesse est ponere plures substantias immateriales. Sed hoc excludit dicens manifestum esse quòd sit vnum cœlum tantum. Quia si essent plures secûdum numerum, & in eadem specie, sicut sunt plures homines, oportet etiam quod simile iudicium esset de primo principio vniuscuiusque cœli, quod est mouens immobile, sicut dictum est. Oporteret enim quod plura prima principia essēt specie vnum & numero multa. Sed hoc est imposssibile, quia quæcunque sunt vnum specie & plura numero, habent materiam. Non enim distinguitur secundum rationem & formam, quia omnium indiuiduorum est communis ratio vtpote quæ est hominis. Vnde relinquitur quod distinguantur per materiam. Et sic Socrates est vnus non solum secundum rationem, vt homo, sed etiam secûdum numerum. Sed primum principium {cum sit quodquideratesse, { id est sua essentia, & ratio, non habet materiam, quia eius substantia {est Endelechia, { id est actus, materia autem est in potentia. Relinquitur igitur, quod primum mouēs immobile sit vnum, non solum ratione speciei, sed etiam numero. Oportet igitur quod primus motus sempiternus, qui ab eo causatur, sit vnus tātum, & per consequens sequitur quod cœlum sit vnum tantum.

DEFENSIO XXX.

Ex textu Philosophi quomodo sumatur indiuiduationis principium esse materiam, non autem hæcceitatem.

HOc in loco Arist. probat non esse plures cœlos, id est plures mundos ex hoc quòd prima principia eorum essent specie vnum & numero plura, quod est impossibile, quia quæ sunt vnum specie & plura numero, habēt materiam, primum autem principium est omnino immateriale vt probatum est, ergo &c. Sanctus autem Thom. explicat hanc deductionem, quia quæ distinguuntur solo numero, cum non distinguantur secundum rationem, & formam, quia talium est communis ratio speciei, oportet ꝙ distinguantur per materiam primam. Sed Ant. And. cui nō sapit ista seges, hic sic loquitur. Notandum quòd aliqui peruertentes sensum literæ, ex hoc loco sumunt argumentum, ꝙ materia, quę est pars essentialis sit cā indiuiduationis. Nam ista ratio, qua concluditur vnitas cœli ex vnitate motoris, non tantum specie, sed numero, propter hoc quòd non habet materiam, non videtur valere, nisi distinctio numeralis fieret per materiam. Sed non valet, æquiuocant enim de materia, sicut sæpe dictum est. Cōcedo enim ꝙ non ponuntur plures motores primi, quia in primo motore non est materia, id est non est in eo aliquid aliud, sed est de se hic sine alio contrahente. Nam talis contractio non stat cum perfecta simplicitate, & ideo quidditas Dei est de se hæc. Excludit ergo Arist. à primo motore materiam non solum illam, quæ est altera pars essentialis compositi, sed illam, quæ est proprietas indiuidualis; quæ est causa indiuiduationis, non prima. Hæc ille. Si ratione aliqua vel occasione verbi alicuius hic vel alibi à Philosopho expressi, isti homines mouerentur ad suas has ineptas assertiones, essent aliqualiter excusandi etiam si tantum doctorem impeterent uerbis quasi peruertentem Arist. literam aut sensum. Sed reprobare dicta sapientium, nec eorum satisfacere rationibus, nec alias inducere rationes quæ vel in minimo persuadeant, quòd Philosophi litera aliter exponenda sit quàm sapientes exponant, sed propriæ tantum voluntatis determinatione, ad suam phantasiam velle literam ex toto sibi contrariam trahere, & quod inurbanissimum est, alios contumelijs afficere, peruertentes eos esse literæ sensum conclamando eo, quòd non sibi, sed Aristo. conformiter loquantur, alienum nimis est, nedum à veris Philosophis, verum & ab omnibus qui vel modica saltem naturali vigerent prudētia. Quamuis autem hic deberem huius verba despicere, vtpote sine vlla ratione vel persuasione prolata, eo etiam maxime quòd de huius materia quæstionis plurima iam dicta sint in septima 24. & 27. defensionibus præmissis, attamen ad maiorem Aristotelicæ doctrinæ declarationem, duo hic faciemus. Et primo probabimus Aristot. non loqui in præsenti passu nisi de materia quæ est altera pars compositi. Secundo quòd si etiam loqueretur de vtraque, vt dicit Ant. And. adhuc sequitur propositum Sancti Thomæ directe contra Scotistas. Primum ex quinque patet, primo sic. De illa materia loquitur Philosophus in hoc loco de qua solet dici congrue quòd aliquid est in materia. Sed hoc dicitur congrue de materia quæ est altera pars compositi, non autem de hæcceitate. Neque enim dicitur quòd forma vel actus vel quodcunque aliud reale sit in hæcceitate sicut in materia, sed potius econuerso dicitur ab istis opinantibus quòd hæcceitas sit differentia subiectiue in eo existens, quod per eam indiuiduatur, & ab alijs differt, sicut etiam differentia formalis dicitur esse in specie quæ per eam differt ab alia specie: ergo &c. Maior est Comment. qui in præsenti passu dicit, quòd ideo in primo principio non est materia, quia simplex non est in materia, primum autem principium est omnino simplex, ergo &c.

Secundo. De illa materia loquitur hic Philosophus, de qua supra dictum est & probatum à Philosopho, quòd per eius negationem primum principium est immateriale. Sed supra tex. commen. 30. probatum est hoc de materia, quæ est pars compositi, vt patet & per expositionem Ant. Andr. Nihil enim dicit ibi de hæcceitate, ergo &c. Maior est Comment. in hoc loco. Quem ideo induxi, vt appareat, quòd non solum, contra Sanctum Thom. sed etiam contra alios sapientes hi homines verbis garriunt, non ratione concertant. Licet diuum Thomam tantum nominent ex peculiari affectu. Et confirmatur ita ratio. Cum enim de eadem materia tenendum sit Philosophum hic & supra loquutum esse vt asserit Commentator. & supra per exclusionem materiæ probauerit non solum primum principium, sed etiam alios motores orbium esse immateriales, sequitur si hic loquitur de hæcceitate, quòd supra, etiam hæcceitatem ab alijs motoribus excluserit, quod est contra Scotistas, vel si supra non exclusit hæcceitatem ab alijs motoribus, cum per exclusionem materiæ, de qua hic loquitur, intenderit probare immaterialitatem illarum substantiarum, nō posset dici quòd ratio sua concludat quòd aliquid sit absolute immateriale, nisi primum principium, & sic alia principia motuum cęlorum possent dici absolute materialia, quod est contra omnes sapientes. Patet consequentia, quia habent materiam per cuius exclusionem probatur primum principium esse immateriale: ergo & per eius inclusionem absolute concludetur alios motores esse materiales. In causis enim proprijs & pręcisis, sicut negatio est causa negationis, ita affirmatio affirmationis, vt dicitur in primo Posteriorum. Processit autem Aristot. in illa ratione, cum potissima sit, & non indigna tanto Philosopho, ex causis proprijs & præcisis, ergo &c.

Tertio. De illa materia loquitur hic Philosophus quæ & à se hic & ab omnibus sapientibus vocatur prima, & condistinguitur ipsi materiæ proximæ, vt patet per Philosophum in Quinto huius text. comment. 12. & in octauo, seu condistinguitur subiecto, quod vocari potest materia secunda, quæ & conuenit sibi in proprium subiectum, cum materia quam Philosophus appellat proximam. Sed talis materia secun-

dum omnes est materia quæ est altera pars compositi, quæ est primum subiectum formæ, ergo &c. Maior patet in litera. Quarto. De illa materia loquitur hic Philosophus quæ communiter distinguitur contra actum & formam, ut patet in litera, quia Philosophus ex hoc probat in primo principio nõ esse materiam, quia est purus actus. Sed talis est sola materia quæ est pars compositi, tum quia de illa absolute intelligunt sapientes, dum dicitur aliquid esse compositum ex materia & forma, & non de illa chimera Scotistarum, tum etiam quia ipsi quoque Scotistæ, non diuidunt hæcceitatem contra actum, quin potius dicunt eam esse actualem differentiam indiuidualem &c. ut supra in defensionibus. septimi &.24. plenius habitum est, ergo &c. Quinto. De illa materia loquitur Philosophus hic de qua sapiẽtes habẽt intelligere si absolute ꝓponatur. Sed sapiẽtes in tali casu habẽt intelligere de materia quæ est pars cõpositi, & in hoc loco materia absolute proponit, ergo &c. Patet maior, quia sapiens interpretatio ab omnib. sapientibus acceptanda est & non nisi ab insipientibus spernitur minor probatur, quia analogum absolute propositũ, semper sumitur pro primo analogato, quod scilicet principaliter significet. Materia autem secundum Scotistas est analogum quoddam, primo significans materiam partem compositi, & secundo differentiã indiuidualem, ergo &c. Quantum ad secundum patet propositum. Quia Philosopus non loquitur hic de materia, nisi ut est principium distinctionis numeralis, ut patet in litera. Si ergo loquitur per te non solũ de hæcceitate, sed etiam de alia, sequitur quod vtraque sit indiuiduationis principium. Quod tamen tu negas de illa quæ est altera pars compositi, quæ tamẽ in ueritate sola est illa quæ est indiuiduationis principium, cum alia non nisi leuissima sit fictio. Et confirmatur super eodem fundamento. Quia cum Philosophus non loquatur hic de materia nisi ut est primum principium distinctionis numeralis, non deberet loqui de illa, qua etiam remota, stat dicta distinctio. Talis secundum te est materia quæ est pars essentialis. Ea enim ab angelis remota, stat inter eos secundum te distinctio numeralis, ergo de ista hic non loqueretur aut intenderet. Cuius tamen oppositum hic asseris dicens, quod Philosophus excludit hic a primo principio non solum materiam quæ est altera pars compositi, sed etiam illam tuam chimeram. Patet igitur ex his omnibus quod philosophus non nisi de materia parte compositi loquitur, & consequenter quod ex illa unumquodque primo habet quod sit unum numero & indiuiduum distinctum ab omni alio indiuiduo sub eadem specie. Et sic elicitur hic necessario ex Philosopho quod ipsa materia quæ est pars essentialis compositi, ut quantitate tamen signata, eo modo quo alias dictum est & declaratum ex intentione Philosophi, est principium primum numeralis distinctionis & consequenter indiuiduationis; & eius negatio est primum principium oppositæ indistinctionis, per cuius, scilicet exclusionem, substantiæ separatæ non possunt una specie plura esse, & ipsum primum principium est unum numero super omnem speciem & naturam. Qui est Deus gloriosus cui est summa laus & gloria infinita seculorum secunda. Amen.

Deinde cum dicit.

BESS. Tex. 50.

Tradita autem sunt quædam à maioribus nostris, & admodum antiquis, ac in fabulæ figura posterioribus relicta, quod hi dij sint, uniuersamque naturam diuinum contineat. Cætera uero fabulose ad multitudinis persuasionem & ad legum, ac eius quod conferat opportunitatem, iam allata sunt: hominiformes namque, ac aliorũ animalium nonnullis similes eos dicunt, ac alia consequentia, & similia his quæ dicta sunt, quorum siquis ipsum solum primum separando accipiat, quod deos arbitrabantur primas substantias esse, diuine profecto dictũ putabit, & (ut uerisimile est) sæpius unaquaq. arte & philosophia, quo ad possibile fuit, inuenta, corruptaque rursus, has illorum opiniones quasi quasdam reliquias, nunc usque saluatas esse. paterna itaque ac priorum opinio, intantum nobis manifesta sit.

tex. 51

ANT. Tex. co. 50. par. 1a

Tradita sunt autem à senioribus & antiquis, in fabulæ figura dimissa posterioribus, quia dij sunt hi, & continet diuinum naturam uniuersalem. Reliqua uero fabulose iam adducta sunt ad persuasionem multorum, & ad opportunitatem multorum, ad leges etiam conferens. Conformes enim hominibus hos, aliorum animalium quibusdam similes dicunt, & his altera consequentia, & dictis similia: à quibus, siquis separans id accipiat solum, quod primum Deos existimauerunt primas substantias esse, & diuine utique dictum esse putabit, & secundum quandam uerisimilitudinem. Et sæpe inuenta ad possibile unaquaque, & arte, & philosophia, & iterum corruptis, & has opiniones eorum quasi reliquias usque nunc saluatas esse. Paterna quidem igitur opinio, & quæ à primis, intantum nobis manifesta solum.

Tex. 55.

Comparat ea, quæ inuenta sunt de substantijs immaterialibus ad opiniones antiquas & ad uulgares. Et dicit, quod ab antiquis philosophis quędã sunt tradita de substantijs separatis, & dimissa posterioribus per modum fabulæ, scilicet quod dij sunt, & ꝙ id, quod est diuinum, continet totam naturam. Et hoc quidẽ habetur ex superioribus, si omnes substantiæ immateriales uocentur dij. Si autem solum primum principium uocetur Deus, est unus tantum Deus, vt ex prædictis patet. Reliqua uero introducta sunt fabulose ad persuasionem multitudinis, quæ nõ potest capere intelligibilia. Et secundum quod fuit optimum ad leges ferendas, & ad utilitatem conuersationis humanæ, ut ex huiusmodi adinuẽtis persuaderetur multitudini, ut intenderent uirtuosis actib. & à uitijs declinarent. et quid sit fabulose introductũ exponit subdens, quod dixerunt Deos esse conformes hominibus, & quibusdam aliorum animalium. Posuerunt enim fabulose homines quosdam deificatos, & quædam animalia, & quædam consequentia istis, & alia similia dixerunt. Ex quibus, si aliquis hoc solum uelit accipere quod primo ostensum est in præhabitis, scilicet quod dij sunt quędam substantiæ immateriales, putabitur esse dictum diuine & secũdum uerisimilitudinem. Et hoc ideo est, quia qualibet ars & etiam philosophia, sæpe fuit inuenta secundum possibilitatem humanam, & iterum fuit corrupta, uel propter bella impedientia studium, uel propter inundationes, uel alia huiusmodi excidia. Et hoc necessarium fuit ponere Aristotel. ut posset saluare æternitatem mundi. Manifestum enim erat quod à quodam certo tempore incæperant homines philosophari & artes adinuenire. Inconueniens autem, uidebatur, ꝙ infinito tempore fuisset absque his humanum genus, & ideo dicit quod Philosophiæ & aliæ artes fuerunt multotiens inuentæ & corruptæ, & quod opiniones illorum antiquorum quasi reliquiæ saluantur usque nunc. Et ultimo concludit quod (prædicta opinio,) idest quę a philosophantibus habita est, post quos destructa fuit philosophia, solum sic manifesta est, scilicet per modum fabulæ, ut supra dictum est.

Quędã ab antiquis tradita confirmat aliquavere & culae.

tex. c. 38. Artes & scientiæ si inũdus principium non habuit. sæpe corruptę sæpeque iterum fuere inuentę.

LIBER XI.

Quæ nam de primi intellectus intellectione dignæ dicenda sint per dubitationes tres determinat.

BESS. Vide digressionẽ Auer.

EA vero, quæ circa mentem sunt, quasdam dubitationes habent: videtur enim eorum, quæ apparent, quid dignissimum esse: quo vero modo se habens, talis erit, difficultates quasdam habet.

ANT. par. 1

Quæ autem circa intellectum, habent quasdam dubitationes. Videtur quidem enim apparentium dignissimum. Quomodo vero habens talis erit, vtique habet quasdam difficultates.

Sermo de substantiæ immobilis intellectualitate. tex. com. 36

Postquam Philosophus determinauit de substantia immateriali quantum, ad eius perfectionẽ, & quantum ad eius vnitatem, nunc determinat quasdam dubitationes pertinentes ad actionem eius. Ostensum est enim supra, quod prima immaterialis substantia mouet sicut intelligibile, & sicut bonum desiderabile. Et ideo diuiditur hæc pars in duas. In prima determinat quędam dubia circa primam immaterialem substantiam, quantum ad hoc quod est bonum intelligibile & intellectus. In secunda quantum ad hoc quod est bonum appetibile, ibi. {Perscrutandum autem qualiter habet &c.} Circa primum duo facit. Primo assignat rationem dubitationis circa intellectum primæ substantiæ. Secundo dubitationem mouet & determinat. ibi. {Nam si non intelligat.} Dicit ergo primo quód ea quę pertinent ad intellectum primæ substantiæ immaterialis, habent quasdam dubitationes, & videntur oriri ex hoc. Ostenderat enim Philosophus quód intellectus intelligens & appetens primum mouens, quod mouet sicut intelligibile, & desiderabile, habet aliquid se dignius, scilicet illud quod intelligitur ab eo, & desideratur. Ostenderat etiam quód ipsum primum intelligibile, est etiam intellectus. Vnde posset videri quod pari ratione, haberet aliquid dignius & superius, & quód non esset supremum & optimum, quod est contra ea quæ apparent de primo principio. Et ideo dicit hic quód videtur omnibus apparens, quód principium sit dignissimũ. Sed difficultates quædam emergunt, si quis velit assignare quomodo se habeat, ita {quód sit dignissimũ,} id est optimum & perfectissimum. Deinde cum dicit.

Infra lect. 9

Par. seq. l. b.

Quæ nam sit ratio dubitãdi circa intellectualitatem primi principij. tex. com. 36

BESS. *Siue enim nihil intelligat, sed ita se habeat, vt dormiens, quidnam præcellens erit? siue intelligat, huius vero aliud sit principale (nõ enim id quod est eius substantia, intellectio erit, sed potentia) profectò non erit optima substantia: siquidem eo quód intelligit, & honorabilitas inest.*

ANT. par. 2

Nam si non intelligat, quid vtique erit insigne? Sed habet se quemadmodum vt si dormiens. Siue intelligat, huius vero aliud principale, (non enim est hoc quod est sua substantia intelligentia, sed potentia,) non vtique erit optima substantia, per intelligere enim honorabile ei inest.

Manifestat huiusmodi difficultates, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationes. Secundo præmittit quædam, quæ sunt præneccessaria ad determinationem omnium quæstionum motarum, ibi, {Palam ergo quód diuinissimum &c.} Tertio soluit dubitationes, ibi. {Primum quidem.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæstiones principaliter intentas. Secundo mouet quandam quæstionem incidentem, cuius solutio necessaria est ad præmissas quæstiones. ibi. {Ergo vtrum differt.} Mouet autem primo duas quæstiones. Prima est quomodo intellectus primi mouentis se habeat ad suum intelligere. Secundo quomodo se habeat ad suum intelligibile. ibi. {Amplius autem siue intellectus.} Sciendum est ergo, quód intellectus ad suum intelligere potest se habere tripliciter. Vno modo quód non conueniat ei intelligere in actu, sed in potentia tantum, vel in habitu. Alio modo quód conueniat ei in actu. Alio modo quód sit ipsum suum intelligere, siue sua intelligentia, quod idem est. Dicit ergo, quód si intellectus primi mouentis non intelligat in actu, sed solum in potentia, vel in habitu non erit aliquid nobile: bonum enim, & nobilitas intellectus est in hoc quód actu intelligit, intellectus autem intelligens tantum in potentia vel in habitu, se habet sicut dormiens: nam dormiens habet quidem potentias operum vitæ, sed opera vitæ non operatur: vnde somnus dicitur esse dimidium vitæ, & secundum somnum non differt felix ab infelice, virtuosus à vitioso. Si autem intellectus primi intellectus intelligat quidẽ actu, sed principale eius bonum, quod est operatio eius, sit aliquid aliud ab ipso, (quia eius intelligentia,) id est operatio intellectualis ipsius non est hoc quod sua substantia, comparatur ad ipsum sicut potentia ad actum, & perfectibile ad perfectionem, & sic sequitur, quód primum intelligens non sit optima substantia: honorabilitas n. & nobilitas inest ei per suum intelligere, nihil autem quod est nobile secundum aliud est nobilissimum. Sic igitur videtur sequi quod substantia primi intelligentis non sit optima, siue intelligat in potentia tantum, siue in actu, nisi ponatur cum hoc quod sua substantia sit suum intelligere, vt post determinabit. Deinde cum dicit.

Infr. p. 9 par. 6.

Infra part. 4

Duplex dubitatio. Prima

part. 3 An primus intellectus semp actu intelligat & sit idẽ quod suum intelligere.

Intellectus ad suũ intelligere potest se habere tripliciter

Somnus dimidiũ vitæ, quo nõ differt fœlix à misero

BESS. *Præterea, siue mens, siue intellectio eius substantia sit, quid intelligit? aut enim ipsa seipsam, aut aliquid aliud: quod si aliud, aut idem semper, aut aliud.*

ANT. par. 3

Amplius autem siue intellectus sit sua substantia, siue intelligentia, quid intelligit? Aut enim seipsum, aut alterum aliquid. Aut idem semper, aut aliud.

Antequam soluat positam quæstionem, mouet aliam de intelligibili. Vnde dicit, quod siue substantia primi mouentis sit intellectus, quasi quædam potentia intellectiua, siue (sit intelligentia,) id est actus intellectus, id est intelligere, quod prima quęstio quęrebat, quærendum restat quid intelligit? aut enim intelligit seipsum, aut aliquid aliud, si intelligit aliquid aliud, aut intelligit semper idem, aut oportet quód intelligat aliud & aliud, quandoque, scilicet hoc, quandoque illud. Deinde cum dicit.

Secunda dubitatio Quid ẽ obiectum intellectus primi

BESS. *Vtrum autem differt aliquid, an nihil intelligere bonum, vel quodcunque? An vero de quibusdam ipsam etiam & cogitare absurdum est?*

ANT. par. 4.

Ergo vtrum differt aliquid aut nihil, intelligere bonum, aut contingens? Aut inconueniens meditari de quibusdam?

Tertia dubitatio, sed incidentalis

Antequam soluat præmissas quæstiones, interponit quandam quæstionem, cuius solutio valet ad determinationem præmissarum. Et est quæstio vtrum ad nobilitatem vel perfectionem intellectus aliquid differat vel nihil, quod intelligatur aliquid bonum & nobile, aut quodcunque contingit. Et quod differat quodam signo ostendit, quia inconueniens videretur & absurdum, quod aliquis meditetur, & operationem sui intellectus occupet circa quædam vilia. Quod non esset, si non pertineret ad nobilitatem intellectus nobilitas intelligibilis, sed indifferens esset intelligere nobilia & vilia. Hoc enim omnino est impossibile, manifestum est enim, quód operationes secundum propria obiecta specificantur. Vnde oportet, quod quanto nobilius est obiectum, tanto nobilior sit operatio. Deinde cum dicit.

An præiudicet nobilitati intellectus vilia etiam intelligere. Soluit hãc, approbans partem affirmatiuam

BESS.

Manifestum itaque est, quod illud intelligit, quod diuinissimũ, honorabilissimumque est. Neque mutatur, in deterius nanque mutatio fieret, ac motus, quod huiusmodi iam esset.

A N T. par. 5

Palam ergo quod diuinissimum & honorabilissimum intelligit. Et non transmutatur. In indignius enim trãsmutatio. Et motus quiddam iam tale.

Soluit secundam partẽ secundæ q̃stionis

Præmittit quædam necessaria ad solutionem principalium quæstionum. Et primo ponit duo, quorum primum concludit ex solutione interpositæ quæstionis. Si enim differt ad nobilitatem intellectus intelligere bonum, aut quodcunque contingens, vt dictum est, manifestum est, quod cum primus intellectus sit nobilissimus, quod intelligit aliquid diuinissimum et honoratissimum. Secundum, quod determinata est solutio vltimæ partis secundæ quæstionis principalis. Quærebatur enim vtrum intellectus primi mutaretur de vno in aliud. Et patet quod non mutatur de vno intellecto in aliud, quia cum intelligat diuinissimum, si mutaretur in aliud intelligibile, esset eius mutatio in aliquid indignius, quod non competit alicui nisi intendenti in defectionem & corruptionem. Iterum hoc ipsum quod est trãsire de vno intellecto in aliud, est quidam motus: vnde non potest competere primo mouenti, cum sit omnino immobile.

Diuinus intellectus nõ mutatur de vno intellecto i aliud

Deinde cum dicit.

BESS.

Primo igitur si non est intellectio, sed potentia, rationabile est laboriosam et continuationem intelligendi esse.

A N T. par. 6

Primum quidem igitur si non est intelligentia, sed potentia, rationabile est laboriosam esse et continuationem intelligentiæ.

Soluit prius positas quæstiones, & primo ponit veritatem primæ. Secundo veritatem secundæ. ibi. (Deinde palam &c.) Veritatem autem primæ quæstionis manifestat dicens, quòd si substantia (primi non est intelligentia,) id est ipsum suum intelligere, sed est potẽtia quædam intellectiua (rationabile est,) id est probabiliter videtur sequi, quòd (continuatio intelligentiæ,) id est operationis intellectualis, sit ei laboriosa. Quod enim est in potentia ad aliquid, se habet ad hoc & ad eius oppositum, quia quod potest esse, potest non esse, vnde si substantia primi comparatur ad intelligere sicut potentia ad actum, quãtum est de ratione suæ substantiæ, poterit intelligere, & non intelligere: non ergo inerit ei ex sua substantia quòd continue intelligat. Vt autem non se habeat aliquando sicut dormiens, necesse est quòd continuationem intelligentiæ adipiscatur ex aliquo alio, Quod autem aliquis adipiscitur, & non habet hoc ex sua natura, probabile est, quòd sit ei cum labore, eo quod sic inuenitur in nobis: nam in continue operando laboramus. Non autem est necessarium, quia quòd aliquid acquirit ab alio nõ est laboriosum, nisi vel ipsum, vel aliquid aliud continuans ipsum sit contra naturã. Vnde licet continuitas motus cœli dependeat ab extrinseco, non tamen cęlum mouetur cum labore. Fuit igitur Arist. hic contentus inducere ad inconueniens quod probabiliter sequitur, quia inconueniens quod ex necessitate sequitur est manifestum, scilicet quòd bonum, & perfectio primi mouentis dependeat ab aliquo superiori, nõ enim esset primum & optimum.

Infr. part. 9

Soluit primã q̃onem

Intelligere Dei est sua substantia.

Nulla hic violentiæ mẽtio habetur, si attendas, sed potius ex ipsa successiua intellectione laborare intelligas intelligẽtem, vt nos, & sic validum, & necessarium videbis processum hũc vide Cõm. ac Suessanũ.

Acceptũ ab alio non est laboriosũ, nisi sit cõtra naturã accipientis

Deinde cum dicit:

BESS.

Deinde dilucidum, quòd aliquid aliud honorabilius esset quam mens, id: scilicet, quod intelligitur. Et intelligere profectò, ac intellectio, & quod: pessimum intelligenti, inerit: quare fugiendum hoc. sit. Etenim quædam melius est non videre, quàm videre, alioqui non fuerit, quod optimum, intellectio. Seipsam ergo intelligit, si est quidem, quod optimum est.

A N T. par. 7

Deinde palam quia aliud aliquid erit dignius quàm intellectus scilicet intellectum. Etenim intelligere, & intelligentia inerit indignissimum intelligenti: quare fugiendum hoc. Etenim non videre quidem quædam, dignius quàm uidere. Nõ sic, si sit optimum intelligentia. Seipsum ergo intelligit, si quidem est potentissimum.

Soluit secundam quæstionem, & circa hoc tria facit. Primo determinat veritatem secundæ quæstionis. Secundo obijcit in contrarium, ibi. (Et est intelligentia &c.) Tertio soluit, ibi. (Aut in quibusdam.) Dicit ergo primo, quòd, postquam ostensum est, quòd substantia primi non est potentia intellectiua, sed est ipsa intelligentia, ex hoc palam est, quòd, si primum non intelligit seipsum, sed aliquid aliud, sequitur, quòd aliquid aliud erit dignius quàm primum, id est intellectum ab ipso. Quod sic probat. Ipsum intelligere in actu, quod est intelligentia, conuenit alicui etiam intelligenti quodcunque indignissimum. Vnde patet, quòd intelligere aliquod in actu, est fugiendum, quia dignius est quòd quædam non videant in actu, quàm quòd videant. Non autem hoc esset, si intelligentia esset optimum, quia tunc nullum intelligere esset vitandum. Cum ergo aliquod intelligere sit vitandum propter indignitatem intelligibilis, relinquitur quòd nobilitas eius, quod est intelligere, dependeat ex nobilitate intelligibilis. Dignius est igitur ipsum intellectum quàm ipsum intelligere. Cum igitur ostensum sit quod primum sit suum intelligere, sequitur si intelligat aliud à se, quòd illud aliud erit eo nobilius. Cum igitur ipsum sit nobilissimum & potentissimũ, necesse est quòd intelligat seipsum, & quòd in eo sit idem intellectus & intellectum. Considerandum est autem quòd Philosophus intendit ostendere, quòd Deus non intelligit aliud, sed seipsum, inquantum intellectum est perfectio intelligentis, & eius, quod est intelligere. Manifestum est autẽ quòd nihil aliud sic potest intelligi à Deo, quòd sit pfectio intellectus eius. Nec tamen sequitur quòd omnia alia à se sint ei ignota nam intelligendo se, intelligit omnia alia. Qđ sic patet. Cum enim ipse sit ipsum suum intelligere, ipsum autem est dignissimum & potentissimum, necesse est quòd suum intelligere sit perfectissimum, perfectissime ergo intelligit seipsum. Quanto autem aliquod principium perfectius intelligitur, tanto magis intelligitur in eo effectus eius: nã principiata continentur in virtute principij. Cum igitur à primo principio, quod est Deus, dependeat cœlum & tota natura, vt dictum est, patet, quòd Deus cognoscendo seipsum, omnia cognoscit. Nec vtilitas alicuius rei intellectæ derogat dignitati ipsius. Nam intelligere actu aliquod indignissimum non est fugiendum, nisi inquantum intellectus in eo sistit, & dũ illud actu intelligit, retrahitur à dignioribus intelligendis. Si enim intelligendo aliquod dignissimum etiam vilia intelligantur, vilitas intellectorum intelligentiæ nobilitatem non tollit. Deinde cum dicit.

Soluit secundã q̃onem.

Intellectus diuinus nõ intelligit aliud a se, quia sensus

Q̃uo Deus intelligat se tantum, & cum habet alia à se, id per se.

Deus intelligit quæcunque vilia absque præiudicio suæ perfectionis

BESS.

Et est intellectio, intellectionis intellectio. At videtur semper alterius esse, tum scientia, tum sensus et opinio, ac mens, sui vero ipsius, præter necessitatem.

A N T. c. 9

Et est intelligentia intelligentia intelligentia. Videtur autem semper alius scientia, & sensus, & opinio, & meditatio. Ipsius autem in accessorio.

Obijcit contra veritatem determinatam dupliciter. Primo quidem sic, primum intelligit seipsum, vt osten-

Obijcit duppliciter contra datas solutionem

ostensum est, & iterum supra ostensum est, quòd primum est sua intelligentia: ergo intelligentia primi nō est aliud quàm intelligentia intelligentiæ. Sed hoc est contra id quod videtur, quia actus, sensus, & scientia, & opinio & meditatio semper videntur esse alterius. Et si aliquando sint suiipsius, sicut cum aliquis sentit se sentire, vel scit se scire, vel opinatur se opinari, vel meditatur se meditari, hoc est quidem præter opus vel præter actum principalem: nam hic videtur principalis actio, vt aliquis intelligat intelligibile. Quod autem aliquis intelligat se intelligere intelligibile, hoc videtur esse præter principalem actum, quasi accessorium quoddam. Vnde si intelligere primi non sit nisi intelligentia intelligentiæ, videtur sequi quòd suum intelligere non sit principalissimum.

Actus reflexus principalis reflexus accessorium.

Deinde cum dicit.

B E S S. *Si aliud præterea intelligere, aliud intelligi sit, secundum quod horum inest ei bene esse, quandoquidem nō est idem intellectioni esse & intellecto?*

A N T. par. 9. *Amplius si aliud est intelligere, & intelligi, secundum quid ei quidem ipsum bene inest? Non enim idem esse intelligentiæ & intellecto.*

Secunda obiectio

Secundo obijcit alio modo. Manifestum est, quòd aliud est intelligere & intelligi. Et si contingat quòd idem sit subiecto Intellectus, & ipsum intellectum, non tamen sunt idem ratione. Si ergo primum est suum intelligere, & est ipsum quod intelligitur, quod est optimum, videbitur dubium remanere secundum quid insit ei hoc quod est bene esse eius, vtrum scilicet secundum hoc quod est intelligentia, vel secundum quod est intellectum.

Deinde cum dicit.

B E S S. *An in quibusdam scientia est ipsa res? in effectiuis quidem absque materia, substantia, & ipsum quid erat esse: in speculatiuis vero, ratio, res, & intellectio. Cum igitur non sit diuersum ab eo quod intelligitur & intellectus, quæcunque non habent materiam, idem erunt, ac intellectio vna eius, quod intelligitur.*

A N T. par. 10 *An in quibusdam scientia res? In factiuis quidem, sine materia. Substantia enim & quod quid erat esse. In theoricis vero, ratio, res, & intelligentia. Non altero igitur existente eo quod intelligitur & intellectu, quæcunque non materiam habent, idem erunt. Et intellectio eius quod intelligitur, vna.*

Soluit positas obiectiones dicens, quòd in quibusdam res scita idem est quòd scientia. Et hoc manifestat diuidendo scientiam: nam scientia alia est factiua, & alia speculatiua. In factiuis autem scientijs, res scita sine materia accepta, est ipsa scientia. Sicut patet, quòd domus sine materia, prout est in mente ædificatoris, est ipsa ars ædificatiua, & similiter sanitas in mente medici est ars medicatiua. Et sic patet, quòd ars factiua nihil aliud est quàm substantia rei factæ, & quod quid erat esse eius. Omnis enim artifex procedit in opus ex eo quòd considerat quid est quod operari intendit. In speculatiuis vero scientijs manifestum est, quòd ipsa ratio diffinitiua rei est res scita, & est ipsa scientia siue intelligentia. Per hoc enim est sciens intellectus, per quod habet rationem rei. Cum igitur intellectus in actu & intellectum non sit alterum, in his quæcunque materiam non habent, manifestum est quòd in substantia prima, quæ maxime remota est à materia, maxime idem est intelligere & intellectum. Et sic vna est intelligentia intellecti tantum, & non est aliud intelligentia intellecti, & aliud intelligentia intelligentiæ.

Tam in factiuis quàm in speculatiuis scientia est idē rei scitæ sed diuersi mode

Deinde cum dicit.

B E S S. *Item restat dubitatio, vtrum compositum sit, quod intelligitur: mutaretur etenim in partibus totius.*

A N T. par. 11 *Adhuc autem restat dubitatio, si compositum est quod intelligitur. Transmutabitur enim partibus totius.*

Tertia dubitatio principalis An Deus intelligat se, vt complexum vel incomplexum

Mouet tertiam dubitationem præter duas prius determinatas. Cum enim ostēsum sit, quòd primum intelligit seipsum, aliquid autem intelligitur dupliciter, vno modo per modum simplicis intellectus, sicut intelligimus quod quid est, alio modo per modum compositi, sicut intelligimus enunciationem, restat igitur quærendum, vtrum primum intelligat seipsum, per modum intellectus simplicis aut compositi. Et hoc est quod dicit, quod restat dubitatio si quod intelligitur à Deo est compositum, ostendit autem q̃ non sit compositum cum dicit. Trāsmutabitur enim & hoc tripliciter. Primo quidem sic. In omni intellecto composito sunt plures partes, quæ seorsum intelligi possunt. Licet enim hoc intellectum compositum, quod est, Homo currit, prout est vnum intellectum compositum, simul intelligatur, tamen partes eius seorsum intelligi possunt. Potest enim intelligi hoc, quod est Homo per se, & hoc quod est Currit. Sic igitur quicunque intelligit aliquod intellectū compositum, potest transmutari intelligendo de vna parte in aliam, si igitur intellectum primum sit compositum, sequitur quod potest transmutari intelligendo de parte in partem. Cuius contrarium supra ostensum est.

Probat tribus rationibus q̃ nō intelligit quoddā vt compositum

Prima ratio

B E S S. *An omne non habēs materiam indiuisibile est? quemadmodum humanus intellectus.*

A N T. par. 12 *Aut indiuisibile omne quod non habet materiam? vt humanus intellectus.*

Secunda rō

Secundam rationem ponit, quæ talis est. Omne quod non habet materiam, est simplex & indiuisibile, sed intellectum primum est immateriale. ergo est simplex & indiuisibile. Ponit autem exemplum de humano intellectu. Quod quidem exemplum potest dupliciter intelligi. Vno modo secundum similitudinem, vt intelligatur quod humanus intellectus sit secundum suam essentiam indiuisibilis, quia est forma omnino immaterialis. Alio modo & melius potest intelligi secundum dissimilitudinem, vt sit sensus qđ humanus intellectus intelligit compositum, quia accipit sua intelligibilia à rebus materialibus, quod non est de intellectu primi.

B E S S. *An compositorum, se in aliquo tempore habet? nam non bene esse habet in hoc aut in hoc: verum in toto quodam, quod optimum est, aliud ab eo existens: sic autem ipsa sui ipsius intellectio, per totum æternum se habet.*

A N T. par. 13 *Aut quod quidem compositorum habet in aliquo tempore? Non enim habet ipsum bene in hoc aut in hoc, sed in toto quodam quod optimum, & ens aliquid aliud. Sic autem habet ipsa suiipsius intelligentia toto æterno.*

Tertia ratio

Tertiam rationem ponit, quæ talis est. Intellectus, qui est intelligibilium compositorum, habet suam perfectionem non semper, sed in aliquo tempore, quod sic patet, quia non habet suum bonum in hac parte, vel in illa, sed illud, quod est optimum eius, est quoddam aliud, quod est in quodā toto. Vnde etiam verum, quod est bonum intellectus, non est in incomplexis, sed in complexo. Simplicia autem priora sunt generatione, & tempore quàm composita, vnde illud quod non habet suum bonum in partibus, quæ

seorsum accipi possunt, sed in toto, quod ex eis constituitur, habet suum bonum per aliquod tempus, & non semper, sed intelligentia primi, quæ est suiipsius æternaliter & eodem modo se habet.

LECTIO XII.

De Ordine Vniuersi ostendit quomodo omnia ordinantur in Deum tanquam in vltimum finale principium omnium, & optimum simpliciter.

BESS. tex. 52. Bonū vniuersi qua ratione se habeat.

Perscrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura vniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum, vtrum separatum quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine.

A N T. tex. & 52. par. 1

Perscrutandum autem est qualiter habet totius natura bonum & optimum, vtrum separatum quid & ipsum secundum se, aut secundum ordinem.

Sermo del bonitate primi principij & toti' vniuersi.

Finis duplex.

Postquam Philosophus ostendit qualiter primum mouens est intelligens & intelligibile, hic intendit inquirere qualiter primum mouens sit bonum & appetibile, & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter se habeat bonum in vniuerso secundum opinionem propriam. Secundo secundum opinionem aliorum, ibi. {Quæcunque vero impossibilia.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo soluit eam, ibi. {Aut vtroque modo &c.} Oritur autem ista quæstio ex hoc, quod supra dictum est, quòd primum mouens mouet sicut bonum & appetibile. Bonum.n. secundum quod est finis alicuius est duplex, est enim finis extrinsecus ab eo, quod est ad finem, sicut si dicimus locum esse finem eius, quod mouetur ad locum. Est etiam finis intra, sicut forma finis generationis & alterationis, & forma iam adepta, est quoddam bonum intrinsecum eius, cuius est forma. Forma autem alicuius totius, quod est vnum per ordinationem quandam partiū, est ordo ipsius, vnde relinquitur quod ordo sit bonum eius. Quærit ergo Philosophus vtrum natura totius vniuersi habeat bonum & optimum, id est finem proprium, quasi aliquid separatum à se, vel habeat bonum & optimum in ordine suarum partium, per modum, quo bonum alicuius rei naturalis est sua forma. Deinde cum dicit.

Qšo An finis vniuersi sit ei intrinsecus an extrinsecus.

BESS.

An vtroq; modo, quemadmodum exercitus: etenim bene esse eius, in ordine, & dux ipse est, at magis ipse: non enim ipse propter ordinem, verum ordo propter ipsum est.

A N T. par. 2.

Aut vtroque modo, sicut exercitus: etenim in ordine ipsum bene, & Dux exercitus, & magis iste, non.n. iste propter ordinem, sed ille propter hunc est.

Habet vero que modo finem & bonum habitū vniuersi.

Soluit propositam quæstionem, & circa hoc duo facit. Primo enim ostendit, quòd vniuersum habet bonum separatum, & bonum ordinis. Secundo ostendit qualiter partes vniuersi se habent ad ordinem, ibi. {Omnia vero ordinata.} Dicit ergo primo, quod vniuersum habet vtroque modo bonum & finem. Est enim aliquod bonum separatum, quod est primum mouens, ex quo dependet cœlum & tota natura, sicut ex fine & bono appetibili, vt ostensum est. Et, quia omnia, quorum vnum est finis, oportet quod in ordine ad finem conueniant, necesse est, quod in partibus vniuersi ordo aliquis inueniatur, & sic vniuersum habet & bonum separatum, & bonum ordinis. Sicut videmus in exercitu: nam bonum exercitus est & in ipso ordine exercitus, & in Duce, qui exercitui præsidet, sed magis est bonum exercitus in Duce, quàm in ordine, quia finis potior est in bonitate his, quæ sunt ad finem, or-

tex. com. 38

do autem exercitus est propter bonum Ducis adimplendum, scilicet Ducis voluntatem in victoriæ consecutionem, non autem econuerso, bonum Ducis est propter bonum ordinis. Et, quia ratio eorum, quæ sunt ad finem, sumitur ex fine, ideo necesse est quòd non solum ordo exercitus sit propter Ducem, sed et quòd à Duce sit ordo exercitus, cum ordo exercitus sit propter Ducem. Ita etiam bonū separatum, quod est primum mouens, est melius bonum bono ordinis, quod est in vniuerso. Totus enim ordo vniuersi est propter primum mouentem, vt scilicet explicetur in vniuerso ordinato id, quod est in intellectu & voluntate primi mouentis. Et sic oportet, quòd à primo mouente sit tota ordinatio vniuersi. Deinde cum dicit.

BESS.

Cuncta autem coordinata quodam modo sunt, verum non similiter & natantia, & volatilia, & plantæ: nec ita se habent, vt sit nullum alteri ad alterum, sed sunt ad quippiam, ad vnum nanque coordinata sunt omnia. Verum quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunque facere, sed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata sunt, mancipijs vero & bestijs parum, quod ad commune conferat, sed vt plurimum quodcunque contingit (tale nanque principium cuiusque eorum, natura est.) Dico autem pariformiter, quod necesse est omnia in discrimen venire: et alia ita sunt, quibus omnia communicant ad vniuersum complendum.

Ad vnum omnia coordinata esse.

A N T. par. 3.

Oīa vero coordinata sunt aliqualiter, sed non similiter & natatilia, & volatilia, & plantæ, & non sic se habent vt non sit alteri ad alterum nihil, sed est aliquid ad vnum quidem enim omnia coordinata sunt. Sed quemadmodum in domo, liberis non licet quod contingit facere, sed omnia aut plurima ordinata sunt, seruis vero & bestijs parum quod ad commune, multum vero quod contingit. (Tale nanque cuiusque principium ipsorum natura est) dico autem puta ad discerni, necesse quoque omnibus venire. Et alia sic sunt quibus communicant omnia ad totum.

tex. com. 38

Omnes partes vniuersi sunt ordinatæ ad bonū totius vniuerso, sed nō similiter omnes.

Ostendit qualiter partes vniuersi se habent ad ordinem, dicens, quòd omnia, quæ sunt in vniuerso, sunt aliquo modo ordinata, sed non similiter omnia habent ordinem, scilicet animalia marina, & volatilia, & plantæ. Et tamen licet non sint eodem modo ordinata, non ita se habent, quòd vnum eorum non pertineat ad alterum, sed est aliqua affinitas, & ordo vnius ad alterum. Plantæ enim sunt propter animalia, & animalia sunt propter homines. Et quòd omnia sint ordinata adinuicem, patet ex hoc, quòd omnia simul ordinantur ad vnum finem. Sed quòd omnia non sic sint similiter ordinata, manifestatur per quoddam exemplum. In aliqua enim domo vel familia ordinata inueniuntur diuersi gradus, sicut sub patrefamilias est primus gradus filiorum, alius autem gradus est seruorum, tertius vero gradus est bestiarum, quæ seruiunt in domo, vt canes, & huiusmodi animalia. Huiusmodi enim gradus diuersimode se habent ad ordinem domus, qui imponitur à patrefamilias gubernatore domus. Filijs enim non competit, vt faciant aliquid casualiter & sine ordine, sed omnia aut plura eorum, quæ faciunt ordinata sunt. Non autem ita est de seruis aut bestijs, quia parum participant de ordine, qui est ad commune.

Sed multum inuenitur in eis de eo, quod contingit, & casualiter accidit. Et hoc ideo, quia paruam affinitatem habent cum rectore domus, qui intendit bonum domus commune. Sicut autem imponitur in familia ordo per legem, & præceptum patrisfami-

lias,

lias,quæ est principium vnicuique ordinatorū in domo exequendi ea,quæ pertinent ad ordinem domus, ita natura in rebus naturalibus est principium exequendi unicuique, id quod competit sibi de ordine uniuersi. Sicut is,qui est in domo per præceptum pa trisfamilias ad aliquid inclinatur,ita aliqua res naturalis per naturam propriam. Et ipsa natura uniuscuiusque est quædam inclinatio indita ei à primo mouente,ordinans ipsam in debitum finem. Et ex hoc patet,quod res naturales agunt propter finem, licet finem non cognoscant, quia à primo intelligente assequuntur inclinationē in finem. Sed tamen non similiter omnia se habent ad istum finem,est enim aliquid commune omnibus, quia necesse est, quod omnia ad hoc perueniāt quod discernantur,idest quod habeant discretas, & proprias operationes, & quod etiam secundum substantiam adinuicem discernant & quātū ad hoc in nullo deficit ordo.Sed quędā sunt quæ non solum hoc habent, sed ulterius talia sunt, quod omnia, quæ sunt in eis communicant ad totum, idest sunt ordinata ad bonum commune totius.

Hoc autem inuenitur in illis, in quibus nihil est præter naturam, neque casualiter, sed omnia secundum debitum ordinem procedunt. Manifestum est enim,quod unaquæq. res naturalis,ut dictū est,ordinatur ad bonum commune secundum suam actionem debitam naturalem. Vnde illa, quæ nunquam deficiunt à sua actione debita & naturali habent omnia sua communicantia ad totum. Illa uero aliquando deficiunt ab actione debita & naturali, non habent omnia sua communicantia ad totum, sicut huiusmodi corpora inferiora.

Est ergo summa solutionis, quod ordo duo requirit, scilicet ordinatorum distinctionem & communicantiam distinctorum ad totum. Quantum autem ad primum indeficienter est ordo in omnibus,quantum autem ad secundum est quidam ordo indeficienter in aliquibus,quę sunt suprema & proxima primo principio,sicut substantiæ separatę & corpora cœlestia,in quibus nihil casualiter accidit & præter naturam,in aliquibus autem deficit, scilicet corporibus, in quibus interdum aliquid accidit casualiter præter naturam.Et hoc propter remotionem à primo principio semper eodem modo se habente.

Deinde cum dicit.

BESS. *Quæcunque uero impossibilia, siue absurda aliter dicentibus accidunt,quæ & dicunt gratiosius dicentes,ac in quibus minimè dubitationes sunt, non decet nos latere.*

ANT. par. 4. *Quæcunque uero enim impossibilia accidunt, aut absurda aliter dicentibus, & qualia gratiosius dicentes & in quibus minime dubitationes, oportet non latere.*

De bono ordine uniuersi secundum opinio nes aliorū. Determinat de bono & ordine uniuersi secundum opinionem aliorum,& circa hoc duo facit. Primo manifestat de quo est intentio,dicens,quòd oportet dicere quæcunque impossibilia aut absurda accidunt illis,qui aliter dicunt de bono & ordine uniuersi,scilicet quam nos. Et oportet dicere etiam qualia dicunt illi, qui melius loquūtur,& in quorum dictis pauciores dubitationes apparent.

BESS. *Omnes nanque ex contrarijs omnia faciunt. At non rectè id,omnia,neque id ex contrarijs. Quibus autem contraria insunt, quonam modo ex contrarijs erunt nō tradunt.*

ANT. par. 5. *Omnes enim ex contrarijs faciunt omnia. Neque autem, quod omnia, neque ex contrarijs rectè, nec in quibuscunque contraria sunt, quomodo ex contrarijs erunt, non dicunt.*

Prosequitur suam intentionem,& circa hoc duo facit. Primo ponit opinionem illorum,qui posuerūt principia esse contraria.Secundo eorum qui posuerunt principia esse naturas quasdā separatas.ibi.(Amplius si non erunt &c.) Circa primum duo facit. Primo proponit in quo deficiant illi, qui dicunt principia esse contraria, dicens quod omnes antiqui philosophi posuerunt omnia esse ex principiis contrarijs. Et quantum ad tria non rectè dixerunt. Neque enim rectè dixerunt in hoc,quod posuerunt res esse ex contrarijs neque etiam in hoc quod dixerunt omnia ex contrarijs, & tertio defecerunt in hoc quod nō dixerunt quomodo ex contrarijs res producantur.

Proponit quod in tribus defecerūt antiqui ponētes principia contraria.

Secundo ibi.

BESS. *Quandoquidem contraria,impassibilia sunt abse inuicem. A nobis autem rationi consentanee hoc soluitur,cum aliquid tertium sit. Quidam uero alterum contrariorum materiam faciunt, quemadmodum qui inæquale æquali,aut uni multa. Soluitur autem etiam hoc eodem modo,nam materia una nulli contrarium est.*

Impassibilia nanque sunt contraria adinuicem. Nūc autem soluitur hoc rationabiliter,eo quod tertium aliquid sit. Alij uero alterum contrariorum materiam faciunt,quemadmodum quidem est inæquali æquale, aut uni multa. Soluitur autem & hoc eodem modo. Materia enim quæ una,nulli est contraria.

ANT. par. 6. Manifestat quomodo in prædictis tribus defecerunt,& primo quomodo defecerunt in hoc,quod posuerunt esse res ex contrarijs. Secundo in hoc quod posuerunt omnia esse ex contrarijs.ibi. (Amplius omnia primam participationem. (Tertio quomodo defecerunt in hoc quod non dixerunt quomodo ex contrarijs res sint.ibi. (Omnes autem contraria dicentes &c. Dicit ergo primo, quod non rectè dicunt res esse ex contrarijs,quia contraria secundum se accepta sunt impassibilia adinuicem, non enim albedo patitur à nigredine,neque econuerso, non autē ex eis posset aliquod unum constitui, nisi adinuicem paterentur, ut sic reducantur ad aliquod medium. Sed hæc dubitatio secundum sententiam Aristote.de facili soluitur,Quia Aristotel.posuit præter duo contraria esse tertium principium,quod est materia. Sic ergo unum contrariorum potest dari à reliquo, inquantum materia subiecta uni contrario,ab alio patitur.Sed alij posuerunt materiam esse alterum contrariorum, & non aliquid præter contraria. Sicut patet de illis,qui posuerunt ista contraria esse principia, inæquale & æquale.unum & multa. Attribuebāt enim inæqualitatem & multitudinem materiæ,æqualitatem & unitatem formæ, sicut patet de opinione Platonis,licet posuerint contrariū.Sed hoc eorum dictum soluitur eodem modo, quia materia, quæ una est,quasi commune subiectum contrariorum, nulli est contraria.

Ostendit quomodo antiqui defecerūt ponentes res fieri ex contrarijs

Deinde cum dicit.

BESS. text. 54. *Item cuncta participabunt malo præter ipsum unū, alterum nanque elementorum,ipsum malum est.*

ANT. Tex co. 5. par. 7. *Amplius autem omnia praui participatione sunt extra unum. Nam prauum ipsum alterum elementorum.*

Mani-

Ex dictis an tiquorū se quit̄ omnia participare malo exce pto uno.

Manifestat Philosophus, quomodo defecerunt dicendo omnia esse ex contrarijs & circa hoc duo facit. Primo ostendit inconueniens, quod ex hac positione sequitur. Manifestum est enim quod prima contrariorum genera, sunt bonum, & malum, quia semper alterum contrariorum est ut priuatio, & ita habet rationem mali. Si ergo omnia sunt ex contrarijs, sequitur quod omnia participent malo præter unum, scilicet bonum quod est principium, nam alterum elementorum ponitur esse bonum, omnia uero alia ponuntur esse ex his duobus principijs hoc autem non est uerum, quia in corporibus cœlestibus, & natura substantiarum separatarum, non inueniuntur corruptio & malum.

Secundo ibi.

B E S S.

Et alij, neque principia bonum, & malum, quanquam in omnibus maximè ipsum principium ipsum bonum sit.

A N T. par. 8.

Alij autem nec principia bonum aut malum, quāuis in omnibus maxime quod bonum principium.

Quidam so lum bonū posuerunt rerum principium.

Ostendit quòd positio ponentium omnia ex contrariis, non conuenit positioni quorundam philosophorum. Si enim omnia sunt ex contrarijs, sequitur (ut dictum est) quod prima principia sint bonū & malum. Sed quidam non posuerunt bonum & malum esse principia, sed id quod est bonum, esse principium omnibus. Tertio ibi.

B E S S. Principium

Quidam autem hoc quidem rectè, quòd principium, quo uero modo ipsum bonum principium sit, utrum ut finis, an ut mouens, an ut species non dicunt.

A N T. par. 9.

Alij uero hoc quidem recte, quia principium, sed quo modo quod bonum principium, non dicunt, utrum scilicet ut finis, aut ut mouens, aut ut species.

Prædicti in sua hac ēr positione de fecerunt.

Ostendit quomodo in ponendo bonum esse principium, defecerunt etiam illi. Et hoc ostendit primo in communi dicens, quod quidam, licet recte dicerēt ponentes bonum esse principium omnium, tamen in hoc defecerunt, quia non determinauerunt quomodo bonum esset principium, utrum scilicet ut finis, aut ut forma, aut ut mouens. Hæc enim tria habent rationem perfecti & boni, non autem materia, quæ non perficitur nisi per formam. unde de ea mentionem non facit. Secundo ibi.

B E S S.

Empedocles quoque absurde amicitiam facit bonū, cum hæc principium sit, & ut mouens (si quidem congregat) & ut materia. nam misti pars est. At si etiam eidem accidat, & ut materiæ principio esse & ut mouenti, ipsum tamen esse non idem est, secundum quod igitur horum, amicitia est? Inconueniens item est contentionem incorruptibilē esse, cū hæc ipsa mali natura sit.

A N T. par. 10.

Inconuenienter autem & Empedocles. Amicitiam enim facit bonum. Hoc autem principium & ut mouēs, congregat enim. Et ut materia, pars enim mixturæ. Si itaque & eidem accidit ut materiam, & principium esse, & ut mouens. Sed esse, non idem. Utrum igitur amicitia? Inconueniens autem & incorruptibilem esse litem. Sed ipsum autem est mal. natura.

Ad opinio. Empedo. se quuntur duo incon ueniētia. Primum. Non incon uenit idem esse princi

Descendit ad speciales opiniones, & primo ad opinionem Empedocl. dicens, quod inconuenienter Empedocles ponit bonum esse principium. Ponit enim amorem principium, quasi bonum, sed amorē dicit esse principium dupliciter. Dicit enim quod est ut mouens, inquantum habet unire & congregare, & iterum ponit, quod est principiū sicut materia. Probat enim amorem esse partem mixtorum. Corpora enim ponebat esse mixta ex quatuor elementis, & amicitia & lite. Licet autem contingat esse principium idem, sicut materia, & sicut mouens, non tamē secundum eandem rationem. Pot est enim ignis esse mouens secundum formam, & materiale principium secundum materiam, non aūt secundum idem, quia mouens inquantum huiusmodi est in actu, materia autem inquantum huiusmodi est in potentia. Restat igitur assignandum secūdum quid amor sit materia, & secundum quid est mouēs, quod ipse non assignat.

pium sicut materia, & sicut mouēs secundum diuersas rationes Secundum incōueniēs.

Aliud autem inconueniens, quod sequitur opinionem Empedoc. est, quod posuit litem esse primū principium incorruptibile. Quæ quidem secundū ipsum uidetur esse ipsa natura mali, malum autem secundum recte opinantes non ponitur principium esse sed solum bonum, ut dictum est.

Tertio ibi.

B E S S. tex. 55.

Anaxagoras autem, bonum ponit principium, ut mouens, mens enim mouet, uerum alicuius gratia mouet. Quare alterum, nisi sit, ut nos dicimus. Ars enim medendi, quodam modo sanitas est. Inconueniens etiam est, quod non fecerit aliquid bono mentique contrarium.

A N T. tex. co. 55. par 12

Anaxoras autem ut mouens quod bonum principium. Intellectus enim mouet. Sed gratia alicuius mouet. Quare alterum. Excepto ut nos dicimus: Nam medicatiua est quodammodo sanitas. Inconueniens autem & contrarium non facere bono & intellectui.

Ad opinio. Anaxa. duo etiam incōuenientia sequuntur.

Descendit ad opinionē Anaxagoræ dicens, quod Anaxagoras posuit bonum esse principium primum quasi mouens. Dixit enim quod intellectus mouet omnia. Sed manifestum est quod semper (intellectus mouet gratia alicuius, (idest propter finem. Quare oportet quod ponat alterum aliquod principium, propter quod intellectus moueat. Nisi forte dicat sicut nos diximus scilicet quod idem potest esse intellectus & intellectum, & quod intellectus moueat propter seipsum, quod aliquo modo inuenitur in his q̄ agunt per intellectum secundum nos. Ars enim medicinæ agit propter sanitatem, & sanitas quodammodo ipsa ars medicinæ, ut supra dictum est. Aliud autem inconueniens sequi uidetur contra opinionē Anaxago. si sustineatur communis opinio scilicet, contraria sunt principia omnium. Secundum hoc enim uidebitur inconueniens, quòd non facit aliqđ principium contrarium bono & intellectui.

Te. com. 56.

Deinde cum dicit.

B E S S.

Porrò nulli eorum, qui ponunt contraria. utuntur cōtrarijs, si quem inquirere non pigeat, & cur quędam corruptibilia, nemo dicit. omnia nanque entia, ex eisdē principijs faciunt. Prætereà, quidam ex non ente faciunt entia. Quidam ut hoc non cogantur, unum cuncta faciunt.

A N T. tex. com. 16 par 13

Omnes autem contraria dicentes non utuntur contrarijs, nisi figuret aliquis. Et quare hæc quidem corruptibilia, hæc uero incorruptibilia, nullus dicit, omnia nanque entia faciunt ex eisdem principijs. Amplius autem alij quidem ex non ente faciunt entia. Alij autem ne cogantur, unum omnia faciunt.

Deducit quatuor inconuenientia ex positione antiquorum dicētium omnia fieri ex contrarijs. Primum

Ostendit tertio quod supra posuit, scilicet quod ponentes principia cōtraria esse, non dicunt quomodo principiata sunt ex contrarijs. Et hoc est, quod dicit, quod omnes dicentes principia esse contraria non utuntur ad causandum ea quæ sunt apparentia in entibus. Nisi (aliquis figuret,) idest nisi aliquis uelit fingere uel figurabiliter dicere. Et primo cum dicit. (Et quare hoc quidem &c.) osten dit quod non

possunt causare differentiam corruptibilium uel incorruptibilium. Dicit ergo, quod nullus antiquorum philosophorum assignat causam, quare entia quædã sunt corruptibilia, & quædam incorruptibilia. Ponunt enim quidam eorum entia omnia esse ex eisdẽ principijs scilicet contrarijs. Et hæc est opinio antiquorum naturalium. Alij uero scilicet poetæ theologi posuerunt omnia ex non ente. Vnde supra dixit, quod generant mundum ex non ente. Et sic cum eandem originem utrique assignent omnibus, entibus, non possunt causare distinctionem rerum secundum corruptibile. Et ideo alij ut ad hoc non cogantur, quod scilicet ponant omnia esse ex non ente, uel quod assignent causam distinctionis rerum, posuerunt omnia esse unum, totaliter à rebus distinctionẽ tollentes & hæc est opinio Parmenidis & Melissi.

Tex.co.30.

Secundo ibi.

B E S S. *Cur item semper generatio erit, quidque generationis causa? dicit nemo.*

A N T. par.14 *Amplius propter quid semper generatio, & quæ est causa generationis, nullus dicit.*

Secundum incõueniẽs. Sed primũ cœlum cum motu diurno, & planetę ut mouentur in zodiaco est cã uniuersalis, generationis perpetuæ, non autem contraria.

Ostendit quod etiam in alio deficiunt, quia scilicet non possunt assignare causam, quare generatio sit sempiterna, nec possunt assignare quæ sit uniuersalis causa generationis, neutrum enim contrariorum est uniuersalis generationis causa.

Tertio ibi.

At cum illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium necesse esse: tum illis, qui species. quia aliud principalius, principium est, cur enim participauit, aut participat.

B E S S.

Et duo principia facientibus, aliquid necesse primum esse principalius. Et his qui species, quin aliud principalius. Propter quid enim participauit aut participat?

A N T. par.15

Lectio.9. Tertium incõueniens.

Tertium ponit, in quo deficiunt ponentes principia esse contraria. Necesse est enim eis assignare quod alterum contrariorum sit principalius principium, cum semper alterum sit ut priuatio. Vel intendit, quod neesse est ponere aliquod principium principalius utroque contrariorum, ex quo ratio assignari possit quare quędam attribuuntur uni contrariorum sicut principio, & quædam alteri, ut puta quare quodam tempore moueat lis elementa ad separationem, & quodam tempore amicitia ad congregationem. Et hoc etiam accidit ponentibus esse species. Necesse enim est eis ponere aliquod principium principalius speciebus. Manifestum est enim, quod ea quæ generantur & corrumpuntur, non semper eodẽ modo participant speciem. Vnde oportet ponere aliquod principium, ex quo assignetur ratio, quare hoc indiuiduum prius participauit, aut modo participat speciem.

B E S S. *Et alijs quidem necesse est sapientiæ, ac nobilissimæ scientiæ aliquid contrarium ponere esse, nobis uero minime, nihil enim est primo contrarium, quandoquidem cuncta contraria materiam habent, & potentia hæc sunt, contraria uero ignorantia, ad contrarium, primo autem nihil contrarium est.*

A N T. Par 16. *At alijs quidem necesse sapientię, & honoratissimæ scientiæ aliquid esse contrarium. Nobis autem non, non enim est contrarium primo quippiam. Nam omnia contraria habent materiam, & hæc potentia est. Contraria autem ignorantia ad contrarium. Primo uero contrarium nihil.*

Quartum incõueniẽs.

Ponit quartum inconueniens, quod eis sequitur dicens, quod necesse est philosophis ponẽtibus principia esse contraria, quod sapientiæ primæ & honoratissimæ scientię, sit aliquid, cõtrarium, quia sapientia est de primo principio, ut in Primo ostensum est. Vnde si primo principio non est aliquid contrariũ, quia omnia contraria habent naturam, quæ est in potentia ad utrunque contrariorum. Primum autem principium secundum nos est immateriale, ut ex dictis patet. Vnde relinquitur, quod primo principio non sit contrarium aliquid, & quod primæ scientiæ non sit contraria aliqua scientia, sed solum ignorantia. Deinde cum dicit.

In proœ.

Sicut primo principio nihil est contrarium sic nec primæ sciẽtiæ, sed solũ ei opponitur ignorantia. Lect 2.

Præterea, si non erunt alia præter sensibilia, non erit principium, ordo, generatio, ipsa cœlestia, sed semper principij principium, ut theologis, physicisque cunctis.

B E S S.

Amplius si non erunt præter sensibilia alia, nõ erit principium, & ordo, & generatio, & cœlestia, sed semper principij principium, ut theologis, & physicis omnibus.

A N T. par.17

Descendit ad opinionem ponentium substantias separatas, & primo ostendit quod inconueniens sequitur non ponentibus eas, & dicit quod si non sint alia entia præter sensibilia, non erit primum principium, sicut ostensum est nec ordo rerum qualis assignatus est, nec generatio perpetua, nec principia qualia sup. posuimus, sed semper erit principij principiũ infinitum, utpote quod Socrates generetur à Platone & ille ab illo, & sic in infinitum, ut uisum est omnib. antiquis philosophis naturalibus. Non enim ponebant aliquod principium uniuersale primum, præter ista principia particularia & sensibilia.

Infert incõueniens cõtra negantes substantias separatas.

B E S S. *Si autem erunt species aut numeri, nullius causæ erunt: si uero non, saltem ipsius motus.*

A N T. par.18 *Si autem erunt species aut numeri, nullius causæ. Si autem, non quidem motus.*

Ostendit quod inconueniens sequitur ponentib. naturas quasdam separatas, & primo quantum ad eos qui ponebant in huiusmodi naturis connexionem quandam originis. Secundo quantum ad eos qui hoc non ponebant, ibi. (Dicentes autem numerum.) Circa primum ducit ad quatuor inconuenientia, quorũ primum est quod species, & numeri quæ ponebant quidam præter sensibilia, nullius causę uidentur esse. Sed si sint alicuius causæ, non uidebitur aliquid esse causa motus, quia huiusmodi non uidentur habere rationem principiorum mouentium. Secundo ibi.

Deducit quatuor inconuenientia contra ponẽtes substantias separatas. modo Platonico. & Pythagorico, primum.

B E S S. *Quo nanque item modo, ex non habentibus magnitudinem, magnitudo continuumque erit? numerus nanque non faciet continuum, neque ut mouens, neque ut species.*

A N T. par.19 *Adhuc quomodo erit ex non magnitudinib. magnitudo, & continuum? Non enim numerus facit continuũ nec ut mouens, nec ut species.*

Ducit ad aliud inconueniens. Numerus enim nõ est magnitudo. Magnitudo autem non est nisi ex magnitudinibus, unde impossibile uidetur nisi ex magnitudinibus, unde impossibile, uidetur assignare quomodo magnitudo, & continuũ sunt ex numeris qui non sunt continui. Non enim potest dici quod numerus causet continuum sicut principium motiuum & formale.

Secundum incõueniẽs.

Tertium ponit ibi.

B E S S. *Cæterum nihil contrariorum erit ipsum, & factiuũ & motiuum, alioqui contingere sane posset non esse. uerum enim uero & facere posterius quàm potentia est.*

Entia

Entia ergo non erunt sempiterna, attamen sunt, interimendum igitur aliquid horum est. hoc autem aliquo pacto dictum est.

A N T. Par 20

At uero nullum erit contrariorum & factiuū quod & motiuum, quod continget utique non esse. At uero posterius quidem ipsum facere, potentia. Non ergo sempiterna sunt entia. Sed sunt. Interimendum igitur est horum aliquid. Et hoc dictum est.

Tertium inconueniens

Dicens ꝙ si species & numeri sunt prima principia, cum in specieb. & numeris non inueniatur cōtrarietas, sequitur quod non erunt contraria principia prima, quia non ponuntur factiua & motiua. Et sic continget non esse generationem & motum. Quia si prima principia nō sunt mouentia, sed posterius causentur ex primis principijs, sequetur quod sunt in potentia priorum principiorum. Quod autem potest esse potest & non esse. Vnde sequitur quod generatio & motus non sunt sempiterna. Sed sunt sempiterna, ut supra positum est. Iterimendum est igitur aliud præmissorum, scilicet quod ponebantur prima principia non esse mouentia. Et hoc dictum est, scilicet in primo libro, quomodo prima principia sunt mouentia. Quartum ponit ibi.

Supple generatio, & motus. Lectio. 5.

B E S S.

Item quomodo numeri sunt unum, aut anima, & corpus, & omnino species & res, nemo aliquid dicit, nec dicere possit, nisi (ut nos) dicat, quod ut mouens faciat.

A N T. par. 12

Adhuc quomodo numeri unum, & anima & corpus & species totaliter & res. nihil dicet nullus, nec contingit dicere, si non ut nos dicat, quod mouens facit.

Quartum incōueniēs Te. com. 12. & inde.

Dicens quòd nullus istorum dicere potest, quid faciat unum esse numerum, aut animam, & corpus aut uniuersaliter formā & id cuius est forma, nisi dicat, quòd mouens hoc facit, sicut nos supra diximus in octauo. Species autem & numeri non habent rationem causæ mouentis. Deinde cum dicit.

B E S S.

Qui uero dicunt mathematicum numerum primum & ita semper aliam attiguam substantiam, ac alia cuiusque principia, inconspirantem uniuersi substantiam faciunt (nihil enim altera alteri confert, siue sit, siue nō sit) & principia multa: at entia, nolunt male gubernari, non est bonum pluralitas principatuum. unus ergo princeps.

A N T. par. 12

Dicentes autem numerum primum matematicum, & semper aliam habitam substantiam, & principia cuiuslibet, alij inconnexam ipsius uniuersalis substantiam faciunt. Nihil enim alia alij confert, aut non ens. Et principia multa. Entia uero nolunt dispoi male, nec bonum pluralitas principatuum. Vnus ergo princeps.

Deducit inconueniens contra Pythagoricos ponentes substantias separatas sine ordine.

Ostendit quod inconueniens sequatur secundū illos, qui ponunt huiusmodi naturas esse inconnexas dicens, quòd ponentes primum in rebus esse numerum mathematicum, ut Pythagorici poserūt, & sic consequenter semper (aliam naturam habitam) idest consequentem, uidelicet quòd post numerum, magnitudinem, & post magnitudinem, sensibilia, & dicētes cuiuslibet naturæ esse alia principia sicut quod alia sunt principia numerorum, & alia magnitudinū & alia sensibilium, isti inquam sic dicentes, faciunt, substantiam (uniuersi esse inconnexam,) idest sine ordine, ita quod una pars nihil cōferat ad aliam uel ad alteram, siue sit, siue non sit. Et similiter faciunt multa principia inconnexa. Et hoc non potest esse quia entia non uolunt male disponi. Dispositio enim entium naturalium est qualis optima potest esse. Et hoc uidemus in singulis, quòd unum quodque est optimæ dispositionis in sua natura. Vnde multo magis oportet hoc existimare in toto uniuerso. Sed pluralitas principatuum non est bonum. Sicut non esset bonum quòd essent diuersæ familiæ in una domo, quæ inuicem non communicarent. Vnde relinquitur ꝙ totum uniuersum, est sicut unus principatus & unū regnum. Et ita oportet quod ordinetur ab uno gubernatore. Et hoc est quod concludit, quod est unus princeps totius uniuersi scilicet primum mouens, & primum intelligibile, & primum bonum, quod supra dixit Deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Commentariorum D. Th. Aquinatis super xij. libros Metaphysicorum Finis.